
P. OVIDII
NASONIS
OPERVM
TOMVS
TERTIVS

b15874448

PUBLII OVIDII NASONIS FASTORUM

LIBRI VI.

CUM INTEGRIS

JACOBI MICYLLI, HERCULIS CIOFANI,

CAROLI NEAPOLIS, DANIELIS

ET NICOLAI HEINSIORUM,

ET

EXCERPTIS ALIORUM

NOTIS,

QUIBUS ADIECIT SUAS

PETRUS BURMANNUS.

TOM III.

AMSTELODAMI,

APUD JANSSONIO WAESBERGIOS.

M.D.C.C. XXVII.

P. OVIDII NASONIS

FASTORUM

LIBER I.

TEmpora cum cauſſis Latium digeſta per annum,
Lapſaque ſub terras, ortaque ſigna, canam.
Excipe pacato, Caeſar Germanice, vultu
Hoc opus: & timidae dirige navis iter.

5 Offi-

Publii Ovidii Naſonis.] Praenomen iſtud, nomen, cognomen noſtro datur in codicibus tritis & caſcis: neque ullum hac de re apud Auctores ἀμφισβήτημα. Gens Ovidia fuit ordinis equeſtris. Idem Pelignus de ſe ad Suillum: IV. ex Pont. VIII. 17.

Seu genus excutias, equites ab origine primâ
Usque per innumeros inveniemur avos.

Sed haec cognomento Naſonis, neſcio an iſti Ovidii, quos in hoc ſaxo legimus: (apud Gruter. DCCCLXXXI. 1.)

MESSIA. C. F. MONUM. FECIT
SIBI ET SVIS
C. OVIDIO T. F. TVMVLO. ET
C. OVIDIO C. F. LVPERCO. ET
T. OVIDIO C. F. TVMVLO.

NEAPOL.

Libros VI.] Numero XII. eſſe debuerant; imò & fuerunt. ipſe Faſtographus in Triſtibus II. 549.

Sex ego Faſtorum ſcripſi totidemque libellos.

Sed heu! periêre: triſte naufragium, lugete litterae. Quo autem tempore hos ſcripſerit habes ex ejus Vitâ, quam in limine non inſerui, quia accuratè à plurimis ſcripta; in quibus quidquid uni deeſt, reperies in altero. At de Poëtae obitu vide ſodes, quae ſcripſit ad Euſebii annum MMXXXIII. Joſephus Scaliger, ad hanc noſtram litteraturam verè μοιρηγενὴς ἀνήρ. IDEM.

1. *Tempora cum cauſſis.*] Janus Parrhaſius, qui patrûm memoria omnium doctiſſimus fuit, hoc loco Ovidium noſtrum ad verbum *Action*, quo uſus eſt Callimachus, alluſiſſe, eoque *cauſam* ſignificari docet lib. III. in Claud. de Raptu Proſerpinae. ℣. 288. CIOFAN. Ut Eratoſthenes, qui τὰ φαινόμενα cum cauſſis & fabulis conſcripſit. NEAPOL.

1. *Latium digeſta per annum.*] Solarem ſive Julianum, cujus ſyſtema eſt dierum CCCLXV. cum quadrante diei, hoc eſt horis ſex. Incipit ergo à Januario, qui menſis à Numâ reliquis antepoſitus (ut in transcurſu Commentarii mihi paullò magis cum curâ de eo dicendum, ſi vel modicè valeam & vivam) imò additus à pio Rege; & hoc nomine dictus ab initio ad noſtram aetatem. Commodo tamen Antonino imperante, in ejus gratiam, & veriùs concubinae, Amazonius nuncupatus. Sed evanuit nomen illud; invaluitque priſcum ſtatim poſt Commodi mortem, ex ſententiâ S. C. Hac de re ita Ælius Lampridius cap. XI. *Menſes quoque in honorem ejus, pro Auguſto Commodum, Auguſtum pro Septembri, Herculeum pro Octobri, Invictum pro Novembri, Exuperatorium pro Decembri, Amazonium pro Januario, ex ſigno ipſius adulatores vocabant.* Sic legendus hic locus ex emendatione viri Cl. qui priùs confuſus & cum tricis, neque cum Dione conveniens; licet is adhuc diſcrepet. Nam Ῥωμαῖον vocat, quem Lampridius *Invictum.* NEAPOL.

1. *Per annum.*] *Per orbem* Pembrocii liber & duo alii: ſimilem varietatem apud Virgilium obſervat Pierius lib. I. Æneid. 269. & infr. IV. 91. nihil tamen mutandum cenſet Heinſius, quia & infra ℣. 27. ut quidam codices,

Tempora digereret cum conditor urbis, in anno &c.

& lib. I. ex Pont. IV. 9.

Nec mea per longos ſi quis mala digerat annos.

BURM.

2. *Ortaque ſigna canam.*] Promittit etiam παράπηγμα Aſtronomicum. NEAPOL.

2. *Canam.*] In nonnullis, *cano.* NAUGER. Quod probat Heinſius ex Virgilii I. Æneid. pr. *Arma virumque cano.* & init. Georg. *Munera veſtra cano.* & ita ſolent Poëtae. Gratius, *venandi cano mille vias.* Noſter infr. II. 7. *Idem ſacra cano.* IV. 12. *Ortaque ſigna cano.* ubi eadem varietas in Mſſ. *Merſaque ſub terras* Palat. BURM.

3. *Caeſar Germanice.*] Perperam aliqui opus hoc Tiberio dicatum putant: nam hic, cui ſacravit Ovidius, eſt Caeſar ille Druſi Claudii Neronis filius;

Officiique levem non aversatus honorem,
In tibi devoto munere dexter ades.
Sacra recognosces Annalibus eruta priscis;
Et quo sit merito quaeque notata dies.

Inve-

[illegible] mater ei fuit Antonia minor, patruus Tiberius Nero, sed postea adoptione pater: nam cum Augustus Liviae impulsu, datâ Tiberio in decennium Tribunitiâ potestate, cum adoptasset, ne is nimio honore elatus ad res novas consurgeret, Neronis Drusi fratris ejus filium prius adoptandum Tiberio dedit. Ad verbum haec, quae dixi, ferè Dio Cassius lib. LV. Germanici vero cognomen hic meruit ob patrem, quem, & posteros, Senatus Germanicos dici voluit. Parens tamen defunctus eo cognomine insigniri coeptus. mecum Historici. NEAPOL.

5. *Officique.*] *Officiique* Fulvii Ursini liber omnium vetustissimus ac optimus, literis Longobardicis seu Saxonicis exaratus, qui in Vaticana extat bibliotheca, alii etiam nonnulli ex melioribus: recte. HEINS.

5. *Levem.*] *Brevem* unus Farnesianus: male. inf. lib. VI. 56.

Nec levior quovis est tibi mensis honor.

HEINS. Eadem varietas I. Trist. VI. 27. & I. Pont. II. 64. & alibi.

5. *Non aversatus.*] Multi, *adversatus*. *Dedignatus* quatuor et Francof. pro varia lectione. *aspernatus* unus. nihil muto. Idem fere ad Germanicum scribit IV. ex Pont. VIII. 67.

Non potes officium vatis contemnere vates, BURM.

6. *Huc tibi devoto numine dexter ades.*] Idem codex Ursini, cum tribus aliis,

In tibi devoto numere dexter ades.

quod & in suis Naugerius invenerat. nonnulli, *huic tibi devoto muneri*. Opinor castigandum esse, *In tibi devoto munere*. sic infra ꝟ. 64.

Inque meo primus carmine Janus adest.

Vulgata lectio sensum commodum non habet, nisi repetas, *Huic mihi devoto numine*. sed praestat alteram [illegible]. *munera* vocat simili modo hoc ipsum opus lib. II. 17.

Ergo ades, & placido paulum mea munera vultu respice.

HEINS. Sic & Nepos dixit *adesse in magnis rebus* Dion. I. *adesse in consilio* Eumen. I. vid. Indic. Bosii.

7. *Sacra recognosces annalibus eruta priscis.*] Annales scripserunt ante Ovidium Hemina, Claudius, Atratinus, Fenius, Attius, Quadrigarius, Piso, Tuditanus, Venonius, Laberius & Licinius. CIOFAN. *recognosces* Francof. pro var. lect.

7. *Annalibus eruta priscis.*] Hic mentio fit annalium veterum, qui dicebantur & *Pontificalium libri*, & *indigitamenta*, & *commentarii Pontificum*: [illegible] erat eo cum, ut res gestas in tabulas referrent. Flavius Vopiscus in Tacito cap. I. *Quod post excessum Romuli, novello adhuc Romanae Urbis imperio, factum Pontifices, penes quos scribendae Historiae potestas fuit, in litteras retulerunt.* Uberrimè & clarè Cicero de Oratore lib. II. cap. 12. *Erat initio Historia nihil aliud nisi annalium confectio: cujus rei memoriaeque publicae retinendae caussâ, ab initio rerum Romanarum usque ad P. Mucium Pontificem Maximum, res omnes singulorum annorum mandabat literis Pontifex Maximus, referebatque in album, & proponebat tabulam domi, potestas ut esset populo cognoscendi; iique etiam nunc Annales maximi nominantur.* Cur *maximi* dicti sint ostendit Festi Abbreviator: *Non magnitudine*, inquit, *sed quòd eos exarasset Pontifex Maximus.* Et sanè alterum etiam iis etymon conveniret: nam veterum diligentia in LXXX. libros retulit; si fides Servio in Schedis I. Aeneid. 376. nec diffusè omnia in illis scripta, sed pressè & strictè, brevibus, non integris notis. Huc spectare suspicantur Duumviri eruditi illa Livii sub initium lib. VI. *Perrarae & per eadem tempora litterae fuere.* non ego, qui *perraras* strictâ significatione accipio paucas, non breves. Ipse subdit paullò post rationem penuriae: *Si quae in commentariis Pontificum aliisque publicis privatisque erant monumentis, incensâ urbe pleraeque interiere.* NEAPOL. In excerpt. Voss. est *edita*, quo verbo saepe Livius in sacris utitur. vid. Gron. ad Liv. XXV. 12. & XLIII. 14. & nos alibi. sed *eruta* vindicatur loco nostri simili lib. IV. 11. *oblita* unus Moreti pro varia lectione. pro *priscis* duo codices, *primis*. quae voces & apud Propert. I. VII. 3. commutantur, ubi Broukh. sic & apud Lucan. X. 151. ex quibusdam codicibus, *Pone duces primos*, ubi vulgo, *priscos*. vide & infr. lib. II. 478. & V. Met. 677. sed *priscos annales* etiam Livius dixit lib. IV. cap. 7. in Bernensi erat, *annalibus eruta libris*. BURM.

8. *Notata dies.*] *Notanda* Gottorph. Medic. & Vatic. *sacrata* Thuan. & alius. *vocata* Farnesian.

9. *Et festa domestica.*] *Et signa d.* duo libri. *Ut festa* Junian.

10. *Saepe tibi pater est, saepe legendus avus.*] Tiberius Germanicum filium adoptavit, ab Augusto postea ipse adoptatus. Dio lib. LV. & Suetonius in ejusdem Tiberii vita, ubi ita scribit: *Cajo & Lucio* (Augusti filiis) *intra triennium defunctis, adoptatur ab Augusto simul cum fratre eorum M. Agrippa: coactus prius Germanicum fratris sui filium adoptare.* Justinianus lib. I. Institutionum, Titul. XI. cùm de adoptandi more dissereret, hoc utitur exemplo: *Sic enim D. Augustus non ante Tiberium adoptavit quàm is Germanicum adoptasset: ut protinus adoptione factâ, inciperet Germanicus Augusti* ne-

Invenies illic & festa domestica vobis.
Saepe tibi Pater est, saepe legendus Avus.
Quaeque ferunt illi pictos signantia Fastos,
Tu quoque cum Druso praemia fratre feres.

Caesa-

nepos esse. Habes itaque quomodo Tiberius esset Germanici pater, & Augustus avus. sic quoque sub finem hujus libri:

Et tuus Augusto nomine dictus avus.

Adoptio verò quo modo fieret docet Ulpianus in Fragmentis tit. IIX. his verbis: *Adoptio fit aut per populum, aut Praetorem, vel Praesidem provinciae. Illa adoptio, quae per populum fit, specialiter arrogatio dicitur. Per populum qui sui juris arrogantur: per Praetorem autem, filii familiae à parentibus dantur in adoptionem. Adoptio fit Romae & in provincia apud Praesidem.* Et Cajus lib. I. Tit. V. *Adoptio est, ubi quis, patrem habens, ab alio patre adoptatur: & ita ille, qui adoptatur, de certi patris potestate discedit, & in adoptivi patris incipit esse potestate.* Idem Cajus ante haec verba ita adoptionem definivit: *Adoptio naturae similitudo est, ut aliquis filium habere possit, quem non generavit.* De adoptione consulendus est Agellius, sive A. Gellius lib. V. cap. 19. Hunc autem Germanicum idem Tiberius, cùm ad imperii fastigium jam pervenisset, veneno necandum curavit. De Germanici laude & carminum praestantia Quinctil. lib. X. CIOFAN. Drusus Claudius, verus pater, sive Tiberius, adoptivus: malim hunc. NEAPOL.

10. *Legendus avus.*] Octavianus Augustus, quippe qui Tiberium adoptavit: hinc in spectionibus antiquis scribitur Tiberii filius, Augusti nepos, Julii pronepos; exemplum erit haec in Hispaniis reperta: (apud Grut. CCXXXVI. 3.)

GERMANICO
CÆSARI TI. F.
AVGVSTI N.
DIVI PRON.
COS.
L. TVRELLIVS
L. F. GEMINVS
ÆD. D. S. P. IDEM.

11. *Pictos fastos.*] Benè miscet annales Pontificios, cum fastis: in illis enim libris quidquid erat, in his visebatur etiam exaratum: nam quâ die quidquid evenisset, fastâ seu nefastâ, recensendum erat in annalibus. Sed praeter hos duae erant apud veteres tabulae, quibus fastorum nomen erat inditum; una, in quâ varia dierum jura incisa, de quibus nos postea, solemnia Deorum sacra, ludi & feriae in eorumdem honorem, res & victoriae aliquot insignes: & hoc argumentum hujusce optimi maximi operis, praeter Ἀστρονομικά. Hujus generis fastos vulgavit primus Cn. Flavius; notat Valerius lib. II. cap. 5. *Jus Civile per multa saecula inter sacra caerimoniasque Deorum immortalium abditum, solisque Pontificibus notum, Cn. Flavius, libertino patre genitus & scribâ, cum ingenii nobilitatis indignatione factus Aedilis curulis, vulgavit, ac fastos paenè toto foro exposuit.* & Livius lib. IX. cap. 46. de eodem. *Civile Jus repositum in penetrali Pontificum evulgavit, fastosque circa forum in albo proposuit, ut quando lege agi posset sciretur.* Et haec de primâ Tabulâ. Alia erat, in quâ nomina ferè omnium Magistratuum continebantur: frequens hujus apud scriptores mentio. Idem libro IV. cap. 3. in Oratione Canuleii Trib. pleb. de novo Consule plebejo faciendo: *Obsecro vos, si non ad fastos, non ad commentaria Pontificum admittimur.* & Tacitus Annal. III. cap. 17. *Nomen Pisonis radendum è fastis censuit & Magistratus.* & alia veterum martyremata. NEAPOL. *Festos fastus* idem Ursini codex & duo aut tres praeterea. *fastus* pro *fastos* etiam apud Horatium, Lucanum, alios invenies. de quo Notis ad Claudianum I. in Eutr. 475. & IV. Cons. Hon. 155. Lucani quidem potissimum illud:

Nec meus Eudoxi vincetur fastibus annus.

quod Servius tamen ad lib. III. Æn. 326. tanquam errorem in Lucano notat. Horatius lib. II. Epist. I. 48.

Qui redit ad fastos & virtutem aestimat annis.

ubi libri veterrimi *fastus* quoque. & III. Od. XVII. 4. *Per memores genus omne fastus* in optimo codice. Notavit certe Priscianus quoque jam suo tempore Horatiana illa loca varie fuisse lecta libro sexto, ubi ille plura ad rem. vid. Noster lib. VI. 59.

Inspice quos habeat nemoralis Aricia fastus.

ita codex inter Mediceos primae vetustatis. & hoc ipso libro infra cum uno Farnesiano, 657.

Ter quater evolvi signantes tempora fastus.

sic & Columel. lib. IX. cap. 14. *Verum in hac ruris disciplina sequor nunc Eudoxi & Methonis antiquorumque fastus astrologorum, qui sunt aptati publicis sacrificiis.* Varro in Ephemer. apud Priscian. lib. VI. pag. 711. *Postea honoris virtutum caussa Julii Caesaris, qui fastus correxit, mensis Julius appellatus est.* vid. Barth. ad Claud. Epist. IV. ꝟ. 15. HEINS. Apud eumdem Lucanum lib. V. 384. in MSS. reperi, *Laetos fecit se consule fastus.* vid. Bentlej. ad Horat. III. Od XVII. 4. & Drakenb. ad Silii lib. II. 10. BURM.

12. *Cum Druso praemia fratre.*] Hic non filius Drusi Neronis, sed nepos ex fratre Tiberio. Germanico ergo frater erit adoptivus. Subjicerem lucis caussâ stemma, ni tibi esset obvium in multis. NEAPOL.

13. Co-

Caesaris arma canant alii; nos Caesaris aras:
  Et quoscumque sacris addidit ille dies.
Adnue conanti per laudes ire tuorum:
  Deque meo pavidos excute corde metus.
Da mihi te placidum; dederis in carmina vires.
  Ingenium vultu flatque caditque tuo.
Pagina judicium docti subitura movetur
  Principis, ut Clario missa legenda Deo.
Quae sit enim culti facundia sensimus oris,
  Civica pro trepidis cum tulit arma reis.
Scimus &, ad nostras cum se tulit impetus artes,
  Ingenii currant flumina quanta tui.
Si licet, & fas est, vates rege vatis habenas:
  Auspice te felix totus ut annus eat.

TEmpora digereret cum conditor Urbis, in anno
  Constituit menses quinque bis esse suo.

Sci-

13. *Canant.*] *Canunt* Thuan. & Moret.

15. *Aras.*] Scaliger *aram* conjiciebat, & illudebat loco libri IV. Pont. & VIII.

Hac certe nullis est pejor ara tibi:

quod non probo: quamquam enim aram Paci ab Augusto dedicatam potissimum videatur respicere, tamen ut videatur augere, plurali numero maluit effari: ita *aras* pro *ara* dixit lib. VI. 403. ubi intelligit aram Saturni in Curtio lacu, ut ex P. Victore patet. Sed *Caesaris aras* dici possunt, quas ille diis dedicavit & exstruxit. vid. Germanicum Caesarem Aratei 56. 16. & ille τὸν πάνυ Grotium & Scalig. ad Manil. I. 15. Heins.

14. *Dies.*] Qui fuerint dicemus ἐν διῒ, cum locus in Fastis poposcerit. Neapol. *Deus* Sarravii codex, & mox, *ire deorum* Thuani & Moreti duo.

16. *Deque meo.*] *Deque mea* p. e. *mente* unus Moreti.

17. *In carmina.*] *In carmine* Arundelianus, Bersmanni & duo alii. & ita saepe. vid. I. Amor. III. 19. & XIV. Met. 20. *Ardentique* etiam aliqui, metuentes ne in legem Pediam incurrerent. sed plus Martia *dederis* afferunt. Heins.

18. *Ingenium vultu.*] Malebat Heinsius, *mutu*, ut lib. 72. & alibi.

21. *Clario missa legenda Deo.*] Vigebat Clarii Apollinis oraculum Nationis aevo imo Germanicum etiamdum invisit, Auctore Tacito lib. II. Annalium cap. 54. qui si verus, ut est, parum ad fidem Strabo facit lib. XIV. nullum actate sua oraculum ibi fuisse: Καὶ ἡ Κλαρίου πόλις Τοιωνδὲ, καὶ τὸ τοῦ Διονύσου ἱερὸν τοῦ Κλαρίου Ἀπόλλωνος, ἐν ᾧ καὶ μαντεύεται τὰ νέατα καλεῖται. viguit enim sub Tiberio ipso Inscriptus tellus lib. XIII. & sub Augusto vates lib. XII. Stetter mortale de facie virum magnum P. Servilium Vatiam Isauricum. Neapol. Immo & sub Claudio, *Apollinis Clarii simulacrum interrogatum super nuptiis imperatoris* idem Tacit. XII. Ann. 22. scribit; & deinceps in pluribus nummis Apollinis Clarii simulacrum post haec tempora conspicitur, de quibus vid. Spanh. ad Callim. Hym. Apoll. 20. Burm.

22. *Missa legenda.*] *Musa* Francof. pro var. lect. & margo Gryphii.

23. *Culti.*] *Docti* unus. & *legimus oris* alius.

24. *Pro trepidis.*] Lucanus in Panegyrico ad Calpurnium Pisonem, qui & facundiam his tuendis exercebat:

—— *Cum tua moestos*
Defensura reos vocem facundia mittit,
Sua trepidos ad jura decem citat hasta virorum,
Et firmare jubet centeno judice causas. Neapol.

25. *Cum tulit arma reis.*] Notavit & id Suetonius: *Gravii*, inquit de Germanico, *causas triumphalem.* & Dio Cassius lib. LVI. Καὶ ἀντὶς μὲν ὑπὲρ ἄλλου τινὸς ἐπρέσβευσε, πλειστάκις τοῦτο ἐποίησεν. Idem.

26. *Scimus &.*] Conjecerat Heinsius, *sensimus, ad nostras. nostras aures* duo libri.

27. *Tulit impetus artes.*] Nam inter cetera studiorum monumenta reliquit comoedias Graecas. Neapol.

28. *Currant.*] *Narrant* unus.

29. *Si licet, & fas.*] *Ut fas* nonnulli. *feliciter & fas* plurimi: nil mutat. sic *quà licet & possim* Ep. XVI. 235. ubi &, *ut possem* M. IV. Trist. IX. I. *Si licet & patrio.* vid. & L. X. Met. 19. Lucan. I. 359.

Si licet, exclamet Romani Maxime Rector
Nominis, & fas est veras exprimere voces,

ubi

Scilicet arma magis quàm fidera, Romule, noras:
  Curaque finitimos vincere major erat.
Est tamen & ratio, Caesar, quae moverit illum:
  Erroremque suum quo tueatur habet.
Quod satis est, utero matris dum prodeat infans;
  Hoc anno statuit temporis esse satis.
Per totidem menses à funere conjugis uxor
  Sustinet in viduâ tristia signa domo.
Hoc igitur vidit trabeati cura Quirini,
  Cum rudibus populis annua jura daret.
Martis erat primus mensis, Venerisque secundus:
  Haec generis princeps, ipsius ille pater.
Tertius à Senibus, Juvenum de nomine quartus:
  Quae sequitur numero turba notata fuit.
At Numa nec Janum, nec avitas praeterit umbras;
  Mensibus antiquis adposuitque duos.

45 Ne

ubi male quidam editi, *feliciter.* & similis varietas apud Stat. VIII. Th. 90.

Si licet, & sanctis his ora resolvere fas est
Manibus. Similiter fere IV. Trist. V. 17.

Quod licet & tutum est

ubi nihil muta. Burm.

26. *Auspice te felix.*] Sic Masseianus & quinque alii veteres. verè. Ciofan. *Auspice te laetus* Francof. a manu prima: quod, nisi sequeretur *totus*, non repudiarem. Si vero haec lectio sit proba & vera, an non Celeberrimo Bentlejo hic locus objici jure posset? qui ad Horat. I. Od. 7. numquam *Auspicem* hoc sensu hominem, sed semper Deum dici, fine ulla dubitatione adseverat. plerumque ita capi fateor, & ita etiam Noster infra IV. 830. & alibi: sed omnino & semper ita sumi vix posse adfirmari puto. quid enim faciet *auspici clamori, victoriae* & similibus, de quibus Gevart. I. Elect. 12. vel an hîc quoque praeterendae lectiones variantium codicum, *auspicio ut felix*, quod probatur Cl. Bentlejo; vel *aspicito*, vel *aspice te felix?* vel an servata vulgari lectione Germanicus Deus & numen Jubendus? quod si voluit Poëta, vers. 6. *numine* etiam retineri posset, quo ut adesset devoto sibi, Naso precaretur. Burm.

27. *In anno.*] *In annum.* & versu sequente, *suos* optimus Vaticanus. *in annum* & *suum* unus Heinsii & prima editio Veneta.

28. *Constituit menses quinque bis esse suo.*] Vide Macrobium lib. I. cap. 20. Saturnalium. Ciofan. Sub Romulo ergo annus fuit decimestris: nec dubio locus; adeò certa opinio haec contra Plutarchum, Licinium Macrum, L. Fenestellam & alios. Neapol.

29. *Sullicet arma magis.*] Congerit hîc multa doctissimus Naso, ut probet quid Romulum ad hoc induxerit: quibus fortè, notâ verâ origine, abstinuisset. Nam Romulus Regni initio novum annum minimè constituit: sed solùm egit, ut mensis, qui quintus ordine erat aliis, fuerit suae genti & populo secundus; & alia hujusmodi: cùm in Latio ante Urbem conditam annum decimestrem fuisse constet, & apud alias plerumque gentes, ut Athenis, ubi Clisthenes, post tyrannos, populum in decem tribus divisit: quâ de re ita Ammonius Hermeas: Περιουσία ἡλιακὴς χρόνος. Διέφερε γὰρ πυρὸς ὁ ἐνιαυτὸς εἰς δέκα πρυτανείας, ἴσου καὶ φυλαὶ ἦσαν, καὶ ἐπρυτάνευεν ἑκάστη φυλὴ κατ' ἐνιαυτὸν ἴσας ἔλεγε καὶ τοὺς μυθοὺς, καὶ τὰ ἐνάγκια, καὶ τὰς πρυτανείας κατὰ μέρος ἐτέλουν. Neapol.

32. *Quo tueatur habet.*] Venuste unus Medicaeus, *habet.* ut inf. IV. 20.

Caesar, in Aprili, quo tueatris, habet.
Heins. *Qua tueatur* Vossian.

35. *Per totidem menses.*] Lex haec lata etiam regnante Numâ. Plutarchus in ipsius Vitâ: Ἀλλὰ τοῦ μακροτάτου μόνους χρόνου ἔνια δεκαμηνιαῖον, ἀφ' ἑαυτοῦ καὶ χρεώσιον αἰ τῶν ἀνδρογόνων γυναῖκες. Quae antè nupsisset, ea ejusdem lege bovem factam immolabat. Neapol.

37. *Haec igitur.*] *Hoc* multi scripti & editi nonnulli: rectius, ut videtur ambiguitas. Heins.

41. *Tertius a Senibus.*] Major, Junius, Quintilis, Sextilis, & reliqui. Neapol.

44. *Addidit ille duos.*] Cave ista mutes: vulgaris illa lectio, *praeposuitque duos*, est à malo manu: quid nos impellat, faciemus satis. ἑαυτοῦ δεδόντος ad illud,

Qui sequitur Janum, veteris fuit ultimus anni.

Ne tamen ignores variorum jura dierum:
Non habet officii Lucifer omnis idem.
Ille Nefastus erit, per quem tria verba silentur:
Fastus erit, per quem lege licebit agi.
Ne toto perflare die sua jura putaris;
Qui jam Fastus erit, mane Nefastus erat.

Nam

Ne tamen ignores] Ita lectum lib. II. Neapol. *Præpositio* ille*m*: ut & ante vacuus. illorum enim animi mentis Ursinus ex interpolatione Numae. quare reponendum, *addidit ille dies*. & sic tres notiss. quomodo in Cuniculo Eustolino, *Nunc Pontifius dies novos anno addidit Januarium & Februarium*. & Suidas de Vet. Rom. in Numa: *Annum in xii. menses distribuit, additis Januario & Februario*. & inf. II. 49. sed rectius duo Farnesiani, unus Mediceus & Gorgoph. *appositque*. neque aliter Glossae Rumphianae. vide Notas ad Epist. IX. Sf. 60. Blancrotius tamen Saturnalium primo capite 12. *Quintilius mensem vocatus, nihilominus post praepositas a Numa Januarium & Februarium retinuit nomen*. Heins. *Postpositaque* unus Moreti, quod forte ereptum ex libro II. 49. sed *adposuit* rectum. ita & Acron ad Horat. II. Epist. II. 209. *Anus addierat anno mensibus Februarium*. vid. & Serv. ad Virg. I. Georg. 43. Burm.

46. *Officium illum.*] *officii idem* veterrimus Parisiensis, primus Mediceus & quinque aut sex alii. recte. infra lib. II. 334.

Spem capiti in dominis esse superis idem.

Sic *idem virum*, *idem mentis* Tacito. *idem juris* Lucano. Heins. Vide Gronov. ad Liv. XXXII. 32. Val. Max. I. VI. 8. *Inflaurato sacrificio, idem prodigii evenit.*

47. *Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur: fastus erit, per quem lege licebit agi.*] Suetonius in III. Praetorum, ut citat Priscianus lib. XIX. *Fasti dies sunt, in quibus lex fatur, id est, dicitur; nefasti, in quibus non dicitur.* Cicer. Glosiae: Ἀποφράδες, *nefasti dies*. utraque tamen vocula & Graeca & Latina torqueri potest ad atros: Hesychio enim ἀποφὰς ἡμέρα pro *atra* est: imò Lucilio, Donti Cisilio & aliis: *nefastus* pro eadem non simel Suetonio & Cornelio Tacito: ratio à nemo est. Conjectura primum, quid significet verè *fastus*, quid *nefastus*: illud postea, fiatne jus solitum aut ne fello, aut aero. De fello nil dubium: de aero Dio lib. XLV. Βουλὴ τε ἐγένετο, καὶ γνῶμαι ἐκ τριῶν ἐψήφων ἐφέρετο, καὶ ἀνυπὸ τῆς πλειόνων ἐτροπούμεθα, ἐξετάζομεν, ἐν τε τῇ τοῦ πλείονος τε χρεὼν ἦν, καὶ ἐν σεμνοῖς, ἃ πλεῖστα καὶ ἐξαίρετα ἐγίγνετο, ἐπροσέμενα, οἷόν τῆς διατριβῆς, τὰ μὲ ὁ ἀνὴρ ἐκεῖνος ἐποίει τὰ πάντα μὲν ἐπὶ τῷ ἀγαθῷ τῆς πόλεως, ἐπὶ δὲ τῷ ἰδίῳ κέρδει. Sic non erit cur miremur has voces ab auctoribus invicem usurpari: hoc tamen adverte discrimen, quòd omnis ater nefastus, sed non contrà; nam dies festus etiam nefastus. Hinc Dionysius ad clariorem explanationem atri diei: Τὴν δὲ ἡμέραν, inquit, ἐκείνην, ἣν ἔτι καὶ νῦν ἀποφράδα τίθενται. lib. IX. Ant. Rom. Neapol. Suetonii illis similia etiam apud Macrobium habes in Saturnalibus libro I. cap. 16. si quid A. Gellio credimus, Ovidius ex vulgi sententia sit locutus. Is Noctium Atticarum libro IV. cap. 9. *Religiosi dies dicuntur tristi omine infames impeditique, in quibus & res divinas facere, & rem quampiam novam exordiri temperandum est. quos multitudo imperitorum praue & perperam nefastos vocant.* idem denuo libro V. cap. 17. id ipsum inculcat, ut mox videbimus. *Nefasti* tamen & Varroni de L. L. & Festo dicuntur. Nec aliter praeter Nasonem Horatius Ode XIII. libri II.

Ille & nefasto te posuit die. Heins.

47. *Tria verba.*] *Do, dico, addico.* Id est, Do bonorum possessionem, dico jus, addico id, de quo quaeritur. Hunc autem locum non satis rectè interpretati sunt Antonius & Paullus, viri alioqui eruditissimi, ac de hoc opere optimè meriti. Cicer.

48. *Per quem lege licebit agi.*] *Lege agi* est litigari, legem intendi. Cicero pro Caecina: *Jam vero in ceteris, ut omnes, qui in eadem causa sunt, & lege agant, & jura persequantur.* Idem in Divinatione in Verrem: *Quis igitur est, qui neget oportere eorum arbitratu lege agi, quorum causa lex sit constituta?* Idem. Locutus de festis, quibus insunt sacrificia, ludi, epulae; venit ad profestos, ex quibus procedunt fasti, comitiales, comperendini, fluti, praeliares. Neapol.

49. *Nec toto perflare die.*] Sequuntur dies *intercisi*, quorum quibusdam horis fas est, quibusdam non est, jus dicere. nam cum hostia caeditur, fari nefas est; inter caesa & porrecta fari licet, rursus cum adoletur non licet. Idem. *Praestare* Junian. & multi alii. *patares* Petarii & Vossi: *putatis* duo alii. *nec toto* Farnes. & plures alii.

51. *Esta Deo.*] Domo Mediceus unus. an *foco*?

52. *Honoratus.*] Proprium Praetori epitheton, quo-

Nam simul exta Deo data sunt, licet omnia fari;
Verbaque honoratus libera Praetor habet.
Est quoque, quo populum jus est includere septis:
Est quoque, qui nono semper ab orbe redit.
Vindicat Ausonias Junonis cura Kalendas:
Idibus alba Jovi grandior agna cadit.

Nona-

quorum edicta *jus honorarium* dictum L. 2. §. 10. ff. de O. J. aliter *honoratos* vocat Livius XXV. 5. qui honoribus gestis illustres erant. vid. ad Eleg. in Drus. Sf. 330. de Consule dicitur & Nostro IV. ex Pont. V. 2. Schol. Juvenal. ad Sat. X. 60. *Immeritis frangantur crura caballis. Quibus vecti sunt honorati. nam Poëta equestres statuas & consulares dicit immerito poenam sustinere.* posteriori aevo etiam *honorati* propriè dicebantur. de quibus & aliis hoc titulo insignibus vide J. Gothof. ad L. Unic. Cod. Th. de Offic. Jud. Civil. & Valef. ad Ammian. Marcel. XIV. 5. Nerii Analect. I. 32. Burm.

53. *Est quoque, quo populum.*] Redit ad species profelli; *comitiales* videlicet dies, quibus cum populo agi poterat: *septum* est ἀρίφραγτος. Neapol.

54. *Est quoque, qui nono.*] Is est dies *nundinalis*, qui festus primò fuit: fastus postea lege Hortensiâ, imò fere ater: nam rebus incipiendis parum utilis habitus. Hinc Dio lib. XL. Κἂν πόθεν εἶτε τι ἄλλο χρηὸν συνέβη, καὶ ἡ ἀγορὰ ἡ διὰ τῶν ἐννέα ἀεὶ ἡμερῶν ἀγομένη, ἐν αὐτῇ τῇ τοῦ Ἰανουαρίου συμπεσὸν ἔσχεν. Sed illud accidit per id tempus, si benè sentio, in curiâ Pontificum: mos enim fuit unum diem praeter consuetudinem intercalare, cùm harum concursus eveniret. idem lib. XLVIII. Καὶ ἡμέρα ἐμβέβλητο παρὰ τὰ καθεστηκότα ἐνεβλήθη, ἵνα μὴ ἡ πανηγύρις τοῦ ἐσχατμένου ἔτους τὴν ἀγορὰν τὴν διὰ τῶν ἐννέα ἡμερῶν ἀγομένην λάβῃ, (ἐπεφάνη γοῦ πάνυ αἰσχίων ἀφθόρα ἰζωλάσσετο) καὶ ὅτι ἀνθυφηθὲν αὖθις, ὅπως ὁ χρόνος κατὰ τὰ τῷ Καίσαρι τῷ πρώτῳ δόξαντα συμβῇ. Inde etiam propter sacrificium nundinae in alium diem translatae: vide eumdem lib. LX. sub finem anni DCCLXXXVII. Idem.

55. *Junonis cura.*] Unde ab his dictailla, *Juno Kalendaris.* Neapol. Malim, si per lloros licerat, *Junonia. sic Janus Junonius in sacris dictus, quasi non tantum mensis Januarii, sed ceterorum quoque mensium ingressus tenens. in ditione autem Junonis sunt Kalendae.* Macrobius Saturnal. primo, cap. 9. Nost.: lib. secundo Trillium Sf. 291.

Proxima adoranti Junonia templa subibit
Pellicibus multis hanc doluisse deam.

ita libri veteres. Fast. VI. 61. *Mensis Junonius*, & Sf. 63. *Junonale tempus. Junonia sacra* Amor. lib. III. Eleg. XIII. *Junonia Iris* Met. XIV. 85. *Custos Junonius* de Argo, I. Met. 678. & *Ales Junonia* in Amoribus, & *Volucris Junonia* Medicamin. Faciei. *Junonia ira* Epistol. XIV. 85. *Junonia Samos* Met. VIII. 220. Met. XI. 578.

Ante tamen cunctos Junonia templa colebat.

quomodo & illic scribendum censeo. ut & Fast. III. 247.

Illic à nuribus Junonia templa Latinis
Hac sunt, si memini, publica facta die.

nam libri veteres magno numero *Junonis*, vulgati, *Junoni*. Statius in Silvis, *Junonia arva*. & Theb. I. 383.

—— *celsae Junonia templa Prosymnae*
Lavumi habet.

Junonius anguis apud Silium lib. VI. *Junonia Virgo* apud eundem Statium in pietate Abasc. sic & *turbam Dianam* canes vocat infra V. Fast. 141. Heins. Vide an huc pertineat, quod narrat Aelianus lib. V. Hist. Animal. cap. 21. Athenis, cum primum Pavones ex Barbaris ad Graecos fuissent exportati, fuisse spectandos hominibus & mulieribus datos singulis Kalendis mensium. Burm.

54. *Redit.*] *Venit* Puteaneus & tres alii.

56. *Idibus alba Jovi.*] In arce quotidibus id factum. Varro ait, *quotquot mensibus*. Dubium tollitur ex eo, quòd illarnet sacra nuncupata *idulia*, agna etiam *idalis*. Neapol. *Illa* Farnesianus, forte, *icta*. ut Met. XV. 735.

Illaque conjectos incaluit hostia cultros.

& IV. Trist.

Victima Tarpejos inficit icta focos.

Heins. Vid. inf. ad Sf. 720. huc refert Illust. Spanhemius denarium gentis Treboniae, in quo conspicitur ovis, quem alii ad ovationem retulere. quia verò Trebonius inter percussores Julii Caesaris, Idibus Martiis occisi, fuit, ovis in ejus dici memoriam expressa fuit. vide de Usu & Praest. Num. Dissertat. X. cap. IV. Sect. II. §. 1. pag. 220. *gratior* quosdam legisse video. Burm.

56. *Cadit.*] *Cadet* Ursini & quatuor alii ex melioribus. Heins.

Nonarum tutela Deo caret. omnibus istis
(Ne fallare cave) proximus Ater erit.
Omen ab eventu est: illis nam Roma diebus
Damna sub adverso tristia Marte tulit.
Hæc mihi dicta semel, totis hærentia Fastis,
(Ne seriem rerum scindere cogar) erunt.
Ecce tibi fastum, Germanice, nuntiat annum;
Inque meo primus carmine Janus adest.
Jane biceps, anni tacitè labentis origo,
Solus de Superis qui tua terga vides;

Dex-

9. Ne fallare cave.] [Ne fallare] *dies proximus.* pulli codices & editiones etiam aliquot. vid. inf. v. 151.

11. Proximus ater erit.] A. Gellius libro v. cap. 17. *Verrius Flaccus, in quarto de Verborum Significatu libro, dies, qui fasti festibile Kalendas, Nonas, Idus, apud veteres imperiti Nefastos dixit, propter hanc causam dirum Kalendarum atrei scribit.* Caulis deinde subjecerat ex eodem Verrio, exercitum Romanum ad Alliam profligatum Deos misse eadem: quotiesque belli gerendi gratia fastidie Kalendas, Nonas, Idus ea divina a magistratu populi Romani fieri vit, eamque rem male gestam reipublicam, propterea Pontifices decrevisse, nullum his diebus faciendum rite futurum. Idem Gellius ante diem quartum Kalendas, Nonas, Idus nonnullis imperitorum habitum tradit. Quæ compilavit, ut fidit, Macrobius Saturnalium primo, cap. 16. Plura annotamus libro VI, §. 223. Heins.

12. Proximus ater erit.] Dies posteri Kalendarum, Nonarum, Iduum, veteribus habiti infausti & inauspicati, infaustis locis & ratio Joannis Tzetzæ Chil. x. Hist. 27.

Εἰ που καὶ ἀποῤῥητὰ τὰ παλαιὰ ἐρέξω,
Ἢ μὴ τὰ ἐνόντα δηλώσω τοῖς ἀξυνέτοις·
Ὡς τοῖς Ῥωμαίοις ἔδοξεν τῇ μαντικῇ χρῆσις,
Ὅταν ἐπιβάλλωσι τοῖς πολίταις τὰ ὅπλα,
Καὶ στρατεύωσι τὰ γένη τῶν ἐθνῶν.
Οὐ γὰρ πάλαι ἐκράτουν, πρὶν τὸν ἐξῆς ἐνιαυτὸν,
Εἰς τὰς ἴσας ἡμέρας καὶ ἀριθμὸν ἐκείνας
Τροπὴν οὐ ἔσχε στρατὸς ἐξ ἀλλοτρίας χειρός.
Τὰς δὲ ἡμέρας ταύτας ἐκάστου ἐνιαυτοῦ,
Ἐλεγεῖο ἐγὼ τοῖς σοῖς ἀκούειν, πρὶν μοι ἀνοῖξαι τὰ κλῃδία·
Ἕκαστος δὲ ἡμέρας ἐν τοῖς ἡμέραις τῆς κλῃδὸς,
Ἀλλ' ἔστιν ἄλλαις ἄλλας ἡμέρας μοι μαντεύειν,
Ἢ πάμπαν ἴσαν. ἢ λαιναῖ, πρὶ μοι ἀνοῖξαι πύλας.
Οὕτως ἡ κατοικήσεις τοῖς τοῖς ἀποῤῥήτοις;
Ἀλλ' ἐγὼ τὰς ἐν ἐκείνοις ταύτας, ἢ μοι ἀνοῖξαι·
Οὕτω τὰ ἀποῤῥήτοις μὴ εἶναι λαθεῖν πλέον.

Neapol.

15. Omen ab eventu est.] Nam quoties per hos dies sacrificatum ad pugnam, malè patribus cessit; ut illa ad Cremeram, altera ad Alliam, & aliæ, quas reperies per annales. Neapol. *Nomen* Cantabr. & unus Heinsii.

16. Sub adverso.] *Sub averso* excepti Vossii, septem codices & edit. Gryph. sollemni permutatione. vid. ad Epist. VII. 4. & alibi. *sub immenso* omnes codex. *damna grandia* unus Vatican. ceterum notari velim, *damna ferre* hic & lib. II. 522. & lib. III. Trist. VIII. 34. pro *facere*, ut Cicero & alii optimo ævo loquebantur. nec *pati damna* dixisse veteres observarunt viri doctiores, quamvis in Livio id observasse Gudium dicat Borrichius, sed vellem locum nobis indicasset. *ferre* autem damna non damnandum. ita *eandem fortunam tulit* dixit Cæsar VII. Bel. Gal. 62. & contra *præmia ferre* supr. §. 12. & libr. V. 284. & similia. Burm.

17. Hæc tibi dicta.] *Sibi* plerique veteres, pro *a me.* sequenti versu, *cendere* Urfini liber. duo alii, *fundere.* Heins. *Fundere* Vatican. pro *erunt* etiam *erant* unus codex.

18. Ecce tibi fastum, Germanice, nuntiat annum.] De particula *Ecce* vide quæ lib. II. in meis in Metamorphosin Observationibus notavi. Ciofan.

19. Inque meo primus.] Meliores, *primus.* infra pari modo, veteres libri §. 172.

Jane, tibi primo tura merumque fero,

non *primum.* Heins. Infinitis apud Nostrum locis, permutata *primus* & *primum*, *prior* & *prius.* vide & ad Livium Jacob. Gronov. lib. VI. II. *Janus erit* sex libri.

20. Jane biceps.] Hæc est omnium librorum veterum lectio. Ciofan. Sic & eumdem compellat Quintus Septimius apud Terentianum:

Jane pater, Jane tu dive biceps, bifrons,
O cate rerum sator, o principium Deorum.

Neapol. Quidam tamen *bifrons* habent. & utrumque innumeris exemplis vindicari posset.

21. Origo.] *Imago* Arondel. & Politian. vid. ad lib. I. Met. 79.

Otia

Dexter ades Ducibus; quorum secura labore
Otia terra ferax, otia pontus agit.
Dexter ades Patribusque tuis Populoque Quirini:
Et resera nutu candida templa tuo.
Prospera lux oritur: linguisque animisque favete.
Nunc dicenda bono sunt bona verba die.
Lite vacent aures; infanaque protinus absint
Jurgia. differ opus, livida lingua, tuum.
Cernis, odoratis ut luceat ignibus æther;
Et sonet accensis spica Cilissa focis?

Flam-

68. Otia terra ferax, otia Pontus habet.] Alludere videtur ad id, quod Livius scribit lib. I. *Bis deinde Janus, post Numæ regnum, clausus fuit; semel T. Manlio Consule, post Punicum primum perfectum bellum; iterum, quod nostræ ætati Dii dederunt, ut videremus, post bellum Actiacum ab Imperatore Augusto pace terra marique parta.* Ciofan. Tiberio & Germanico hæc dicta, sed præcipuè Augusto: idem ille ipse fastus in suo indice Ancyrano; & passim Romanus & peregrinus stilus. Philo Judæus legatione ad Cajum: Οὗτος ὁ πρὸ τοῦ φαινομένου πρὸ ἡμῶν πολέμους διὰ τὰς ἐκ μικρῶν ἐπιβολὰς ἀπάλλαττε. οὗτος ὁ τὰ διὰ θαλάττης πυρατικῶς ἢ ἀφράκτων πανταχοῦ ἐχυμασάμενος, φορείδων δὴ πλοίοις. οὗτος ὁ τὰς πόλεις ἁπάσας ἐκ βαθυρρίων ἐξελόμενος, ὁ τὰ ἀτείχιστα εἰς τάξιν ἀγαγών. Neapol.

68. Otia pontus habet.] Ἀναφορὰ. Ciofan. *Agit* septem veteres. quod præfero. sic lib. II. 724.

Luditur in castris: otia miles agit.

& lib. IV. sub finem §. 926.

Nil opus est illis, otia mundus agit.

Virgil. III. Georg. 376.

——— *secura sub alta*
Otia agunt terrâ.

Claudianus præf. II. de Raptu.

Otia fossilis agerat cum cantibus Orpheus.

sic *pacem agere* Auson. Precatione in consulatum suum, *pacem mundus agat*, & parent. Carm. XVIII. XIX. Cæsar tamen Germanicus Fragm. Progn. *Pacem mundus habet.* & contra *bellum agere.* de quibus ad II. Trist. 230. Heins. ita & Flor. II. 20. *pacem agere*, vid. & ad Quinct. de Inst. Orat. X. 1. *pontus habet* Bernens.

69. Populoque Quirini.] Bononiensis codex, *Quirino.* vide infr. ad IV. 375. & XV. Met. 572. & Bentl. ad Horat. I. od. 2. ubi eadem varietas in multis Poëtarum locis observatur. in Petroviano & tribus aliis erat, *duciburque:* male. vid. Bentl. ad Horat. III. VI. 29. videndum vero cur *Patres* dicantur esse Jani, & *Populus* Quirini, & an forte non rectius foret, *patribusque tui populoque Quirini*, id est tui Martis. ut & patres & populus Martis, id est Romanus, sint in tutela Jani, qui etiam a Marte dictus fuit *Quirinus*, vid. cumd. Bentl. ad Horat. IV. Od. 15. Burm.

70. Et resera nutu candida templa.] Non precatur finistrum aliquod omen; nam Janus non cruentus belli index; sed poscit templi aditum ad faciliora: vide, si vacat, ad hunc locum Pauli Marsi nugas. Neapol.

70. Candida templa.] *Condita* volebat olim Heinsius. sed & Apollinis *templa candida* vocat III. Trist. I. 60. ita & confula *condita* & *candida* inf. 186. & alibi. Burm.

71. Prospera lux oritur.] Kalendæ Januariæ dies totius anni celebrior novo Magistratu, novis muneribus, tot superstitionibus, quas tanget, tangemus & nos; ideò primò inquit *bono die.* Neapol. *Proxima* Arund. Vos. Hamb. *postera* Vatican. & alius. male. vid. Herald. ad Arnob. lib. IV. p. 159. Burm.

71. Linguisque animisque favete.] Unus Vatic. Maffei & Urfini liber, *linguis* absque *que* conjunctione: placet. Ciofan.

72. Bono die.] *Bonus* hic pro festo, ut apud Plautum in Pœnulo: *Die bono Aphrodisii.* sic *bona verba* quæ festum addecent, non mala, non impudica. In re simili Actius Poëta vetus: *Ore obscœna dicta segregent.* Neapol. *Bona dia* plurimi codices & edit. *Hæc dicenda* excepti Vossii. vide Salmas. ad Vopisc. Aurel. cap. I. cui fari debet Neapolis. Burm.

73. Aures.] *Omnes* Arondel. quæ eadem varietas IV. Met. 271.

73. Infanaque.] *Vesanaque* Janian. *longius absint* Vatican.

74. Livida turba.] *Lingua* meliores. Sic Martial. lib. VII. Ep. XXIV.

Cum Juvenale meo quæ me committere tentas,
Quid non audebit perfida lingua dei?

quomodo corrigo. nam *audebit loqui*, quod in vulgatis est, vehementer friget. Aberrans librarii manus *l-di* pro *dei* scripserat. hinc natum pollex *loqui.* Petronius cap. 132.

Sermonis puri non tristis gratia ridet,
Quodque facit populus candida lingua refert.

Heins.

Flamma nitore suo templorum verberat aurum,
Et tremulum summâ spargit in aede jubar.
Vestibus intactis Tarpeias itur in arces:
Et populus festo concolor ipse suo est.
Jamque novi praeëunt fasces; nova purpura fulget:
Et nova conspicuum pondera sentit ebur.
Colla rudes operum praebent ferienda juvenci,
Quos aluit campis herba Falisca suis.
Juppiter, arce suâ totum cum spectet in orbem;
Nil nisi Romanum, quod tueatur, habet.
Salve, laeta dies, meliorque revertere semper,
A populo rerum digna potente coli.
Quem tamen esse Deum te dicam, Jane biformis?
Nam tibi par nullum Graecia numen habet.

Ede

-6. *Et sunt accensi spica Cilissa focis?*] Antonius Thylesius hoc loco, & Josephus Scaliger in Propertium lib. IV. per *spicam Cilissam* crocum intelligi debere recte admonent, contra Pauli Marsi opinionem. Confirmat & hanc, quam ego quoque probavi, opinionem Ovidius ipse in Ibin, ubi ita est:

Quotve ferat dictam terra Cilissa crocat.

Ciofan. Pro hac satis probavit Josephus Scaliger in Coniectaneis ad Propertium, crocum intelligentiam; & profectò ita est. *Spica* verò hic croci nomen, ut de alio Cato: *Ulpici spicas tres, allii spicas tres.* Στάχυς videlicet, flos ipse croci, qui antequam aperiatur, τὸν στάχυν inclusas gerit, acuminato folliculo. Sic dixere illa illa lutea Graeci, sive γλαγῶνας. Florentinus in Geoponicis de croco: Λέγεται δὲ ὅτι ἐλαιόπηγ ἐν μέσῳ αὐτῆς ἔλαιον ἔλαμπεν τὸν γλαγῶνα. καὶ ἐκαλοῦμεν ἀνθὸς τοῦτο, ἢ στάχυν. Neapol. De croco agi jam interpretes viderunt. *Focis* autem *fovet*, quod optimi croci indicium. *Chalcis* dicitur ex monte Corycio. de Croco Plinius lib. XXI. 6. *Probatio fuerit, si hauserit manu crepitu, velut fragile.* per hanc explicationem & illa crocis intelligentur, quod a Solino ad vellia, pag. 745. jam est observatum. hinc frequenter ξηλίσαγχα μέλανα dicunt. Glossae mediae, ξηλίσαγχα, τὰ κάνναβα. nec aliter capiendum illud Propertii IV. VI. 72.

Et lucta accensas spica Cilissa comas.

Spica Indica, pro unctio, & *spica nardi*, pro folio. *Nardi folii unciae* Nostro Natum. XV. & *Nardi pistici uncias* in cera Lactantii de Phoenice. Hesiod. Virg. & Mart. vide, vt. Var. Lect. 7. *spica Cilissa* nonnulli. Calcagninus, Heinsius & *Lybissa* conjecerat olim. *Jarbam* etiam Putoneus. *Regis* Bernecf.

7. *Tempora verberat aurum.*] Puta inaurata lacunaria, sociam Romanis de quo lucu facem petite à Criticis superioris aevi. Neapol. *Verberet* Farnef. & Vatican: & tunc seq. versu lege, *spargat*, ubi *spargis* Farnef. *surgit* quinque libri. *tendit* Vossii. Heins.

9. *Tarpeias itur in arces.*] Ex more ipse ad Sextum Pompejum in gratulatione initi Consulatus anno DCCLXVI. lib. IV. de Ponto, Elegiâ IV.

Ergo ubi, Jane biceps, longum reseraveris annum;
Pulsus & à sacro mense December erit.
Purpura Pompejum summi velabit honoris,
Ne titulis quidquam deerat ille suis.
Cernere jam videor rumpi paenè atria turbâ,
Et populum laeti desiciente loco;
Templaque Tarpeias primùm tibi fidis adiri,
Et fieri facies in tua vota Deos:
Colla boves niveos certae praebere securi,
Quos aluit campis herba Falisca suis.

Repetit & hic postremum carmen vix mutatâ vocula. Neapol.

9. *In arces.*] *Ad arces* plurimi.

11. *Nova purpura fulget.*] Novi Magistratus insignia; sed haec purpura est praetexta Consularis: idem ad Graecinum Consulem:

Praetextam, fasces aspiciamque tuos.

Hanc & togam pictam, & trabeam, & palmatam dictam repperi: observa ad Ausonium in Gratiarum actione. Neapol.

12. *Conspicuum.*] *Perspicuum* excerpta Douzae & quatuor codices.

13. *Juvenci.*] *Securi* multi scripti. *rudes tauri p. f. securi* Petavianus.

14. *Herba Falisca.*] In nonnullis, *terra Phalisca*. Naugerius. Vide III. Amor. 12. & IV. de Pont. 4. infr. IV. 67.

Hoftus Aventinis armentum pavit in herbis.

sic *Latia herba* infr. VI. 539. & VI. 639. *Desertas herbas*. Burm.

15. *Spe-*

Ede simul caussam, cur de coelestibus unus,
Sitque quod à tergo, sitque quod ante, vides.
Haec ego cum sumtis agitarem mente tabellis;
Lucidior visa est, quam fuit ante, domus.
Tum sacer ancipiti mirandus imagine Janus
Bina repens oculis obtulit ora meis.
Obstupui; sensique metu riguisse capillos:
Et gelidum subito frigore pectus erat.
Ille tenens dextrâ baculum, clavemque sinistrâ,
Edidit hos nobis ore priore sonos.
Disce, metu posito, vates operose dierum,
Quod petis: & voces percipe mente meas.
Me Chaos antiqui (nam res sum prisca) vocabant.
Adspice, quam longi temporis acta canam.

Luci-

85. *Spectet.*] *Spectat* unus liber & excerpt. Douzae. *conspectet* Vossii.

87. *Salve festa dies.*] Ita lege ex veteribus exemplaribus & ratione. Ciofan. Vetustiores libri, *Laeta*. Apologetico Tertulliani cap. 35. *Cur die laeto non Laureis postes obumbrammus?* Auctor Octaviae,

—— *sed movent laeto die*
Pulsata palmis pectora & fusae comae.

Heins. Eadem varietas v. Trist. III. 3.

90. *Graecia numen habet.*] Inde Athenaeus lib. XV. Ὅτι Τανὸς ὁ παρ' ἡμῖν θεὸς, ὃν καὶ πατέρα προσαγορεύομεν. Neapol.

92. *Sitque quod a tergo, sitque quod ante.*] *Idque* in utroque loco ponendum suadent prisci libri. Idem. *Idque quod à tergo est, idque* alii, sed pejoris notae. Scribe,

Sitque quod a tergo, sitque quod ante, vides.

infra lib. V. 123.

Stulta, videt Janus, quae post sua terga geruntur.

huc refer Persianum illud, Sat. I. 58.

O Jane, à tergo quem nulla iconia pinsit.

Macrobius Saturnalium libro primo cap. 7. *Post ad Janum solum regnum redactum est, qui creditur geminam faciem praetulisse, ut quae ante, quaeque post tergum essent, intueretur. quòd prout dubio ad prudentiam regis sollertiamque referendum est.* Huins.

93. *Tabellis.*] Haec sunt hic pro schedis: cum literatis loquor. Neapol. Plaut. Pseud. I. IV. 8. *Quasi Poëta tabulas cum cepit sibi.* Douza. *Hoc ego Gryph. agitarem in mente* Thuan.

94. *Ante domus.*] *Dies* excerpta Vossii, Politiani & codex Erfurtanus. quod nec absurdum: nam ipsum coelum magis lucidum adparentibus diis videatur. Val. Flac. V. 183.

—— *simul aethere plena coruisco*
Pallas.

& ita passim Poëtae. Burm.

96. *Repens.*] *Repente* multi scripti. male. vid. ad lib. XII. Met. 61.

97. *Eximii.*] Codices meliores, *obstupui*. Heins. *Excrucior* Excerpt. Vossii. *sensique meos* duo libri & Bernens.

99. *Ille tenens baculum dextra.*] Non aliter vidi eulum in nummis hujus simulacrum: in quibus illud & rectum notavi, & sedens in bipede; at baculum in sinistrâ etiam. Neapol.

99. *Clavemque sinistra.*] Adi Macrobium primo Saturnalium. Idem. *Clavamque* unus.

102. *Et voces concipe mente meas.*] Eadem exemplaria, *Percipe*, verè. quam lectionem agnovit & Marsus. Ciofan. In Hamburgensi erat, *vires percipe mente meas*: non male; ut mox *officium meum* VI. 116. & 133. *vis mea narrata est*. Heins. Sic & *vires* & *voces* permutatae apud Sil. Ital. IV. 698. *percipe* vero non mutandum, quo verbo saepe in his libris utitur, ut inf. VI. 166. 612. IV. 638. & alibi. Burm.

103. *Me Chaos antiqui.*] Hinc illa ab eisdem de Jano relicta: *Qui cuncta fingit, eademque regit, aquae terraque vim ac naturam gravem, atque proclivem in profundum dilabentem, ignis atque animae levem, immensum in sublime fugientem, copulavit circumdato caelo: quae vis caeli maxima duas vires dispares colligavit.* verba sunt illius M. Messalae Co. Domitii in Consulatu collegae. Neapol. *Antiquum* Vossii codex.

103. *Nam sum res.*] *Qui* vel *quae sum* Excerpt. Voss. *nam sum res* Thuan. *sum res nam* Scot.

104. *Aspice.*] *Accipe* Moreti unus & septem alii. & quidam editi.

Lucidus hic aër, &, quae tria corpora reſtant,
Ignis, aquae, tellus, unus acervus erant.
Ut ſemel haec rerum feceſſit lite ſuarum,
Inque novas abiit maſſa ſoluta domos;
Flamma petit altum; propior locus aëra cepit:
Sederunt medio terra freturnque ſolo.
Tunc ego, qui fueram globus, & ſine imagine moles,
In faciem redii dignaque membra deo.
Nunc quoque confuſae quondam nota parva figurae,
Ante quod eſt in me, poſtque videtur idem.
Accipe quaeſitae quae cauſſa ſit altera formae;
Hanc ſimul ut noris officiumque meum.

Quid-

105. *Quae tria corpora.*] Nomina excerpta Voſſii.

106. *Ignis, aquae & tellus.*] *Aquae, tellus* reſtituit Petavii codex & tres alii, quidam, *aqua, tellus*. Heins. Erat etiam Francof. & quidam alii ex opinione. vid. I. Met. 7. & II. Art. 468.

107. *Lite ſuarum.*] Natura ἐξ ἔριδος, ex Orphei opinione. Vide Apollonium Rhodium. Neapol.

109. *Cadens flamma petit.*] *Altum* ſcripti plerique, nili quod Urſini liber & Petavii veterrimus cum decem aliis, *flamma petit altum*. contracte pro *petit*. Ancher Oſtavias, 422.

—— *tella defendit ſuis*
Alcina telis, aut petit praedae imminens.

Noster lib. VIII. Met. 241.

Longius it, auctor telis Pegaſaeus Iüson.

Ennius Annal. lib. XVII.

Is equus, & ſtatuit cava concutit ungula terram.

Statius Theb. X. 317.

Tractuque pavet in ſanguine murmur.

Sulpitia Sat.

Aſt ubi pax fecere redit, oblita furorum
Tellus nutrimen suâ ſponte meritumque ſlagri.

Statius IV Sil. III. 131.

Ego non dignior his ſedibi habenas.

Virgil in decimum Druſi, 238.

Auctor adit coeli, ſed tamen extat opus.

Juvenalis, 12. 134.

Aſſiduo ruptus clivo ſe frondibus Orbona.

Sic rupi, pro redii apud Claudianum, & ſaepe apud Statium. Hercules Oetaeus. *Ini* pro *initi* apud Statium, & *par* pro *pari*. *Ausi* pro *adii* apud Val. Flaccum, & ſimilia. *Altum* pro coelo apud Claudian. lib. 2. Rapt. 249. de hac eadem re,

—— *quicquid leve fertur in altum,*
In molem gravitas trahit.

Virgil. Georg. II. 219.

Sidit adeo nihil petere reſidit.

Ovid. Ib. 53.

Qui ſis ubi ſedeas, aut conſtes corpore, cgenum
Sufficit alta parens, pedibus Jovis arrigor unus.

Georg. I. 141.

Atque alius latum funda jam verberat amnem
Alta petens.

Noster ipſe Met. XV. 243.

Alta petunt aër, atque aëre parior ignis.

Seneca Oedipo, 891.

Cuoſſum regem timens;
Alta dum demens petit
Artibus fidus novis,

de Daedalo. ubi nolim reponi,

Aſtra dum demens petit.

Stat. XI. Theb. 46. *Trux meuret ab alto*; ubi, *ab aſtris* alii. Valerius Flaccus lib. IV. 504.

—— *primum pavidae Phineia tecta*
Pervolitant, mox alta petunt.

Boëtius lib. IV. Conſ. Philoſ. ubi de elementis, *pendulus ignis ſurgit in altum*. ſequenti verſu pro *loco* libri omnes meliores magno numero, *ſolo*. & recte. nam *ſolum* uniuſcujusque rei fundamentum, ſic navium ſolum eſt aqua, ſtellarum coelum, maris ac terrae aër. Noster Met. I. 73. *Aſtra tenent coeleſte ſolum*; pro coelo. *loco* tamen in re ſimili dixit Marcianus Capella libro VI.

Telius, quo rapidum conſiſtens ſuſpicit orbem,
Puncti inſtar medio federat ima loco.

ita mendoſiſſimi verſus ſcribendi: niſi & illic *ſolo* placet reponi. vulgo,

Tellus, quae rapidum conſiſtens ſuſcipit orbem,
Puncti inſtar mediis haeſerat ima loco.

Solum aedificii Columella dixit libro I. cap. 5. *Quantaeque fuerit ſolum aedificii primus tricnti.* quo loco non eſt audiendus Fulvius Urſinus, vir de omni antiquitate meritus quam optime, dum reponit, *ſoli aedificium*. Cicero tamen V. Tuſc. Quaeſt. 24. *Terra & quibus librata ponderibus; quibus cavernis maria ſuſtineat, in qua omnia delata gravitate medium mundi locum ſemper expetant.* & Hb. I. 17. *Terra & mare in medium mundi locum gravitate ferantur.* & mox: *Globabunt terram eminentem e mari ſixum in medio mundi univerſi loco.* Heins. Vide Cerdam ad Virgil. V. 199. & Gronov. ad Stat. I. Theb. 43. ita & Nicephor. Gregor. Hiſt. Byzant. lib. XXII. pag. 666. Edit. Baudur. dixit σύσκιον ἔδαφος. Valer. Fl. IV. 712. *Pont. jacentis ſolum.* Burm.

Quidquid ubique vides, coelum, mare, nubila, terras;
Omnia ſunt noſtrâ clauſa patentque manu.
Me penes eſt unum vaſti cuſtodia mundi;
Et jus vertendi cardinis omne meum eſt.
Cum libuit Pacem placidis emittere tectis;
Libera perpetuas ambulat illa vias.
Sanguine letifero totus miſcebitur orbis,
Ni teneant rigidae condita bella ferae.
Praeſideo foribus coeli cum mitibus Horis:
It, redit officio Juppiter ipſe meo.
Inde vocor Janus. cui cum Cereale ſacerdos
Imponit libum, mixtaque farra ſali;

No-

113. *Quoniam nota parva figura eſt.*] Libri plerique *eſt* non agnoſcunt. Recte autem codex Urſini, Gottorph. & unus Vaticanus, *quondam*. ne dubita. Voſſianus, *nota prima*. etiam non male. Heins. Dubito, an ſcripſerit, *nota priva figuras*. quae vox ſaepe loco ſuo fuit mota, & *primus* ejus locum occupavit. ſic infr. 137. *Privi profe limina tolli*. opponitur enim coeleſti aulae. *primum tectum* nihili eſt. vid. ad IX. Met. 20. ſic & pro *parvo* lib. I. Amor. 6. *Aditu fac janua parvo*, in Neapol. eſt *primo*, unde forte legendum, *privo*. Burm.

115. *Quae cauſſa ſit altera.*] In meo infimae vetuſtatis codice, *quae ſit cauſſa altera formae*. Neapol.

117. *Nubila terras.*] *Sidera* excerpta Voſſii.

119. *Vaſti concordia mundi.*] Addit & jus vertendi cardinis. idem illi tribuit Quintus Septimius:

Stridula cui limina, cui cardinei tumultus,
Cui reſerata mugiunt aurea clauſtra mundi.

Quatuor ſunt cardines, in quibus mundus vertitur: Septemtrionalis & Meridionalis axis, Occiduus & Orions. Graecis ἀνατολικὸν κλεῖθρον, δυτικὸν, ἀρκτικὸν, μεσημβρινόν. Sed verè quibus orbis innititur, eſt μεσημβρινὸν καὶ ἀρκτικὸν. alia potius ſunt ſolis κέντρα quàm mundi. Neapol. *Concordia* Editio Neapolit. ut in Hamb. Medic. Vatic. & quibusdam aliis. *cuſtodia* alii.

121. *Textis.*] *Immittere turris* unus Patav. *immittere rebus* Hercul. cod. quod placebat Heinſio. *emittere turris* Polit. & quatuor. *templis* unus.

122. *Libera per tutas.*] Liber Urſini & fratris mei. *Libera perpetuas*. Cioran. *per tutas vias* veteſtiones plerique. tres, *per totas*. ſed vulgatae lectioni controverſia haud eſt movenda. ſic *ambulare maria* dixit Cicero lib. II. de Finibus: *Cum Xerxes Hellespontо junctо Athoque perfoſſo maria ambulaviſſet, terram navigaſſet.* ambulare etiam de navibus dixit Cato apud Gell. X. 26. *Mare cum amnis, qua navet ambulant.* locus autem Catonis eſt cap. I. de R. R. Ennius:

Inde paramper caerula navibus ambulant.

pari modo *ire maria & currere maria* dicebant. Quare non eſt ut poſſim accedere Quintiliano, cetera graviſſimo ſcriptori, qui lib. I. cap. 9. Inſt. Orat. *Ambulare viam* ſolocciſmis accenſet. Lampridius Heliogabalo: *Stravit & triclinia de roſa, & lectos & porticus; ac ſic ea deambulavit.* Quomodo duo codices Mediceі. Idque in ſuis Salmaſius etiam invenit. *Vadere* etiam quanto caſui junxit Apulej. quomodo *ire & currere* alii veteres. lib. II. Metam. *Sed dum primam plateam vadimus.* ita *currere viam* Prop. I. II. 12. & Virg. v. Æneid. 562. *currit iter tutum* & Avien. Progn. p. 111. Ed. Goet. de Sole, *currere devexa*. ita *ſeſtinare vias* Stat. II. Theb. 478. Heins. *Ambulare navas* dici ex Pſalmis Davidicis etiam docuit Druſius lib. III. Quaeſt. Ebraic. cap. 59. vid. & Paſſerat. ad Propert. I. I. pag. 139.

123. *Latifero.*] *Lucifero* Moreti. quod pro *latifero* accipiebat Heinſius. nihil tamen mutari volunt propter locum ex Remed. Amor. 26.

Sed tua letifero ſanguine tela tarent.

125. *Praeſideo caeli foribus.*] Id ſibi veteres induxerunt ob cauſſam, quam tetigit Macrobius primo Saturnal. *Janum*, inquit, *quidam volunt Solem demonſtrari, & ideò biformem; quaſi utriusque januas caeleſtis ortus & occaſus potentem, qui eundem aperiat diem, occidens claudat.* Ex hac opinione Janum *matutinum* dixit Horatius lib. II. Satyra VI. Neapol.

125. *Cum mitibus horis.*] Hae quoque coeli cuſtodes. ἀπὸ τοῦ ἱρεύειν eis nomen. Pauſanias Eliacorum primo cap. II. Ὅ τε μὴν δὴ ἐν Ἑλλάδι ἐπίσημος τῶν Ὡρῶν καὶ ὑπηρετοῦσι τῷ οὐρανῷ, καθάπερ τοῖς Φλλήνες βασιλεῖ δοῦλοι. Hiados eſt V. ſſ. 749. ubi hi verſiculi:

Ἀνοίγνυσιν δὲ αὐτὰι μέσον οὐρανὸν, ἠδὲ ἴσχουσι
Τῷ ἐπιτηρητοῖσι μέγας οὐρανὸς ἠδὲ νεφέλαι,
Ἠδὲ πύλας ἀνακινοῦσιν, ἐπὶ ἐπιθεῖσαι. Inde,

Nomina ridebis. modo namque Patulcius idem,
Et modo sacrifico Clusius ore vocor.
Scilicet alterno voluit rudis illa vetustas
Nomine diversas significare vices.
Vis mea narrata est: caussam nunc discе figurae.
Jam tamen hanc aliquâ tu quoque parte vides.
Omnis habet geminas, hinc atque hinc, janua frontes:
Et quibus haec populum spectat; at illa Larem.
Usque, sedens vester primi prope limina tecti,
Janitor egressus introitusque videt;
Sic ego prospicio, coelestis janitor aulae,
Eoas partes Hesperiasque simul.
Ora vides Hecates in tres vergentia partes,
Servet ut in ternas compita secta vias.

Et

Et redit officio Jupiter ipse meo.] *Et redit officio Jupiter ipse* scripti plerique. Nimirum vera lectio est, *Et, redit officio Jupiter ipse meo*, quam Vossianus & septem alii agnoscunt. Statius Sylv. lib. I. II. 34.

——— *lucet expositus per limina apertis*
Aet rediit genius.

Item Elegia in obitum Maecenatis:

Dardanaque exitii numquam lassata carina
Et, redit in nostros jussa nocere lacus.

Ubi legendum, *numquam lassata ratina*, de Charetum cymbis agitur. Ubicunque tamen, *Jupiter redit*. quod apud Virgilium, Silium, Statium, Val. Flaccum, aliosve occurrit, etiam apud Nostrum Trist. v. Eleg. VII. videtur autem allusisse Naso ad etymon nominis, cum Cicero *Janum* ab eundo *Eanum* appellat. Heins.

127. *Inde locus Jano.*] Hinc spectat locus Tullii II. de Natura Deorum: *Quod ab exitu nomen est ductum, ex quo transitiones perviae Jani, quoque in limitibus profanarum aedium januas nominamus.* Neapol.

127. *Cui cum.*] *Nihil* cum Bernensis.

128. *Imposuit Numa.*] Subjicere hoc illud esse, de quo Festus Pompejus: *Januli libi genus, quod Numa instituisse dicitur.* Neapol.

129. *Parvaque missa fuit.*] Molem fuisse. Idem. Sale *Janus* scripti de exitu. vid. infr. VI. 175. & ita editio Neapolit. pro *impositi* Heinsius conjecerat, *fuisse*. ut Ve. III. 73. vel, *apposita*: vel, *jam fuisse*. *Imposuit* liber Sarrav. & recte *imponere*, reponere videtur orat, *amisse*, vel simile quid. Heins.

131. *Clusius ore vocor.*] Tres apud me veteres apud de compacto habent, *Clausius*. fic scriptum & hoc Jani cognomentum apud Macrobium primo Sat. cap. 7. ubi plura alia cum fuis etymis fic vide. Neapol. *Clusius* vetuftiores. Apud Macrobium Saturnal. lib. I. cap. 9. *Clausius* bis dicitur, quomodo & hic multi codices. Sed duo veterrima exemplaria Macrobii, alterum Thuaneum, Neapolitanum alterum, *Clusivius* illic agnoscunt; quod & postremas ejus editiones jam occupasse video. Neque aliter eum Servius Danielis nominat ad sextum Aeneidos. vs. 620. ubi tamen *Patulcius* perperam appellatur. Quare parum abest, quin opiner *Clusivium* ab Ovidio dictum contracte. ut *Vesvius* pro *Vesuvio* & similia. Heins.

131. *Alterno voluit.*] *Aterno* plurimi. & *voluit*. *Vovit* duo. Heinsius malebat, *scilicet alternat*, & *nomine diverso* sq. *vices*.

133. *Vis mea narrata est.*] Relata jam sua multiplici potestate accedit ad causas formae bifrontis: in quas assignandâ varia commenti sunt veteres, ut C. Baïus & alii. Neapol.

134. *Tu quoque parte vides.*] *Parte videre potes* Sedulius.

136. *Hae: populum.*] *Populos* tres libri. *spectes* Gottorph.

136. *At illa Larem.*] In uno & altero legi, *& illa Larem*. etiam bene. Neapol.

137. *Primi prope.*] Pro prima parte tecti capium. sed an hoc recte dicatur de inferiore parte domus, ubi janua, dubito, quare *privi* etiam hic praefero, ut domus privatae cultos comparetur Jano. vid. supr. vs. 113. *Vester castri prope* quidam libri. ita & suspectum habuit Gruterus locum Martial. III. 5.

Primique in limine tecti

quem ipse Heinsius corrigit infr. VI. 192. & ad Claud. III. Conf. Honor. I. post Gronov. ad Senec. Apoc. vid. & ad Val. Flac. I. 710. duo etiam Mff. hic habent, *limina Jani*. ut intelligantur transitus illi, qui *Jani* dicuntur. *limina templi* Voss. Thuan. & duo alii. *atque salet* Gottorph. vid. VIII. Met. 42. Burm.

139. *Prospicio.*] Meliores, *Perspicio*. Heins. Ego vulgatam servo: duabus enim frontibus simul duas partes prospicit.

141. *Ora vides Hecates in tres vergentia partes.*] Felicissimè hunc locum explicat Parrhasius in Claudianum, & nos in Metamorphosin observationibus repetemus. Ciofan. Hinc Hecate vulgò Graecis τριπρόσωπος, τριμορφος, τρισδίτης, τρίγλωσσος. Charicles ἐν Ἀλίαις· Δέσποινα Ἑκάτη τρισδίτη, τρίμορφε, τριγίγωτε, τρίγλας κυλεμένη. Quid τρίγλη, in Hesychio legas: Τρίγλη ἰχθὺς ἁλάσσιος, καὶ τόπος τις. Dianae autem sacer, ut videlicet; caussâ non aliâ, quàm quòd in cognomine illo τρίγλωσσος, quod illi datur, τρίγλη aliquam habet similitudinem. sed audaculos videar: en eamdem in Athenaeo lib. VIII. Τῇδὲ Ἑκάτῃ ἀποδίδοται ἡ τρίγλη, διὰ τὴν τῆς δυσμενείας κατάστασιν, τρισδίτης γὰρ καὶ τρίγλωσσος. Ibidem hac de re diversae ab aliis caussae proferuntur, quas singulas vide. At quid illud in Hesychio de Triglâ, καὶ τόπος τις, haud dubiè locus erat Athenis celebri statuâ numinis hujus cognomento Triglachini. Eustathius observat ad Iliad. Υ. Ὅτι δὲ καὶ τόπος τις Ἀθήνησι τρίγλη ἐκαλεῖτο, καὶ ὁς ἀνάθημα ἦν ἐκεῖ Τριγλαυκίου ἑκάτης, δηλοῦσι καὶ ἀντὶ τῶν παλαιῶν. Eadem habet Athenaeus praefato libro. Neapol. *Vergentia* libri meliores praeter Petavianum, de quo Pont. I. El. IX. vs. 54. potest tamen *vertentia ora* pro *versis* dixisse. sic Priscianus Periegesi:

Marmaridae post hos Aegypti ad flumina vertunt.

sic *mutare* pro *mutari*, *vibrare* pro *vibrari*, & similia, de quibus Grammaticorum filii copiosè. Avienus Phaenomenis.

Rectas si visum declivi tramite vergas.

Apulejus Met. IX. *At ego sine ulla mora progressus etiam obvio gradu satis sitiuntur, pronus & totum caput invergens salutares vere equidem illas aquas hauriebam.* quae vera illic loci scriptura est. quomodo & postea scribendum opinor, *quales illi mali vel cantherii debiles, qui circa praesepium capita devexi contruncabant culmos palearum.* qui locus in vulgatis libris non uno naevo aspersus est. Heins. *In terras ignea partes* excerpt. Voss. *in tres urgentia p.* unus. *versantia* alius. *in tres portas* excerpta Kloekhovii. *formas* unus Moreti. mox, *servat ubi* Nazar.

144. *Corpore.*] *Cardine* Vatican. *plura licet* Petavii & Sarrav.

146. *Passus erat.*] *Fassus* praefero cum melioribus. fic I. II. Trift. 525. *Vultu fassus Telamonius iram.* atque ita saepe Noller I. I. Art. Am. 573.

Atque oculos oculis spectare fatentibus ignem.

Ep. XI. 35.

Erubui, gremioque pudor dejecit ocellos:
Haec satis in tacitâ signa fatenda erant.

Heins. Ita & Douza.

148. *Spectans humum.*] Demissis oculis, Ταπεινοβλεψίαν indicium. Neapol. *Verbaque suspectans* Excerpta Vossii, Bernensis & decem alii. *despectans* unus.

152. *Tumet.*] Ὀργᾷ. Tale quippiam in eodem opere notavimus. Ciofan.

153. *Operitur frondibus arbor.*] *Amicitur vitibus* Urlini, Mazarinianus & septem alii. quatuor, *amicitur frondibus*. etiam non male. Pont. III. El. VIII.

Non hic pampineis amicitur vitibus ulmus.

Met. X. 100. *Et amictae vitibus ulmi* ita in re simili *pampineum* quoque *amictum* Virgilius dixit in Culice. Hor. I. I. Sat. XVI.

Pomique & pratis & amictâ vitibus ulmo.

Corippus Africanus libro IV.

——— *cecidere securi*
Antiquae quercus & amictae vitibus ulmi.

Propertius lib. III. Eleg. XIII.

Et portare suis vultuosa frondibus uvas.

Florus libro primo cap. 16. *Hic amicti vitibus montibus, Gaurus, Falernus, Massicus.* ubi male jocosius,

Et mihi, ne flexu cervicis tempora perdam,
Cernere non moto corpore bina licet.
Dixerat: & vultu, si plura requirere vellem,
Se mihi difficilem non fore, fassus erat.
Sumsi animum, gratesque Deo non territus egi:
Verbaque sum spectans pauca locutus humum.
Dic, age, frigoribus quare novus incipit annus,
Qui melius per ver incipiendus erat?
Omnia tunc florent: tunc est nova temporis aetas:
Et nova de gravido palmite gemma tumet.
Et modo formatis amicitur vitibus arbos;
Prodit & in summum seminis herba solum:
Et tepidum volucres concentibus aëra mulcent,
Ludit & in pratis luxuriatque pecus.

Tum

Tum blandi soles: ignotaque prodit hirundo;
Et luteum cellâ sub trabe fingit opus.
Tum patitur cultus ager, & renovatur aratro.
Hæc anni novitas jure vocanda fuit.
Quæsieram multis: non multis ille moratus,
Contulit in versus sic sua verba duos.
Bruma novi prima est, veterisque novissima Solis:
Principium capiunt Phœbus & annus idem.
Post ea mirabar, cur non sine litibus esset
Prima dies. Causam percipe, Janus ait.

Tem-

Tempora commissi nascentia rebus agendis;
Totus ab auspicio ne foret annus iners.
Quisque suas artes ob idem delibat agendo:
Nec plus quam solitum testificatur opus.
Mox ego; Cur, quamvis aliorum numina placem,
Jane, tibi primo tura merumque fero?
Ut per me possis aditum, qui limina servo,
Ad quoscumque velim prorsus, habere Deos.
At cur læta tuis dicuntur verba Kalendis;
Et damus alternas, accipimusque preces?

Tum

163, *anni*, quamquam Horatio dicbus *annus* ejusdem. Adde, *annus* olivas vitibus Columella dixit libro v. cap. 2. & lib. III. cap. 4. *Agnum* vitibus cædere. Ovidius Commentorio:

Cæsus inde vitet, cæditur talmite colli,
Arbore dimissa multa putanda manu.

Vid. prima fast. milliu. vide quæ notamus Remedio Amorum 58. 153. Idem Ovidius:

Quas fabis nocuisse decem palmite vitis
Victima jussit, frondibus induitur.

Adde etiam quinque meliores cum prima editione. Heins.

164. *Gramineis herbis.*] Graminis Junianus. ut Virgil. Ecl. v. 26.

Nec gramineis attigit herbam

Liv. I. 22. *Retulit ex area graminis herbam attulit.* vid. & Claud. bel. Get. 127. ibique Barth. & Heinf. Burm.

165. *Molitur.*] *Conficit* Moretus unus & Junii. *Struxit* alius. sed nihil mutu. est imitatio Virgilii lib. VII. 30.

Auderet multebras tanta, lucoque volebant.

Alii vitii commentatores. *complere* ædes magis dicimus de gravi & cavallo quam blando sono. vid. Cic. II. 513. XIV. Met. 537. Burm.

158. *Et luteum cellâ sub trabe fingit opus.*] Quidam, nullo quomodo Amor. II Eleg. XIV.

Cum tua deserta sub trabe nulla apis.

Sed hinc in tela quamvis aptius. Petronianus & multi alii, *fingit*, quod imprimis arridet. Linea etiam opera proprie *fingi* dicuntur. Hinc *fingi* & *figulus*, quæ videsis ita veteris poetæ de Virgilio,

—— *Fingit fabellas nova carmina finxit.*

Eadem & cetera optima. appositæ & suppetiæ ad tela Ars magi Nasonis. ut hirundinis *fingulis* cellas hinc inde *fingebant*, apud Non. in *fingere*. Lucretius lib. IV. *Ut hirundines ingrediuntur, vel fingunt domos.* Plinius lib. XI. 22. de bombycibus. *Nidos hinc fingunt, fili, fpem lucri affectantes.* apud Virgilium apes Dædalia *fingere* cellas dicuntur. I. IV. Georg. 179. & Ibidem de eadem, *fit.* 202. *Sufficient alii cera & tenuia mella reponant.*

male Salmasius, *refugunt.* Cicero Officiis, lib. I. 44. *Apum examina non fingendorum favorum causâ congregantur: sed cum congregabilia natura sint, fingunt favos.* potest tamen & vulgata scriptura ferri. vetus Poëta apud Servium in Centimetro,

Sonat alta trabe fixus tibi nidus. Heins.

159. *Tum patitur cultus ager.*] Non agnosco hic numeros Ovidianos. Forte scribendum,

Tunc cultum patitur ager renovatus aratro.

Idem.

159. *Aratro.*] *Arando* Junii & unus Heinsii.

160. *Anni.*] *Anno* Voss. & sex alii.

163. *Bruma.*] Solstitium hiemale significat. Cedran. Bene Glossae: *Bruma, πλείας, τροπὴ χειμερινὴ.* Neapol.

165. *Postea mirabar.*] Lege, *scitabar.* sic lib. IV. 191.

Da dea, quæ fuimus, docilis Cybeleïa nepotes.

ita enim & hinc est scribendum. Heins. Cui bono fama & proba mutare? *mirari* enim est, interrogare gestu mirantis & verbis, quae offendunt nos revereri ea & mirari, quae antiquitate sua latent. ut Livius XXVI. 22. *Laudant unus antiqua mirantes.* vide Cuper. II. Obs. I. Burm.

165. *Cur non sine litibus esset.*] Kalendis ergo Januariis fari licebat; & moris erat, ut quicumque munus aut emptum aliquam exerceret, leviter eo die aliquid libaret, auspicii saltem causâ: procreta hunc diem veteres vocarunt *auspicialem.* Panegyristes: *Illum tamen primum Consulatus tui auspicialem diem tacitus pretervire nullo modo possum; qui te solus omnium consecutus es, ut quod tempus antea incipiendis tantummodo rebus aptum esse videbatur, tunc primum paturis fastidire perageudis; unoque sol curriculo & officia te Consulis inchoantem videret, & imperatoris implentem.* Bene *incipiendis rebus*: quin leves quicdam & tralatitiae caussae proponi solebant, omnis intuitu, ut dixi. Ad has superstitiones fui ab antiquis habiti libelli, quibus nomen καλανδολόγια. qui postea venêri, ut colligo ex Nicephoro Homologeta in Canon. *Τὸν ἐπικαλούμενον τοῦ Παύλου, καὶ τὰ λεγόμενα βραχυλόγια, καὶ*

καὶ σελινοδρόμια, καὶ καλανδολόγια, οὐ χρὴ δέχεσθαι βιβλία γὰρ πάντα. Neapol. Vid. Sueton. Neron. cap. VII. & ibi Casaub.

169. *Quisque suas artes.*] Hoc est, fullo fulloniam, sutor sutoriam delibabat, agricolae rusticae opus, telae Columellâ. Sed hoc apage lucelli caussâ. Pari modo quisque supellectilem domesticam poliebat, ut toto ferè anno sine maculâ exstaret. Seneca in Epistolâ LXXXIII. hac luce fatetur frigidâ se solitum corpus abluisse, sed adolescenti aetate. *Ille tantus*, inquit, *Physobrolutes, qui Kalendis Januariis in Euripum saltabam, qui anno novo quemadmodum legere, scribere, dicere aliquid, sic auspicabar in Virginem desilire.* Plura alia scribit à patribus observata hac potissimùm die Augustinus in Sermone de hisce Kalendis, ex quo tantùm illa excerpo: *Sunt qui Kalendis Januariis ita augurio observant, ut focum de domo suâ vel aliud quodcumque beneficium cuicumque petenti non tribuant: diabolicas etiam strenas & ab aliis accipiunt, & ipsi aliis tradunt. Aliqui etiam rustici mensulas ipsâ nocte ponunt, quae fruxerint, plenas multis rebus, quae ad manducandum sunt necessariae, componentes: totâ nocte sic compositas esse volunt, credentes quòd hoc illis Kalendae Januariae praestare possint, ut per totum annum convivia illorum in tali abundantiâ perseverent.* Unum ex eodem addo, per eos dies quoque solitos quosdam tunicâ muliebri amictos & habitu impudico. Hujus obscoenitatis meminit & Balsamo ad Synodum Trull. Ἔθιμόν γοῦν παρὰ Ῥωμαίοις, εἰς μίμησιν νεότητος ἐκφαίνειν παιγνιωδέστερον Ἑλληνιζούσης, καὶ τινα ἄσχημα διατιθέντας. ἔνθεν καὶ μέχρι τοῦ νῦν παρὰ τισιν ἀγροικοτέροις γίνονται κατὰ τὰς πρώτας ἡμέρας τοῦ Ἰανουαρίου μηνός. Neapol. Multa his ritibus notis Lipsio ad Tacit. IV. Ann. 36. subjecit Neapolis.

169. *Artes ob idem delibat agendo.*] *Ibidem* multi ex scriptis. Alii, *obid, obile, imibi* & similia. Lego, *obit & delibat agendo. Obire suas artes*, quomodo *obire suas res* & *munia sua* Ciceroni. *munia obire* Apulejo Met. VII. *obire clandestinos coitus* Met. VIII. *obire officium* Martiali lib. I. Ep. XC. *obire balnea* apud Apulejum Met. VIII. *obire exercendas foeditates* ibidem. *obire consuetum laborem* libro IX. *& discursu alacres obire. civitates, amplexus*, saepe. *epulas, concubitus, praelia: comes obibat virginem* libro X. nisi malis, *obiter delibat.* quod non minus arridet. Heins. Multiplex quidem usus verbi *obire.* sed an *obire artes* dici possit vehementer dubito. deinde incommoda est vox *agendo*, an & illa jungenda *τῷ artes*, ut sit *agendo artes* illas. quare *obiter* praeferrem, ut sit *delibat artes obiter agendo.* mallem tamen,

Quisque suas partes obiter delibat agendo.

Agere partes obvium, & vulgare, & huic loco accommodatum, quia perfunctorie tantum opus suum delibant, &, ut in scena histriones, tantum quisque partes sibi datas agit, ita cives Romani suas, quas per totum annum deinde implere debet. *partes* vero erat in Excerptis, quae accepi a Kloekhovio. *praelibat* etiam Junian. *obiter* est in Bullialdi codice. est vero leviter, non id agens, ut opus revera faciat, sed ominis boni caussa imaginem operis annui & quotidiani exhibeat. sic *obiter reverti* Quinctil. Decl. X. 16. vid. & comment. ad Petron. cap. XXXIV. Burm.

172. *Jane, tibi primum.*] *Primo* meliores. Heins. Vid. supr. Sf. 64. & inf. 207.

172. *Merumque.*] *Precamque* Strot.

173. *Ut possis aditum per me.*] Ratio apud Originem gentis Romanae non alia quàm antiquitas adventus in Italiam, quasi ex hac prior illi datus locus in sacris. Sed hanc nostri advertit etiam Arnobius lib. III. adversus Gentes: *Atque ita per vos Dei nomen eruditur, quem in conciliis antepositis precibus, & vinum vobis pandere Deorum ad audientiam creditis.* Neapol.

174. *Ad quoscumque volet, inquit.*] *Ad quoscumque velim prorsus* vetuisse liber Pulvii Ursini. ut *τὸ inquit* subintelligatur, quomodo alibi saepe. & sane *inquit* mox denuo sequitur. Mazarinianus etiam, *velis.* Heins.

176. *Alternas accipimusque preces?*] Haud obscurum id etiam ex Herodiano. scribit enim in primo: Τούτῳ δὲ τῇ ἑορτῇ πρόσωπα, ἐν ᾗ μάλιστα Ῥωμαῖοι δεξιούνται τὰ αλλήλους καὶ προσαγορεύουσι, νομιζόντων τὸ ἀνεκδότους καὶ κοινοὺς τῶν γε καὶ

ἀλλοτ-

Tum Deus incumbens baculo, quem dextra gerebat;
Omina principiis, inquit, inesse solent.
Ad primam vocem timidas advertitis aures:
Et visam primùm consulit augur avem.
Templa patent auresque Deûm: nec lingua caducas
Concipit ulla preces; dictaque pondus habent:
Deferat paucis: nec longa silentia feci;
Sed tetigi verbis ultima verba meis:

185 Quid

Quid vult palma sibi rugosaque carica, dixi,
Et data sub niveo candida mella favo?
Omen, ait, causſa est, ut res sapor ille sequatur;
Et peragat coeptum dulcis ut annus iter.
Dulcia cur dentur video: stipis adjice causſam,
Pars mihi de festo ne labet ulla tuo.
Risit; &, O quàm te fallunt tua secula dixit,
Qui stipe mel sumtâ dulcius esse putes?

Vix

Cambridge Digitized by Google

tendere aures, ἐξαίρειν ἀκοάς. & è Plinio: *Quæ prima*, inquit, *indignetis anni diem lætis precationibus inirem fausium ominamur.* Neapol. *Inspicimusque* Lilurenſ. *accipimusque notas* Petroni nostri.

177. *Quem dextra tenebat.*] *Gerebat* potiores Scripti hîc habentur,

Ille tenens dextrâ baculum, clavumque sinistrâ.

Parvum ad subeundum, *baculum*, *quod dextra gerebat.* Ant. Nicias Diet. II. Sect. Heins. *Regebat* Palat. optimus & Excerpt. Rochiovii. *tegebat* Vossii.

178. *Omina.*] *Omnia* scripti & editi quidem.

179. *Ad primam vocem timidas advertimus aures.*] Urſ. *Ad primas voces timidas convertitis aures.* Mss. *advertite.* Caesar. Ponam mei libri scripturam: *veterem: timidas convertitis aures*: in alio, *advertitis.* Neapol. *Timidas advertitis aures* scripti multi fere omnes. malim, *advertis*, vel, *advertitur*, non *advertimus* in nonnullis exstat codicibus. de contra *avarri* & *deverti* dicebant. de quo nupt. lib. II. Eleg. VI. *Surda miseros averitur aure Sibylla* Confabulatione Philologiae, Stat. Sylv. VI.

—— *aspectus impasta averitur barba.*

Paulinus Panegyr. Probin. CXXVI.

Indignas fatua vos averitis aures.

Sententiarum lib. I. cap. 13. de Magis Curialium dicit,

Auditas voces timidâ perpendimus aure.

Heins. Ego hic nihil muto. nam, ut *animum advertere* eleganter dixi edendo Gronov ad Liv. XXIV. 18. ita & *aures* recte *advertimus* ad primum vocem, ex qua captamus omen velaturum, unde terres auspicio meo, reddamus tibi placentem, vel *abominor* &c. poëtarum imitatus vocem auditisse. Burm.

180. *Et primam visam.*] Idem liber Urſ. *Et visam primam.* Caesar.

181. *Concipit augur aves.*] Probat omina principiis inesse, ex primâ observationem utriusque auguris, *oscinum* & *præpetum*: libri aves, hoc vitii capientur. Unum & alterum ſibi versûs expreſſit Statius in Sotericis pro Rustico Gallico:

—— *Aves ubi, quas lumine, cantus*
Augure. Neapol.

181. *Nec lingua caducas.*] *Caducas preces* eas sunt, quae à ſurdis numinis auribus excidunt. *Caduca auſpicia* dixerunt veteres, cùm aliquid in templo excidebat; *velut virga è manu*, inquit Festus: intelige Flaminis commentaculum, ſive quid ſimile; ut & hoc, quod refert Suetonius in Galbâ: *Observatum Kalendis Januariis ſacrificanti coronam de capite excidiſſe.* Glossario *caduci*, πτωτικοί. Neapol. *Accipit* Junii. *illa preces* vitioſe editi quidam.

183. *Deferat Janus.*] *Deferat paucis* Mazarinianus. eleganter mehercules. honeſt, pauca locutus. Heins. Vid. inf. ſt. 227.

183. *Silentia feci.*] *Cepi* tres Farnesiani & Medicaeus. ſed *facere silentia* rectum, ut lib. V. 55. ita *silentium agere* Noſter I. Met. 349. & Quinct. X. I. ubi vide. Burm.

185. *Quid vult palma sibi.*] Anni novi initio amici ſuis mella, palmulas & caricas miſſitabant. Adludit ad morem Seneca, cùm de fugalitate ſuâ agit Epiſtolâ LXXXVII. *De prandio nihil detrahi potuit, paratum fuit non magis horâ, nusquam ſine caricis, nusquam ſine pugillaribus. illae, ſi panem habeo, pro pulmentario ſunt: ſi non, pro pane. quotidie nobis annum novum faciunt.* Palma in noſtro ſpotialion eſt caryotarum. Martialis in Epigrammate, cui idem Lemma, lib. XIII. Ep. 27.

Aurea porrigitur Jani caryota Kalendis:
Sed tamen hoc munus pauperis eſſe ſolet.

operiebatur enim tenuiſſimis bracteolis: is erat ritus illius aevi. alibi ſpatio dixit illitam. lib. VIII. Ep. 33.

Hoc linitur ſpatio Jani caryota Kalendis.

Loquitur ibi de phialâ tenuiſſimâ: quod *ſputum* vocat ad contemptum, quaſi tenuem tunicam vetiendis caryotis aptiſſimam. Sed metaphoricè hoc de *ſpreto* Martialis: nam illud vere ſubtilis erat crusta, ex pane ſiligineo madido confecta, quâ genis ſplendorem matronae conciliabant. Juvenalis VI. 471.

—— *Collaque ſiliginis offas*
Accipit, & madidae facies dicetur, an ulcus?

& paulò ante ſt. 461.

Interea ſpeciosa oſpalta, ridendaque multo
Pane tumet facies.

ubi vetus Commentator: *Medicamen ad tendendam faciem, vel tutem magis. Ventipellia* haec unique Latio, Graecis, πετάσμαρα, καὶ πετασμάρια. Neapol.

185. *Rugosaque carica.*] Caricam ſicum ſiccatam dixere Latini. Graeci τὰ ξύλα vocant recentes: has verò ſole aduſtas ἰσχάδας. Gloſſae: *Ficus ξύλα, Caricas ἰσχάδας*, eae autem ideò *caricae* dictae, quia ex Cariâ in Italiam translatae: unde eaedem *Cauneae* à Cauno urbe ejusdem Cariae. Sed caricas noſtri poſteà pro qualibet ſicu ſiccâ transmarinâ uſurparunt; & obſito primo etymo dixere caricas *cauneas*, ac ſi diverſae verè forent. Cicero lib. II. de Divinatione: *Cùm Martius Craſſus exercitum Brundiſii imponeret, quidam in portu caricas Cauno advectas vendens, Cauneas clamitabat.* id eſt, καυνίας ἰσχάδας. Idem. Ficus ſiccata ac proinde rugoſa. Caricae, ἰσχάδες. ſic & *paſſae uvae rugoſae.* apud Claudianum,

Arnerat paſſa ſacies rugoſior uva.

Caricas Syriae proprias facit Plinius libro XIII, cap. 5. idem libro XV. inter Caricas & Cauneas diſtinguit, quas Cicero libro II. de Divinatione confundit. atqui *Caricae* a Caria dictae, ut Cauneae a Cauno, quod oppidum Cariae quis neſcit? Heins. *Rugoſaque cortice* Vatican.

186. *Et data ſub niveo condita mella cado.*] Lege cum Voſſiano, Arundeliano & aliis nonnullis, *ſub niveo candida mella favo.* lib. VIII. Met. 679. *Candidus in medio favus eſt.* καὶ μέλιτος λευκοῦ Heſiodo etiam in Theogonia. Nam *rubrum cadum* Martialis melli adſignat, lib. I. Ep. IV.

Flavaque de rubro promere mella cado.

& Noſter *flavos favos* dixit IV. 746. *aurea mella* IV. 546. *candida mella* etiam dixit lib. III. 762.

Jure repertori candida mella damus.

ſic codices veterrimi, non *ſplendida*. Codex tamen Pomponii Laeti, *liquida mella*, quomodo & hic unus Vaticanus pro diverſa lectione. ita Virgilius non ſemel: ſed primâ ſemper correptâ ſyllabâ, quomodo & Noſter alibi. *liquentia mella* Maroni quoque dicta, & Sereno Sammonico & Calpurnio, & *expreſſis mella liquata favis* Noſtro infra lib. IV. Sed hoc loco *candida mella* admittimus. Heins. *Candida opobalſama* dixit etiam Statius III. Silv. II. 141. ubi etiam *condita* malebat Heinſius. apud Propert. lib. IV. Eleg. I. 74. *condita ſila* agnoſcere omnes libros notat Broukhuſius, qui tamen *candida* referibit. ſed *condita ſila* dicta, ut apud Stat. I. Silv. II. 23. dies *Parcarum conditus albo vellere.* ſed de hoc latius ad Val. Flaccum agemus. vid. & ſupr. ſt. 70. hic dubito utrum rectius: ſi Heinſii correctio placet, capiendum, mel in favo ſuo fuiſſe pro ſirena datum: ut ita in menſis ſolebant ponere favum cum melle. vid. ad Petron. XXXV. ſi *condita*, intelligimus mella ab apibus condita, id eſt repoſita favis, & inde prompta & dono data, ut ita lib. IV. 151. *Expreſſi mella liquata favis.* & *cado* quo ſe tueatur habet. Burm.

188. *Et peragat.*] *Et pergat* Mazarin. quomodo veteres locutos eſſe docebimus pluribus ad Val. Flac. IV. 690. ſed *peragere* Noſtro uſitatius. vid. IV. Triſt. X. II. IV. ex Pont. X. 54. Burm.

188. *Dulcis ut annus iter.*] O anilem veterum ſuperſtitionem! melitis de hoc more ſenſit Julianus Imperator Epiſtolâ XXIV. ad Sarapionem, cui dono ſemel miſerat Caricas numero centum: Has, inquit, οὐκ ἀσίτους οὐκ ἄλλου τινὸς, ἢ τοῦτον χάριν τῶν ἱδιωτικῶν προτίθεσθαί τε καὶ ἐπιτηρεῖσθαι πεπίζεται καλάμῳ δυτ' ἄλλης τινὸς ἀλεξήσεως ἰερᾶς τοῖς τῶν βρωμάτων ἡδίσμασι παραπεμπόμενον. Neapol.

189. *Stipis adjice causſam.*] Antiquiſſimum ſtrenarum commercium: & ſub Augusto viguit; ſub aliquo intermiſſus & aliquando reſtitutus. Sed de eo habeas haec Suetonii lib. V. cap. 42. *Edixit & ſtrenas ineunte anno ſe recepturum; ſtetitque in veſtibulo aedium Kalendis Januariis ad capiandas ſtipes, quas plenis ante eum manibus ac ſinu omnis generis turba fundebat.* & vetera haec rudera:

IMP. CÆSAR DIVI F. AVGVSTVS
PONTIFEX MAXIMVS
IMP. XIII. COS. XI. TRIB. POTEST. XV.
EX STIPE QVAM POPVLVS ROMANVS
ANNO NOVO ABSENTI CONTVLIT
NERONE CLAVDIO DRVSO
T. QVINTIO CRISPINO COS.
VOLCANO.

alia ſemifracta:

COS. XI.
EX STIPE QVAM PO.
CALENDIS IANVAR.
C. MARCIO CENSORINO C. ASINIO GALLO COS.

Vix ego Saturno quemquam regnante videbam;
Cujus non animo dulcia lucra forent.
Tempore crevit amor, qui nunc est summus, habendi.
Vix ultra, quo jam progrediatur, habet.
Plures opes nunc sunt, quam prisci temporis annis;
Dum populus pauper, dum nova Roma fuit:
Dum casa Martigenam capiebat parva Quirinum,
Et dabat exiguum fluminis ulva torum.
Juppiter angusta vix totus stabat in aede;
Inque Jovis dextrâ fictile fulmen erat.

Fron-

Εὐήνιος ἐπὶ γράμμασι.

Sed forsan potiùs legas, *staret*. quasi dicat, in pauperè templo non servatam symmetriam; & si fortè signum illud Jovis surgeret, templi tectum secum auferret. Vide omninò simile quoddam à Strabone lib. VIII. reprehensum in Phidia de eburneo Jovis simulacro in non ejusdem proportionis templo. NEAPOL. Ex voce *stabat* non effici posse erectum fuisse simulacrum vidimus in Jove Fulgeratore cap. XIV. *vix captus* Vatic. *vix tectus* Patavin. unus, quod non displicebat Heinsio.

202. *Inque Jovis dextra.*] Nam in sinistrâ σκῆπτρον sive hastam habebat. Albericus: *Pingebatur in throno eburneo in sua majestatis sede sedens, sceptrum regium in manu sinistrâ tenens, alterâ verò fulmina ad infores mittens.* NEAPOL. Ita Veteres omnes. sed scribendum, *Inque dei dextrâ*, cujus alterum illud *Jovis* est glossema. videtur hunc locum aemulatus Juvenalis Sat. XI. hisce verbibus:

Hanc rebus Latiis curam praestare solebat
Fictilis, & nullo violatus Juppiter auro.

ubi Scholiastes, *cum nondum auro tecta esset, sed fictilis tota Jovis compago.* vide & de Jovis fictili fulmine Plin. XXXV. 12. HEINS.

202. *Fictile fulmen erat.*] E figulinâ simulacra illa antiquissima prodisse jam toties à Criticis repetitum; ideò exempla fileo, ne videar prorsus ἀνέκτητος. NEAPOL.

203. *Gemmis.*] Vid. Herald. ad Arnob. VI pag. 232.

205. *Nec pudor, in stipula.*] Haec nuda tritici aut hordei palea; quam antiqui legebant ad sua cubilia: & unde lectus, nisi à legendo? Varro lib. IV. de Linguâ Lat. *Super lectulis origines, quas adverti, hae. Lectica, quòd legebant; unde eam faciunt, stramenta atque herbas; ut etiam nunc sit in castris. lectus, ne essent in terrâ, sublimes in his jacebant. nisi ab eo, quòd Graeci antiqui dicebant λεκτὸν, lectum positus. quàm lectican, quòd involvebant, quod ferè stramenta erant è segete, segestriam appellant.* malim *segestria, τοῦ γενέος ὀλιγότητι.* Lucilius: *Penula, si quaeris, canteria, servus, segestre. Utilior mihi, quàm sapiens.* NEAPOL.

205. *Placidam.*] *Placitam* Junian. vid. Epist. XVI. 100. & XIX. 208. *Captare quietem* etiam tres libri. ut *captare frigus* Virgil. Ecl. I. 53. *accepisse* Excerpta Douzae. *fumsisse* Vossii.

206. *Et foenum.*] In quibusdam, *nec foenum*: utrumque recte, NAUGER. Aliquot lib. veteres & Aldinus, *& foenum*. CIOFAN. In quinque etiam libris, *suppositisse suo*, non male. abest enim illud verbum *fuit* longe nimis a nomine suo, licet alias id non fugiat Nostor.

207. *Posito modo Praetor aratro.*] Repetit id saepiculè Nostor in Fastis: notarunt & plures ex antiquis, & cum his Salvianus alicubi: *Non despiciebant tunc, puto, pauperes cultus, cùm vestem curtam & brevem sumerent: cùm ab aratro accerserentur ad fasces.* & post pauca de suo aevo querulus: *Itaque tunc illi pauperes Magistratus opulentam rempublicam habebant, nunc autem divites Potestas pauperem facit esse rempublicam.* NEAPOL. Tubant scripti codices, nec sibi constant. Ursini codex & sex alii, *consul aratro*. at optimus Ambrosianus, *missus modo consul*. Vossianus cum Arundeliano & aliis sex, *missо modo consul aratro*. Sed Ursini codicem sequor. Nostor infra lib. III. 781.

Et caperet fasces à curvo consul aratro.
Val. Maximus lib. IV. cap. 4. *Illi etiam praediviles, qui ab aratro arcessebantur, ut consules fierent.* HEINS. *Populo* etiam plurimi.

208. *Levis lamina.*] Quoque tenuissima. *Chartam* hanc etiam dixere veteres: fit mihi fides. NEAPOL.

209. *At postquam fortuna loci caput extulit hujus, Et tetigit summos vertice Roma Deos.*] Sic libri Urs. Mass. fratris, & alii quidam. Ad hujus autem loci sententiam vide quae notavi Eleg. III. lib. I. Trist. CIOFAN. Si fortuna dici potest, quae vera virtus, tellis erit Graecus adversus Graecos omnes, qui ausi sunt scribere, Romanos forte, non animis in tantum creviss. Polybius lib. primo:

Frondibus ornabant, quae nunc Capitolia gemmis:
Pascebatque suas ipse Senator oves.
Nec pudor, in stipulâ placidam cepisse quietem,
Nec foenum capiti supposuisse, fuit.
Jura dabat populis posito modo Consul aratro;
Et levis argenti lamina crimen erat.
At postquam Fortuna loci caput extulit hujus,
Et tetigit summos vertice Roma Deos;
Creverunt & opes, & opum furiosa cupido:
Et, cum possideant plurima, plura volunt.

Quae-

Ἀλλὰ μὴν ἐν τοῖς ἔργοις ἐπιδείκνυται τὸ μὲν πρότερον ἐν ὀλίγοις καὶ μικροῖς ἐπιτηδεύμασι τὴν ἐπιείκειαν καὶ τὴν ἀφέλειαν, καὶ τὸ μηδὲν ἐπιβουλεύειν μηδὲ πανουργεῖν· ὕστερον δὲ καὶ τὴν ἀνδρείαν καὶ τὴν μεγαλοψυχίαν, καὶ τὸ πρόθυμον ἐξαιρούμενον εἰς δόκησιν. Ceterùm haec ultima Dionysii, studium scilicet Romanorum in servandis rebus antiquis cum prisino suo decore, fusè laudat Procopius lib. IV. Gothico: cum vide. NEAPOL. Vid. Broukh. ad Tibul. II. v. 26. & notas ad Petron. Fragment. pag. 676. & infr. III. 184.

200. *Fluminis ulva.*] *Alga* Junii, Thuan. & sex alii, tres, *herba*. sed vulgatam retineo. VIII. Met. 655.

In medio verus est de millibus alveis.

alga defendi non potest ex illo Lucan. V. 520.

— *Molli consurgit Amyclas,*
Quem dabat alga, toro.

ubi *herba* est in alio codice. & Val. Flac. I. 252.

— *Molli sternuntur in alga.*

nam *alga* marina, *ulva* fluviorum & paludum. vid. ad Metam. XIV. 103. BURM.

201. *Angusta in aede.*] Pro hac intelligè Pompilianum Capitolium, humile & verus, quod fitum in regione VI. non illud novum & celebre in VIII. ni capias de Jovis Feretrii templo, quod Romuli opus. angustum etiam, vix enim longitudine erat pedum XV. Dionysius Hal. lib. secundo: Μετὰδὲ τὸ πτερὸν τι τοῦ Διὸς τὸν καπετωλιακὸν; ὃ Ῥωμύλῳ ἐπὶ τῆς πορφύρας τοῦ Καπετωλίου λόφου Διὶ, ὃν ἐπικαλοῦσι Ῥωμαῖοι Φερέτριον, ἀνάγειν ἐπηρμένον ἐπὶ τοῦ κίονος ὑψηλοῦ ἱκανῶς ἰσχύν. Θλαττόμενος δ' οὐδεὶς πώποτε δίκαι τοῦ μεγέθους πλησμονὴν ἴσχει. NEAPOL. *Exiguus* Ambr. & quatuor alii.

201. *Vix totus stabat.*] Haud dubiè de Feretrio loquitur; cujus simulacrum fortassis erectum: nam illud Jovis Capitolini fuit fictile: id verum nummi clamant; & illud notum, à triumphantibus in gremio Jovis laurcam apponi solitam. Dio lib. LIV. Τῷ δ' ὑπερῃρμένῳ δὲ τε τοῦ Παλατίου τὸ ἄκρον ἐπάλαιστο, καὶ ἐς τὸ Καπετώλιον ἀπέβλεπε, τοῦ τε ἄλσους ἀπὸ τῶν βάσεων πίπτοντα, καὶ ἐς τὸν τοῦ Διὸς ναὸν καθιόντα. Validum herculis argumentum, & quo olim usus Strabo lib. XIII. ut probaret Palladium vetus Ilium fictile: Ὧ μῆτερ γάϊ, inquit, πέπλον πολλοῖς

Θεῶν;

Quaerere ut absumant, absumta requirere certant:
Atque ipsae vitiis sunt alimenta vices.
Sic, quibus intumuit suffusâ venter ab undâ,
Quo plus sunt potae, plus sitiuntur aquae.
In pretio pretium nunc est. dat census honores;
Census amicitias: pauper ubique jacet.
Tu tamen auspicium si sit stipis utile quaeris,
Curque juvent nostras aera vetusta manus.
Aera dabant olim; melius nunc omen in auro est:
Victaque concedit prisca moneta novae.
Nos quoque templa juvant, quamvis antiqua probemus,
Aurea majestas convenit ista Deo.
Laudamus veteres, sed nostris utimur annis.
Mos tamen est aequè dignus uterque coli.

Finie-

Finierat monitus. placidis ita rursus, ut ante,
Clavigerum verbis adloquor ipse Deum:
Multa quidem didici. sed cur navalis in aere
Altera signata est, altera forma biceps?
Noscere me duplici posses in imagine, dixit;
Ni vetus ipsa dies extenuaret opus.
Caussa ratis superest: Thuscum rate venit in amnem
Ante pererrato falcifer orbe Deus.
Hac ego Saturnum memini tellure receptum.
Coelitibus regnis ab Jove pulsus erat.
Inde diu genti mansit Saturnia nomen:
Dicta quoque est Latium terra, latente Deo.
At bona posteritas puppim servavit in aere;
Hospitis adventum testificata Dei.

Ipse

...ωτος τῆς πρόσεως. Neapol. *Loco caput ex alio* Vossii pro var. lect. Turnet. & Marg. Gryphii. sed *fortuna loci* est Fortuna Populi Romani, de qua passim scriptores. sic *fortuna locorum* lib. IV. Metam. 563. ubi vide.

212. *Summo carentis Roma deos.*] *Summos deos* meliores libri. vide infra Sc. 328. & mox pro *plura petunt* Urlini codex, Voss. Arund. & tres alii probae notae, eosque Barth. ad Claud. I. in Rufin. II. emendat,

Et, qui possidunt plurima, plura petunt.

Quod in contextu nec me, nec libros veteres confirmantes habet. Heins. *Plura regunt* unus Vatic. non male. Deos scilicet. *summum verticem* dixit etiam lib. I. Amor. 2. 6. sed in alia re.

213. *Cedido.*] *Libido* sex libri.

213. *Certant.*] *Tentant* unus. nihil opus. vid. ad lib. I. Met. 182.

215. *Sic quibus intumuit.*] Avarus, inquit, ut Sapiendo, qui quo plus bibit, plus sitit: hunc morbum vocat etiam Cato *veterosum*, qui somniculosorum poetis; inde Glosae *veterosus*, Φλεγματίας, ληθαργικός. id Φλεγμᾶς est Graecis & is, qui ocium habet alienum. Neapol.

218. *Dat census honores.*] Tangit publicam quaestionem tum temporis, de qua multa congesti in Politiano; ex iis tibi eligo locum hunc Plinii: *Regat*, inquit, *imminui honore artium colentium, & ejusmodi lex proficiscatur ejus, ex immunitatibus per illas sibi prorogari arbitratus. Quasi dubitabitur & praemia & opera vitae. Posteris habitus mundi & rerum amplitudo damno fuit, postquam honores cessit legi cuncta, judex fuit censu. Hinc primum Graecaque nihil magis exercare quam cuncta populum cupere, arbitrio auctoritate summa & potestate ejus, cujus in quaestu fertilissimo, ac vitae pacisci in posterum, postquam vires vitae praeia; numerique à numine boni libentius dicitur, ante in contrarium cadere, ac salâ servitute profici ceptum.* E Prooemio lib. XIV. Neapol. *Dant* Arundelianus, ut constructio sit, census honores, census amicitias dant. Eam vim habet reperta vox τοῦ *census*. Sed vide notas nostras Remed. Amor. vs. 164. Heins.

218. *Pauper ubique jacet.*] Alibi dixit, &, ni fallor, in libellis nequitiarum (III. Amor. VIII. 55.)

Curia pauperibus clausa est, dat census honores:
Inde gravis judex, inde severus eques. Neapol.

219. *Cur sit stipis.*] Veteres libri, *si sit*. melius. Ciofan. *Cur sit stipis* vetustae editiones & scripti nonnulli. Puto, *si cur stipis utile quaeris*. Nondum enim id quaesiverat Naso, sed quaestionem Janus praevenit. Heins.

220. *Nostras.*] *Vestras* Petav. Arund. & Politian.

221. *Melius nunc.*] *Melius tamen* Vatican. *est* omittunt nonnulli.

221. *Melius nunc omen in auro est.*] Lucretius V. 1274.

Nunc jacet aes, aurum in summum successit honorem.

Quando primum signatus aereus numinus, argenteus, aureus, jam scriptum *ἀνεχρόνως*, & bene, à Criticis hujus aevi. Neapol.

222. *Victaque concessit.*] *Concedit* Urlinus, optimus Ambrof. Voss. Arond. & duo alii. mox iidem cum aliis nonnullis, *majestas ista*, non *ista*. atque ita Naugeriani quoque. Heins. *Successit* Thuan. *recessit* duo.

222. *Prisca moneta novae.*] Non tamen ea abiit, sed in usu fuit; habitaque ut vilior haec moneta est: quam *nigram* alicubi vocat Martialis, ob mixturam plumbi. Neapol.

223. *Probemus.*] *Probamus* duo scripti. ut saepe alibi.

224. *Convenit ista.*] Sic in libro Urlini. optime. Ciofan.

227. *Finierat Monitus.*] *Monitis* quinque scripti. ut vs. 183. *desierat paucis* sed quia *placidis* sequitur, vitandae ambiguitatis caussa praestat vulgata.

228. *Clavigerum verbis.*] *Dictis* optimus Ambrof. & unus Moreti. Macrobius autem testis est, non clavem & virgam Jano solum esse gestatas, sed exiguissime & flatuas ejus, quae una manu numerum CCC, altera LXV. exhiberent, quot dies videlicet annum conficiant. Heins.

229. *Sed cur navalis in aere.*] Paucis rem explicat Draco Corcyraeus in suo περὶ Λίθων libello, his verbis: *Ἰανὸν δὲ λέγας ἔχει διπρόσωπον γεγονέναι, τὸ μὲν ὀπίσω, τὸ δὲ ἐμπροσθεν ἔχοντα πρόσωπον. ἀπὸ τούτου καὶ τὸ Ἰανὸν πετραῖον, καὶ τὸ ὄρος Ἰανὸν ὀνομάζεσθαι, κατοικήσαντος αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ ὄρους· πρῶτος δὲ ἔτύπωσε νόμισμα χαλκοῦν πρῶτον χαράξας. διὸ καὶ τὸ καὶ τὸν Ἑλληνα ποιῆσαι πόλιν, καὶ τὸ καὶ τὸ Ἰανίδιον καὶ Σατλίαν, ἐπὶ τοῦ νομίσματος ἐγχαράξαντων πρόσωπον διπλοῦν, καὶ ὀνόματος μέρους ἢ ὀχήματος, ἢ σίδηρον, ἢ πλοῖον. τοῦτον δὲ τὸν ἀδελφὸν γάμουν Καμίσιον Μεσαλίνῶν. Συγγενῆ δ' Ὀλύσσου ἔδοξαν καὶ αὐτὸν εἰς μεῖζόν τι ἐγγεγράφθαι πραγμάτων, εἰς τὸ Ἰανίδιον Δημήτριον, ἢ εἰκότως τὸ πλοῖον Γ' ὁμοῦ ὄρος καὶ σίδηρον, τὸ μὲν αὐτοῦ Ἰανικὸν ἰσοπαχῆ ὄφθον.* Exstant haec rudera apud Athenaeum lib. XV. Neapol.

230. *Altera signata est.*] Ita scripti. malim nihilominus, *in aere altera signato*. Heins. *Altera formata est* Politian. & Voss. excerpta.

231. *Posses in imagine.*] Multi libri, *posses ut imagine*, & editi etiam plurimi.

232. *Extenuasset opus.*] Meliores, *extenuaret*. Heins. *Attenuasset* Bernens.

233. *Venit in amnem.*] *Ad amnem* Lactantius citat libro primo cap. 12. de Falsa Religione. ubi totam hanc de Jani adventu & navigio historiam operose persecutus est. Heins.

234. *Ante pererrato.*] Id est, peragrato prius orbe, non antè quàm numinus signaretur, ut placet ruci scholiastae. non ante Janum, ut videtur cupiendus hic locus primâ fronte: nam ille Saturno prior in Italiam venit, unde sumpsit initium Dynastia Aborigimum. Neapol.

236. *A Jove pulsus.*] *Ab Jove* meliores. infra. lib. II. *ab Jove crimen habet*. & III. *Saturnus regnis ab Jove pulsus erat*. Met. lib. III. *Ab Jove mersa suo*. lib. XIII. *ab Jove tertius Ajax*. lib. IX. *ab Jove Musa parens*. & sic passim tam apud Nasonem quàm alios scriptores veterrimi codices. Heins. *Cum Jove* Moreti.

238. *Dicta quoque.*] *Dicta fuit Latium* quatuor scripti, prima Ed. & Gryph.

239. *Puppim formavit in aere.*] *Servavit* Urlini liber, optimus Ambrof. Mazarin. & tres Farnesiani. quod & Naugerius ex suo expressit. Lactantius tamen libro primo de Falsa Religione c. 12. alteram lectionem praefert, sed perperam. nam Macrobius Saturnal. libro primo cap. 7. verbis diserte asseverat, non a Jani posteris, sed ab ipso jano acsid fuisse perexiguum. Ita enim ille de Jano, *Servavit & in hoc Saturni reverentiam, ut quoniam ille navi fuerat advectus, ex una quidem parte sui capitis effigiei, ex altera vero navis exprimeretur, quo Saturni memoriam in posteros propagaret.* Subjungit mox idem Macrobius, inde promanasse ritum antiquum ad sua propagatum tempora, ut pueri, in lusu alcae denarios in sublime jactantes, *capita aut navim*, lusu teste vetustatis exclament. Heins.

240. *Adventum testificata Dei.*] Si vera haec, cur in Graecia cusa etiam numismata cum Jano & nave? ut notalli ex citatis Draconis Corcyraei: an ex Italia in Graeciam, an Janus è Graecia in Italiam secum tulit? id certus; & puto, sictum illud pro servandâ adventus Saturnii memoria. Neapol.

241. *Co-*

Ipse solum colui, cujus placidissima laevum
Radit arenosi Thybridis unda latus.
Hic, ubi nunc Roma est, incaedua silva virebat:
Tantaque res paucis pascua bubus erat.
Arx mea collis erat, quem cultrix nomine nostro
Nuncupat haec aetas, Janiculumque vocat.
Tunc ego regnabam, patiens cum terra Deorum
Esset, & humanis numina mixta locis.
Nondum Jugurthinum facinus mortale fugarat.
(Ultima de Superis illa reliquit humum.)

Pro-

215. *Colui.*] *Colebat* multi scripti. & mox *rapit* Pontanus. & tres alii.

216. *Cujus placidissima laevum.*] Fabius Pictor: *Janus ipse insitivos aureis falcibus laevum latus Tiberis tetercunis remit.* Neapol.

218. *Haec incaedua silva virebat.*] Et in III. idem:

Jam nulla quae fuerant silvae pascuaque recessus
Urbe erat.

Locus. *Incaedua silva* legendum cum Naugerio, Ursini & Ambros. bibliothecae optimo ac quinque aliis. infra lib. II. 435.

Arbore sub Fagulis multis incaeduus annis
Jamvolo magnus nomine lucus erat.

Ambr. III. Eleg. 1.

Sunt nemus & multos incaedua silva per annos.

Statius Theb. VI. 52.

Stravitur exemplo vastores incaedua ferro
Silvae comes.

quidam libri *incidua* scribunt. quomodo hostiae *praecidaneae* & *sacrificaneae* dicuntur, pro *praecaedaneae* & *sacrificaneae*. qua de re A. Gell. IV. 6. Plura.

219. *Bubus erant.*] *Bubus erat* meliores. Idem.

223. *Ara mea est colli.*] Duo Vaticani & idem Urs. *Ara mea est colli, quem &c.* Ciofan. Sic duo Vaticani; sed emendati aliquot & antiqui, *Arx mea collis erat.* Indubitato ita legendum; nam agit hic de sui veteri habitatione, quae fuit in Janiculo, ubi oppidum ejusdem nominis condidit. De hoc meminit Honorius Latinus in VIII.

Hic duo praeterea divisis oppida muris,
Relligiosi veterumque vides monumenta virorum.
Hanc Janus pater, hanc Saturnus condidit arcem:
Janiculumque hii, hoc fuerat Saturnia nomen.

Vide, Quam cum melioribus legendum, nempe collem. Multi veteres, *Ara mea est olim*, vel *colli*. Attendendum, *Ara mea colli erat*. Sic, *Arx in ea est colli*, vel *dicti in ea est colli*. Vtrumvis nempe fuerat, *Arx mea colli est*. Repone, *Arx mea collis in est, quem.* erat minus opportune hic repetitur, cum praecesserit paulo ante. jam millies diximus, & alii frequenter ante nos, repetitionem ejusdem syllabae negligam a librariis, crassissimis saepe erroribus opimos auctores aspersisse. pro *vulgus* scribendum, *vulgo* opinor. sed duo Farnesiani optimae notae cum Erfurtano, *cultrix*. sc. aetas. quod amplector. De hac arce Virgilius lib. VIII. 357.

Hanc Janus pater, hanc Saturnus condidit arcem.
Janiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.

ita vetustissimi codices; etiam Mediceus ille. vid. Liv. I. 33. Arx haec dicta Antipolis. Heins.

247. *Tunc ego regnabam.*] Per Italiam nempe! nec tamen solus, si quid Macrobio credimus, qui Saturnal. libro primo cap. 7. ex Protarcho Tralliano & Hygino refert, consortem Jano regni hujus fuisse Camesen indigenam, atque ita convenisse inter utrumque, ut regio Camesene, oppidum Janiculum vocitaretur. plura idem Macrobius illic ad rem. qui & addit sublato è vivis Camese, post & Saturnum peregre advectum a Jano in consortia regni fuisse adscitum. Huic quoque deinceps mortuo eum ab eodem Jano honorem delatum, ut Decembrem mensem haberet sacrum, quo Saturnalia esse instituta. ut Saturnalium festum a Jano oriundum Romana civitate sit vetustius, & a Graecis traxerit originem, apud quos fervi dominique Chronoiis epulabantur una, quod ex Annalibus Acesii idem Macrobius ibidem demonstrat. Idem.

248. *Mixta locis.*] *Junctis jocis* Marcil. ad Horat. Art. Poët. 319. male. inf. 299. Idem. Vid. J. Douzae fil. conjectanea ad Catull. cap. VII. qui *locis* tuetur. *vinctis* excerpta Vossii.

250. *Humum.*] *Opus* Vaticanus optimus.

251. *Sine vi pudor ipse regebat.*] Idem Fabius: *Ea aetate nulla erat Monarchia, quia mortalium pectoribus non haerebat ullarum regendi cupiditas; Principes quia justi erant & religionibus dediti: non enim arbitria illorum ab aequo, vel populus à jure innato discedebat; nullo tunc vindicta aut metu, sed sua sponte retinebant fidem & rectum. Pudor ipse regebat populos & jus Principes.* Neapol.

252. *Jussit.*] *Thuscis* Moreti.

253. *Pestesque.*] *Portasque* editiones quaedam; ut Aldi posterior, Vascos. Viviani. Marg. Gryph.

255. *Tunc sic ego nostra resolvi.*] *Resolvo* septem ex praestantioribus, *tunc sic nostra ora resolvo* tres Farnesiani ex optimis & Arundelianus. placet. nisi malis, *sic ora ego nostra resolvo.* Heins.

Proque metu populum sine vi pudor ipse regebat.
Nullus erat, justis reddere jura, labor.
Nil mihi cum bello: pacem postesque tuebar:
Et clavem ostendens, Haec, ait, arma gero.
Presserat ora Deus. tunc sic nostra ora resolvo,
Voce meâ voces eliciente Dei.
Cum tot sint Jani, cur stas sacratus in uno,
Hic ubi juncta foris templa duobus habes?
Ille manu mulcens propexam ad pectora barbam,
Protinus Oebalii retulit arma Titi.

Ut-

257. *Cum tot sint Jani.*] Non templa, ut bardi quidam interpretum volunt. Unum fuit praecipuum Romae Jani templum, at Jani plures. Occurrit saepiculè in lapidibus primus, imus & medius, ut in hoc:

C. IVLIVS C. L. NICOMACHVS
A IANO PRIM. PAL.

& in illo:

C. LEPIDVS
C. L. ANICETVS
A IANO MEDIO

Jani fit mentio ab Horatio lib. primo Epistolâ primâ. Sed hi tres in foro erant Romano. Excitatos puto anno DLXXX. à Fulvio Flacco Censore: de quo, *Curavit*, inquit Livius lib. XLI. *in his & cloacam circumduceudam, & forum porticibus tabernisque claudendum, & Janos tres faciendos.* Suspicantur igitur altae eruditionis viri, pro marmoreis arcubus & fornicatis transitionibus *Janos* accipiendos: Graeci interpretari ἀψῖδας. & non id satis explicat Suetonius in Augusto, cùm ait: *Pompeji quoque statuam contra theatri ejus regiam marmoreo Jano fuppofuit.* item haec Ammiani Marcellini: *Per Janos & fora clavebant saepè.* & Spartianus, ex emendatione magnorum virorum, in Severo: *Opera publica praecipua ejus exstant, septizonium & thermae Severianae: ejus denique etiam Jani in Transiberiana regione ad portam sui nominis; quorum forma intercidens, statim usum publicum invidit.* Neapol.

257. *Cur sic sacratus in uno es?*] Veteres editiones & Urs. liber, *cur stas sacratus in uno?* sequor. Ciofan. Editiones nonnullae cum quibusdam scriptis, *cur sic sacratus in uno es.* Lege, *cur, die, sacratus in uno es?* Heins. *In imo* duo codices.

258. *Hic ubi templa foris juncta duobus habes?*] Publius Victor de Urbis regionibus: *Jani duo, celeberis mercatorum locus.* Erant igitur duo Jani sacella, sive potius templa, in foro Boario & Romano, vel Piscario. atque ita intelligendum est illud Horatii in Epist. libro I. Epist. I.

—— *haec Janus summus ab imo*
Perdocet.

Vel spatium illud, quod erat inter utrumque Jani templum, accipiendum est. Ciofan. Piscario & boario. Sextus Ruffus in Regione VIII. *Templum Jani, forum piscarium, forum boarium.* Hujus vero certus situs fuit, unde calida illa aqua exiit, adversus Tatium, Jani operâ, ut fingit hic apud Nostratia. Eum locum dixere antiqui *Lautolas.* Varro libro IV. de L. L. *Lautolae à lavando: quod ibi ad Janum geminum aquae calidae fuerint.* Neapol.

259. *Ille manu mulcens propexam ad pectora barbam.*] *In pectore* legitur in libro Ursini: quo modo est apud Virg. lib. X. 838.

—— *fusus propexam in pectore barbam.*

Ciofan. Sic plerumque sculpta, picta ab antiquis ejus effigies, ut capita illa supra fastigium templi eidem ab Augusto consecrati in foro Romano: sed in denariis Pontejorum vidi etiam Janum aetate adultum. Neapol. Forte scribendum, *in pectora.* ut est in uno Mediceo. ita Silius lib. XIII. 310.

—— —— *propexis in pectora barbis.*

Statius II. Theb. 97. dixit, *propexaque menta Caniries.* vid. ad III. Amor. I. 7. Heins. *Prolixam ad pectora* Francof. *promissam* alter Maxar. *perplexam* duo alii.

260. *Oebalii Titi.*] Nam Sabini τῶν Λακεδαιμονίων ἄποικοι. Neapol. Vossianus pro diversa lectione, *Titi.* optime. ne Tatii nomen inconcinne repetatur. à Tito, quod Tatio praenomen, Titi & Titienses, de quibus lib. III. *M.* 131. agemus. Servius ad lib. VII. Virg. 710. *Priscique Quirites, id est Sabini. prisci autem ideo, quia post foedus Titi & Romuli placuit, ut quae urbs de duabus populus fieret.* sic veterrimus codex Leidensis. & Georg. II. 533. *Sic fortis Etruria crevit.* ubi Scholiastes inceditus bibliothecae Leidensis: *Elegantur Italiam Etruriae juvavit, quoniam de primo regnante Romuli imperio, Titum collegam ejus intelligi vult.* Propertius lib. IV. Eleg. IV.

Romula no faciem laederet hasta Titi.

Urque levis cuſtos, armillis capta Sabinis,
Ad ſummae Tatium duxerit arcis iter.
Inde, velut nunc eſt, per quem deſcenditis, inquit,
Arduus in valles & Fora clivus erat.
Et jam contigerat portam: Saturnia cujus
Demſerat adpoſitas inſidioſa feras.
Cum tanto veritus committere numine pugnam,
Ipſe meae movi callidus artis opus.
Oraque, qua pollens ope tum, fontana recluſi;
Sumque repentinas ejaculatus aquas.

Ante

&c mox,

Dum cupiens nati conſpicere coepit Titi.

Et undique loco, idem poſtulavi, ſcribendum cenſeo nihil quod conſtiterit cum Cronovio retinui plenum, pro ipſe. Tatii nomen paulo ante praecellere, & mox legimus apud Propertium. Nec multa Gronovianae codicis hoc Naſonis loco, *Obſcuriſſimi ſunt.* Heins.

261. *Armillis capta, Sabinis.*] Lib. ſcripti: *capta Sabinis. Ad ſummas arcibus ope.* ſequendum videtur. Non autem ekthlipſin, ſive, ut vult Livius, ibidem Cicero. in veteri codice, quo uſus fuit Joſephus Scaliger, legebatur,

Urque levis cuſtos armillis capta Sabinis,
Ad summas Tatium duxerat arcis iter.

Mihi haud ſatis quam:

— *Sabinis*
Ad ſummas tatius.

Et T. Livius: *Tp. Tarpeja Romanae praeerat arci, cujus filium virginem auro corrumpi Latius, ut armata ſe accipi acciſit.* C. Tatium, a quo certato ferat, adhoriſſe dicatur, quod & alii codices confirmant. Dan. Heins. Scripti magno numero, *armillis Sabinis*, recte. In Amoribus, I. VIII. 39.

Non fuit exmillis taceli petiſſe Sabinas.

et mihi redeat etiam ex optimis, *Sabinas Tatius*: certe Tatium in nullo noſtrorum comparet, quod editionis unicum occupet, ideae ex Scaligeri lectione formulis admittendum. Sed ut ſententiam meam exponam, puto, *manibus Tatius* ex Livio, nulla interpunctione, ac *Sabinis* ex intelligi, poſſemus hoc inſcriptis: ſic *Tarpeia Cures* & Tarpeia praeerat turmae apud Propertium. Noſter lib. II. 13. ex antiquis codicibus:

Te Tatia per vicos Cures Geminasque ſequiſti.

Rubenius. Vide ex Auct. VIII. 61.

262. *Per quas deſcenditis.*] Hunc puto, quem vocat Livius porticum ad *clivum Capitolinum*, non multo poſt *clivum Publicium*, ut arguuntur interpretes, ad Libitinae ejuſdem cognomentum ex quo ſermo nobis erit in Feſtis Floralibus lib. V. Neapol. *Deſcendimus* Excerpta Voſſii. *per quae* Excerpt. Klockhorii.

263. *Arduus in valles.*] Expoſuit clivi naturam: hinc antiquis quae difficilia *clivia*. hoſtus: *Clivia auſpicia dicebant, quae aliquid fieri prohibebant: omnia enim difficilia clivia vocabant. unde & clivi loca arduа.* Neapol.

264. *Per fora.*] *Et fora* Urſini liber & quatuor alii. Voſſ. & Arundel. *ad fora*, utrumque vulgatae lectioni praeſtat. Heins.

265. *Contigerant portam.*] Quae dicta Palatina, ſive porta vetus Palatii. Neapol. Primo Petavii & Urſini liber cum decem aliis, *contigerat*. quod confirmat ſuperius *Tatium* legi debere. pro *Saturnia cujus*, Voſſianus, *cuſtos*, Gottorph. *civis*. Puto, *Saturnia poſti Demſerat*. nam *cuſtos* minus arridet, quod Tarpejam paulo ante cuſtodem portae appellarit. *appoſitas* etiam *feras* praefero cum uno Vatic. & Putcaneo. de quo Amor. I. III. Eleg. XIV. Denique *inſidioſa* legendum. quod multi ex melioribus agnoſcunt. Heins. *Saturnia Juno* Voſſ. *conjux* Petav.

266. *Inſidioſa.*] Libri ſcripti ſic habent. Ciofan. Legebam in alio, *inſidioſa ferae*. Neapol. *Ingenioſa* unus Moreti pro varia lect.

268. *Callidus artis opus.*] Magis placet, quod in codice antiquo, quo uſus eſt idem Scaliger, legebatur,

Ipſe meae movi callidus artis opem.

Et certe magis pro Ovidii ſimplicitate ac Latinitate eſt. Dan. Heins. Mae *opem* dii, quod mox ſequitur *fat. Am. I. Ufus opus movet hoc.* lib. IV. Fastorum, &c.

Sacra Palis foderant, inde monetur opus.

Heins. Libro tamen VI. 760. *Qui nimiae moverat antiquae.* ubi vide. *callidtatis opem* Thuan. & Mezzi & Farnesinus. *opus* firmatur ex lib. VI. *Ora.*

Quod fabro Graiae fregerat artis opus. Ibum.

270. *Repentinas ejaculatus aquas.*] Hoc aliter ſe

habet apud Hiſtoricos. Fabellae verò etiam mentio apud Fabium Pictorem lib. II. & Macrobium primo Saturnalium, ubi inepta quaedam: ut, ex aede Jani aquam prorupiſſe, cùm nondum ea per id tempus in novâ Urbe. Neapol.

271. *Ante tamen madidis ſubjeci ſulfura venis.*] Unus Vatic. *calidis*, non *madidis*, quam lectionem qui ſtatim ſequitur, verſus confirmare videtur: *Clauderet ut Tatio ferviduſ humor iter.* Judicent tamen emunctae naris viri. Ciofan. *Calidis* Urſini liber pro diverſa lectione & octo alii. quod & ex uno Ciofanus Vaticano profert. Rutilius Itiner. in hac narratione:

Nempe tibi ſubitus calidarum gurges aquarum
Rapit Tarpejas hoſta ſequente viat.

& Servius ad I. Æneid. 396. in hac narratione *calidam aquam* vocat. ita etiam alii. Sed cum *fervidus humor* mox ſequatur, nobis idem dicat, arbitror *gelidis venis* eſſe reponendum. G enim & C cum in veterrimis libris promiſcue confundantur, *venae gelidae* in *calidas* nullo negotio degenerare potuerunt. ut & lib. IV. pſ. 146. in nonnullis membranis factum. Noſſer in hac eadem fabula ſub finem lib. XIV. Met. 785.

— *Jano loca juncta tenebant*
Naïdes, Auſoniae gelido rorantia fonte.

& deinde 794.

— *Alpino modo quae certare rigori*
Audebatis aquae, non ceditis ignibus ipſis.

Sed vide totum locum, ut & illa quae Macrobius hujus hiſtoriae recenſet operoſe ſatis lib. I. Saturn. cap. 9. ſimilis omnino diverſitas lectionum in antiquiſſimis codicibus infra lib. IV. pſ. 144. Faſt. II. 166.

In medio gelidae fons erat alius aquae.

Heins. An, *mediis ſubjeci ſulphura venis?* id eſt inter Sabinos & arcem meam.

273. *Cujus ut utilitas pulſis comperta Sabinis.*] Libri ſcripti & Aldinus: *Percepta Sabinis.* Ciofan. *Praecepta* Mazar. & alius.

274. *Quae fuerat tuto.*] *Quaeque fuit* optimus Ambroſ. Heins. *Eſt* deeſt Cod. Bernenſi.

Ante tamen gelidis ſubjeci ſulphura venis:
Clauderet ut Tatio fervidus humor iter.
Cujus ut utilitas pulſis percepta Sabinis;
Quaeque fuit, tuto reddita forma loco eſt;
Ara mihi poſita eſt parvo conjuncta ſacello:
Haec adolet flammis cum ſtrue farra ſuis.
At cur pace latet, moriſque recluderis armis?
Nec mora; quaeſiti reddita cauſſa mihi.
Ut populo reditus pateant ad bella profecto,
Tota patet demtâ janua noſtra ſerâ.

Pace

275. *Ara mihi poſita eſt.*] Ubi fuere antiqua illa *λουτρά*. Diſce ex his, Naſonem, praeter vulgum, aedis hujus Romulum, non Pompilium, auctorem feciſſe. & haec vetus opinio Varronis apud Auguſtinum. Neapol. Malim, *Poſitus ara mihi*, pro *Haec adolet* codex Caroli Strozzae, *Hanc adolent* Puto, *Has adolent*. Heins.

275. *Parvo conjuncta ſacello.*] De hoc ita Procopius primo de Bello Gothico: *Id verò jam ſacellum totum ex aere conſtructum fuiſſe fai conſtat, & quadratâ quadam dimenſione locatum, tantaeque amplitudinis, quantâ integi Jani ſtatua poterat: non minor quàm quinquepedalis eſſe apparet, per cetera omnia mortali ſimilis, capite dumtaxat bifrons, ita ut facies altera in orientem ſolem divergat, in occidentem altera: portas utrimque & aeneae in faciem alteriuſque verſae.* Non eſt in muſeo Graecus textus. Neapol.

276. *Cum ſtrue.*] *Jano ſtruem commoveo*, inquit luſtricum Catonis carmen. *Strues* libi genus, de quo vide Feſtum. Solita haec in ſacris iis miſceri cum ſercto; imò ferè numquam hoc ſine illâ. Idem: *Fercłum genus libi dictum, quod cerebris ad ſacra ferebatur, nec ſine ſtrue, alterо genere libi: quae qui adferebant ſtrufertarii appellabantur.* inde in veteri lapide: PORCAM ET AGNAM STRVIBVS ET FERTIS. *Fertum & fertum* pronunciatum à priſcis. Neapol. Pro *cum ſtrue* duo Vaticani, *cum ſale*, ut mollam ſalſam intelligat. Poſſit etiam legi, *in ſtrue*. ut libris de Ponto, II. eleg. I. 40.

Armaque cum telis in ſtrue mixta ſuit.

Heins. *Cum ſtrue tura* Excerpt. Voſſii & duo alii. praeterea dubito an ex iis, quae affert Neapolis, legendum ſit,

Haec adolet flammis cum ſtrue ſertа ſuis.

ita inf. pſ. 670. *annua ſertа* legi forte poſſet.

277. *Matique recluderis armis?*] Satis v tusque ſuperſtitio, ſed quae faciè in Urbe reſecuti non vabuit. Legi in hac haereſi quoſdam Romanorum perſtitiſſe usque ad tempora Silverii P. M. & illius clari Ducis Belliſarii. Vide Procopium primo de Bello Gothico. Neapol.

Pace fores obdo; ne quà discedere possit:
Caesareoque diu nomine clausus ero.
Dixit: &, arrollens oculos diversa tuentes,
Adspexit toto quidquid in orbe fuit.

285 Pax

281. *Pace fores obdo*] Hoc portae nomen fuit Romulo. Varro lib. VI. de L. L. *Porta est Janualis dicta a Jano: & hic ibi sepositus Janus ignotus, & ita adjectum a Jano: Ponitio, ut scribit in Annalium Libro IIII. ut sit clausa semper, nisi cum bellum.* Hinc Plautinus *Amphitruo* πύλαις ἀρχαῖς appellat. Ianus, Augur de Portuni P. R. *Ianuales & salutares vitae valetudinis, non utrique, ex consuetudine vel metaphrasi* Scaligeri. Neap. *Fores obdo* Junius, *ne ego discedere possim* legit Marcianus ad Horat. IV. Epist. I. 233.

282. *Nomine*] Usus Vossi Arnal. *nomine*, ut Romana Caesarem intelligat. Heins.

283. *Et oculos oculos Diversa tuentes*] Omnes fere veteres libri habent, *oculos*. Clofan. Vid. ad Fast. I. Not. 85.

284. *Adspexit*] *Prospexit* Vossii Excerpta, ut inf. VI. 639. & lapsa 135.

285. *Germanice, tuosa triumphi*] Haec victoria *παραφθεγκτικῶς* Caio Germanico, non Tiberio datur. Tacitus Annali II. *C. Cestio, L. Pomponio Coss. Germanicus Caesar A. D. VII. Kalendas Junias triumphavit de Cheruscis Chattisque & Angrivariis, quorum clara nomina neque ad Zetera colens. Vella fossa, aperiti, fecundatus montium, fluminumque praelatum: bellumque, quia confligere prohibitus erat, pro confecto accipiebatur. exhibet immensum visus ostentu ipsius ipsius, curruque quinque liberis onusto.* Fuit hoc anno DCCCLIII. male apud Eusebium anno MMCXXXIII. patere unius anni metachronismum, legitur ergo *Cheatis, Germanicus Caesar de Parthis triumphavit.* Nunc videamus, an potuerit Ovidius hujus victoriae meminisse, cum plerique eo anno fit motus. fugae: nam ipse natus ab V. C. anno DCCC. Hirtio & Pansa Coss. cui chronologo Fee dene fides, ipsi ipsimet Nasoni habeam. Sic scribit lib. IV. Tristium:

Editus hinc ego sum, nec non, ut tempora noris,
Cum subiit fatis Consul uterque pari.

Nota filentio. Nunc mihi, quo auctore magnus quidam Scaliger in suo Chronologico opere scripsit, Pedonem anno DCCXV. Appio Claudio P. & C. Sulpitio Pitheo Coss. sol luce qua translatum. Nititur in exilium anno LII. solido aetatis suae, ut fingunt Josephus Scaliger ad Eusebium: in eo annum agens VIII. sed octavo decessit, decessit etiam vitam angustissimam anno Urbis DCCLXX. Plenè igitur potuit Ephemerides ejusdem anni formare, multo magis Germanici victoriam, quae incidit in annum DCCLXIX. Neap.

286. *Tradiderat famulas jam tibi Rhenus aquas.*] Tenent libris ita legendum. Alibi: *Res sibi serpentino serva bibatur aqua.* Clofan. *Famulas* libri plerique veteres. Marial. lib. IX. 2.

Dum grande famuli nomen asserat Rheni
Germanicarum magna lux Kalendarum.

Sic idem *famulas Iberi aquas* dixit lib. V. Ep. 3. Augustus Mosella:

Te rapidus Gelbis, te marmore clarus Erubrus
Pessinans famulis quamprimum adlambere lymphis.

Rutilius, lib. I. 151.

Ipse triumphali redimitus arundine Tybris
Romuleis famulas classibus aptat aquas.

pari modo *Hydaspes famulus* Claudiano Mallii Cons. 28. & *famulus Ganges* III. Cons. Honorii, 201. *famulus Orontes* Sidonio Panegyr. Anthemii 92. De *serva aquâ*, quod Clofanus hic profert, nihil ad rem facit. Heinsius. vulgo, *domitas*.

287. *Jane, face aeternos.*] Sic Urfini liber emendate. Clofan. Pro *fac*, additum antiquis *e* in s definentibus: ut *hinc*, *hunce*. Plautus in Persa Act. II. Scenâ primâ:

Quin tu me ducis, si quò ducturus pater:
Vel tu me vende, vel face quod tibi libet.

Additio litterarum grata veteribus: geminationem passim legimus; ut *ollim*, *querella*, *zoilus*: nec minus omissionem; ut *maculum*, *conubium*, *colega*. Neapol.

287. *Pacisque ministros.*] *Ministri* nomen indignum majestate domus Caesareae. Ex fane vetustissimus Ursini liber *magistros* agnoscit. sed nec illud quidem satis aptum. Quid ergo? Opinor scriptum fuisse, *pacisque frem.* pro *pacisque sequestrem*, vel *sequestrum*, abloptis duobus prioribus syllabis in *sequestrum* à cognatis in praecedente *pacisque* voce syllabis. De uno autem Augusto hic agi, sequens versus,

Neve suum praesta deserat auctor opus,

satis evincit. *pacis sequester*, quomodo & *auctor Pacis* Nestro Augustus dictus Pont. I. Eleg. I. Senec. ad Neronem apud Auctorem Octaviae:

Tu pacis auctor generisque humani arbiter
Electus.

Glossae Stephani, *Mediator, sequester, arbitrator, mediator, medius, sequester Mediator, ἔγγυος, ἐνέχυρον, ὁμήρ.* Glossae Nyss. *sequester ἐφ' ᾧ τις ἢ χρῆσαι ἐπίδοσις καμάτου τινὸς ἢ πάσχειν.* Vide Festum in *Sequester.* & Gellium lib. XX. cap. ult. Obvia ea vox apud Jurisconsultos. apud Tacitum *Fortuna sequestri*: tertio Ann. ut illuc emendat Gruterus, qui videndus Sulpic. lib. II. 13. *Pacis* igitur *sequester*, hoc est, medius & arbiter. *Arbitrum & sequestrum* Plautus conjunxit Rudente, V. III. 65. *Tu istunc hodie*

285 Pax erat; & vestri, Germanice, caussa triumphi
Tradiderat famulas jam tibi Rhenus aquas.
Jane, face aeternos, Pacem Pacisque ministros:
Neve suum, praesta, deserat auctor opus.

Quod

hodie non feret, nisi das sequestrum aut arbitrum, cujus haec res arbitratu fiat. Silius lib. VI. 1347.

At nova Elisaei jurato foedere patres
Consultant mandare duci, pacisque sequestrem
Mittere.

Statius Theb. VII. 542.

—— *Ubi tunc fidei pacisque sequestra*
Mater erat?

Ad quem locum Scholiastes, *Sequester dicitur, qui certantibus medius intervenit, apud quem cujuscunque certaminis futuri pignora deponuntur, hoc vocabulum ab obsequendo factum est. quod ejus, qui electus fuerit, utrique pari fidem sequatur.* quibus similia habes apud Servium lib. X. Aeneid. 133. apud Lucanum libro X. 472. *Orator regis pacisque sequester.* hinc Virgilio dicto loco & eidem Statio *pax sequestra* lib. II. Theb. 425. & Sidonio Apollinari Panegyrico Majoriani; & ad eorum imitationem Gunthero quoque lib. V. Ligurini,

—— —— *ut pace sequestra*
Judicis arbitrio sua quisque reposceret aequi.

Frontinus Strateg. I. I. c. 4. *Naves ordinandae pacis sequestres.* Gunthero Ligurini lib. VII.

Utque reformandae pacis venisse sequestrum
Agnovere duces.

Contra *Carnifex rapinarum sequester* Ammiano lib. XIV. *Pudicitiam perjurii sequestrem* Val. Maximus dixit lib. IX. cap. I. Tertullianus libro de Patientia, *Deum injurias sequestrem.* Julius Firmicus Mathes. I. III. c. 12. *Sequestres illiciarum artium. Sequester sermonis* Symmachus III. Ep. 71. Prudentius Cathemerin. Hymn. X.

Nunc suscipe terra fovendum,
Gremioque hunc concipe molli.
Omnis tibi membra sequestro
Generosa & fragmina credo.

Mandatorum sequestri apud Gunthcrum Ligurini libro VI. quibus mandata perferenda creduntur. apud Apulcium Metam. VI. latrones asinum *mendacium fidae debilitatis & virginalis fugae sequestrum* appellant: & Metam. IX. *Anus quaedam fluxi sequestra & adulterarum interuncia. Sequestrem & seniam* veteres dixisse ex A. Gellio patet lib. XX. cap. II. *Sequestrem pacis* designavit Horat. I. II. od. XIX. cum dixit, *Et idem pacis eras mediusque belli. medius interve*, de quo vocabulo ad Claudianum abunde egimus. *Mediatorem* posteriori aevo dixerunt. Malignc igitur & inscite Salmasius de Usuris cap. 16. parentem meum reprehendit, quod in Andronici loco *pacisve* seu *pacis medium* vertcrit. cum Latinius verti non potuerit. qui Latinis *arbitri, sequestres, medii*, hi Graecis *μεσίται, μεσίδιοι*, sed *μέσοι*. Plura Jurctus ad Symmachum lib. III. ep. 72. de hujusmodi naevis ex concursu duarum syllabarum aut vocum cognatarum exortis jam egimus ad Epist. XIV. v. 194. Amor. I. Eleg. XIII. ℣. I. sic Epist. XXI. ℣. 58. pro, *perdere velle velis*, legendum monui, *perdere dare velis.* Apud Propertium I. I. Eleg. I. ubi nunc inconcinne & frigide legitur,

Ibat & hirsutas ille videre feras.

Perfusum habeo debere scribi,

Ibat & hirsutas ille ferire feras.

nisi mavis, *agitare feras.* & Eleg. III.

Illa fuit lacrimis ultima cura meis.

cum opiner a manu Propertii esse, *lacrymis ultima meta mis*, quomodo Noster Amor. III. XV. 2.

Radiove haec elegis ultima meta meis.

& ipse Propertius libro IV. Eleg. II. *Haec finiit ultima meta mis.* Eleg. VI. libri I. apud Propertium,

Tu patrui meritas conare antcire secures,
Et vetera oblitis jura reser sociis.

socios Cyzicenos interpretantur, sed cum multi libri veteres, *reserre soris* agnoscant, puto Propertium reliquisse, *reserre soris.* In foro enim jus dicebatur. rursus Elegia VIII.

Nam me non ullas poterunt corrumpere formae,
Quin ego, vita, tuo limine acerba querar.

ita opinor ferendos illos versus. *corrumpere de te valde friget.* Idem lib. II. Eleg. ult.

Ampliaracae nil prosunt fata quadrigae,
Aut Capanei magno grata ruina Jovi.

Tò magno non apparet in vetustis codicibus, quod magnus Scaliger etiam monuit, qui valde versus istos distorquet. Scribe,

Aut Capanei irato grata ruina Jovi.

libro III. Eleg. XIX.

Haec amor ipse suo constringit pignora signo.
Testis sideream torta corona deae.

alii de Corona Ariadnes, alii de Luna accipiunt aut Venere. nihil horum. Lege,

Testis sidereis tota corona choris.

altra designat. sic Tibullus I. II. Eleg. I.

Ludite: jam Nox jungit equos, currumque sequuntur
Matris lasciva sidera falva choro.

Tibullus libro primo, Eleg. I.

Nunc levis est tractanda Venus, dum frangere postes
Non pudet, & rivas insecuisse juvat.

Tò pudet non est plena oratio. *Tò juvat* etiam post *Tò pudet* non est plena oratio. Non dubito ab elegantissimo Tibullo frigide incaleatur. Non dubito ab elegantissimo Ti-

Quod tamen ex ipsis licuit mihi discere Fastis;
Sacravere Patres hac duo templa die.
Accepit Phoebo Nymphâque Coronide natum
Insula, dividuâ quam premit amnis aquâ.
Juppiter in parte est. cepit locus unus utrumque:
Junctaque sunt magno templa nepotis avo.
Quid vetat & stellas, ut quaeque oriturque caditque,
Dicere? promissi pars sit & ista mei.
Felices animos, quibus haec cognoscere primis,
Inque domos superas scandere cura fuit!

Cre-

Credibile est illos pariter vitiisque locisque
Altius humanis exeruisse caput.
Non Venus & vinum sublimia pectora fregit;
Officiumve fori, militiaeve labor.
Nec levis ambitio perfusaque gloria fuco;
Magnarumve fames sollicitavit opum.
Admovêre oculis distantia sidera nostris;
Aetheraque ingenio suppositere suo.
Sic petitur coelum: non ut ferat Ossan Olympus;
Summaque Peliacus sidera tangat apex.

Nos

talio scriptum, *insereisse feras.* eadem elegia paulo ante,

Parva fores satis ista: satis est requiescere lecto
Sollicitae, & fesso membra levare toro.

Ubi otio otiosum & superfluum est, cura *toro* se-venta. quae conjiciebam *requiescere fesso.* apud Juvenem Sat. XIII.

Ille tibi ferventem labris contingere testam
Horret, deposuit vultus ab ore rubor.

Ita enim ab Avisio nemo esse vix debebimus. nam hunc contra rationem metri illic reinsere, *ab ore fugit.* manifestum *ab ore fit:* tractum erat antiquitus. Prima erant imperandi, quibus proferendis non repugnabimus, si nimis simus defungemur illorum in utrumvis refinitione Statianiloci, quem ex vetere ad epist. XIII. Sil. 35 caligavimus. Is enim Silvarum libro V. III. 171.

Si Phoebo Calaguan hoero transmisit Averno
Conjux inane. si Thessalicus Admetus in orti,
Si hoc unus retro Rhodopeius extulit umbram,
Cur nihil exorat spatior clivique aut tua manes,
Aut ima?

Ubi *Admetus* valde turbat sensum, unde factum, ut rectum conjecisse plures sim opinatus. Non enim *Admetus* ab inferis reverius. si recte perpendas *Thessalicus Admetus in orti,* in duobus pluribus vocibus, inquit, *Thessalicus.* quae vox a cognatis duabus *Thessalia.* Scribe igitur:

——— *si Thessalicus Alcestin in orci,*
Si hoc unus retro Rhodopeius extulit umbram.

Ita omnia in hoc Statiano loco optime sese habebunt. cum ergo argumenti Alcestis tragoedia Euripidea. Sed ita Severianum ad Naloncm tandem reverlamur. Hinc de voce *frequens* multa nostra Rutil. ad Stat. II. Theb. 425. & VII. 512. & Interpret. ad Prudent. Hymn. in Christi Nativ. 13.

Ter fasti, ter ille pluvius. Dicere etiam non nolim. *libet* 109.

Templa.] Altrum Jovi, alterum Aesculapio. Nihil id caponi capiet sapienti dictum, & hoc etiam laudabilis Neapol.

290. *Die.*] Kalendis Januariis. Neap.

291. *Accepit.*] Aesculapio ergo templum in insula Tiberina sacratum. Motus & caussa dedicationis exhibit pestilentia urens urbem & agros: hinc aditi libri Sibyllini; in quibus inventum ut Livius lib. X. *Aesculapium ab Epidauro Romam accersendum: neque eo anno, quia bello occupati Consules erant, quidquam de ea re actum; praeterquam quod unum diem Aesculapio supplicatio habita est.* Accersitus tandem hic: ne cogites signum aliquod aereum perantiquum aut ligneum simulacrum; anguis sanè fuit: sed prò! quot mira ille anguis est anfus? breviter, sed plenè, uti ejus mos est, disces ex Valerio cap. 8. de Miraculis lib. I. Strabo lib. XII. scribit, templum illud Epidaurium majus nomen in posterum adeptum. agit de matris Idaeae fano Pessinuntio: Κατασκάψαι δ' ὑπὸ τῶν Ἀττάλων Βυσλίνα ἱερατεύσῃ τὸ τίμενος, καὶ τὸ καὶ σεῖς λευκόλιθος ἀνάθημα ἐπάνω Ῥωμαῖοι τὸ ἱερὸν, ἀδίδυμα ἐκθύσα τῆς Θεοῦ μεταπεμψάμενοι παρὰ τοὺς ἐν Σιβύλλης χρησμοὺς πολίτας καὶ τοῦ Ἀσκληπιοῦ τοῦ ἐν Ἐπιδαύρῳ. Idem.

292. *Dividua, quam premit amnis aqua.*] Bene, quia flumen finditur in duas partes, ob insulae impedimentum. ipse lib. XV. Metamorphoseos 739. de hac eadem Tiberiná:

Scinditur in geminas partes circumfluus amnis:
Insula nomen habet, laturumque à parte deorum
Portus, ab alcides medias tellure Lacertas:
Hinc se de Latiis finis phoebeius angvis
Convolit. ——— Idem.

293. *Juppiter in parte est.*] Hoc templum si dictum eodem die quo Aesculapii, illud incidet in annum CD. XII. Ego opinatus aliquando hanc Jovis aedem eam fuisse, quam vovit Furius Purpureo Praetor. de qua fic Livius lib. XXXIV. *In insulâ Jovis aedem C. Servilius Duumvir dedicavit: vota erat fex annis ante Gallico bello ab L. Furio Purpureone Praetore, ab eodem postea Consule locata.* Mutavi postea sententiam: nam hic Furius Consulatum habuit cum M. Claudio Marcello anno DLVII. superiori à dicatâ Aesculapii aedi ad hanc Jovis anni LXXXVI. si mens Poetae fit, dedicatio-

tionem utriusque templi in eumdem diem incidisse, non verò in eumdem annum. Neap.

296. *Promissi pars fuit illa mei.*] Sic in duobus Vaticanis. in aliis vett. *Propositi.* utrumque ferri posse censeo, quamvis ad posteriorem magis inclino lectionem Ciofan. Nollet, *Propositi pars fuit illa mei.* Nescio uter melius. Neapol. *Promissi pars sit & ista* Ursini liber. Voss. & Arund. *promissi pars sit & ipsa.* Petavianus, *promissi pars fuit illa.* alii magno numero & superiori versu, *Quid vetat* meliores pro *Quis.* dictum Ep. Ariadnes. Heins.

297. *Felices animae.*] Ad hoc etiam Plinius lib. II. cap. 13. *Mallè ingenio esse coeli interpretes, rerumque naturae capaces, argumenti repertores, quà homines Deosque vicissim.* Neapol. *Animos* Voss. Arund. duo Farnesiani cum uno Vaticano, venuste. quod videtur probare Manil. I.

Et natura dedit vires, seque ipsa reclusit
Regales animos, primum dignata movere
Proxima tangentes rerum fastigia caelo.

Ubi vide Scalig. quae transcripsit Neapolis. vid. & Lucret. I. 73. fic & III. Fast. 119. *Virgo animi indocilis.* nisi *animos* malis. nam sequenti versu *illas* est in Ursini libro & tribus aliis. Virg. VI. Aen. 669. *Dicite felices animae.* & XI. 372. *Nos animae viles.* Catal. Pith. p. 109. *Vivite felices animae.* Trill. lib. IV. Eleg. X. ex vestigiis scripti codicis,

Felices ambos, tempestivoque sepultos!

Pont. I. Eleg. II.

Felicem Nioben, quamvis tot funera vidit.

Ep. XIX. III.

Felices illas, sua quas praesentia nosse
Crimina vera jubet. Heins.

vid. ad Quintil. Decl. VII. 7.

297. *Cognoscere primum.*] In eodem, *cognoscere primis.* Neapol. *Primum* novem libri. *promtum* Fanel. & Mazar. quod non displicebat Heinsio.

299. *Vitiisque locisque.*] Ridiculum est illud de Jove scribe,

Credibile est illos, pariter vitiisque locisque
Altius humanis exeruisse caput.

Ut hoc dicat, Credibile est eos supra terram fumul, & illius vitia, allergere. Dan. Heins. Scribendum *locisque*, ut libri meliores habent, & ab aliis jam est monitum. supra, *Humanis numina mista locis*, quamvis Scaliger vulgatam tueatur ex loco infr. 396.

Et quicumque joci non alienus erat,

& lib. IV. 946.

Scena joci vocem liberioris amat. Heins. lib. IV. Trist. I. 44.

Altior humano spiritus ille malo est.

Ubi quidam codices, *loco, locis* defendit etiam Barth. ad Gratii Cyneg. 967. & Swart. I. Anal. 6.

300. *Exeruisse caput.*] Non longè ab hoc loco Ptolemaei illa in Florilegio Epigrammatum:

Οὐδ' ὅτι Γιγάντειον ἐφ' ἡμέτερον ἀλλ' ὅτι πᾶσιν
Μακρὸν πνεύσας ἀνέβη θέρμασι θυμός,
Οὐκ ἐτ' ἐπιζήσαι σοὶ γαίης, ἀλλὰ πᾶς αὐτῷ
Ζωὸς ὑπογράφῳ πίμπλαμαι ὑφαίρεσις. Neapol.

301. *Sublimia pectora.*] *Regales animos* dixit Manilius sub initium primi. Idem.

303. *Perfusaque gloria fuco.*] Falso & fictitio medicata colore: pro quolibet *fucus* est Latinis. Glossae *Fucus*, χρῶμα. Idem.

304. *Magnarumve fames.*] *Magnarumve furor* Voss. pr. Amb. & sex alii.

305. *Admovere oculis.*] *Adduxere* Regius Cod. & *distantia sidera terris* Puteaneus. quod neutrum invenustum: nam *admovemus* magis, quae tangere possumus, & ad locum a nobis remotum ducimus, *adducimus* a nobis remota, ut sint propiora. ita recte *admovere oculos sideribus* diceremus. & convenit etiam melius *adducere vix suppares.* ita lib. VI. Met. 625. *Parvis adduxit colla lacertis.* Nam admovemus lacertos collo, adducimus alterius collum lacertis nostris. & lib. VIII. 775.

——— *adductaque fanibus arbor.*

funes admoveatur arbori, sed arbor adducitur funibus. & similis ratio est in *adducere aream, frena, fasurim* & similibus, quae apud Nostrum & alios obvia. vid. ad lib. VI. Met. 625. Deinde si *terris* legamus, *oculis* lecto casu erit capiendum, ut illis tanquam instrumentis adduxerint sidera distantia terris: nam illud *nostris* huc incommodum:

&

Nos quoque sub ducibus coelum metabimur illis,
Ponemusque suos ad stata signa dies.
Ergo ubi nox aderit venturis tertia Nonis,
Sparsaque coelesti rore madebit humus,
Octipedis frustra quaeruntur brachia Cancri:
Praeceps occiduas ille subivit aquas.
Pulsiterint Nonae: missi tibi nubibus atris
Signa dabunt imbres, exoriente Lyrâ.

Quat-

se cum sequenti versu sit *suo*, hic debet quoque intelligi; *oculis suis*: citat haec duo dilucida Joh. Saresb. lib. VII. Polycr. cap. 8. & secundum etiam lib. VI. cap. 26. Bulaeus.

365. *Summaque sidera.*] *Imaque* Petavianus. sed frustra. initio libri III.

Conjugaque fati sidera summa coli.

sapiè,

Et cerâ fruamur vertice Roma dea.

Heins.

369. *Sub dextâ.*] Significat veteres Astronomos. Neapol.

359. *Coelum metabimur.*] Ad condendum nostrum paegnion: idem παιγνιῶδες τέλος dictum à Leone Philosopho, ad hoc à patribus inventa instrumenta disciplina; quae primum excogitavit Hipparchus. Interp. *Meditabimur.* Voss. Ambros. & sex alii. *memorabimus* Excerpt. Vossii. sed perperam: *metari* & *metiri* differunt; sed a poetis plerumque confunduntur. Caper de Verbis Dubiis, *quare metaris, dico, metior metiris, mensura.* Servius etiam *metare* pro *eligere* cepit ad lib. II. Georg. 274. ubi & de *metiri.* Hinc illud Prudentii Psf. B. Hippol.

Mundo eligitur monumenta loco.

Solin. Polyh. cap. 2. de Graiis volatu: *Tuae conditionis in altissima, ut de excelsiori specula metentur, quae petunt, terras.* Iunca a Geometris locutio; quemadmodum & apud Aristophanem comica vocatur: Ἐκ τετρήνου βαλάνου τὸν ἀέρα. *Metari coelum*, plane ut hoc Naonis loco. Nanciian. Cyneget.

Captivique nihil nova pocula fontis alumno
Invenit, & latis cuspes notatur aquis.

Cato in Disticis:

Partemque tuos metatus es ingenio agello.

Metiri agri Scaevola juris Consult. *Metari* Ennianum, quod apud Festum non semel occurrit, unde Graec. ἀναμέτρησις & ἀνάμετρος, vel ἀμέτρητος. *Mensuratis urbibus duces* Val. Maximus. hinc Terentii ac Varronis *mensorium* vocat, pro tecto, quam inhabitamus. Interp. Stellator Francof.

370. *Ab aequo fruar deo.*] Omnino rectius: *ad festa dies*, scribendum vocat. Naeot. *Stata festa* Romuli ex Ennianis, quod & Neapoli recte approbatur. Censorinus de Die Natali cap. VII. *Ante omnia ipsum dicunt actum vitamque nostram stellis tam vagis quàm statis esse subjectam.* Plinio *Stata sidera & coelo adfixa* lib. XVII. c. 25. c. 29. *Stati siderum cursus.* apud Macrobium in Somnium Scipionis lib. I. c. 10. *Stata ratione* veteres membranae. pro quo *statuta* circumfertur. *Statam formam* Ennius Menalippa dixit, teste A. Gellio, quae inter pulcram & turpem esset media. *Stata Orgia* apud Festum Avienum Descriptione Orbis sub finem. & *Statam indignationem ponti* in Prognost. Vs. 65. & *Stata limina coeli* Phaenom. 482. *Status astrorum ordines* dixit Cicer. III. de Natur. Deor. & Senec. IV. de Benef. 28. *Ventorum flatos flatus.* Heins.

311. *Venturis tertia Nonis.*] III. Nonas Januarias Cancer manè occidit. Rhapsodus ille sub nomine Ptolemaei à Leonico editus: IV. *Nonas Sol magis ascendit, Cancri medium occidit, ventique ponunt* III. *reliquum Cancri scidit, & varius aëris fit flatus.* Neapol.

312. *Madebit.*] *Madefit* tres libri. Unde *madefiet* conjecerat. Heins.

313. *Octipedis frustra quaeruntur brachia Cancri: Praeceps occiduas ille subivit aquas.*] Recte admonent interpretes de occasu Cosmico intelligi, qui fit III. Nonas Januarii, quo die in XVII. parte Capricorni in signo oppositio est. Ciofan.

313. *Quaeruntur brachia.*] *Quaerunturque* scripti majori ex parte. Quare & sequenti versu *subivit* reponendum, quicquid illi obmurmurent, & ita, Douza volebat. ἐκτάπους ἀκρωτής, apud Apollod. Centur. XVII. 58. Heins.

315. *Obstiterint imbres: missi tibi nubibus atris.*] Sic legitur in uno optimo lib. Vatic. superne vetere notatum est non recenti manu, *Nisi si tibi nubibus atris*, quo modo est in quatuor aliis ejusdem Bibliothecae. superiorem lectionem, quae est in libro Urs. integriorem esse opinor. Ciofan. Sic legantur hi duo versiculi in multis codd. quos nubes ingenii sui illustrabit sine medelâ. in aliis:

Insiterint imbres missi tibi nubibus atris,
Nonae signa dabunt exoriente Lyrâ.

multis; sed ita restituendi eleganter ex meo:

Insiterint Nonae: missi tibi nubibus atris
Signa dabunt imbres exoriente Lyrâ.

Ostendit

Quattuor adde dies ductis ex ordine Nonis;
Janus Agonali luce piandus erit.
Nominis esse potes succinctus cauffa minister,
Hostia coelitibus quo feriente cadit;
Qui calido strictos tincturus sanguine cultros,
Semper Agone? rogas; nec nisi justus agis.
Pars, quia non veniant pecudes, sed agantur, ab actu
Nomen Agonalem credit habere diem.

Pars

Ostendit ipsismet Nonis futurum tempestatem, & Lyrae ortum heliacum: hic eodem tempore est Caesari apud Plinium lib. XVIII. cap. 26. Missa hic facio logos & gerras Pauli Marsi. Neapol. Veteres plerique, *nisi si tibi.* alii, *nisi si de*, vel, *missi de nubibus.* quomodo & Mazarin. Naugerius & Neapolis recte ex suis libris,

Insiterint Nonae: missi tibi nubibus atris
Signa dabunt imbres exoriente Lyrâ.

quomodo & quinque ex nostris, cum Petaviano. qui tamen, *nisi sit tibi nubibus.* at Ursini codex,

Insiterint Nonae: nisi sit tibi nubibus aër.

Scribendum forte, *si sit subnubibus aër.* Rem. Am. 599.

Limes erat tenuis longa subnubilus umbra. Heins.

316. *Nonae signa dabunt exoriente Lyrâ.*] Oritur Lyra cum fine librae Romae. Intelligit autem Poëta ortum Heliacum, quo Lyra manè ante solis ortum conspicitur. Ortus verò & occasus fideratum triplici differentia distinguuntur. aut enim accedente propius sole occultantur, aut praetergrediente in antecedentia sese proferunt. Cùm ad hanc rationem vel occultantur, vel se proferunt, dicitur à recentioribus occasus Heliacus & ortus Heliacus. Ortum Heliacum Plinius vocat sideris emersionem: occasum autem sideris occultationem, & hic est primus modus. Secundus autem, cùm stella diluculo cum sole oritur, matutinus ortus appellatur; à recentioribus dicitur ortus Cosmicus, à Ptolemaeo συναυτολὴ ἑῴα. Cùm autem sole diluculo emergente stella ex adversâ parte occasum subit, stellae occasus matutinus Latinè dicitur, à recentioribus occasus Cosmicus. Tertius autem modus est, cùm sole occidente stella crepusculo exoritur, & appellatur ortus vespertinus; à Ptolemaeo ἑσπέρια συναυτολή. Occasus autem vespertinus, quando stella occidentem solem subsequitur: hi à recentioribus ortus & occasus vocantur Chronici. Ciofan.

317. *Quattuor adde dies.*] v. Idus Januarias *Agonalia* Romae erant: initium à Numâ Pompilio ducunt, ut auctor apud Macrobium Antias Valerius, scriptor vetustissimus. Iterabant haec festa veteres XII. Kalendas Junias, ut dicemus. Et pridie Idus Decembris exstat memoria in antiquo Kalendario: in eo Constantini Magni notatur ipsa-

Tom. III.

met dies Septimontia, & benè: ne titubes. Vide Festi Fragmentum in vocabb. *septimontium*, sed aliquâ in parte semirosum. Neapol.

317. *Ductis*] *Dictis* Vatic. & octo alii. *dictos* Putean. Arund. & duodecim alii. *dictas* Petavii. *ductas ex ordine noctes* Vossii.

318. *Agonali luce,*] Id festum a Numa institutum Valerius Antias contendit apud Macrobium Saturnal. libro primo cap. 4. sed & Liberalia, quae in mensem incidebant Martium, *Agonium Martiale* a Pontificibus dicta, teste eodem Macrobio. Heins.

319. *Succinctus minister.*] Is erat victimarii cultus. Suetonius in Caligulâ: *Admotâ altaribus victimâ succinctus paparum habitu, dato alii malleo cultrarium mactavit.* hoc satis in re tritâ. Neapol.

322. *Semper agatne rogat.*] Perplacet etymon: mos verò imae plebi notus. M. Varro lib. V. de L. L. *Dies Agonales, per quos Rex in regiâ arietem immolat, dicti ab agone: eo quòd interrogatur Princeps civitatis & princeps gregis immolatur.* Hinc Plutarchus alicubi: Ἄγχι δὲ τῶν, inquit, καλανδῶν φυλάττουσιν ἰσχυρῶς, τὸ μὲν σάββατον πρὸς ἑνενήκοντα καταπανδήμων. οὗτος ἐλαφρὸς πρὸς ἅπασαν ἀδικίαν ἐστί. Idem.

322. *Nec, nisi justus, agit.*] Ex ritu. Dionysius Halicar. lib. VII. Ἀντιλαβόμενος δ' ὁ παρανὴς, ἐκάλεσεν ἑκάστου τῶν ἐν τέλει, πρὸ τῆς πομπῆς ἱερεῖον. & paucis interjectis: Ἔσπευδε κατευθύνειν, ὅπως τάχιστα τῆς ὑπατείας αὐτὸν ἀπαλλάξει. Sed restat adhuc scrupulus ex τῷ *semper* & Graecis his testimoniis. Si enim in omni sacrificio popa jussus victimam jugulabat, praemissâ formulâ *Agone?* quare haec festa potissimum, non etiam reliqua dicta Agonalia? Idem. Primo illud rectum, quod optimus Ambros. Laeti codex & duo Farnesiani praestantiores *Agone* exhibent. Asinius Pollio apud Senec. lib. I. Controv. *Bilius cervicem parricidae tollat, carnifex manum tollat, deinde respicias ad patrem & dicat Agone? quod fieri solet in victimis.* Varro de L. L. *Dies Agonales, per quos Rex in regia arietem immolat, dicti ab Agone? eo quod interrogatur Princeps civitatis, & princeps gregis immolatur. Agones* quoque popas fuisse dictos vult Statii Scholiastes Theb. IV. pro *regat*, Pecavianus Ursin. Vossian.

Pars putat hoc festum priscis Agnalia dictum;
Una fit ut proprio littera demta loco.
An, quia praevios in aquâ timet hostia cultros,
A pecoris lux est ista notata metu?
Pars etiam, fieri solitis aetate priorum
Nomina de ludis Graja tulisse diem.
Et pecus antiquus dicebat Agonia fermo:
Veraque judicio est ultima causa meo.
Caper ea nunc cæsa est; ita Rex placare sacrorum
Numina lanigerae coniuge debet ovis.
Victima, quae dextrâ cecidit victrice, vocatur.
Hostibus amotis hostia nomen habet.

An-

Sum. Lambin. & fecerem alii, *rogas*. unus Pataviniis *rogas, nec agas*, vel *agas* etiam meliores. Scio:

... agas, negas, rogas, nec nisi jussus agas.

... ante, *est pars sacrificii causa ministra.* Non possum quomodo unus meus. elegantes. Apollinares. ... possum. In optimis omnia sede habebam. Sequutus vulgo eo, quo explorandos cruci, ordine libri veteres agnoscunt. Heins. *Ne nisi jussus agas* Francof. Arnh. Ml. unus Morelli & ... ; quam non nisi, si *agas* legatur. ideo enim *negas agere*? ne *agat*, nisi jussus. Nam jubentis erat hoc, *hoc age*, qua formula ut consueti in placitando ita Collegia mandabo. Suet. cap. 18. ubi vide commentatores. *Semper* vero, quod Neapolitanus ed. nam habet, ad hoc praecipue locum refert idem, in quo semper hoc observare debet Papa, ne age, nisi jussus. Idem.

333. *Sed agnalia, id alii.*] Inde Festus: *Agonalia dies appellabatur, qua Rex hostiam immolabat. Eam hostiam cum antiqui agonem vocabant.* Idem: *Agonia hostiam putabant ab agendo dictam, unde agonales, sacerdotes dicebantur, qui pecudes agebant.* Neap.

335. *Priscis Agnalia dictum.*] Dempta enim *a* mansisse ex *festa agnalia, agnalia*. Scaligerus etymon magis ineptum quam vestrum non ego, Salmasius meum. Idem. Diri Ipsum.

336. *Proprio.*] Primus Morelli. *undique si propriis* Ipsum.

337. *Timet hostia cultros.*] Sive, inquit, ducit hostiam ante se *hostia*, quod Graecis usitatissimum, *pro ante agere vulgo qui timet, depellendi*; dictus apud Diogenem Laertium. Neap.

338. *Utrum.*] Primus Mercia.

339. *An etiam.*] Imo, *par: etiam* cum Mercia. Lalli, quatuor Vaticanis ac aliis nonnullis. Ipsum alii id mirantur. Paulo ante, *lux ista* etiam meliores libri. Cum legerem, *notata pecori*, ut mihi, *notata prius*. Heins. Sed vid. ad Sext. IV. 729. Donec *sic* explebat ut apud Horat. 1. Od. 24. *Quidquid corrigere est nefas.* id est non potest: & III. Trist. XII. 41. *Tot quoque ab ore freti.* &c.

330. *Nomina de ludis Graeca.*] Huc pertinent illa Festi: *Agonia sacrificia, quae fiebant in monte: hinc Romae mons Quirinalis Agonus & Collina porta Agonensis. Agonium locus, in quo ludi initio facti sunt, ob hoc dictum, quia fuerit sine angulo.* Graecis angulus γωνία, locus angularis γωνιαῖος, unde angulo carens ἀγώνιος. Neapol. *Grata* optimus Ambros & unus Pataviuus. Lege, *Graia*. quomodo saepe peccatum, ut alibi diximus. Heins.

331. *Et prisci antiquus dicebat Agonia fermo.*] Ita habent omnes libri scripti ineptam plane: alii substituerunt lectionem, *Agimina*. Tu Festum Pompejum lege in verbo *Agonium*, cujus loci partem adducit hic Marsus. Ciofan. *Et pecus* Ursini liber, optimus Ambros. & sex alii, cum priscâ editione. recte. Vide Festum in *Agonias* & *Agonium*. Heins.

331. *Utque ea nunc cæsa est.*] Haec est veterum omnium librorum lectio. vere. secus in vulgatis quibusdam: solmnis. Ciofan. Longè diversa priscî libri lectio, *Utque ea non certa est*, & paulò probior. Neapol. Ita Ciofanus & Neapolis. Sed Ursini codex & decem alii, *nunc certa est*. quod versus praecedens confirmat. Heins.

333. *Sacrorum numina.*] *Deorum numina* Francof. *sacerdos numina* Strez. ut rex sacrificulus intelligatur.

335. *Victima, quae cecidit.*] Intrusit huc multa de sacrificiis veterum, ausâ sumptâ ex iis, quae dixit in Agonalibus. *Victimae* vero & *hostiae* etymon non arridet, & multa obstant: sciunt Critici. Neapol.

336. *Hostibus a domitis.*] *Hostibus amotis* Ursini liber & Patavinus Hucloris Trevisani; quod arridet. Nam si vulgatam sequimur scripturam, nihil aut parum inter hostiam & victimam interesit. Nonius, *Hostire est comprimere, coercere, dictum ab*

Ante, Deos homini quod conciliare valeret,
Far erat, & puri lucida mica salis.
Nondum pertulerat lacrimatas cortice myrrhas
Acta per aequoreas hospita navis aquas.
Tura nec Euphrates, nec miserat India costum,
Nec fuerant rubri cognita fila croci.
Ara dabat fumos, herbis contenta Sabinis,
Et non exiguo laurus adusta sono.
Si quis erat, factis prati de flore coronis,
Qui posset violas addere, dives erat.
Hic, qui nunc aperit percussi viscera tauri,
In sacris nullum culter habebat opus.

Pri-

ab hostia. Pacuvius Teucro. nisi coërcuero protervitatem atque hostiro ferociam. ita lege. hinc & *hostilii lares, quibus immolabant, quod ab his hostes arceri putarent*, teste Festo. Heins.

338. *Far erat.*] Idque à Jani aevo, teste Q. Fabio lib. primo de Aureo saeculo. Neapol.

338. *Puri lucida mica salis.*] *Liquidi salis* codex Regius. ut alterum ex glossemate irrepserit. sic auctor Moreti,

Contrahit admissis nunc fortibus, atque farinae
Transversa duratque manu; liquidoque coactos
Interdum grumos spargit sale.

Ita versus illi videntur esse scribendi. Heins.

339. *Nondum pertulerat.*] Suspicor myrrham, costum, crocum, eodem tempore, quo tius nostris avis fuisse cognita; cùm ex iisdem ferè regionibus aportata. Thuris verò notitia quando ad eos pervenerit dubium: multa tamen edisces è loco quodam trito Arnobii lib. VII. adversus Gentes. Neapol.

339. *Lacrymatas.*] Nam stillant ab ipso ligno: inde ferè omnes voce *lacryma* hic in re usi; ut Plinius, Solinus & alii. Myrrhae verò duae species, liquida & dura, σταχτὴ καὶ πλαστή. Theophrastus: Λιβὸς δὲ περίεστιν ὥσπερ ὁ λιβανωτός, ὅμοιος δὲ τῇ πιμελῇ φλοιῷ. τὴν σμύρνης δὲ, ἡ μὲν σταχτὴ, ἡ δὲ πλαστή. Ipsum. *Contulerat* Morell. *lacrymatam c. myrrham* Regius, Thuan. & duo alii. *arbore myrrhae* Excerpta Vossii.

339. *Lacrymatas cortice myrrhae.*] Citat haec verba Diomedes lib. I. p. 377. Ciofan.

341. *Euphrates.*] Recte veteres interpretes Poëtam crimine ἀγνοίας γεωγραφίας absolvunt. nam licet Euphrates non tangat Arabiam Felicem, ex cujus regione Sabaea tus mittitur, ostendunt multis, per sinum Persicum, & inde per Euphratem illud fuisse subvectum. Stuporem tamen interpretis Regii mirari licet, qui Euphratem dicit ab Oriente claudere Arabiam Felicem, quod de sinu Persico, in quem influit Euphrates, Marsus notaverat. & idem ad lib. II. 463. Judaeam perinere Euphratem dixerit. Ubi ab ipso Marso meliora discere potuisset. sed ita solent indocti plagiarii. Burm.

343. *Herbis Sabinis.*] Haec ante thuris notitiam veteribus in usu. hinc magnus Vates in Culice:

Herbaque thuris opes prisci imitata Sabina.

neque post thuris inventionem spreta, sed frequens fuit ad suffitus. de hac Dioscorides: Χρῶνται δέ τινες τῇ φύλλῃ ἀντὶ λιβανώτου. & Plinius: lib. XXIV. cap. II. *A multis in suffitus pro thure assumitur.* eandem ipsemet sic describit: lib. XII. cap. 17. *Putant igitur in thymaeis arborum bratheys, cupresso fusae similem, ex alliciis ramis jucundi odoris excusam.* Alibi cupressum Creticam à multis dici tellatur: quod & ex Glossis Nicomedis Iatro Sophistae apparet in his: Βράθυ κυπάρισσος Κρητικὸς Θύωνος μεγάλη, ἢ ἀγριοκυπάρισσος. Ex quibus colligo, Graecis θύϊνον, quae nobis *herba Sabina*. Hesychius: Βράθυ· τὸν τοῖς θυΐοις ὅμοιον. eadem Dioscoridi βάρβυρις, quae Glossis à *brathy* diversa. de quo differendi non hic locus. Neapol. Inf: IV. 741. vid. Salmas. Exercit. Plin. p. 660.

343. *Cornata Sabinis.*] Sic omnes libri scripti. Ciofan. *Concreta* Excerpt. Vossii & Sarravii Cod. pro var. lectione. *contenta* Sarravii & quinque alii.

344. *Non exiguo sono.*] Nam omen inerat multae crepitationi. notum hoc lippis. Neapol.

345. *Si quis erat, factis.*] Inceptè vetus, *fractis*. eleganteramus, *plexis*. Ipsum. *Factis prati de flore coronis* nostri omnes. Neapolis ex uno suo, *plexis*, de quo ad Metam. XIII. 891. Heins. Pollet & *pallet*, ut *pastilis corona* Plin. XXI. I. nisi & ibi *plexilis* legendum. ut apud Plaut Bacch. Act. I. Sc. I. v. 37. *plexis* enim blandius, Novant. Lect. 63. ita in versu Laevii, ut emisit Scaliger Lect. Auson. II. 27.

Capiti meo tropidans
Labens insolita plexit arnura.

horti de flore unus codex. Burm.

346. *Qui posset violas addere.*] Sed hae etiam poëtâ inter flores coronarias habitae in pretio. Legendus Athenaeus lib. XV. Neapol.

348. *Nullum culter habebat opus.*] Conferis hic Lu-

Prima Ceres avidae gavisa est sanguine porcae,
Ulta suas merita caede nocentis opes.
Nam sata, vere novo, teneris lactentia succis,
Eruta setigerae comperit ore suis.
Sus dederat poenas. exemplo territus hujus
Palmite dedoneras abstinuisse, caper.
Quem spectans aliquis dentes in vite prementem,
Talia non tacito dicta dolore dedit:
Rode, caper, vitem: tamen hinc, cum stabis ad aram,
In tua quod spargi cornua possit, erit.

Ver-

dem, pulices Ilos διὰ τέλους Diis gratificare, non *petere* dona, non victimas. Neapol.

349. *Avidae gavisa est sanguine porcae.*] Ab hoc igitur semper initium rei animantae sacrificium. Servius & Varro lib. II. de Re Rustica: *Sus Graeci dicunt ὗς, clim τὸν ὑσὸν dictus, ab illo verbo, quod dicunt ὕειν, quod est immolare. Ob facile enim genus peccati immolandi initium primum fuisse videtur.* Neapol.

350. *Ulta suas.*] *Ulta suis* unus. *Merito* Vossii & Pettvii.

351. *Teneris lactentia succis.*] Libri meliores, *falcis*. Rodell. Tibull. III. Eleg. XII.

Herbaque, quae lactis Carcidium obruta falcis.

Met. I. 123.

Secuimus tum primum longis Cerealia falcis
Gramina jam.

Tibullus, II. Eleg. VII.

—— *seu falcis crudi messoris acumen.*

Virgilius, I. 113.

Cum primum falces aequant fata.

Ausonius Ordo Defunct. 354. de Aegypto,

Tecore, quae dives, quas lenti paverit amnis
Sollicitata bovum, quae fecerit aduncae falcis
Tribulum desit.

segetis scribendum ex veteri libro Mediolanensi. Is fecerit, *crudere falcis*. Vulgo, *rastris crudere falcis*. Sic Sil. VIII. 587. idem ex eodem veteri libro,

Quamque gravi falcis cruciavit femina falce.

Ita Ov. paullo infra. nam *cavo falce* nunc circumfertur in vulgum. Silius lib. XV. 542.

Te Libya Ampsagas cognoscat femina falcis.

Et Petrus Angelius Comm. VIII. de frugibus.

Quamvis Hyperboreis cultoribus Ceres falces
Attigerit falcis cultores. Falci etiam pro similibus ferramentis, in quibus vineae plantantur. Calpurnius Eclog. II.

—— *Falces ne forte priores*
Languida mutatâ quaerant plantaria terrâ.

Male & illic *fauces* legitur. Virgilius I Georg. 215.

—— *nunc te quoque Medica putres*
Accipient falci.

vide Festum in *Sulci*. Heins. Sed haec omnia, quae adducit Heinsius, & quibus plura addi facile possent, nondum persuadent *falces* recte *tenaces* dici, aut fata posse dici *lactescere falcis*. quare nos veterem lectionem *succis* reduximus, quibus lactent fata. Ipse enim *succus* herbarum *lac* vocabatur a rusticis. vid. Virg. IV. Aeneid. 514. & ita *lac ficûs* Macrob. II. 16. & Nostro II. Fast 263. *lacteus ficus*. ubi vide ipsius Heinsii notas, qui ex Plinio adducit, *lactescere succo*, qui & *lacteum succum* dixit lib. V. cap. I. vid. Rhod. ad Scribon. Larg. Compof. XXI. & in Lexico. ita *lactentia frumenta* Virg. I. Georg. 315. ubi vid. Serv. *lac herbarum* Naso II. Met. 606. & Scholiast. German p. 152. Edit. Commel. *ex lactei circuli defluvio, velut ex ubere aliquo turgida fata lactescere* ait. vide Buchner. ad Venant. Hymn. de Refurr. §. 15. *tempi* vero succi sunt recentes, ut passim *tenerae herbae* & similia. vid. ad I Art. 299. non tamen asperanda lectio Juniani codicis, *primis lactentia succis*, nisi sit glossa *vel teneris*. Burm.

352. *Canierit.*] *Comibit* Voss. & tres alii.

356. *Dicta dolore dedit.*] Ita iidem libri scripti. Ciofan. *Dicta dolore refert* Laeti & tres alii. *dicta* veteres plerique. recte. nam *verba dare* alio significatu dicitur. *digna dedit* Arundel. & sex alii. Heins.

357. *Rode, caper, vitem: tamen hinc, cùm stabis ad aram, In tua quod spargi cornua possit, erit.*] Hoc distichon convertit Ovidius ex Graecis epigrammatis. ubi ita est:

Κῆρ μὲ φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ἵνως ἔτι κηπεφορήσω,
Οσσον ἐπισπεῖσαι σοι τράγε βωμὸν ἔνῳ. Nead.

Vite nocens rosa stabat moriturus ad aras
Hircus, Bacche, tuis victima grata sacris.

Ovid. lib. II. de Pont. eleg. IX.

Nec dabit intonso jugulum caper hostia Baccho.

Ciofan. Expressum hoc distichon ex versiculis Eueni:

Κῆρ μὲ φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ἵνως ἔτι κηπεφορήσω,
Οσσον ἐπισπεῖσαι σοι τράγε βωμὸν ἔνῳ. Nead.

357. *Tamen hinc.*] *Hic* Petavianus & alii quatuor. Lege, *huic*, cum uno Farnesiano, id est, viti. Heins. Sed idem sensus & elegantior etiam exsurgit ex *hinc*: digito enim demonstrat quasi vitem, ex quo vinum proveniet, quod spargi possit in cornua ejus. adverbiis vero istis eleganter utebantur pro pronominibus. Ter. Adel. III. 3. *Hinc scibo*, pro ex hoc: ita *unde*, *inde*, &c. vid. Serv. ad Virg. I. Aen. 6. & VIII. Aen. 71. Munk. ad Hygin. Fab. III. adi & lib. VI. Met. 650. Burm.

358. *Quod spargi cornua.*] Mos enim veteribus, uti supra caput hostiae immolandae vinum infunderetur & mola. Neapol.

359. *Noxa tibi debitus hostis Spargitur effuso, &c.*] Omnium optimus lib. Vatic. *Noxae tibi*. sequor. quatuor alii Vatic. & Urs. *Mox & tibi*. erratum à librariis pro *noxae tibi*. Ciofan. Optimè vetus, *noxa tibi deditus hostis*. *Cùm lex jubet*, inquit Festus, *noxas dedere*, *pro peccato dedi jubet*. In quibus *mox* & *tibi* aperte est sphalma typographicum. Neapol. Vide ad Quinct. Decl. IX. 5. ubi *debitus* & *deditus* confundi vidimus. vid. & Heinf. ad Epift. VII. 103.

360. *Spargit & effuso.*] Non capio: lego & distinguo ex eodem ita totum διεγῳ:

Verba fides sequitur: noxae tibi deditus hostis
Spargitur effuso cornua, Bacche, mero.

Neapol.

360. *Cornua, Bacche.*] Heinsius in priore notarum editione ad Epist. XIII. 113. citat tanquam legeret *tempora*, quod tamen in nullo codice exstat. *effuso* multi codices. *a fuso* Putaneus. quae eadem differentia XIII. Ep. 114. *infuso* Regius.

361. *Nocuit quoque culpa capellae.*] Haec ob rosam oleam Palladi sacrificata. Neapol. Hic locus ostendit recte apud Virgilium II. Georg. 380. legi:

Non aliam ob culpam Baccho Caper omnibus aris
Caeditur.

Ob causam citat Lutat. ad Stat. V. Theb. 259. vide ibi Lindenbr. Burm.

363. *Flebat Aristaeus.*] De hoc Aristaeo sic Justinus lib. XIII. *Aristaeus, Apollinis ex Cyrene, quae eximiae pulchritudinis fuit virgo, filius, primùm & apum, & mellis usum, & lactis, & coaguli hominibus tradidit. Solstitialisque ortus sidorum primùm invenit.* Tribuit eidem Aristaeo olivae inventionem Cicero lib. III. De Nat. Deorum. Ciofan. Hic primus reperit confectionem mellis. Aristophanis Scholiastes: Ἀρισταῖος δὲ ὁ Ἀπόλλωνος καὶ Κυρήνης πρῶτον τὸν ἐργασίαν τοῦ σιλφίου ἐξεῦρεν, ὥσπερ καὶ τοῦ μέλιτος Reliqua Nostri confer cum Maroue IV. Georgicon. Neapol.

363. *Apes cum stirpe.*] *Prole* Francof. quod elegantius & verius puto, cujus alterum est glossa. ita §. 449. *volucrum proles*. Burm.

364. *Destituisse.*] *Deseruisse* Excerpt. Voss. & sex alii.

365 *Caerula quem genetrix.*] *Κυρήνη*. Neapol. Nympham aequoream fuisse ex hoc epitheto colligeretur. cum tamen Penei fluminis filiam faciant Mythologi. vid. Serv. ad Virg. IV. Georg. 321. Pindarus vero Pyth. IX. venatricem facit, cum rapta fuit ab Apolline. Apollonii vero Scholiastes lib. II. §. 500. Hypsei filiam Cyrenen facit. Hypseus vero Penei filius, & ille Oceani. vide Schol. Pindar. IX. Pyth. 23. Diod. Sic. IV. & alios. unde a proavo suo posset *Caerula* dici, nisi *caerula* dicatur, quia *gurgitis ima teneus* a Virgilio dicto loco dicitur. avia ejus Naïs, Penei uxor, ex qua Hypseus. diversus ab hoc Hypseus Ataci frater Statio. VII. Theb. 310. vid. Schol. Burm.

368. *Quoque modo.*] *Quoque modum* unus Putaneus. non inelegenter. vid. ad lib. I. Art. Am. 50. & inf. lib. VI. 176.

Verba fides sequitur: noxae tibi deditus hostis
Spargitur adfuso cornua, Bacche, mero.
Culpa sui nocuit: nocuit quoque culpa capellae.
Quid bos, quid placidae commeruistis oves?
Flebat Aristaeus, quod apes cum stirpe necatas
Viderat inceptos destituisse favos.
Caerula quem genetrix aegre solata dolentem,
Addidit haec dictis ultima verba suis:
Siste, puer, lacrimas. Proteus tua damna levabit;
Quoque modo repares, quae perière, dabit.

De-

Decipiat ne te versis tamen ille figuris;
Impediant geminas vincula firma manus.
Pervenit ad vatem juvenis: resolutaque somno
Adligat aequorei brachia capta Senis.
Ille suam faciem transformis adulterat arte:
Mox domitus vinclis in sua membra redit.
Orague caerulea tollens rorantia barba;
Quis, dixit, repares arte, requiris, apes?
Obrue mactati corpus tellure juvenci;
Quod peris à nobis, obrutus ille dabit.
Jussa facit pastor. fervent examina putri
De bove: mille animas una necata dedit.

Poscit

369. *Versis.*] Variis quaedam editiones.

370. *Geminas manus.*] *Geminos pedes* unus codex. *vincula dura* Excerpt. Klockhorn. ita & in margine Dan. Heinsii, vid. & 1 Amor. VI. 25. Burm.

371. *Refugiaque.*] *Rediitque* prima Veneta Ed. et sunt Heins. l. II. pr.

372. *Senis.*] Dei Junonis.

373. *Ille suam faciem transformat & adulterat arte.*] *Adulterat* Latinum vix est, etsi nonnihil in glossis Stephani occurrat. *Alterat, variat.* Quare reponendum ex Urbin. & Petavi optimis libris, quod & Dan. Heinsius agnoscit; *transformat adulterat.* vi. & Cardin. lib. II. Fastorum 12. Pont. IV. Eleg. 2.

Ora ut lavinum, cum lavit, adulterat undas.
transformis corpora dives Met. VIII. 871.
At vitia habere forma transformata corpora fecit,
Sanctaque damnatis Veritas tradit.

Caeteri etiam, *Ille fua*, locum alii, ut hunc unum Patrinus. Hanc. Dolus hic tentavit veritatem *adulterare* Pacon. Voss. Ovi lib. VI. cap. 10. Sed tamen, vid. quae notavimus ad Ovidii lib. X. de Invt. Orat. 1. eorum in Persium & Excerpt. Voss. etii, *Ille fuam faciem transformis adulterat arte.* et Putan. etiam *arte* pro vel lectione. Burm.

374. *Monstra.*] *Terra* Ursin. et Voss.

375. *Quae nequeat dedit.*] Inde apud Graecos veteres *proverbium* de rebus diri Poëma, *Ἃ μὴ δύναται δοῦναι*, dictum. *Euripides*, de hac Arethusa loquens *Supernum Jovem*, ceffe. Neapol.

376. *Perdit opes pastor.*] Pecus Latine pro *gregibus*, pro deperdi. In Scaligeri vetustissimis, *ipse. Pervit, Pofcit ovem pecus.* optimus Amandi. *Perdit ovem pecus patrem.* hos ait, *Pavit oves.* At Vind. Boet. cum quinque alii, *pofcit ovem fatum.* quod recepi. Virgil. in *Aeneidis fatis* Virg. VIII. Æ. . . . hoc verbo loquendo in hac re plura ad Virg. Ecl. I. 13. dicemus. Burm.

377. *Verbena improba carpsit.*] Quas Dis offerre Ovidii & antiquo more erat receptum. Adi Virg. Aeneid. lib. V. cap. 61. Neapol.

383. *In aris.*] *In aram* Excerpt. Vossii. *Quid turi superest* duo. *turi* quinque. Male. vid. II. Art. 687. Burm.

385. *Placat equo Persis.*] Et aliae pleraeque gentes, ut populi Armeniae. Ibi Xenophon equum suum jam senecionem immolandum huic numini tradidit. Ὅτι, inquit lib. IV. de Cyri minoris expeditione, *ἱκανὸς αὐτὸν ἱερὸν εἶναι τοῦ ἡλίου*. Causa, quae sequitur in Nostro, recitatur etiam ab Herodoto de Massagetis, in ipsâ metâ libri primi. Neapol. Ego mallem *Perses*, ne sequente *radiis*, duo vocabula in *s* exeuntia offendant aures. Citat haec Lactant. lib. I. de Falf. Rel. 21. Burm.

385. *Radiis Hyperiona cinctum.*] *Comtum* quatuor libri. sic Virgil. lib. VII. 750.

Quin & Marrubia venit de gente sacerdos,
Fronde super galeam & felici comtus oliva.

Apulejus de Deo Socratis: *Qui cum Platone fuit, locato Artherum pleriasque Hyadas geminosque Tritones, alios itidem radiantes Deos, quibus coeli decorum templum & consecratum fulci templatur usquam.* Heins.

386. *Victima tarda.*] *Pigra* Francof. a manu prima.

387. *Quae fraudi.*] *Quod* meliores; pro *triplici virgine* duo libri, *gemina.* Codex Urfini, *gemina.* Ald. *Accepta Dianae?* Adhi enim in Aegaeo mari. an *Rubene*, pro *Rubicone?* quomodo apud Statium Sylver. lib. V. Epicedio Patris,

——— *fopitis privatus ad carmina plebis*
Rubens. Heins.

387. *Pro virgine.*] *Ipsi cervae.* Neapol.

388. *Cerva datur.*] Si non cras, hujus succedanea ovis; quam dicere *cervariam.* Vide Pellum. Idem. *Datur* plurimi scripti. Ut lib. IV. 634. sed & *cadit* multis tueri licet locis nostri Poëtae & aliorum. vid. lib. VII. Met. 162. VI. Fast. 162. I Trist. IX. 43. & passim. Burm.

389. *Exta canum Triviae.*] Idem *κυνοθυτεῖν* Lycophroni vs. 77. innuuntur: causa est, quod Dean, teste magno Eudathio, *τὸν νυκτερι-*

νὸν φόβον αὐτῶν εἶναι veteres putarint & omnium spectrorum. Ea per canis latratum credita eisdem evanescere. Tractus, ex Sophronis auctoritate: *Θέωνι δ' αὐτῆ κύωσι, ὡς φησι Σώφρων τὰ φάσματα· ὁ γὰρ κύων βαΰζᾳ λύει τὰ φάσματα.* Neapol.

389. *Libare Sabaeis.*] Non melius in aliis, *Saphaeis.* Scribo, *Sapaeis.* Quis jam de hujus loci mente ultrà ambiget? Hi Thraciae populi. Herodotus lib. VII. *Ἔθνεα ἦν Θρᾴκων, ὅτι ἐν τῷ χώρῳ οἰκέει ἑκάστῳ, τοσάδε· Παίτοι, Κίκονες, Βίστονες, Σαπαῖοι, Δερσαῖοι, Ἠδωνοί, Σάτραι.* Hos *Sapaeos*, ab Homero *Sintas* vocatos, auctor est Strabo lib. X. *Τοὺς ἢ Σάμον καλοῦσί φασιν, ὧν Σάλιον τὸ εἰσπῖπτον Θρᾳκῶν πρότερον, οἳ καὶ τὸν ὑπερκείμενον τόπον κατεῖχον· εἶτα οἱ μετὰ τοὺς Σαπαίους ὕστερ, ἢ τοὺς Σιντούς, ἢ Σίντας καλεῖ ὁ Ποιητής, ἀφ' ἑτέρου.* Idem. *Sapaeos* reponi debere recte vidit Neapolis. qui Thraciae populus. Neque aliter primae editiones & duo scripti ex nostris. recte autem subjungit, *vidi*, quia per Thraciam iter fecit, missus in exilium. Heins. *Sintas* illos, quos Neapolis ex Homero producit, nondum reperire potui, unde suspicari liceat, in Strabone esse legendum, *Σιντίας*, non *Σίντας. Sintes* enim apud Homer. Il. A. 594. in Lemno, quae non procul a Thracia, memorantur. Ubi Eustathius *Σίντης* esse adjectivum docet, & notare *βλαβερόν, noctivum*; *Σιντῆς* vero populi nomen, qui & *Σίντιες* & *Σίντιοι*, & hinc Lemnus *Σιντίς* dicitur Apollon. Rho. I. 608. ubi in nomen hoc inquirentem vid. Schol. sed nomen a feritate, praedandi & nocendi studio habuisse docet etiam Eustath. ad Odyss. Z. 7. ubi *Σιντέας* & *Σίντας* dictos non tantum latrones, sed & fures docet. In Odyss. vero Θ. 294. Lemnum incoluisse *Σιντιᾶς ἀγριοφώνους* dicit Poëta. Hesychius distinguit hoc modo, ut *Σίντας* sint *πλανητικοί, κακοῦργοι*, Et *Σίντης· ἀγριώπου τινός, οἱ δὲ τοὺς τὴν Λῆμνον οἰκοῦντας*, ubi puto scribendum, *τὴν Λῆμνον*, quod ex praecedentibus satis evincitur, & probant Excerpta ex Strabon. lib. VII. in fine: *Σίντιες ἔθνος Θρᾳκικὸν κατοικοῦσι τὴν Λῆμνον νῆσον.* Sic contra apud Alciphron. lib. I. Ep. 2. Doctissimus Bergierus pro *ὁ Λῆμνος* tentabat *ὁ λίμνης Σύρακούσης*, non extra veri speciem, ut *λίμνη* pro mari sumatur, quod Euxynomes Poëtica fere locutione dicitur. de qua Euxynome vide ad lib. IV. Met. 210. sed ad rem. Etym. M. auctor, explicans locum Apollonii, dicit Lemnon *Sinteida* dictam, quia *διὰ πειρατῶν Σιντίων κατοικουμένην*, & praedones fuisse, & tyrannicum genus esse ait. Phavorinus, Eustathium & alios compilans, similia fere habet. Hi vero non diversi a *Sapaeis*, quos & Hesychius & Phavorinus gentem Thracicam faciunt. sed *Σάπαις* pro *Σαπαῖος* vocant. Nec recte vir doctus eosdem, qui *Σάπαι*, Scythicam gentem esse suspicatur. Nam & Stephanus *Sapai* & *Sapaeos* & *Sapios* dici scribit, quod Sacis non convenit. & Eustath. ad Dionys. Perieg. 768. etiam non *Sapaeos*, sed *Σάπας* vocat, qui sequens Strabon. lib. XII. pag. 549. dicit olim *Sintas*, deinde *Siatos*, deinde *Saios*, & tandem *Sapaeos* dictos: vidisse vero haec Ovidius potuit, cum *Elysios campos pede carpserit*, I. Trist. IX. 25. praeterea *Exta canis* quinque libri. *vidae* etiam Regius. & *mactare Sapaeos* Excerpta Klockh. Burm.

390. *Accidit, tiacine, nives.*] Adludit haud dubiè ad antrum Hecates in Thraciâ; quod *Σήρινθος* appellatum. de quo Stephanus: *Σήρινθος πόλις καὶ ἄντρον Ἑκάτης ἐν Θρᾴκῃ.* Aristophanis Commentator: *Οἱ δὲ κυδώνια γράφουσι, ταπαλδίνα τίνες τὰ δείπνα τὰ ἐπὶ Ταπαλδάκῃ, νῦν τὰ Κορβάντων τὰ τοῖς Ἐνοδίοις, ἐξ ὧν καὶ Δηρίνθιον ἐκεῖ τὸ Ζήρινθον ἄντρον, ἔνθα ταῦτα ἀφιᾶσιν καὶ ὀλολύζουσι.* Ibi solitos praecipue canes Hecate immolari, testis filius Suidae: *Ζηρίνθιον καὶ Ζήρινθον ἄντρον· ὃ ἐν τοῖς κύνας θύουσι τῇ Ζηρινθίᾳ καὶ τῇ Κορυβάντων καὶ ἐν Ἐναδίοις ταύτῃ.* Neapol. Recte, ut puto, Neapolis. Nam Zerynthium antrum in Thracia fuisse ad Steph. de Urbibus in *Ζήρινθος* adnotant Holstenius & Berckelius: & inde *Zerynthia littora* dici Nostro lib. I. Trist. 9.

de

Festa corymbiferi celebrabas Graecia Bacchi,
Tertia quae solito tempore bruma refert.
Di quoque cultores gelidi venere Lycei,
Et quicunque joci non alienus erat:
Panes, & in Venerem Satyrorum prona juventus;
Quaecunque colunt amnes, solaque rura, Deae.
Venerat & senior pendo Silenus asello,
Quique rubro pavidas inguine terret aves.

Dul-

da capibus immolatis Hecatae vid. & Hollsen. ad Stephanum. qui ea praetulit Meursius ad Lycoph. Cass. 77. ubi vid. & Portei notas. Burm.

391. *Custodi rimis oppidum.*] Priapus hic: sub cujus tutelâ prisca rura erant. merces obvia; propterea cognitam nomine Perspectus haec illi:

VILLICVS AERARI QVONDAM NVNC CVLTOR AGELLI,
HAEC TIBI PERSPECTVS TEMPLA PRIAPE DICO:
PRO QVIBVS OFFICIIS, SI FAS EST, SANCTE PACISCOR,
ADSIDVVS CVSTOS RVRIS VT ESSE VELIS,
IMPROBVS VT SI QVIS NOSTRVM VIOLABIT AGELLVM,
HVNC TV, SED TENTO, SCIS PVTO QVOD SIQVITVR.

Neapol. *Alumna Pelasga.*

392. *Sed cunctis aptus Deus.*] *Haec* duo rectius ex codicibus. Heins.

393. *Festa corymbiferi celebrabat Graecia Bacchi.*] Nonno quoque lib. XLV. κορυμβοφόρος dicitur. quemadmodo & κισσοφόρος idem dictus poetis Graecis. codices tamen vetustiores, *racemiferi*. Met. XV. 413.

Victa racemifera tyrannis dedit India Baccho.

& IV. Fast. 383.

Bacchi, racemiferas hederis redimite capillos.

pro *celebrabat* Petavii & Oxonienses, *celebrabas*. ut lib. III. 101. ex veteri codice:

Nondum tradiderat victas victoribus artes Graecia.

et Francofurtanus unus, *celebrabant*. Vide Notas ad Ramir. Amor. 36. 14. Heins.

394. *Quae solito tempore bruma refert.*] Intelligit Trieterides, Bacchi festum. Herodotus lib. IV. de Scythis Indicarum oppido: Ἐν τῷ δὲ αὐτέων [illegible] Ἐνιαυτὸς κατατετμημένος ἀγχιβ. γαστὶ ἐστὶ ἐπὶ τοῦτον τὸν χρόνον ἐν τῷ διατέλεε Τριετηρίδας ἑορτὰς τοῦ Βακχείου. Hinc versus Nostri locutus est ex Lucretii mutorum; cum vere Serum illud facis anni. Trieteris enim nihil aliud erat quam tertiana quaedam cyclus, seu duo semestres. Censorinus cap. XIX. *Cares & Acarnanes semestres habuerunt annos & inter se difficiles, quibus alternis dies augescerent, aut senescerent, eosque conjunctos, veluti τριετηρίδα unum magnum*, hoc est solarem. Neapol.

395. *Di quoque cultores in idem venere Lycei.*] Ursini & Petavii liber cum multis aliis, *Lyaei*. Mezarin. optimus cum tribus aliis vere, ut puto, *gelidi Lycii*. sic Met. I. 217. *Gelidi pineta Lycaei* dixit, & lib. V. 608. *Gelidam Erimanthon*. Virgilius Ecl. X. 15. *Gelidi fluverunt saxa Lycei*. Sequens distichon rectius huic praeponatur. Heins. *Nemoris v. Lyaei* Bern. & duo alii.

396. *Quicunque loci non alienus erat.*] Melius in antiqu's, *joci*. Neap. *Maro alienus* Ursini codex & Naugerianus cum aliis nonnullis. Idem Ursini liber, *locis* pro diversa lectione, quod Petavianus quoque & sex alii agnoscunt. Scribe, *joci non alienus*. Di à jocis non alieni; quomodo Met. IV. 187.

—— *atque aliquis de Dis non tristibus optat*
Sic fieri turpis.

& de Fiore lib. V. Fast. 351.

Non est de tristi, non est de magna professa.

& paulo ante 347.

—— *non est, mihi credite, non est*
Illa colorandas inter habenda deas.

Sallust. Catilin. 40. *Ille eos in domum D. Bruti perduxit, quod forum propinqua erat, neque aliena consilii propter Sempronium*. sic & Cicero non semel. Lucretius lib. III. 832.

Aut quia non veniunt omnino aliena salutis.

lib. VI. 1063.

Nec tamen haec ita sunt aliorum rerum alienа.

idem, VI. 67.

Quae nisi rapinis ex animo longeque remittis,
Dis indigna patata alienaque patris eorum.

ita scribe. nam codices scripti, *putare*. vulgati, *putando*. Pont. I. Eleg. VII. etsi aliter id fumi possit:

Sim modo pars vestrae non aliena domus.

sic ἀλλότριος, nunc cum tertio, nunc cum secundo casu apud Graecos jungitur. *Alienus locis, alienus veritatis* apud D. Cyprianum in Epistolis. *Alienus salutis* apud Tertull. adversf. Valent. Dictys Cretens. lib. II. cap. 5. *Agamemnonem namque & Me-*

Dulcia qui dignum nemus in convivia nacti
Gramine vestitis accubuere toris.
Vina dabat Liber: tulerat sibi quisque coronam.
Miscendas parcè rivus agebat aquas.
Naïdes effusis aliae sine pectinis usu,
Pars aderant positis arte manuque comis.
Illa super suras tunicam collecta ministrat:
Altera diffuto pectus aperta sinu.

Ex-

nelaum Pelopidas non alienos generis sui eum exercitum contraxisse. & lib. III. 5. *Pylamenem Paphlagonum regem cominus fudit, non alienum sanguinis Priamidarum.* lib. VI. 7. *ibi cuncta quae gerebantur, insidiasque ei paratas per Aeaeum ab Asandro non alienos Peleï cognoscunt. Et namque Asandrus, iniquitatem tyranni evitans, ad agrum Peleï confessat.* Ita vetustus codex meus, non *evitans Peleo confessat*. plura congessit Vossius de Constructi. cap. 11. & 12. qui cum tertio quoque casu jungi docet, ut & cap. 14. Heins. Cum genitivo junxit etiam Prosper Aquit. in lemmate Epigram. III. de vera aeternitate: *Creaturae illae, quibus Deus aeternitatem dedit, vel daturus est, non penitus omnis finis alienae sunt.* Vid. Giph. Ind. Lucret. & Lamb. ad Lucret. III. 832. & Wass. Indice Sallustiano in *alienus*. dativo & ablativo addi vidimus ad Quinctil. VI. Instit. 3. *mero non alienus* tuetur Modius Novant. Lect. cap. 63. Burm.

400. *Qui rubroque avidas.*] *Quique rubro pavidas* rectius legas cum plerisque scriptis. Nisi malis, *Quique ruber pavidas* cum Ursini libro & tribus aliis. Petavianus, *Quique rubro lividas*. mendose Horatius de Priapo, I. Sat. VIII. 5.

Obscaenoque ruber porrectus ab inguine palus.

infra, ℣. 415.

At ruber hortorum custos & tutela Priapus.

& lib. V. 333.

At ruber hortorum custos.

sic & *rubicundus Priapus* ibidem ℣. 319. dicitur, & *ruber custos* Tibull. I. 21. posset & *ruber inguina* legi. Heins. *Quique rubens avidas* Putean. unus & Francof. & Excerpt. Klockh.

402. *Accubuere.*] *Incubuere* unus Moreti & alius. *Concubuere* duo. *occubuere* Putean. & Excerpt. Vossii. vid. lib. V. 520.

404. *Miscendas large.*] In Graeco convivio vinum Nostro meminisse Graecanicae temperaturae: dequâ Hesychius, Τὸ κάλλει, inquit, ἐκρεῖναι τρία ἕδατος λαμβάνειν, τὸ δὲ τέταρτον οἶνον. Sed certius, nullam fuisse communem omnibus Graecis certam κρᾶσιν. Ecce varias ex Ephippo in Circe:

Τρεῖς κρᾶς νέττεφος ἕνα πίνεις οὐ διαβλέπεις,
Ἕνδον ὕδωρ. μὰ τὸν Δία, ἀλλὰ τρία γοῦν νέττεφος,
Οὕτως ἄκρατον οὐκ ἔστι μοι πιεῖν τὶ θᾶττ. ἐὰν λέγ.

Sic atas mixturas: lege Athenaeum lib. XI. à cap. 6. ad 9. Neapol. Imo *parcè*. ut decet in Bacchi convivio. Atque ita Vossian. Arundel. Excerpta Politiani & duo alii codices. Ne dubita. Heins. Recte: nam non delectantur aqua Dii, sed mero. vid. lib. VI. 325. *parce* jam Modius Novant. Lect. Epist. LXIII. legit.

406. *Pars aderat comptis arte manuque comis.*] Libri veteres, *positis*, non *comptis*, placet. Ciofan. *Aderant* scripti & editi meliores.

407. *Illa super suras.*] Dispeream, ni Noster hos varios Nympharum habitus imitatus à Cheremone Tragico. sic ille de quibusdam virginibus, quas vidit Oeneus:

Ἕκαστο γὰρ ἀ μὲν λευκὸν εἱλκυσάμα
Φᾶρος μαστὸν λελυμένα ἐκπρεπῶς,
Τᾶς δ' αὖ γυμὰ λαγόνα τὰν ἀριστερὰν
Ἔλκυσ. γυμνὰς δ' αἰδοῖ' ἀνέκειντο
Ζῶναι γυμνὰν ὀφρύν. χιτῶνα δ' ἕμμεσ
Λευκὸν μελαίνᾳ ἶρυν αἰδυγᾷ σκιᾷ.
Ἄλλα δ' ἰσχίου κυδιόωσα κόλπος,
Ἄλλα ἀστραγάλοισι γλαυκὸν ἐκτὸς ἀκρίζα,
Ἄλλα σφυροῦσι γναμπτὸν ἐκτὸς πόδος
Ἔφαιν μαρμάρ. ——

Neapol. Leguntur hi versus apud Athen. lib. XIII. cap. 9.

407. *Super suras tunicam collecta.*] Hoc ferè illud, ἐκραγέσπεπλος γλαυκῶπις ἴφθιμε μηρῶ. Ille piscis Nympharum cultus; qualem nunc spectamus in earum picturis, quibus brachia detecta & femora apparent. Ejusque vestis originem inde deducam suspicatur vir magnus, quod in initia capitinas pelles ad lumbos utrinque cinxerint, nodatis corio crurum anteriorum: meritò igitur φενακοπυγίδες appellatae. Quo etiam nomine dictae mulieres Lacaenae, quod incedentes femora retegerent: sed eis id in usu, quia tunicarum pinnae, tunc non assi solitae, explicabantur. Plutarchus in Numâ: Τῷ δ' ὄντι ἡ ἀναβολὴ χιτῶνος οὐ πλουσίοις ἦν ἔτι ἀνθρώποις ἀκόλουθον, ἀλλ' ἀπολιθοῦτο καὶ ἐπιτηδεύοντο πλάνοι ἐν τῷ βαδίζειν ἐ μηρόν. Idem ille obscurius ex Sophocle. Neapol.

407. *Collecta.*] *Succincta* duo veteres. Heins. Ut inf. IV. 413. & alibi de ministrantibus.

408. *Diffuto sinu.*] Λελυμένος ἐκπρεπῶς, soluta fascia pectoris. Dixit idem alibi Naso:

Omne

Exserit haec humerum: vestem trahit illa per herbas.
Impediunt teneros vincula nulla pedes.
Hinc aliae Satyris incendia mitia praebent:
Pars tibi, qui pinu tempora nexa geris.
Te quoque, inexstinctae Silene libidinis, urunt.
Nequitia est, quae te non sinit esse senem.
At ruber, hortorum decus & tutela, Priapus
Omnibus ex illis Lotide captus erat.
Hanc cupit, hanc optat: solâ suspirat in illâ:
Signaque dat nutu; sollicitatque notis.
Fastus inest pulchris, sequiturque superbia formam.
Irrisum vultu despicit illa suo.
Nox erat: &, vino somnum faciente, jacebant
Corpora, diversis victa sopore locis.
Lotis in herbosâ, sub acernis ultima ramis,
Sicut erat lusu fessa, quievit humo.

425 Sur-

— — *Comis pexillus*
Pectes habent tenuibus, fascia nulla tenes.

Haec supra subscivam aptabatur. Apulejus II. Metamorph.: *Ipsa lineâ tunicâ mundule amicta, & crebris fasciolis prosecretum, altiusculè sub ipsas papillas fasciata.* Erat illa feminis usui, ut graciles forent: ut ventrale, ad cohibendum ventris tumorem. Gloss. *ventrale, κυκλάστρα.* Neapol. Prae *diffusa fuit*, etsi variant codices antiqui: nam in illis, *dissipe, defuso, de sico, disjecto, disperso* legitur: eaeque lectiones bonae. Sic *resutum* pro *resarcito* apud Suetonium in Augusto, *Summi viri lacunam tunicae latè clavi refutam ex utraque parte ad pedes descisit. Futum* quoque pro *sarcito* legisse me memini. Sic infra lib. II. 363. *Verubus transjecta salgens Exta*, pro quo perperam nonnulli codices, *transfixa*, & II. 578. *obsutum mantice caput*, quod ante tractatum paullo ante dixerat; *subsuta vestis* Horat. I. Sat. II. 29. *disserit femora* pro *dilaniat* Apulejus dixit luculento verbo, lib. VII. Metam. *Ad ea adjutum rectibo, irrecusque amatorem sperno atque infamem disjectis femoribus evasisse.* Ita scribo, cum in membranis ac prisci editionibus sit, *dissecti*, vulgati, *dissecti*, paulo post legi, *In nobilissima parte corporis totum me perunctum deformat*, cum frigide circumferatur, *in nobilissima parte*, natus error ex confusione V. & B. literarum. *Dissutis femoribus*; sic *infamis femoris pectine* Lucilium apud Poëtas. *Assutis mentis* pro laxis dixit Persius, quemadmodum & *ex dilucere* apud Gellium Noct. Attic. V. cap. 9. Heins.

409. *Exserit haec humerum.*] Haurit ex his, si quis videt,

— *τῆς δ' αὖ χροιὰ λυγόεν τὸν ὦμον ἔλυτρον*
Ἔλυτρε. Neapol.

409. *Vestes trahit*] *Vestem* meliores. Heins. Ita & Modius. d. l. vid. ad I Met. 518. *humeros* Mazar. & septem alii, quod mallem, si *vestem* legas.

410 *Vincula nulla pedes.*] *Vincula* pro calceis, trisyllabum. Varro: *Unum exuta pedem vincli.* Et unde Graecis ὑπόδημα, nisi ἀπὸ τοῦ ὑποδεῖσθαι; & aliud calcei genus καμπάγιον, à κάμπτειν, quod corrigiis & loris reticulatim vincirentur? de quo Hesychius: *Κεμπία, καὶ, κνημῖδα, καλύβια κυνηγετικὰ ἐκ σχοινίων, ἢ ὑποδήματα καὶ.* Et illud dictum καμπάγιον, nostris *campagus*: cujus etymon evidens ἀπὸ τῶν καμπῶν Sed de hoc fusius lege multa in Glossario Graecobarbaro I. Meursii. Ex his colligo, antiquos calceis, ex eo quod vincirentur, plerumque nomina dedisse: hinc Musonius Philosophus vinctum & calceatum unum & eumdem putat. laudat ille apud Stobaeum ἀνυποδησίαν. Καὶ ἵν' τι, inquit, ὑποδήματος τὸ ἀνυποδητεῖν τῷ δυναμένῳ κρατεῖν. καίτοι γε τὸ μὴ ὑποδεῖσθαι τῷ ὑποδεῖσθαι ἐοικὸς ἐστι· ἡ δὲ ἀνυποδησία τελέως ἀλογίστου τινὸς καὶ ἀνοήτου τοῦ μηδὲν ἀναλίσκειν, ὅταν ἐνεργῶμεν δέῃ. Neapol.

411. *Incendia mitia.*] *Mutua* quatuor codices & Scholiastes Rumpfii. vid. II. Amor. III. 2.

413. *Urunt.*] *Urgent* Bernens. & sex alii. vid. ad Amor. III. 7.

414. *Quae te non sinit esse senem.*] Effecit ὁμοτέλευτον. Nean. imitatus Mart. XI. 61.

Quodque senem Priamum non sinit esse senem.

415. *At ruber hortorum Deus.*] De eodem Albius Tibullus libro primo, Elegiâ primâ:

Pomosique ruber custos ponatur in hortis,
Terreat ut saevâ falce Priapus aves. Neapol.

415. *Hortorum deus & tutela Priapus.*] *Deus & tutela* Petavii & Ursini liber cum quatuor aliis. bene. sic lib. XII. 612. Metam.

— *deus & tutela Palatii*
Nominis Aeacides. Heins.

Rudis hortorum Excerpt. Klockh.

416. *Lotide.*] *Lochida* Bernens.

417. *Solam suspirat in illam.*] Membrana vetus, *solâ suspirat in illâ*, quinto casu. Neapol. *Solam suspirat in illam* plurimi ex veteribus & quaedam editiones. vid. ad IV. Met. 234.

418. *Dat nutu.*] *Dat mista* codex Pomp. Laeti & Mazar. vid. ad III. Met. 460. *sollicitatque manu* unus Heinsii. Mazar. & quatuor alii.

419. *Fastus inest pulchris.*] Huc pertinet illa Petronii: cap. CXXVI. *Quia nosti venerem tuam, superbiam captas, vendisque amplexus commodius.* Hinc vocat, *fastosas moechas*, in suis Epigrammatis. Martial. X. 13.

Ad nocturna jacet fastosae limina moechae.

Neapol. Malo, *pulchrae*, aliquis scioles interpolarat, ut saepe alias. Heins.

420. *Despicit.*] *Decipit* codices nonnulli: *illa Deum* Moretii. *illa senem* alius.

422. *Corpora victa sopore.*] *Vincta* sex libri. de quo l. 21. Met. pl. 239. Ursini codex, *jacta* pro *victa*, aut *jacta sopora*. Heins. *Semisepulta locis* Francof. a. m. pr.

424. *Sic, ut erat lusu lassa.*] Aliquot veteres libri, *fessa*, probe. Ciofan. Scriptum extat in aliis cusis; *sicut erat lusu lassa*; cum scholio Neapol. *Ludo fessa* Ald. posterior & decem scripti.

425. *Animamque.*] *Oris habitum.* Neapol.

426 *Suspenso digitis gradu.*] Primo pede metuens audiri. Sic, *suspendere vota labello*, apud Catullum est, vix labra movere, eamdem ob caussam. Neapol.

427. *Secreta cubilia.*] *Captata* unus Pateaneus. *Secreta silentia* duo alii. *cubicula* Mazar. *cunabula* Arund. & Voss.

428. *Ipse sui flatus.*] *Ipsa aura* libri meliores. Heins.

429. *Librabat.*] *Librarat* Bern.

432. *Felici via.*] *Fallaci gradu* unus. *fallaci viâ* duo.

433. *Ecce rudens rauco Sileni vector Asellus: Intempestivos edidit ore sonos. Territa consurgit Nymphe.*] Tale quippiam dicit etiam libro VI. 339.

Forte senex, quo vectus erat Silenus, Asellum
Liquerat ad ripas lene fluentis aquae.
Ibat, ut incipere lunga Deus Hellespontis:
Intempestivos cùm rudit ille sonos.
Territa voce gravi surgit Dea. Ciofan.

434. *Ore sonos.*] *Modos* Excerpta Vossii, quae eadem varietas mox 444. & alibi saepe.

435. *Territa consurgit.*] *Consurgens* Ursini liber & unus Patavinus. rectius. Heins.

436. *Concitat.*] *Concutit* sex libri. *fugitat* tres. *territat* duo. sed nihil mutem. vid. lib. II. 280. III. 797. & alibi. *rejicit & surgens* etiam Bernens. & septem alii.

440. *Hellespontiaco Deo.*] A patriâ hoc epitheton; Ὀρειάδης (sic illum vocat Euphronius,

Surgit amans: animamque tenens, vestigia furtim
Suspenso digitis fert taciturna gradu.
Ut tetigit niveae secreta cubilia Nymphae;
Ipsa sui flatûs ne sonet aura, cavet.
Et jam finitimâ corpus librabat in herbâ:
Illa tamen multi plena soporis erat.
Gaudet: &, à pedibus tracto velamine, vota
Ad sua felici coeperat ire viâ.
Ecce rudens rauco Sileni vector asellus
Intempestivos edidit ore sonos.
Territa consurgens Nymphe manibusque Priapum
Rejicit, & fugiens concitat omne nemus.
At Deus, obscaenâ nimium quoque parte paratus,
Omnibus ad Lunae lumina risus erat.
Morte dedit poenas auctor clamoris: & hinc est
Hellespontiaco victima grata Deo.

In-

Intactae fraudis aves, solatia ruris;
Adsiterum silvis, innocuumque genus;
Quae facitis nidos, quae plumis ova fovetis,
Et facili dulces editis ore modos.
Sed nihil illa juvant: quia linguae crimen habetis,
Dique patent mentes vos aperire suas.
Non tamen id falsum. nam, Dis ut proxima quaeque,
Nunc penna veras, nunc datis ore notas.
Tarda diu volucrum proles, tum denique caesa est:
Juveruntque Deos indicis exta sui.
Ergo saepe suo conjux abducta marito
Uritur in calidis alba columba focis.

Nec

Phrygiorum scriptor, in Strabone libro VIII.) & alii, a loco ubi cultus. NEAPOL.

449. *Victima gratа.*] Sacra Putean. & Perusian. *Hostiaque grata* v. c. *mari* unus Mediceus, ut *mas* dicatur Priapus a parte virili, qua praecipue conspicitur. BURM.

450. *Adsiduum silvis.*] *Assiduum* tertius Moreti, elegenter. eadem varietas est in lib. I. Trist. IV. 34. *Assiduus silvis nullibus ipse fui.* & Ep. XVIII. 22. *Et vitis Bacchi.* 790. sic *assiduus ludis* Claud. III. Laud. Stil. etc. de voce *assiduus* egregie habet Grotius de Pecun. Veter. IV. 9. BURM.

452. *Et plumis ova fovetis.*] *Quae plumis* tres libri HEINS.

454. *Et facili.*] *Quae facili* unus codex. vid. Ep. VIII. 116.

455. *Dulces fecere.*] *Modos* Patavinus & multi alii.

456. *Ut proxima quaeque.*] Ita veteri legas, *ut vera futura quaeque ego.* Clarius NEAPOL. Recte ita locutus ut ejs omittant. *Id falsum* Ursini liber ex alii nonnulli duo, *id falso.* vulgati, *hoc falsum.* HEINS.

458. *Nunc penna veras.*] In nonnullis, *venias.* NEAPOL. Quis non meminit, in auguali disciplina aves dividi *oscines & praepetes?* quae sic cecinit, quis eas & penna auspicium faceret, dubito.

459. *Veternosa proles.*] *Volucris* tres scripti. sic tamen editum de avibus Met. V. 302. ex antiquis libris:

——— *nisus et ipsa*
Accipitrum volucrum victam cognovit urbem.

volucres Junius Ant. Am. II. 15. ex veteri libro. *tarda* dicitur tres libri ibidem scripti. HEINS.

461. *Adjacula.*] *Adjacula* Pern. *addacta* sex alii.

462. *Uritur in calidis alba columba focis.*] *Inque focis* Mezentii opulenti hic *ignitum vinum* effudit Annianus Hannes.

——— *fulmine tum jam*
Nimboso ignitus coelum substexitur aër.

usus quoque idem alibi ea voce non semel. *ignitum* quoque *vinum* videor legisse apud Gellium. *blanda columba* praeterea sex scripti. ut in Amoribus. II. VI. 56.

Oscula dat cupido blanda columba mari.

haec olim. at vero scribe indubitata conjectura,

Uritur Idalii alba columba focis.

aut si Mazarini codicis vestigiis vis insisti, *in Cnidiis focis.* quod tantumdem est. Veneri enim immolabatur columba. Propertius IV. eleg. 5.

Sed cape torquatas, Venus o Regina, columbas
Ob meritum ante tuos guttura fusa focos.

certe cum insequentibus anserem Isidi Deae, Nocti gallum fuisse immolatos difertis verbis tradat, hoc etiam loco cui columba immolaretur exprimendum fuit. Superiori versu aliquando pro *Ergo* opinabar *aegre* reponi debere. Sed nulla opus mutatione. HEINS. Recte mutavit sententiam Heinsius: non est enim vox aevi Ovidiani *ignitus.* Francius legebat, *inanis.* sed ego vulgatam praetuli conjecturae. *Calida* enim proprie aras & foci. de quo agimus ad Val. Flac. II. 98. BURM.

462. *Alba columba fuit.*] Ad aras Veneris haec jugulata. Propert. lib. IV. Elegiâ V.

Nunc cape torquatas, Venus o Regina, columbas
Ob meritum ante tuos guttura fusa focos.
NEAPOL.

463. *Nec defensa juvant Capitolia.*] A Gallis Senonibus, qui, nisi anseres suo clangore Manlium excitassent, Capitolium cepissent. Contigit hoc anno ab urbe condita CCCLXIII. Meminit hujus rei Livius lib. V. & Plutarchus in Vita Camilli. Vide etiam, quae ego in Metamorph. ex Columella annotavi. Cicero pro Scat. Roscio Amerino: *Anseribus cibaria publicè locantur, & canes alun-*

Nec defensa juvant Capitolia, quo minus anser
Det jecur in lances, Inachi lauta, tuas.
Nocte Deae Nocti cristatus caeditur ales,
Quod tepidum vigili provocat ore diem.
Interea Delphin, clarum super aequora sidus
Tollitur; & patriis exserit ora vadis.
Postera lux hiemem medio discrimine signat:
Aequaque praeteritae, quae superabit, erit.
Proxima prospiciet Tithono nupta relicto
Arcadiae sacrum pontificale Deae.
Te quoque lux eadem, Turni soror, aede recepit;
Hic ubi Virgineâ Campus obitur aquâ.

Ut-

alantur in Capitolio, ut significent, si fures venerint. CIOFAN. Scitum illud, quo auxilio tunc urbs à Gallis liberata. in illius rei memoriam de suo aevo, inquit Plutarchus in libello Φεὶ ἐ Ῥωμαίων τύχης Πομπεὶ ὃ μίχρι νῦν ἐπὶ μνήμῃ τ' συμπτωματος ἡ τυχ, κύνι μὲν ἀπεκτονμένῳ, χῆνὶ ὃ μάλα σεμνῶς ἐπὶ ἐφεδρίδος κεκλισμένῳ. Tamen ejusdem exta data Isidi in sacris. legendum itaque in pentametro, *Inachi lauta*, ut in veteri quodam; in nostro jam infimae veritatis est, *Inachi vacca.* Ex his uter melius ambigo; adeo aeque bene. NEAP. Actius Caffius ad Tiberium secundo apud Diomedem grammaticum: *Sic est contra Aegyptios maximum sacrificium, ubi integrum anserem adoleverunt:* quae verba à Prisciano mendose libro IX. proferuntur. Juvenalis Sat. VI. *Vs.* 538.

——— *anser magno*
Scilicet, & tenui popano corruptus Osiris.

Isidi sacri anseres. testis & Aristides sacrorum Sermonum v. Lancium autem usus in sacris frequentissimus. Hinc illud Maronianum secundo Georgicôn, *Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.* ubi de sacrificio agit. & rursus eodem libro, *lancesque & liba feremus.* HEINS.

454. *Inachi lauta.*] Alii, *Inachi vacca.* Ursini liber, *Inachi bacca.* alius, *Bacchi. Inachiam bovem* vocavit lib. VI. Fast. & *Phariam juvencam* III. Fast. 658. alibi non semel. *vaccam Memphitidem* Propertius, si bene memini. sed recte *lauta*, quia jecur anserinum cibus lautiorum. in Catalectis Scaligeri p. 243. mensis November ad hunc locum facit. quod carmen & inter Ausoniana exstat, ad quod Vinetus nihil de Ansere Isidi sacra se legisse affirmat. perperam. vid. Ivon. Vilkom. ad Rob. Titii locos contr. lib. III. cap. 19. HEINS. Priapo sacro. anseres Petron. cap. CXXXVI. describit. *Inachi Diva* unus Farnesianus & Pomp. Laeti codex. *Inachia fusile* Bern. *Inachis lauta* Excerpta Klockii. & plurimi scripti. quod Marsus secutus est. *Inachi vacca* placuit Fanensi. *Memphitidem vaccam* in Propertio non reperi. sed *vacca* dicitur lib. II. Eleg. XXI. 22. *Bovem Memphitem* vocat Apim. Tibul. I. VIII. 28. BURM.

455. *Deae nocti.*] Lege, *Deae Nocti.* Nox enim Dea apud Poëtas. Neque aliter praestantissimus Ursini liber. v. 619. & sequenti versu *provocat* meliores. HEINS. Dea nocti esset Hecate, cui Gallum mactatum fuisse non legisse me memini.

456. *Provocet ore diem.*] Diis igitur id animal gratum erat in focis; quod aliquâ ex causâ odissent. NEAPOL.

457. *Interea Delphin.*] Ipsâ luce Agonali, hoc est v. Idus oritur Delphin ἡλιακῶς. id Caesari apud Plinium est pridie Nonas, lib. XVIII. cap. 26. IDEM.

457. *Clarum super aethera sidus.*] Scripti praestantiores, *aequora.* Ita & Manil. v. 389.

At cum se patris produxit ab aequore piscis,

in quo male *proprio* legit Grotius ad Germanic. p. 22. HEINS. Saepe illae voces commutatae apud nostrum Poëtam. vid. inf. II. 458. IV. Met. 622. & alibi. hic vero *super aequora* debere legi apparet inde, quod Delphin aequoreus, saepe lasciviens, se jaculatur supra aequoris in auras, ad quod alludit Noster. sic in descriptione incendii Pheëtontis lib. II. 265. scribit:

Ima petunt pisces; nec se super aequoris undas
Tollere consuetas audent Delphines in auras. BURM.

459. *Medio discrimine signat.*] Parum certo oculo hoc discerno & ambigo de vero: nam Noster quarto Idus Januarias medium hiemis partem hic facit. at sic Columella de Re Rustica lib. XI. *Tertio Nonas Januarii Cancer occidit, tempestas varia; pridie Nonas Januarii media hiems. Auster multus, interdum pluvia.* idem censet tabula illa edita sub nomine Ptolemaei. NEAPOL.

461. *Proxima prospiciet.*] III. Idus celebrantur publicè Carmentales (feriae erant stativae) sed in quâ Urbis parte? ego opinor sub Capitolio apud Carmentalem portam. ibi Carmentale ara fuit

Unde petam cauſſas horum, moremque ſacrorum?
Dirigat in medio quis mea vela freto?
Ipſa mone, quae nomen habes à carmine ductum,
Propoſitoque fave, ne tuus erret honos.
Orta prior Lunâ (de ſe ſi creditur ipſi)
A magno tellus Arcade nomen habet.
Hic fuit Evander: qui, quamquam clarus utroque,
Nobilior ſacrae ſanguine matris erat.
Quae, ſimul aetherios animo conceperat ignes;
Ore dabat vero carmina plena Dei.

475 Dixe-

Dixerat haec nato motus inſtare, ſibique,
Multaque praeterea, tempore nacta fidem.
Nam juvenis, verâ nimium cum matre, fugatus
Deſerit Arcadium Parrhaſiumque larem.
Cui genetrix flenti, Fortuna viriliter, inquit,
(Siſte, puer, lacrimas) iſta ferenda tibi eſt.
Sic erat in fatis: nec te tua culpa fugavit;
Sed Deus. offenſo pulſus es urbe Deo.
Non meriti poenam pateris, ſed Numinis iram.
Eſt aliquid magnis crimen abeſſe malis.

Con-

adeptus conſilium. Obſervabis ex Dionyſio Halicarnaſſenſi lib. primo Antiq. καὶ ἡ Εὐάνδρου δυναστεία μετὰ τὴν Πελασγῶν ἀποδημίαν εἰς τὴν ἑσπερίαν ἠπειρον, καθάπερ τοῖς λογίοις δοκεῖ, γεγένηται, ἡγήσατο δ' αὐτῆς Εὔανδρος, Καρμέντα μὲν, ὡς τῶν ἐπιχωρίων ἔφασκον, μαντικὴν ἔχουσαν, Νικοστράτην δὲ, ὡς Ἕλληνες ἐκάλουν. In Kalendario Conſtantini notatur hoc feſtum, DIES CARMENTARIORUM. NEAP.

461. *Tithono Aurora relicto.*] Nepta Urſini, Petavii, Mazar. & tres alii libri. bene. lib. VI. 473.

Jam Phoebe à nupta quaerit Tithona relicta.

HEINS. *Nepta* etiam Francof. *reſpicitet* pr. Vatic. et unus Pouſ. & Aldin. Edit. poſt. *perſpicitet* Exc. Donzae. *conſpicitet* Arundel. Voſſii & multi alii.

463. *Ede recipit.*] Ad aquam Virginem: conſentiunt Urbis antiqui topographi, Victor, & Ruffus, & Frontinus de aquaeductibus Romanis, de hac eâdem cupidus in his: *Riticula fonti apparata huic Virginem plebeia offerebat.* Ita ea fortaſſe eſt, à qua nomen aquae in alium. NEAP.

465. *Unde petam cauſſas horum.*] Nunc feſti Carmentalis initia inquirit. Unum vero flere non poſſum: mallem, indignanti omni codice, verſiculos ſuperiores de jumento adjecitt ante illos incultos, *Proxima proſpicies.* tu perpendes. NEAP.

466. *Horum.*] *Morumque* plurimi.

466. *Dirigat.*] *Dirige* multi ſcripti & editi. *dirigat* noſtrum, *poſtea* Corrupta.

467. *Ipſa mone.*] *Mihi, Nympha, mone.* ſic infra de Carmenta vſ. 633.

Dic age, fanda canam: Maenali nympha, tuaque
Vis ſpatium. lib. III. 261.

Nympha, mihi manet ſanguis operata Dianae.
Fabia mens. lib. IV. 305.

Ipſa mone. FRANCOF. & Mogunt. e quorum dictamine Moretti & quidam alii. *hanc eandem repoſui.*

467. *A carmine dictum.*] Haud dubiè à noſtris poetis Carmenta à carmine dicta. Plutarchus autem: Τὸν δ' Εὐάνδρειον ἀνεῖσθαι καιρὸν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, παραλειπόντα Θέμιν καὶ Νικοστράτην, ἡμίτεκνος ἡ γυνὴ ἦν αὐτῷ, ἐκεῖ δὲ Λατῖνον Καρμέντιν ἀναλαβεῖν. τὰ δὲ ἐκεῖ πάντα καλλίω. idem invenies in his Dionyſii libro primo Antiq. Οἱ δὲ τὰς Ῥωμαϊκὰς συγγραψάμενοι ἀρχαιολογίας, τῇ πατρῴᾳ γλώσσῃ Καρμέντην ὀνομάζουσι· διὸ καὶ Ἕλλησι φασὶν Θεσπιῳδὸς τῷ γένει τὸν τρόπον. τοὺς μὲν δὴ θεοὺς καλοῦσι Ῥωμαῖοι κάρμεν, Nec aliud ſibi vult numiſma illud, quod Carmentam revelat in hunc modum: caput habet mulicbre vegetâ formâ; comam incoctam, à fronte & à facie rejectam, premit corona ex fabarum foliis atque folliculis aptè contexta; cincinnis ſub eâdem per collum defluentibus, citharam appoſitam reſpicit, ut vatem dicas. Nummus cujus fuit Q. Fabio Maximo, ut ex inſcripto nomine perſpicio: nec fortuitò huic mater Euandri à dorſo denarii inciſa; nam à Carmentâ illuſtrem Fabiorum familiam & ſunt qui deducant. NEAPOL.

469. *Orta prior Luna.*] Sic illa commenta eſt. Clemens Alexandrinus in admonitione ad Gentes: Ἀρκάδων οἱ αστρολόγοι σεληνιάζειν τινὲς φασὶν αὐτοὺς πρὸ τῆς Διγενείας οἱ γὰρ ἀστέρες τοῦτον μάλιστα τὸν χρόνον ἐπιφαίνουσι τῇ γῇ· ἐπεὶ τὸ ἡλιακὸν ἐπιφαίνεται· ἀλλ' ὁ περὶ τὰ ἄστρα τοῦτον τὸν τρόπον ἐδόκει εἶναι· πρὸ ἡλίου τὸν κόσμον καταυγάζει ἡμῖν ἡ τῆς Διὸς ἔνοδος, ὃ αὐτὸν σημαίνειν γενεθλιάζεται τῷ Διΐ. Minor fuit inſania Athenienſium, qui ſe αὐτόχθονας credidere: hi verò, ut in hujus rei indicium, cicadas aureas in capillorum cincinnis geſtabant, teſte Apollodoro in Proverbio αὐτόχθων ἀνδράζει, Centuriâ XVIII. Arcadibus lunulae in calceis uſui fuere, Romanis poſteà ad hanc nobilitatem reſpicientibus. Vide dedicationem de ſtatuâ Regillae, conjugis Herodis his verſiculis, ubi ſermo de Aeneâ e bello Trojano fugiente. NEAPOL. *Orta prius* Vatican.

469. *De ſe, ſi creditur illi.*] Meus liber reponi ſuadet, *de je, ſi creditur ulli*: vetus alius: *ipſi.* NEAPOL. *Credimus ipſis* ſeptem libri. *creditur illi*, duo. ſed Heinſii unus, *de ſe ſe creditur ulli*, quem rectiùs legatur ex libro Neapolis, *de ſe ſi creditur ulli.* vid. I. ex PONT. VIII. 13.

471. *Hinc fuit.*] *Hic fuit* meliores. ſic Met. V. 411.

Hic fuit, à cujus flagrantem quoque nomine dictum,
Inter Sicelidas Cyane celeberrima Nymphas.
lib. XV. 60.

Vir fuit hîc ortu Samius. HEINS.

473. *Aethereos ignes.*] Ignis aethereus, ὁ μιγὴς, ὁ ἐνθουσιαστικὸς qui eisdem eſt Φοῖβος. Heſychius: φοιβάσαι, ἔνθεον πνεῦμα. NEAPOL. *Collegerat* unus Medic. vid. ad V. Faſt. 446. *Aethereos conceſſi mente furores* Francof. pro var. lect. *animo collegerat ignes* unus Medic.

474. *Ore dabat plena carmina vera.*] Longe melius in iisdem Scaligeri codicibus legebatur:

Ore dabat vero carmina plena Dei. DAN. HEINS. Lege,

Ore dabat vero carmina plena Dei.

quomodo Mazar. Voſſ. Arond. & tres alii, atque ita ex conjecturâ Scaliger. Captol. Macrino. *Vates coeleſtis apud Carthaginem, quae duo repleta ſolebat vera canere.* HEINS. *Ora dabat pleno carmine vera Deo* alter Mazar pro var. lect.

475. *Haec nato.*] *Haec vates* Francof. a. m, pr.

476. *Multaque praeterea.*] Alter Puteanus pro diverſâ lectione, *praeterito.* unus Ambroſ. *Multa.* vix dubito Ovidium noſtrum ſcripſiſſe,

Multam praeterito tempore nacta fidem.
praeterito tempore, ut lib. V. 681.

Ablue praeteriti perjuria temporis, inquit.
Ablue praeterito perfida verba die.

ubi duo veterrimi codices, *praeterea die.* ſimiliter. HEINS. Ego nihil muto. nec ſenſum aptum video in illa correctione. ſed tempore & eventu fidem nactae ſunt ejus vaticinationes, quibus ſtatim non credebatur. Debuiſſet ergo potius dicere ſequenti tempore, non praeterito. Ep. VII. 179.

——— *dum tempore, & uſu*
Fortitus edoctus triſtia poſſe pati. BURM.

477. *Nimium vera cum matre.*] Pari ſignificatione dixit in Epiſtola: V. 123.

Ah nimium miſerae vates mihi vera fuiſſi!
NEAPOL.

478. *Deſerit Arcadiam.*] *Arcadium* Strozzae codex. quod praeſtat. *larem* intellige. Ita *Arcadis agri* lib. V. 91. *Arcadii reges* Virg. VIII. Aeneid. HEINS. *Parrhaſiumque nemus* Francof. eleganter. quia Carmenta Poëtria: nemora autem, antra & ſimilia loca ſola Poëtis placuiſſe notum eſt. Vide Benl. ad Horat. I. Od. 32. & plurimos alios. BURM.

480. *Siſte, precor, lacrymas.*] *Siſte, puer* vetuſtae editiones cum quinque ſcriptis. HEINS. Ita & ſupr. 367. vid. lib. II. Met. 127.

481. *Fugavit.*] In exilium ejecit. CIOFAN.

482. *Offenſo deo.*] *Infenſo* Matthaeus Herculanus ex veteri libro notat in codice ſuo. quod & marginem quarundam editionum occupavit. Sed vulgata lectio bene ſe habet. Cydippe Ep. XXI. 47.

Nam judet & timeo, quamvis mihi tenſia non ſim,
Offenſos videar ne meruiſſe deos.

HEINS. *Offenſo* retinuimus. alludit enim, ut ſaepe, Poëta ad ſuum exſilium. ita V. Triſt. II.

Maxima poena mihi ipſum offendiſſe.
I. Triſt. II.

Offenſi quo me compulit ira Dei.
I Pont. ult.

Caeſaris offenſum tum mihi numen erit.

& paſſim. *pulſus & orbe* etiam octo libri. in Bernenſi turbatis verbis erat,

Sic Deus offenſo, nec te tua culpa fugarat,
Sic erat in fatis, pulſus es orbe Deo.

tres alii, *nec tamen offenſo* totidem, *ſed tamen.* BURM.

483. *Meriti.*] *Meritis* Bern.

483. *Sed numinis iram.*] Abſit haec in Deum contumelia. NEAPOL.

484. *Eſt aliquid magnis.*] *Magnis* unus Heinſii: ut *aliquid ſolitiis* VII. M. 154. *aliquid regni* XIV. 20. *aliquid ſenſus* I. ex Pont. II. 113. non tamen praeferam vulgatae. BURM.

484. *Crimen abeſſe malis.*] Ita eſt; magnum, peti ſine culpâ. Benè nunc, Ovidi, locutus, ſed alibi deſipis & vulgi ſenſu. tu idem es, qui alibi

II Am. VII. II.

At-

Conscia mens ut cuique sua est, ita concipit intra
Pectora pro facto spemque metumque suo.
Nec tamen ut primus moere mala talia passus:
Obruit ingentes ista procella viros.
Passus idem, Tyriis qui quondam pulsus ab oris,
Cadmus, in Aoniâ constitit exsul humo.
Passus idem Tydeus, & idem Pagasæus Iason:
Et quos praeterea longa referre mora est.
Omne solum forti patria est: ut piscibus aequor:
Ut volucri, vacuo quidquid in orbe patet.

495 Nec

Aequus ego fuerim velim modo tutior essem:
Atque utinam poenam qui meruere ferant.

esse senes: Epist. v. 3.

Leviter, ac meritis quidquid patiare, ferendum est.
Quae venit indigno poena, dolenda venit.

Haec parum Philosophiam sedolent. aliter Tullius in Epistola lib. vi. ad Torquatum: *Nec enim dum vivo augur alia re, cum omni vacem culpâ.* & lib. xii. ad Cornificium: *Ego certè publicè non dissimulo, si quidquid accidat, à quo mea culpa absit, animo forti ferre.* Iohle & Thomnio: *Tamen ita existimo, si id accidit jam jamque, ut eventu, quae nos nullâ culpâ accidant, debeamus fortiter ferre.* Haec fuit communis ipientis vox. Neap.

495. *Cui cecidit ingens.*] Pura puta veritas. Naeot.

496. *Scopulique metuenque.*] Vide Schol. in Epist. Hersil. vs. 12. Cicero. *Spumas metuere malo.*

Nec tamen, ut primus.] Solatur ultimò naturam ab exemplis: non sileri cujus reputatio mocstum animum allevet. Ilic Timocles Comicus (ut puto dixisse memini) de Amazonibus, hominum vitae permitiem esse tragoediam ajebat: quia mulier, ut audit miserorem se aliquem exhibisse, statim videtur sibi misellam leviusculè. Vide omnino eximii ingenii apud Athenaeum, qui [illegible] inscr. inquit:

[illegible] Neap.

[illegible] Forte legendum: Putem. a m. pr. [illegible] edili. male valle editi & [illegible]

497. *Fortia vires.*] Omnes unus Bonon. sed [illegible] hujus libri. [illegible] Vatican. unde lata conjicere ut libuit.

Nec fera tempestas toto tamen horret in anno. Idem est, *Tyriis qui quondam pulsus ab oris, Cadmus in Aoniâ constitit exsul humo.* Haec de re ita ad [illegible] Metamorph.

Cum pater ignarum raperet persuasa Cadmo
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Europam ab Agenore patre quaerere coactus, prohibito ei redire in Phoeniciam, ni unà cum sorore rediret. ipse eleganter III. Metamorphos.:

Cum pater ignarum &c.

Hanc rapiam à Jove fabulantur Mythici; sed verè piratae aliquot Cretenses fuere. Herodotus lib. primo: Μετὰ δὲ ταῦτα, Ἑλλήνων τινὰς (ὁ δὲ λόγος οὐκέτι φαίνεται ἀπηγήσιος) φασὶ ἀπὸ Φοινίκων ἐς Τύρον τὸν Συρίης ἀπικέσθαι, ἀριθμέοντα δὲ βασιλέα τὸν ἀνηκέστου ἕνεκεν ἐπιστάμενον ἐν ἀνδρὶ ἔχειν. Neap.

490. *In Aoniâ constitit exsul humo.*] Nam desperata sororis salute Boeotiam habitare decrevit: ea ab antiquis incolis Aonius fic dicta. Strabo lib. IX. Ἡ δὲ Βοιωτία, πρότερον μὲν ἐπὶ βαθέρων ἐκάλουν Ἀόνων καὶ Τεμμίκων ἀπὸ δὲ Βοιῶς πυθομένου, καὶ Λεθέργου, καὶ Ὑάντος. Εἶτα Φοίνικες ἔσχον οἱ μετὰ Κάδμου, ἐκ τῶν οἱ Καδμεῖοι ἐπίκλησιν, καὶ τῶν ἀρχαίων τὰς ὀνομασίας ἀνέλαβον. Stephanus fulius illa tradidit. Neapol.

491. *Et idem Pagasæus Iason.*] Legendum ex veteri libro, *Pegasæus.* Cortes. Ille ob caedem Melampi fratris fugit ad Argivos: Jason interfecto Pelia Corinthum abiit. Ciofanus probat lectionem fui veteris, in quo, *Pegasæus Iason*, caussâ non expressa: sed meo consilio infideles vulgatae. *Pegaseus*, five cum Plinio *Pagasa*, Thessaliae oppidum: unde finus Pagaficus, Graecis. Παγασητικὸς, five Παγασικὸς, ut habent Mss. Strabonis. Neapol.

493. *Omne solum forti patria est.*] Euripideum illud expressit:

Ἅπας μὲν ἀνὴρ εὐγενὴς πεφύκατο
Ἅπασα δ' γῆ ἐνδοξ' ἀνδρὶ γενναίῳ πατρίς.

Excello vir animo contristari exsilio non debet. Et unde initia & principia cujusque gentis, nisi ex totidem exsulibus? Vide Senecam hac de re large disserentem in Consolatione ad Helviam. Neapol. Vid. Muret. II. Var. Lect. 3.

495. *Nec fera.*] *Horret* legendum cum Ursini libro, & Mentz. & quinque aliis. Nostet in libris, 201.

At cum tristis hyems Aquilonis inhorruit ala.
Festus Avienus Prognosticis,

Cana madescit dies sub tempestatibus horret.
& Germanicus Aratéis,

Frigidus ac rapidis horrebit Aquarius Eurís.
Lucanus libro IV. 50.

Pigro bruma gelu ficisque Aquilonibus horrent.
ubi *horrent* perperam legitur. Virgilii illa III. Georg. 443. respexit, *horrida cano Bruma gelu.* Statius Theb. IV.

Tertius horrentem Zephyris laxaverat annum
Phoebus.

Uti Scholiast. *Horrentem, id est hyemis asperum, vel horridum frigore.* & IV. 484. *Horrens Arctos. Horrida bruma* etiam Avieno Fab. XXIX. Columella lib. I. cap. 4. *Quaedam loca hyeme intolerabiliter horrent.* hinc *horrida tempestas & hyems horrida* passim apud poëtas. Heins. Vid. ad II. Am. XVI. 19. & II. Art. 213. & Val. Fl. III. 493.

496. *Et tibi.*] *En tibi* unus Vaticanus.

497. *Et firmus mente parentis.*] Melius editio Aldina, *firmata mente.* Dan. Heins. *Firmatâ mente* meliores. recte. Met III. 689.

——— *mentem firmat Deus, Execute, dicens,*
Corde metum.

In mortem Drusi 198.

Firmavitque animum, dissiluitque preces.
Gunth. Ligur. lib. I.

Exsudare vires firmata mente negabit. Heins.
& firma mente Francof. & multi alii. in Epicedio Drusi legitur, *duravitque animum.* vid. ad Vellej. Pater. I. 110.

498. *Italiamque tenet.*] Quo anno ii in Italiam venere disce ex Dionysio Halicarnassensi lib. primo Antiq. Μετὰ δὲ πολὺν χρόνον αὖθις Ἑλλήνων εἰς ταύτην τὰ χωρία ἐπὶ Ἰταλίας κατῆγεν, ἔξοχον μάλιστα τῶν πρότερον ἐπὶ Τρωσὶν, οὓς αὐτοὶ Ῥωμαῖοι ἱστοροῦσι, τὰ Πελασγικὰ κλῆσιν Ἀρκαδικῆς ἀπωκισμένα. Origo Gentis Romanae: *Regnante Fauno, ante annos circiter LX. quàm Aeneas in Italiam deferretur, Evander Arcas, Mercurii & Carmentis Nymphae filius, cum matre eodem venit.* Tunc ad rudes Italos litterae translatae. Nescio an auctor Evander filius, seu Nicostrata mater. antiqui versus:

Mente Phoenices fagaci condiderunt Attitas:
Quas Latini scripitamus, edidit Nicostrata.

Marius Victorinus scribit, tantum cum Evandro ad nos translatas XVI. postea quasdam à Palamede & Simonide adjectas. Sed apud Euripidem Palamedes ipse totam scribendi rationem sibi attribuit: Verùm hac de re adi Joannem Tzetzem Chiliade X. Hist. CCCXXII. Neapol. *Hesperiamque* plurimi scripti & editi. *Ausoniamque* Moreti.

500. *Egerat.*] Multi ex melioribus, *vexerat*; forte pro *rexerat.* Heins. Supra tamen 340.

Aëria per aequoreas hospita navis aquas.
& ita Valer. Flac. I. 689.

Tiphys agit.
Ubi plura dicemus. Burm.

501. *Vada juncta Terenti.*] Hoc est, locus in campo Martio. Adeundus tibi Festus. Neapol. *Terenti* editi & scripti fere omnes. manifesto errore. meliores pauci, *Terenti.* vide Festum in ea voce. erat locus in Campo Martio, ubi ara Ditis & Proserpinae sub terra latens eruebatur, ut saecularia sacra ad illam ferent. meminêre Festus, Val. Maximus, Censorinus, Augustinus de Civitate Dei: Statius XVII. Conf. Domitiani:

——— *altera jacula condes*
Et tibi longaevi renovabitur ara Terenti.

quomodo jampridem caligarunt viri eruditi. in vetusta tamen editione Parmensi, *renovabitur.* ut idem Soceriis,

Aut inflavati peccaverit ara Terenti.
Martial. IV. I.

Hic celat ingenti redevatia jacula lustro,
Et quae Romuleus sacra Terentus habet.

Tarentum & Terentum saepius confusa jam antiquitus. unde Favorinus apud Macrobium Saturnal. II. cap. 14. *Quidam Tarentinos eos vel nunc dicunt, quae sunt Terentinae a terreno, quod est Salinarum limus nullo. unde Terentinos quoque dictos Varro ad Libonem primo.* Nam quod luculenti Horatii

Et procul in dextram tendens sua brachia ripam,
Pinea non saxo ter pede texta ferit.
Nere daret salsum properans insistere terrae,
Vix est Evandri vixque retenta manu.
Hospitibus, dixit, salvete locorum;
Tuque novos coelo terra datura deos:
Fluminaque, & Fontes, quibus utitur hospita tellus,
Et Nemora, & Silvae, Naïadumque chori;
Vos bonis avibus visi natoque mihique:
Ripaque felici tacta sit ista pede.
Fallor? an hi fient ingentia moenia colles?
Jamque ab hac terrâ cetera terra petet?

Mon-

Montibus his olim totus promittitur orbis.
Quis tantum fati credat habere locum?
Et jam Dardaniae tangent haec litora pinus.
Hîc quoque causa novi femina Martis erit.
Care nepos, Palla, funesta quid induis arma?
Induc. non humili vindice caesus eris.
Victa tamen vinces, eversaque Troja resurges.
Obruet hostiles ista ruina domos.
Urite victrices Neptunia Pergama flammae:
Num minus hic toto est altior orbe cinis?
Jam pius Æneas sacra, & sacra altera patrem,
Adferet. Iliacos excipe, Vesta, Deos.

Tem-

ratinum illud nulli Terentum, nugari cl. nulle enim Tarentum ut Juvenal:

— *cerebrum & pendentia maxillas Tarentum.* Heins.

Vide & Sueton. ad Liv. Epit. lib. XLIII. Scriver. ad Martial. x. Ep. 65. & Rutger. IV. Var. Lect. 10. *cujus exulat* Excerpta Rhodomanni.

502. *Per loca sola casus.*] Scales Aboriginum. Neapol.

503. *Solus per loca sola casus.*] *Sparsas casas* scripti plerique. Et *sparsi lata per arva greges* lib. II. 210. & lib IV. 730. *sparsi per nemora ursi* dei. & v. 640. *sparsi boves*, lib. & *sparsa ovilia*, & *dispersa mapalia* apud auctores. *Sparsa cubilia mapali Agrestum manus* Val. Flacc. lib. II. 460. Heins.

503. *Incultis.*] *Incultis* vel *hirsutis* Moreti. *incultis* Bern.

504. *Contulerint manum.*] *Manus* Francof. a m. pr. Ursperg. Donza & quinque alii. *Manus* duo alii. *Continuerque* Excerpta Rhodomanni.

505. *Rudia.*] *Lomina* Marg. Berlin. & Gryphius ncx, cum pede Bernens.

505. *Pinea rostra.*] Hoc cl. navim. Loquendi modum adjicam. in XIV. Metamorphos 530.

——— *Fert hyla navibus in pinea Tyrrhus*
Pectora, ——

& Jul. Hadrian. e Catullo. hic in nuptiis Pelei: Pinea. vid. ad d. l. Meram.

507. *Prepetes insistere ripae.*] Vetustiores magno consensu, *terrae*, & recte. nam alterum paulo ante praecesserat. Sequenti versu pro *Evandri manu* legebam *Tusci*, *Evandri*. ut infra lib. III. 42: *Tulgens manu*. & lib. V. 580. *Peribi manu* 570 *Paridis*. pulsæ & legi,

Vix, Evandre, tua vixque retenta manu est.

Heins. *Dira retenta manu* legi Heinsii.

509. *Deque petitorum (dixit) salvete locorum.*] Vide quae collegi lib. III. Heins. fab principium. Cicero. Et in adventu & in discessu mos ille insitus. Marcus apud Dionysium, ubi paulum deseruit, Καὶ ἐμοὶ, inquit, ὦ θεοὶ πάτριοι, καὶ δεῦρο πατρίδα, καὶ βαίνουσι σὶ κατέχουσι οὕτω τὸν τόπον, χαίρετε. Hos dixere nostri indigetes & topices, seu locales. Neapol.

510. *Novos coelo terra datura Deos.*] Leucothean & Herculem; ni malis Romulum & duos primos Caesares. Idem.

512. *Et nemorum Nymphae.*] *Sylvae* scripti fere omnes meliores. nimirum *divae* legendum, quod tres codices agnoscunt. Dryadas intelligit. Gratius initio,

Adsitisque tuo comites sub numine Divae
Centum omnes nemorum, centum de fontibus unnes.

ita *di nemorum* lib. II. 309. posset & legi, *Et numora, & sylvae*, quae duo etiam distinxit Amor. lib. III. Eleg. VI. 84.

Sed numora & sylvae crimina vestra tegunt.

ita sylvas etiam alloquitur apud Val. Flaccum Jason lib. V. 203.

Vos etiam sylvae, vos Colchides hospitis oram
Pandite.

perperam *ore* vel *ora* illic in vulgatis. Sed & *vos nemorum sylvae* in Valerii Flacci loco, ut & hic apud Nasonem legi potest. Ita Virgil. in Culice 281.

——— *incolae fontes*
Et virides nemorum sylvas & pascua lustra. Heins.

Non placent mihi *divae nemorum*, nec *nemorum sylvae*, quare ampliterer alteram emendationem, *nemora & sylvae*, quam firmat unus Petavii codex. & certe Dorter distinguere amat *numus & silvam*. lib. II. Met. 438.

Hinc adita nemus est, & conscia silva.

In eo autem differentiam statuisse videtur, ut *nemus* sit pars silvae, & fonte illa, quae sacrata habebatur: quod colligo ex lib. I. Met. 568.

Est nemus Haemoniae, praerupta quod undique claudit
Silva,

eadem vero ratione, ut hic *nemora & silvas* distinguit, ita versu praecedente *flumina & fontes*, ubi etiam quidam librarii *montes* scripserunt. sed & Virg. XII. 181. *Fontesque fluviosque.* sic & lib. III. Fast. 71. ex Ms.

Jam modò qua fuerant silvas nemorumque recessus.

Senec. Phoen. 45.

——— *qua per obscurum nemus,*
Silvamque opacae vallis, insimilus Deo
Egit sorores pater.

Suet. Tiber. 43. *In silvis quoque ac nemoribus passim venerosa loca commentus est.* Burm.

513. *Este bonis avibus visi.*] Fausto & felici omine: unde, *mala alas*, pro infausto, antiquis. Horatius in Maevium, cui tempestatem & naufragium imprecatur:

Malâ soluta navis exit alite,
Ferens olentem Maevium. Neapol.

514. *Ripaque felici.*] *Ithaque felici ripa sit ista pede* Puteaneus secundus. quae elegantissima lectio a librario provenire non potuit. vid. ad Val. Flac. VIII. 23. Burm.

215. *Fallor? an hi fient.*] Praedicit dominae Urbis imperium. Neap.

516. *Cetera terra petet.*] Liber Urs. *Cetera turba petet.* Ciofan. *Petent* Valichemianus antiquissimus. vide notas Rem. Am. *sl.* 164. Heins. *Terra feret* unus Moreti.

518. *Quis tantum.*] Heinsius conjecerat olim, *quis tantum hunc ex.* vel, *quis tantum huic fati credat inesse loco.* ego nihil muto.

519. *Dardanias tangent hanc litora pinus.*] In Æneae adventum post annos IX. Sed mirum quot hanc felicissimam Monarchiam praeviderint. Exstat vaticinium Cassandrae apud Lycophronem, exstat & illud Homerici Neptuni Iliade T. & alia. Neapol. *Dardaniae* libri quatuor. Puto, *Dardanides*. adi Notas lib. I. Artis *sl.* 172. Heins. *Pupes* etiam unus Heinsii.

520. *Hic quoque.*] Forte, *his quoque.* Heins.

520. *Causa novi femina Martis.*] Lavinia haec. Neapol.

521. *Care nepos, Palla.*] Priscianus, qui hunc locum citat lib. VII. p. 758. notat Ovidium, in vocativo illo *Palla*, imitari Homerum:

Πουλυδάμα, σὺ μὲν οὔκετ' ἐμοὶ φίλα γούνατ' ἐγείρεις. Heins.

521. *Funesta quid induis arma.*] Praedicit & eadem Pallantis: sed Turnus occidor cadet, inquit, Æneae dextrâ. Neapol.

523. *Eversaque Troja resurges.*] Praedicit & victorias habitas à Romanis in universâ Graeciâ. Adi Annales. Neap.

525. *Neptunia Pergama.*] *Neptunia moenia* Mazar. Heinsii unus & sex alii.

526. *Nunc minor hic toto est altior orbe cinis.*] *Non minor* multi scripti. alii, *Num minor.* Urfini liber & duo alii, *Non minus.* Zulich. *Nec minus.* Tres, *Num minus.* bene. vide notas Ep. XI. *sl.* 19. Heins. *Nunc minor in toto est altior orbe cinis* Bern.

527. *Jam pius Æneas sacra, & sacra altera patrem Asserat.*] Hunc locum expulit ex Æliano in meis in Metamorphosin Observationibus lib. XIII. ad versum 624.

Sacra, & sacra altera patrem
Fert humeris, venerabile onus, Cytherius heros;
De tantis opibus praedam prius eligit illam,
Ascaniumque suum.

Infrà etiam lib. IV. 37. tale quippiam:

Hinc fatus Æneas, pietas spectatus per ignes;
Sacra, patremque humeris altera sacra tulit.

Ciofan. *Sacra alterò & altera patrem* unus Vaticanus. unus etiam Vaticanus, *asserat.* forte bene: nam patrem non attulit. ut lib. XIII. Met. 345. *Raptamque auferre per hostes* ex Mss. vid. & Ins. II. 385. & 583. III. 817. Sed vulgata defendi potest ex lib. IV. 78. & V. 90. Heins. Ita & II. Fast. 250. pro *affer, aquam*, in codice Mazar. est *auser.*

Tempus erit, cum vos, orbemque tuebitur idem:
Et fient ipso sacra colente Deo:
Et penes Augustos patriae tutela manebit.
Hanc fas imperii frena tenere domum.
Inde nepos natusque Dei (licet ipse recuset)
Pondera coelesti mente paterna feret.
Utque ego perpetuis olim sacrabor in aris,
Sic Augusta novum Julia numen erit.
Talibus ut nostros dictis descendit in annos;
Substitit in medios praescia lingua sonos.

Pup-

[illegible] etiam *effrat* legi. vid. XIII. Met. 345. & ad Val. Flac. VII. 56. Burm.

528. *Accipe.*] *Accipe* multi scripti & editi. *accipe* [illegible] Excerpta Vossii.

529. *Cum vos orbemque tuebitur idem.*] Praedicit imperium [illegible] maximum Julii Caesaris. Neap. *Ergo vos* [illegible]

530. *Colente Deo.*] In hac vocula [illegible] Neap. *Colenda* duo Heins.

531. *Et penes Augustos.* Non male etiam legeris, *Cum penes*, ut in meo. Neapol. Et ita unus [illegible]

532. *Tanti fatalis.*] *[illegible]* unus Mediceus [illegible] Heins.

533. *Frena.*] *Jura* unus Vatican.

533. *Inde nepos, natusque Dei.*] In eodem, *inde satusque neposque Dei.* Capito Octavianum et Tiberium [illegible] *licet ipse recuset.* Notum [illegible] LVII. sub initium, & Suetonius in [illegible] Principe. Neapol. Non agitur de [illegible], nec intelligendi Octavianus, vel Germanicus et Tiberius, ut volunt interpretes, sed [illegible] Tiberius, qui filius Augusti, & Divi Julii [illegible] Nepos, [illegible] in nummis passim dicitur. hoc [illegible], pro quo *recuset* Excerpt. Vossii. [illegible] Tiberius. [illegible] enim [illegible] tempore nota. vid. Gron. [illegible] Augusto capit. Burm.

536. *Julia numen erit.*] [illegible] ad haec [illegible] Julia, [illegible] Augusta non [illegible] O [illegible] Caesaris Augusti [illegible] Livia Drusilla; [illegible] in Juliorum domum ad[illegible] Julia Augusta [illegible] Claudius consecravit, ut tradit [illegible] *divina*, inquit, *Liviae* [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] τὰ [illegible] αὐτῆς [illegible] κελεύσας. Habuit etiam, praeter has virgines Vestales, suam Flaminicam; quo refero vetustam hanc basim, quae Aquini est:

DENTRIÆ L. F. POLLÆ
SACERDOTI DIVÆ
AVGVSTÆ
POST MORTEM
D. D.

Ex hoc passim in inscriptionibus antiquis litatum Juliae videmus; ut in his Fragmentis Fratrum Arvalium: DIVO AVGVSTO BOVEM MAREM, DIVÆ AVGVSTÆ VACCAM. Sed hi honores à Claudii aevo mortuae Liviae, ut vides, delati; verè illi statim post ejus obitum largè à Senatu decreti: at ferè omnes filius Tiberius per modestiam imminuit, addito, ne caelestis religio decerneretur. Adi Cornelium Tacitum sub initium Annalis. Jam habemus aliquid sacri. Sed de hoc vaticinio, sodes, nostrum excuses ex certa praesumptione; sive verius, miseris domui Augustae adulantem. Adscribit in Divas Juliam, antequam quid simile exsul audisset, ante ipsiusmet obitum, ante decretum Senatus; ad quae nec dies Nasonis pervenere: nam mortuus plusculos annos ante Juliam. Neap. Haec tria disticha à vs. 531. ab Ovidio inserta esse post mortem Augusti censet Cl. Massonius in vita Ovidii ad annum U. C. DCCLXVII. ubi Norisium refutat & Spanh. de Usu. Num. Tom. II. p. 271. recensitos etiam hinc in exsilio ab Ovidio fastos colligit. ubi de Julia Augusta multis agit. de qua vide etiam comm. ad Velej. Pater. II. 71. & Casaub. ad Sueton. Aug. 102. Burm.

537. *Talibus ut dictis nostros descendit in annos.*] *Talibus auspiciis* Arund. & tres alii. At Ursini, Zulich. Mazar. Nauger. Voss. & tres alii, *Talibus auspiciis nostros descendit ad agros. dicta* hic pro Vaticiniis sumsit. vide notas in Epist. v. vs. 33. Heins. Nos vulgatam reduximus, in qua sensus melior, & quam Francof. & optimus quisque

Puppibus egressus Latiâ stetit exsul in herbâ,
Felix, exsilium cui locus ille fuit!
Nec mora longa fuit. stabant nova tecta: nec alter
Montibus Ausoniis Arcade major erat.
Ecce boves illuc Erytheïdas adplicat heros,
Emensus longi claviger orbis iter.
Dumque huic hospitium domus est Tegeea; vagantur
Incustoditae lata per arva boves.
Mane erat: excussus somno Tirynthius hospes
De numero tauros sentit abesse duos.

Nul-

agnoscit: descendit enim ab Ænea ad Augusti & Tiberii tempora. *ad annos* etiam Arundelianus & unus Vossii. sequenti versu *in mediis sonis* malebat Sligtenhorstius. *in medio sono* Excerpta Klockh. Burm.

539. *Exsul in herba.*] *Exsul arena* Margo Gryphii & Micylli. sed vid. supr. ad vs. 84.

540. *Cui locus ille.*] Alludit ad suum misellum Neapol. *exilii* Thuan.

541. *Nec mora longa fuit.*] *Subit* puto, quia paulo ante praecesserat *fuit*. nisi illic mavis,

Felix, exilium cui locus ille fuum! Heins.

541. *Nova tecta.*] His a veteri novi hospitiis patria *Palantium* nomen impositum. Neap.

543. *Ecce boves illuc.*] Paullò pòst Arcades, quarta Graecorum classis, in hanc Italiae partem venit duce Hercule. Halicarnassensis: Ὀλίγοις δ' ὕστερον ἔτεσι μετὰ τοὺς Ἀρκάδας, ἄλλος εἰς Ἰταλίαν ἀφικνεῖται στόλος Ἑλληνικὸς, ἄγοντος Ἡρακλέους, ὃς Ἰβηρίαν καὶ τὰ μέχρι δυσμῶν ἡλίου χειρωσάμενος ἦν. Ad verbum illustrant Nasonis distichon. Neapol.

543. *Erytheïdas.*] Scaliger *Eritheïdas* legebat. Sequenti autem disticho, pro, *domus est Tegeaea*, rectè *Tegeea*, a *Tegea* Τεγέα, Arcadiae urbe. Notum illud: Ἐστί τις Ἀρκαδίης Τεγέη λευρῷ ἐνὶ χώρῳ. Ergo *Tegeea* Τεγεαία. Ita inf. vs. 627. *Ennaque nunc pariter Tegeeae sacra parenti*, non *Tegeaeae*, ut nunc scribitur. Dan. Heins. Statim explodes editiones, in quibus, *Erythreïdas*: ubi leges Strabonis verba lib. III. Ἐρύθειαν δὲ τὰ Γάδειρα ἔοικε λέγειν ὁ Φερεκύδης, ἐν ᾗ τὰ περὶ τὸν Γηρυόνην μυθεύουσιν. Ἄλλοι δὲ τὴν [illegible] ταύτῃ τῇ πόλει νῆσον, πορθμῷ σταδιαίῳ διειργομένην. Sed hoc parum obest: nam insulae Gadibus adsitae, sub uno *Erytheae* nomine nuncupatae. Tu ipse superius: Ἐοίκασι δ', οἱ παλαιοὶ καλεῖν τὸν Βαῖτιν, Ταρτησσόν· τὰ δὲ Γάδειρα, καὶ τὰς πρὸς αὐτῇ νήσους, Ἐρύθειαν. Neap. Vid. Turneb. XXIII. Adv. 7. & auctorem de Origine Gentis Romanae cap. VII. qui ex Pontificalium libris haec hausta dicit. Apostol. Paroem. Centur. II. §. 80. Ἡρακλῆς γὰρ [illegible] ἐπὶ τὰς Ἐρυθείας βόας, ubi rectè Pantinus vertit *in Erythream insulam*, reprehensus à Tristano Tom. II. Comment. Historic. p. 333. sed ipse male Urbem Ioniae intelligit, & legendum ἐπὶ τὰς Ἐρυθείας. apud Diogen. Cent. II. 57. ἐπὶ τὰς Ἐρυθείας circumfertur. apud Anonym. de XII. Labor. Hercul. ab Allatio editum. cap. X. Ἐρυθεία dicitur, quae nunc vocatur Γάδειρα. vid. & lib. V. 649. *Tegeea* vero scribendum vidimus ad Epist. IX. 87. Burm.

543. *Applicat.*] Malim, *appulit*. ut lib. VI. 80. *Huc captas appulit ille boves*. & vs. 519.

Appulerat ripae vaccas Oetaeus Iberas.

pro *heros* unus Patavinus, *oras*. Forte, *illuc oras*. Heins.

545. *Domus est Tegeea.*] Casa Carmentis. Neap.

546. *Lata per arva.*] *Laeta* Ursin. Mazar. Zulich. & quatuor alii. rectè. sic lib. IV. 476.

Sacrorumque Melan pascua laeta boum.

Fast. lib. V. 243. ut codices duo veterrimi agnoscunt.

Omnia tentabo laetis medicamina terris.

& lib. III. Amor. Eleg. V.

Carpebant tauri pabula laeta procul.

mox *sentit* pro *sensit* meliores itidem. Heins. Juvenalis Satyra XII. 13. de Tauris,

Laeta, sed ostendens Clitumni pascua sanguis
Iret, & a grandi cervix ferienda ministro.

lata tamen mihi cum Cl. Bentl. Ad. Horat. III. Od. XI. 9. magis arridet, propter τὸ *incustoditae*, & *vagantur*. quia enim nulla erat suspicio furti, ideo late vagabantur sine custode, cum alias pastor gregem fere simul & junctim pascere soleat. sic Ep. XII. 46.

Spargere devota lata per arva manu.

ubi vide. II. Fast. 210. *Invadunt sparsos lata per arva greges*; & saepe alibi. Burm.

547. *Tirynthius Heros.*] Meus infimae vetustatis codex, *Tirynthius hospes*. Rectissimè; suprà dixerat, *applicat heros*. noluit hic iterum voculam repetere. Neapol. *Auctor* Petav. unde Heinsius *aktor* faciebat, ut Epist. I. 95.

550. Trans-

Nulla videt taciti quaerens vestigia furti:
Traxerat aversos Cacus in antra feros;
Cacus, Aventinae timor atque infamia silvae,
Non leve finitimis hospitibusque malum.
Dira viro facies; vires pro corpore; corpus
Grande: pater monstri Mulciber hujus erat.
Prope domo longis spelunca recessibus ingens,
Abdita, vix ipsis invenienda feris.
Ora super postes adfixaque brachia pendent,
Squalidaque humanis ossibus albet humus.

Ser-

550. *Traxerat aversos Cacus ad antra boves.*] Lege ex Vss. & tribus Vatic. *ad antra ferox.* Ad hunc eundem locum interpretis officio functus Mart. Capella lib. v.

Silvarumque tremor, taciti qui fraude solebat
Tutare, nec vultus Cacus in antra boves.

Caesar. In multis est, *Cacus in antra boves.* Ubique bene, *Sed* &, Livius Andr. lib. II. *Cacus fovae viribus.* Neapol. Vss. codices, *boves.* Sed *aversos feros* ut ferio malum, ut recte unus Farnesianus. vide Notas Lib. III. ad Vs. 224. Heins. Sed nos secuti Vs. 556. *feris* reposuimus. *aversos* Bersmann. & multi alii. vera superioris, *nulla videns* prorsus locum habet.

551. *Aventinae silvae.*] Ubi sedes & ejus spelaeum. Vide hanc Topographiæ instaurat in regione XIII. Neapol. *Tremor* Farnes. Bene. quod abest ab initio Martialis v. 67.

Silvarumque tremor, taciti qui fraude solebat
Tutare nec vultus Cacus in antra boves.

unde etiam patet Vs. 550. *boves* restituisse. idem firmat Propert. IV. II. 12.

Aversa cauda traxit in antra boves. Burm.

552. *Non leve finitimis hospitibusque malum.*] Reposuit verbum ἅπαξ. De Caco autem & Hercule sic allegorias Fulgentius lib. II. Mythologicon: *Si famosum furem eradicans, quis invidiosum dicere negabit? ergo aut caligatum, aut famosum dixit, ne aperte posset: aut in favorem venerit fabulantis, quae fortiora fecerit. Cacus enim Herculi bove furtim ejus subtracto, quos tardo in spelunca tractos abscondit, quam Hercules posse gustare interfecit. Cacus enim Graece, malum dicimus. Ergo omnis malitiae flamma exulcet, id est, aut quod contrarium sit virtuti, id est, vitii: aut quod morbo sit vitiosum, id est, ut famosa scelera: aut quod nebulosorum mentium mos finxisse fit. Triplici enim modo nos nunc accipimus: aut in evidenti, ut praecipitur: aut jubilanter, ut falsi amoris: aut occulte, ut inopinum bonum: ab his etiam jubilando bonum tenacissime ducit negotium, quod animis malignum alienis invadet, & transverso elongabunt. in duro vero. Idus ex bona hereditate evacuasset, quia numquam malignitas aperta liberiore fronte sit, sed virtus & malos interficit, & sua vindicat.* Ciofan. Alludit ad Graecum κακὸν. Servius: *Servus Evandri κακὸς & malus fuit: unde Κάκος dictus, mutato accentu.* Neapol.

553. *Dira viro facies.*] Libri veteres, *Dura*, quo vetabo impudentia indicatur. Ciofan. Tres apud me veteres, *Dura viro facies.* Ego quidem hic malim, *dira*: licet *duras* sit idem ac ἀργοὺς, καὶ κατηφεῖς. nam vires statim commendat. Neap. *Dira* praeferendum. Senec. Here. Fur. 721. de Phineae, *Dira Aloïdas Deo*; quod videtur imitatus Claudian. I. de Pont. 82. *Dirae rigat inclementia formae*, ubi & *duras* MS. hic, *mira* Voss. Burm.

554. *Mulciber.*] *Mulciber* multi ex vetustioribus, quomodo saepe apud Nostrum aliosque in antiquissimis membranis occurrit. Heins.

556. *Abdita.*] *Obdita* Urlini codex. Videantur quae noto Art. Am. II. Vs. 635. nihil tamen autem immutare. Dict. Cretens. lib. VI. *ibi Pelea avum repperit, occultatum spelunca abdita & tenebrosa.* Heins.

556. *Vix ipsis.*] *Vix aliis* duo libri.

557. *Affixaque brachia pendent.*] Vates lib. VIII. Optimi maximi operis:

—— —— *Semperque recenti*
Caede tepebat humus, foribusque affixa superbis,
Ora virum tristi pendebant squalida tabo.
Neapol.

559. *Jove natus abibas.*] Petavianus, *abibat*, ut *Jove natus* pro *nato* dixerit. Heins.

560. *Mugitum rauco furta dedere sono.*] Meminit Lactantius lib. I. 20. Deus Caecae, quae *crudi indicium fecerit de furto bovis, divinitatem confessae, quia fratrem Cacum prodidit.* de hac aptid alios altum silentium. Heins.

561. *Accipio, revocamen, ait.*] *Accipio revocamen* Petavianus, Nanger. Ursin. Arondel. & multi alii. vide notas ad Epist. XIII. Vs. 135. Sed & vulgata ferri potest. Valer. Flaccus lib. I. 91.

Accipere Ursae; ceterumque per aethera lapsu
Diversos petere vias. Heins.

562. *Victor*

562. *Victor ad antra.*] Melius vetus lectio, *ultor ad antra venit.* ut Virgil.

—— —— *nam maximus ultor*
Tergemini nece Geryonis spoliisque superbus
Alcides aderat. Nanger.

Pro *victor* recte etiam vetustiores libri, *ultor*, Virgil. in hac eadem narratione, VIII. 201.

—— —— *nam maximus ultor*
Tergemini nece Geryonae spoliisque superbus
Alcidas aderat.

quamquam *victoris* nomen Herculi peculiare, unde etiam geminae aedes *Herculi victori* Romae dedicatae, una ad portam Trigeminam, altera, in foro boario, de quibus Macrobius Saturnaliam libro IV. cap. 3. Sex. Rufus, Victor & alii in Descriptione Urbis, & Servius ad illa Maronis,

—— —— *haec limina victor*
Alcides subiit. Heins.

563. *Objice montis.*] *Strati pr. objice saxi* Juninii. *Perstruxerat* nonnulli. mox *opus* Pembrok. Thuan. & Mazar. quod praefero, quia *onus* mox sequitur. ita ut vel hic vel ibi sit recipiendum *opus*. nam *opus* de munitionibus proprie dicitur. ita haec pars montis *opus* quasi, & vallum, & munimen antri erat. mox aptius, *onus*, quia comparat coelo, quod fuerat *farcina* Herculi; ut vocat Ep. IX. 58. Burm.

565. *timeris.*] Arondelianus.

Nititur hic humero; coelum quoque sederat illi. Heins. Hoc distichon decrat in Hugeniano codice, & in Mazarin. margini erat adscriptum. Francius legebat, *Nititur hic humeris (coelum quoris sederat) illis, Et vastum motu collabefactat onus.*

565. *Sederat.*] *Sustulit* Thuan. sed *farcinam sedare* dixit Noster IV. Epist. 24. & VIII. 94.

567. *Quod simul eversum est.*] Sic iidem libri veteres. Vere. Ciofan. Alii habent, *quod simul evulsum est.* Virgilius in re simili *avulso* usus est. Unde sic malim in Nostro legere, *Quod simul avulsum est.* Nec ambigo ita à germana manu olim scriptum. Neapol. Primae editiones & scriptiquinque, *evulsum*, sic *evulsi trunci* Horat. III. od. 4. Neapolis malit, *avulsum*. Stat. X. 629. *Saxaque in adversos ipsis avulsa retorbant Moenibus.* cum Tò *est* à nonnullis abest codicibus, scribendum puto, *Quo simul avulso*, vel *aversa*. ut & lib. IX. Met. 129.

Quo simul evulso sanguis per utrumque foramen
Emicuit.

nam unus ex meis, *Quo simul evulsum.* & lib. VI. 252.

Quo simul exulso pars est palmonis in hamis
Erutae.

& utroque loco Tò *est* in multis scriptis desideratur. nisi mavis, *Cui simul.* vide Notas Amor. lib. I. El. IV. Vs. 1. in Tristibus V. El. X. 29. *simul nobis habitare* dixit pro *cum nobis.* ita enim libri veteres. saepe in his elegantiis peccatum. apud Maronem Aeneid. V. 357.

Et simul his dictis faciem ostentabat.

libro XI. 827.

Simul his dictis linquebat habenas Heins.

Virgilii locus, quem innuit Neapolis, est lib. VIII. 237.

Duster in adversam nitens concesserat, & imis
Avulsam solvit radicibus.

simul vero construi cum ablativo latius ad Val. Flac. IV. 87. offendemus. Burm.

567. *Aethera terruit ipsum.*] Ab eodem Virgilio mutuatus hanc ὑπερβολὴν. Neapol.

567. *Terruit ipsum.*] *Verberat* Sarravii pro diversa lectione. *Concutit* tres alii & postrema Aldi Editio.

568. *Ictaque subsedit pondere mollis humus.*] *Pondere molis* primo legendum cum calligatoribus scriptis. deinde, pro *icta*, quidam ex melioribus, *Jactaque*. tres, *Laxaque*. duo, *Lataque*. Vulich. *ataque*, sic ut prima litera desideretur. Vulgatam non muto. Trist. I. Eleg. IX. de navi. *Nec saevis icta saxis aquis.* & *icta hostia* pro percussa Metamorph. dicentur plura mox. Vs. 720. Stat. XII. Theb. *Icta gemit tellus.* Heins. Auson. Epist. XXV.

—— *juvenum dant pulpita salum*
Icta pedum

ubi & Mss. *tacta*. *actaque* Moreti unus. vid. supr. Vs. 514. *subsidit* malebat Francius.

569. *Col-*

Prima movet Cacus collatâ proclia dextrâ;
Rempe ferox faxis fupitibusque gerit.
Quis ubi nil agitur; patrias male fortis ad artes
Confugit, & flammas ore fonante vomit.
Quas quoties proflat, fpirare Typhoëa credas,
Et rapidum Ætnaco fulgur ab igne jaci.
Occupat Alcides, adductaque clava trinodis
Ter quater adverfi fedit in ore viri.
Ille cadit, mixtosque vomit cum fanguine fumos
Et lato moriens pectore plangit humum.

Im-

569. *Collata proclia dextra.*] Titus Lucretius lib. v. aptè & ad rem:

Arma, inquit, *antiqua manus, ungues dentesque fuerunt,*
Et lapides, & item filvarum fragmina rami.

Nean. Collella Porcen. *Collatasque* Thuan.

570. *Rempe ferox.*] *Ferus* Hagenau Excerpta. *ferox* Arundel. pro *gerit*, *mittit* Excerpt. Rhedich. & unus, *furit ad artes.*

571. *Confugit.*] *Effugit* Thuan. *ore tonante* Salmanf.

573. *Quas quoties perflat.*] Sequor eorundem librorum lectionem *proflat*. Cioran. Et ita optimi quique codices. Ut *proflare flammas* Val. Flac. VII. 371. & *rediens.* VI. 235. Stat. II. Theb. 76. *Vaporique intra trabem ambulans Profabat fub luce Deum.* Sic apud Front. lib. II. cap. II. §. 7. *Volturnius enimvero, ingentes aureas manu proflare*, ut ingeniosa ex Mss. non *perflare*. *conflat* hic etiam unus Moreti. *effat* Excerpt. Rhedich. Iberna.

574. *Ætnæo.* Ælianus Epistolarium male III Art. Ant. 190. *Sed tamen etiam filvanis noftræ halas.*

575. *Occupat Alcides.*] Id valet, aggreditur. Cuntus lib. IX. *Jugis quatuor advocari canes, qui edoctæ temperarent feram.* Neapol.

575. *Adductaque clava trinodis.*] Sic in iisdem libris vere Cioran.

575. *Clava trinodis.*] Sic delcribitur à Poëtis baud Herculea, non levis fed polita, fed nullis ex nodis. Apollonius Rhodius Ἀργοναυτικῶν δ

— — Ἀμφὶ δὲ οἱ μέγα πελέκιον ἦεν ἀείρειν
Ἄκμων, ἐλάτερον φαίνετο δ' ἔμπεδον ἔμπης,
Τρὶς δεκάπηχυ, τό οἱ ἐξ ἐλάτης ἐλάασε
Πήλιον ἐν κορυφῇσι, περὶ Χείρωνι πόνησε
Ἡρακλέης, ὅτε οἱ μεμνημένος ἔπλετο τέχνης
Ἐν Μαλέῃ, ἔνθ' ἄλλα μετὰ σφετέροισι πέλοντο
Ἥρωες τῷ δ' ἔνδον ἐπὶ σκαλὸν ἔκτανε θῆρα
Μοῦνος ἀνὴρ ἀπάνευθε, καὶ οὐκ ἐπὶ νῆα βάλοντο ἕκαστος τῶν ἄλλων ἀριστῆες. Neap. *Tauriformi Jupiter unum* Francof.

577. *Ille cadit, mixtasque vomit cum fanguine flammas.*] Quatuor Vatic. *Mixtoque vomit cum fanguine fumos.* verum in uno eft, *mixtoque*, non *mixtosque.* Quam lectionem confirmat Virg. lib. VII. 252. à quo hic Naſo multa accepit. ejus verba ſunt:

Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu)
Evomit. Cioran.

Cave audias codices, in quibus *mixtasque flammas* legitur. Virgilius in hac eadem deſcriptione Caci

Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu)
Evomit.

& firmat Fulgentius lib. I. Mythol. Fab. II. *Si fumum fures eruciant, &c.* deinde *ergo omnis malitia fumum eructat &c.* Sidonius Apollinaris Carm. XIII. de Hercule:

Collaque flammigenae diremptere fumida furis
Tandem directa juſſerit ire boves.

ubi exiſtimo ſcribi debere, *Ignigenae furis*, ideſt Vulcanigenae, non *flammigenae.* ſic idem Sidonius Carm. IX. *Satyrumgenam jenem* vocat Chironem. Panegyrico Anthemi Cæſarem Auguſtum *Phœbigenam.* & Virgilius Siculapium. Naſo noſter IV. Met. 173. ipſum Vulcanum *Junonigenam.* Heins. *Mixtoque* Mazurin. & octo. alii.

577. *Cum fanguine flammas.*] Praetuli quod in meo eſt & in quatuor Vaticanis, *cum fanguine fumos.* ſoteor nefcio. ſic enim de eodem Poëta libro VIII.

Faucibus ingentem fumum, mirabile dictu,
Evomit. Neapol.

578. *Plangit.*] *Tangit* Vatic. & tres alii. *pulſat* Pulcian. & duo praeterea.

579. *Taurum tibi Jupiter unum.*] Poſt boves inventos aram exſtare Jovi Inventori, & unum è juvencis mactat. In hac dubia hiſtoriâ non loquere cum impiis; unum ſequar ſcriptorem, & diligentiſſimum. Dionyſius lib. primo: Ἀγελῶν δὲ τῶν ἐπιγενῶν τὸν ἄριστον πλησίον τοῦ τέλους ἔθυσεν βοῶν, ὃς ἔτι νῦν Ῥωμαῖοι παρὰ τὸν ἐπιβάσιον κῶλον κατὰ δίκην τοῦ θεοῦ χαριζόμενοι ἔλκε. Neap. *Taurorum Jupiter unum* Francof.

Immolat ex illis taurum tibi, Juppiter, unum
Victor, & Evandrum ruricolasque vocat.
Conſtituitque ſibi, quae Maxima dicitur, aram,
Hic ubi pars Urbis de bove nomen habet.
Nec tacet Evandri mater, prope tempus adeſſe,
Hercule quo tellus ſit ſatis uſa ſuo.
At felix vates, ut Dis gratiſſima vixit,
Poſſidet hunc Jani ſic Dea menſe diem.

Idibus in magni caſtus Jovis aede ſacerdos
Semimaris flammis viſcera libat ovis:
Redditaque eſt omnis populo provincia noſtro;
Et tuus Auguſto nomine dictus avus.

Per-

580. *Quae maxima.*] Hanc aram ponit. P. Victor. in XI. urbis region. vid. & Solinum cap. II. Cioran. Hanc dictam à Pontificibus *Maximam*, non ipſe ſibi conſtituit, in quo Naſo falleris, ſed Evander Herculi dicavit; ob ea quae à matre Carmentâ didicerat Dionyſ. Εὐανδρῳ δ' ἡ παλαίτερον ἔτι ἡ Θεμὶς ἀκριβὴς διέκρινεν. ἔτι πατρῴαν ὢν ἡ ὁσία καὶ ἀληθείας ἡγεμόνα Ἡρακλέα, ἀθανάτων τιμὰς ἀπονέμουσα, ἀδίκητον ἡρῴοις οἷς ἀγεραὶ, ἐκαλεῖ ἐκ γῆς ἐπὶ τὸ ἐπιέναι, φθονεῖ βελτίοσιν ἀνθρώποις, Ἡρακλῆς Διὸς τιμαῖς πρῶτος ἰλασάμενος. βωμὸν αὐτοχθόνων ὑπὸ σωτῆρι ἱδρύεται, καὶ θάλαμον ἄζυγα δόμοις πρὸς αὐτῷ τὸ θέσφατον ἀφιερεγάρᾳ. Ἡρακλεῖ, καὶ διὸς τῷ ἐμῷ καταβάσῃ· ἀγαπητὸς ἦ τοῖς ἀθρόποις ὁ φιλόξενος Ἡρακλῆς, ἢ μὴ θύειν ἐσιόντ' ἐπιτάττεται· θύουσι δὲ βοῶν τινας, ἢ ἐξ ἄλλης λείας τὰς δεκάτας ἱερεῖα. & paulo post: Ὁ δὲ βωμὸς, ὃν ἐ τοῖς δεκάτοις ἱδρύσατο Ἡρακλῆς, παλαίτατος μὲν ἐκ τῶν Τρωϊκῶν Μεγεθῶν ἐστι ἢ βωμῶν λογάδην ἀγορᾶς πλατεῖαν, ἀγοραῖόν τε καὶ τοῖς ἀλλοδαποῖς ἐπιχωρίων Hac de re, mihi credo, noli quid amplius quaerere. Neapol. *Conſtituitque*, non *inſtituitque*, quod eſt in codicibus deterioris notae. Macrobius Saturnalium libro IV. cap. 3. *Ara Maxima ante adventum Aeneae in Italiam conſtituta eſt.* quamquam Solinus initio Polyhiſtoris: *Suo quoque numini idem Hercules aram inſtituit, quae Maxima apud pontifices habetur.* Idem Macrobius eodem loco de ara hac maxima: *Propria obſervatio eſt in Herculis ſatris epulari ſolentes. Cornelius Balbus* ἐξηγητικῶν *libro octavo decimo ait, apud aram maximam obſervatum ne lectiſternium fiat.* Cuſtodirur in eodem loco, ut omnes aperto capite ſacra faciant. *Hoc ſit, ne quis in aede Dei habitum ejus imitetur. nam ipſe ibi aperto eſt capite. Varro ait Graecum hunc eſſe morem, quia ſive ipſe, ſive qui ab eo relicti aram maximam ſtatuerunt, Graeco ſatrificavere ritu. Hoc amplius addit Gavius Baſſus, idireo hoc fieri, quia ara maxima ante adventum Aeneae in Italia conſtituta eſt, qui hunc ritum velandi capitis invenit.* idem libro III. cap. 12. ad aram maximam ſacrificantibus caput lauréa corona evinctum fuiſſe teſtatur, non populea: eumque ritum incepiſſe, ex quo lauretum in monte Aventino coepit virere. Erat haec ara in foro Boario, quam alii non ipſi Herculi a femel, uti Naſo Propertiusque, aut ab Evandro, quod aliis placet, ſed Jovi Inventori dicatam volunt ab Hercule. Solinus perperam aram Jovis Inventoris & Herculis Maximam diverſas facit. qui multa de ejus caeremoniis initio operis. ubi adeundus Salmaſius, qui ad Circum Maximum, non ad Forum Boarium, quod tamen a Naſone diſertim innititur, fuiſſe contendit. Heins. *Inſtituere aras* tamen dixit Val. Flac. III. 427. & *tores* lib. IV. 487. ubi plura, ſed parum referre arbitror. *inſtituit* vero hic Arundelianus, Voſſ. & quatuor alii. *conſtituere aram* dixit Noſter lib. V. Faſt. 130. Burm.

585. *Felix Vates.*] *Mater* unus Moreti pro var. lect.

586. *Sic Dea menſe Diem.*] *Sic Dea fatis* unus Vatican. ut opponatur, *ut Dis gratiſſima vixit*, ita Lib. XIV. Met. 123.

Seu Dea tu praeſens, ſeu Dis gratiſſima, dixit.

quem locum librarii ante oculos habuerunt, qui hic *Dis gratiſſima dixit* exhibuerunt, in Arundel. Voſſ. & pr. Vaticano. *hanc* etiam ſex codices. *hunc Jani ſic quoque menſe Diem* Bernenſ. Burm.

587. *Idibus in magni.*] Quotidianae Jovi factum ſupra monuimus, ſed agrâ: nunc cădicas, ariete etiam ſolitum. Neapol.

588. *Flammis.*] Praeſtaret, *flamma* certe *flammae* in duobus eſt.

589. *Populo provincia noſtro.*] Eâdem luce, anno Urbis conditae DCCXXVI. poſt orationem illam ſimulatam, habitam à Caeſare Octaviano de deponendo imperio, redditae Senatui & populo omnes paeatae provinciae; quae vero nondum ſubjugatae, à Caeſare retentae: hae vero populo

Perlege dispositas generosa per atria ceras;
Contigerunt nulli nomina tanta viro.
Africa victorem de se vocat: alter Isauras,
Aut Cretum domitas testificatur opes.
Hunc Numidae faciunt, illum Messana superbum;
Ille Numantinâ traxit ab urbe notam.

Et

concessae, Africa, Numidia, Asia & Graecia cum Epiro, Dalmatia, Macedoniâ, Siciliâ, Cretâ, Africâ, Cyrenaicâ, Bithynia cum Ponto, finitimâ Sardiniâ atque Hispaniâ Baeticâ. Octavianus has habuit: quod reliquum erat Hispaniae, ut Tarraconensem, Lusitaniam, totam Galliam, & Narbonensem, & Lugdunensem, & Aquitaniam, & Celticas, cum populis colonis, item Coelesyriam, Phoenicem, Ciliciam, Cyprum, Aegyptum: ex quibus, paulo post, Cyprum & Galliam Narbonensem pro Dalmatiâ populus recepit, eaque Octaviano iterum reddita; sed in has omnes imperium tantum decennale voluit: hoc finito, aliud & aliud quinquennium decretum, inde rursus decennium, adeo ut toto aevo imperium tractaverit. Vix in mentem interpretum venit, hoc sibi velle Nasonem in hoc versiculo. Neap.

590. *Augusto nomine dictus avus.*] Sed aliter Censorinus, qui rejicit in xvi. Kalendas Februarias; Orosius, qui in viii. Idus Januarias: qui magis ad Nostrum accedit est priscus hic lapis: vii. IDVS IANVARIAS, QVA DIE PRIMVM IMPERIVM ORBIS TERRARVM AVSPICATVS EST, THVRE, VINO SVPPLICENT. Tu haere cui voles, ego à Nasone non recedam. His ergo ldibus datum Octaviano Augusti cognomen: Romuli sibi imponere mentem [illegible] Regni fierct. Dio lib. LIII. [illegible Greek] Hinc postea omnes fere sequentes Principes nomen [illegible]. Temere dixi *ferè*: nam plerique [illegible]. Quidam Germanici, quidam tantum Caesares, quidam Antonini dicti: sed nemo [illegible], qui, teste eodem Historico, [illegible Greek]. Neap.

591. *Perlege dispositas ceras.*] Subindicat clypeos [illegible], qui Graecis [illegible Greek]. To vero [illegible], in hac nomina [illegible] atque [illegible] & cera [illegible]. Valerius Maximus [illegible] *in atrio [illegible]*, *[illegible] conspicua [illegible]; [illegible] viro succurrebat*, *effigies majorum cum titulis suis idcirco in primâ aedium parte poni solere, ut eorum virtutes posteri non solum legerent, sed etiam imitarentur*. Titulus est index & ἔλεγχος rerum gestarum. Neap.

591. *Dispositas generosa per atria ceras.*] Sic legitur in quattuor Vaticanis; in alio ejusdem Bibliothecae & Ursini est, *cinerosa*. non placet. *generosa*, in quibus nobilium familiarum series est disposita. Ciofan. Secutus sum priscae editionis codicem: (*annosa*) & sane videtur iterare hanc scripturam Noster, cum dicit *veteres* has ceras in libellis nequitiarum. Libri aliquot habent, *generosa*; quidam, *cinerosa*, qui respiciunt ad culinas sitas in atriis. Neap. De *cinerosis* atriis nugae. primae editiones & scripti plerique castigatiores, *generosa atria*, probe. sic infra lib. II. 225. *Quo cuitis generosa domust* & in Trist. IV. I.

O qui, nominibus cum sis generosus avitis,
Exsuperas morum nobilitate genus.

duo nostri minorum gentium, *numerosa atria*. totidem, *annosa*. quod nollem secutus esset Neapolis. apud Apulejum Metam. I. non longe ab initio *generosus* male pro *gyrosus* legitur. *Et ecce pone lanceae ferrum, qua bacillum inversi teli ad occipitium per inguen subit, puer in molliciem decorus insurgit; inque flexibus tortuosis enervem & exossem saltationem explicat, cum omnium, qui aderamus, admiratione. diceres Dei medici baculo, quod ramulis semiamputatis nodosum gerit, serpentem gyrosum inhaerere.* Heins. *Onerosa* glossae Rumpfii; an, *operosa*? ut *operosa praetoria* Suet. August. cap. LXXII. *operosa templa* Nostro XV. Metam. 667. vid. ad II. Amor. XVI. 33. Burm.

592. *Contigerunt.*] Alii, *Contigerint*. Petavii vetterimus, *Contigerunt*. bene. quomodo & Scaliger conjecerat. Heins. *Contingant* Excerpt. Klockh. *congregant* Bernens. mendose.

593. *Africa victorem de se vocat.*] P. Scipionem Cornelium Africanum, ob victoriam de Syphace anno urbis conditae DLII. Silius de eodem Punicorum lib. XVII.

Devictae referens primus cognomina terrae. Neap.

593. *Alter Isauras.*] Non displicet editio, in quâ *Isauram*. Sequitur, *Aut Cretum*. Quovis modo legas, denotatur P. Servilius Isauricus, sic dictus à devictis Isauris & Cilicibus, qui se cum praedonibus maritimis junxerant. Strabo, qui hominem novit, lib. XII. de eâ gente: [illegible Greek]

Et mortem & nomen Druso Germania fecit.
Me miserum, virtus quam brevis illa fuit!
Si petat à victis; tot sumat nomina Caesar,
Quot numero gentes maximus orbis habet.
Ex uno quidam celebres, aut torquis ademtae,
Aut Corvi titulos auxiliaris habent.

Magne,

[illegible Greek] Neapol. *Isauros* Putean. & Moreti. *Isaurum* Sarravii & quatuor alii. *Isauram* unus.

594. *Aut Cretum domitas.*] Iste Q. Caecilius Metellus Creticus. Eutropius de hoc: *Nec quidquam aliud de tam celebri victoriâ quàm Cretici cognomen reportavit.* imò etiam triumphavit, licet non adeò magnâ pompâ: nam Duces captivos subduxerat Pompejus. (ornamentum erant victoriae) de quo justè ait questum Q. Metellum Paterculus lib. II. Disce rem integram à Dione, & vide quos Duces subjugarat: [illegible Greek] Neapol.

595. *Hunc Numidae faciunt.*] Hic etiam ex familiâ Metellorum: patrem habuit L. Metellum Calvum Consulem anno DCXI. Marmora Capitolina: Q. CAECILIVS L. F. Q. METELLVS AN. DCXLVI. NVMIDICVS PROCOS. DE NVMIDEIS ET REGE IVGVRTA . . . . . . Rosit longa aetas voculam *triumphavit*: nam Eutropius bis de eodem Rege triumphatum tradit lib. IV. semel ab hoc Q. Metello, & iterum à Cajo Mario. Salustius mentionem hujus triumphi non facit. Non ita Paterculus II. Historiae: *Metelli tamen*, inquit, *triumphus fuit clarissimus, & meritum virtutique cognomen Numidici inditum.* Neap.

595. *Illum Messana superbum.*] Ita, me Deus amet, ut multa habeo in meis rudibus curis ad hujus loci tuitionem; sed, ut ex tot Historicis suboluit prochronismum, non feci ea publici juris: nam Claudius Caudex uno anno ante Consulatum M. Valerii Messalae Mamertinis auxilio missus, urbem obsidione liberavit. Legant etiam studiosi quae notavit Scaliger ad Chronici Eusebiani numerum MDCCXLII. Neap.

596. *Ille Numantina.*] Numantia excisa & deleta anno DCXXII. à Scipione Æmiliano Africano, veteris Africani nepote: qui meruit etiam sic dici ob victoriam de Poenis & Asdrubale anno DCVII. Ab eâ igitur urbe Numantinus etiam cognominatus. Appianus in Iberica: Δύο μὲν γὰρ δὲ [illegible Greek] Sed in hujus alti viri honoribus hos titulos junctim datos non reperi, imò nec aliud legisse memini cognomen, praeter illud ex Africâ. Neapol.

597. *Et mortem & nomen.*] Id verò post mortem. Dio lib. LV. [illegible Greek] Neap.

598. *Me miserum, virtus.*] Jure quereris: nam facit Paterculus adolescentem *tot tantarumque virtutum, quot & quantas natura mortalis recipit, vel industria percipit: cujus ingenium, utrum bellicis magis operibus an civilibus suffecerit artibus in incerto est.* Neap.

598. *Quam brevis.*] Profecto brevis: periit in ἀκμῇ ipsa adolescentiae. idem, Vellejus: *Sed illum magna ex parte domitorem Germaniae, plurimo ejus gentis variis locis profuso sanguine, fatorum iniquitas Consulem agentem annum tricesimum rapuit:* non quidem in praelio, sed in morbo. Neap.

599. *Tot sumat nomina.*] *Sumat* meliores. & mox, *torquis ademtae* pro diversâ lectione Ursini liber & quinque alii cum Arundel. plures, *adeptae*, vel *adepti*. *adeptae* Zulich. ut apud Propertium, IV. II. 42.

Torquis ab incisa decidit unca gula.

Atque ita Quadrigarium & Varronem locutos monet Nonius in ea voce. Naevius Iliades libro primo apud Carisium, *Collum marmoreum torquis gemmata coronat.* A. Gellius lib. IX. cap. 13. de Manlio Torquato: *Causam cognominis fuisse accepimus torquis ex auro induviae, quam ex hoste, quem occiderat, detractam induit.* & mox ex Annalibus Claudi Quadrigarii subjungit, *torquem detraxit, eamque sanguinolentam sibi in collum imponit.* Heins.

601. *Torquis ademti.*] T. Manlium Torquatum significat, de quo Cicer. lib. III. de Off. *T. Manlius,*

Magne, tuum nomen rerum mensura tuarum est:
Sed qui te vicit, nomine major erat.
Hoc gradus est ultra Fabios cognominis ullus.
Illa domus meritis Maxima dicta suis.
Sed tamen humanis celebrantur honoribus omnes:
Hic socium summo cum Jove nomen habet.
Sancta vocant augusta Patres: augusta vocantur
Templa, sacerdotum rite dicata manu.

Hu-

Hujus & augurium dependet origine verbi,
Et quodcumque suâ Juppiter auget ope.
Augeat imperium nostri Ducis, augeat annos:
Protegat & vestras querna corona fores.
Auspicibusque Deis tanti cognominis heres
Omine suscipiat, quo pater, orbis onus.
RErpiciet Titan actas ubi tertius Idus;
Fient Parrhasiae sacra relata Deae.

Nam

libro, quem cum eo, quem eruditissimis idem Sigonius Scholiis illustravit, contuli: in quo praeter alia, quae non parvi sunt momenti, locus est integerrimus lib. XXIIX. 11. hic videlicet: *In Consentinum agrum Consules exercitum eduxerunt, passimque depopulati, cum agmen jam grave praeda esset, in saltu angusto à Brutiis jaculatoribusque Numidis turbati sunt, ita ut &c.* Rhenanus autem, cujus conjecturam & emendationem postea idem Sigonius secutus est, cùm in suis libris repperisset; *à Brutiis jaculatoribusque disturbati sunt*; delevit *que* conjunctionem, & legit: *à Brutiis jaculatoribus disturbati sunt.* Hoc, ut spero, non prorsus inutile, lector te scire volui, ut, si posthac aliquis mihi otium faciet, speres fore, ut à me nonnulla ejus libri ope & aliorum, quos conferam, Livianae lectionis emendatiora, quàm quae nunc habentur, expectare possis. CIOFAN. Nam locus, ubi templum exstruendum per augures prius constituitur, semel constitutus dici potest *augustus*, & Diis consecrari. Ad hanc mentem Festus: *Augustus*, inquit, *locus sanctius ab avium gestu; id est, quia ab avibus significatus est: sic dictus sive ab avium gustatu, quia aves pastae id ratum fecerunt.* NEAP.

610. *Sacerdotum.*] Id est *Pontificum*: praeibant enim illi verbis solemnibus in dedicatione cujusvis templi. Livius lib. IX. de Cn. Flavio: *Aedem Concordiae in arce Vulcani summâ invidiâ nobilium dedicavit; coactusque consessu populi Cornelius Barbatus Pontifex Maximus verba praeire, cùm more majorum negaret, nisi Consulem aut Imperatorem posse templum dedicare.* Varro lib. V. de L. L. *Sic enim aedes sacra à Magistratu, Pontifice praeeunte, dedicatur.* NEAP.

610. *Rite dicata manu.*] Non dubie, morem illum tangit, cum postem manu tenebat Pontifex, dum ara aut fanum sacrabatur: quem Valerius insinuat lib. V. cap. 10. *Horatius*, inquit, *Publilius, cum in Capitolio Jovi Opt. Max. aedem Pontifex dedicaret, interque nuncupationem solemnium verborum postem tenens, mortuum esse filium suum audivisset; neque manum à poste removit, ne tanti templi dedicationem interrumperet.* Idem refertur Seneca de eodem Consolatione ad Marciam. Sed pergo ad aliud. NEAP.

611. *Originis urbi.*] Sic habent tres Vatic. & Urs. alii autem & Statii, *Origine verbi*, quod sequor. CIOFAN. *Originis Urbi* in plurimis quoque Heinsius invenit & in prima editione Veneta.

612. *Jupiter auget ope.*] Imitatio Catulli, qui Epigr. LXVIII.

Salve, teque bona Jupiter auctet ope. DOUZ.

614. *Protegat & nostras querna corona fores.*] Vide quae notavi lib. III. Trillium. CIOFAN. Quae eodem die cum Augusti cognomine Octaviano à Senatu concessa Dio lib. LIII. Ὁ δὲ δὴ Καίσαρ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα παρὰ τοῦ δήμου ἐτιμήθη, ἔν τε τοῖς ἄλλοις ἐψηφίσθη οἱ καὶ δάφνινος στέφανος διὰ παντὸς ἐκεῖθεν καὶ ἐς τὸ βουλευτήριον καὶ ἐς τὸ θέατρον φέρεσθαι, καὶ τὸ τῆς οἰκίας αὐτοῦ προπύλαιον δρυΐνοις στεφάνοις καὶ τὰς πύλας ἀμφοῖν τούτοις κοσμεῖσθαι, ἐπειδὴ αἱ, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς πολλοῖς γράμμασιν ἔφη, τὴν σωτηρίαν ἐνέφηνε, ἐψηφίσθη. Huc spectant nummi eidem cuti, quidam cum coronâ ex hac fronde & hisce litteris, OB CIVES SERVATOS: quidam cum aquilâ tenente unguibus quercum & duobus arbusculis à latere: [laurisunt] alii cum orbe & iisdem ramulis, sed hacce inscriptione: PAX ORBIS TERRARUM S. P. Q. R. NEAP. Omnino vestras fores scribendum cum vetustioribus. Trillium III. Eleg. I.

Cur tamen appositis velatur Janua lauro,
Cunjis & Augustas arbor opaca fores?

Unus tamen Vaticanus, *meritas fores.* eleganter. lege, *notas fores.* ut ex Pont. III. IV. 102.

Ipsa potest solitum noscere Roma caput. HEINS.

615. *Auspicibusque Deis.*] *Auspitiisque Dei* unus Heinsii.

615. *Tanti cognominis heres.*] Intellige Tiberium. Suetonius lib. III. cap. 26. *Ac ne Augusti quidem nomen, quamquam hereditarium, ullis nisi ad Reges ac Dynastas epistolis addidit.* NEAPOL.

616. *Omine suscipiat, quo pater, Urbis onus.*] *Orbis* vetustiores plerique. Met. XV. 18.

Ut Deus accedat caelo, templisque colatur,
Tu facies natusque tuus, qui nomina haures
Imposita fert orbis onus.

sic scribendum puto. nam Medicei duo, *urbis onus.* vulgo, *unus onus.* Trist. lib. V. II. 50.

O vir, non ipso quam regis orbe minor.

Vulgata tamen defendi potest lib. II. Trist. 233.

Urbs quoque te & legum lassat tutela tuarum.

lib. II. Fast. 197.

Una domus vires & onus sustinerat urbis.

& Ovidius principio hujus libri Romulum vocat *asternata urbis pater.* & Stat. I. Silv. Sucr. Gall.

Nam prius Ausonias matres carpenta vehebant:
(Haec quoque ab Evandri dicta parente reor.)
Mox honor eripitur, matronaque desinat omnis
Ingratos nullâ prole novare viros.
Neve daret partus; ictu temeraria cacco
Visceribus crescens excutiebat onus.
Corripuisse Patres aulas immitia nuptas,
Jus tamen exemtum restituisse, ferunt.
Binaque nunc pariter Tegeeae sacra parenti
Pro pueris fieri virginibusque jubent.

Scor-

Latius patet inditus urbis de Domitiano. HEINS. Male *suppiciat* editiones Heinsiorum. *Suspicias* Aruntel. quoque elegenter.

617. *Rejicite Titan.*] XVIII. Kalendas Februarias sunt ferine sacra Carmentalia; non iterum priori Carmentae, sed ejusdem duabus sororibus: quarum una Porrima, altera Postverta nominata. Causa novati sacri subsequitur. NEAPOL.

618. *Sacra rebota.*] *Relicta* nonnulli libri. male. vid. ad lib. II. 532. & ad Remed. Amor. 593. *protata* Bernens.

619. *Matres Carpenta vehebant.*] Datus nuptis hic honos paulò post captos Veios. Assignanda erat Apollini decima urbis & agri capti, quam vovebat in eo bello Camillus: negotium datum Tribunis militum consularibus; cumque in aerario copia non esset, *Matronae*, inquit Livius libro V. *coactibus ad eam rem conferendam habitis, et communi decreto pellicibus Tribunis militum, aurum et omnis ornamenta fini in aerarium deferrent.* Grata ea res, ut quae maxime Senatui imperatum fuit: honorumque id cum munificentiam ferunt matronis habitum, ut plenis ad sacra ludosque carpentis festo profestoque utantur. Silvit id Plutarchus, aliamque mercedem recenset eis habitam in his: Καὶ ταῦτα μὲν ἐν ἑορταῖς διδόασιν τιμὴν ἐρίσασαι, ἐκείνου δὲ θάνατον, ὅτου τοῖς ἀνδράσι, καὶ νῦν γυναῖκες λαγῷ δ' ἀχθεσθεῖσαι τοῦτο ἐψηφίσαντο, τὰς ἐπὶ τοῖς τεκνοποιοῖς τιμὰς ἀπολαμβάνειν, NEAPOL.

619. *Carpenta vehebant.*] Haec similia canalibus Spartianorum vestigiata; et quibus Didymus: Αἱ γὰρ ἐπὶ ἁμαξῶν καμπτῆρσιν οὐκ ἔχουσαι ἐφέρουσι. pontifex etiam hic scribere, *Sed ἁμαξῶν*: non ejusmodi vehicula ἁμάξας legi dicta à Festo lib. X. cap. 12. Erat enim ἅμαξα currus ligneus tectus, velum habens, quem exponit Hieron. *ad Isaiam* LXVI. 20. hinc rotarum administrum non habet, & à servis sive pari burdonum portabatur, unde ἁμαξᾶται dicti legi in Hesychio, *infima mancipia*. Utraque lectio tolerari potest. NEAPOL.

620. *Evandri dicta parente reor.*] Vult à Carmentâ nomen inditum carpentis: quae Dea si verò dicta à carmine, ut suprà nos ad illud,

Ipsa mone, quae nomen habes à carmine ductum,

qui in hoc veri umbra? Carpentis certè nomen est à carpendis & scindendis lignis, è quibus constabant: hinc fabros lignarios *carpentarios* prisci appellarunt, Hispani hodie *carpinteros*. NEAP.

621. *Mox honor eripitur.*] Exstat haec memoria apud Plutarchum in Quaestionibus Rom. Λέγεται γάρ τις λόγος ὡς ὀκταιδέκατον ὑπὸ τῆς βουλῆς αἱ γυναῖκες ἐχόμεναι χρῶνται ζεύγεσι, συνιδοῦσι δόλιόν τι καὶ κακοήθες μὴ κυοφορῶσι μᾶλλον τοὺς ἄνδρας, ἀγχόνῃ δ' ἀπηγμένου τοῦ ἐπιτηδεύματος ἢ φαύλου ὑπόπτου τοῖς πολιτικοῖς τὸ δ' Καρμέντης ἦρα ἐδόκουν. Sed in hoc per id tempus Porrimae & Postvertae faciebant. NEAPOL. *Par honor* Valetn.

622. *Nulla prole.*] Neque masculâ neque femina. NEAP.

622. *Novare viros.*] Quidam ex vetustioribus; *juvare*, perperam. Dixi de hoc loco ad Epist. IV. 56. HEINS. *Juvare mares* Bernens. *juvare manus* Mazar. *juvare Deos* Morell.

623. *Ictu temeraria cacco.*] *Certo* duo libri. Male: vid. II. Amor. XIV. 4. *recto* Bernens. sed & hoc glossatoris est.

624. *Crescens onus.*] Τὸ ἔμβρυον, quod & *ipsa* Juvenal Satyrâ II.

Cum toti abortivis fecundam Julia vultum
Solvarat, & patrios similes effunderet ossa.

Domitianum carpit, qui Juliam, Titi fratris filiam, incestavit. Tota historia. NEAPOL.

626. *Jus tamen ereptum restituisse, ferunt.*] Tres Vatic. & Statii, *jus tamen exemptum*. Urs. verò, *Excepium*. CIOFAN. *Amisum* Ursini, Zulich. Mazar. Voss. Arond. & sex alii. Petavianus, *exertum*. tres, *exceptum*. Reliqui omnes, *exemtum*, pro ademtum. quod sequor. HEINS. *Ablatum* Bernens. sed *exemptum* retinendum: ita in edicto Praetoris,

Scortea non illi fas est inferre sacello,
Ne violent puros exanimata focos.
Si quis amas ritus veteres, adsiste precanti:
Nomina percipies non tibi nota prius.
Porrima placantur Postvertaque, sive sorores,
Sive fugae comites, Maenali Nympha, tuae.
Altera, quod porro fuerat, cecinisse putatur:
Altera versurum postmodo quidquid erat.
CAndida te niveo posuit lux proxima templo,
Quâ fert sublimes alta Moneta gradus:

Nunc

toris, ex quibus cautis majores in integrum restituuntur, *actio exemta* dicitur, si desiit agere posse l. 26. §. 4. & 5. ff. ex quib. caus. major. ita *exemtum jus* carpenti erat, cum desierint eo posse uti ita *eximere religionem* Liv. IV. 31. & *negligentia divini cultus exempta* V. 31. HEINS.

629. *Fas est inferre sacello.*] Observato & id in aliis facilitatum. Varro lib. VI. de L. L. *Scortari est, sarpire meretriculam ducere, quae dicta à pelle: id enim non solum antiqui dicebant scortum; sed etiam nunc dicimus scortea ea, quae ex corio & pellibus sunt facta. Inde in aliquot sacris ac sacellis scriptum habemus, Ne quid scorteum adhibeatur, ideò ne morticinum quid adsit.* Ex hac superstitione summae curae fuit veteribus, ne Flaminicae ὑποδήματα sive σανδάλια ex morticino corio gestarent. Festus: *Mortuae pecudis corio calceos aut soleas fieri Flaminicis nefas habetur; sed aut occisae aliquot, aut immolatae, quoniam suâ morte extinctis omnia funesta sunt.* & Servius: *Sanè Flaminicae non licebat neque calceos neque soleas morticinas habere.* Dicitur quid *morticinum*. Graecis est νεκύβρυον, sive νεκύσπαρτον, scorteum verò ἐκόντιον, ἐκρμάτιον ex eo fecere Latini *scortiscum* & *scordiscum*; quod Glossis *ephippium*, quia illud è pellibus. NEAPOL. De illis vide Salmas. ad Spart. Hadrian. cap. III. & Lampr. Alex. Sev. 27. *fas est intrare* tres libri. *non nisi* etiam duo.

630. *Ne violent puros exanimata focos.*] Sic in iisdem libris. In aliis verò ex eadem bibliotheca & Statii, *Exta cremata*. Superiorem amplexor lectionem. CIOFAN. Veterimus Zulich. *Ne tenment*. Scribe, *Ne temerent*. *Temerare* idem quod violare res sacras Ovidio. vide Notas Am. I. Eleg. VIII. & Pont. II. El. II. 56. 27. HEINS. *Extenuata* unus. *Exteromata* Vossian. quod quid velit nescio.

633. *Porrima placatur.*] Nemini, si memini, sic dicta: nam aliis *Prosa*, quibusdam *Prorsa*, sive *Antevorta*: alteram *Postvertam* appellatam omnes conficiunt. Vetus inscriptio: (Gruter. L. IX.) DEO MERCURIO ET POSTVERTAE C. ANTIVS TITI FILIVS EX VOTO. NEAPOL.

634. *Postvertaque.*] In nonnullis, *postvertaque*, NAUGER. Sic omnes libri veteres, quam lectionem agnoscit etiam hic Marius. mox, *Maenali Nympha*, Statii liber. CIOFAN. *Placatur* bene quinque libri. Sequenti versu rectè, *Maenala Nympha* pro *Diva* octo codices. Virgilius certe Carmentam bis *Nympham* appellat lib. VIII. Malim etiam *Postverta*, ut apud Macrobium lib. I. Saturn. cap. 7. etiam Servio ad lib. VIII. Aeneid. 336. ubi *Postvota* pro *Postverta* male scribitur. *Postverta* tamen est in veteri inscriptione apud Gruterum pag. 50. si lapis sincera fide descriptus est, DEO MERCURIO ET POSTVERTE C. ANTIUS TITI FILIUS EX VOTO. meminit & harum Dearum Tertullianus ad Nationes lib. II. cap. 11. sed locus est mutilus. Servius alteram sororem *Porrimam* cum Ovidio vocat, quae Gellio est *Prosa*, *Antevorta* Macrobio. quare frustra est Illustrissimus Neapolis, qui *Porrimam* ab uno Nasone dictam arbitratur. has autem Deas a parientibus invocatas fuisse ex A. Gellio dicimus Noct. Atticar. lib. XVI. cap. 16. HEINS. *Placatur povortaque* Bernens.

635. *Altera, quod porro fuerat.*] Porrima scilicet: ideo sic dicta, quia caneret omne praeteritum, Postverta verò futurum. Macrobius: *Has enim ideò veteres coluere, quòd ea omnia intelligi oportere existimarent, quae praeterita & futura essent; quâ ex re comites divinitatis eas appellaverunt.* Subsistat hoc: nunc ad quid harum Dearum cultus ob matronarum abortus, si tantùm vaticinae? quare neque nostri neque Macrobii etymon perplacet; & melius, meo judicio, Varro apud Gellium: *Quando igitur contra naturam sorte conversi in pedes, brachiis plerumque didactis reniti solent, aegritudo tunc mulieres cruciatur; hujus periculi deprecandi caussa aras statutae sunt Romae duabus Carmentibus: quarum una Postverta nominata est, Prosa altera, à recti forwardque partus praestate & nomine.* Hoc approbo & sequor. NEAP. Debet hic *porro* significare praeteritum. atqui Donatus ad Terent. Andr. Prol. *porro* dicit esse in futurum, & ita ille Poëta & alii saepe utuntur. idem notat Charis. II. Inst. Grammatic. pag. 190. qui & pro *longe* poni docet, unde videtur Marius hoc loco in-

Nunc bene prospicies Latiam, Concordia, turbam:
Nunc te sacratae restituêre manus.
Furius (antiquum) populi superator Hetrusci
Voverat, & voti solverat ante fidem.

Caussa,

Caussa, quod à patribus sumtis secesserat armis
Vulgus; & ipsa suas Roma timebat opes.
Caussa recens melior. passos Germania crines
Porrigit auspiciis, Dux venerande, tuis.

Inde

[illegible] fictionem suam sumsisse, qui *longe ante* [illegible] sed significationis ejus exemplum quaero. [illegible]

636. *Aliter venturam postmodo quicquid erat.*] [illegible] etymon hoc rectius quadret, quidam codices [illegible], *postvenra* pro *postvorta*. Sed omnem scrupulum tollunt Zulich. & Menten. in quibus, *venturum postmodo quicquid erat*. HEINS.

637. *Postulit lux proxima templo.*] XVII. Kalendas Februarias templum Concordiae dedicatum. NEAPOL.

638. *Quae fert sublimes.*] Ostendit situm, inter forum scilicet & Capitolium regione VIII. prope aedem Junonis Monetae; de qua nos suse ad VI. Dixit *sublimes*; quia ad hanc à templo Concordiae centum gradibus conscendebatur. NEAPOL.

640. *Sacratae restituere manus.*] Lege ex omnibus libris scriptis, *constituere*. CIOFAN. Has puto Pontificum, nisi animi fallor. De more vide nos supra. *Constituere manus* proba omnino lectio; [illegible] alii *restituere*, quo sensu, si primam aedem Concordiae struxit hic M. Furius Camillus? auage Bersmanne, & quicumque sine pudore sic legis. NEAP. *Restituere* Ursini, Naugerii, Zulich. Mazar. & sex alii. & recte. de Tiberio enim & Livia agit, de Camillo mox acturus. Immerito igitur vapulat Neapoli Bersmannus, qui illam lectionem probet. pro *prospicies* multi codices, *propitiam*, [illegible], *prospicias*. [illegible] *Nunc te* quatuor libri, *Hic te*, [illegible], *Hinc*. Forte legendum:

Ut bene prospicias Latiae Concordia turbae,
Hic te sacratae restituere manus. HEINS.

641. *Furius antiquum populi superator Hetrusci Voverat.*] Non [illegible] lectio, quae est in tribus [illegible] & Ursini: *Furius antiqui*, etc. Recte superior [illegible] Marsus hunc esse M. Furium Camillum, [illegible] V. C. CCCLIII. dictator fuit bel[illegible] (hodie *il paese dove è Pancano*) [illegible] M. Manlio Coss. Livius lib. V. [illegible] Aliquot inest, *antiquum*: forte ad discrimen [illegible] Furii junioris, seu verius filii, qui [illegible] Sp. Furius Camillus, & eo fratre tamen [illegible] Romae creatus. Meus priscae editionis codex habet, *antiquum*: hoc est, olim [illegible] Hetrusci populi [illegible]. Porius repro[illegible], in quibus *antiquum*, fit epitho[illegible] à voto ad tempus primi lapidis positi [illegible], non anni, ut edi[illegible]. *Furius antiquum* [illegible] veteriores

libri. Alii, *antiquus*, *antiqui*, *antiquo*. Recte omnino Neapolis, *antiquum* ex suo codice. neque aliter duo ex nostris. sic *indignum*, *mirum*, & similia apud poëtas. vide Notas Amor. lib. I. Eleg. VI. pro *solverat ille*, Ursini, Naugerii, Zulich. Mazar. tres Farnes. unus Patavinus, *ante*. & hoc bene. HEINS. *Fecerat ille fidem* duo libri. male, vid. ad. XI. Met. 135.

142. *Voverat.*] Voti caussam posteà subdam; votum nunc certius volo habeas è Plutarcho in Camillo: Τοὺς δὲ βουλευτὰς, inquit, ἀναλαβὼν ἐβάδιζεν ἐπὶ τὴν σύγκλητον. καὶ πρὶν εἰσελθεῖν, μεταστραφεὶς εἰς τὸ Καπιτώλιον, ηὔξατο τοῖς θεοῖς κατευθῦναι τὰ παρόντα πρὸς τὸ κάλλιστον τέλος. ὑποσχόμενος ναὸν Ὁμονοίας κατασκευάσειν τῆς ταραχῆς καταστάσης. & post pauca addit idem Scriptor: Τῇ δ' ὑστεραίᾳ συνελθόντες, ἐψηφίσαντο τῆς μὲν Ὁμονοίας ἱερὸν, ὥσπερ ηὔξατο ὁ Κάμιλλος, εἰς τὴν ἀγορὰν καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἄποπτον, ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις ἱδρύσασθαι. Nec potuit differri dedicatio ad Tiberii aevum, ut malè suadet Fanensis verè fungus: nam Furius aedem vovit anno CCCLXXXVI. Tiberius suam Concordiae consecravit anno DCCLXIV. intersunt anni CCCLXXVIII. NEAP.

643. *Sumptis secesserat armis Vulgus.*] Petebat enim, ut non jam duo Consules patricii, sed alter nobilis. alter è plebe crearetur. Summa fuit hac de re dissensio; sed obtinuit vulgus. Livius lib. VI. *Propè ad secessionem plebis res terribilesque alias minas civilium certaminum venit: cum tamen per Dictatorem conditionibus sedatae discordiae sunt, concessumque à nobilitate plebi de Consule plebeio, à plebe nobilitati de Praetore uno, qui jus in urbe diceret.* Factus igitur è plebe Consul L. Sextius, datus ei è Patriciis collega L. Æmilius Mamercus. contigit id anno CCCLXXXVII. de quo idem lib. VII. *Annus hic erit insignis novi hominis Consulatu, insignis novis duobus Magistratibus, Praeturâ & curuli Aedilitate: hos sibi Patricii quaesivere honores pro concesso plebi altero Consulatu. Plebes Consulatum L. Sextio, cujus lege partus erat, dedit: Patres Praeturam Sp. Furio M. filio Camillo, Aedilitatem Cn. Quintio Capitolino & P. Cornelio Scipioni suarum gentium viris gratiâ campestri dederunt. L. Sextio collega ex Patribus datus L. Aemilius Mamercus.* In Livio nulla mentio templi; sed, ob redactos in concordiam ordines, ludos inquit magnos decretos, feriisque Latinis diem unum ad triduum additum: quod non filuit Plutarchus in Camillo. NEAPOL.

643. Se

643. *Secesserat.*] *Decesserat* quatuor ex melioribus. an *desciverat*? quale mendum etiam ex Claudiano sustulimus sexto Consulatu Honorii vs. 252. sed vulgata scriptura bene se habet. HEINS.

644. *Roma timebat opes.*] Fortè adludit ad leges, quas Tribuni Pleb. tunc promulgarunt adversus bona Patritiorum pro vulgi commodis: tres fuere, & hae: una de aere alieno, ut deducto eo de capite, quod usuris pernumeratum esset, id quod superesset triennio aequis portionibus persolveretur: altera de modo agrorum, ne quis plus quingenta jugera agri possideret: tertia, ne Tribunorum militum Comitia fierent, Consulumque utique alter è plebe crearetur. hanc lucem quoque Livio debemus. NEAPOL.

645. *Caussa recens melior.*] Mentio nunc fit de novo templo Concordiae; ni meliùs de veteri aliquo refecto, quod dedicavit Tiberius, non ob populi dissensionem, sed ob devictum Illyricum & auctas Romanas opes. NEAPOL.

645. *Sparsos Germania crines Corrigit.*] Id est, tu in caussa (subvereor ut fallar) ne eae gentes vires propagarent: nam, perdomito toto Illyrico, quod patet inter Italiam & regnum Noricum, & Thraciam, & Macedoniam, interque Danubium flumen & sinum maris Adriatici, Germanos jungi Pannoniis non sivisti, qui animos sumpserant ob mortem Quintilii Vari & ejusdem deletas tres legiones. *Quas ob res*, inquit Suetonius, *triumphus ei decretus est multique & magni honores. Censuerunt etiam quidam, ut Pannonicus, alii ut Invictus, nonnulli ut Pius cognominaretur; sed de cognomine intercessit Augustus, eo contentum repromittens, quod se defuncto suscepturus esset.* Triumphus tamen ille non statim, sed biennio praeterito celebratus: eâ enim tempestate urbs tota clade Varianâ affligebatur. NEAPOL. Scripti novem, *passos*. bene. Petavianus & quatuor alii, *pansos*, Tristibus, IV. II. 43.

Crinibus en etiam fertur Germania passis.

infra lib. II. 813.

—— *Passis sedet illa capillis.*

lib. III. 219.

Ut medium campi passis teigere capillis.

sic vetustissimi Codices, ut & lib. IV. 457.

—— *audire solemus*
Threïcias passis Maenadas ire comis.

lib. V. 453. *passis Acca capillis.* initio Tristium:

Hirsutus passis ut videare comis.

quomodo & illic veteres libri. sic & alibi frequenter Naso; ut suis locis dicetur. pro *Porrigit* multi ex scriptis, *Corrigit*. alii, *Colligit*. Helmaestadiensis, *Corripit*. Τὸ *colligit* etsi in tribus tantum minoris rei apparet, tamen non est de nihilo. Germanorum enim crinis in nodum vinctus Senec. Epist. uit. *Quid capillum ingenti diligentia comis? cum illum vel effuderis more Parthorum, vel Germanorum nodo vinxeris.* nec tamen omnes Germani. vide Salmasium de Coma p. 271. & *colligere* elegans & usitatum bonis scriptoribus. Noster ipse in Amoribus lib. I. eleg. II.

Colligere incertos & in ordine ponere crines
Docta neque ancillas inter habenda Nape.

Met. III. 168.

Ismenis Crocale sparsos per colla capillos
Colligit in nodum, quamvis erat ipse solutis.

Ennodius Epithalamio Maximi:

Colligit in nodum passos lux aurea crines.

Captivi vero tondebantur. quo alludit Naso. hinc & *Africam tonsam* dixit Propertius IV. XI. 38. pro victa Noster Amor. lib. I. Eleg. XIV.

Jam tibi captivos mittet Germania crines:
Culta triumphatae munere gentis eris.

Claudian. lib. I. in Eutrop. 381.

Militat ut nostris detonsa Sycambria signis

IV. Conf. Honor. 447.

Ante ducem nostrum flavam sparsere Sygambri Caesariem.

HEINS. Nihil muto. Marsus vero, quem hic compilat Neapolis, *sparsos crines* explicat fusas vires Germanorum, quorum pauci in Germania manserunt, sed sparsi fuere. inepte, si quid video: *porrigere* vero rectum. nam hoc verbum usurpatur proprie de victis, ut II Trist. 227. *Nunc porrigit arcus Parthus eques.* & inf. lib. V. 533. *victos porrigit arcus*, sic unaquaeque gens illa victoribus suis *porrigere* fingitur, quibus est insignis, ut Germania crinibus. porrigit vero ad tonsuram; unde feminas Romanas se ornasse vidimus in Amorum & Artis Amatoriae libris. & forte crines detonsos Augustus libavit, ut notat vox *inde*. BURM.

647. Lib.

Inde triumphatae libasti munera gentis;
Templaque feciti, quam colis ipse, Deae.
Haec tua constituit Genetrix & rebus & arâ,
Sola toro magni digna reperta Jovis.
Haec ubi transierint; Capricorno, Phoebe, relicto,
Per juvenis curres signa gerentis aquam.

Septi-

641. *Libasti munera gentis.*] Ex Historicis, qui inquit, prandium mille mensis, & congiarium trecenos nummos vinitim dedisse ex manubiis hostilcis. Neapol.

642. *Templaque feciti.*] Dio Cassius lib. lvi. Τὸ ἱερὸν τῆς Ὁμονοίας ἐπὶ τῷ Τιβερίῳ κατεσκευάσθη, τοῦ αὐτοκράτορος αὐτοῦ τὰ πολλὰ τῶν χρημάτων ἐκ τῶν Δαλματικῶν λαφύρων ἐσενεγκόντος. Idem & Suetonius in eodem: *Dedicavit & Concordiae aedem, item Pollucis & Castoris, suo fraterique nomine de manubiis.* Ea his nova operis id templum a Tiberio exstructum modum elicio: nam licet inferat Editorum de manubiis, impensis quoque seio pertinebat in dedicationes aedium sacrarum necessarias fuisse, ut docet me lapis Spoletinus Inscriptionum antiq. pagina MLXXII. verum omnem scrupulum tollit Cassius lib. lv. *Tiberius*, inquit, *Kalendis Januariis, quibus Consulatum iniit cum Cn. Pisone, in Capitolio ceriam [haec coena erat extra pomerium] convivio fecerat, fanum Concordiae filiumque ipse restituturus inimasti: ut suo id & Drusi nomine inscriberet.* id vero, ut vides, percepit Tiberius post annum XVII. illius victoriae occasione. Neap.

643. *Quam colis ipse.*] *Quae colis* multi codices. tres, *quae colis ipse.* Mazar. *quam colis ipsa.* Zalich. *quae colat ipsa.* Forte, *quam colas ipsa*, nempe Germania. Heins.

644. *Haec tua.*] *Haec tua* Mazar. & Arundel. & alius. ut intelligat Concordiam. & forte Livia conditrix aram in aede Concordiae, quam rebus ipsis Augusto exhibuit, ut jam suspicatus est Antonius Pancirolus. nec tua Excerpt. Klockhovii. Burm.

645. *Et rebus, & ara.*] Partem refectionis Liviae matri Noster attribuit. Neapol.

646. *Toro digna reperta Jovis.*] Eandem pari adulatione sic prosequutus lib. II. Tristium Elegia quarta ad Augustum:

Livia te vitam sociali jungeret auro:
Digna, nisi te, nullo conjuge dotta fuit.
Quae si non esset, coelebs te vita deceret:
Rullaque, cui posses esse maritus, erat.

Neapol. *reperta Jovi* pr. Vatican.

647. *Magni Jovis.*] Antiquos Caesares Deos & Jovis appellatos cui non audivit? ipsimet suas Principes dictas dicere. Edi l. III. C. de Privilegiis dicens dispositae est rei privatae. Neapol.

647. *Haec ubi transierint.*] XVI. Kalendas Februarias Nostro ut Solis transitus in Aquarium, Ptolemaeo XVII. sed & Plinio etiam XVI. sic enim ille lib. XVIII. cap. 26. *Et cum Sol in Aquarium fenitur transire; quod fere XVI. Kalend. Febr. evenit.* Cum hoc signo quantum Zodiacus emergat vide apud Hipparchum lib. III. ad Arati & Eudoxi Phaenomena. Neapol. *Transieris* primae editiones & duo scripti. totidem, *transierit.* Lego, *Nox ubi transierit.* sic infra lib. II. 639.

Nox ubi transierit, solito celebratur honore,

lib. IV. 165.

Nox ubi transierit, tacitumque rubescere primo
Coeperit.

atque ita frequenter in his libris. *Haec* paulo ante praecesserat. inde natus error. Posset etiam legi: *Lux ubi transierit.* Heins.

652. *Signa regentis aquas.*] *Aquam* scripti. Lege, *gerentis aquam.* Nam *urniger* Aquarius dictus passim poëtis. Heins. Catal. Scaligeri p. 164. *Quique urnam gerit.*

653. *Septimus hinc oriens.*] X. Kalendas Lyra occidit occasu helitico. Neapol. *Ortus* Arund. male. *oriens* est fol. vid. ad Calpur. Decl. 11.

653. *Se demiserit.*] *Se dimerserit.* Arundel. & Vossian. *commiserit* Thuan.

654. *Toto jam lyra nulla polo.*] Multi ex scriptis, *nullo polo.* Forte, *furvo polo.* de qua voce Met. III. vel *pullo*, vel *falvo.* Heins. *Fulgebat* Bernens. & Sarravii.

655. *Sidere ab hoc, ignis.*] IX. Kalendas clara stella in pectore Leonis occidit. accipe de occasu cosmico. Columella scribit die Januarii XXVII. immergi. Neapol.

657. *Fastos.*] *Fastus* unus Farnesianus, ut dixi supra initio libri primi. Heins.

658. *Nec Sementiva est ulla reperta dies.*] Qui poterat, si sementinae feriae sunt è conceptivis? hinc Varro: *Sementinae feriae dies ii, qui à Pontificibus dicitur.* clarius Macrobius primo Saturn. *Et sunt stativae universi populi communes certus & constitutis diebus ac mensibus, & in fastis notis observationibus annotatae: in quibus praecipue feruntur Agonalia, Carmentalia, Lupercalia. Conceptivae sunt, quae quotannis à Magistratibus vel Sacerdotibus concipiuntur in dies vel certos vel etiam incertos: ut sunt Latinae, Paganalia, Sementinae, Compitalia.* Neapol. *Sementinae* Arundel. Laeti & quinque alii. *Sementiva* septem. Urfini, Petavian. & decem alii. *Sementia.* Voss. *Sementitia.* Sed apud Varron. lib. I. cap. II. bis *Sementivae feriae* occur-

Septimus hinc Oriens cum se demiserit undis;
Fulgebit toto jam Lyra nulla polo.
Sidere ab hoc, ignis venienti nocte Leonis
Qui micat in medio pectore, mersus erit.
Ter quater evolvi signantes tempora Fastos;
Nec Sementiva est ulla reperta dies:

Cum

occurrunt, quae Festo sunt *Sementinae.* & illic in duobus codicibus bibliothecae Leidensis, *Sementivae.* quomodo in Varronis quoque ac Catonis exemplaribus scriptis exstare monet Petrus Victorius. hinc & *pira sementiva* Catoni ac Plinio lib. XV. ut recte libri veteres, & *frumenta sementiva* eidem Plinio lib. XVIII. cap. 7. Varro lib. V. L. L. *Sementinae feriae, dies ii, qui à Pontificibus dictus, appellatus à Semente, quod Sationis causa suscipitur.* Scribe, *Sementivae feriae, dies ii, qui à Pontificibus indicitur, appellatae à semente. indicitur* in Varrone scribendum esse ex hoc Nasonis loco satis apparet. *Sementivae* quoque dicuntur Macrobio lib. I. Sat. in veterrimo codice Neapolitano. antiquissimus liber Columellae, qui Lutetiae ad D. Germani adservatur L. IVNI MODERATI COLVMELLAE REI RVSTICAE LIBER PRIMVS EXPLICIT: INCIPIT II SEMENTIVVS LIBER SECVNDVS HAEC CONTINET. idem codex initio libri tertii L. IVNI MODERATI COLVMELLAE REI RVSTICAE LIBER II SEMENTIVVS INCIPIT. tres sequentes libri in eodem codice SVRCVLARES inscribuntur. *Sementivae* autem dictae a *Semente.* Cicero Catone majore. cap. XV. *Quae cum gremio molito ac subacto sementem excepit.* sic optimus meus codex. vulgo, *mollito*, & *semen.* Heins.

660. *A fastis.*] *A sacris* Putean. alter. *in fastis* Excerpt. Klockh.

661. *Sic tempore certo.*] Semen ubi jactum: à quo inditum dei nomen. Repeto iterum locum Varronis: *Sementinae feriae, dies ii, qui à Pontificibus dictus, appellatus à Semente, quod Sationis causa suscipitur.* Pompejus Festus: *Sementinae feriae fuerunt institutae, quasi ex iis fruges grandescere possent.* Neapol. *Tempora certa* multi ex melioribus. recte. & pro *fastis* Ursini codex aliique nonnulli, *sacra est.* nonnulli, *sacri est*, *sacro* Petavianus, Mazar. & unus Moreti. probe. sequenti versu, *Seminibus laetis* multi ex vetustioribus. Heins. *Seminibus laetis* Arundel. a. m. pr. prior Vatic. & quinque alii. venuste. ut *laetae segetes* & similia. sic apud Colum. II. de R. Rust. 2. *Aut in maritimis aevis salinarum gigni posse laeta frumenta.* Ita Cod. S. Germani. vulgo etiam, *jacta.* Burm.

663. *State Coronati.*] Putavi olim pro vincire hîc *coronare* intelligendum; quasi, State vincti ad praesepe: moris eram inficis, ex quo boves feriis serto fusio per cornua labore vacabant. Tibullus lib. II. Elegia primâ:

Luce sacra requiescat humus, requiescat arator,
Et gravi suspenso vomere desset opus.
Solvite vincla jugis, nunc ad praesepia debent
Plena coronato stare boves capite.

Membranae quaedam habent, *veritae stare boves.* Utrumque admitti potest; sed primum magis redoleo mollem suum vatem. Observa, lodices, obiter nostrum Ovidii carmen ab hoc ultimo Tibulli haustum. Neap.

664. *Vere rediit opus.*] Maro, rei rusticae peritissimus, primo Georgicôn:

Vere novo, gelidus canis cum montibus humor
Liquitur, & Zephyro putris se gleba resolvit;
Depresso incipiat jam tum mihi taurus aratro
Ingemere, & sulco attritus splendescere vomer.

Uni & alteri vati lux erit à Columellâ lib. II. cap. 2. de Re Rusticâ. Neapol. *Dum tepido* volebat Francius.

665. *Rusticus.*] *Villicus* Ursini liber & unus Patavinus. sequenti versu, *frigida humus*, non *frigore* idem Ursini, Zalich. Mazar. & decem alii. bene. Heins. *Suspendit* etiam multi. *paulo suspendit* Bern. & Putean. alter.

665. *Palo suspendit aratrum.*] Palus hîc idem quod στάσις. Neapol.

665. *Suspendit aratrum.*] Hoc, & instrumenta alia, si operi rustico jam usui esse non poterant, in triviis collocabantur. Ratio apud Scholiasten A. Persii ad illud Satyrae IV. *pertusa compita.* in his: *Fratta inga ab agricolis ponuntur, velut ab emeritis; quod est elaborati operis indicium, sive quod omne instrumentum existimant sacrum.* Neap.

667. *Villice da requiem terris.*] Apte praecipit villico, finat oriari familiam post jactam sementem: nam id villici erat munus, qui cuncto operi rustico praerat; unde *villicari*, villae praeesse, dixerunt veteres. Pomponius apud Nonium Marcellum: *Nam longè ab urbe villicatur, quo herus raro venit, non villicatur, sed dominari mâ sententiâ est.* Turpilius in eodem: *Hic villicor ante urbem, nunc rus eo.* Comperi etiam *villicum* pro quolibet custode seu praefecto à poëtis receptum. In Priapeis lego:

Villicus aerari quondam, nunc cultor agelli.

Apud Juvenalem Satyrâ IV. Pegasus praefectus urbi & *villicus* dicitur. Neap.

Cum mihi, fenfit enim, Lux haec indicitur, inquit;
Mufa, quid à Faftis non ftata facra petis?
Utque dies incerta facro, fic tempora certa;
Seminibus jactis eft ubi foetus ager.
State coronati plenum ad praefepe juvenci:
Cum tepido veftrum vere redibit opus.
Rufticus emeritum palo fufpendat aratrum:
Omne reformidat frigida vulnus humus.
Villice, da requiem terrae, femente peractâ:
Da requiem, terram qui coluere, viris.
Pagus agat feftum. pagum luftrate, coloni;
Et date paganis annua liba focis.
Placentur matres frugum, Tellusque, Ceresque,
Farre fuo, gravidae vifceribusque fuis.
Officium commune Ceres & Terra tuentur.
Haec praebet cauffam frugibus, illa locum.

675 Con-

667. *Semente peractâ.*] Sparfo frumento fequebatur ultima aratio, poft hanc longa quies terris. In ea ratione boves *lirare* dicebantur, ut in aliis, *profcindere & offringere terram*. Servius: *Cum primo agri arantur, quando duri funt, profcindi dicuntur; cum iterantur, offringi; cum tertiantur, lirari*. Varro libro primo de Re Ruftica: *Terram cum primum arant, profcindere appellant; cum iterum, offringere dicunt, quod primâ aratione glebae grandes folent excitari: cum iteratur, offringere vocant; tertio, cum arant jacto femine, boves lirare dicuntur: id eft, cum tabellis additis ad vomerem, fimul & jactum frumentum operiunt in porcis, & fulcant foffas, quo aqua pluvia delabatur*. Porca terra eminens inter duos fulcos; unde *Imporcitor* ex Diis unus, qui procerat arationi. NEAPOL.

668. *Requiem, terram.*] *Terras* tres libri. *terrae, quam colere* Vatican. pr. *terrae, & qui* Excerpt. Nicolai.

669. *Pagus agat feftum.*] An ob fementinas feriis ea novi fefti hic mentio, cui nomen fuit Paganalia? certè addubito, fed magis ad Paganalia inclino; quae poft fementinas ferias ftatim puto concipi folita. NEAP.

669. *Pagum luftrate coloni.*] Accenfis fufpicor lychnis acervis, ut in Palilibus. NEAPOL.

670. *Annua liba focis.*] Quivis pagus fuum focum habebat, ex inftituto Servii Tullii. Dionyfius Halicar. lib. IV. [illegible] γραμμάτεα. NEAPOL. *Annua fefta* duo libri. an, *annua ferta*, vel *fercta*. vide fupr. ℣. 276.

671. *Frugum matres Tellusque Ceresque.*] Ut mos erat in praedicto fationis fefto. Varro enim inquit de R. R. *Sementinis feriis in aedem Telluris veneram, rogatus ab aedituo*. NEAPOL.

671. *Ceresque.*] Hanc *Empandam* in Paganalibus facris dictam didicimus ab antiquis. NEAP.

672. *Farre fuo, gravidae vifceribusque fuis.*] Durus concurfus *fuo*, *fuis*. Scribe, *Farre pio*. ut apud Horatium lib. III. Od. XXIII.

Mollibit averfos Penates
Farre pio & faliente mica.

& apud Tibullum lib. III. Eleg. III.

Et vanum in curas hominum genus omnia noctis
Farre pio placant & faliente fale.

Virgil. lib. V. 744.

——— *canae penetralia Veftae*
Farre pio, & plenâ fupplex veneratur acerra.

Arnobius libro VII. *Ut pium far monftrat, quo peragi mos fuit facrificiorum folennium munia*. Sic *ador pium* Nonio. *ador frumenti genus, quod epulis & immolationibus facris pium putatur*. Idem Nonius nefarii proprietatem a Varrone ex eo monet deduci, *quod fceleratis farre uti non liceret*. HEINS. Ita & *tus pium* Noftro III. Ep. 24. & *impia tura* XIV. Ep. 26. ut Menander apud Athen. lib. IV. cap. II.

——— ὁ λιβανώτος εὐσεβὲς
Καὶ τὸ πόπανον. BURM.

675. *Confortes operum, per quas correcta vetuftas.*] Lib. Statii & Fratris: *Confortes fuperis, per*

Confortes operum, per quas correcta vetuftas,
Quernaque glans victa eft utiliore cibo;
Frugibus immenfis avidos fatiate colonos,
Ut capiant cultûs praemia digna fui.
Vos date perpetuos teneris fementibus auctus:
Nec nova per gelidas herba fit ufta nives.
Cum ferimus; coelum ventis aperite ferenis:
Cum latet; aetheriâ fpargite femen aquâ.
Neve graves cultis Cerealia dona cavete
Agmine laefuro depopulentur aves.
Vos quoque fubjectis, formicae, parcite granis:
Poft meffem praedae copia major erit.
Interea crefcat fcabrae rubiginis expers,
Nec vitio coeli palleat aegra feges.
Et neque deficiat macie, neque pinguior aequo
Divitiis pereat luxuriofa fuis.

Et

per quas corrupta vetuftas. Nihil mutandum cenfeo. CIOFAN. Gloffae, *Confortes*, Κοινόβιοι, συγκλήροι. NEAPOL. *Superis* plerique, vel *fuperum*. duo, *operis*. *Confortes fuperi* legebat Carrio lib. II. Emend. 10. & ita Excerpta Voffii. HEINS. *Correcta vetuftas* plurimi libri. de voce *Confortes* vid. ad Vellej. I. cap. 10.

677. *Fructibus immenfis avidos fatiate colonos.*] *Frugibus* caftigatiores magna ex parte. Pont. I. Eleg. IV. fimile mendum fuftulimus. & apud Sidonium Apollinarem Carm. XXII.

Defuper in longum porrectis horrea tectis
Crefcunt, atque amplis anguftant frugibus aedes.

ubi *fructibus* perperam legitur. Vid. ad Ep. XI. ℣. 67. Zulichemianus etiam, *augete colonos* pro diverfa lectione. eleganter. fic *augere opibus, honoribus*, apud optimos Latinitatis auctores. Trift. II. 45.

Divitiis etiam multos & honoribus auctos
Vidi, qui tulerant in caput arma tuum.

Faft. III. 601.

Jam pius Aeneas regno nataque Latini
Auctus erat.

fic & faepe alibi. Apulejus in Apologia: *Quorumdam filias dote auxi*. & poftea: *Ob haec & alia viduae dote auctae procos follicitant*. non ut nunc legitur, *dote aucta*, multo minus *uncta*, & *lauta dote*, quae alii fubftituunt. HEINS.

681. *Serenis.*] Non verius in meo, *fecundis*. NEAPOL. Eadem diverfitas I Trift. I. 51. & IV. 25.

683. *Cerealia dona.*] Alii codices, *rura*, alii, *culta*. Nihil muto. Faft. VI. 391.

——— *jaciunt Cerealia dona.*

Met. XI. 122. *Cerealia dona rigebant*. vide Notas Remed. Am. ℣. 173. Δημήτερος ἀκτὴ apud Hefiodum non femel. HEINS. Sil. Ital. VII. 182.

——— ——— *nulloque cruore*
Pollutâ caftus menfâ Cerealia dona
Attulit.

685. *Subjectis granis.*] *Suppofitis* Gottorph. etiam bene. HEINS.

687. *Scabrae rubiginis.*] *Scabrum* eft quodcumque afperum. *Scabra faxa* dixere Latini impolita. Barbatum & impexum hominem vocat etiam *fcabrum* Flaccus in Epiftolis; è quibus VII. libri primi: ℣. 90. NEAPOL. Petavianus, *Robiginis*, ut dea Robigo intelligatur. vide quae noto lib. IV. ℣. 907. HEINS.

688. *Aegra feges.*] Idem liber Urfini & Maffaei, *ulla feges*. CIOFAN. Legitur & in vulgatis, *palleat aegra feges*. NEAPOL. *Aegra* libri meliores. idque recte. ut apud Virgilium, III. 142.

Arebant herbae & victum feges aegra negabat.

Statius Theb. IV. 702.

Aegra folo macies, tenerique ab origine culmi
Inclinata feges.

ita contra *vivida gemma* lib. III. 238. ubi vide quae noto. pro *feges* etiam *Ceres* duo libri. Symmachus pro ara victoriae, *fecuta eft fames publica, & fpem provinciarum omnium meffis aegra decepit*. fic & lib. IV. 917. VI. 381. 391. III. 666. I Amor. ult. *Dum cadit incurva falce refecta Ceres*. ubi & multi codices, *feges*. & II Faft. 539. *inque mera mollita Ceres*. & ibi quidem *feges*. eadem varietas V. 323. HEINS. *Ufta feges* Francof. a. m. pr. & unus Heinfii; quod amplexus fuiffet Heinfius, nifi praeceffiffet hoc verbum ℣. 680. ita lib. IV. 918.

Et careant loliis, oculos vitiantibus, agri;
Nec sterilis culto surgat avena solo.
Triticeos foetus, passuraque farra bis ignem,
Hordeaque ingenti foenore reddat ager.
Hoc ego pro vobis, hoc vos optate coloni:
Efficiantque ratas utraque Diva preces.
Bella diu tenuêre viros. erat aptior ensis
Vomere: cedebat taurus arator equo.
Sarcula cessabant: versique in pila ligones,
Pactaque de rastri pondere cassis erat.
Gratia Dis domuique tuae: religata catenis
Jampridem nostro sub pede bella jacent.

Sub

Sub juga bos veniat; sub terras semen aratas.
Pax Cererem nutrit: pacis alumna Ceres.
AT quae venturas praecedet sexta Kalendas,
Hac sunt Ledaeis templa dicata Deis.
Fratribus illa Deis fratres de gente Deorum
Circa Juturnae composuere lacus.
IPsum nos carmen deducit Pacis ad aram.
Haec erit à mensis fine secunda dies.
Frondibus Actiacis comtos redimita capillos,
Pax ades; & toto mitis in orbe mane.
Dum desunt hostes, desit quoque causa triumphi.
Tu ducibus bello gloria major eris.

Sola

318. *Nec fa marmoreo pallet adusta gelu.* & ita passim *uri frages* dicunt. & Stat. VII. 225. *Tristique rubigine pallent Ora noto.* Conjecerat &, *uda seges.* Burm.

691. *Oculos vitiantibus.*] Plautus in Milite gloriosо Actu II. Scenâ III.

SC. *Miserum est bolo vicitare te, tam vili victu.*
PA. *Quid jam?* SC. *Quia luscitiosus.* Neap.

692. *Surgat avena solo.*] Dixit *sterilem*, quemadmodum Vates:

Infelix lolium & steriles dominantur avenae.

Ut obiceranti à Servio, Graeci *sterilem* dicunt *silphium* & *asyleiton.* Lolium quoque, ut vides, numeratur inter frumenti vitia; isidem & *aegi.* Neapol.

693. *Passuraque farra bis ignem.*] Nam primò far veteres torrebant; deinde sub molâ in farinam redigebant, parce jam facto, coquebatur iterum in furnis: sic *bis tostum* alibi Naso meus appellat. Nunqu.

695. *Hoc ego pro vobis.*] *Hoc ego p. v. hoc* meliores scripti & veteres editiones.

696. *Efficiantque.*] *Efficiantque* Pataviuus ex melioribus. Ita, ubi I. Vs. 283. ex antiquis codicibus, *Urbes per laudentur per carmina, turba* praecesserat. Sic ut *tosta* erant mox malim. Heins.

697. *Bella diu tenuere.*] *Delere* unus Heinsii, unde ille *deuere* faciebat.

698. *Pactaque in pila ligones.*] Pilum fuit Romanorum antiquum & vetus armamentum: de quo vide quae ad Polybium notavit V. Cl. Justus Lipsius lib. III. Militiae Rom. IV. Sed fefe fallum judicavit Scaliger ad sub urae metam, post illa accurate perpensa, in descriptione illius teli omnes operam luserit, qui Polybium conati illustrare: veteris oculatus & πολυπράγμων Daniel Heinsius in eum quem scripsit locum Casaubono de illius viri dicta. Neapol.

703. *Jam pridem.*] Hoc & illud supra, *Bella diu tenuere viros*, videntur denotare paulam bellorum post victoriam Actiacam. Plutarchus de Fort. Rom. *Μετὰ δὲ τοῦτο τὸν Ἀνανίου, ἀδὴς ἀνάγκην, καὶ διάπλουν οὐ πλέοντι ἔχρι τῆς ἐν Ἀκτίῳ νίκης Καίσαρος, τότε δὲ ἤγγικε τὰ Ῥωμαίων ὅπλα χθόνα οὐ πόλιν.* & pars cujusdam basis Vincentiae reperta: POST PRAEL. ACT. HOSTIB. VBIQ. DEVICTIS. Juvat conjecturam. quod paulò post cingit Pacis crines fronde Actiacâ, ubi sermo de ejusdem arâ. Quos versiculos putavi olim intrusos in mensiruas has metas; quia tunc fortè contigisset ea victoria: (nam quoties numen hoc adoratur in fastis, est rei simulis index, ut in fine tertii, ob victoriam Alexandrinam) non hodie, cum Actiacam pro certo sciam incidisse in IV. Nonas Septembris. Neapol.

702. *Vestro sub pede.*] *Nostro* Arondel. & multi alii. & mox, *praecedes* pro *praecedis* meliores. Heins.

704. *Pax Cererem nutrit, pacis alumna Ceres.*] Infra lib. IV. 403.

Pax Ceres laeta est: & vos orate coloni
Perpetuam pacem, pacificumque ducem.

Ciofan. *Mittit* Muzarin. & tres alii. vid. ad II. Met. 366.

704. *Pacis alumna Ceres.*] Non abeunt hinc ista Albii Tibulli:

— *Pax candida primum*
Duxit araturos sub juga curva boves:
Pax aluit vites, & sucos condidit uvae,
Eruderet ut nato tosta paterna merum.
Pace bideus vomerque vigent; at tristia duri
Militis in tenebris occupat arma situs.

sunt ex Elegiâ ultimâ libri primi. Neapol.

705. *At quae venturas.*] VI. Kalendas Februarias dicata Castorum aedes. Neapol.

706. *Ledaeis.*] *Ledaeis* unus Heinsii, unde ille conjiciebat *Ledaeii.* ut *Phocaicus* Catal. Scal. p. 196. ubi ille male *Phocais*, & Metam. II. 244. & alibi. *Callaicus* inf. VI. 451. malebat etiam Dis Dou-

Douza, ne rhythmus esset. Francius volebat, *Hae S. Ledaeis t. d. di.* Burm.

707. *Fratribus illa dies.*] Sic cusi, sic Mss. vix in hac tibi puritate quod moretur puerum; legunt tamen alii, *Fratribus illa Deis.* Pulchrior mihi vulgata est. Neap. *Dies* scripti plerique. sed male. quod arrisisse nobilissimo Neapoli mirror. vide quae noto ad Elegiam in mortem Drusi vs. 290. Heins.

707. *Fratres de gente Deorum.*] Obscurus & ambiguus esset auctor aedis, ni haec subjunxisset: intelliguntur Tiberius & Drusus. Vide Dionem lib. IV. sub annum DCCLIX. Suetonius lib. III. *Dedicavit Concordiae aedem, item Pollucis & Castoris suo fratrisque nomine.* quasi prior fuerit dedicatio Concordiae: haereo, cum hanc Dio Cassius rejiciat ad annum DCCLXIV. Neap.

708. *Circa Juturnae.*] In regione VIII. Publius Victor in eâdem: *Templum Castorum ad lacum Juturnae.* Neap.

709. *Deduxit Pacis ad aras.*] Melior lectio in tribus Vatic. & Urbini, *ad aram.* Ciofan. Non ad templum, ut voluit Marsus & sui oblitus Josephus Scaliger in Notis ad Manilium; sed ad aram, quae sita in regione Urbis XIV. Magnum sanè discrimen inter aram & templum: nec ullem vidit Nasonis aetas; nec certè paulò post ejusdem fata aliquod fructum. Ait insuper Marsus, hanc eamdem aram, quam vocat templum, auctam à Vespasiano posteà, sed errorem arguunt multa. Ara apud omnes Urbis antiquos Topographos posita in regione XIV. templum Vespasiani in IV. illud item novâ operâ structum; nec aliâ vocâ usus Suetonius in eodem: quod & adnotavit Flavius Josephus lib. VII. de Bello Judaico cap. 24. Sed quare potissimum hic Caesar sacram aedem huic numini primus aedificarit, non alii autem in summa Imperii Romani felicitate, vide causas apud Hieronimum (Italiae nostrae florem) anno Christi LXXVII. Neapol. *Produxit* Benevent. *deducit* multi.

710. *A mensis fine secunda dies.*] Trigesima ergo Januarii ad aras paealis sacrificia allegata: cur id per id tempus Romani fecerint, verum fatear, in re vetustâ & incertâ nihil adfirmem, fine duce ex antiquorum aliquo. Neap.

711. *Frondibus Actiacis comtos redimita capillos.*] Lege ex opt. manuscriptis exemplaribus & optime excusis, *Compos redimita capillo.* idque agnovit Marsus. Ciofan. *Canos* alter Petavianus. quod & alii in suis invenerant. sed nil muto. Ceterum pro *Frondibus Actiacis*, quod codices scripti constantissime tuentur, vir plurimae & admirandae eruditionis, Samuel Bochartus in praeclaro opere de Animalibus S. Scripturae lib. II. cap. 32. *Frondibus Actiacis* contendit legendum. hoc est, olea. quod insigne pacis & inventum Minervae, dum inter illam & Neptunum super nomine Athenis Atticis imponendo certatur. uti ex Mythologis & rerum Atticarum scriptoribus est notum. *Atticam frondem* olivam frequenter à Poëtis dici compluribus ille exemplis adstruit ibidem, quibus illud Senecae ex Furente Hercule 913. addatur licet,

Te ramus oleae fronde gentili tegat
Thesea.

patriam olene & Thesco eandem facit Athenas. At vero, ut à viro tanto dissentire mihi liceat, nihil in hoc Nasonis loco esse immutandum censeo. Nam praeterquam quod membranarum veterum auctoritas pro me militat, ut jam dixi, quodque *Actiacum* & *Actiacum* apud scriptores antiquos promiscue confundi ad epistolam Sapphus vs. 166. demonstravi, de olea haec intelligi nihil necesse est. Immo per *frondes Actiacas* nihil aliud Nasonem intellexisse sum certus quam frondem lauream, Apollini Actio sacram. est autem laurus non minus insigne pacis quam victoriae. Qua de re videantur quae annotantur libro XV. Metam. vs. 751. ubi *pacalem laurum* habes. Eleganter autem & argute Naso imprimis pacem hic inducit lauro Actiaca comptam. Victoriam enim Actiacam orbi Romano reddidisse pacem bellis continuis civilibus

pro-

Sola gerat miles, quibus arma coërceat, arma:
Canteturque feră, nil nisi pompa, tubă.
Horreat Æncadas & primus & ultimus orbis:
Si qua parum Romam terra timebit, amet.
Tura, sacerdotes, pacalibus addite flammis;
Albaque percussa victima fronte cadat.
Utque domus, quae praestat eam, cum Pace perennet,
Ad pia propensos vota rogate Deos.
Sed jam prima mei pars est exacta laboris;
Cumque suo finem mense libellus habet.

profligatam quis nescit? pari prorsus modo, *Amphitheatro frondeam* pro lauro posuit Statius Surrentino Politi. Heins. *Coros* dicit ut diuturnam & quasi perpetuam pacem precetur. In Claudian. IV. Conf. Hon. 563.

——— *piisque resumunt*
Cantibus laeti.

ingeniosissime vero hunc versum de corona navali sive rostrata intelligit Pasqual. de Coron. lib. VII. cap. 2. quae cum arma fierit, qui quaeso *frondibus* locum dare potuit? Adiicias autem frondes recte tamen Heinsius, & ita Apollinem post victoriam & lucrum pace relicta Lyram percutientem inducit Auctor Eleg. in Obitum Maecenatis 59. & seq. Beron.

713. *Deos despat.*] *Deosum* optimi codices & olim edidi.

714. *Gloria major erit.*] Sic iidem libri veteres. Edit. Ciofan. *Adest* alii. *Gratia major* Mazar.

715. *Sola gerat miles, quibus arma coërceat, arma.*] Haec olivum & germana lectio: pectora & prorsus explodenda, quae in quibusdam Mss. exstitisse legitur:

——— *quibus arma coercet: hostes.*

Ciofan. *Quae bella exercet* Barth. Klockh.

715. *Quibus arma coërcet, arma.*] Id belli genus exigat, quod solum ad mutuam propulsandae injuriae *defensionem* inquit Livius, *quibus necessarium: ea pia arma, quibus nulla nisi in armis relinquatur spes.* Neap.

716. *Terra timebit.*] *Turba* Moreti. *timebat* nonnulli.

719. *Placabiles.*] *Placabilibus* Moreti & Aronicel. *placatis* Mss. *placatis* Voss. & quatuor alii. *placabilem* Bern. *placatis posita dicta, nemo unus.*

720. *Percussa victima fronte cadat.*] *Percussa frontem* legebam cum vetustioribus. *Supra*, 317.

Hic ego nunc aperis percussi vulnera tauri.

Trist. IV. El. II. 5.

Candidaque adducta frontem percussa securi:
Victima purpureo sanguine tinget humum.

apud Pers. Sat. V.

Dis depellentibus agnam
Percute.

Juven. Sat. XIV. 286.

Hic bove percusso mugire Agamemnona credit.

Prudentius Hymno S. Vincentii:

His colla mugientium
Percussa taurorum cadunt.

de sacrificiis. alibi *ictu*. ut Met. XV. 467.

Illaque conjectos incalfacit hostia cultros.

ex Pont. IV VIII. 42.

Victima Harpyias injicit icta focis.

lib II. Pont. IX. 26.

Victima pro templo cur cadat icta Jovis?

Propert. libro IV. Eleg. IV.

Et cadat ante meos victa juvenca focos.

Heins. *Profusa* Bernens.

721. *Quae praestat.*] *Quae praestat* Francof. & undecim alii, ut simul votum incidat. sed in Hamburg. cum, *atque domus, pacem quae praestat, pace perennet.*

723. *Prima mei.*] *Mihi* Puteaneus.

723. *Exacta.*] Absoluta, perfecta. sub finem lib. XV. Metamorph.

Jamque opus exegi.

Horat. lib. IV. Carminum:

Exegi monumentum aere perennius.

Alio modo sub finem lib. I. de Arte:

Pars laboris cepti, pars est exhausta laboris.

Ciofan. *Exhausta* etiam hic Sarrarian. Putean. & octo alii. *transacta* unus.

723. *Mei pars est exacta laboris.*] Et nostri aliqua etiam. Τὸ ἥμισυ παντὸς ἄρξη καὶ πέρας. Neapol.

P. OVIDII NASONIS
FASTORUM
LIBER II.

JAnus habet finem. cum carmine crescit & annus.
Alter ut hinc mensis, sic liber alter eat.
Nunc primum velis, Elegi, majoribus itis:
Exiguum (memini) nuper eratis opus.
Certe ego vos habui faciles in amore ministros;
Cum lusit numeris prima juventa suis.
Idem sacra cano, signataque tempora Fastis.
Ecquis ad haec illinc crederet esse viam?
Haec mea militia est. ferimus, quae possumus, arma:
Dextraque non omni munere nostra vacat.
Si mihi non valido torquentur pila lacerto;
Nec bellatoris terga premuntur equi;
Nec galeă tegimur, nec acuto cingimur ense;
(His habilis telis quilibet esse potest.)
At tua prosequimur studioso pectore, Caesar,
Nomina: per titulos ingredimurque tuos.

Est

1. *Crescat & annus.*] Malo, *crescit* cum Mazar. Zulich. Voss. & aliis nonnullis. Heins.

2. *Alter ut hinc mensis, sic liber alter eat.*] Omnes fere libri scripti habent: *Alter ut hic mensis.* Ciofan. Eximium par antiquorum codicum & meus etiam infimae vetustatis verius habent, *Alter ut it mensis.* Neapol. Veteres plerique, *ut hic.* Lege,

Alter ut hinc mensis, sic liber alter eat.

lib. III. 145.

Nec mihi parva fides annos hinc esse priores. Heins.

3. *Nunc primum.*] Liber Ursini: *Jam primum.* Ciofan. *Nunc* recta lectio ac probior illă unius libri, *Jam primum velis.* Neapol.

3. *Elegi, itis.*] *Ite* Mazar. & sex alii. ut in Pont. IV. V. 1.

Ite leves Elegi doctas ad Consulis aures.

Sequenti versu pro *Ipse ego*, duo codices, *Certe ego*, ut lib. IV. 725. 727. & I Amor. VI. 19. Heins.

4. *Exiguum.*] Ita Horat. Art. Poët. 77. *exiguos elegos* dicit.

5. *In amore ministros.*] Adhaeret ad opus illud nequissimum. Neap.

5. *Ministros.*] *Magistros* Regius. & *dum lusit* Mosereti unus.

8. *Ecquis ad haec.*] Iidem libri, *Et quis.* Ciof. Inest *ecquis* veteribus aliquot. Neapol. *Sed quis* Bernens. & multi alii, Arund. & Bembi. *sed quid ad hanc* Mazar.

9. *Ferimus, quae possumus, arma.*] Quinque ex iisdem libris, *ferimus.* Ciofan. Ex his quidam, *ferimus, quae possumus, arma.* Neap.

10. *Vacat.*] *Caret* Putean. & sex alii. *numine* etiam Bern.

11. *Si mihi non valido torquentur pila lacerto.*] Erat pilum teli genus, quo in bello Romanorum milites utebantur. Lucanus sub principium lib. I. ubi de Pompejo & Caesare, dum alter adversus alterum bellum gerens, eorundem militum opes narrat, signis telisque utrorumque utentibus:

——— *infestisque obvia signis*
Signa, pares Aquilas, & pila minantia pilis.

Ergo ades, & placido paullum mea munera vultu
Respice; pacando si quid ab hoste vacas.
Februa Romani dixêre piamina patres:
Nunc quoque dant verbo plurima signa fidem.
Pontifices ab Rege petunt & Flamine lanas,
Quis veteri linguâ Februa nomen erat.

Quae-

Quaeque capit lictor domibus purgamina certis,
Torrida cum micâ farra, vocantur idem.
Nomen idem ramo; qui caesus ab arbore purâ,
Casta sacerdotum tempora fronde tegit.
Ipse ego Flaminicam poscentem februa vidi:
Februa poscenti pinea virga data est.

De-

tamen non regem, non flaminem, non pontificem viderat. & alibi: *Discite pontifices, vos flaminес, etiam ex rege disce.* Id sacerdotium L. Brutus Consul anno post exactos Reges sacris addidit: causam institutionis recitat Dionysius lib. v. Ἔτεσι δὲ ὕστερον ὑπὸ μεγάλων ἀγαθῶν αὐτοὺς ἠνάγκασεν ἐλθεῖν εἰ δυνατόν, φόβητρα τοῦτο ἢ ἀρχῆς, ἵνα μὴ πάλιν ἀμφὶ βασιλείαν χάριν, βεβαίωσιν, τῆς ἐλευθερίας τὸ πρῶτον ἀναπτύσσοντες ἐκείθεν ἀκολάστων ἐπιθυμιῶν ἐπιτρέπωσιν. ὃς οὐδὲν ἧττον ἔζων ἐπὶ τῷ, πλὴν τὸ ἀεὶ τὰ δίκαια συνάπτοντα, τοῦ φρονεῖν, ἀπόνοιαν λυσιτελῆ πολιτικῆς ἀμυθήτου, ἰσῶν καθεσθῆτα βασιλικὸν, πρὶ καθεύδειν πρῶτον ἱερὰ βασιλέως Μάνιο Πιπίου, ὃν τὸ παρόντος ἀεὶ ἐνεργείας φιλῶ. Descriptum habes, quas primus illud exercuerit, imo etiam munus. Praerat sacris omnibus, non vero cuivis sacro ministro: ostendit Livius lib. II. *Regem*, inquit, *sacrificulum creant: id sacerdotium Pontifici subjecere, ne additus nomini honos aliquid libertati, cujus tunc prima erat cura, officeret.* Ejus uxor erat regina sacrorum. Canon notum? Basis marmorea semifracta:

:::::::::::::::::::
CV :::::::::::::::
REX SACRORUM AVGVR
CVM MANLIA L. F. FADILLA
REGINA SACRORVM
PATRI CARISSIMO. NEAP.

21. *A rege.*] *Ab Rege* meliores. mox pro *veterum lingua* idem, *veteri*. nonnulli tamen, *veteri* vel, *vetere in*. HEINS. *Nomen erant* Bocon.

21. *Et flaminе lanas.*] Has igitur petebant pontifices à rege sacrificulo & flaminе Diali: suspicor eas etiam fuisse ovi colobii, & ducor ex his Clementis Alexandrini Stromatôn lib. VII. Οἱ περὶ τὸν (de Melanthyro) εἰς ἄνω καὶ ἔλαιον καὶ οἶνον, τὸ δὲ λινῆρες, λαπάδι ἐσθητικαῖς, ἴσως ἐνυάλῳ, καὶ ἐπὶ γάλακτι, καὶ ἐξίσης, σκιλλᾶς τε καὶ ἔλαιον ἐπιφέρειν, ὑφὴ δ' ἀγαθὰ καταγραφόμενος, κατὰ τοὺς ἐπιλέκτους παίρμασι. NEAPOL.

22. *Quem veterum in lingua.*] Vatic. *Veterum lingua*. Urſini & Fratris: *Veteri in lingua*. CIOFAN.

23. *Quaeque capit lictor.*] Sc. dominus, de quo Festus: *Flaminius lictor est, qui flamini Diali sacrorum caussa praeit est.* NEAPOL.

23. *Domibus purgamina certis.*] Primus Mediceorum. Voſſ. Muzar. & alius Mediceus. *ternis*. Sarravianus pro diversa lectione, *asernis*. Lege meo periculo, *domibus tersis*. Scriptum fuerat *tertis*, quomodo veteres pro *tersis* dicebant. telle Nonio. hinc natus error. sic lib. IV. 736. ex vestigiis veteris libri:

Ida prius spargat virgaque targat humum.

Propertius libro IV. Eleg. IX.

Dein quemcunque locum externae tetigere puellae,
Sustulit, & hinc pura limina tersit aqua.

apud Plautum quoque fortasse scribendum,

Versa, praeterea, lauta, cultaque ut sint omnia.

Locus est Pseudoli Act. I. Sc. II. ubi nunc *praesperga* circumfertur. Varro lib. V. de L. L. *Februum Sabini purgamentum appellant.* & *februare* pro *purgare* apud Nonium. Agit autem de domo Flaminis, quae *flaminea* dicebatur, ut monet Gellius. de Lictore Flaminio nos docet Festus, quem locum ab illustriss. Neapoli jam video occupatum. Adi eundem in *Februarius*. HEINS.

24. *Torrida.*] In nonnullis, *turbida*. NAUGER. Unus Vatic. *Turgida*. septem alii, Maffei, Fratris & Urs. *Turbida*. Iequor. CIOFAN. *Torrida* primae editiones cum Ursini, Vossii ac aliis multis melioris notae codicibus. idque etiam in Observationibus lib. III. cap. 3. amplexus est doctissimus Gronovius. sic *torridas fruges* pro tostis dixit Accius Troadibus apud Servium Fuldanum lib. I. Æn. I. 183.

Nilluraeque saxo fruges franges torridas.

apud Columellam quoque libro VI. cap. 10. *Ervum fuse valvulis cum torrido hordeo molium.* sic videtur scribendum, non *torrefacto*: nam codex vetustus, *torreo*. *Sal torridum* eidem Columellae libro VII. cap. 5. & cap. 8. & lib. XII. cap. 56. *Cepam aridam tum farre torrido subterito. Torrida lixaftica* Ser. Sammon. CXVI. qui & saepe *Torridum* pro *tosto* ponit. & *Torrida limina* Propertius libro III. Eleg. XII.

Torrida sacrilegum tellantur limina Brennum:

de templo Apollinis à Gallis incenso. *Torridus tepidus* Statio Via Domitiana sive aridus, sive vastus.

Illi saxa ligant opusque texunt
Coëto pulvere torridoque topho.

perperam *fordido topho* illic legitur. agit de calce & caemento, quo silices infrati conglutinantur. mox scribe apud eundem,

Fervens littera mobilisque sylvae:

quomodo & in vetusta Parmensi editione legitur, *mobiles* quia loco moventur incisae. possit & *luridо topho* legi: cum tophi tria genera recenseat Vitruvius, album, rubrum & nigrum. *Turridus* pro aestivo fervore tostus in Catalectis vetus Poëta de mensibus:

Fontanos latices, & lucida pocula vitro
Cerne ut demerso torridus ore bibat.

Vid. ad Silium I. 178. HEINS.

25. *Qui caesus ab arbore pura.*] Quis ambigat, quin arbor pura sit ipsissima pinus? idem in Feralibus:

Exoptat puros pinea taeda dies.

& illud paullo post evincit clarius:

Februa poscenti pinea virga data est.

Quin ad conciliandam castitatem Thesmophoriazusae hujus foliis cubitus sibi sternebant. Stephanus: Ἐν τοῖς Θεσμοφοριάζουσαι πίνους κλάδων ὑπὸ τῷ σφᾶδα, καὶ ἐπὶ τὰ τῆς Δήμητρος ἱερὰ κλινίδια πίνους ἐτίθεσαν. & tamen minutili magistelli contendunt esse laurum. O fungos! NEAPOL.

26. *Casta sacerdotum tempora fronde tegit.*] Liber Ursini, *Tempora*: & sic semper, cum de temporibus, id est capitis parte, sermo fit. CIOFAN.

27. *Ipse ego Flaminicam.*] Flaminis conjugem: quam & *Flaminem* conjecerit dictam in veteri hoc marmore, ni scriptum cum aliquâ scalpturis in curiâ:

VITELLIÆ
C. F. RVFILLÆ
CAII SALVI LIBERALIS COS.
FLAMINI SALVTIS AVG. MATRI
OPTVMÆ.
C. SALVIVS VITELLIANVS VIVOS.

Verùm scito, non legi in omnibus libris *Flaminicam*: in meo est, *Flaminiam*, id est sacerdotulam, quae Diali praeminificabat. Josephus Scaliger

Denique quodcumque est, quo pectora nostra piamur,
Hoc apud intensos nomen habebat avos.
Mensis ab his dictus: sectâ quia pelle Luperci
Omne solum lustrant, idque piamen habent.
Aut quia placatis sunt tempora pura sepulcris,
Tunc cum ferales praeteriêre dies.
Omne nefas omnemque mali purgamina causſam
Credebant nostri tollere posse senes.
Graecia principium moris fuit. illa nocentes
Impia lustratos ponere facta putat.
Actoriden Peleus, ipsum quoque Peiea Phoci
Caede per Haemonias solvit Acastus aquas.
Vectam frenatis per inane draconibus Ægeus
Credulus immeritâ Phasida juvit ope.

Am-

Amphiaraïdes Naupactôo Acheloo,
Solve nefas, dixit. solvit & ille nefas.
Ah nimium faciles, qui triſtia crimina caedis
Flumineâ tolli posse putetis aquâ!
Sed tamen (antiqui ne nescius ordinis erres)
Primus, ut est, Jani mensis & ante fuit.
Qui sequitur Janum, veteris fuit ultimus anni.
Tu quoque sacrorum, Termine, finis eras.
Primus enim Jani mensis, quia janua prima est.
Qui sacer est imis Manibus, imus erat.
Postmodo creduntur spatio distantia longo
Tempora bis quini continuasse Viri.
PRincipio mensis, Phrygiae contermina Matri,
Sospita delubris dicitur aucta novis.

Nunc

ger mavult, *Flaminii*, quasi ab accibus flaminis. sic illi nomen apud Pedium Pompejum: *Flaminius*, hic inquit, *edixit, ut mos Flaminii Dialis*. Ames vir doctissimus, ut reposui lectionem. Neap. Scribe cum inferiore, *Ipsum ego Flaminicam*. Flaminica, nomen ipsum. codices multi, *Flaminicam*. Heins. Adde Ilia xii. 137. inauditum autem *Flaminicae* etiam *Flaminae* vocari. & FLAMINA in inscriptione, quae est apud Guter. xxxii. 6. est pro FLAMINICAE, ut Gulius jam notavit. *Flaminicam* edidit Bersmannus. *Flaminicam* Bernard. & Arnold. Bosch.

26. *Hinc vitra data est.*] Lego, *spinea*. omnibus enim spinarum generibus vim insitam noxiam depellendorum veteres credebant. de spina alba Solder lib. vi. 129.

——— *spinam, qua tristes pellere posset*
A foribus mostra, haec erat alba) dedit.

Ubi vitream fidem multi codices antiqui exhibent, quam Veterem ex Dioscoride aliisque eruditae illustrat Sprengel. mon. edition. libro, 365.

Vitrea spinalis de spinâ semitur alba.

Vetere apud Nonium in *Fax. Cum fax & spina alba sint.* Hic agitur de nova nupta, quare multi cum eruditis typis Sereenus, *ex spina alba*. Heins. In Hemsterhusii est, *haurea virga*. & hauro illos in hoc sensu locum cll. vid. lib. iii. 137. iv. 736. v. 671. et hoc lepidissime fecit Ausonius epist. xxv. 75. de spinea corona, qua Christi caput fuit vexatum, quam ex alba spina fuisse putant, quia ibi frequens hujus generis. Vide Bochart. Hieroz. in tribus exemplaribus de Bellis sacris tom. ii. pag. 1. Mosis Lucensis, lib. p. 160. Lipsii.

27. *Quodcumque est.*] *Quidquid id est* Parisel. vel. iii. Titi. xi. ex. eadem varietas i. ex Pont. i. 1. In quaecumque est, v. Met. 317. Burm.

29. *Quo pectora nostra piamur.*] *Pectora nostra pietur* Urſini liber. *pectora pientur* Voss. & sex alii. *pectora pientur* tres. primus Med. & unus Bonon. *corpora piamur*. recte, qui familiaris Ovidio Graecismus. Heins.

30. *Intensos avos.*] Inde Juvenalis Satyrâ ultima:

Et credam dignum barbâ dignumque capillis
Majorum. ———

& Horatius Flaccus lib. ii. Odâ xv.

——— *Non ita Romuli*
Praescriptum, & intonsi Catonis
Auspitiis, veterumque normâ.

Quorsam ista, si sunt è trivio? Neap.

31. *Sancta quia pelle.*] In nostro veteri, *facta quod pelle*, versus: dixit multo post, *pellibus expiatis*. De hoc ritu plura nos ad Lupercalia hoc mense Februario. Neap.

31. *Quod pelle Luperci.*] Omnes libri scripti *Quae*, apins. sequitur enim: *Aut quia placatis*. Colban. *quo* Vatican. *qua* Medic. *quoque* duo.

33. *Placatis.*] *Placatis* Arundel. *tempora pulchra* unus Mentel. eadem varietas ii. Met. 856.

34. *Ferales praeteriere dies.*] Qui sunt ix. Kalendas Martias. Vide quae ad eos notabimus. Neap.

35. *Purgamina.*] *Purgamina* meliores. recte. Heins.

37. *Principium moris fuit.*] *Fuit* in octo scriptis. Colban. Quibus? Romanis: hi fuere Graecorum imitae. Verum observita, quod Nostri haud negat hunc morem Graecos ab aliis mutuatos: malè ergo vir de literis bene meritus, hoc versiculo tolle, primordia expiationum Graecis attribuit. Romanos ab eis accepisse fatemur, auctores verò negamus: nam, ut Aegyptios omittam, Berosus apud Josephum lib. i. Originum à Noë rem repetit: nihil antiquius fere dici potest; at de Graecis apud Homerum Ulysses, post famulatum & procorum caedem, nuncem Eurideam compellat his verbis:

Οἶος δέμας γυρὸ κακῶν ἔλυσε, δῖσε δέ μοι πῦῤ,
Ὄφρα ἴδοιμι μέγαρον. —— Neapol.

Primae editiones & novem ex nostris, item octo ex scriptis Ciofani, *principium fuit*. probe. Alcimus Avitus de laude Virginitatis:

Et quia principium tam sancti foederis esset.

Noster infra hoc ipso libro 450. ex veteri codice:

Aut quia principium tu dea lucis eras.

& 408.

Heu quantum sati parva tabella fuit!

Remedio Amoris, 598.

Auxilium multis fucus & barba fuit.

Mazarin. *putant* pro *putat* sequenti versu. quomodo & unus Medic. ex melioribus & Vatican. vide notas Rem. Am. pl. 164. Heins. Ita apud Martialem viii. 8. Mss. Vossianus codex,

Principium fis, Jane, licet velocibus annis.

vulgo, *des*. vid. ad iv. Met. 603. Burm.

39. *Actoriden Peleus.*] Ob necem Clesonymi, seu *Asanes*, ut auctor Strabo lib. ix. Ὅτι δὲ, inquit, ἐξ Ὀνόητος ἦν Ἀκτορίδης, λέγει Ὅμηρος, καὶ ὅτι Φῶκον κασίγνητον πράξας, ἔφυγεν εἰς Φθίαν, & paullo post, Λέγουσι δ' ἀνομάζοντα τὸν ἀναιρεθέντα ὑπὸ τοῦ Πηλέως, ἀφ' οὗ καὶ τέρενος πλόκαμον ἀΐσσοντα, καὶ κρίνῳ εἰς Δίαν. Reliquas fabellas pete ab antiquis Mythicis. Neapol.

39. *Phoci.*] *Fratris* unus Patavin. ut *Phoci* esset ex glossa. vid. xi. Met. 263.

40. *Haemonias aquas.*] *Haemonidas* Zulich. adi Notas Am. i. pl. 172. Heins. *Lavit* etiam pro *fluit* unus Heinsii, quod ex lib. i. Amor. xiv. 40. translatum. Ammian. lib. xxii. cap. 16. Pelen in Aegypto, lacu, qui alluit maenia Peluſii, lustratum ait. ubi vid. Valesium. vide etiam lib. xi. Met. 408. Burm.

42. *Fovit ope.*] *Juvit ope* nonnulli ex praestantioribus. Heins. *Juvit* & Francof. vid. ad Epist. ii. 55. *fovit* duo. *vovit* Arondel.

43. *Naupactoo Acheloo.*] *Naupactoo* Petavianus, Voss. & alii multi. ut *Aretloo*, *Myrtoo*, *Lesboo*. Sic & forsan apud Maron. Aeneid. iii. 533.

Portus ab Euroo fluctu curvatus in arcum.

ita enim codices plerique veteres, non *Eo*. Heins. vid. inf. iv. 281.

46. *Putatis.*] *Puteis* Mazar. & Zulich. rectius. Heins. Vid. Bentl. ad Horat. i. Sat. x. 21.

48. *Mensis & ante fuit.*] In nonnullis, *ita ante fuit*, Nauger. Tò *ante* cave de Romuleo anno intelligas, sed de Pompiliano; nam hic agit de Juliano. Moneo te, ne eres cum gravissimo viro Lilio Gyraldo, qui ex his colligit, Nostrum falsum in anno Romuleo Januarium inclusum, imo inter illos antiquissimos menses primum fuisse. Certe crassa minus foret Nasonis inconstantia, qui sexcentis locis decimestrem facit Romuli annum, & hunc à Martio inchoatum. Neapol. *Primus adhuc Jani m. & a.* Pomp. Laet. codex.

49. *Veteris fuit ultimus anni.*] Jam vides quâ de causſâ probata nobis libro primo lectio illa:

Mensibus antiquis addidit ille duos.

nam Februarius, à Numâ & inis manibus & intercalationi deputatus, ultimum obtinuit locum, hoc tamen à Graecis discrimine: illi, confecto ultimo mense anno intercalare tempus adjiciebant; Romani post xxiii. Februarii, peractis Terminalibus, interibant superfluum, quamque deinde reliquos menſis dies post *ἐμβολιαῖον* superaddebant. Neap.

51. *Primus erat Jani.*] Meliores, *enim Jani*. Heins.

54. *Bis quini continuasse viri.*] Decemviri ergo ordinem mutaverunt; quique erat duodecimus,

Denique quodcumque est, quo pectora nostra piamur,
Hoc apud intonsos nomen habebat avos.
Mensis ab his dictus: fectâ quia pelle Luperci
Omne solum lustrant, idque piamen habent.
Aut quia placatis sunt tempora pura sepulcris,
Tunc cum ferales præteriêre dies.
Omne nefas omnemque mali purgamina causſam
Credebant nostri tollere posse senes.
Græcia principium moris fuit. illa nocentes
Impia luctiferos ponere facta putat.
Acteriden Peleus, ipsum quoque Pelea Phoci
Cæde per Haemonias solvit Acastus aquas.
Vectam frenatis per inane draconibus Ægeus
Credulus immeritâ Phasida juvit ope.

Amphiaraïdes Naupactôo Acheloo,
Solve nefas, dixit. solvit & ille nefas.
Ah nimium faciles, qui triſtia crimina caedis
Fluminea tolli posse putetis aquâ!
Sed tamen (antiqui ne nescius ordinis erres)
Primus, ut est, Jani mensis & ante fuit.
Qui sequitur Janum, veteris fuit ultimus anni.
Tu quoque sacrorum, Termine, finis eras.
Primus enim Jani mensis, quia janua prima est.
Qui sacer est imis Manibus, imus erat.
Postmodo creduntur spatio distantia longo
Tempora bis quini continuasse Viri.
PRincipio mensis, Phrygiae contermina Matri,
Sospita delubris dicitur aucta novis.

Nunc

gentes, *Flaminii*, quasi ab acribus flaminis. sic Ser. nomen apud Festum Pompejum: *Flaminius*, hic inquit, *mihi, Domus Flaminis dicta.* Ames visi Flaminem, ii reponi Heinsius. Neap. Scribit enim recentiores, *ipsum eos Flaminicam.* Flaminica, inquit dictum. codices multi, *Flaminicam.* Heins. Valesii lib. III. 13. inaudituin autem *Flaminicam* etiam *Flaminiam* vocari. & FLAMINIA in inscriptione, quae est apud Gruter. XXXII. 6. et pro FLAMINICAE, ut Casius jam notavit. *Flaminiam* edidit Beninnanus. *Flaminicam* Bernuld. & Arund. Burm.

28. *Pura sibi data est.*] Lego, *spiata*, omnibus etiam spinarum generibus vim insitam noxiarum depellendarum veteres credebant. de spina alba Nofter lib. VI. 129.

——— *Spinam, qua tristes pellere posset*
A Cereris nomen, haec erat alba) dedit.

Ubi magnam fraudis multi codices antiqui exhibent, quem locum ex Dioscoride aliisque eruditi illustrant Scriptores. Hoc eodem libro, 165.

Purgamina jaculis de spinâ fumatur alba.

Varro apud Serdium in Fan. *Cum face & spina alba agat.* ubi agnus de nova nupta, quare mulit cum candidis tedis. Nonius, *ex pina alba.* Heins. in Horatii epod. erat, *lanea virga.* & lanea ulos in Sabinorum ritibus notum ex Festo lib. III. 13. IV. 15. &c. Ex his significatione facile fluit superstitiosa opinio de spinea virgula, qua Cereri sacra fiebant, quam ex alba spina fieri putabant, quia ille frutices bonis auspiciis florent. Vide Bern. in Catull. a Scriptores de Bellis sacris tom. 1. pag. 262. Burm.

29. *Fundamque efl.*] *Quidquid id est* Pomp. ad Ar. This. 21. 56. eadem varietas I. ex Pont. I. 11. *Et quaecumque est*, V. Met. 217. Burm.

30. *Intonsos avos.*] Inde Juvenalis Satyrâ ultima:

Et crudam dignum barbâ dignumque capillis
Majorum. ———

& Horatius Flaccus lib. II. Odâ XV.

——— *Non ita Romuli*
Praescriptum, & intonsi Catonis
Auspiciis, veterumque normâ.

Quorsum ista, si sunt è vivio? Neap.

31. *Sancta quia pelle.*] In nostro veteri, *fecta quod pelle*, veriis: dixit multo post, *pellibus exsectis.* De hoc ritu plura nos ad Lupercalia hoc mense Februario. Neap.

31. *Quod pelle Luperci.*] Omnes libri scripti Gud. apicis. sequitur enim: *Aut quia pacatis.* Colbas. *quo* Vatican. *qua* Medic. *quoque* duo.

33. *Placatis.*] *Pacatis* Arundel. *tempora pulchra* unus Morell. eadem varietas II. Met. 856.

34. *Ferales praeteriere dies.*] Qui sunt IX. Kalendas Martias. Vide quae ad eos notabimus. Neap.

35. *Purgamine.*] *Purgamina* meliores. recte. Heins.

37. *Principium moris fuit.*] *Fuit* in octo scriptis. Colbas. Quibus? Romanis: hi fuere Graecorum imitae. Verum observita, quod Nofter haud negat hunc morem Graecos ab aliis mutuatos: mali ergo vir de literis bene meritos, hoc vaticinio tetie, primordia expiationum Graeciae attribuit. Romanos ab eis accepisse lacunar, auctores vero negamus: nam, ut *Aegyptios* omittam, Berosus apud Josephum lib. I. Originum a Noe rem repetit: nihil antiquius fere aici potest; at de Graecis apud Homerum Ulysses, post famulorum & procorum caedem, nutricem Euryclaeam compellat his verbis:

Οἶος δέσποιν᾽ ἐγρεῦ κιχάνων ἔπος, ὅττε δὴ μοι πῦρ,
Ὄφρα δειπέσω μέγαρον. ——— Neapol.

Primae editiones & novem ex nostris, item octo ex scriptis Ciofani, *principium fuit.* probc. Alcimus Avitus de laude Virginitatis:

Et quia principium tam sancti foederis esset.

Nofter infra hoc ipso libro 450. ex veteri codice:

Aut quia principium tu dea lucis eras.

& 408.

Heu quantum fati parva tabella fuit!

Remedio Amoris, 598.

Auxilium multis saevas & herba fuit.

Mazarin. *putant* pro *putat* sequenti versu. quomodo & unus Medic. ex melioribus & Vatican. vide notas Rem. Am. pl. 164. Heins. Ita apud Martialem VIII. 8. Mss. Vossianus codex,

Principium fis, Jane, licet velocibus annis.

vulgo, *des.* vid. ad IV. Met. 603. Burm.

39. *Aeacidem Pelea.*] Ob necem Cleonymi, seu Æaces, ut auctor Strabo lib. IX. Ὅτι δέ, inquit, ἐξ Ὀινῶνης τῆς Αἰακίδος, λέγει Ὅμηρος, καὶ ὅτι φίλου ἀνδρὸς πρόξας, ἔφυγεν εἰς Πηλέα. & paullo post. Αἰακὸν δ᾽ ἐκπαίζουσι τὸν ἐκκριθέντα ἐκ τῶν Ἑλλήνων, ἀφ᾽ οὗ καὶ πέμπειν Αἰακίων λέγουσιν, καὶ πρὸς τὰς Αἰακίς. Reliquas fabellas pete ab antiquis Mythicis. Neapol.

39. *Phoci.*] *Foetis* unus Patavin. ut *Phoci* effet ex glossa. vid. XI. Met. 263.

40. *Haemonias aquas.*] *Haemonidas* Zulich: adi Notas Art. I. pl. 172. Heins. *Lavit* etiam pro *solvit* unus Heinsii, quod ex lib. I. Amor. XIV. 40. translatum. Ammian. lib. XXII. cap. 16. Pelea in Aegypto, lacu, qui alluit maenia Pelusii, lustratum ait. ubi vid. Valesium. vide etiam lib. XI. Met. 408. Burm.

42. *Fovit ope.*] *Juvit ope* nonnulli ex praelautioribus. Heins. *Jurvit* & Francof. vid. ad Epist. II. 55. *foluit* duo. *vovit* Arondel.

43. *Naupactoo Acheloo.*] *Naupactoo* Petavianus, Voss. & alii multi. ut *Aretoo, Myrtoo, Lesboo.* Sic & forsan apud Maron. Aeneid. III. 533.

Portus ab Eurso fluctu curvatus in arcum.

ita enim codices plerique veteres, non *Eoo.* Heins. vid. inf. IV. 281.

46. *Putatis.*] *Putetis* Mayar. & Zulich. rectius. Heins. Vid. Bentl. ad Horat. I. Sat. X. 21.

48. *Mensis & ante fuit.*] In nonnullis, *ita ante fuit*, Nauger. *Tò ante* cave de Romuleo anno intelligas, sed de Pompiliano; nam hîc agit de Juliano. Monco te, ne erres cum gravissimo viro Lilio Gyraldo, qui ex his colligit, Nostrum falsum in anno Romuleo Januarium inclusum, imo inter illos antiquissimos menses primum fuisse. Certe crassa nimis foret Nasonis inconstantia, qui sexcentis locis decimestrem facit Romuli annum, & hunc à Martio inchoarum. Neapol. *Primus adhuc Jani m. & a.* Pomp. Lact. codex.

49. *Veteris fuit ultimus anni.*] Jam vides quâ de causſâ probata nobis libro primo lecto illa:

Mensibus antiquis addidit ille dies.

& intercalationi deputatus, ultimum obtinuit locum, hoc tamen à Graecis differimine: illi, confecto ultimo mense anno intercalare tempus adjiciebant; Romani post XXIII. Februarii, peractis Terminalibus, intercalabant supervium, quinque deinde reliquos menſis dies post *ἐμβόλιμον* superadiebant. Neap.

51. *Primus erat Jani.*] Meliores, *enim Jani.* Heins.

54. *Bis quini continuasse viri.*] Decemviri ergo ordinem mutaverunt; quique erat duodecimus,

Nunc ubi sint illis, quaeris, sacrata Kalendis,
Templa Deae? longo procubuere die.
Cetera ne simili caderent labefacta ruinâ
Cavit sacrati provida cura Ducis:
Sub quo delubris sentitur nulla senectus.
Nec satis est homines, obligat ille Deos.
Templorum positor, templorum sancte repostor,
Sit Superis, opto, mutua cura tui.

Dent

Nunc ubi sint illis, quaeris, illis sacrata Kalendis.] Ursi. Patavinus & reliqui majori ex parte cum primis editionibus. *Nunc ubi sunt illis, quae sunt.* Voss. & sex alii, *ubi sint illis quaeris*, vel *sunt.* Mazar. Zulich. & decem alii. Recte. nisi forte mavis,

Nunc ubi sunt illis, quaeso, sacrata Kalendis
Templa Deae?

lib. IV. 347.

Subsistit hic Erato. mora fit. Dic cantura, quaeso,
Dic, inquam, parvâ cur stipe quaerat opes.

sic & ibi videtur scribendum. *illis Kalendis*; ut lib. III. 527.

Nonis sacrata quod illis Templa patent.

lib. VI. 769.

Pinguia cur illis gustantur larda Kalendis. Heins. *Nunc ubi sunt, quaeris, quae sunt sacrata Kalendis* Bern.

Longo die.] *Longa* Edit. plurimae & Bernens. cod. sed optimi codices, *longo.*

Cecidere.] *Facient* Arund. *ruerent* Patav.

Senectus.] *Vetustas* Sarravii & quinque alii.

Obligat ille Deos.] Exercet apertè ἀξίωσιν σολοικισμοῦ, ut alter ad Iliam Domitianum; sed hic vere minime: Neapol. *Alligat* Bernens. *illa* multi codices.

Templorum positor.] Juba laus, imo debita fuit huic distycho Fragmentum Ancyrae in subtubis repertum de viâ & gestis Augusti, & locus Suetonii de eodem: *Principes viros saepe hortatus est, ut pro facultate quisque monumentis vel novis, vel refectis & excultis, Urbem adornarent: multaque a multis exstructa sunt, sicut a Marcio Philippo aedes Herculis & Musarum, a L. Cornificio aedes Dianae, ob Asinio Pollione atrium Libertatis, a Munatio Planco aedes Saturni.* Nec solum sacris & profanis aedificiis minus quam deditus: paene omnes Urbis vias silice straxit & munivit, eo ipsorum nomina Augusti cum arcu, trophaeis, statuis & itidem inscriptione:

QVOD VIAE MVNITAE SVNT.

Neapol.

Repostor.] Sic in veteribus: sed fortasse rectior prior lectio, *Sancte Repostor.* Naugerius. *Refector.* Inepti illi, qui habent *repertor?* sed Mar-

Dent tibi coelestes, quot tu coelestibus annos,
Proque tuâ maneant in statione domo.
Tum quoque vicini lucus celebratur Asyli;
Quâ petit aequoreas advena Tibris aquas.
Ad penetrale Numae, Capitolinumque Tonantem,
Inque Jovis summâ caeditur arce bidens.
Saepe graves pluvias adopertus nubibus Auster
Concitat, aut positâ sub nive terra latet.

Pro-

Mavis ineptior, qui ejusmodi σηφὰς non refellit. Quis barbus Augusto templorum inventionem adtribuerit? Neapol. Livius libro IV. cap. 20. *Augustum Caesarem templorum omnium conditorem ac restitutorem* dixit. Magnus Casaubonus ad Suetonium Aug. 32. & post illum Neapolis, legunt, *refector.* sed primae editiones, codex Pomp. Laeti, Zulich. & decem alii, *repostor.* optime. Tacitus Annal. lib. I. 163, *Caecinae dubitanti quonam modo ruptos vetustate pontes reponeret.* apud Ilaonem Aeneid. v. 752.

Ipsi transtra novant, flammisque arnbosa reponunt
Robora navigiis.

Statius via Domitiana.

Qui reddit Capitolio Tonantem,
Et patem propria domo reponit.

Sil. I. 558. *molemque reponunt, moenia ponere* passim apud Poëtas, de quo Metamorph. III. 3. egimus. Glossae, quae sub Isidori circumferuntur nomine, *positiones, aedificia.* apud Horatium I Ep. 2. 13.

Ponendaeque domo quaerenda est area primum.

Heins. *Repositae columnae* apud Cicer. in Verr. I. cap. 55. & 56. familiare id verbum Tacito, ut consulenti indicem Freinshemii constabit. Petron. cap. CX. *Repositus in pristinum decus.* vid. & Dempster. ad Rosin. II. cap. 2. Burm.

Quot tu coelestibus annos.] *Quot tu* Regius. Unus Vaticanus, *aequos caelestibus.* argute. sed nil muta. Heins.

Maneant in statione.] Excubent: quo verbo & usi ad hanc rem antiqui. Pacuvius: *Pro imperio vestro sic salisfabulus excubet.* Neap.

Tum quoque.] *Nunc quoque* Francof.

Lucus Asyli.] Hach cum haec puer legissem, & adhuc haereo; nec aliquid lucis praetulit priscae editionis codex, in quo, *lucus celebratur Asyli.* Puto unus interpretum de Lucaris hic agi; sed campae & floccl: nam ea festa erant XIV. & iterum XII. Kalendas Augustas. Vetus Kalendarium mense Julio:

XIV. LVCAR. N. P. MERK
XIII. C. LVDI VICT. CAESAR
XII. LVCAR. LVDI.

Non caret igitur mendâ vox postrema: hoc certum habeo; quid vero referibam in dubio sum. Neap. *Asyli* Ursin. Arondel. Mazar. Zulich. Naugerius & decem alii. Haerent hoc loco interpretes, nec se expediunt. An intelligit lucum, de quo Festus in *Lucaria?* quamquam Lucariorum festum in alium diem rejiciunt Kalendarii antiqua. Ut opinionem meam dicam in re subobscura, puto *Helerni* legendum, & agi de eo luco, de quo lib. VI. 105.

Adjacet antiquus Tiberino lucus Helerni.

sic enim codices veteres illic majori ex parte, aut *Hilerni*, aut *Elerni*, aut *Ilerni.* Ursini veterrimus & Helmstad. *Alerni.* tres alii, *Averni.* unus Farnesianus non magnae fidei, *Hilernae.* quod vulgatas majori ex parte editiones occupavit. Viderit igitur doctissimus Onuphrius, qua fretus auctoritate regione Urbis XIII. Hortulam et Lucum Hylernum ponat. *Hylernae lucus* est apud suppositum ab Annio Viterbiensi Fabium pictorem. Heins.

Advena.] Propert IV. I. 8.

Et Tiberis nostris advena bobus erat. Dousa.

Ad penetrale Numae.] Hoc est templum Vestae. Horatius I. Od. 2.

Vidimus flavum Tiberim, retortis
Litore Etrusco violenter undis,
Ire dejectum monumenta Regis,
Templaque Vestae.

Ibi veteres Magistri: *Regiam dicit Numae Pompilii, qui ad Vestae suam habuit.* Neapol.

Capitolinumque Tonantem.] Martialis libro X. Epigrammate 11.

Nec Capitolini fumentum penetrale tonantis. Neap.

Inque Jovis summi.] *Summâ arce* Ilii melliores, recte. Arcem Capitolinam (quam ab ipso Capitolio distinguunt passim Livius atque alii) sic appellabant κατ' ἐξοχήν. ut infra lib. VI. 183.

Arce quoque in summa Jani templa Noetiae
Ex voto memorant facta, Camille, tuo.

In mortem Drusi, de Augusto:

Ille vigil, summa sacer ille locatus in arce,

& alibi non raro. Heins. Vid. inf. 56. 595.

Saepe graves pluvias.] Habet idem a Columella lib. XI. cap. II. *Kalendis*, inquit, *Februariis Fidis incipit occidere; ventus Eurinus, & interdum Auster, cum grandine est.* Neap.

71. *Ad-*

PRoximus Hesperias Titan abiturus in undas,
Gemmea purpureis cum juga demit equis;
Illa nocte aliquis, tollens ad sidera vultum,
Dicet, ubi est hodie, quae Lyra fulsit heri?
Dumque Lyram quaeret; medii quoque terga Leonis
In liquidas subito mersa notabit aquas.
Quem modo caelatum stellis Delphina videbas,
Is fugiet visus nocte sequente tuos.
Seu fuit occultis felix in amoribus index:
Lesbida cum domino seu tulit ille lyram.
Quod mare non novit, quae nescit Ariona tellus?
Carmine currentes ille tenebat aquas.

85 Sae-

1. *Adsperas nubibus aether.*] *Auster* Zulich. Nicand. & fex alii. Appofite Columella, lib. XI. cap. II. *Kalendis Februariis Fidis incipit occidere, Pluvius tunc & interdum Auster cum grandine eft. concutit Auster pluvias.* ut lib. III. Art. 174.

Nec rapidus pluvias concitat Auster aquas.

Nubes nimbos, & hyemales, & pluvias, & udas, & imbrifer quidam ipfum dicit. Solinus cap. XI. ubi agit de Delo magnæ commeatibus: *Auftro nunquam vexatur, nunc maturus ventis flatum humidiorib. fimulatur, cum remiferis perperam in fcriptis* [illegible] *diuturnitatis conjecturam* [illegible] *Solinum confirmant, plurimum fe Aquilonibus credunt, ut corpora pinguiuscula atque eo aut la facilius provehat fatus & vehementior fpiritus.* Heins. pro vulgata faciunt illa Doctorum Panegyrica in Pifon. 96. 13.

Non, fugit fimilis adsperius nubibus aether
Aeria tenuis qui petierit fydera mundi.

& Sollinus. *Sicil. fpl. Latuitque in nubibus aether.*

3. *Gemmea.*] *Igneus* unus Regius pro vana lectione.

5. *Videres.*] Vultus plurimi. ut I. Met. 86.

6. *Eft ea hodie.*] IV. Nonas incidit Lyrae & Aquilae occafus, at hujus matutinus eft, Lyrae vero veſpertinus. Neap.

6. *Fulfit heri.*] *Ibat* Vaticanus, ut lib. I. Am. XIII. 8. hic tamen *heri* retineo, ne rhythmicum fuccus fentiant *hodie & hac.*

7. *Dumque Lyram quaeret.*] *Quaeret & demit* pro more auctorum. Heins.

8. *In liquidas fubito merfa notabit aquas.*] Sic eft in Codicib. pleris. Cicer. *Videbit non-nulli.* Virg. III. Art. Amat. 716.

9. *Caelatum ftellis.*] *Stellas* Petavii a. m. pr. & Excerpta Vallii. *Stellis, effigiat* Putean. unus. Thuan. & Mofcii.

10. *Is fugiet.*] III. Nonas Delphinus *ἐπιτέλλει* dicitur & haeroo Aſtrologis. Neap.

11. *Seu fuit occultis felix in amoribus index.*] Legat puer quae ex Eratofthene transcripſit inſignis ille Auguſti libertus lib. II. Poëticôn Aſtronomicôn cap. XVIII. Neap. Fabulam habet Germanicus, pag. 36. Ed. Grot. & ejus Scholiaſtes: pag. 124. Ed. Commel. & Avien. pag. 97. Ed. Grot. & Meurſ. 2. de Archont. 10. Heins.

12. *Lesbida cum.*] *Lesbiacam Domino* Strozzae & quinque alii.

13. *Seu tulit ille lyram.*] Sive is Delphinus, qui vexit ad Taenaron Arionem Methymnaeum. Sequitur nunc flebilis caſus, ne putes fabellam: fuit ad tempora Periandri five Pyranti: (ſic vocat hunc Regem Hygenus, abſit ne credam deceptum) qui claruit circa octavam & trigeſimam Olympiadem. Sed vide quae notat Joſephus Scaliger ad Euſebii annum MCCCXCVIII. quae ad Solini Polyhiſtora Claudius Salmaſius, eximius par litteratorum: ſorian tuo judicio litem aliquam dirimes. Neap.

15. *Quae nescit Ariona tellus?* Ἔστιν πλησίον τῆς τόνε λίθου ἄλσος ἱερὸν, ἐφὶ ὑδρηλοῦ, κρήνη ἀπέρατον τῷ ἐρικῷ ὕδατι, σκιερὸν τι ἐφὶ ἑκάτερα, ἐφὶ ὑδατέεται ὁ Κορίνθιος. Verba ſunt Herodoti ex initio libri pofter. Neap.

16. *Carmine currentes.*] *Torrentes* Farnef. & Vatican.

17. *Lupus eft is voce retentus.*] Lege, *hac voce*, & ſic unus Vaticanus. Heins.

18. *Rejecit.*] *Refpicit.* Vatic. Gottorph. & tres alii. *refpuit* alter Vatic.

19. *Saepe canes leporesque umbra jacuere fub una, Et ſtetit in ſaxo proxima cerva leae.*] Ad hunc locum reſpexiſſe videtur Seneca in Hercule Oetaeo 1176. de Orpheo loquens:

Juxtaque inparidam pecus
Sedit Marmaricus leo,
Nec damae trepidant lupo. Cicer.

Umbra cubare ſub una Zulich. Mazar. Arond. & quatuor alii, bene. ſic Virgil. in Culice:

At

85 Saepe, ſequens agnam, lupus eſt hac voce retentus:
Saepe avidum fugiens reſtitit agna lupum:
Saepe canes leporesque umbrâ cubuere ſub unâ;
Et ſtetit in ſaxo proxima cerva leae.
Et ſine lite loquax cum Palladis alite cornix
90 Sedit; & accipitri juncta columba fuit.
Cynthia ſaepe tuis fertur, vocalis Arion,
Tamquam fraternis obſtupuiſſe modis.
Nomen Arionium Siculas impleverat urbes;
Captaque erat lyricis Auſonis ora ſonis.
95 Inde domum repetens peppim conſcendit Arion;
Atque ita quaeſitas arte ferebat opes.

For-

At circum paſſim feſtas cubuere capellae.
Marcian. Capell. lib. IX. hunc locum videtur reſpexiſſe Orphei cantu:

Impune accubuit rictibus agna lupi,
Et lepus immiti contulit ora cani.

Heins. *Latuere* Moreti unus.

88. *Et ſtetit in ſaxo proxima cerva leae.*] Illud *in ſaxo* cum ſit omnino odioſum hoc loco, non dubitem codicis Puteanei lectionem admittere, in quo *infeſtae leae*. ut III. Art. 670.

Non decet infeſtos currere cerva canes.
& inf. II. 800.

Parva ſub infeſto cum jacet agna lupo. Heins. ego nihil odioſi video in illo *in ſaxo*, quod reſpondit optime praecedenti *umbrae*, ſub qua jacent, ut ſtant *in ſaxo* ſive rupe ferae. Ita mox 209. *Libyca de rupe Leones.* vid. IV. Met. 114. *adſtitit* etiam Sarravii. Burm.

89. *Cum Palladis alite cornix.*] *Corvus* Mazar. prim. Medic. & octo alii. Sed de noctuae & cornicis inimicitiis vide Aelian. Hiſt Animal. libro III. cap. 9. lib. II. Amor. VI. 55. *Virit & armiferae cornix invifa Minervae.* Heins.

91. *Vocalis Arion.*] Arion citharoedus fuit inſignis, ex Methymna Leſbi urbe. Martialis lib. IIX. Epigr. 51.

Sic Methymnaeo gavifus Arione Delphin
Languida non tacitum per freta vexit onus.

De eodem plura Plutarchus in Sympoſio ſeptem ſapientum. Et hic Noſter lib. III. De Arte: 325.

Quamvis mutus erat, voci faviſſe putatur
Piſces, Arioniae fabula nota lyrae.

Copioſe hanc fabulam narrat Hyginus cap. CXCIV. his verbis: *Arion Methymnaeus, cum eſſet arte citharae potens; rex Pyranthus Corinthius eum dilexit; qui cum à rege petiiſſet, per civitatem artem ſuam illuſtrare, & magnum patrimonium acquiſiſſet, conſcenſerunt famuli cum nautis, ut eum interficerent. Cui Apollo in quietem venit, eique dixit, ut ornatu ſuo & corona decantaret, & eis ſe ivaderet, qui ei praeſidio veniſſent, quem cum famuli & nautae vellent interficere, petit ab eis, ut ante decantaret. Cum autem citharae ſonus & vox ejus audiretur, delphini circa navem venerunt. quibus ille viſis, ſe praecipitavit, qui eum ſublatum attulerunt Corinthum ad regem Pyranthum. qui cum ad terram eſſet, cognitus vitae, delphinum in mare non propulit, qui ibi examinatus eſt. Qui cum caſus ſuos Pyranthi narraſſet, juſſit Pyranthus delphinum ſepeliri, & ei monumentum fieri. Poſt paucum temporis nunciatur Pyranthi navem Corinthum delatam tempeſtate, in qua Arion vectatus fuerat. Quos cum perduci ad ſe imperaſſet, & de Arione inquireret, dixerunt eum obiiſſe, & cum ſepulturae tradidiſſe. Quibus rex reſpondit, Craſſino die ad delphini monumentum jurabitis. Ob id factum eos cuſtodiri imperavit, atque Arionem juſſit ita ornatum, quo modo ſe praecipitaverat, in monumento delphini manu deſtituere. Cum autem rex eos addixiſſet, juſſiſſetque eos per delphini manes jurare Arionem obiiſſe, Arion de monumento prodit. Quod illi ſtupentes, qua divinitate ſervatus eſſet, obmutuerunt. quos rex juſſit ad delphini monumentum crucifigi. Apollo autem propter artem citharae Arionem & Delphinum in aſtris poſuit* Copioſius eandem fabulam ex Herodoto proſequitur Agellius lib. XVI. cap. 19. Sed hoc idem de Orione narrat Germanicus Caeſar in Phaenom. Arati. Cicer.

93. *Siculas impleverat urbes.*] Urſ. liber & tres Vatic. *Siculos impleverat oras.* Cicer. Quid mirum, ſi peregrata eam inſulam & univerſam Italiam? cujus rei fidus teſtis idem auctor. Vetus celebrio, *Siculas implevarat urbes.* Neapol. Euſebius in Chronico ad annum MCCCXCVIII. *Arion Methymnaeus clarus habetur, qui a Delphino in Taenarum dicitur transportatus.* ubi plura ex Pauſania, Achaico, Solino, Suida magnus Scaliger, qui & ipſum Arionis ſuper hac re hymnum illic profert ſub Olym-

Forsitan, infelix, ventos undamque timebas;
At tibi nave tuâ tutius aequor erat.
Namque gubernator defricto constitit ense,
Ceteraque armatâ conscia turba manu.
Quid tibi cum gladio? dubiam rege, navita, pinum.
Non sunt haec digitis arma tenenda tuis.
Ille metu vacuus, Fortem non deprecor, inquit:
Sed liceat sumtâ pauca referre lyrâ.

Dant

Dant veniam, ridentque moram. capit ille coronam;
Quae possit crines, Phoebe, decere tuos.
Induerat Tyrio bis tinctam murice pallam:
Reddidit icta suos pollice chorda sonos.
Flebilibus veluti numeris canentia durâ
Trajectus pennâ tempora cantat olor.
Protinus in medias ornatus desilit undas.
Spargitur impulsâ caerula puppis aquâ.

In-

gratum ne puer illi Cycnus, ut ex epigrammate Ciceronis, quod Latinius profert, fuisse apparet. Heins. *Complexerat* nonnulli codices, *erat tuus*. unde Heinsius conjecerat, *tua acierde*, *aura*. ita Phaedr. III. Fab. 18.

Illum ego succlis auribus advertebam.

Implere aures passim alios simile dixit Val. Fl. II. 388. *implerunt undas* plurimi. Burm.

97. *Infelix ventos*, &c.] Sic dicitur *Aesis*, *Italis*, *Castalio*, *Pegaside*, *Sarmatis*, & alia ad eundem modum plurima. Vide Scholia in lib. De Ponto. Incipit autem Merkius, qui proprium nomen esse ait. Cicero. Pro *forsit*, *medio* Accurs. Jun. & alius.

99. *Inde domum repetes.*] Tacento ultimo profectus. Nead.

98. *Atqui ita.*] Malim, *& sibi quaesitas*.

97. *Undaque.*] *Undamque* meliores.

98. *At tibi.*] *Hae tibi* Vatican. & duo alii. *Mirae* etiam unus Regius, quae eadem varietas in simili loco II ex Pont. IX. 10. in Mss.

Si fuerit terra mulier unda tua.

Sc Lipsii Sabin. II. 68.

Sola mihi tua terra tuior alle tua est.

ubi etiam Heinsius, *maior*. Claud. II. in Eutr. praef. 24.

Cui nulla terris tutius aequor erat. Burm.

99. *Nunquam.*] *Nunquae* unus Vatic. Recte, ut guido vid. III. Met. 519.

99. *Deprecor ego.*] Nisi, *deprecto*, quod praefert. mihi 227. *Sic dicitur ensem vagina*, de quo loco libro XI. 733. agendum. Heins. Semper *deprecor* eadem, non *deprecto* legendum esse jam Lipsius docuerat. vide Gronov. & Graev. ad Cicer. III. de Off. 3. Lambin. & alios ad III. Civil. I. Hyg. ad Virg. I. Aen. 32. & Drakenb. ad Sil. XVII. 164. Burm.

100. *Ceteraque armata.*] *Armata est* Ursini. Vulc. Lambin. Barth. Tarich. & alii complures. Burm.

Ceteraque armatae conscia turba manus.

Quidam e Scaligeri notulis Nostrae ek turus: sic infra hoc libro Eleg. 56. 6.

Parca precatuae fumtu vina manus.

& Ibis 15. 253.

——— *natales abdicabat impius,*
Et fervens multos pellere unda manu.

Ita utroque loco ex fide veterum librorum est scribendum. Heins.

101. *Dubiam pupim.*] *Pinum* liber Pomp. Laeti & unus Fames. placet. Heins.

102. *Non haec sunt digitis arma tenenda.*] *Ferendo* quinque libri. forte, *terenda*. sic Art. Am. 693.

Clypeo manus apta terendo est.

ex antiquis iidem libri. Heins.

103. *Ille metu pavidus.*] Imo, *vacuus*: atque ita in uno Moreti pro diversa lectione erat notatum. Met. III. 582.

Ille metu vacuus. Nomen mihi, dixit, Acoetes.
Met. X. 117.

Iopae metu vacuus, naturalique pudore
Deposito celebrare domos.
Seneca Hippol. 146.

Tutum esse facinus credis & vacuum metu?
Errat.

Cicero Philipp. prima: *Vacui metu esse debemus*. mox, pro *sed liceat*, duo codices cum Mazar. *si liceat*. bene, si *deprecor* quoque praecedenti versu legas. Heins. Sic apud Tacit. II. Ann. 44. *Vacui externo metu*, & Sint. lib. XII. 38.

At quibus est illa tuta domus, vacuique dolore.
Cromovius corrigit, *doloris*, rectius Heinsius, *dolore*, ut lib. VII. 603. *vacuus telis*. sic *vacuus somno* Nostri lib. I. Am. II. *si liceat* non displicet, ut lib. V. 370. *Si liceat dixi, dixit & illa, licet*. Burm.

103. *Mortem non deprecor.*] Sic ex Pont. II. 59.

Saepe precor mortem, mortem quoque deprecor idem.
Non deprecor, est non recuso. Cloram.

105. *Capit ille coronam.*] *Rapit* unus Heinsii.

106. *Quae possit crines, Phoebe, decere tuos.*] Laudatur Phoebus ob pulchrum capillum. Qua de re lib. IV. Metamorph. quae alias edentur. Cloram.

107. *Induerat Tyrio.*] Sic omnes libri scripti. male quidam impressi: *Induis & Tyrio*. Cloram.

107. *Tyrio distinctam murice.*] *Vendo*, sive ἐμπέζῳ φοινι. Nostri dicerent, *praetextam clavo purpureo*. Festus de ritu: *Picturam, omne vestimentum quadratum: ii qui duodecim interpretati sunt, esse dixerunt veritam togam, quâ mulieres utebantur, praetextam clavo purpureo: hive, ut receptiores, clavatam purpurâ*. Addas Babylonicus lib. VIII. Hist. Apoll. de colobio Bartholomaei: *Vestitus colobio albo clavato purpurâ, induitur pallio albo, habente per singulos angulos singulas gemmas*. Nam clavus parvula erat aut rotunda figura, quâ vestes undique pingebantur; sive fascia, quâ illae in extremis oris ornabantur: Graecis παρυφὴ, aut σημεῖον, Laconibus σάμιον, ut adnotat Hesychius: Σάμια, τὰ ἐν ταῖς ὥραις τῶν ἱματίων παράσημα Λάκωνες. Ex his clavis, sive loris, in antiquorum vestibus quattuor, quinque aut plures immitti solebant: loquor cum Nonio, qui, *Patagium*, inquit, *aureus clavus, qui pretiosis vestibus immitti solebat*, pro *insui*: hinc *monoloris* tunica, *diloris*, *pentaloris*, passim in antiquis occurret. In genere *loratae* eis nomen. Achmes cap. CCXX. Ἱλαγεσὴ πέφυκεν, ἢ εἰς ὑποδήσεις, ἢ τῶν χιτώνων αὐτῶν ἔχει τῶν λεγομένων κράσης. In hunc modum erat Arionis palla: nec aliud *distincta murice*, quàm pluribus clavis ex purpurâ picta, seu ex eâdem falcis praetexta: sed palla & cultus citharoedi belle depingitur à Cornificio lib. IV. ad Herennium: *Ut citharoedus*, inquit, *cum prodiret optime vestitus, palla inauratâ indutus, cum chlamyde purpureâ coloribus variis intextâ, & cum coronâ aureâ, citharam tenens auro & ebore distinctam*. & ab Apuleio: *Eique prorsus citharoedicus flatus; Deam conspicions canenti similis, tunicam pictluris variegatam deorsus ad pedes dejectus ipsos, Graecanico cingulo chlamyda velat utrumque brachium, ad usque articulos palmarum*. Nead.

107. *Pallam.*] Bene ergo Tzetzes Cailiade primâ Ἔργ. ιζ.

Τῶν γυναικῶν δὲ τῶν χρέμασι μέλλων ἀναμεῖξαι,
Λεπτὴ τὴν μανικὴν φολὶς λαβεῖν, καὶ κεκρύφαται.

Sed heus, antequam ad aliud pergimus, piaculum erit non adscribere integrum verficulum ex editione nostri codicis:

Induit & Tyrio depictam murice vestem. Nead.
Bis tinctam primo legendum ex calligatoribus. Artis Amat. III. 170.

Nec quae bis Tyrio murice lana rubet.

ubi perperam plurimi ex scriptis, *de Tyrio*. Quale inendum etiam è Martiali eluendum puto in Xeniis Ep. LXXXIV. *Murices*:

Sanguine bis nostro tinctas, ingrate, lacernas
Indeis,

de nostro enim & illic legitur. Nam quod in Apophor. Ep. CLIV. habes:

Ebria Sidonias cum fim de sanguine conchae,

de dibaphis illic non agi ipsum lemma epigrammatis satis evincit. Fulgentius praefatione Mythologiae de Calliope: *Talorenus bis tinctam recolligens vestem*. pro *pallam* quidam codices, *Lanam*. & Horat. II. Od. 16.

——— *te bis Afro*
Murice tinctae vestiunt lanae.

sed vulgata lectio praestat. *palla* enim citharoedorum vestis. Stat. Theb. IX. 690. *Bis Oebalio faturatam murice pallam* dixit. vid. Perrar. lib. II. de Re Vest. ubi multa ad rem. *Sidonio recoctu fuco purpura*, & *bis coctus aëno Sidonius murex* Apollinaris. *Sidonium bis colli muricis ostrum* Alcimus Avitus de laude Virginitatis. Horatius, Ep. XII. 21.

Muricibus Tyriis iteratae vellera lanae.

Assyrio bis lauta colore Vellera Virgil. in Culice. *Sidonio repetita aheno Lana* Auctor Herculis Oetaei. 663. Sed modus non effet. pro *tadaurat* multi veteres, *Induit &c.* Legam libenter, *Induitur*. Scriptum nimirum fuerat, *Induit tario*, cum geminari syllaba debuerit. Mart. V. Ep. 23.

Herbarum fueras induitus Baffe colores. Heins.

108. *Reddidit.*] *Reddit & icta* Regius & duo alii. *reddit tacta* unus Farnesianus. Heins.

110. *Trajectus penna tempora cantat olor.*] *Threicius* est in Zulich. Mazar. à manu prima, & uno Farnes. ac Medic. Locus haud dubie mendosus, cui medicinam nunc non fero. pro *canentia tempora* recte etiam *canentia* tres scripti, possunt tamen *tempora canentia* dicta esse pro senilibus, ut apud Maronem, lib. X. 418.

Ut senior laeto canentia lumina solvit.

olor etiam ἑρμηνείᾳ Ursini liber. De oloribus alibi nihil simile legi. quare suspectum habeo hoc distichon. Heins. Nihil suspecti in hoc disticho, si *pennam* pro fagitta capias, qua trajectus olor, vicinus morti flebiliter canit. ita *pennam* pro sagitta poni apud Val. Flac. VI. 421. docuimus. & hoc suspicatus erat Crispinus. Burm.

111. *Ornatus desilit.*] Ex historiâ Vide Herodotum, quem Noster ad unguem secutus. Nead.

inde (fide majus) tergo Delphina recurvo
Se memorant oneri supposuisse novo.
Hic fidum citharamque tener, pretiumque vehendi
Caesar, & acquoreas carmine mulcet aquas.
Di pia facta vident. aluit Delphina recepit
Juppiter; & stellas jussit habere novem.
Nunc mihi mille sonos, quoque est memoratus Achilles,
Vellem, Maeonide, pectus inesse tuum.
Dum canimus sacras alterno pectine Nonas;
Maximus hinc Fastis adcumulatur honos.
Deficit ingenium, majoraque viribus urgent.
Haec mihi praecipuo est ore canenda dies.
Quid voluit demens Elegis imponere tantum
Fonderis? heroi res erat ista pedis.

Sancte

122. *Quod supposuisse novo.*] Considera haec: ore Delphini cum Lyrigamma Bianoris ad Antonis imaginem; quod ne periclite concludit, ut nihil magis:

Κοινὸν Ἀμπελίσκε λήθεσθε εἶναι τάλαν,
Τὸν τὸν δελφῖνα σοφίαν κέφαλον
Ἐκάλεσε ἐκάλεσε ἐγὼ ἐγὼ ἐ ἐ ἐ λέγειν μόθεν,
Κτείνατε ἀλέξανδρον, ἐχθρὸν κεφαλήν.

Sed adverte, quid Quintilio simulacrum fortè Corinthi posuit Perander: nam id, de quo Paullus, Dionysius, Adrianus agunt, fuit in Taenaro; ubi & ejus rei nauclerus δελφὶς. Quod vulgo putant Trezen urbem Orionis, vectorem Delphini gaudium, (sic, inquit, ἀλλαχοῦ ἐν τῇ Τροιζῆνι κεκτημένος,) non reprobo. Sed ob insignia Delphini apud Trezenios meritum effictum. Sic dicere solent, ἐν Δηλίῳ, ἐν Ἐφέσῳ, ἐν Ἀμφίπολει. Vide Stephanum in Trezene. NEAP.

123. *Illa jubet, dilectum pia vocat.*] Sedens & manens Dea mercedes, vel, *fidus vector*, quod malo. Imitatio est Virgiliana Aeneidos x. 218.

Ille jubet dextramque regi subjungere dextram.

Quidam quatuor novenis, & pro *vehendi*, *ferendi*, *Fidi*, *citharamque fidi*, vel *terit*. HEINS.

127. *Pretiumque vehendi.*] Delectum, seu mercedem. Tacitus: *Pretium*, inquit, *et fultorium per Gallos*.

128. *Carmine mulcet.*] Fedone Galesano. Sed meo quidem judicio *pectine*, *carmine*, ut multis exemplis docui, legendum. Ibidem, *aequoreas pectine* corrupta Heinsio.

129. *Aluit Delphina recepit Juppiter, & stellas jussit habere novem.*] Ita hanc, & alium ex Hyginio citat ex Aglaosthene ejus rei causam refert Hyginius, qui ait Delphinum non novem, sed decem stellas habere ait, ex quibus in lucis Germanicus tamen Caesar facit cum poëta nostro. Ejus verba sunt: *Delphinus stellas habet in ore unam, in solio duas, in pinnulis ventris tres, in dorso unam, in cauda duas. sunt omnes novem.* CIOFAN.

129. *Quoque est.*] *Quibus est* Cantabr. Vatic. & tres alii.

130. *Pectus inesse tuum.*] Cuperet se Μέλητος ὕιον. NEAPOL.

131. *Sacras Nonas.*] His Patris patriae cognomentum Caesar Augustus accepit. Fragmentum Kalendarii Praenestini:

NON. N. CONCORDIÆ
IN ARCE FERIÆ EX
SC QVOD EO DIE
IMPERATOR CÆSAR
AVGVSTVS PONTIFEX
MAXIMVS TRIB. POTEST.
XXI. COS. XIII. A SENATV
POPVLOQVE ROMANO PATER
PATRIÆ APPELLATVS.

Lege ex fide historicâ, TRIB. POTEST. XXVIII. res autem ita se habuit. Suetonius lib. II. cap. 58. *Patris patriae vocabulum universi repentino maximoque consensu detulerunt ei: primus plebs, legatione Antium missâ; dein, quia non recipiebat, inventi Romae spectacula, frequens & laureata, mox in Curiâ Senatus nequa decreto, neque acclamatione, sed per Valerium Messallam, id mandantibus cunctis. Quod bonum, inquit, faustumque sit tibi domuique tuae, Caesar Auguste (sic enim nos perpetuam felicitatem Rei p. & laeta huic precari existimamus) Senatus te cognomine cum Pop. Rom. consalutat patrem Patriae.* Corrige hoc anno DCCLVIII. septem annis post decumum tertium Augusti Consulatum: unde bene restitutus est lapis Sedunianus à Gallo incomparabili, qui semiexesus legebatur his mendis: P. CÆSARI DIVI I VGVSTO COS. XI. TRIBVSICIA POTESTATE XV. PATRI PATRIÆ TIFICI MAXIMO ASSEDVNORVM PATRONO. at nunc, tanto viro gratia:

IMP. CÆSARI DIVI IVLI F.
AVGVSTO COSS. XIII.
TRIBVNITIA POTESTATE XXVIII.
PATRI PATRIÆ
PONTIFICI MAXIMO
CIVITAS SEDVNORVM
PATRONO.

NEAPOL.

132. *Maximus his fastis.*] Lege, *fastis* cum scriptis. pro *his* multi, *hic*. tres, *hinc*. quod placet. *adcelebratur* etiam sex veteres. an pro *accelebratur*? HEINS.

136. *Heroi.*] *Heroici* Arondel. Cantabr. & duo alii. sed *literas per* Nostro IV. Trist. x. 47. ubi vid. Heinsii notas. *erit* Vossianus.

137. *Tibi plebs, tibi curia.*] Fructum illud Kalendarii aperte quoque docet, A SENATV POPVLOQVE ROMANO Patrem patriae appellatum. NEAP.

137. *Nomen hoc dedit.*] Sed non ob id ullum amplius jus Augusto additum in fasditos: de hujusmodi honore hoc Dionis Cassii judicium lib. LIII. Καὶ ὅτι ἓ πατρὶς ἐπωνυμία τόχῳ μὲν πρὸ ἐξουσίας τινὰ αὐτοῖς (Caesaribus) δίδωσι· τὸ μέντοι σεμνὸν ἐπὶ τοῖς πολίταις ἔχει, ἓ πατρῶν ἐμοὶ δόξαν· ἀ ῥᾴστα μὲν ἐπ' οὐδενὶ ἐγγίνεται· ὅταν δὲ ἐπὶ τῷ πλείστῳ μέρει ἐς τοῦτο ἔλθῃ, καὶ αὐτοῖ τε τοῖς ἀρχομένοις, ὡς πρὸ παιδὸς ἀγαπᾶν, καὶ παῖδας ἀφῆ, ὡς πρὸ πατέρος αἰδεῖσθαι. Hinc liquet, non mirum naeniam in Augusti funere Principum liberos cecinisse: luxere enim ut verum patrem; ex ritu quo propinqui mortuis lugubre illud carmen adsolti canere. Suetonius lib. II. cap. 100. de illius funebri pompâ: *Canentibus naeniam Principum liberis utriusque sexus.* NEAP.

138. *Jampridem tu pater orbis eras.*] Sic est in tribus antiquis. probo. CIOFAN. Primae editiones & multi ex scriptis, *urbis*. ita apud Statium in Silvis Domitianus nunc *orbis*, nunc *urbis pater* appellatur. vid. I Silv. IV. 96. III. IV. 48. HEINS.

139. *Concedes.*] Rectius alii, *concedas*. HEINS.

139. *Tua.*] *Tibi* Putean. & quatuor alii. *dedit hic* etiam quatuor.

140. *Quae dederas transilienda Remo.*] Urb. Maffei: *Tu dederas*. sequor. CIOFAN. Duo editi, *quae dederat*. NEAP.

141. *Te Tatius parvique Cures.*] *Tatii* tres scripti, ut apud Propertium lib. IV. Eleg. X.

Sic Sanctum Tatii compostare Cures.

ita enim legi malim quàm, *Tetiae*. vide notas supra lib. I. pag. 261. *parvi Cures* etiam Virgilio lib. VI. 812. HEINS.

141. *Cenimaque fensit.*] Haec est omnium veterum librorum lectio. vere. CIOFAN. Lege Auctores τῆς ἐγχωριότητος Papianum. Scio in aliquâ editione cusum, *Cecinaque fensis*: sed puerilis mendâ, imo quam puer subolcat. NEAPOL. *Cecinaque* Francof. & quidam alii: *Seminaque*, Mozz. *medinaque* alter ejusdem. *Corvinaque* Putean. *Cenninaque* Pigh. tom. I. Annal. ad A. V. C. XV. pag. 24. sed in lapidibus antiquis *Caninenses* vocantur. vid. Cluver. Ital. Antiq. lib. II. cap. 9. ubi Graecos Καννίνους dicere ostendit. BURM.

142. *Romanum est.*] *Est* non habet Strozae liber. forte, *Roma tuum solis est*. HEINS.

Sancte Pater Patriae, tibi Plebs, tibi Curia nomen
Hoc dedit; hoc dedimus nos tibi nomen Eques.
Res tamen ante dedit. fero quoque vera tulisti
Nomina. jam pridem tu Pater orbis eras.
Hoc tu per terras, quod in aethere Juppiter alto,
Nomen habes. hominum tu pater, ille Deûm.
Romule, concedas. facit hic tua magna tuendo
Moenia: tu dederas transilienda Remo.
Te Tatius, parvique Cures, Caeninaque sensit.
Hoc Duce Romanum est Solis utrumque latus.
Tu breve nescio quid victae telluris habebas:
Quodcumque est alto sub Jove, Caesar habet.
Tu rapis, hic castas duce se jubet esse maritas.
Tu recipis luco, submovet ille nefas.

Vis

Vis tibi grata fuit: florent sub Caesare leges.
Tu Domini nomen, Principis ille tenet.
Te Remus incusat; veniam dedit hostibus ille.
Coelestem fecit te Pater; ille Patrem.
Jam puer Idaeus media tenus eminet alvo:
Et liquidas mixto nectare fundit aquas.
En etiam, si quis Borean horrere solebat,
Gaudeat, à Zephyris mollior aura venit.
Quintus ab aequoreis nitidum jubar extulit undis
Lucifer, & primi tempora veris eunt.
Ne fallare tamen; restant tibi frigora, restant:
Magnaque discedens signa relinquit hiems.

Ter-

[illegible] Lacu Tiberi. & alibi. unde Hein-[illegible]

[illegible] De Salinarum raptu ad III. [illegible]

[illegible] Se Prin-[illegible] Imperator Caesar Augustus, [illegible] Suetonius prae-[illegible] Tiberes praenomen, inquit, [illegible] Caesar Augustus [illegible] Caesar Imperator [illegible] notatur. Ducis vo-[illegible] pro praenomine illo usur-[illegible]

[illegible], qui templis Partherum signa refixit.

[illegible] Imperator Caesar Augusto. Dan. Heins. [illegible] vocabulo utitur, [illegible] Regis ponit duces vo-[illegible] tres etiam libri [illegible] duce paul-[illegible] repudium. castas [illegible] Regum. Bern.

[illegible] Castas jubet esse maritas.] Nam leges de [illegible] adulteriis, [illegible] poenas imposuit. ad [illegible]

[illegible] Pupulis ille [illegible] Notat Augustum Suetonius [illegible] ex in-[illegible] leges Scali-[illegible] revocatum pone-[illegible] Dan. Heins. [illegible] Dionae Lubeliae; cui assi-[illegible] Alexandro de Hellenistis concei-[illegible] Ephe-[illegible] Strabo lib. XIV. [illegible] Visum hoc damnosum, & malefi-[illegible] in potestatem hoc pacto dedit: itaque abro-[illegible] Augustus Caesar. [illegible] hoc, Octaviane; [illegible] patris quidem templo [illegible] Trinacrius decretam promulgandam

[illegible] sivisses, sic posceret imperantis integritas. Dio lib. XLVII. [illegible] Neapol. Submovet meliores magna ex parte. I Trist. v. 15.

Hunc tua per fortes virtus submovit amicos.

Trist. v. El. II. 44.

— — *nullas submovet ara preces.*

Et Trist. II 223.

Submovet ingenuas pagina prima manus.

Heins. Vid. ad III Trist. IV. 41.

142. *Principis ille tenet.*] Quantum oderit Augustus *Dominum* appellari notarunt Suetonius, Philo Judaeus & alii; Principis vero titulum admisit ea forte de caussa, ob quam & ita dici Tiberio placuit. eam subindicat idem Cassius: Πρόκειτός τε, ille ait, τῷ Γερμανίας, καὶ τὸ ἀρχαῖον, καὶ ὑπ' ἐκείνου ἀνεμάξετο. καὶ πολλάκις ἐλεγξὰς ἐπὶ Λεπίτης μὴ τὸν ἄκλων, αὐτὸ ἐρώτων ἢ τῶν στρατιωτῶν, τὸν ἐξ ὑπ' λοιπῶν πρόκειται εἶμι. Neap.

143. *Incusat.*] *Accusat.* Mazarin.

144. *Coelestem fecit te pater.*] Mox haec tangemus in Quirinalibus. Neap.

145. *Media tenus eminet alvo.*] Intellige de dimidiato Aquario oriente: sic aliqui hoc signum non totum oriri voluerunt, ut Aratus, quem Noster, ejusdem post M. Tullium interpres, in multis secutus:

Ἵππος δ' ὀδρυχόεις μέσον περιτελλομένοιο,
Πεσσὶ τε καὶ κεφαλῇ ἠνελίσσεται. —

In quo μέσον mendam subolevit Attalus; sed operam lusit: & doctè refellitur ab Hipparcho lib. II. cap. 14. Tu vide, si libet. Neapol.

148. *A Zephyris mitior aura venit.*] Quidam ex veteribus libris, *Mollior aura.* Ciofan. Vetus, *mitior.* Non determinat verè diem, quo flatus hic incipit: sed quis non videt, velle Nostrum ut spiret cum ipso primo vere, dum statim subdit,

. . Et

Tertia nox veniat: Custodem protinus Ursae
Adspicies geminos exseruisse pedes.
Inter Hamadryadas, jaculatricemque Dianam,
Callisto sacri pars fuit una Chori.
Illa Deae tangens arcus, Quos tangimus, arcus,
Este meae testes virginitatis, ait.
Cynthia laudavit; Promissaque foedera serva,
Et comitum princeps tu mihi, dixit, eris.
Foedera servasset, si non formosa fuisset.
Cavit mortales: de Jove crimen habet.
Mille feras Phoebe silvis venata redibat;
Aut plus, aut medium Sole tenente diem.

Ut

— *Et primi tempora veris erunt.* Neap. *Mollior* meliores. lib. III. Artis, 728.

Et Zephyri molles, auraque, dixit, ades.

vide Notas ad Epist. III. ℣. 44. Heins. Parum refert. Horat. IV. Od. 7.

Frigora mitescunt Zephyris.

Claud. II. in Eutr. 94.

Mitior alternum Zephyri jam bruma teporem
Senserat. Burm.

149. *Quintus ab aequoreis.*] Non Idibus: (sic pessime interpretatur hunc locum Bersmannus: nam Idus expressim paullo post consecrat Fauni festo) sed v. Idus: nec alia Poëtae mens. Ceterum in hoc tempore assignando parum aut nihil discrepant Auctores. Plinius confert in diem tertium post Nonas lib. XV. cap. 3. de quodam olivarum genere: *Non ante Favonii afflatum nigrescentes, hoc est ad* VI. *Idus Febr.* & lib. II. cap. 47. *Favonii hibernum molliunt coelum, sole Aquarii* XXV. *obtinente partem: is dies sextus est ante Februarias Idus.* Incerti Auctoris παράπηγμα, quod his Fastis assui solet, statuit VIII. Idus. Neapol.

149. *Nitidum jubar extulit.*] *Exerit* Voss. Arond. & septem alii. *caput exerit* Zulich. & Mazar. sequenti versu, *tempora veris eunt*, pro *erunt* tres scripti. ut in Amorib. I: VI. 26. *Tempora noctis eunt.* & hoc ipso libro, ℣. 268. *Fauni sacra bicornis eunt.* & lib. VI. 384. *Mediae tempora noctis eunt.* opinor scribendum,

Quintus ubi aequoreis nitidum jubar exerit undis
Cynthius, en primi tempora veris eunt. Heins.

Ego *extulit* non moverem: nam mox sequitur, *exseruisse pedes.* & ita Petron. cap. LXXXIX.

Jam plena Phoebe candidum extulerat jubar.

duo etiam Heinsii, *caput extulit undis.* de quo vide Heins. ad Claud. II. in Eutrop. 163. & ad Consol. Liviae 222. Burm.

151. *Ne fallare tamen.*] *Ne fallare cave* Laeti codex & quatuor alii. vid. lib. I. 58.

152. *Magnaque.*] *Multaque* excerpta Douzae & Putean.

152. *Relinquet hyems.*] *Reliquit* meliores. nonnulli etiam *relinquit* cum Naugeriano. Heins.

153. *Tertia nox veniet.*] *Veniat* ex melioribus repone. sic saepe Noster infra. *aderit* Bonon. & unus meus. forte, *adsit.* lib. II. Am. VI. 45.

— *septima lux aderat.* Heins.

154. *Geminos exeruisse pedes.*] III. Idus est Arcturi ortus vespertinus: quae stella sita in medio crurum τοῦ Ἀρκτοφύλακος. Vetus parapegma III. Idus: *Subsolanus spirat, Arcturus oritur.* Neapol.

155. *Jaculatricemque Dianam.*] Ἰοχέαιραν dicunt hanc passim vatum antiquissimi. Neap. Ita lib. V. Metam. 375.

156. *Calisto sacri.*] Geminant L. veteres editiones: & ita re vera legendum. Optimus codex Propertianus: lib. XXI. 25.

Callisto Arcadios erraverat Ursa per agros.

Neapol. *Calisto* Bern.

157. *Illa Deae.*] *Illa Deam, & tangens* Arund.

159. *Foedera.*] *Munera* octo libri.

160. *Dixit, eris.*] *Semper* Voss. Arondel. prim. Med. Mazar. ut *dixit* subintelligatur. Heins.

161. *Formosa.*] *Fortuna* Sarravianus.

162. *De Jove crimen habet.*] Qui indutus Dianae facie virginem compressit: sic voluit in Metamorphosi, secutus hac in parte Amphidem illum veterem poëtam κωμικὸν, cujus adhuc exstant fragmenta nonnulla apud Athenaeum & alios. Neap. *A Jove* prim. Vaticanus & duo alii. Lege, *ab Jove.* dictum supra lib. I. 236. Heins.

164. *Aut plus aut medium.*] *Jam medium* quidam. cogitaveram aliquando, *haud plusquam medium*; sed nihil mutandum. lib. XI. Met. 478.

Aut minus, aut certe medium non amplius aequor
Puppe secabatur.

Heins. *Tenente polum* unus Heins. vid. inf. 364.

166. Ab

Ut tetigit lucum (denſa niger ilice lucus;
In medio gelidae fons erat altus aquae)
Hac, ait, in ſilvâ, virgo Tegcea, lavemur.
Erubuit falſo virginis illa ſono.
Dixerat & Nymphis: Nymphae velamina ponunt.
Hanc pudet, & tardae dat mala ſigna morae.
Exſuperat tunicas: uteri manifeſta tumore,
Proditur indicio ponderis ipſa ſui.
Cui Dea, Virgineos, perjura Lycaöni, coetus
Deſere, nec caſtas polluc, dixit, aquas.
Luna novum decies implérat cornibus orbem:
Quae fuerat virgo credita, mater erat.
Laeſa ferit Juno, formam mutatque puellae.
Quid facis? invito pectore paſſa Jovem eſt.
Utque ferae vidit turpes in pellice vultus;
Hujus in amplexus Juppiter, inquit, eat.

Ur-

Urſa per incultos errabat ſqualida montes,
Quae fuerat ſummo nuper amanda Jovi.
Jam tria luſtra puer furto conceptus agebat;
Cum mater nato eſt obvia facta ſuo.
Illa quidem, tamquam cogноſceret, adſtitit amens,
Et gemuit: gemitus verba parentis erant.
Hanc puer ignarus jaculo fixiſſet acuto;
Ni foret in ſuperas raptus uterque domos.
Signa propinqua micant. prior eſt, quam dicimus Arcton:
Arctophylax formam terga ſequentis habet.
Saevit adhuc, canamque adiit Saturnia Tethyn,
Maenaliam tactis ne lavet Arcton aquis.
Dibus agreſtis fumant altaria Fauni,
Hic ubi diſcretas inſula rumpit aquas.
Haec fuit illa dies, in quâ Vejentibus arvis
Ter centum Fabii, ter cecidere duo.

Una

---

176. *Lucum.*] *Antri* Moreti mss.

177. *Hic eſt in ſylvâ.*] *Hae* ſcripti meliores. Pulc. *Hic, ait, in ſylvâ.* Heins.

178. *Erubuit falſo virginis illa ſono.*] Ob amiſſam pudicitiae decus, & rerum ſacramentum: unde ſolent falſa Dea eleganter in II. Metamorphoſ. Sil. xiii.

Ecu quam diſpecta eſt crimen vox prodere vultu!
Vox cecidit ore illa: nec, ut ante ſolebat,
Cymella Deae latet, nec tuto eſt cognita prima:
Sed ſtat, & laeſi dat ſigna rubore pudoris, &c.

Val. Flacc. VIII. Thum. non male. *nonnihil illa ſono* mutat Heinſ.

179. *Dixerat & Nymphis.*] Urſini & quidam alii: *Dixerat haec Nymphis.* Gronov. *Dixerat haec Nymphis.*] Non legunt alteri, licet vulgatae & antiquae editiones ſic ſcriptura haec, *Dixerat & Nymphis.* Naug. Forte, *dixerat ut Nymphis.*

180. *Dat mala ſigna morae.*] *Mala* legendum omnino vel invitis membranis. lib. III. 721.

Ter quinque Dictaeas male praeda tenebere mandras.

Trist. lib. III. Eleg. 2.

rebibus & ſatis erecat male frigora braccis,

& lib. IV. Eleg. VI.

Nec male quae tellus nivibus nec nubibus urcat,

& lib. V. Eleg. VII.

Pellibus & braccis mentis male frigora braccis.

[illegible] Pontic.

182. *Amata Jovi eſt fuit.*] Duo Vatic. *illa fuit.* Lips.

183. *Caſtas polluc, dixit, aquas.*] *Lavas* recte habent Lips. & Cod. Regin.

Arcadas erat natus, & ſua dicitur illis,
Et caſta parte.

Statius Sylva IV. ad Junium Maximum:

Nunc ab intonſa capienda myrto
Sexta, nunc major ſitis, & bibendas
Caſtior annis.

Theb. III. 201.

—— *nec quod tibi Delia caſtos*
Praelapſum ad fontes, ſecula temerante profana,
Hos dominum in ſanè nihil agnovere moloſſi.

at lib. II. Met. 464. in hac fabula:

I procul hinc, dixit, nec ſacros pollue fontes
Cynthia. Heins.

185. *Implerat cornibus orbem.*] *Implere cornibus orbem* Luna dicitur, cum in τὰς μηνειδοῦς πανσέληνος ſit. Neapol. *Complerat* Moreti. nihil opus. VII. Met. 530.

187. *Formam mutatque puellae.*] In vultus ferinos: ſed haec de re quo piaculo omittam aurea illa Noſtri carmina? verba ſunt Junonis: VI. 474.

Haud impune ferar: adimam tibi namque figuram;
Quâ tibi, quâque places noſtro importuna marito, &c. Neap.

Haud *quo* inelegantiſ & ad ſuſcipiendum verſum ſubjicitur 183 *mutat.* in Parcanco erat, *mutatur forma.* in alio, *mutat formamque.* vide an non ſcripſerit Naſo,

Laeſa ferit Juno formam mutare puellae.

haec eſt vehementer irata & furore quaſi percita ſtatim mutare formam. IIAXI. Met. 482. *Clamat dimittere.* Ep. XIII. 143. *Dabat mandata reverti.* & ſimilia paſſim. Burm.

178. *Invito.*] *Inviſo* Junii. *invicto* Voſſii. *corpore* ſex ſcripti.

179. *Utque ferae.*] Malim, *ſera pellice.* Heins. *Utque ferae* Pembroc.

182. *Amata Jovi.*] *Amanda* Voſſ. Arond. Mazar. & Zulichemianus. ſic Stat. XI. Theb. II. ex Mss.

Atqui iſte non illaudanda Tonanti.

vulgo, *illaudata*: Heins. Recte: nam *amandus* non notat ſemper futurum tempus, ſed etiam dignum amore, qui debet amari. vid. Malaſp. ad Cicer. IV. ad Att. 15. & Cl. Perizon. ad Sanctii Minerv. I. cap. 15. n. 8. Burm.

183. *Jam tria luſtra puer.*] Aperte luſtrum Noſtro eſt ſpatium quinquenne: (de hoc apud litteratos adhuc controverſia) nam de eodem puero dixit: II Met. 497.

—— *Ter quinque ferens natalibus annos.*

Neapol.

183. *Agebat.*] *Habebat* unus Moreti pro var. lectione: male. vid. II Met. 497.

187. *Ignarus.*] *Ignotus* Petcan. ut ſaepe alibi.

188. *Ad ſuperas.*] Libri veteres, *in ſuperas.* Gronan.

190. *Arctophylax formam terga ſequentis habet.*] Quod poëtae Graeci dicerent ἕλκειν ἄρκτον, ut recte Scaliger. Dan. Heins. *Tergo ſigna ſeq.* Strotz.

190. *Terga ſequentis habet.*] Ex ſcedographiâ: unde Ἀρκτοφύλαξ & Ἀρκτοῦρος, etiam eadem cauſſa dictus. Videndus Suidas & alii Graecanici ſcriptores. Neap.

191. *Canamque petit.*] Vetus liber, *canamque adiit.* Neapol. *Canamque rogat* libri meliores. quidam & *petit.* Heins. Ego nihil mutem, nam illud *rogat*, vel *petit* a gloſſatore eſt, qui credidit non recte dici *adiit ne lavet*, & ideo ſuppoſuit illa. ſed millies illa verba, *dixit, petit, rogat* intelliguntur. *adire* autem eſt verbum in hac re proprium, & idem eſt quod precari. ut *dees adire* eſt precibus eos rogare, uti ipſe Heinſius docuit ad illa in Eleg. in Druſ. 290.

Cur adeo fratres heu! ſine fratre deos.

Suet. Cal. 22. *Adorandam adeuntibus dabat.* vid. Paſſer. ad Propert. III. Eleg. 20. p. 530. & Broukh. ad Tibul. I. Eleg. V. 39. Burm.

193. *Fumant altaria Fauni.*] In Kalendariis nulla fit mentio hujus celebritatis. Forſan his Idibus iterabant veteres memoriam dedicationis: nec quidem hoc die ſacratum ei fanum reperio; non ita annum, qui fuit DIX. ab Urbe condita. Livius lib. XXXIV. *Aedes eo anno aliquot dedicatae ſunt: una Junonis Soſpitae in foro Olitorio, vota ſicutaque quadriennio ante à C. Cornelio Conſule Gallico bello. Cenſor idem dedicavit. altera Fauni. Aediles eam biennio ante ex multatitio argento faciendam locarant C. Scribonius & Cn. Domitius Aenobarbus: qui Praetor urbanus eam dedicavit.* Idem libro ſuperiore: *Aedilis plebis Cn. Domitius Aenobarbus & C. Scribonius Curio Maximus multas pecuarias ad populi judicium adduxerunt: tres ex his condemnati ſunt. Ex eorum multatitiâ pecuniâ aedem in inſulâ Fauni fecerunt.* Ea ſitum ubi poſita: qui & à Topographis firmatur. Publius Victor: *Inſula, aedes Jovis, Fauni, Aeſculapii.* Neapol. Nonis etiam Decembribus multo fumare odore aras Fauno patet ex Horat. III. Od. 18.

195. *Haec fuit illa dies.*] Sed annus CCCLXXVI. Diodorus lib. XI. Ἐν Ῥώμῃ δὲ ὕστατα κατωρθώσαντο Τίτος Μενήνιος & verius: Μενήνιος, καὶ Τίτος Ὁράτιος Πουλχέλλος. cum mendâ hodie legitur,

Una domus vires & onus fuſceperat Urbis:
Sumunt gentiles arma profeſſa manus.
Egreditur caſtris miles generoſus ab iſdem;
E quis dux fieri quilibet aptus erat.
Carmentis portae dextro via proxima Jano eſt.
Ire per hanc noli, quisquis es; omen habet.
[Illâ fama refert Fabios exiſſe trecentos.
Porta vacat culpâ; ſed tamen omen habet.]
Ut celeri paſſu Cremeram tetigere rapacem;
(Turbidus hibernis ille fluebat aquis)

Caſtra

ſtabilitas. Ex poſt multa ſubdit hanc cladem Fabiorum: Ii vero eidem non plures ſunt quam trecenti. Noſter & alii ſex ſupra trecentos numerant. Dicit vero, quam accenſet Ovidius, cum lego Livium ita limen lib. VI. ſi verus ille, quod ita ſcripſi, ſcripſerimque animum me habet, & minor in hanc rerum doctiſſimum Poëtam incidiſſe. Nam Hiſtoricus verbis: *Tum de duabus religioſis agitari coeptum, ſtatuque ad XV. Kalendas Sextiles duplicata hoſtia, quo die ad Cremeram Fabii caſi; quo deinde ad Allian cum exitio Urbis fuſa fugatusque a Gallis clade Allienem appellarunt, infaustumque ea dulli publice privatimque regendae fuerunt.* Sed a Livio recedit etiam Plutarchus in Camillo, qui rejicit in ſollitium aeſtivale in his: Ἐγένετο δὲ καὶ μετὰ ταῦτα θυσία πάλιν ἐκ τοῦ καθάρσιος. ἐν ᾗ πρώτου ἔφασαν μέγα καθῆρε τοῦτο τὸ ἐπὶ τῶν Φαβίων ἐγκλημα. ἐξεπέσον γὰρ ἐκ τῆς ἱερᾶς Τρῖς βοῶν ἐπιφανεῖς. NEAPOL. *Dextro Jano* Zulich. Mazar. Polit. Laeti & octo alii. bene. quod & Neapolis vidit. Livius lib. II. cap. 49. in hac narratione: *Infeſti via à dextro Jano portae Carmentalis profecti.* pro *Carmentis* Urſini liber, Mazar. Zulich. & ſex alii, *Carmenti.* an *Carmenti portae?* Erat autem aedes haec Jani extra portam Carmentalem. vide Feſtum in *Religioni eſt.* HEINS. *Via dextera proxima Jano* Francof. *Carmentalem* vocat portam Virgil. VIII. Aen. 337. ubi vid. Serv. vid. & Turneb. VI. Adv. 10. qui etiam *dextro* legit.

199. *Miles generoſus.*] Optimus Vaticanus, *generatus.* CIOFAN. Singularis. Vaticanus, *miles generatus.* Non probo. ſequitur enim: *Quo ruitis generoſa domus.* NEAP.

201. *Dextro eſt via proxima Jano.*] Sic omnes antiqui codices: mendoſe vulgares, *dextra eſt via.* Porta Carmentalis ea, quae etiam ſolita nuncupari *Veientana* & *Turpeja*; nam huic directo Capitolium incumbebat: ſed à clade Fabiorum dicta exinde *ſcelerata.* Graeci dixere hujusmodi portas δεξιοπόλους, καὶ εὐτυχεῖς. Plutarchus ἐπεὶ Πλουταρχεύοντες "Ὅπως οἱ πόλεις ἔχουσι τινες πύλας ἀπορρήτους καὶ σκοτεινάς, ἃς οὐ χρῆσθαι τοῖς βασιλεῦσιν, ἀλλὰ τὰ λύματα καὶ τοὺς καθαρμοὺς ἐκδέχεσθαι, οὕτως ἐξ ἧς ἐπὶ τὸν πόλεμον ἐξῆσαν ἐπὶ δεξιᾶς ἐπὶ ἀγαθῷ. his elegantur comparat curioſorum aures. NEAPOL. *Dextro Jano* Zulich. Mazar. Polit. Laeti & octo alii. bene. quod & Neapolis vidit. Livius lib. II. cap. 49. in hac narratione: *Infeſti via à dextro Jano portae Carmentalis profecti.* pro *Carmentis* Urſini liber, Mazar. Zulich. & ſex alii, *Carmenti.* an *Carmenti portae?* Erat autem aedes haec Jani extra portam Carmentalem. vide Feſtum in *Religioni eſt.* HEINS. *Via dextera proxima Jano* Francof. *Carmentalem* vocat portam Virgil. VIII. Aen. 337. ubi vid. Serv. vid. & Turneb. VI. Adv. 10. qui etiam *dextro* legit.

202. *Quisquis es, omen habet.*] *Quae fera nomen habet* Urſini liber. non probo. *ſcelerata* enim dicta, ut ex Feſto patet, non *fera*, ſequens diſtichon ab Urſini, Petavii & aliis quibusdam abeſt. HEINS. Nec Francof. habet.

205. *Cremeram tenuere.*] Libri ſcripti, *tetigere*, ſequor. CIOFAN. Vetus liber, *tenuere.* Adſentior ibens utrique. Ibi caſtra poſita: is opportunus viſus locus, ſcribunt Hiſtorici, communiendo praeſidio. NEAPOL. *Tenuere* unus Medic. unus Moretti, cum prima editione. Adi Notas lib. III. ℣. 219. HEINS. Ita inf. 313. & alibi.

205. *Turbidus.*] In nonnullis, *Turgidus*, ut Horat. IV. Od. 12. *Flavii hiberna nive turgidi*, & ita in-

Caſtra loco ponunt: deſtrictis enſibus ipſi
Tyrrhenum valido Marte per agmen eunt.
Non aliter, quam cum Libycâ de rupe leones
Invadunt ſparſos lata per arva greges.
Diffugiunt hoſtes, inhoneſtaque vulnera tergo
Accipiunt: Thuſco ſanguine terra rubet.
Sic iterum, ſic ſaepe cadunt, ubi vincere apertè
Non datur, inſidias armaque caeca parant.
Campus erat: campi claudebant ultima colles,
Silvaque montanas occulere apta feras.

In

inflati aquis armes. Liv. XXIII. 19. & alibi. ſed fruſtra. Plutarch. in non diſſimili narratione, vita Pyrrhi, haud longe ab initio: Πολύ τε γὰρ ἐξέπιπτε ῥεῦμα καὶ βαλεῖν ὄμβρων ἐπιγενομένων, ita Stat. IV. Silv. III. 76.

Et nunc ille ego turbidus minarum,
Vix paſſus dubias prius carinas,

& IX. Theb. 481.

Turbidus imbre genas.

Senec. Herc. Oet. 501.

——— — — *vagus*
Evenos, altum gurgitem in pontum ferens,
Jam pene ſummis turbidus ripis erat. HEINS.

pro *fluebat tumebat* unus Vaticanus. ut inſr. 390.

Hibernis forte tumebat aquis.

ſed *turgidus* praeferre viderur apud Claudian. Epigr. XX. 6. Heinſius. de confuſione harum vocum vid. Cl. Bentl. ad Horat. I. Od. 3. ego, ſi *tumebat* placet, *turbidus* hic praeferrem, ut duo ſimul dicat, & fluvii extra ripas exceſſum, & ſimul aquarum turbationem, quae neque pellucidae ſed ſordidae, non transmittebant viſum ad fundum, ut poſſint cernere Fabii ubi pedes ponerent. ſimiliter lib. III. Amor. VI. 7.

Nunc ruis oppoſito nivibus de monte ſolutis,
Et turpi craſſas gurgite volvis aquas.

ex quo loco & hic aliquis contendere poſſet, pro *fluebat* elegantius legi, *ruebat*: ſed ſine codicum auctoritate temerarium eſſe puto, ubique Auctores in eamdem loquendi formulam cogere. BURM.

206 *Hibernis ille fluebat aquis.*] Sub initium brumae Urbe profectos credibile ſane eſt: nam poſt caſtellum prope Cremeram exſtructum, & infeſtationes aliquas à Fabiis in agrum hoſticum illatas: Καὶ ὁ μὲν, inquit Dionyſius lib. IX. χειμὼν ἤδη ἐτελεύτα. NEAP.

207. *Diſtrictis enſibus.*] *Deſtrictis* libri meliores. ut ſupra ℣. 99. HEINS.

209. *Lybica de gente leones.*] *De rupe* meliores magno numero cum primis editionibus. Claud. III. Conſ. Hon. 80.

——— — *& rupe relicta*
Gaetulo comes ire patri.

quamvis vulgata lectio ſic poſſet accipi: ut lib. III. Met. 208. *Spartana gente Melampus* de cane. Liv. XLIV. 9. *Beſtiae omnium generum.* ubi *generum* emendat Urſinus. male. HEINS. Vid. ſupr. ad ℣. 88. *Libyca tellure* unus. *Libyca regione* Gottorp.

211. *Hoſtes.*] *Omnes* unus Heinſii.

211. *Inhoneſtaque vulnera tergo Accipiunt.*] Maximo dedecori eſt inſtitutis iis, quibus vulnera tergo illata ſunt. Contra maximo eſt ornamento iis, qui illa in pectore exceperunt. Ovidius lib. XIII. Metamorphoſeos, 262.

——— — *ſunt & mihi vulnera, dives,*
Ipſo pulchra loco.

Quem quidem locum aliis exemplis illuſtravi, quae in ſecunda, quae vel nunc in promptu eſt, editione omnia edentur. CIOFAN.

214. *Armaque tolla.*] *Operta* unus Puteanus: alter, *caeca.* quod placet. unus Paravinus, *cacata.* proximae verum. Statius Theb. II. 502.

Inſidias natura loco caecamque latendi
Struxit opem.

Silius libro V. ℣. 1.

Ceperat Etruſcos occulto limite colles
Sidonius ductor, perque alta ſilentia vallis,
Silvarum anfractus cautis inſederat armis.

HEINS. *Armaque ſaeva* Hamb.

215. *Claudebant.*] *Cingebant* Junian. Laeti & tres alii. vid. lib. I. Met. 568. *ultima valles* duo.

216. *Silvaque montanas occulit alta feras.*] Duo Vatic. *Occulit apta*, quinque alii: *Occulere apta*, pro occulebat. CIOFAN. *Occulit alta.*] Spuria editio haec. malim cum quinque Vaticanis, *occulere apta feras.* NEAPOL. Modius Novant. Lect. Ep. 63. *occulere alta* tuetur.

In medio paucos, armentaque rara relinquunt:
Cetera virgultis abdita turba latet.
Ecce, velut torrens undis pluvialibus auctus,
Aut nive, quae Zephyro victa repente fluit,
Per sata perque vias fertur; nec, ut ante solebat,
Riparum clausas margine finit aquas:
Sic Fabii latis vallem discursibus implent;
Quosque vident spernunt. nec metus alter inest.
Quo ruitis, generosa domus? male creditur hosti.
Simplex nobilitas, perfida tela cave.
Fraude perit virtus. in apertos undique campos
Prosiliunt hostes, & latus omne tenent.
Quid faciant pauci contra tot millia fortes?
Quidve, quod in misero tempore restet, habent?
Sicut aper silvis longè Laurentibus actus
Fulmineo celeres dissipat ore canes;
Mox tamen ipse perit: sic non moriuntur inulti;
Vulneraque alternâ dantque feruntque manu.

Una

Rara.] Ravea Arund. Cantab. & tredecim alii. *rapta* unus. *parva* duo. *in medio campos* unus.

Turba latet.] Malo, *latent.* HEINS. Pro *abdita* unus Petavii *condita* habet. *turma* etiam unus.

Villa repente.] *Tepente* multi scripti & editi. *mora repente* Petav. *mente* unus. *vere* duo. *sole* unus. *valle* Lat. Neap. & mss scripti. vid. ad lib. III. 236.

Finit aquas.] *Claudit* Ursini. CIOFAN. Ita & Ismail & alius codex. sed male. nam modo §. 215. accessit hoc verbum & ineptum esset, *claudit* e mss claustra dicere. *findit* unus. *frendit* alius. *facit* tres. *finit* unus. Sed elegans usus est *rem finire*, ut Ital. 659.

In pecudes, urbesque, & regna ingentia finis.

vid. ad lib. VIII. Met. 692. BURM.

Quosque vident spernunt.] *Quosque* multi et scripti. *Quoque vident spernunt* Voss. Mazar. Pithœus. Et duo alii tres. *Quosque vident sperunt.* Pithœus. Nam & Livius notat à Fabiis missa fuisse ad pecoratum. HEINS. *Quoque vident* audent unus Heinsii. *fovent* alius.

Male creditur hosti.] Melius fortasse in nonnullis, *Male audetur hosti*, VOSSIUS. *Creditis* multi scripti et editi.

Fraude perit virtus.] Singuli vide ex Livio, Dionysio, Zonara, Eutropio, Floro, A. Gellio & aliis. NEAPOL.

Hostes, adsit.] Habent Ursini, Maz. Zalich. et decem alii. HEINS.

Silvis latrantibus actus.] Alii, *latrantibus*, sed elegantissime mehercules duo Mazar. duo Farnesiani & unus Vaticanus, *silvis Laurentibus.* Nollet Met. XIV. 342.

Exierat tellis Laurentes Picus in agros,
Indigenas fixurus apros.

Virgil. X. 706.

At velut ille canum morsu de montibus altis
Actus aper, multos Vesulus quem pinifer annos
Defendit, multosque palus Laurentia, silvâ
Pastus arundineâ,

quae Noster hoc loco respexit. Horat. lib. II. Sat. IV.

Umber & iligná nutritus glande, rotundas
Curvat aper lances carnem vitantis inertem,
Nam Laurens malus est, ulvis & arundine pinguis.

Martial. lib. IX. Ep. 49.

Inter quae rari Laurentem ponderis aprum
Misimus.

Idem lib. X. Ep. XLV.

Ilia Laurentis cana tibi dentes apri.

Hinc & in Catalectis poëtarum veterum:

Vita Sabine, Lucon fuito, fue togaite Laurent.

Sylvarum Laurentium etiam meminit Symmachus Epist. XLIV. libri IV. *Nam me in silvis Laurentibus contumatus est, rivali inhaerentem quieti.* HEINS. Haec approbatorem repperere eruditissimum Bentleium, quem vide ad Horat. Epod. V. 28.

Fulmineo.] *Fulmineus* unus Heinsii.

235. *Mis-*

Una dies Fabios ad bellum miserat omnes:
Ad bellum missos perdidit una dies.
Ut tamen Herculeae supererent semina gentis,
Credibile est ipsos consuluisse Deos.
Nam puer impubes, & adhuc non utilis armis,
Unus de Fabiâ gente relictus erat.
Scilicet ut posses olim tu, Maxime, nasci;
Cui res cunctando restituenda foret.
COntinuata loco tria sidera, Corvus & Anguis,
Et medius Crater inter utrumque jacet.
Idibus illa latent: oriuntur nocte sequenti.
Quae sibi cur tria sint consociata canam.
Forte Jovi festum Phoebus sollemne parabat:
(Non faciet longas fabula nostra moras.)
I mea, dixit, avis, ne quid pia sacra moretur:
Et tenuem vivis fontibus adfer aquam.
Corvus inauratum pedibus cratera recurvis
Tollit, & aërium pervolat altus iter.

Sta-

235. *Miserat.*] *Portulit* unus Heinsii. *protulit* alter.

236. *Perdidit una dies.*] *Protulit* unus ex scriptis, unde Heinsius conjecerat, *prodidit: abstulit* Francof. Moreti & tres alii.

237. *Ut tamen Herculeae.*] Hanc antiquitatem illi familiae tribuêre veteres, Silius Italicus & reliqui: ex Hercule scilicet & Evandri filiâ Vindunâ primum Fabium natum. Certè ante Urbem conditam mentio hujus gentis: ea est, quam Remus habuit sociam. NEAPOL.

239. *Impubes.*] *Impubis* Junian. Bernens. & sex alii. *utilis annis* quinque. vid. Epist. I. 105.

240. *Unus de Fabia gente.*] Hoc sibi persuadere non potuit Dionysius Halicarnassensis; ideque non uno probat argumento: sed eâ quidem super re differit, quâ vix aliud certius apud Historicos. NEAPOL. Excutit hanc de Fabiis Historiam, & quid veri, quid falsi in ea sit egregie ostendit Cl. Perizonius in Animadv. Histor. cap. 5.

241. *Olim tu, Maxime, nasci.*] De hoc viro incomparabili loquuntur fere omnia, quae exstant, Romanorum monumenta. Plutarchus in primis cum fide ejus vitam & gesta publici usus fecit. NEAPOL.

244. *Inter utrumque jacet.*] Ex scedographiâ. Marsus nescio è quo rancido codice legit, *inter utrumque latet.* Caveant omnino parum cauti adolescentes ab illius interpretis inscitiâ. NEAPOL. Cum *latent* mox sequatur, accedo Mazar. Voss. Arond. & aliis multis, in quibus, *jacet*, ut recte Neapolis. unus Vaticanus, *micat*, *at medius* etiam malim. HEINS.

245. *Nocte sequenti.*] XVI. Kalendas. Columellae vesperi oritur Crater: & addit sub idem tempus venti mutationem. NEAPOL.

246. *Quae sibi cur tria sint tam sociata canam.*] *Consociata* Voss. Arondel. prim. Medic. septem. alii. bene. In mortem Drusi. 380.

Quodque etiam magno consociata Jovi est.

Horat. libro II. Od. III.

Umbram hospitalem consociare amant.

Phaedrus Fab. LXVIII.

Novissime interdixit, ne cum maleficis
Usum bonas consocient ullius rei.

Avienus Fab. XIX.

Quos moribus malus consociaret honos.

Utitur etiam eo verbo frequenter Tullius, pro *tibi* quoque probe *sibi* tres scripti, cum Zulichemiano. HEINS. *Cur tria sunt* Francos. & tres alii. *cur tres sint* unus Heinsii. *continuata* & hic sex libri.

247. *Forte Jovi Phoebus.*] Cetera haec *Quorsus* dices clarius à Mythologis. NEAPOL.

247. *Festum.*] *Sacrum* unus Heinsii. *non faciam* Moreti unus. Vide hanc fabulam apud Scholiast. German. pag. 137. Edit. Commelin. & eo referunt adagium Κόραξ ὑδρίαν. vid. Schott. ad Zenob. Cent. IV. 56. BURM.

249. *I mea, dixit, avis.*] Statius lib. II. Silvarum,

Scabat adhuc duris ficus denſiſſima pomis.
Tentat eam roſtro: non erat apta legi.
Immemor imperii ſediſſe ſub arbore fertur,
Dum fierent tardâ dulcia poma morâ.
Inde ſatur nigris longum rapit unguibus hydrum;
Ad dominumque redit; fictaque verba refert:
Hic mihi cauſſa morae, vivarum obſeſſor aquarum:
Hic tenuit fontes officiumque meum.
Addis, ait, culpae mendacia, Phoebus? & audes
Fatidicum verbis fallere velle Deum?

At

...um de Corvo, *Plangat Phoebëus ales.* & Manilius in Sphaerâ de hoemet Hydri ſigno:

— — *Cui proximus anguis*
Separatus diſparibus intexitur lamina flammis,
Et Phoebo ſacer ales, & una gratus Lyaeo
Crater. — —

Tutelae cauſſas multas retulere veteres. Neapol. *Ipſi*, dicit, *avis unus Moreti.*

249. *Morentur.*] *Morentur* Petavii Cantab. & plurimi alii. *ne quid ſine ſacra* Max. *nec ſacra* ees.

250. *Vivis.*] *E vivis* Voſſii, Junii, Bernenſ. & quidam alii, cum editis quibuſdam. in Mazarin. erat, *anjer*; vid. ad lib. I. 527. & inſr. 452.

252. *Acrima.*] *Acherium* pr. Vatican. & duo alii. ut lib. v. 18.

256. *Dulcia poma mora.*] *Mitia* unus Patavinus optimae notae. Virg. Eclog. I.

— — *ſunt vobis mitia poma,*
Caſtaneae molles, & preſſi copia lactis.

Horatius Epod. II.

Vel cum decorum mitibus pomis caput
Autumnus arvis exhalat.

In Catalecta vetus Epigramma de Menſibus:

Turgentes acinos varia, & praefecat uvas
September, ſub quo mitia poma jacent.

Ita ſaltem dicam: *turgentes acinos* exhibent perpetuum codices vulgati. Arnob. lib. v. *In pauci ſpatio punc exulat mitis perfectionis proprius maturitate conpita. cordis crudi*, vel *acerbi*, quae & dura paullo ante dicit. Noſter Amoribus. III. XIV. 24.

Pomaque crudeli vellis acerba manu.

Heins. *Mollia* exceptis Bonae & Putaneus codd. Et recte. *dura* opponuntur *mollibus*; quam dulcibus. vid. lib. XIV. Met. 557. *lenta* etiam *mora* dixit. *Dulcia* tamen *poma* potuit dicere imitatione Tibulli, qui lib. I. El. V. 31. etiam *dulcia poma* dixit; quae *acerbis* opponuntur. id eſt immaturis. & amat Tibulli exemplo ſaepe Noſter eamque. Burm.

257. *Jamque ſatur.*] Nullus dubito quin veram lectionem ſervaverit Sarravianus codex, qui habet, *Inde ſatur.* eleganter. id eſt ficubus ſaturatus. nam *inde* pro *ex iis* veteris eſt elegantiae. ita inſr. III. 274.

Saepe, ſed exiguis hauſtibus, inde bibes.

Flor. II. 18. *Plurimi octiſ, & quum urgeret fames, aliquantiſper inde vixere.* vid. ad VI. Met. 650. & ſup. lib. I. Fall. 357. deinde legerem, *pigris longum rapit unguibus hydrum*, ut olim Heinſius conjecerat, & quod praecedentia requirunt. *longam* etiam *hydram* unus Moreti. Burm.

258. *Ad dominum redit.*] Audi veterem, *ad dominumque redit.* Neapol. *& redit ad dominum* Hamb. *fictaque verba* Excerpt. Douz.

262. *Fatidicum verbis.*] *Verſis* Mazar. *veris* Hamburg. Puto, *veri.* nam *ver* erat integrum a manu prima, ut Met. XII. 18. *veri providus augur Theſtorides.* Heins.

263. *At tibi, dum lactens.*] Plinius lib. X. cap. 52. *Corvi ante ſolſtitium generant: iidem aegreſcunt ſexagenis diebus, ſiti maxime, antequam ſici coquantur autumno.* Neapol.

263. *Lactens haerebit in arbore ficus.*] Ficus *lactens* eſt viridis & recens. *Lac* vocarunt Latini ſici rorem, qui Graecis ὀπὸς· & σανὸς cuidam Anonymo, qui ſcripſit Alexandri vitam. Neapol. Groſios deſignat. Macrobius libro II. Saturnal. cap. 16. *Nec hoc ignorandum eſt, ſicum ſolam ex omni arbore non florere. Lacte proprium ſicorum. groſſi appellantur ſici, quae non maturescunt. Has Graeci dicunt ὀλόλυνθας. Martius: In mitibus tot non videbitis groſſum. & paullo poſt ait: Sumas ab albo lacte diſſimes groſſos.* Ita illa ſcribenda ſunt. Ex priore verſu Matii expunximus τὸ *ſicorum* ex gloſſa natum, quod verſui ſenario non admittebat. *lac ſicuum*, Graecis ὀπὸς lac in ſicu dicebatur. Plinius de ſicu Aegyptia: *Septeno numeroſa foetu: multo lactis abundans.* apud eundem libro XVI. cap. 38. *Ficis lactens humor, huic ad caſtos figurandos coaguli vis*, ſic ſcribe ex optimis membranis. lib. XXIII. cap. 7. malo, *Vici ſuccus lactens acori naturam habet*, quam *ſuccus lactens*, quod nunc circumfertur. & cap. 8. de caprifico: *Lacte ejus coagulatur in caſeum.* ſic Chiffle-

At tibi, dum lactens haerebit in arbore ficus,
De nullo gelidae fonte bibantur aquae.
Dixit: & antiqui monumenta perennia facti,
Anguis, Avis, Crater, ſidera juncta micant.
Tertia poſt Idus nudos Aurora Lupercos
Adſpicit: & Fauni ſacra bicornis eunt.
Dicite, Pierides, ſacrorum quae ſit origo:
Attigerint Latias unde petita domos.
Pana Deum pecoris veteres coluiſſe feruntur
Arcades. Arcadiis plurimus ille jugis.

Teſtis

Chiffletianus codex, non *lac.* de Palmis idem Plinius lib. XIII. cap. 4. *Dos bis praecipua ſucco pingui lactentibus.* Heins. vid. ſup. lib. I. 351.

264. *Fonte bibantur aquae.*] In alio ἀπελληνικῶς, *fonte bibentur aquae.* Neap. *Bibantur* rectius ſeptem veteres. Eſt enim imprecantis. Heins.

265. *Monumenta perennia.*] *Patentia* Urſini liber. ſic lib. VI. 195.

Haec hominum monumenta patent,
lib. IV. ex veteri libro. 707.

Factum abiit, monumenta patent, Heins.

267. *Tertia poſt Idus.*] XV. Kalendas Martias erant Lupercalia: his unde initium dicemus in transcurſu: nomen verò habuere à Lupercis, quorum plures ſodalitates. Una fuit Fabiorum, alia Quintiliorum; & hae antiquiſſimae: addita poſtea ea Juliorum à C. illo Caeſare. Cujus inſtitutionis mentio apud Dionem lib. XLIV. verba ſunt: Ἐφ' οἷς τε καὶ τοὺς τοῦ Πανὸς γυμνοπαιδίας, τρίτην πρὸ ἰσταμένου, ἐν Ἰουλίοις ἀνόμασαν. Tria ergo Romae Lupercorum collegia, quae ſacra quotannis ritè facerent: haec aliquantulum remiſſa Auguſti aevo, ſed eodemmet reſtituta. Suetonius lib. II. *Nonnulla*, inquit, *etiam ex antiquis caerimoniis paullatim abolita reſtituit, ut Salutis augurium, Dialis flaminium, ſacrum Lupercale.* Manſit hoc poſtea usque ad Anaſtaſii Imperatoris tempora, Theodorico Amalo in Italiâ regnante: ſic ex quodam antiquo S. R. regeſto (quod oculatim vidit) teſtatur Onuphrius Panuvinius, Veronae ſuae decus. Vide & Epiſtolam Gelaſii P. M. ad Andromachum Tom. II. Concil. Neap.

267. *Nudos aurora Lupercos.*] De hoc more Plutarchus in C. Caeſare: Τῶν δ' ἱερῶν πομπῶν τῶν ἀρχόντων πολλοὶ διαθέοντες κατὰ τὸν πάλαι νόμον, σκύτεσιν λασίοις τὰς ἁμαξεύοντες παίουσι διὰ γυμνασίου. Siliquicula tantum habebant circa pudenda ex ipſiſmet pellibus caprarum, quas in ſacrificio fecerant. Dionyſius lib. primo: Ἥκιστα ἐχρῶντο τοῖς ἐθέσι τὰ Πελάσγια ἐκείνους· ἢ γὰρ ὃ Λυκαῖος ἐπονόμασται παλαιὸν ἄρκτον τὸν κύριον γυμνὸς, ἐκτεμόμενος τοῖς αἰδοίοις τὰς ὀρχεις ἢ πυθόμενος τῶν ἐκ παλαιοῦ τοῦτο ἐπιτηδευόντων ἢ καιρῶν πάντων ἐκράτει. Nudum etiam corpus tunc illis unctum, neſcio an vulgo notum ſit; ſed erno ex Appiano lib. II. Bell. Civil. Ἀντώνιος, inquit, ἐπιτάττων τοῖς αὐτῷ Καίσαρι, τὸ διάδημα τότε γυμνὸς ἀναβαίνων (ἔστιν ἐπίδυτον τὸ ἐκ τῆς ἑορτῆς ἱμάτιον) ἐπὶ τὰ ἐμβόλα ἀνέδραμεν, ἐπιφώνων ἀξιώματι. Unctâ igitur & ſeminudi diſcurrebant vicatim ludentes; hinc Ludii appellati. Tertullianus de Spectaculis: *Sed & ſi Varro ludos à ludo, id eſt à luſu interpretatur, ſicut & Lupercos ludios appellabant, quod ludendo diſcurrant.* Qui legunt utrobique *ludios*, non damno: idem antiquis aliquando fuit *ludus* & *ludius.* Neap.

268. *Et Fauni ſacra bicornis eunt.*] Huic Deo ſuſpicor capras illas immolatas: ex harum ſanguine tunc duo juvenes fronte liniti, lanâ lacte madidâ eam detergebant; nec ſine riſu. Plutarchus in vitâ Romuli: Σφάττουσι γὰρ αἶγας, εἶτα μαχαίρᾳ δύο νέων ἐφεστηκότων αὐτοῖς, οἱ μὲν ἐμμελῶς μαχαίρᾳ ἐπιτόνῳ διαγράψαντες, ἕτεροι δ' ἀσυμφώνως ἐπιδραμόντες ἐπὶ δίοδον, ἔστιν βιβρώσκουσιν ἀγελαῖοι φονεύοντες. γελᾶν δὲ δεῖ τὰ μορμύκια μὴ τῶν λύκων. Canes etiam in eo ſacrificio caeſi: cauſſam lege paullo poſt apud eumdem. Neap.

268. *Sacra bicornis erunt.*] *Eunt* libri meliores plerique. dictum ſupra VI. 149. Heins.

270. *Attigerint.*] *Attigerit* plurimi.

270. *Latias unde petita domos.*] Ex Arcadiâ primum ſuſpicatur cum Euandro translata: & in hanc ſententiam idem ſcriptor in Romulo: Τύραννος δ' ἐκπεσὼν ἐπλεύσει σκιμπόδι Λίβυκα, κἀκ δυεῖν Δίβυς τῶν παραλιῶν· αὐτὸ δ' Ἀρκάδων ἔθνος ἦν καὶ Εὐανδρος. & Clemens Alexandrinus Stromatûn libro primo de Carmentâ: Ἣν οἱ μὲν Εὐανδρον, ὁ τὰ εἰς Ῥώμην ἡμῖν Ἑλληνικὰ καλλιφθογγος ἀνήνεγκε. Hoc ſanum auxerunt poſtea magnis aedificiis Romani, ut auctor Halicarnaſſenſis libro primo: nam vetus illud Arcadium fuit humile, & in ſpeluncâ nullâ fronde pertectâ. de quâ idem: Ἔνδον βωμὸς, inquit, ἱδρυσάμενοι τῷ Διΐ, νῦν πανταχοῦ θυσίαν ἐπιτελοῦσι, τὸν μέγιστον ἢ καθ' ἡμᾶς χρόνῳ, Ῥωμαῖοι θύοντι ἐν μέ-

Teſtis erit Pholoë, teſtes Stymphalides undae;
Quique citis Ladon in mare currit aquis;
Cinctaque pinetis nemoris juga Nonacrini;
Altaque Cyllene, Parrhaſiaeque nives.
Pan erat armenti cuſtos, Pan numen equarum:
Munus ob incolumes ille ferebat oves.
Transtulit Evander ſilveſtria numina ſecum.
Hic ubi nunc Urbs eſt, tum locus Urbis erat.
Inde Deum colimus, devectaque ſacra Pelaſgis.
Flamen ad haec priſco more Dialis erat.

Cur

Φιξηνίδες, ἧς χαριεσσῶν τροπαὶ, ἐὼν ἐ τόνι γαμ. μιαν μακρόνετο. Nead.

271. *Coluiſſe ferantur Arcades.*] Quippe quem ἐπιχώριον. Et sane nulla prorsus fuit urbs aut angulus in eâ regione, in quo sacrum aliquod huic Pani non esset. Lege tota Arcadica Pausaniae. Neapol.

272. *Fatentur.*] *Fatentur* Mazarin.

273. *Teſtis erit Pholoë.*] Φολόη mons ejusdem regionis. Strabo lib. VIII. Καὶ ἡ Φολόη δ' ὑπέρκειται τῆ Ὀλυμπίας ἱερογνήμων, ἧς ἀπὸ Ἀρκαδικοῦ, ἐς τὰ ἐσχατιαὶ ἐ Ἠλειακῆ. nomen sortitus a Pholoë Lyncei uxore Danaï filia. Hesiodi Scholiastes ad Theogon. Φολόη ἐ ὄρος Ἀρκαδίας, ἀπὸ Φολόης τῆς Λυκάονος γαμετῆς τοῦ Πελασγοῦ, ἧς καὶ ἐμνήσθη Ἡσίοδος ἐν τούτοις, ἢ ἐν Ἠοίαις. Nead. *Erat* Exc. Dousae, quindecim alii, *erat*, Morell. *erit*, & prima Veneta, quod Heinsio placebat, si seq. *ſyl. erunt.*

Teſtes Stymphalides undae.] Stymphalus urbs in Arcadia, & ejusdem nominis amnis. Pausanias lib. VIII. Ἐξ ἧς Στυμφαλὶς γυναῖκα μὲν ὄρος λέγουσι τὸ μεταξὺ τῆς τε Στυμφάλου καὶ Μαινάλου, ὄνομα δὲ τῷ ὄρει εἶναι, ἀπὸ τοῦ ἐν τῇ κορυφῇ τῇ ὄρους ἕλους. Ἔστι δὲ καὶ ἐν τῇ Στυμφαλίᾳ χωρίον ἱερὸν Ἥρας, ἐνταῦθα ἡ θεὸς παῖδα νεογνὸν ἐκ τῆς κεφαλῆς ἐτέκετο. Ἐν δὲ τῇ Στυμφαλίᾳ καὶ ἄλλο ἱερὸν Ἥρας ἐστὶν ἀρχαῖον, ἐνταῦθα νέαν παῖδα ἐκ τοῦ ὕδατος ἀνέτειλε τοῦ ἐν τῇ πηγῇ. Ἐν δὲ τῇ Στυμφαλίᾳ μία πόλις ἐστὶν ἔτι οἰκουμένη, ἀπέχουσα ἀπὸ τῆς λίμνης, ἣν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ἥρωος ὀνομάζουσιν Ἄγκαιον. Caetera illa, Οὗτος ἐγένετο μὲν κατὰ τοὺς Ἀργοναύτας, clarius explicat Scholiastes: Τὸν δὲ Ἄγκαιον τοῦτον ἐκ τῆς Ἀρκαδίας ἐν τῇ Ἀργοῖ, τὸν Ἐρύμανθον ἀποκτείναντα. Idem.

Quique citis Ladon in mare currit aquis.] Hic defluit e paludibus Lernaeis.

Nonacrini.] Epitheti Paean. Octavii Horatiani lib. II. Pinus etiam frequens in Nonacrinis montibus, ut Ovidius III. Met. & I Idet. Ita Lycymnaeus *Pinum* Nonacrinam. Idem.

275. *Nemoris juga Nonacrini.*] Nonacris etiam inter colles Arcadios. Adi Plinium lib. IV. cap. 6. Is unus, è quo fluebat Stygis hydor: cujus admiranda petas è Vitruvio lib. VIII. cap. 3.

276. *Altaque Troezene.*] *Troezene* non dicitur, sed *Troezen* apud veteſtiores Graecos ac Latinos ſcriptores, & ut dicatur, tamen Arcadiae ea civitas non ſit, ſed Peloponneſi. Lege igitur, *Cyllene* cum Voſſ. Mazar. Zulich. & decem aliis. Puteaneus & Douzae liber, *Tigene*. Κυλλήνη, ὄρος Ἀρκαδίας. unde Mercurium quidam dictum volunt Cyllenium, ſic lib. V. Metamorphoſeôn, 607.

Usque ſub Orchomenon, Pſophidaque, Cyllenenque,
Maenaliosque ſinus, gelidumque Erymanthon & Elin

Currere ſyſtinui.
lib. I. Met. 217.

Et cum Cyllene gelidi pineta Lycaei.

ubi *Cyllene* perperam ſcribitur. lib. VII. *Dextera Cyllene eſt.* non *Cyllena* cum vulgatis. hujus montis meminit & Vatt. v. 187. Noſter. Statius quoque Theb. IV. 284. ubi varia Arcadiae loca recenſentur:

Non Tegea, non ipſa Deo vacat alite felix
Cyllene, templumque Aleae nemorale Dianae,

& ſ. 296.

Aegyptios idem ardor agros Pſophidaque celſam
Poſſat.

ita ſcribendum eſſe ex Naſonis loco jam adducto ſatis manifeſtum eſt, & confirmant veteres membranae. vulgati perperam, *& Pſophida celſam*, Heins.

277. *Pan illic numen aquarum.*] *Equarum* nonnulli legunt. Naugerius. Hinc in Graecorum Epigrammatis nil frequentius reperies, quam Panideo vota piſcatorum. de his alicubi Zoilus de Thaſius:

—— Ὑμῖν γὰρ Πανὸς ἔκειτο λίνα.

ad felicem ſuae capturam. Neapol. *Equarum* Urſini, Mar. Zuſich. & octo alii. codex Pom. Lacti & tres alii,

Pan

Cur igitur currant; & cur (ſic currere mos eſt)
Nuda ferant poſitâ corpora veſte, rogas?
Ipſe Deus velox diſcurrere gaudet in altis
Montibus; & ſubitas concitat ille feras.
Ipſe Deus nudus nudos jubet ire miniſtros:
Nec ſatis ad curſum commoda veſtis erat.
Ante Jovem genitum terras habuiſſe feruntur
Arcades: & Lunâ gens prior illa fuit.
Vita ferae ſimilis, nullos agitata per uſus:
Artis adhuc expers & rude vulgus erant.

Pro

Pan erat armenti cuſtos, Pan numen aquarum. quod ampleſtor, ſi legas, *equarum*. Heins. *Armenti* Thuan. *Pan illis numen* Mazar. *Aquarum* defendi poſſet cum Neapoli; nam & Ἀκταῖος litoralis dicitur Theocrit. Idyl. ϛ. 14. ubi inter alia Scholiaſtes, auctore Pindaro, dicit, eum Φροντίζειν τῶν ἁλιέων. praeterea Sophocl. in Ajac. ϛ. 700. vocat ἁλίπλαγκτον, quia, ut Scholiaſtes ait, οἱ ἁλιεῖς τιμῶσιν τὸν Πᾶνα ὡς νόμιμον θεόν. addit & aliam rationem, quia colebatur in promontoriis, ad quae fluctus accedunt. quò & reſpicit Æſch. in Perſ. 448. de Salamine: Δίοσμος ναυτίλοις, ὃν ὁ φιλόγηρος Πὰν ἐμβατεύει, πυντίας ἀκτῆς ἐπὶ. & inde aliquot Promontoria *Poſidonia* dicta notum eſt. ad fontes etiam ſtatuas Panis fuiſſe apparet ex lib. IV. Anth. cap. XI. pag. 475. ubi ſtatua Panis ad aquam fluentem ſine ſtrepitu. vide & reliqua ibi epigrammata. retinuimus tamen *equarum*. ut per armenta intelligat boves, & ideo equas diſtinguat. in Bernenſi & ſeptem aliis erat, ut & in editis quibusdam, *Pan erat armenti, Pan illic numen aquarum.* Burm.

279. *Transtulit Evander.*] Quo tempore jam notavimus primo Faſtorum. Nead.

282. *Dialis erat.*] Ne titubes. Idcirco hujus ſacris flamen hic aſſuit; quia Pan univerſa natura creditus, & ipſe Jupiter: norunt Mythici. Nead. *Erit* duodecim ſcripti: duo, *ineſt.* pro *ad haec* Mazar. & quatuor alii, *ab hoc*. totidem, *adhoc.* tres, *adhuc*. unus, *obhoc*. Urſini liber & duo alii diſtichon hoc omittunt. Forte,

Flamen ad haec priſco more Dialis erat.
Heins. Forte, *devectaque ſacra Pelaſgis*
Flamen adhuc priſco more Dialis agit.

ut flamen Dialis Pani etiam ſacrificet. quod inde forte evenit, ut Neapolis notavit, quia Pan idem eſt qui Juppiter. vide Serv. ad Virg. Ecl. X. 27. Triſtan. tom. III. Comm. p. 83. Et hinc in nummo M. Aurelii Jupiter Mendeſius conſpicitur capram ſiniſtra geſtans, de quo vide Morell. Specim. Rei Numm. pag. 127. Heinſius etiam conjecerat, *adit*, & *erat* repetitum cenſebat ex praecedenti diſticho. Burm.

283. *Cur igitur currant.*] Nunc dicendae ve-

Tom. III.

niunt cauſſae celeritini curſus & poſitae veſtis: quibus diutius inſiſtit. Nead.

283. *Si currere mos eſt.*] *Sic* cum ſcriptis pleriſque. Heins.

284. *Nuda ferant.*] *Nudaque ſint* alter Mazar.

286. *Concitat ipſe feras.*] Urſini liber, *concipit ille fugas.* Clofan. In Scaligeri, ut & Berlmanni codice melius fortaſſe, *& ſubitas concitat ipſe feras.* quamquam ſane Pan fugas concitat, cum ſubito terrorem immittit & in fugam agit. quod φόβους τίκτειν, & ἰωχμὸν δνόμαν, Poetae Graeci dicerent. Dan. Heins. Lege, *concitat ille feras.* & ita liber Ms. Neapol. *Concitat ille feras* Mazar. unus Vaticanus & Moreti. quam veram lectionem arbitror. Hi terrores πανικὰ vocabantur, *καὶ πανικὰ δείματα.* de quibus in Miſcellaneis cap. 28. vir ſummus Angelus Politianus, & poſt illum Magnus Caſaubonus ad Tactica Polybio ſubjuncta. Appoſite Val. Flaccus lib. III. 56. ubi de Pane:

Ludus & ille Deo, pavidum praeſepibus auſert
Cum pecus, & profugi ſternunt dumeta juvenci.

concitare, ut ſupra lib. I. 436. *Fugieas concitat omne nemus.* & ſic ſaepe alibi. Urſini tamen codex & quinque alii, *concipit fugas.* non minus eleganter. pro qua lectione erudite, ut ſolet, multa Gronovius Obſervat. lib. IV. cap. 14. reliqui codices, *concipit feras.* Poſſis etiam, *concitat inde feras.* Heins. Confirmat hanc lectionem Servius Ms. in Bibliotheca Leidenſi ad Virg. I. Georg. 17. *Alii ex Mercurio & Penelopa natum, concitum Dianae feras ſolitum a tubilibus excitare, & ideo capripedem figuratum.* Vid. ad Val. Fl. III. 48. Burm.

287. *Jubet ire miniſtros.*] *Amat ire* codex Thuaneus. Heins. *Jubet eſſe* Bernenſ. & multi alii, & ita editi quidam. ut etiam, *ad curſus* ſeq. verſu.

289. *Habuiſſe.*] *Habitaſſe* Francof. Mazarin. pro varia lectione. Sed vulgatam agnoſcit Lutat. ad illa Stat. IV. Th. 275.

Arcades huic veteres, aſtris Lunaque priores
Agmina ſola datis.

Habere & *habitare* etiam confuſa lib. V. Met. 497. ubi vide. Burm.

291. *Vita feris ſimilis.*] Diodorus Siculus in principio:

Pro domibus frondes norant, pro frugibus herbas:
Nectar erat palmis hausta duabus aqua.
Nullus anhelabat sub adunco vomere taurus:
Nulla sub imperio terra colentis erat:
Nullus adhuc erat usus equi. se quisque ferebat.
Ibat ovis lanâ corpus amicta suâ.
Sub Jove durabant, & corpora nuda gerebant,
Docta graves imbres & tolerare Notos.
Nunc quoque derecti referunt monumenta vetusti
Moris, & antiquas testificantur opes.

Sed,

300. Τὰς δ' ἢ ἀρχὴ ἐχαλέπαινε· ἢ διὰ μέσου ἔφριξε δὸς ἐπάνω ἢ ἐπιφρὺς ἐπιπολάζουσα· ἐπιπόλαιον ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων, ἐπιπόλαιον ἐπὶ τῶν ἀνοήτων· καὶ ὑπερβολικῶς ἐπὶ τῶν ἀπερισκέπτων· καὶ ἢ ἐπιφρὺς ἐπὶ τῶν ἀνοήτων λέγεται. Na. Vat. *Ere* & unus Vatic. non. pro *forae* similis, pro *frimae*. Sed nec male Mazarin.

Vina fere silvis nullos agitata per usus.

pro vulgata scriptura facit Senecae locus Thyestae,

—— *rapta silvifero fuga,*
Subitusque dempto pristis & missum feris,
Similisque vinum.

Sequens versus *rude vulgus erant* unus Moreti pro deterâ lectione, rectius quàm *erat* cum vulgatis. Burm. *Rara similis* Modius Novant. Lect. cap. 63. jam emendarit ex Colomesii Ms.

292. *Artis adhuc.*] An non, *artis ad hoc expers & rude vulgus erat*, id est praeterea? ut ita pallim *ad hoc*, & *ad haec*. vid. ad VI. Met. 459. *ut rude vulgus* unus Heinsii. Burm.

294. *Haustis duabus aquae.*] Cum neque poculi neque vasis ullius erat. Alsius Tibullus: II. Eleg. 17. 39.

O nullam fruges; ut sint modo rure puellae:
Cana mihi, & puro nare bibantur aquae.

Neapol.

296. *Terra colentis.*] *Regentis* unus Moreti, quod a gloriosae, quae putabat hoc *imperio* convenire, ortum. sed & colentes reperias terrae. vid. Gravv. ad Cicer. de Senect. cap. xv. & ita *parare* telles Burm. vid. Broukh. ad Tibul. I. x. 9. Burm.

297. *Sub Jove.*] *se quoque* Vatican. pr. *corpora* Flor. Voss. & duo alii; *corpore* Hamb. sed tunc legendum, *nec tegmina nulla tegebant.*

299. *Et nec...nudo gerebant.*] Idem Dionysius: Τὰς δὲ πόλεις ἢ ἀδρότης, μᾶλλον δὲ ἀγριότης ἔτι τῶν ἐπιτηδευμάτων ἐκείνων ἐπεῖχε· ἀλλ' ἔτι γυμνοὶ μὲν ἐβάδιζον, ἀνυπόδητοι δὲ ἐπορεύοντο, καὶ τὰς κεφαλὰς ἐπιπολάζουσαν ἢ ἔτι τὴν τριχὸς ἀκαλλωπιστίαν ἐφύλαττον· ἐπὶ δὲ τοῖς ὤμοις, ἀφ' οὗ τὸ ψυχρὸν ἢ τῶν ὑετῶν ἐκώλυε, δέρματα ἐπεβάλλοντο. Primus Rex Pelasgus fuisse dicitur his malis, Pausanias lib. VIII. *Pelasgus igitur cum regnare coepisset, primùm quidem rudes homines docuit tuguria, ad frigoris, imbrium & aestus incommoda arcenda, aedificare: idem tunicas facere instituit è juncis coriis; qualibus his ipsis temporibus in Euboeâ & Phocide tenuiores homines utuntur.* Neap.

302. *Antiquas.*] *Antiquae* Vatican. pr. unde Heinsius conjiciebat, *id antiquae testificantur opes.*

304. *Fabula plena joci.*] *Prima joci* Mazarin. quod videtur pro *priva*, ut saepe, positum a librario. vid. ad lib. I. 113. & ita olim etiam Heinsius conjecerat, vel *prisca*. Burm.

306. *Vidit ab excelso Faunus utrumque loco.*] Opt. Vaticanus & Maffei: *Jugo*. Ciofan. Vetus habet, *loco*. Neap. Ita inf. VI. 498. ex Ms.

Et secum excelso mittis in astra jugo.

307. *Meus ardor.*] *Meus ignis* Junii. *ardor mis* Lucii & alius.

309. *Humeros perfusa capillis.* De hac & aliâ crinium texturâ Lucianus ἐν τοῖς Ἔρωσι, sub finem: Ὀνείκιον ἢ ἀρωὶ ἐ μίλακα χοίτη ἐμίζησε, ἢ γναμπτοῖσιν πίτνει ἐς ταὐτὸν αὐλίσκοισιν· ἔλαν Ἀργείοι σχεῖν ὀπ' ἢ τριχῶν ἀσπασίως, σὺ δὲ ἐξ ἐγγενοῦς, ὑφεὶς ἀβλεπτὸν φλοιὸν λύκου δίχα τὸ πλοκὴν ἐλάτῃ δέρματος ἢ ἐβένῳ μὲν αἱ μέχρι ἢ ὀφρύων ἰδιόχρωμοι κόμαι, βραχὺ τῷ μετώπῳ ῥιπτάζουσαι ἀθέσει, σταφιδὶς ἢ, ὄχῳ ἢ μετωφείου, εἰ ἐκποδὼν ἐκκαλύπτουσι πλάκαμον. Cum incompti capillum gestabant, nodo ad summum verticem religabatur. Apuleius de quidam lib. II. Met. *Uberes enim crines, leniter emissos, & cervice dependulos, ac deinde per colla dispositos, fluentemque fluxilis patagio residentes, paulisper ad finem coërcitos, in summum verticem nodus adstrinxerat.* Hic unus ornatus capitis mulebris: alius erat tutulatus; eidem *spirosus* II. Milesiarum: *Quid cum frequenti sobole spirosus cumulat verticem, vel prolixâ fovet correctus dorsa permanus?* Primus in Graeco Epigrammate est: Πυρρὴ ἢ κορύσσεται κεφα-

Sed, cur praecipuè fugiat velamina Faunus,
Traditur antiqui fabula plena joci.
Forte comes dominae juvenis Tirynthius ibat:
Vidit ab excelso Faunus utrumque jugo.
Vidit, & incaluit, Montanaque numina, dixit,
Nil mihi vobiscum est: haec meus ardor erit.
Ibat odoratis humeros persusa capillis
Maeonis, aurato conspicienda sinu.
Aurea pellebant rapidos umbracula soles;
Quae tamen Herculeae sustinuere manus.

Jam-

λῇ. Κόμμῳ concumulatio illa comae. Hesychius: Κρωβύλος, ὁ ἁμαλὸς ἢ παιδὸς, ἢ ὁ κόμμος ἢ ἱμαλὸς, ἢ ἐφ' ἑαυτοῦ κόμμος δὲ μόνη ἢ ματαία ἐπὶ τῶν κορυφῶν. Neap.

310. *Maeonis.*] Nam Omphale domo Lydiâ. Meones antiquitus dicti Lydiae populi. Strabo lib. XIII. Τὰ μὲν οὖν περὶ Κύζικον, Φρύγες ἐκράτησαν ἕως Ἑλλησπόντου, &c. τὸ δὲ Θέρος πρῶτον Λυδοί, εἶτα τότε Μίονες. Herodotus lib. primo sub initium: Κανδαύλης ὁ ὁ Μύρσου, ὑπὸ Ἑλλήνων Μυρσίλος καλεόμενος, οὗτος ὁ τὴν πατρῴην Ἀργωνέων βασιληΐην ἐπέτρεπε ἢ χρόνος, ἦν δὲ τύραννος Λυδῶν ἢ Ἄτυος τοῦ ὁ θεμὸς Λυδῶν ὀνομάζεται ὁ πᾶς ἔτος, πρότερον Μήων καλεόμενος. Non melius in aliis, *Maiones* nam Μῆων & *Maiones* scripsere Graeci veteres. Nomina enim barbarica, teste eodem Strabone, variis obnoxia inutationibus: hac de causâ, Ἄμαξις, inquit libro XII. δὲ καὶ Βρίγες, καὶ Βρύγες, καὶ Φρύγες οἱ αὐτοί· καὶ Μυσοὶ, καὶ Μίσσες, καὶ Μαίονες, καὶ Μῆονες, sed *Meones* antiquior scriptura quàm *Maeones*. Idem lib. XIII. Οὓς ὁ ποιητὴς καλεῖ Μήονας, οἱ δ' ὕστερον Μαίονας. Neap.

310. *Aurato sinu.*] Pro veste auro sparsa, sive acu pictâ, sive aureis filis contextâ, sive segmentâ: eodem sensu *auratum* legitur in auctoribus melioris notae. Capitolinus in M. Antonino Philosopho: *Vasa etiam regia, & vestem uxoriam sericam & auratam, gemmasque eidem multas in repositorio sanctiore Adriani repererat.* & Trebellius Pollio in duobus Gallienis: *Gladiatores pompaliter ornati cum auratis vestibus matronarum.* & multo post: *Purpuream tunicam, auratamque virilem, eamdemque manicatam habuit.* Sed Nonius, paucis intersectis, hanc eamdem Omphales facit *Getulo murice tinctam.* Compones ex auro & purpurâ vestem χρυσῆν ἁλοπόρφυρον, χρυσῇ κατατρῶν, sive melius, διάχρυσον ἀνθινὸν, coloris vero purpurei, non ex lanâ: nam tunicae epithetum est *tenuis*, quod Latinis scio passim pro serico in usu. Poëta de crocotâ:

—— *Tenui succincta crocota.*

Hanc è serico fuisse, expresse subnäicat Comici Scholiastes, cum de eâdem veste: Κεκαυδν, inquit, ἀπὸ πόνης ὑφάσμα. & de Coâ veste Tibullus:

Huic sint & tenues vestes, quas femina Coos
Texuit, auratas dispositusque vias.

Coam bombycem & Assyriam cum sericâ sine controversiâ nitice. Sit mihi ut antiquo fides: nomen enim sericum post notos Seres innotuit: prius Coa, Assyria, Medica. Perfica vellis, ut arbitror, eadem cum eâ quae postea *serica* dicta. Porro de Medicâ clare Procopius libro primo Persicorum: Αὕτη δὲ ἐστι ἡ μέταξα, ἐξ ἧς αἱ βύβλοι τὴν ὑφὴν ἐργάζονται, ἣν πάλαι μὲν Ἕλληνες Μηδικὴν ἐκάλουν, τανῦν δὲ Σηρικὴν ὀνομάζουσιν. Vide & Marsilium Cagnatum Variar. Obser. lib. IV. cap. II. Neapol.

311. *Aurea pellebat tepidos umbracula soles.*] Unus Vatic. *rapidos*. Ciofan. Rectius undecim libri, *rapidos*. quo fervorem solis exprimit. Amor, lib. III. Eleg. VI. 106.

Sint rapidi soles siccaque semper hiems.;

apposite Claudianus IV. Conf. Honorii, 342.

—— *nec defensura calorem*
Aurea submovuant rapidos umbracula soles.

habes tamen & *tepidos soles* apud Maronem Georgicôn primo. Horat. II. Od. IX.

Nec rapidum fugiente solem.

Virg. I. Georg. 92. *Rapidive potentia solis.* Germanic. Progn.

Ac rapidis iidem me solibus auferet orbis
Efficient. Heins.

fic VIII. Met. 215. eadem varietas, *rapidi vitamina solis.* Gell. V. 14. *Sole medio, rapido & flagrante.* ubi Priscianus, *arido*. alii, *ardido* legunt. Burm.

311. *Umbracula soles.*] Umbraculum τὸ σκιάδιον quod ex pellibus & è qualibet divite materiâ concinnari potuit, quae solis radios arceret. Recentiores Graeci dixere σκιάδιον pileum Magni Domestici. Vide Codinum Curopalatam. Neap.

Jamque nemus Bacchi, Tmoli vineta, tenebat:
Hesperus & fusce roscidus ibat equo.
Antra subit, tophis laqueataque pumice vivo.
Garrulus in primo limine rivus erat.
Dumque parant epulas potandaque vina ministri;
Cultibus Alciden instruit illa suis.
Dat tenues tunicas, Gaetulo murice tinctas:
Dat teretem zonam, quâ modo cincta fuit.
Ventre minor zona est: tunicarum vincla relaxat,
Ut possit vastas exseruisse manus.

Fre-

313. *Jam Bacchi nemus & Tmoli vineta tenebant.*] Numeri in hoc versu turbati. Puteaneus codex & unus Farnes. *Jamque nemus Bacchi.* duo alii τὸ & non agnoscunt. Lege,

Jam Bacchea, nemus Tmoli, vineta tenebant:

ita *Bacchon ululatus*, pro Bacchicis, lib. IV. 17. Met. malo autem, *tenebant* quam *tenebat*, quod in pleraque eti sic Virgil. Æn. VI. 477.

Inde datum molitur iter: jamque arva tenebant
Ultima.

Vincas nempe & Sibylla. Heins. Mitiori medicina lego, cum Farnesiano,

Jamque nemus Bacchi, Tmoli vineta, tenebat.

ut sit appositio. vino feracem Tmolum vidimus ad lib. VI. Met. 15. *tenebat* etiam non mutandum propter sequens *subit*. Burm.

313. *Tmoli vincta.*] Τμῶλος Lydiae mons immittet Sardibus: quae olim regia fuit Lydorum. Vitruvius: *Celeberrimæ maximæ Sardibus in latere Tmoli montis, qui autem Timolus appellabatur, vitibus consitus.* Hinc Nonno, *vineta Tmoli*, & Graecis celebre illud Τμωλίτης, de quo Strabo libro XIV. Τμῶλος, καὶ ἡ Κατακεκαυμένη, καὶ Κυδὼς, καὶ Σμύρνα, καὶ ἄλλα ἀκμαιότερα νῦν ἐπιφάνειας ἐσχηκότα. Neap.

314. *Hesperus.*] *Hesperos* Petavianus. sic his scripsum olim Fragmento Prognosticorum Germanici in vetusto codice Puteano. Heins. Lege, *Hesperus ut fusco. Rosidus* etiam quatuor & inf. fol. 332. libri. v. ad Elleg. in Drus. 282.

314. *Fusco.*] Fuscus equus Vespero datur, quando est ἰσοπρόσωπος, sed candidus, quando est φαιθοπρόσωπος. Scal. de Emend. Temp. lib. II. Dorv.

315. *Vopiscus Inqueata.*] Naturâ magistrâ: nam tophis est nativus. Neap.

315. *Laqueata & pumice vivo.*] Rotundius decem veteres, *laqueataque*. *vivo pumice* etiam reddimus Claudian. II. Rapt. 162. Heins.

316. *Limine.*] *Limine* Bernens. & unus Heinsii.

316. *Alcidæ indunt illa suis.*] O vino forti injuriam! sed quia mortalis, ἐλαττητὸς· fuit tamen id factum Herculi Tertullianus in Pallio: *Turpius adhuc libido virum cultu transfiguravit quàm aliqua maturna formido; tametsi adoratur à vobis, qui erubescendus est, Scytalosagittipelliger ille, qui totam epitheti sui sortem cum muliebri cultu compensavit. Tantum Lydiae clanculariae licuit, ut Hercules in Omphale, & Omphale in Hercule prostitueretur.* Neapol.

318. *Induit illa suis.*] Libri veteres ita habent. Ciofan. *Instruit* vetustiores plurimi. recte. sic Ep. IX. 117. de hac eadem, ni fallor, Omphale:

Instruxitque manum clavâ domitrice ferarum.
Epist. Didus VIII. 188.

Instruis impensa nostra sepulcra brevi.

hinc *instrumenta* pro cultu. Initio Trist.

Felices ornent haec instrumenta libellos.

& *instructura*. Isidorus: *Instructura parietum ad normam fieri oportet.* idem alibi de calce: *usus ejus in structuris fabricae necessarius.* sed priore loco *instructura* pro structura poni videtur. libro Met. XI. 167.

Instrataque fidem gemmis & dentibus Indis
Sustinet à lævâ.

hoc est ornatam. ita libri vetustiores. Apud Pomponium & alios veteres Ictos *supellex* definitur *instrumentum domus.* interpretes Basilicorum transtulerunt, ὑποστασίων, quod tantumdem est. *cultum & instructum* conjunxit Tertullianus libro de Anima, ut Noster *cultibus instruere. Ipse orbis in promptu est cultior de die & instructior prisfino.* Heins. Ita lib. VI. Met. 598. *Dii ritibus instruitur.* & lib. XIV. 767. & *aulia domit instramenta sibi.*

319. *Dat tenues tunicas.*] Has ἐβρίθων κύπασσα vocavit Diotimus, poëta vetus; traditque ab eidem in templo Dianae consecratas in hoc Epigrammate, nescio an adhuc edito:

Χεῖρ μοι ἀφὴ κύπασσι, τὸ Θραιμλὶς πρὶν Λιδὴ
Δυσμήρη φιλόσιτ' ἤδιν ἐς Ἡρακλέης·
Ὀλβίῳ ἀνδρὶ κόμισσι, ἔχ ὡς πρὶν ἐχ πολίων ἐς τὸ
Χρύσιον Ἀβρισθέω τῶν ἐπέδης μελάθρων.

De

Fregerat armillas non illa ad brachia factas:
Stringebant magnos vincula parva pedes.
Ipsa capit clavamque gravem, spoliumque leonis,
Conditaque in pharetrâ tela minora suâ.
Sic epulis functi, sic dant sua corpora somno;
Et positis juxta secubuere toris.
Causa; repertori vitis pia sacra parabant,
Quae facerent purè, cum foret orta dies.
Noctis erat medium: quid non amor improbus audet?
Roscida per tenebras Faunus ad antra venit.

Ut-

De hujusmodi veste consulendi Graeci philologi, qui non omnes, ut hic, scripsere κύπασσον duplici σσ. Hesychius: Κύπασις, περίζωμα καὶ χιτῶνος εἶδος. Alcaeus: Πυρ' δὲ ζώματα πολλὰ καὶ κυπασίδες, non κυπατίδες, ex emendatione viri el. H. Casauboni. Neap. Vid. Casaub. ad Athen. XIV. 6.

320. *Dat teretem.*] *Tenuem* Thuan. & decem alii.

321. *Vincla relaxant.*] Lib. Ursini, *Vincula laxant.* Ciof. Non verior unius libri editio, *tunicarum vincula laxant.* Neapol. *Vincula laxat* Francof. & duo alii. unus, *claustra relaxat.* non male, nam sequitur *vincula.*

322. *Magnas manus.*] *Vastas* liber Pomponii Laeti & duo Farnesiani pro diversa lectione. quod placet. nam *magni pedes* sequuntur. Heins.

324. *Scindebant magni.*] *Stringebant magnos* quinque codices. similia habes apud Statium Theb. X. fol. 642.

Amphitryoniadem exutum horrentis terga
Perdere Sidonios humeris ridebat amictus
Et turbare colus, & tympana rumpere dextra.

Heins. *Stringebant* etiam Francof. *Cingebant* Petavii unus, *rumpebant* alter Putean. *scindebant magni* Bernens.

324. *Scindebant vincula parva pedes.*] Quippe feminea; eademque non laxa ipsis gestari solita: quam phrenesim inter alias mulierum notavit Lucianus ἐν τοῖς Ὑπὲρ· Καὶ μετὰ τοῦτο ἐνδοβαφῆ πέδιλα, τῆς σαρκὸς ἐνδοτέρω τοὺς πόδας ἐπαφίγγοντα. Neapol.

325. *Capit.*] *Rapit* unus liber.

325. *Clavamque gravem.*] Seneca in Hercule Oetaeo: *Posuitque claevas pendet.* Neap.

326. *Tela minora.*] Vitium volebat, *minore.* sed male. *tela minora* opponit clavae, quae telum majus. Heins. Ita Florus lib. I. pilum *telum grave* vocat.

327. *Dant sua corpora.*] *Sua pectora* Mediceus unus. vid. IV. Met. 489.

328. *Secubuere toris.*] Nam in casto fuisse debebant, qui manè se rei sacrae immisturi erant: receptissimus ritus apud veteres, si aliquis receptior. In sacris Isidis factitatum observo diserte ex Juvenale: ubi maritus, si puris & observandis diebus à concubitu uxorio non abstinuerat, veniam à Deâ impetrat pro violato cadurco. Quid *cadurcum* pridem explicarunt magni nominis litterati; sed haec Satyricus:

Ille petit veniam, quoties non abstinet uxor.
Concubitu sacris observandisque diebus:
Magnaque debetur violato poena cadurco.

Inde lectum, in quo per eos dies cubabant, variis herbis substernebant, quibus vis aliqua ad tutelam callitatis: quod summâ curâ factum Athenis in Thesmophoriis. erat autem in usu conyza. Nicandri Scholiastes ad Theriaca: Κόνυζα εἶδος βοτάνης· κατευκτικὸ δὲ αὐτῆ πρὸς συνουσίαν, διὰ καὶ τῶν Θεσμοφορίων ἐχρώνυτο. & ille Poëtae Syracusani ad Idyll. Κόνυζα, φυτὸν χαμαίδες, ᾧ αἱ Θεσμοφοριάζουσαι διὰ τὸν ἐργάζειν σιβδηποιῶσαι, δοκεῖ γὰρ ἡ βοτάνη, ψυχρὰ οὖσα, ἐπέχειν τὰς πρὸς συνουσίαν ὀρέξεις. Pari modo ad idem accepta pinus folia, cneorum, vitex, & allia, ut scribit Etymologici auctor. Juvit & cicutae liquor. Glossae veteres Persii: *Cicuta hic genus ligneris est, quod calorem in nobis frigoris sui vi extinguit: ideo Sacerdotes Cereris Eleusinae, quibus usus Veneris interdicebatur, hoc liquoris genere ungebantur, ut à concubitu se abstinerent.* Neap.

329. *Repertori vitis quia sacra parabant.*] Huic potissimum, cujus Hermuli in Limnis, ubi fiebant τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια, cogebantur, antequam sacra attreclarent, hanc sacramenti formulam proferre: Ἁγνεύω καὶ εἰμὶ καθαρὸς καὶ ἁγνὸ ἀπὸ τῶν ἄλλων τῶν οὐ καθαρευόντων, καὶ ἀπ' ἀνδρὸς συνουσίας καὶ τὰ Θεόγνιν, καὶ Ἰσθμοῖσι γεγαμὼς τοῦ Διονύσου κατὰ πάτρια, καὶ τὰ τοῖς καθήκουσι χρώμενος. Sunt verba Demosthenis. Neap.

329. *Quia sacra parabant.*] Bene Zulich. Mentr. Voss. & alii nonnulli, *pia sacra.* Heins. Ita & Modius Novant. Lect. 63.

Utque videt somno comites vinoque solutos;
Spem capit in dominis esse soporis idem.
Intrat; & huc illuc temerarius errat adulter:
Et praefert cautas subsequiturque manus.
Venerat ad stratì captata cubilia lecti;
Et primâ felix sorte futurus erat.
Ut tetigit fulvi setis hirsuta leonis
Vellera, pertimuit, sustinuitque manum;
Attonitusque metu rediit: ut saepe viator
Turbatum viso retulit angue pedem.
Inde tori, qui junctus erat, velamina tangit
Mollia, mendaci decipiturque notâ.
Adscendit; spondàque sibi propiore recumbit:
Et rigido cornu durius inguen erat.
Interea tunicas orâ subducit ab imâ:
Horrebant densis aspera crura pilis.

Ce-

553. *Vinoque solutos.*] Quidem lib. veteres, *sepultos*: alii, *gravatos*. Mattei verò, *sopitos*. Ctor. Examinat codices, è quibus diversae editiones sunt, *solutos*, *sopitos*, *sepultos*. Neap. *Solutos* meliores. quasi in tamen, *sepultos*. quos inter Zulich. & Lacti codices. alii, *gravatos*, vel, *jacentes*. Heins. Omnes fere lectiones habent quo se tueantur. *solutus mero* Petron. cap. LXXIX. ubi vid. idem *sepultos* dixit *multo & mero* cap. LXXXIX. alii vid. Comm. & ad cap. CXIX. *gravatus somno & vino*, vel *gravis* saepe Livius, Tacitus, Ovidius & alii. vid. ad Petron. LXXVII. *jacere* etiam de ebriis proprie dici videtur ad III. Art. Am. 765. quid ergo eligendum? quod quisque velit. ego *solutos*, quia in pluribus ad collectas, retineo. & ab interpretibus, qui animadverterunt ita Nolanum nihil & alios sic locos. Reliquos omnes variatos puto; vid. & Pier. ad Virg. II. 189. duo illat hic etiam *sopitos* habebant pro *comites* unam *sopitos* unus. *Gemalos* alius. 554. 56. 561. *comites* repetitur. Heins.

557. *In dominis.*] *Hinc dominis* unus liber. & *dominis* duo. *in dominos* Thuan.

559. *Captata.*] Tractata Naugerius.

560. *Setis hirsuta.*] Quidne Omphale Herculem mutabimus. Neap.

562. *Mentita.*] Mendaci, nempe. Heins.

563. *Attonitus qua saepe viator.*] Sic, *qua* vulgo, vel *quo*, vel *quem*, vel *quae*. Nihil opus mutare. nam ut saepius monui frequentissimi. hinc de ira Lucretius lib. IV. 59.

——— *quam saepe videmus*
Hominem fidem rebus subtexere mendax,

rigidi etiam Voss. Arond. Zulich. Mazar. & tres alii. ne bis idem dicat. At Ursini, Lacti, Petavii & plurimi alii, *rediit ut saepe viator*. vide Notas Ep. VI. 31. Respexit illa principis poëtarum, Iliad. T. 33.

Ὡς δ' ὅτε τις τὸ πρὶν ἐχεπευκὴς ἶδεν πολιοῦχος ἀνὴρ
Οὔρεϊ ἐν βαθέϊ, ἔπειτα τρομεῖ, ἶπαδὶς γυῖα,
Ἄψορρον ἀναχάζετο, ὄχρις τε μιν ἶδε μετώπου,

Quae & Maro in animo habebat. II. 379.

Improvisum aspris veluti qui sentibus anguem
Pressit humi nitens, trepidusque repente refugit.

Phaedrus II. Fab. I.

Viator est deductus in eundem locum,
Feroque viso retulit retro pedem. Heins.

565. *Adscendit.*] Ostendit haec vocula fuisse ἑξῆς ejusdem βατίκιον. haec pro literatis. Neapol. *Ascendit* Puteanus.

565. *Recumbit.*] In nonnullis, *resedit*. Naug.

565. *Spondaque sibi propiore.*] Sponda significat hic quamlibet cubilis partem: & bene. Nam *spondas* dixere Latini utraque lecti latera, sed cum discrimine: nam quae parieti hacrebat *interior* dicta, sive *plutei*, altera *exterior*, sive *prior*. in hac cubasse viros observo. Marcellus Empiricus: *Lectuli, qui infectiones sternuntur, si spondam lecti prioris, quà vir cubat pertraxeris, & spondae medio intinxeris, dolores capitis remediabit.* Neap.

566. *Et tumidum cornu durius inguen erat.*] Capitium Mazar. unus Moreti, *rigidum*. Glotterph. *rigido*. Probe. Petronius, cap. CXXXIV. *Rog. adolescentulus meam vetus dormiat: nisi illud tam rigidum red-*

Cetera tentantem cubito Tyrinthius heros
Repulit. è summo decidit ille toro.
Fit sonus: inclamat comites, & lumina poscit
Maeonis. illatis ignibus acta patent.
Ille gemit lecto graviter dejectus ab alto:
Membraque de durâ vix sua tollit humo.
Ridet & Alcides, & qui vidêre jacentem:
Ridet amatorem Lyda puella suum.
Veste Deus lusus fallentes lumina vestes
Non amat; & nudos ad sua sacra vocat.
Adde peregrinae caussam, mea Musa, Latinam;
Inque suo nostet pulvere currat equus.
Cornipedi Fauno caesâ de more capellâ,
Venit ad exiguas turba vocata dapes.
Dumque sacerdotes verubus transfuta salignis
Exta parant, medias Sole tenente vias;

Ro-

reddidero quam cornu. vide Notas Amor. III. Eleg. VII. ℣. 67. Heins. Metam. IX. 81. *Rigidum fera dextera cornu Dum tenat.* perperam vero huc trahit Clar. Salvinus illa Menandri, *βουβὼν ἐπῆρτο τῷ γονατι.* ut recte animadvertit vir doctus in Actis Lipsiens. A. 1711. pag. 373.

567. *Subducit.*] *Deducit* Moreti.

568. *Horrebant densis aspera crura pilis.*] *Spissis pilis* Helmaestadiensis. forte, *hirtis hispida crura pilis*. sic in Priapeis Epigr. III. credo scribendum,

Da mihi quod cupias frustra dare forsitan olim,
Cum tegat obsessas hispida barba genas.

quamquam *invida barba* dicta videri potest; quod usum veneris amatoribus intercipiat. Heins.

569. *Cetera tentantem.*] *Nitêt* Neap. *Cunctantem* unus Medic. Dixi ad Claudian. lib. II. in Stilichon. 284. Heins. Nihil muto: non enim cunctatum esse credibile est. cui inguen rigidum erat. intelligit vero illum cetera membra vel partes verendas voluisse attingere, & *tentare*, quod proprium in hac re verbum: vide ad Phaedr. III. Fab. 10. qui hinc videtur quaedam transtulisse. *cetera* ut & *omnia* de venere perfecta obscoene sumi vidimus II Am. II. 84. & II Met. 863. sed hic de pudendis membris rectius capitur, ut Neapolis. sic Ep. XX. 61.

Cetera si possem laudare, beatior essem.
Burm.

571. *Cubito.*] *Sublito* plurimi. vid. VII. Met. 343.

573. *Fit sonus, & comites.*] Elegantius longe & venustius antiquae membranae:

Fit sonus, inclamat comites, & lumina poscit.
Neapol. *Inclamant* plurimi. & *poscunt* quatuor, *inclamant omnes* Sarrav.

574. *Illatis.*] *Allatis* tres libri: male. vid. ad X. Met. 473. *acta vident* Pembroc.

576. *De dura.*] *De viva* unus Vatic. ut lib. VI. 458. vid. III. Amor. VI. 59.

578. *Lyda puella suum.*] De eadem Propertius; lib. III. IX. 18.

Lydia Gygaeo tincta puella lacu.
Neapol.

579. *Fallentes lumina vestes Non amat.*] En secundam caussam nudi incessus: *numina* Puteanus. nunc pensita aliam, quae subsequitur. Neap.

581. *Adde peregrinis.*] *Peregrinae* Arondel. Mazar. Zulich. unam enim solummodo caussam retulit. Heins. Eandem ob caussam lego cum Palatino codice, *caussam Latinam*, cum uno Patavino: nam unam modo refert.

581. *Peregrinis.*] Ut Graeci, quidquid suum non erat, *barbarum* & *exoticum* dixere, ita Romani *peregrinum*; unde his *peregrina lingua* quaevis exteri; *peregrina sacra*, quae colebantur eorum more, à quibus accepta: ut haec Lupercalia, illa Matris Idaeae, & fexcenta. Neap.

582. *Inque suo.*] Ursini liber, *tuo*. Ciofan. Libri aliquot, *inque tuo nostet*. Neap. *Tuo* excerpta Voss. & plurimi codices alii.

583. *Cornipedi Fauno.*] *Cornipedi* Zulich. elegantèr. quomodo *Capripes* idem dictus. & *Capripedes Satyri* Lucretio ac Horatio. *Hirsipedem Panum* habes apud Marcian. Capell. lib. IX. Heins.

585. *Verubus transfixa salignis.*] In veter. quibusdam: *transfita*: in aliis, *transfota*. quam lectionem

Romulus, & frater, paſtoralisque juventus,
Solibus & campo corpora nuda dabant:
Caeſtibus, & jaculis, & miſſi pondere ſaxi
Brachia per luſus experienda dabant.
Paſtor ab excelſo, Per devia rura juvencos,
Romule, praedones, eripe, dixit, agunt.
Longum erat armari. diverſis exit uterque
Partibus. accurſu praeda recepta Remi.
Ut rediit, verubus ſtridentia detrahit exta:
Atque ait, Haec certe non niſi victor edet.

Dicta

rem agnoſcit Marſus: quae vera eſt. Ciofan. Codex ſcriptus, *veribus tranſfixa* Neapol. Multi ex ſcriptis etiam vetuſtioribus, *tranſfixa*, vel *trajecta*. ſed male. Colum. lib. vi. cap. 5. *Media pars deſcripti orbiculi ſubula tranſfigitur*, ſive *fibula*, quod eſt in membranis. Celſus lib. vii. *Acu ſilum ducente tranſſuitur*. vid. inſt. 578. Heins. Vid. Gronov. ad Senec. Phoen. 254.

363. *Exta parant.*] Ex ritu antiquiſſimo, & exta ex victimâ ſibi parare, eademque aſſa, non elixa. Antiphanes: Σωρὸν ἢ ὅσα ἑτοῖς Ὁμηρῷ θεοὶ βοῦν, ἀνὴρ ἔδειν κρέας ἐφ' ἑσπέρας, ἀπὸν ἢ ἡμῖν τὰς κοιλίας ἴσως σφόδρα δεῖν ἀεχνῶς. Neapol.

364. *Medius ſole tenente viae.*] *Fovente* idem Zulich. Mazar. Voſſ. & Arond. *medium ſole tenente diem* Laeti & unus Farnef. Heins. Vid. ſup. Not. 264.

367. *Caeſtibus, & jaculis, & miſſi pondere ſaxi.*] Voſſ. Mazar. Zulich. & tres alii, *Vectibus*, alii nonnulli cum Petraviano, *Veſtibus*. unus Vatic. *Uteribus*. ut harpaſtum intelligat. de caeſtu certe minus placet, qui ludus Romanis vix in uſu. *Vectes* ſeu *Sudes* militare exercitium. Vegetius libro i. cap. 9. *De exercitio Cn. Pompeji Magni Salluſtius hoc memorat: cum alacribus ſaltu, cum validis vellet certabat. Neque enim ille aliter perviſus par eſſe Sertorio. fuder* alii, ut opinor, vocant. ut Juvenalis Sat. vi.

——— *quis non vidit vulnera pili*
Quem cavat aſſiduis ſudibus ſentoque laceſſit.

Miſſilia Vegetius appellat lib. ii. cap. 23. uſus ſaxis palpandi etiam in exercitu multus, qui *libratores* dicebantur. videndus Vegetius. Eumenius in Panegyrico: *Ibi praeluſio, hic pugna commititur. Hic plerumque velut ſedibus & ſaxis, illic ſemper telis ſplendentibus dimicatur.* male Lipſius, *radiibus & haſtis*. Conjunxit haec tria, vectes nempe, jacula & ſaxa, Silius etiam libro primo.

Nunc fuſe, nunc jaculo, nunc saxis impiger inſtat.

Ceterum hoc diſſichon duo codices aut tres non agnoſcunt, & videtur ex ſuperiori conflatum. *miſſi* etiam *ſaxi* meliores. Heins.

367. *Et miſſi pondere ſaxi.*] Solo brachio an fundâ ſe exercuerint ex his non colligo; licet veteres Gloſſae λιθοβόλους *fundibalos* exponant: in quâ voculâ nihil τῆς σφενδόνης. Neap.

368. *Luſus.*] *Ludus* quinque codices. *exercitanda* Putean. *expedienda* Thuan. & alius.

370. *Ut, Reme, dixit, agunt.*] Arondel. Voſſ. Mazar. & unus Vaticanus, *eripe*. quod elegantius omnino & animi conſternati ac praeſentiſſimam opem urgentis ſigna egregie prodit. ſic apud Val. Flaccum lib. vi. 29.

——— *Mars ſaevus ab altis*
Iloſſis io, conclamat, equis, egite, ite, propinquat.

& apud Silium lib. ii. 221.

——— *mihi gloria magnae,*
State, venit pugnae.

Noſter Triſt. iii. Eleg. ix.

——— *tumulo ſpeculator ab alto,*
Hoſtis, ait, noſco, Colchidi, vela, venit.

Ita locum mendoſiſſimum puto eſſe ſcribendum. vide quae illic notavi. Heins.

372. *Occurſu praeda recepta Remi.*] In nonnullis, *accurſu*. Naug. Lege, *accurſu*, vel ſine libris. lib. vi. 147.

Territa voce ſui nutrix accurrit alumni.

apud Horatium lib. i. Sat. ix.

Accurrit quidam notus mihi.

ſic praeſtantiores codices, non *occurrit*, ut & apud Maronem Æn. v. 451.

——— *primusque accurrit Aceſtes.*

Statius Theb. vi. 510.

——— *tandem caligine merſum*
Erigit accurſu comitum caput.

quomodo illic caſtigandum eſſe Viri Docti monuerunt. & lib. viii. 674.

——— *nec ſegnius ardens*
accurrit,

Dicta facit, Fabiique ſimul. venit irritus illuc
Romulus, & menſas oſſaque nuda videt.
Riſit; & indoluit Fabios potuiſſe Remumque
Vincere: Quinctilios non potuiſſe ſuos.
Fama manet facti poſito velamine currunt:
Et memorem famam, quod bene ceſſit, habet.
Forſitan & quaeras, cur ſit locus ille Lupercal;
Quaeve diem tali nomine cauſſa notet.
Ilia Veſtalis coeleſtia ſemina partu
Ediderat, Patruo regna tenente ſuo;

Is

& ibi *occurrit* aliqui. vid. & inſ. lib. iii. 757. Heins. *Praeda retenta* etiam Putean. & multi alii.

373. *Detrahit exta.*] *Datulit* Voſſ. Arond. Mazar. & unus Patavinus. an, *depulit*? Heins. Nonnulli etiam, *pendentia, ſpirantia, fumantia, ſpumantia exta*. ſed fruſtra. vid. ad Petron. xcv.

378. *Quinctilios non potuiſſe ſuos.*] In noſtro antiquiſſimo, *Quinctilios*. Legas ut lubet: utroque modo hanc familiam ſcripſere priſci. Neap.

379. *Fama manet facti.*] Allucinaris, Ovidi. Tuncne aliquid novi à Romulo & ſociis in poſterum introductum? non hercule, ſed nudi ſe exercebant: quia veſtimenta poſuerant ob ſacrificium Pani peractum, ex more antiquiſſimo, recepto ab Evandri adventu. Dionyſius ex auctoritate viri magni, cujus verba ſupra ejusdem patriâ linguâ dedi: *Aelius Tubero, vir gravis & ſcriptor diligens, tradit, Numitoris paſtores inſidiis elegiſſe tempus, quo juvenes Romulus & Remus Pani Lupercalia, ſacrum Arcadicum, ex Evandri inſtituto erant celebraturi; quando mos erat, ut inter Palatini montis incolas juventus poſt cauſas hoſtias è Lupercali nuda circum vicum curſitaret, pulcndis tantum recens mactatarum pecudum exuviis ſuccinctis: id erat luſtrationis genus quoddam vicanis receptum uſu patrio. quod nunc quoque ſolet fieri.* Neapol. *Fama* volat codex Laeti.

380. *Et memorem famam, qui bene geſſit, habet.*] *Quod bene geſſit* Urſin. Mazar. Zulich. Petavianus & multi alii. Voſſ. *quam bene*. puto pro, *quum*. Excerpta Politiani & opt. Mediceus, *quod bene ceſſit*. Scribe, *quis bene ceſſit, habent*. Met. x. 80. *Seu quod male ceſſerat illi, Sive fidem dederat.* Seneca Controv. xxviii. *Neſcis, quod bene ceſſit, relinquere*. ſic ille ſaepe. vel, *ſi bene ceſſit, habent*. Ep. viii. 101.

Pars haec una mihi conjux bene ceſſit Oreſtes.

Triſt. v. Eleg. xii.

An quia ceſſerunt primo bene carmina.

Pont. iv. Eleg. ii. 48.

Utiliter ſtudium, quod tibi tutit, amat.

Horatius lib. ii. Sat. i.

——— *neque ſi male ceſſerat, usquam*
Decurrens alio, neque ſi bene.

ubi libri quoque vetercs plerique, *geſſerat*. Severus Aetna:

Nec cuiquam ceſſit melius ſua tempora noſſe.

vetus Epitaph.

Nec tibi, nec nobis aeternum vivere ceſſit.

Heins. Ita Flor. ii. 17. *Summus vir aſtu & audacia, ſi res ceſſiſſet.* ut recte Viri docti emendarunt. Suet. Aug. 91. *Ceſſitque res proſpere.* & Ita paſſim ille & alii.

381. *Cur ſit locus ille Lupercal.*] Quaerit etymon Lupercalis; quod locus, in quo Fauni ſacra fiebant. Et primo ad lucem narrationculae praefero Dionyſii verba de nemore, quo ſcapha cum geminis expoſitis receſſit: Ἐλέγετο δὲ Πανὸς εἶναι τὸ νάπος, καὶ βωμὸς ἦν αὐτόθι τοῦ θεοῦ. Neap.

382. *Quaeve locum tali nomine cauſſa notet.*] Libri veteres, *Quaeve diem*. verè. Ciofan. Codices aliquot, *Quaevo diem tali*: hanc autem eſſe veram γραφὴν affirmare non audeo. Neapol. Voſſ. Arondel. Mazar. Zulich. & ſex alii, *tanto nomine*. Forte, *noto nomine*. Heins. *Totos* tres.

383. *Silvia Veſtalis.*] Hinc eadem de ſe ipſa in iii.

Ignibus Iliacis aderam, cum lapſa capillis
Decidit ante ſacros laneа vitta focos.

Neapol. *Ilia* rectius Voſſ. & ſex alii libri. Plutarchus in Romulo, ubi agit de ejus matre: Τοῦτον οἱ μὲν Ἴλιον, οἱ δὲ Ῥώμην, οἱ δὲ Σιλουίαν ὀνομάζουσι. triplex ergo illi nomen. Solinus *Rheam Silviam* ab aliis *Iliam* dici aſſerit. in vetuſto lemmate inedito epigrammatis Graeci, *Servilia*, Σερβιλία, Romuli & Remi Mater nuncupatur. quod ad Solinum profert Salmaſius pag. 11. niſi & illic Ῥέα Σιλουία ſcribendum

Is jubet auferri pueros & in amne necari.
Quid facis? ex illis Romulus alter erit.
Jussa recusantes peragunt lacrimosa ministri.
Flent tamen, & geminos in loca jussa ferunt.
Albula, quem Thyorin mersus Tiberinus in undâ
Reddidit, hibernis forte tumebat aquis.
Hic, ubi nunc Fora sunt, lintres errare videres;
Quique jacent valles, Maxime Circe, tuae.

Huc

sed dum. aut Σάνδον simpliciter. sed *Ilium* amant appellare poetae. Virgil. I. Æn. 274.

Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem.

& VI. 778.

Romulum, Assaraci quem sanguinis Ilia mater Educat.

atque ita eum vocat passim Noster. ut Am. III. VI. 5.

Ilia jam matres.

& VI. XIV. 13.

Ilia si timido gemuisset in aequore nescis.

Trist. V. 260. infra lib. III. 11. ex veteri Arondelliano,

Ilia Vestalis: quid enim vetat inde moveri?

Noster alibi, III. Amor. IV. 40.

Romulus Iliades Iliadesque Remus.

& lib. III. *Ilia frater.* eadem Ilia & Tiberini uxor apud Horatium lib. I. Od. II. Statium in Sylvis non uno loco, Claudianum Conf. Olybrii, & Sidonium Apollinarem Panegyrico Majoriani. *caelestia semina partum* Romam. vocula appositione. duo alii, *caelestis partu.* Heins. *Caelestia omnia* alter Putean. & tres alii.

386. *Fatum regna tenebat suo.*] Amulio; qui, fratre pulso, regnum occupavit. Neap.

387. *Asseri parvos.*] Rectius quid in quibusdam, *auferri parvos.* Naug. *Pueros* etiam quatuor codices Heinsio indicti agnoscunt. & ita mox 414. & lib. VI. 160. & certe videtur magis in usu fuisse vox *parvus* seculo poliorire quam Ovidiano: non quod ex Cicer. ad Quint. post. sed cap. 2. *parvos suos persequamur*, ibi recte delent Viri docti, *parvum.* Nec quae proclivi stylo ad Sev. I. Silv. VI. 22. & VII. Theb. 13. omnia post Ovidium sunt Scriptorum sollemnia. non tamen plane damnare auderem, sed notatos magis ut adjectivo, adjuncto nomine alio, tenuiorem ut substantivo pro puero vim videri. VII. Gyraldi ad Dion. Cicer. I. I. ita apud Chesh. B. E. Gal. 304. variant codices. *Et quis ipse suos parvos gubernat.* ubi alii *vacat.* Stat. III. 156. *parvus* nemo occurrit, sed ibi recte *patrios* Heinsius legit. *asseri* etiam hic libenter. & duo alii. Burm.

386. *Ex illis.*] Omnes libri scripti, *ipsis.* emendante. Crispan. Germana lectio mei libri, *Quid facis? ex ipsis.* Neap.

387. *Recusantes.*] Mallem, *reluctantes:* nam aperte recusasse non est verosimile. ita permutata verba II. Amor. XVII. 16. vel *repugnantes.* & hoc verbum saepe à librariis est cum *recuso* commutatum. vid. XVII. Ep. 137. III. Met. 376. Burm.

388. *In loca jussa.*] Ita legendum ex iisdem libris. Crispan Lege, *ut geminos in loca jussa ferunt.* Ita saepe apud Nostrum peccatur. *loca sola* quidam ex melioribus. etiam bene. Heins. I. Trist. II. 62.

Hanc finite infelix in loca jussa feram.

390. *Hibernis forte tumebat aquis.*] M. Varro lib. IV. de L. L. *Germanum à germanis Romulo & Remo, quod ad ficum ruminalem & ibi inventi, quò aqua hiberna liberis eos detulerat in alveolo expositos.* Clarum ex his, hiemali tempore in lucem editos. In hanc rem tritissimum Tarruii Mathematici locum praetereo, ut satis à Criticis & Chronologis excussum; & obiter corrigo Plutarchum in Romulo, ubi de Germalo agens, Ὁ νῦν Κερμανὸν, inquit, καλοῦσι, πάλαι δὲ Γερμανὸν, ὡς ἔοικεν, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς, Γερμανοὺς ἀνομάζουσιν. Legendum omnino, Ὁ νῦν Γερμαλὸν, ut patet cum Varrone discrimen antiquioris voculae. Neap.

391. *Errare videres.*] *Agitare* Manat. *jolebant* duo.

392. *Maxime Circe.*] Erat Circus Maximus in XI. Urbis regione, qui capiebat loca CCCLXXXV. mill. ejus portae XII. P. Victor. Ejus autem longitudinem ad tria stadia, latitudinem vero ad stadium unum, sed cum aedificiis ad jugerum quaternum pertinuisse observatum est.

IMPE. CÆSAR. DIVI F.
AVGVSTVS
PONTIFEX MAXIMVS
IMP. XII. COS. XI. TRIB. POT. XIV.
ÆGVPTO IN POTESTATEM
POPVLI ROMANI REDACTA
SOLI DONVM DEDIT.

Hui

Huc ubi venerunt, nec jam procedere possunt
Longius; ex illis unus, an alter, ait:
At quam sunt similes! at quam formosus uterque!
Plus tamen ex illis iste vigoris habet.
Si genus arguitur vultu; (ni fallit imago)
Nescio quem vobis suspicor esse Deum.
At si quis vestrae Deus esset originis auctor;
In tam praecipiti tempore ferret opem.

Fer-

Hujus autem Circi situm ponit Virg. V. lib. Æneid. 286. his verbis:

Hoc pius Aeneas misso certamine, tendit
Gramineum in campum, quem collibus undique curvis
Cingebant silvae, mediaque in valle theatri
Circus erat.

Crispan.

393. *Huc ubi venerunt, neque enim procedere possunt Longius.*] *Nec jam procedere* bene Ursini liber & unus Patavinus. unus Farnes. *ubi nunc ventum est.* Lege, *Huc ubi perventum est.* lib. V. 95.

Huc ubi perventum est, consistite, prascia mater. Heins.

394. *Unus & alter.*] *An alter* Arond. & Max. eleganter. sic lib. IV. meliores libri *St.* 7.

Sanctus, an sanus, numquid tua signa reliqui?

& eodem libro, 487.

Unaque pastorem vidisset an arva colentem
Vox erat.

Plinius lib. VI. Ep. XIII. *Acilius tamen rusticus, & cum eo septem an octo in priore sententia perseverarunt.* Tacitus Annal. primo: *quia Tiberius tasin an manibus impeditus prociderat.* libro II. *de se nihil addidit, metu invidiae, an ratus conscientiam satis esse.* Seneca lib. I. Suasoria II. *At puto, rudis lecta aetas, & animus qui frangeretur metu insueto, armaque non passurae manus, hebetataque senio an vulneribus corpora.* Apuleius Apologiae initio: *Nam, ut meminisli, dies abhinc quintus an sextus est.* Marcianus Capella lib. VIII. *Evan jam vietus atque acclinis adsabat, seu marcore confectus aetatis, sive anxia inter doctae vocis miracula intentione compressit, an alias pocnlis turgens.* Plura exempla ex Tacito depromi possent. Videantur quae hujus generis vir elegantissimus Josias Mercerus ad librum primum Dictys Cretensis annotavit. Aelius Ione: *Et taurigeno semine ortam fuisse an humano eam.* Auson in Solone 19.

Rex, an Tyrannus, Lydiae Croesus fuit.

sive Tyrannus. Idem in Epitaph.

Et jam desierat puer, anne puella, videri.

Remed. Amor. 797.

Daunius an Libycis missus tibi bubus ab orit,
An veniat Megaris, noxius omnis erit.

Juvenalis Satyra II. 121.

O proceres, censore opus est an aruspice vobis.

Gratius 96.

Deus ille, an proxima divis
Mens, fuit.

Sallustius apud Servium Fuldensem, *Perrexere in Hispaniam an Sardiniam.* Vetus Epigramma, ut in vetustissimo codice scribitur,

Nec sibi congressi vir nocet an mulier.

Heins. vid. ad Epist. XII. 149.

395. *Ah quam sunt similes! ah quam.*] *At* utroque loco Ursini & Petavii codd. bene. Martial. VI. 10.

At quam non tetricus, quam nullâ nubilus irâ,
Quam placidâ nostras respuit aure preces!

est autem admirationis hic, ubi & indignationis. Vide Notas ad Epist. XII. initio. Heins. Memoriae nimis fidens vir insignis Martialis locum hic aliter citat, atque legitur. nam in editis est:

Quam placido nostras legerat ore preces.

in Mss. Voss. repperi, *placidus nostras legerat aure preces. respuit* ibi locum habere nequit. Burm.

396. *Ex ipsis iste vigoris habet.*] *Ex illis iste* Zulich. Max. Arond. Voss. & multi alii. recte. unus Farnesianus & Lacti codex, *ex ipsis ille.* quod tantundem. Heins. *Ex ipsis ille* Modius Novant. Lect. Ep. 63.

396. *Iste vigoris habet.*] Haud dubie hic Romulus. Neapol.

397. *Nisi fallit imago.*] *Ni fallit* quatuor. unus Farnes. *non.* Lege, *nec fallit.* Heins.

398. *Nescio quem à vobis.*] *In vobis* Max. & duo alii. ut lib. VI. 5.

Ipse Deus in nobis, agitante calescimus illo.

& hoc probat Modius Novant. Lect. 63. Excerpta Politiani & tres alii probae notae, *Nescio quem vobis,* probe. scilicet auctorem, quod sequitur proximo versu. Heins. *Suspicer* etiam Voss. unus Heinsii & Cantabr. Francius hacsit & in hoc loco, & malebat, *nescio quem patrem s. e. d.*

Ferret opem certè, si non ope mater egeret:
Quae facta est uno mater & orba die.
Nata simul, peritura simul, simul ite sub undas
Corpora. defierat; depositque sinu.
Vagierunt clamore pari: sentire putares.
Fit redeunt udis in sua tecta genis.
Sustinet impositos summâ cavus alveus undâ.
Heu quantum fati parva tabella vehit!
Alveus in limo silvis adpulsus opacis,
Paullatim fluvio deficiente, sedet.
Arbor erat: remanent vestigia: quaeque vocatur
Rumina nunc ficus, Romula ficus erat.

Ve-

401. *Si non ope mater egeret.*] Nam sacerdos illico vincta, in custodiam data. Neap.

403. *Nata simul, peritura simul.*] Verba funeli lacrymantis ad puellulos. Neap.

403. *Moriturae simul.*] Duo veteres, *peritura*. sequenti versu ost. Patavinus, *Pigmea*, pro *corpora*. etiam venuste. Heins. *Simul ite sub umbras* Thuan. *sub undis* quinque. mox, *depositaque sinu* Sarravii & Mazar. & Moreti unus.

405. *Vagierant ambo pariter.*] *Vagierunt* Petav. Ursin. & Nanger. bene, ut jam monui Ep. VII. septem codd. *Vagierant clamore pari: sentire putares.* Recte, si *Vagierunt* rescribas. Ep. Canaces:

Vagitus dedit ille miser; sensisse putares.

Heins.

405. *Sensisse putares.*] Idem Noster in re simili finxit de filio Canaces Epistola XI.

Jamque dies parvum cunabulaque nepotem
Vagaret; in solis destituitque locis.
Vagitus dedit ille miser; sensisse putares:
Quisque suum posset voce rogabat avum.

Neapol.

407. *Cavus alveus unda.*] Hâc vocâlâ plura adsignificarunt veteres: hic valet pro *cavato ligno*, ut apud Phocylidem Augusti libertum:

Alveoli cavâ lignea confingere
Humanum usitatum. —

Et & Latinis alveus πίθος, quod Graecis solitum habitare. Scholion apud Cardinum:

Ἦν πανυ πολλὰ τὸν τ' ἀγαθὸν, τὸν τε κακὸν ἐσθ'. Neap.

408. *Heu quantum fati parva tabella vehit!*] Dedit Petav. pro diversâ lectione. *vehit* tres alii. duo, *curva tabella tulit* alter Mazar. & unus Med. cum Helmstadiensi, *curva tabella fuit. fatum fuit.* elegantes. hic Propertius lib. II. Elegia I.

Hunc misero fatum dura puella fuit.
Remed. Amor. 518.

Auxilium multis fuscus & herba fuit.

quae vera scriptura. Amor. libro II. Eleg. I.

Clausa tuo majus janua fulmen erat.

ut & illi codices vetusti. Martialis libro IV. Ep. XII.

Ingenium Galli pulchra Lycoris erat.

vid. supr. *fol.* 37. pro *curva* tamen *tabella* malim, *curta tabella fuit.* dixi Amor. II. Eleg. II. saepe in voce *curtus* peccatum. sic Triss. lib. I. Eleg. I.

Conjugiique tuam perimis parva domum.

cum libri veteres *curva* agnoscant, ego *curta* scribendum opinor. ut & *curta theca* apud Martialem pro *curva* lib. XI. Ep. LIX. sic *curta fides patriae* apud Juvenal. Sat. XIV. & *curtum enthymema* Sat. VI. ut illic quoque vetus codex. Heins.

409. *Silvis adpulsus opacis.*] Inferendus huc omnino locus ille Dionysii: Ἡ δ' ἧλιος ἐκ μέσου ἀφεστὼς τῆς ἀρχῆς, ἀλλ' ἔτι πρὸς ἀνατολὰς ἐχώρει, ἐπέσχον τὸ βρέφος ἐπὶ τῆς πλείστης ἀλσώδους καὶ συμφυοῦς ὕλης, ἀπέχει γὰρ, ὡς τάχος τις ἐκ πόλεως ἀπέχων ἱππεὺς χιλίους ἂν διδοίη συναμφοῖν, καὶ πίτυος κάλλει πεύκης ἀκμῇ τε ἀλύσκων ἦλθον δ' Ἄρεως ἱερὸν τὸ πάνυ, καὶ βουνὸς ὧν ἀπέκειτο ἐξ Διὸς ἐς τόδε τὸ χωρίον λελῦσθαι λεγόμενος. Neapol.

409. *Adpulsus.*] *Impulsus* octo libri.

411. *Quaeque vocatur Rumina.*] A mammâ: Glossae, *rumis*, θηλὴ, ἀγχινοὺς. Festus: *Mamma autem rumis dicitur sive ruma*; & *rumen*, ni falsa editio Plinii in his: *Quoniam sub eâ inventa est lupa infantibus praebens rumen.* quod non puto; nam à rumine dixerunt ficum *ruminam* & *ruminalem.* Neapol.

412. *Romula nunc ficus, Rumina ficus erat.*] Ruminalis ficus in Comitio, arsit sub Nerone anno V. C. DCCCXL. postquam Romuli infantiam protexerat. Ciofan. Legit Vir magnus,

Ru-

Venit ad expositos (mirum) lupa foeta gemellos.
Quis credat pueris non nocuisse feram?
Non nocuisse parum est: prodest quoque: quos lupa nutrit,
Prodere cognatae sustinuere manus.
Constitit, & caudâ teneris blanditur alumnis,
Et fingit linguâ corpora bina suâ.
Marte satos scires; timor abfuit. ubera ducunt;
Nec sibi promissi lactis aluntur ope.
Illa loco nomen fecit; locus ipse Lupercis.
Magna dati nutrix praemia lactis habet.
Quid vetat Arcadio dictos à monte Lupercos?
Faunus in Arcadiâ templa Lyceus habet.

Nupta,

Romula nunc ficus, Rumina ficus erat.

sed non ex vero. Livius: *Ubi nunc ficus Ruminalis est, quam Romularem vocatam ferunt.* Antiquius ergo fuit arbori nomen Romularis. Neap. *Rumina nunc ficus, Romuli ficus erat* Urlini liber, Zulich. Maz. & duo alii. recte. Neque aliter in codice suo emendarat magnus Scaliger. quatuor, *Rumula*, mendose. Vidit veram quoque ex Livio lectionem Illustrissimus Neapolis. *Ruminalis fici* praeter Livium meminerunt Plutarchus in Romulo, in Problem. & de Romanorum Fortuna, Varro de L. L. & lib. I. de Scenicis Originibus, Plinius lib. XV. cap. 18. Tacitus Annal. lib. XIV. Servius ad VIII. Aeneid. Festus, Victor in Descriptione urbis Romae, ut & Sextus Rufus, qui *Ruminalem*, omnes appellant. ergo *Romula* nuncupata antiquitus, non Nasonis aevo. dicta *Ruminalis ficus* à *rumis*, id est, mamma. perperam *rumen* appellant: confulendus Salmasius ad Solinum pag. 800. Heins.

413. (*Mirum*) *lupa foeta Gemellos.*] Sic creditum; ut etiam de Lycasto & Parrhasio, qui in regnum Arcadicum successerunt, si vera refert Zopyrus Byzantius. Neap.

416. *Quos lupa nutrit.*] *Quod lupa* Maxarin. elegantior: ut Terent. I. And. 3. *Quidquid peperit decreverunt tollere.* Plaut. Amph. I. 3. *Verum quod erit natum tollito.* vid. & II. ex Pont. VIII. *fol.* Burm.

416. *Perdere.*] *Prodere* Thuan. & alter Petav. elegantior. vide Notas Rem. Am. *fol.* 457. Heins.

417. *Constitit.*] *Subsistit* quinque libri.

418. *Et fingit linguâ.*] Duo Vaticani & Ursin. meliorem habent lectionem, *& lingit.* Ciofan. Ut in quinto hujus Operis de Achille juxta aegrum Chironem, *manibus fingebat amicis.* Sed valdè placet scriptura haec, *Et lingit linguâ.* Utraque est ad fidem historicam. Halicarnassensis: *Lupa forte supervenions distentis à recenti partu uberibus, mammas eis praebuit, linguâ simul ablambens lutum, quo se inquinaverant.* Neap. Perperam scripti multi, *lingit* vel *lambit.* Adi Notas ad Epist. XX. *fol.* 134. Heins.

419. *Ubera ducunt.*] Sic omnes libri veteres. Ciofan. Male alii, *sugunt.* Triss. I. Eleg. VII. 43.

Quaeque tibi quondam tenero ducenda palato
Plena dedit nutrix ubera, tigris erat.

Cicero initio lib. III. Tusc. Quaest. *Simul atque editi in lucem & susceptii sumus, in summâ opinionum perversitate versamur, ut pene cum lacte nutricis errorem duxisse videamur.* Ita scribo. Juvenal. Satyr. XII. 8.

— *quam jam pudet ubera matris*
Ducere.

nec dubito quin in Germanici Aratcis quoque reponendum sit,

— *si vere Jupiter infans*
Ubera Cretaeae duxit fidissima caprae.

ubi *mulsit* nunc legitur & sic olim etiam aetate Lactantii fuit lectum. Is enim libro primo de Falsa Religione ita agnoscit. productis iis Germanici Caesaris versibus, vix dubito tamen quin male. Prudentius tamen passione S. Romani:

Multo ante clara, quam capellam Graiam
Suxisse fertur Jupiter Martis pater.

nisi & illic *duxisse* reponi placet. Heins. Eadem varietas lib. IX. Met. 358. & Triss. I. VIII. 43.

420. *Nec sibi promissa lactis aluntur ope.*] Scripti maxima ex parte, *promissi. Et sibi promissi* duo. *Nec sibi promissi* Voss. Maxar. & quinque alii. *Et sibi permissi* Ursin. & unus Vatic. bene. Heins. Ego cum Francof. Vossiano & aliis lego,

Nec sibi promissi lactis aluntur ope.

quod multo acutius & elegantius. praeter ipsem & vota aluntur laete lupino, quod nemo pronuntiet. illis ita expositis aufus fuisset. Virgil. II. *fol.*

Turne, quod optanti divûm promittere nemo
Auderet, volvendis dies en attulit ultro

ita inf. lib. III. 159. *promissum coelum.* Burm.

421. *Illa loco nomen fecit.*] Plutarchus in Romulo:

Nupta, quid exſpectas? non tu pollentibus herbis,
Nec prece, nec magico carmine mater eris.
Excipe fecundae patienter verbera dextrae:
Jam ſocer optati nomen habebit avi.
Nam fuit illa dies, durâ cum ſorte maritae
Reddebant uteri pignora rara ſui.
Quid mihi, clamabat, prodeſt rapuiſſe Sabinas,
Romulus: (hoc illo ſceptra tenente fuit)
Si mea non vires, ſed bellum injuria fecit;
Utilius fuerat non habuiſſe nurus.
Monte ſub Eſquilio, multis incaeduus annis,
Junonis magnae nomine lucus erat.

Huc

Ἀλλὰ τῶν μὲν γὴρ κακὰ ἐστ' ἀλεωτὰ ἢ ἐπὶ τῷ λυκείῳ γεγενῆσθαι τέρατα. καὶ γὰρ ἀγχεμόλου ἐδεήθησαν τὸν Λυκαίου ἱερέα ἀποτρόπαια ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν Ταρκύνου ἐκγόνων ἱκέσθαι. NEAP.

421. *Illa.*] *Ipſa* meliores. HEINS.

422. *Lupercis.*] Quidam veteres libri, *lupercal*. CIOFAN. *Lucus ille lupercal* Bernenſ. *lupercal* quoque ſtudiosi Hadrianum inſpecti. *lupercus* unus Petavius. Heinſius volebat, *lucus inde lupercal*.

422. *Pectinus Lotis habet.*] Repetitum hoc nomen, ut ſuperius illud lib. IV. 94.

O miſer in noſtra praemia ſortis habet.

HEINS.

423. *Quid notat Arcadico dictos à monte Lupercos?*] *Romanos in Arcadia templa Lyceaeos habet.*] Vide Iuſtinum lib. XLIV. de Saliari apparatu: *Poſt hunc tertio loco regnaſſe Faunum ferunt, ſub quo Evander ab Arcadiae urbe Pallanteo in latium cum validiori turba popularium venit, cui Faunus agros, ex montem, quem ille Tarpeium appellavit, benigne aſſignavit. In hunc ex habitu ſimplicem Lycaeo, quem Graeci Pana, Romani Lupercum appellant, conſtituit: ipſum Dei ſimulacrum nudum caprina pelle amictum eſſe, quo nobiliſſimae Romae Lupercalibus decurrit. Secuta poſt mater nomine Fauna, quae aſſidue divino ſolatio inſpirata, edita per ſomnum futura praenuntiaret, unde adhuc qui inſpirati ſolent fanatici dicuntur.* VOSSIUS. Cæterum Accolæ novum alterum etymon, à Lupercis ſcilicet Arcadiae monte. *Lupercos* enim vocat Cæſar Adamus, et *Lupercalia* ibi se quae ſolemnia ea regione antiquiſſima [illegible] cum noſtris. Plutarchus [illegible] ἐν τῷ ΑΡ ἐν τῷ Ἀναξιμένους [illegible] ἐν τῷ ἀρκαδικῷ ἐορτὴν, ἐν ᾗ τοὺς νεανίσκους ἀποδύεσθαι. Hæc ille. Add Lycæum Pelasgi. Vide Pausaniam. [illegible] lib. VIII. NEAPOL. *Quis erat Faunus*, &c. infiniti alii. vid. ad Epiſt. v. 83. *quis erat* Cuiacius.

423. *Dictos à monte Lupercos.*] Lege, *ductos*. hoc eſt originem trahere ex Arcadiâ. ſic infra lib. III. 75.

A te principium Romano ducimus anno.

ubi male, *dicimus*. vulgo lib. I. 467.

Ipſa mone, quae nomen habes à carmine ductum, lib. III. 387. de Saliis: *A ſaltu nomina ducunt*. ubi vide. HEINS. *De monte* Petav. & Moreti. *dictos* poſſet ex Virgil. VIII. 343. *Lupercal Parrhaſio dictum Panos de more Lycei.*

425. *Templa Lyceaeus habet.*] Idem ſcriptor in Arcadicis: Ἔστι δὲ τῷ Δυκαίῳ Πανὶ τέ ἱερὸν, καὶ ἀγῶνα αὐτόθι ἄγουσιν ἐδέθρων καὶ ἱππάδρομός τε, καὶ πρὸ αὐτοῦ φαίνει· τὸ δὲ ἀρχαῖον τῷ Δυκαίου λέγει τὸν ἀγῶνα ἐπιτελεῖν. Mentio & Panis hujus cognomenti in Epigrammate Leonidae Tarentini:

Οὗρεϊ Θελξινόῳ· τὸ λαγῳβόλον Πανὶ Λυκαίῳ
Ταῦτα πρὸς Ἀρκαδικοῖς ἐκρέμασεν σπαθίοις. NEAP.

425. *Pollentibus.*] Sic recte eſt in libris ſcriptis. CIOFAN. *Pallentibus* multi. *furialibus* unus.

427. *Fecundae patienter verbera dextrae.*] Plutarchus in Romulo: Αἱ δ' ἐν ἐλαίᾳ γυναῖκες ἐφόβουν τὸ παιδίον, περίβολον περὶ τὸν τοκετὸν καὶ κύησιν ποιοῦσαι. *Mulieres adultae non declinant verbera, proficere ea ad conceptionem & partum ratae.* idque non à plebeiis ſolum, ſed à nobiliſſimis matronis factitatum. Idem in C. Caeſare: Ἔστιν ἡ περὶ τὸ ἱερὸν γυναικῶν ἐκτενὴς ἐκκλίνουσα παράχρησιν, ἀλλὰ τὰ ἐναντία, τῇ χειρὶ τοῖς πληγοῖς, ἀποκυοῦσαι περὶ αὐτοκτόνοις ὑπόπτους, ἀγόμενοι ἢ περὶ κύησιν ἀγωνιῶσι μᾶλλον. NEAPOL.

427. *Verbera dextrae.*] *Candae* Mazar. pro varia lectione & duo alii. *palmae* duo.

428. *Optatum.*] *Optati* concinnius Mazar. HEINS.

427. *Nam fuit illa dies.*] Aperit nunc unde mos facrit Lupercis, pellibus caprarum obvias quasque caedendi: haec enim verbera non Evandri adventu, ſed poſt annos plurimos, poſt raptas Sabi-

Huc ubi venerunt; pariter nuptaeque virique
Suppliciter poſito procubuere genu.
Cum ſubito motae tremuere cacumina ſilvae,
Et Dea per lucos mira locuta ſuos.
Italidas matres, inquit, caper hirtus inito.
Obſtupuit dubio territa turba ſono.
Augur erat: nomen longis intercidit annis.
Nuper ab Hetruſcâ venerat exſul humo.
Ille caprum mactat. juſſae ſua terga maritae
Pellibus exſectis percutienda dabant.
Luna refumebat decimo nova cornua motu:
Virque pater ſubito, nuptaque mater erat.

Gra-

Sabinas, ut vides, in Urbe recepta. Subjicit ergo, quod in alio non reperies, ob diuturnam in concipiendo ſterilitatem, à ſexu muliebri aditum lucum Junonis Lucinae; cumque ſuppliciter medelam à Deâ his malis optaret, auditum ex luco ferunt, ut hircus nuptas iniret. Quod infignis Augur Etruſcus interpretatus, caedendas mulieres corio caprarum, quas Luperci Deo Pani facerent. Dictum factum: priſtinae fecunditati matronae reſtituuntur, Lupercis jus verberum datum. NEAP.

429. *Dura cum ſorte.*] *Dira* Moreti unus. eadem varietas apud Claudian. II in Rufin. 89. ubi *dira* praefert Heinſius. vid. ad Val. Fl. VI. 624. BURM.

434. *Non habuiſſe.*] Ita iidem libri. CIOFAN. In codice, quo uſus fuit magnus Scaliger, legebatur, *non rapuiſſe nurus*. quod non diſplicet. niſi forte, quod praeceſſit, *Quid mihi, clamabat, prodeſt rapuiſſe Sabinas*. DAN. HEINS. *Rapuiſſe* ſex ſcripti & prima editio.

435. *Incaeduus.*] Optimus Vaticani & Maffei. *inciduus* probo. CIOFAN. Alii habent, *incaeduus annis*. Utrumque Latinis receptum, qui quaedam à *caedo* pronuntiarunt, quaſi à *cido*: ut *ancile*, pro *ancaale*; *recido*, pro *recaedo*; & econtra: ut *ascaula*, quae vaſa antiquitus caelata, quod circumcaedendo talia fierent, auctore Feſto Pompejo. NEAP. *Sub eſquiliis* unus Farnef. *ſub eſculeo* junian. deinde *Junonis numine* Junii & alii ſeptem. de τῷ *incaeduus* vid. ad lib. I. 243.

436. *Lucus erat.*] Varro de hoc lib. IV. L. L. in Exquilarum etymologia: *Alii ab eo, quòd excultae à rege Tullio eſſent. Huic origini magis concinunt luci vicini: quod ibi lucus Fagutalis, & lucus Mephitis, & lucus Junonis Lucinae: quorum anguſti fines: non mirum. jam diu enim late avaritia una eſt.* NEAP.

438. *Procubuere.*] *Succubuere* nonnulli. male. vid. lib. III. 220. mox, *ſubito motu* Bernenſ. *notae* Arundel. *cacumine* Junian.

441. *Italidas matres.*] Haec vera editio. ϛοιλιδὰς Mauſus, & alii, qui legunt, *Italides*. NEAPOL. *Italias* multi ex melioribus ſcriptis. de quo Met. XV. 9. unus Farnef. *Etalides*. an *Oebalidas?* ut lib. III. 230.

Inde diem, quae prima, meas celebrare Kalendas
Oebalides matres non leve munus habent.

Deinde pro *facer hircus*, lege cum Maz. duobus Vatic. & Strozzae libro, *caper hirtus*. Voſſii, *caper hircus*. ſic & *hirtae capellae* Virgilio & Avieno Ora Marit. 218. & Ovid. XIII. Met. 927. caper enim proprie hircus caſtratus, à quo iniri non poterant. HEINS. In Aegyptiorum ſacris etiam Hirci facri inibant feminas. vid. Bochart. Hieroz. II. 53. Caprum autem pro caſtrato hirco nusquam ſibi lectum dicit Scriver. ad Martial. III. 24. quamvis in illo epigrammate ita manifeſte ponatur. BURM.

442. *Dubio.*] *Subito* quatuor.

444. *Ab Hetruſca venerat exſul humo.*] Peperit haec tellus peritiſſimos artis auguralis. Scitum illud, Attium Navium, hujus diſciplinae virum magnum, his à patre traditum, ut eam ſolum ediſceret. NEAP.

445. *Sua terga pellas Perenninda dabant.*] Vere interfcapilium, quod Latinis parſ ſub collo, Graecis τὸ κάτωμον· unde noſtrum verbum *catomidiari*, quod proprium in Lupercalibus. Vetus Scholiaſtes ad illud Juvenalis,

——— *Agili palmas praebere Luperco.*

Palmas dicit, quia aut catomidiabantur; aut quia manibus vapulant civili per civitatem. Sic ergo cum ſummi judicii viro Cl. Salmaſio. Vulgò cl. *catonus laeiabantur*: unde & verſimile, interpretem ſcripſiſſe, *catonis caedebantur*. Frequens loquendi modus in Martyrologiis, ut in vitâ Viti martyris: *Hic auctus pater ejus, juſſit infantem catonis caedi*: id eſt κατωμάδην τύπτεσθαι, uno verbo, *catomidiari*. Id uſurpavit Spartianus in Hadriano Caeſare. cap. XVIII. *Decoctores honorum ſuorum, ſi fuae auctoritatis eſſent, catamidiari in amphitheatro & divitiis juſſit.* Agnoſcit ad hunc locum Magnus Celſabonus editionem, in quâ *catomidiari*: ſed primam vel-

Gratia Lucinae: dedit haec tibi nomina lucus;
Aut quia principium tu, Dea, lucis habes.
Parce, precor, gravidis, facilis Lucina, puellis;
Maturumque utero molliter effer onus.
ORta dies fuerit; tu desine credere ventis.
Perdidit illius temporis aura fidem.
Flamina non constant: & sex referata diebus
Carceris Æolii janua laxa patet.
IAm levis obliquâ subsidit Aquarius urnâ.
Proximus aetherios excipe, Pisces, equos.

Te

retinet à Graeco ἀστραγαλίσεως. Addo calculum. Sic nostro sevo noxios in loco publico nudos deridendos immisit. Hispani dicunt, *Pomerlos à la vergonça*. Nos Siculi tales ungimus aliquando melle, ut muscis etiam inimici fiant. NEAPOL.

445. *Puellas.*] *Maritae* rectius tres scripti, atque in iis ops. Mediceus. HEINS.

446. *Pellibus exemptis percutiendo dabant.*] Libri scripti, *exactis*. Hic autem locus satis intelligi potest ex Julii verbis, quae modo adduxi. CIOF. Pellem scripsimus, *Pellibus exsectis*; alii, *exemtis*. NEAP. *Exactis* unus Heinsii. *Sacra vehura* vocat lib. v. 183.

447. *Decimo nova cornua mense.*] Alii veteres, *mensi*, alii vero *cursu* habent. CIOFAN. Libri aliquot, *men's*: meus vetus, *cursu*. NEAPOL. *Motu* plerique scripti & recte. ut in Observationibus jam monuimus Gronovius lib. III. cap. I. Vide nostras ad Epist. VI. 56. quidam codices, *cursu*. HEINS. *Sua cornua* etiam Thuan. & quidam alii.

448. *Mater erat.*] Concinnius, *erant*. HEINS.

449. *Belli haec tibi nomina lucus.*] Etymon, ex Plutarcho etiam opinione. NEAP.

450. *Principium tu, Dea, lucis habes.*] Erat duo scripti; & pro diversa lectione Zulich. quod placerat, alii verbum id ipsum claudebat pentemenum praecedentem. HEINS.

451. *Facilis Lucina puellis.*] Ipsumet apud Callimachum:

——— Τίλεσσι δ' ἐπιρρέπεαι πάντα,
Μοῖρα δ' ἐπιπνοιὴ τοῖ' ἀέκητι γυναικὸς
Τεκνώσῃ κεδνὸν ἄνδρα βαρεῖα βαρεῖαν. ———

NEAP.

452. *Molliter effer onus.*] *Effer* Servianum, elegantius; vere: Et *parta* ab egrotando divina creditur. *Maturoque* meum Pulcanus & tres alii. BURM.

453. *Orta dies fuerit.*] Eadem Lupercalium: hoc Sol in Pisibus, Et ventorum inconstantia per dies sex. Plane inconsequenter sentiunt etiam Aegyptii à XXI. ferè Februarii usque ad XXVI. NEAP. *Fuerat* editi & scripti nonnulli.

453. *Tu desine.*] *Nunc desine* Hamb. *tua desine* Bernens.

454. *Perdidit aura fidem.*] Non minus elegans, quod libri tres veteres agnoscunt, *Prodidit fidem*, sic *prodere fidem*, pro fidem fallere, Sallustio Catilinaria: *Sed ea saepe fidem prodiderat, creditum abjurarat.* Cicero in Luculio, *Prodere officium aut fidem.* Apulejus Metam. IV. *Thrasyllon egregium decus nostrae factionis, neque clamore, nec ejulatu quidem fidem sacramenti prodidit.* Paulinus carmine ad Cythicium:

Et illa Samson gesta quae prior sunt
Sequatur ut vestes novas,
Ceu fila rumpat, nec fidem prodat suam,
Ne perdat ignavus comam.

Prodere commissa fidei Horatius lib. I. Satyra III. quo & illa Propertii alludunt de Tarpeja libro IV. Eleg. IV.

Prodiderat portaeque fidem patriamque jacentem.

superiori etiam versu *fuerit* pro *fuerat* legendum cum plerisque codicibus. HEINS. *Prodere fidem* elegans quidem, sed huic loco minus convenienti. *perdidisse* vero fidem dicitur aura ob inconstantiam, ob quam ei tuto non creditur posthac. ita Quinct. IX. 4. *Perdidisset enim gratiam, quae in eo maxima est; perdidisset fidem quoque. amittere fidem* ibidem dixit circa finem. *perdere fidem* etiam Plautus aliique dixerunt. & hinc obviae illae metaphorae apud Poëtas de tempestatibus anni, ventis, glacie &c. quae *fidelia*, *perfida* &c. dicuntur. Lucan. V. 415.

Perfida nubiferi vetat inconstantia veris.

ita *perfidum flumen* Flor. III. 4. *suspecta ripa* Valer. Flac. VI. 149. ubi pluta dicemus. ita *credere serenis* idem Poëta I. 332. ubi & quaedam notabimus. BURM.

455. *Janua lata patet.*] Scribe, *laxa* cum uno Ambros. & Gottorph. lib. I. Am. Eleg. VIII.

Clau-

Te memorant fratremque tuum (nam juncta micatis
Signa) duos tergo sustinuisse Deos.
Terribilem quondam fugiens Typhona Dione,
Tunc cum pro coelo Juppiter arma tulit.
Venit ad Euphratem comitata Cupidine parvo;
Inque Palaestinae margine sedit aquae.
Populus, & cannae riparum summa tenebant:
Spemque dabant salices, hos quoque posse tegi.
Dum latet, intonuit vento nemus. illa timore
Pallet; & hostiles credit adesse manus.

Ut-

Clausa sit oranti tua janua, laxa ferenti.
& lib. III. Eleg. I.

Quam tu non pateris duro reserare cathurno,
Haec est blanditiis janua laxa meis.

sic contra, *janua stricta* & *adstricta*. Vide Notas Amor. III. Eleg. I. vs. 50. HEINS. *Tota patet* duo libri.

457. *Obliqua Aquarius urna.*] Ex sccdographiâ. NEAP. *Antiqua* Cantabr.

458. *Proximus.*] *Protinus* quinque libri. & duo superiori versu, *subsidit*. HEINS.

458. *Aetherios.*] *Aequoreos* quatuor scripti. nil muta. vid. inf. IV. 674. *Aerios equos* Manilio. lib. V. 633. vide & sup. I. 457. *Aithoos* Cod. P. Laeti, hanc fabulam aliter narrat Scholiast. Germanic. pag. 112. Edit. Commel. BURM.

459. *Nam juncta micatis Signa.*] Junguntur enim nodo illo caelesti, quem Graeci dicunt, σύνδεσμον τῶν ἰχθύων. NEAP. *Cuncta* Gryph.

463. *Venit ad Euphratem.*] Sed qua Syriam perluit, quam inundat, ut Taurum penetrat, licet ab ipso ducat originem: hanc enim habet ἐν τῷ περιβόλῳ μέρει τοῦ Ταύρου. Strabo lib. XI. *Euphrates, in Septemtrionali latere Tauri scaturiens, ab initio versus Ortum fluit per Armeniam; deinde ad Austrum se convertens Taurum secat inter Armeniam, Cappadociam & Commagenam: inde se provehens, ubi in Syriam venit, vertit se versus hibernum ortum usque ad Babylonem; & cum Tigri conjunctus Mesopotamiam includit.* Habes brevem Euphratis descriptionem: & quod ad rem, in Syriam extendi; id supra hisce etiam testatus: Λιπόντες δὲ relinquens τὴν Ἀκιλισήνην, καὶ Σωφηνὴν, τὰς μεγάλας Ἀρμενίας, πρόσιτον ἐπὶ τὴν Συρίαν, καὶ λαμβάνει πέλιν Ἕλλην ἐπιστρέφων εἰς τὴν Βαβυλωνίαν, καὶ τὸν Περσικὸν κόλπον. NEAP.

464. *Inque Palaestinae.*] Tres enim veteribus Syriae: Συρία Κοίλη, Φοινίκη, Παλαιστίνη. Ulpianus in I. primâ de Censibus: *Sciendum est, esse quasdam colonias juris Italici, ut est in Syriâ Phoenice, splendidissima Tyriorum colonia.* & post pauca: *Est & Laodicena colonia in Syriâ Coele, cui D. Severus jus Italicum ob belli civilis merita concessit. Ptolemensium enim colonia, quae inter Phoenicem & Palaestinam sita est, nihil praeter nomen coloniae habet.* Hinc liquet, nec litteram summovendam ex eo Tibulliano:

Alba Palaestino sancta columba Syro.

legit enim Josephus Scaliger, *sancta columba suo. Neque enim*, inquit, *dicitur Celta Gallus, nec Romanus Latius; sic nec Syrus Palaestinus.* Vides uti deceptus vir in his litteris magnus. Haec Syria Palaestina, eadem quae Judaea. Ptolemaeus: Παλαιστίνη Συρίας, ἥτις καὶ Ἰουδαία καλεῖται, ἔθνις. hinc Strabo Judaeos jungit cum Syris: Ἔτυμα δὲ, inquit lib. XVI. τῶν Συρίαν ὅλην οἰκούντων ἐστὶ Φοίνικες διάλεκτοι, τῶν δὲ ἀκριβεστέρων ἔθνη τάδε, Ἰουδαῖοι, Ἰδουμαῖοι, Γαζαῖοι, Ἀζώτιοι. NEAP. Recte Marsus hic Poëtam *Palaestinam aquam* vocare, non quia Judaeam perfluit Euphrates; sed quia Poëtae à proximis saepe regionibus Epitheta sumunt. vid. lib. I. 341. BURM.

465. *Summa tenebant.*] Quaedam editiones & scripti, ut & Neapolis, *tegebant*, sed id verbum tantum in tribus quatuorve scriptis pro varietatione legitur adscriptum; quare *tenebant* retinco. Livius XXVIII. 2. *Confragosa loca & obsita virgultis tenebant colles*, vid infr. notas Heinsii ad III. 219. BURM.

466. *Hos quoque posse tegi.*] Lege, *his quoque* vel *hic*. nam in uno codice Vatic. *hoc* exstat in quatuor aliis, *se quoque. salices has* Marx. & Zulich. HEINS. Ego praeferrem, *his*, vel. *sic quoque posse tegi*. id est Venerem inter salices, licet humiles essent & summa tantum tenerent riparum, tamen posse latere. de illa formula *sic quoque* vid ad III. Art. 265. & inf. hoc libro 642. *tegi* autem dictum, ut apud Livium XXI. 54. *Locis equiti quoque tegendo satis latebrosis.* ubi *quoque* etiam ut hic ponitur. in Marx. erat, *facies hos quoque*. unde forte scriptum fuit, *salices, os quoque posse tegi*. non tantum inferiores corporis partes, sed & caput. BURM.

467. *Intonuit vento nemus.*] *Intonuit* Marx. Voss. prim. Med. & quatuor alii. sic saepe *tonare* pro

sona-

Utque sinu natum tenuit, Succurrite Nymphae;
Et Dis auxilium ferte duobus, ait.
Nec mora; prosiluit. Pisces subiere gemelli.
Pro quo nunc dignum sidera munus habent.
Inde nefas ducunt genus hoc imponere mensis,
Nec violant timidi piscibus ora Syri.
Proxima lux vacua est: at tertia dicta Quirino.
Qui tenet hoc nomen, Romulus ante fuit.
Sive quod hasta curis priscis est dicta Sabinis:
(Bellicus à telo venit in astra Deus)
Sive suum Regi nomen posuere Quirites:
Seu quia Romanis junxerat ille Cures.

Nam

fuisse apud poëtas. HEINS. *Deus fuit* etiam non-nulli.

472. *Pro quo nunc caruit sidera nomen habent.*] Vett. Arcendel. Mezar. & tres alii, *dignum sidera munus*, quod secutus sum, posset &, *nunc coelum sidera munus habent* legi. sic Art. Am. I. 557. *Munus habet coelum, dignum sidera nomen* alii. *Pro quo, quae caruit, sidera nomen* Nauger. Petav. Zulich. & tres alii, *nunc caruit sidera nomen* Ursin. & plurimi alii. Forte,

Pro quo nunc caruit sidera munus habent.

Gronovius Noster Obser. IV. 18. corrigebat:

Pro quo nunc (caruit) sidera munus habent.

HEINS. *Dignum sidera munus habent* etiam Modius Novant. Lect. cap. 63.

473. *Dicunt.*] *Dicunt* plurimi. *inducere mensis* unus.

475. *Genus hoc imponere mensis.*] Quod haec gens τὰ ἄσυλα non dubium. Athenaeus lib. VIII. *Καὶ τοιαῦτα μὲν ἴδοι τις ἂν ἐκεῖσε, καὶ αὐτὸς ὑπὸ τερατολογίας ἂν ὑπολάβοι παῤῥῆσθαι. ἀλλὰ τὰ πάντα ἀγνοεῖ Ὀλυμπιόδωρος, ὃς μόνος τὴν Σύρων πάτταλον, ἢ ἰχθῦς μὴ ἐσθίειν ἀπέτρεπεν.* Hinc Comicus ille Timocles apud eumdem de Hyperide *τοῦ ἰχθυοφάγου*

Τὰς ἰχθυοτριβὰς δεῦρο καὶ χαλᾶν πάντα.
Ὀψοφάγος γὰρ οὗτος ἦν τις τὴν λάρυγγα τὴν Σύρος.

Sic alios ad Graecos & Latinos Arati interpretes. Caulis vero cur piscibus abstinuerint non eadem omnibus: hanc refert Antipater Tarsensis libro IV. περὶ Διαστημάτων, forte nugatur: *Λέγεται ἔνιοι τῶν Σύρων, ὅτι Τύφις ἢ Τυφὼν βασιλεύσας ἔτος ἓν ἐβασίλευσε, ὡς τι κρύψαι ἐπὶ τῷ Τυφῶνι ῥηθῆναι ἐχθύσι λάθρα, ὅτ' ἀγόμενος ἢ τοῖς πολίταις αὐτὸν μὴ ἀνιχνεύσωσι διαφεύξων. ἐχθύων ἢ ἀπέχεσθαι.* Nova haec mihi: nam in Strabone legi, ut fallor, hanc Syris *Ἀδάρην*, reliquis corrupte *Ἀπαγάρτην* vocitatam. Quaeritur, ut tollat, denominum mutatione, praecipue barbarorum: Καθάπερ, inquit, *τὸν Διασίων ἐκάλεσαν, τῶν δὲ Φάρσιον Περσικόν; Ἀπαγάρτην δὲ τὸν Ἀδάρην.* & statim addit hanc à Ctesiâ vocari *Δερκετώ*. Vidit id Plinius; & benè de Hierapoli Syriae urbe scripsit: *Ibi prodigiosa Atargatis, Graecis autem Derceto dicta, colitur.* Prodigiosa; nam ex pisce & femina composita. Ecce ex Luciano in suo *Περὶ τῆς Συρίης* libello: *Δερκετὼ δὲ ἡ θεὸς ἐν Φοινίκῃ ἐστιν ἀνθρωπόμορφος, δίκαια ξύνοιδα, γυνὴ, τὸ δὲ κάτω ἐς μηρῶν ἰχθὺς πέφυκε, ἰχθῦς δὲ ἐπὶ λεπτοῦ].* NEAP.

474. *Timidi Syri.*] Ad religionem spectat epithetum; ut in Lemuralibus, *timidasque Deorum.* Convenit & Syris, qui priscis fuere pietate insignes; unde Statius in Silvis de illius tractus urbe nobilissimâ:

Quod ravis pia germinat Damascus. ——

An conjectura Scaligeri verior, alluisse Nasonem ad Syriam phrenesim? ex esu enim piscium timuit ea gens, ne sibi venter aut membrum aliud intumesceret, ut probat ex versiculis Menandri ad Apotelesmaticum Manilii. NEAP. *Nec violant* libri meliores. inf. 506. *timidi* autem sunt superstitiosi. persuasum enim Syri habebant iis, qui pisce quocumque vescerentur, inflari corpus & ulceribus compleri. Hinc *Syrios tumores* dixit Martialis, lib. IV. Ep. 43. *Jure per Syrios tibi tumores.* Rem narrant Menander apud Porphyrium libro IV. *περὶ Ἀποχῆς ἐμψύχων*, Plutarchus *περὶ Δεισιδαιμονίας*, Tzetzes Chiliad. IX. cap. 275. Artemidorus Oneirocrit. lib. I. cap. 9. alii HEINS. Vide Scalig. ad Manil. IV. 577. & Victor. Var. Lect. XII. 15. & Seldenum de Diis Syris Syntagm. II. cap. 3. abstinebant etiam piscibus sacerdotes Matris Deûm. causam vide apud Spanhem. ad Julian. Orat. I. pag. 176. BURM.

475. *Proxima lux vacua est.*] XIV. Kalendas Martias. NEAP.

475. *At tertia dicta Quirino.*] XIII. Kalendas erant Quirinalia, non XII. ut male rude illud par interpretum Marsus & Fanensis. Instituta haec non eo-

Nam pater armipotens, postquam nova moenia vidit,
Multaque Romuleâ bella peracta manu,
Juppiter, inquit, habet Romana potentia vires:
Sanguinis officio non eget illa mei.
Redde patri natum: quamvis intercidit alter,
Pro se, proque Remo, qui mihi restat, erit.
Unus erit, quem tu tolles in caerula coeli;
Tu mihi dixisti: sint rata dicta Jovis.
Juppiter adnuerat. nutu tremefactus uterque
Est polus; & coeli pondera sensit Atlas.
Est locus: antiqui Capream dixêre paludem.
Forte tuis illic, Romule, jura dabas.

Sol

eodem die, quo Romulus esse desit in terris, sed multo post ejus excessum: nam aliter pugna esset cum scriptoribus, qui *τὴν δεκάτην* rejiciunt in Nonas Quintiles veteris illius anni; has Litterati conferunt in diem XXVI. Maji Juliani, in annum ab orbe condito CIↃ CIↃ CIↃ CCXXXV. NEAP.

477. *Sive quod hasta curis.*] Sic Noster & emendati. Non adeo bene aliquot, *Sive quod hasta quiris*: nam & antiquissimis Sabinis in scribendo non fuit in usu. NEAPOL. *Cures* Ursini & Petavii liber. *curis* Mez. Zulich. & quatuor alii. rectè, ut & Neapolis vidit. Adi Festum in ea voce. etiam in *Quirinus* & *Quiritis*. & Servium ad Virg. I. Aeneid. 297. Euseb. Chronico: *A Curibus Quirites appellantur.* HEINS.

477. *Priscis est dicta Sabinis.*] Testes M. Varro, Festus, Plutarchus & alii. Inde iidem Sabini Martem primo *Curinum* appellarunt, & tractu temporis *Quirinum*: cujus statua illis & Romanis nihil aliud quam hasta. Clemens Alexandrinus in Protreptico: *Ἐν Ῥώμῃ ἦ τὸ παλαιὸν, ὅθεν φασὶν γενέσθαι ἦ Ἄρεως τὸ ξόανον, Οὐδέπω ὁ ἀνυσχεφὴς σίδηρος ἦ κεχωτῶν ἐπὶ τῶν ὑπερόπλων τεύχεσι κανεσκεύαστο ἀρμογέων.* NEAPOL. *Primis* Hamburg. vide ad lib. I. 7.

478. *Bellicus a telo.*] Festus: *Curis est Sabinè hasta: unde Romulus Quirinus, qui eam ferebat, est dictus.* NEAP.

479. *Sive suo Regi nomen.*] *Suum Regi nomen* meliores. HEINS.

480. *Junxerat ille Cures.*] Hac tamen lege, ut Romani à Tatii patriâ Curites dicerentur, Urbs antiquum ei nomen à Romulo impositum servaret. Plutarchus in vitâ hujus Principis: *Ἐκ τούτου συνοίκησιν ἦ μὲν γυναικῶν τοῖς βιάσασθαι συνοίκιον τοῖς ἔχουσι (ἄστυ γὰρ ἔχουσι) πᾶσιν ἔργα ἦ πόσις λαγχάνει, πλὴν τελεσίας, οἰκουρίας· εἶπόν ἦ καὶ τὸν πόλιν Ῥωμαίους ἦ Σαβίνους· ἦ καλοῦσι μὲν Τάτιον ἀπὸ Ῥωμύλου τὸν πόλιν, Κοιρίτας ἦ Ῥωμαίους ἅπαντας ἀπὸ τῆς Τατίου πατρίδος.* Semel ergo dicti illi Quirites, non mirum Romulum regem sub Quirini cognomento coluisse. NEAP.

481. *Nova.*] *Sua* sex libri.

485. *Patri.*] *Patri* Patavin. & quatuor alii. *intercidit altum* Junii, Vossii & alius. *Ille* Thuan.

487. *Unus erit, quem tu tolles in sidera coeli.*] Unus liber vetus, *in caerula*. verè. Est enim Ennii carmen. Vide quae notavi in observationibus in Metamorphosin lib. XIV. CIOFAN. Duo veteres, *in caerula coeli*. Exstat ad verbum idem carmen in Metamorphosi; utrumque tamen haustum, vix mutatâ litterâ, ex Ennii Annalibus, de eodem Rege in numerum Deorum adscribendo. NEAPOL. *Caerula* Regius, Petav. Zulich. & Mezar. probe. Reliqui, *in sidera*, vel, *ad sidera*. vide Notas Met. XIV. 815. HEINS. Ita & Gifan. Ind. Lucret. in *caerula*, & Merula ad Enn. pag. 248.

490. *Et coeli pondera sensit Atlas.*] In quibusdam veteribus, *sensit*. aeque bene. lib. IX. Metamorph. *Sensit Atlas pondus.* CIOFAN. Et bene etiam meus liber, *pondera sensit Atlas.* NEAP. In quinque aut sex vetustis codicibus, *sensit Atlas.* quod arridet. in multis aliis, *novit.* Metam. IX. 272. de Hercule in coelum recepto:

Sensit Atlas pondus; nec adhuc Stheneleïus iras
Salverat Euristhei.

libro XV. 693. de Æsculapio:

Corpus in Ausonia posuit ratis. omnibus illa
Sensit onus, pressa est que dei gravitate carina.

Petronius in carmine de Bello Civil. cap. CXXIV.

Sentit terra deos, mutataque sidera pondus
Quaesivere suum.

HEINS.

491. *Antiqui Capreae dixere paludem.*] Solinus lib. I. cap. 11. *Romulus apud Capream paludem nonis Quintilibus apparere desiit.* Vide etiam quae notavi lib. XIV. Metamorph. CIOFAN. A quâ Nonas illas Quintiles dictas aliqui putarunt *Caprotini*;

Sol fugit; & removent subeuntia nubila coelum:
Et gravis effusis decidit imber aquis.
Hinc tonat, hinc missis abrumpitur ignibus æther.
Fit fuga: Rex patriis astra petebat equis.
Luctus erat, fallaeque Patres in crimine caedis.
Haesitsetque animis forsitan illa fides.
Sed Proculus longâ veniebat Julius Albâ:
Lunaque fulgebat; nec facis usus erat.
Cum subito motu nubes crepuere sinistrae.
Retulit ille gradus: horruerunteque comae.

Pul-

vata; ego vero de erymo magis ad Varronem proclino: *Quod ait*, inquit, *in Lario Jovem Capitolinum voluisse sacrificare*: libro v. de L. L. Vide tamen Plutarchi postremum in vitâ Romuli, ab illa, *Ἐπὶ δ' ἐμοὶ μεταλλάξαι*. Neap. *Caprea* bene primus Nic. hic supra, *Carmen porta*, quae Carmentalis, *celli Quirini* lib. xiv. Met. pro Quirinalis. inde hoc ipso libro ex veteri codice, *pexetralia Collatina* atque ita passim veteres. *flumen Velabrum* lib. v. eodem ex antiquis libris. hic *via Appia*, *via Flaminia*, *via Domitiana*, *via Trajana*, *fornix triumphi*, *aqua Martia*, *aqua Claudia*, *basilica Julia*, *horrea Sulpicia*, *pons Aemilius*, & *Sublicius Aemilius*, *Aemilia porticus*, *Livia* & *Pompeja*, *templum Flavium*, *Julium*, & infinita hujusmodi in antiquis monumentis. Graecia tamen haec palus *αἰγὸς λίμνη*. Florus inter alios lib. i. cap. 1. *Caprese paludem* appellat. vel, ut habent codices vetusti, *caprat paludem*. auctor de Vita Basilius cap. 2. *Cum ad Caprete paludem exercitum lustrasset, nusquam comparuit. Subinde, Apud Caprete paludem apparere desiit.* Chronicon etiam Eusebianum, *Romulus apud Capream paludem nusquam comparuit*. Sic *αἰγὸς ποταμὸς* Troadis Thracine, cujus meminere Polybius, Strabo, Ptolemaeus, Plinius, Ammianus, Mela, alii. Heins. Cl. Schmidiusfelsius, in Notitia Bibliothecae Vindobonensis, ubi egregia ejus Eusebio data opera producitur, pag. 236. hanc paludem cum insula Capree confudisse mihi videtur. *Caprea* hic Putean. & alii. *Paludes* Arundel.

490. *Pavor tulit.*] *Vitit* Mazar. Zulich. Voss. Heins.

492. *Romule, jura dabas.*] Adi T. Livium. Burm.

493. *Sol fugit.*] Nonnunquam solis defectionem in Romuli excessu veterum omnium monumenta: sed Dionysius Halicarnassaeus adhibit rem mirandam in eandem Remi conceptione observatam. *Ἔσον δ' ἡ μητὴρ ἀφηγεῖτο παίζων αὐτῷ διαπτῆναι τὰ ὄρνεα; ἡμέρᾳ δὲ ἤδη μεσουμένῃ τὴν ἥλιον ἐκλιπεῖν τὸ φῶς ἀφανισθέντος δ' ἐπὶ βραχὺ, τὰ περὶτια ἐκ τοῦ ἀέρος ἐπεσεῖν πρὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ.* Neap. Vid. Scalig. de Emend. Tempor. lib. v. pag. 395.

493. *Et removent.*] Malo, *En removent*. Heins. *Nubila solem* Putean. *soli* duo.

494. *Fit fuga.*] Graeci inquiunt, diem illum Romani, *τὸν τριτὸν τοῦ πλόου*, id est, POPLIFUGIA, appellarunt, ut habet vetus Kalendarium. De erymo differitas apud antiquos. Vide M. Varronem lib. v. de L. L. Dionysium lib. ii. & Macrobium, si nosse haec lubet. Neap.

495. *Hinc tonat, hinc missis.*] *Intonat emissis* Mazar. & quinque alii. unus Patav. *immissis*. Heins. *Abrumpitur* Francof. *erumpitur* unus Vatican. hic locus etiam vendicat Virgilianum illud; *abruptis nubibus ignes*. de quo vide Drakenb. ad Sil. iii. 156. illud *emissis* non admodum displicet. vid. ad Epist. Sabin. i. 90. Burm.

497. *Falsaeque.*] *Falsque* Putean. & Thuan. *falsaeque p. in crimina sex.*

498. *Haesitsetque animis forsitan ipsa fides.*] Libri veteres, *illa*. Crofan.

499. *Sed procul è longa veniebat Julius Alba.*] Rectius nonnulli, auctore Livio, *sed Proculus longa*. Naugen. Hunc locum citat & interpretatur Lactantius lib. i. cap. 15. cujus sententiam & verba recitat Marsus. Crofan. Scribe, *longâ*: nam ob situm ab Ascanio nomen hoc habuit. Origo gentis Romanae, Livius lib. primo, & Dionysius eodem: *Ἀλβανοῖσι δὲ ἔνεκα διορίζεται παρ' ἑτέραν πόλιν ἰούλιον ἐπικλῆσιν, τοῦ ὀχήματος ἐπικυτηγήσαντος ἧν δὲ ἔτεκε τόλιστος ἐξ αὐτῶν, Ἄλβα Λάτη.* Neap. Scribe,

Sed Proculus longâ veniebat Julius Albâ.

Quomodo codex Lauti, duo Farnes. unus Patav. Zulich. & Mazar. optime, & ex fide historiae: *Julius* enim *Proculus* passim vocatur à scriptoribus. Sic Livius, Halicarnassaeus, Florus, Jul. Obsequens, auctor de Viris Illustribus uterque, Xiphilinus, Tatianus contra Graecos, Lactantius, Tertullianus & Augustinus non uno loco, hanc historiam commemorantes; Eusebius etiam in Chronico ad annum MCCC. Ἰοῦλιος Πρόκλας est Plutarcho. Livius etiam lib. i. cap. 16. *Julii* nomen postponit. nisi quod *Proculum* nonnulli ex iis, omisso *Julii* praenomine, appellarunt. Eusebius autem in Chronicis ad annum MCXL. hujus Proculi originem à regibus Albanis deducit. fuisse enim Remulae Sylvii Agrippae filio, quem fulmine percussum constat, Julium natum, qui fuerit proavus Julio nostro Proculo. Proculum autem cum Romulo veniisse Romam ac gentem Juliam fundasse, quod nescio an apud alium scriptorem invenias. Heins.

499. *Veniebat Julius Alba.*] Hic fassus Romulum vidisse, & in eo quid humano majus: illi creditum, & sedati plebis animi, cum & dictis jusjurandum addidisset. Xiphilinus sub finem Augusti: *Ἐκεῖνον δὲ*, Livia, *Νουμᾶς τινὶ Ἀττικῷ βουλευτῇ ἐξαπτυγκοτί, πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας ἐχρήσατο, ὅτι τὸν Αὔγουστον ἐς τὸν οὐρανὸν, κατὰ τὰ περὶ τοῦ Πρόκλου καὶ περὶ τοῦ Ῥωμύλου λεγόμενα, ἀνόντα ἐωρακέναι ἔφασκε.* Perjurium illud velut hereditarium postea usui fuit in omni Caesarea consecratione. Justinus Martyr Apologiâ ii. *Porro cur morientes apud vos Imperatores semper immortalitati consecrare dignamini, producentes quempiam, qui jurejurando confirmet, vidisse se è rogo in caelum ascendere ardentem Caesarem?* Insignis etiam ad morem Tatiani Assyrii locus in Oratione contra Graecos, de Antinoo in Lunâ ab antiquis impositio: Τίς, inquit, *ὁ ἀναβιβάσας αὐτὸν; εἰ μήτι καὶ τοῦτον ὡς τοὺς βασιλέας, μαθὼν ἢ δὲ ἐπιορκίας τις, τοὺς θεοὺς κατηγελᾶν, εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνελκυλίσαι φήσας, πεπίστευκε.* Neap.

500. *Lunaque fulgebat.*] *Surgebat* Petav. & multi alii. etiam bene. hic Met. viii. 11.

Sexta resurgebant orientis cornua Lunae.

Heins. Ubi itidem *resulgebant* quidam codices. vid. lib. ii. Met. 92. oblitum sui Ovidium notat Scaliger d. l. qui in interlunio fulsisse lunam dicit. sed forte vitium est in illo *fulgebat*, & verbum forte fuerat, quo latuisse lunam dixit. Ovidius & fuisse tenebras; quod sequentia de nubibus videntur indicare. dein, *nec facis usus erat*, interpretor, non habuisse facem Proculum, sed in tenebris subito emicuisse tonitru, & ita apparuisse Romulum. videant acutiores. Burm.

501. *Sopes tremuere.*] Prim. Ambros. *fonuere*, & novem alii. quidam, *nubes crevere*, quos inter Mazar. & Zulich. & Arond. pro *crepuere*. quomodo recte Vossianus, addito interpretamento, *Dis prosperae, hominibus sinistrae*. ut ad omen alludat, quod ex sinistro fulmine ac tonitru captabant. Virgil. lib. viii. 527.

Suscipiunt: iterum atque iterum fragor intonat ingens.
Arma inter nubem caeli regione serenâ
Per sudum rutilare vident, & pulsa tonare.

ita vetustissimus codex Mediceus. Perperam vulgati, *fragor intonat*. cum *tonare* mox subsequatur. sequenti versu. *horruerunteque* pro *horruitque* Petav. Mazar. Urfin. Voss. & decem alii. de quo ad Epist. vii. pag. 166. Heins. *Species fonnere* alter Mazar.

505. *Et dixisse simul.*] Malim, *dixisse viro*. Heins.

506. *Ne violent.*] *Nec* meliores. & sequenti versu, *placentque*. Heins.

509. *Oculis evanuit auras.*] Puto, *evanuit oculis*. Scriptum fuerat nempe, *oculis evanuit*. nisi forte malis, *in tenuem ex oculis evanuit auram*. ut apud Virgil. ix. 58.

Et procul in tenuem ex oculis evanuit auram.

Heins.

510 *Convocat hic populos.*] Lib. Urs. Maffei & Fratris, *Populos*: placet. id est, Romanum populum & Sabinum. libro xiv. Metamorphos. 805.

——— *populique acquata duobus,*
Romule, jura dabas.

Confirmant id quae statim sequuntur verba:

Hinc populi ritus addiscere novos.

ubi unus Vatic. Urs. & Maffei, *pios*. Crofan. Quattuor apud me, *hic populos*; Sabinos & Romanos.

Pulcher, & humano major, trabeâque decorus
Romulus in mediâ visus adesse viâ:
Et dixisse simul, Prohibe lugere Quirites:
Nec violent lacrimis numina nostra suis.
Tura ferant, placentque novum pia turba Quirinum.
Et patrias artes militiamque colant.
Jussit: & in tenues oculis evanuit auras.
Convocat hic populos: jussiaque verba refert.
Templa Deo fiunt. collis quoque dictus ab illo:
Et referunt certi sacra paterna dies.

Lux

Lux quoque cur eadem Stultorum festa vocentur,
Accipe: parva quidem caussa, sed apta subest.
Non habuit tellus doctos antiqua colonos:
Laudabant agiles aspera bella viros.
Plus erat in gladio, quam curvo laudis aratro:
Neglectus domino pauca ferebat ager.
Farra tamen veteres jaciebant, farra metebant:
Primitias Cereri farra refecta dabant.
Usibus admoniti flammis torrenda dedere;
Multaque peccato damna tulere suo.
Nam modo verrebant nigras pro farre favillas;
Nunc ipsas igni corripuere casas.

Facta

Facta Dea est Fornax: laeti Fornace coloni
Orant, ut fruges temperet illa suas.
Curio legitimis nunc Fornacalia verbis
Maximus indicit; nec stata sacra facit.
Inque Foro, multâ circum pendente tabellâ,
Signatur certâ Curia quaeque notâ.
Stultaque pars populi, quae sit sua curia, nescit:
Sed facit extremâ sacra relata die.
Est honor & tumulis. animas placate paternas;
Parvaque in extinctas munera ferte pyras.
Parva petunt Manes. pietas pro divite grata est
Munere. non avidos Styx habet ima Deos.

Te-

manos. Neap. *Patres* primae Edit. & sex scripti cum Naugerismo. Heins. Sed Livius lib. 1. cap. 16. in concionem prodiisse dicit, quare *populos* vocari: & *Quirites* praecesit. *populum* Bemeni. & octo quidam. Bunn.

512. *Usfaque verba refert.*] *Usque verba* unus Morell., male Heinsius conficiebat, *visaque vera*, vel *certa, verba facit* tres libri; Heinsius malebat, *fasta*. vid. inf. *fi.* 590. Bunn.

513. *Templa Dei, fiunt.*] *Faciunt* Excerpta Dou-za. *gnaris* unus Pithoeanus. ut supra *fi.* 63. *templorum fecisse.*

514. *Collis quoque dictus ab ille.*] Non adeo verum quia tacebat. Festus: *Quirinalis collis qui nunc dicitur, olim Agonus appellabatur, antequam in eum concurrerent Sabini Curibus venientes post factas inter Romulum & Tatium iniurias, à quo hanc appellationem fortitus est: quamvis existimem quidam, quod in eo sacrum sit templum Quirino ita dictum.* Neapol.

515. *Cerri sacra paterna dies.*] Ergo Quirinalia festa & annua. Ex corruptus Dionysii locus lib. II. cum, *Κέριν τε τὴν*, inquit, *Ῥωμύλου, ἃς κριθὰς ἐπιτίθεσιν ἢ κεφαλὴν τῷ ἱερείῳ φέρω, ἱερὸν καλοῦσιν καὶ ἱερεῖα ἀπαρχὴν ἐπιθύουσι Κυρίνῳ ἐκκαιδεκαετηρίδας γενομένας.* Legendum omnino, *ἐπετείους*, annuo die: membrum, quod hac usque nemo Criticorum sublevavit. Neap.

516. *Cur casta Stultorum festa vocentur, Accipe.*] Sed quae haec? Plutarchi Quaestionibus Romanis: *Διὰ τί τὰ Παρεπιδήμια, μηδὲν ἔχοντα ἐπιφανὲς; ἢ, ὅτι τοῖς ἐπιδημοῦσιν ἀπὸ τῶν ἀποικιῶν (ἐς Ἴλιον φεύγουσι) τοῦτ' ἐστὶ τὸ ἔθος, ἑορτὰς ἄγειν, ἃ τοῖς μὲ ἐνοικοῦσιν ἄπορ ἐ κοινὰ, διὰ ξενίαν τὰ τοῖς ἀφιγμένοις, ὡς τοῖς ἄλλοις, ἐ ἄγειν, ἀλλὰ τὰ ἐκείνοις πάντα τὸν ἐνιαυτὸν ἑαυτοῖς ποιοῦσιν;* Non dumno inter *Parentalia* & *peregrinationes*; sed illa *τὰ ἀφιγμένα* Nostro placuit & Pelle Pompeio. hujus haec verba ex emendatione Scaligeriani acuminis: *Quirinalia mense Februario dies, quo Quirino sunt sacra, idem Stultorum feriae appellantur; quod quidam, qui fuerunt Fornacalium sacra Romae ignoraverant, eo potissimum rem divinam faciunt.* Neapol.

514. *Sed apta subest.*] *Fides* Voss. & Mazar. Lego, *fide*, pro fidei. quomodo Noster non uno loco in Metamorphoseon libris, Virgilius aliique ex optimis scriptoribus locuti. sic *commissa fide* pro fidei apud Horatium Sat. III. lib. I. Heins. Sed vulgatam tuentur similia apud Nostrum loca. IV. 140. 368. v. 604. VI. 266. *apta tamen* Petav. *caussaque aperta tamen* tres libri. male. vid. lib. I. 392.

519. *Veteres jaciebant.*] Pari significatione dictum à Demosthene *κατὰ βάθους σπείρειν*. Porro far in usu Romanis CCC. annorum spatio fuisse tradit M. Verrius Flaccus apud Plinium lib. XVIII. Hist. Nat. cibus ex eo confectus appellatus *farratum*. de quo Juvenalis Satyrâ XI. & ejus Scholiastes: *Farratum, cibus ex farre, qui primus antiquorum fuit.* Neap.

520. *Farra refecta.*] *Secata* quidam ex melioribus. sed lib. I. Am. 15.

Dum cadit incurva falce resecta Ceres.

& *dedere* sequenti versu pro *dederunt*. Heins. *Reporta* unus Heinsii.

521. *Admoniti.*] *Edocti* Hamb. ut IV. Fast. IV. 3.

Usibus edocto si quidquam credis amico.

522. *Damna tulere suo.*] Nam secuta sementis jactura ex ignotâ torrendi ratione. Neapol. *Ferre damna* dixit lib. I. 60. ubi vide.

524. *Nunc ipsas igni.*] *Igni* Ursin. Lacti Maz. & octo alii. Heins.

525. *Facta Dea est Fornax.*] A Numâ habuit initium, & festa, quae Fornacalia vocata. Plinius ex Heminâ vetusto scriptore libro XVIII. cap. 2. *Numa instituit Deos fruge colere, & molâ falsâ supplicare, unga far torrere, quoniam tostum cibus salubrior esset: id uno modo consecutum, statuendo non esse purum ad rem divinam nisi tostum. Is & Fornacalia instituit, farris torrendi feriae.* sed fecit indictivas, non statas. Hinc illi, qui, eâ die cum Fornacalia indicebantur, feriari non poterant, Quirinalibus sacra illa omissa coacti peragere. forte quia haec inter popularia. Festus: *Popularia sacra sunt, ut ait Labeo, quae omnes cives faciunt, nec certis familiis attributa sunt: Fornacalia, Parilia, Laralia portâ praecidaneâ.* Opposita his ergo privata, Gentilitia & Familiaritia sacra. Neap.

526. *Ut fruges temperet.*] *Ut vires temperet* prim. edit. & tres scripti. sequenti versu, *nunc Fornacalia* meliores. Lactant. lib. I. de Fals. Relig. cap. XX. *Qui non videt Fornacem Deam, vel potius doctos viros celebrandis Fornacalibus operari?* Heins.

527. *Curio maximus indicit.*] Hic caput & ἀρχηγὸς XXX. Curionum. Hujus auctoritate, ut scribit Paulus Abbreviator, *Curiae & illi regebantur.* Graece diceres ἀρχηλοχαγὸν, sive ἀρχηφρατριάρχην. Curiones enim Dionysius φρατριάρχους appellavit καὶ λοχαγοὺς: inde ab eodem Curialis focus dictus *φρατρικὴ ἑορτὴ*, Curialium conventus *φρατριακῶν συνόδων*, Curiata comitia *φρατρικὴ ἐκκλησία*. Quin hoc quoque observare licet, Curionem maximum ad annum V. C. DXLIII. semper ex patribus creatum, ex plebe vero deinceps. lege Livium lib. XXVII. Neapol.

527. *Legitimis verbis.*] Ut illa apud Arnobium libro VII. LAVATIO DEVM MATRIS EST HODIE, IOVIS EPVLVM CRAS EST. ASCVLAPII GERITVR CELEBRATVRQVE VINDEMIA. LECTISTERNIVM CERERIS ERIT IDIBVS PROXIMIS. *Legitimum* erat, quidquid certâ formulâ dicebatur, sive edicebatur. Neap.

529. *Indicit.*] Hinc Curiones sunt Cusiones in Cumine salvari, hoc est Calatores, sive Sacrorum praecones. Neap.

528. *Prudente tabella.*] In eâ exaratum, ut haec populi pars in Titiâ curiâ cogeretur, pars in Tifatâ, pars in Saucîâ, reliqua in attributis cuique curiis: hae veluti aediculae erant, in quibus, qui Urbem colerent, singillatim in suâ quisque sacra faceret. Neap.

532. *Sacra relicta die.*] Non igitur expiabantur his festis ob omissi sacrificii crimen, ut putavit Neapolitanus ille in suis Genialibus; sed Deae Fornaci quidquid sacri die illo indicto alii fecerant, illi Quirinalibus adimplebant. Neap. Opt. Ambrosi. Voss. Arond. Mazar. & tres alii, *relata*. bene. sacra in diem extremum relata. paulo ante dixerat, 512.

Et resumunt certi sacra paterna dies.

lib. I. pag. 171.

Respiciet Titan astas ubi tertius Idus,
Fient Parrhasiae sacra relata Deae.

Silius lib. XV. 419.

Forte dies prisci Tyriis solemnis honorem
Rettulerat, quo primum orti Carthaginis arces.

apud Maronem lib. I. Georg. 339.

Sacra refer Cereri.

sic *ferre* & *referre leges* vel *jura*. Martialis lib. VI. 7.

Julia lex populis ne quo, Faustine, relata est.

ita quidam scripti; non *renata*. quod tamen non damno. Propert. libro. I. Eleg. V.

Et vetera obliti jura referre foris.

quomodo Notis ad praecedentem librum illa colligenda esse monuimus ex vestigiis membranarum. nunc *jura refer facilis* illic scribitur inconcinne. Heins. Vid. ad Remed. 593.

533. *Est honor & tumulis.*] Quirinalibus Feralia succedebant, sed posti dies tres: & sequor vestigia antiqui Kalendarii. In his justa piis manibus solvebantur: quod hoc etiam mense Graeci petagebant. Hesychius: *Μυσταὶ ἡμέραι, τοῦ Ἀλωαγιῶνος μηνὸς*

in

Tegula projectis satis est velata coronis;
Et sparsae fruges, parcaque mica salis:
Inque mero mollita Ceres, violaeque solutae.
Haec habeat mediâ testa relicta viâ.
Nec majora veto: sed & his placabilis umbra est.
Adde preces positis & sua verba focis.
Hunc morem Æneas, pietatis idoneus auctor,
Attulit in terras, juste Latine, tuas.
Ille patris Genio sollemnia dona ferebat;
Hinc populi ritus edidicere pios.

At

ἐν εἰς τὰς ἐορτὰς τῶν νεκροφορίων ἐσθῆτα ἐδύετο. Rorum, Antiestelectionem inter menses Atticos Februarii & Martii Romani partem complexum. Neapol.

534. *In exstinctas munera ferre pyras.*] *In exstinctas pyras* Mazar. & unus Vatic. recte. tumulos & sepulcra intelligit. sic lib. v. 425.

Et tamen extincto cineri sua dona ferebat,
Cumque sitim nepos busta piabat avi.

& 1. Trist. III. 42. *exstinctus focus* dixit. Idem Maz. *forte pyras.* Lege,

Est honor & tumulis, animas placate paternas,
Parvaque in extinctas munera ferte pyras.

Heins.

535. *Pizas pro divite grata est Munere.*] Malo, *gratis*, ut *pro est* subintelligatur. Pietas apud gratos manes est pro magno munere. Heins.

537. *Tegula.*] Hinc interpretanda illa Senecae Ep. XII. *Zenon in extrema regula flans.* Dour. Sed ista ineptus regula legitur à Lipsio, vid. quae notavimus lib. III. Amor. I. 19.

537. *Tegula projectis.*] *Projectis* Excerpta Politiani & unus Mediic. Lege, *projectis coronis.* & sic alter Mazar. pro diversa lectione. Coronae post exacta convivia è domum abeuntibus projiciebantur. Am. I. El. VI.

At tu non lactis detracta corona capillis,
Dona feres tacitâ Pallida mane, jace.
Te Lucinae, cum te proficiscere cernet videbit,
Tangere abjectâ tam male tecta rotâ.

Epistola XXI. 163.

Proderit ipse tuis dedicasse fronte coronas,
Quique de nitidis areat amoma comis.

Vid. Serv. Virg. VII. 177. 9. *Coronam capiti detractam projicit.* adjicit Dixit Plaut. Mostell. III. 31.

Dixeram: Lares coronate atque adjicam ad lucernam unctum,
Ut, si qui sepulcrum me, hoc aliisse censeant.

Hiatus. *Pallida* est in duobus scriptis.

537. *Velata coronis.*] Hae etiam solitae in sepulchra mortuorum afferri; ideo eaedem Nostro libro III. Tristium sunt *Feralia munera.* Et in lapide prisco haec lego: ITEM LECTISTERNIVM TEMPORE PARENTALIORVM EX X~ CC MEMORIIS EIVSDEM VALERIANAE ET APPI VALERIAN. FIL. EIVS PER OFFIC. TESSERARIOR. QVOD ANNIS PONATVR ET PARENTATVR ITEM CORONAE MIRT. TERNAE ET TEMPORE ROSAE IVL. TERNAE EIS PONANTVR.

& in alio:

ET AD MONVMENTVM ITVM ADITVM AMBITVM ADQVE HAVSTVM CORONARE VESCI MORTVVM MORTVAS MORTVOSVE OSSA INFERRE VT LICEAT. Quid *itum, aditum, ambitum* nemo ignorat. Scito haec non omnibus patuisse, sed iis quibus à monumenti domino permissum. quibus non nominatim excipiebantur; observare est in hac Romanâ inscriptione:

M. ÆMILIVS ARTEMA
FECIT
M. LICINIO SVCCESSO FRATRI
BENE MERENTI
ET CÆCILIÆ MODESTÆ CONIVGI
SVÆ ET SIBI ET SVIS LIBERTIS
LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EORVM
EXCEPTO HERMETE LIB. QVEM
VETO PROPTER DELICTA SVA
ADITVM AMBITVM NE VLLVM
ACCESSVM HABEAT IN HOC
MONVMENTO.

Ad hoc muraria totum cingebant cum uno aut duplici introitu, ut liquet ex iisdem ruderibus. Neapol.

538. *Et sparsae fruges, parvaque mica salis.*] Quidam ex melioribus, *sparsaque.* non male. Urfin. Petav. & unus Vatic. *parcaque.* Pinto,

Et

At quondam, dum longa gerunt pugnacibus armis
Bella, Parentales deseruere dies.
Non impune fuit. nam dicitur omine ab isto
Roma suburbanis incaluisse rogis.
Vix equidem credo: bustis exisse feruntur,
Et tacitae questi tempore noctis avi.
Perque vias Urbis, Latiosque ululasse per agros
Deformes animas, vulgus inane, ferunt.
Post ea praetereriti tumulis redduntur honores;
Prodigiisque venit funeribusque modus.

Dum

Et parcae fruges, parcaque mica salis.
parum molae salsae. Heins.

539. *Inque mero mollita Ceres.*] Haec aut panis vino madidus, aut farina vino subacta. Puto hanc, ut faciebant veteres, libum ex fabâ milioque, sparso in utrumque mulso. Vide Festum. Neap.

540. *Media testa relicta via.*] In viis sepulcra avita posita quis ignorat? Apulejus: *Portam civitatis egressi, monumentum quoddam conspicamur.* Neapol.

540. *Testa relicta via.*] *Testa reperta* Naugerianus. non male. Lego tamen, *relecta*, pro recollecta. ut apud Horatium, Epod. II. *Omnem redegit idibus pecuniam*, pro recollegit, ut Acro illic interpretatur. fractam testam & inutilem innuit. *curtam* dixit infra pl. 645. ubi vide quae notamus. simile mendum sustulimus Met. VIII. pl. 173. ubi *silo relicto* pro *relecto* male legebatur. Vasa fracta vel quassa in publicum projiciebantur, hinc illud Petronianum cap. LXXIX. ex correctione scita Gronovii: *Cum hora pene tota per scrupos testorumque eminentium fragmenta traxissemus cruentos pedes.* ubi nullo sensu legebatur, *saxorumque eminentium.* Heins. *Testa* Edit. Micyll. & al.

541. *Nec majora veto.*] Multum sanè consumpsit antiquitas in his epulis monumentariis. hinc Tertullianus de Resurrectione Carnis: *Defunctis parentant, & quidem impensissimo officio pro moribus eorum, pro temporibus esculentorum; ut quos negant sentire quidquam, etiam desiderare praesumant.* Quod pejus, lego receptum hunc morem diutius à Christianis ad sepulcra Martyrum: sed in hos graviter invehitur Ambrosius de Heliâ & Jejunio; unique gulae totum id tribuit, ut alibi Tertullianus. hic vero non dubitat, quin à Parentalibus malum idololatriae caput extulerit. Neap.

542. *Et sua verba focis.*] *In sua vota* unus Petav. *& pia verba.* Herculan. forte scripserit, *& sua* (vel *pia*) *vota focis.* nam sacrificiis semper preces & vota adjuncta. Martial. X. 28.

Publica quem primum vota precesque canunt,

rit per *sua verba* intelligamus concepta certis formulis, quae illi sacro propria. vid. inf. 638 Burm.

544. *in terras, juste Latine, tuas.*] Bene in Latium: nam ritus antiquior & à Platone initium suum habuit. Meus Siculus lib. V. Βιβλιοθήκης Τὸν δ' Ἄδωνιν λέγεται τὸν ἐξ ἐκείνης παῖδα ἐκ τῆς Συρίας καὶ τιμὰς ἔτι νεώτατον καταδῦναι, τὸ αὐτοῦ χρῆσαι μυθικῶς ἔτος ἑκατοντάκις ἐξελθεῖν αὐτόν. Neap.

545. *Solemnia dona ferebat.*] Primus tulit ille patris reliquias in Siciliâ nostrâ, ubi conditae. Neap.

445. *Dona ferebat.*] Et hic quidam, *verba*; sed unus Heinsii, *busta.* unde *justa* conjecerat olim ille. ut inf. pl. 569. v. 480. & VI. 492. sed & frequenter *dona ferre* apud Nostrum & alios. vid. inf. V. 425. Ep. VI. 77. III Amor. 9. & alibi. Burm.

546. *Ritus edidicere pios.*] Malo ex scripto, *edidicere novos.* Neapol. *Pios* plerique scripti. Arond. *suos.* Heins. *Addidicere* Excerpta Dourae & Putean. vid. ad II. Met. 639.

547. *Gerunt pugnacibus armis Bella.*] *Legunt* Mazar. Voss. Zulich. Idem Maz. & duo alii, *desernisse* sequenti versu, pro *deseruere.* Heins. *Ferunt* Junii & editiones quaedam, ut Neapolis. *pugnantibus* plurimi.

548. *Parentales deseruere dies.*] Tibi fit in hoc fides, mi magister: nam si eam annalium sequimur, non meminimus legisse, Parentalia aliquando ob bella intermissa. Neap.

549. *Dicitur omine ab isto.*] *Fertur crimine ab isto* liber Strozzae.

550. *Suburbanis rogis.*] Hi enim ante Urbem excitabantur: unde Noster in Tristibus III. III. 69. de ossibus unâ concludendis:

Atque ea cum foliis & amomi pulvere misce,
Inque suburbano condita pone loco.

Neap. Huc refer locum Aggeni Urbici à Scalig. ad Catal. pag. 228. citatum: *Culinae votantur in suburbiis loca, inopum funeribus destinata.* unde *inquilini*, quasi *inculini.* Dour. *Focis* Thuan.

551. *Feruntur.*] *Fatentur* Mazar. & mox, *tacito* Petavii.

553. *Latosque ululasse per agros.*] Vossianus,

Dum tamen haec fiunt, viduae ceſſatae puellae:
Exſpectet puros pinea taeda dies.
Nec tibi, quae cupidae matura videbere matri,
Cornat virgineas haſta recurva comas.
Conde tuas, Hymenaee, faces; & ab ignibus atris
Auſer. habent alias moeſta ſepulcra faces.
Di quoque templorum foribus celentur opertis:
Ture vacent aras; ſtentque ſine igne foci.
Nunc animae tenues, & corpora functa ſepulcris
Errant: nunc poſito paſcitur umbra cibo.

Nec

Latiosque, ut & tres Medicei. haud dubie recte. ſic lib. III. 596.

—— *quid in Latios illa veniret agros?*

lib. V. 21.

Exul ab Arcadiis Latios Evander in agros
Venerat.

Met. XIV. 422. ex antiquis libris, *Latios errat veſtima per agros*, plurimi, *latos ululaſſe*. mox pro *ſunt* meliores, *ſint*. HEINS. Vid. ad I. Met. 560.

553. *Ululaſſe per agros.*] Forſan ab hac voce dixit Antonius, *Evadi ſonans* V. NEAP.

556. *Prodigiisque medunt.*] Has ſpecies miraculorum repulſus vide in Arnobio lib. VII. adverſus Gentes. NEAPOL.

556. *Venit.*] *Venit* Sarravii. *ſuus* Ambroſ. pr.

557. *Viduas ceſſare puellas.*] His igitur diebus virebantur viduis nuptiae, ut novis feriis & atris aliquid locibus: ſed feriias minime religioſas ajebat olim ioius Verrius Flaccus, idque non ſtulta ratione. Tu vide apud Macrobium primo Saturnaliorum. NEAPOL. *Avidas ceſſare* Junii & Gottorp.

558. *Exoptat puros.*] Ac ſi hi impuri: ita eſt; nec aliâ cauſſâ dixerunt Graeci, Τὸν Ἀφεγγῆ βίον ἡμέρας, *puras*, ut ex citatis Heſychii paullum ſupra obſervare eſt. NEAPOL. *Expellat* quinque. *expellet* plurimi.

558. *Pinea taeda dies.*] *Pinea*, an *ſpinea* legendum, in incerto eſt; cum ſpinus & pinus utraque pro face novis nuptis in uſu fuerit. Illud moneo, accenſam è foculo maritae, non viri. Varro apud Nonium de vitâ P. R. *Cum à novâ nuptâ ignis in face adferretur foco ejus ſumptus, cave fax ex ſpina alba eſſet, ut eam puer ingenuus afferret.* NEAP. Vid. Comm. ad Catul. LXII. 15. Delr. ad Senec. Med. 38. Scalig. ad Varron. de L. L. lib. IV. pag. 2.

559. *Quae cupido.*] *Quae primum* pr. Ambr. Lucii & deter. alii.

560. *Matura videbere matri.*] Idem vetat cuique virgini, aetate etiam nubili. NEAP.

561. *Haſta recurva comas.*] Hinc acus celibaris dicenda ab ejus *curvatura*, quâ compago crinium ſuſtinebatur, & quae Graecis βελόνη. De celibari vide Feſtum & Plutarchum, qui δοχάνιον vocat, ut Noſter in Quaeſtionibus Romanis. NEAPOL. Vid. Beroald. Adnot. cap. I. & commentatores ad Arnob. lib. II. pag. 91. & Briſſon. de Ritu Nupt. pag. 40.

561. *Conde tuas, Hymenaee, faces.*] Κυρὸς γαμβλίους. NEAP.

563. *Foribus celentur opertis.*] Ut arcerentur ab aſpectu funeſto: quâ de cauſſâ hoc etiam vetitum iis, qui rem ſacram facturi erant, ut Pontifici, flaminii Diali & aliis miniſtris: quin ſtatuas Deorum in viis poſitas, ſi illac funeſtum aliquod transferendum erat, panno velatas memini legiſſe. NEAP. *Celebrentur* tres. *aperiis* duo.

564. *Ture vacent aras.*] Albinovanus ad Liviam, de Druſi funere:

Digne latent templis, nec iniqua ad funera vultus
Praebent; nec poſcunt tura ferenda rogo.
Obſcuros delubra tenent, pudet ora colentem
Adſpicere invidiae quam meruere metu.

NEAPOL.

564. *Stentque.*] Sarravii & quinque alii. ut lib. V. 306. *Phoebus ara ſine igne fuit.* ſed Val. Fl. II. 97.

Veneris ſtat frigida ſemper Ara loco

Noſter I Met. 374. *Stabantque ſine ignibus aras.* BURM.

565. *Nunc animae tenues, & corpora functa ſepulcris.*] Lib. X. Metamorph. ſub principium:

Perque leves populos, ſimulacraque functa ſepulchro
Perſephonea adiit.

CIOFAN.

566. *Nunc poſito.*] *Nunc parvo* Gottorph. *impoſito* Putean.

567. *Nec tamen hoc ultra, quam tum de menſe ſuperſunt.*] *Haec* meliores, &, *tot de menſe ſuperſint.* optime. ſequens pentameter confirmat. & ita VI. 795.

Toi reſtant de menſe dies, quot nomina Partis.

& alibi. HEINS.

567. *Quam*

Nec tamen haec ultra, quam tot de menſe ſuperſint
Luciferi, quot habent carmina noſtra pedes.
Hanc, quia juſta ferunt, dixere Feralia lucem.
Ultima placandis manibus illa dies.
Ecce anus in mediis reſidens annoſa puellis,
Sacra facit Tacitae: vix tamen ipſa tacet.
Et digitis tria tura tribus ſub limine ponit,
Quâ brevis occultum mus ſibi fecit iter.
Tum cantata ligat cum fuſco licia rhombo;
Et ſeptem nigras verſat in ore fabas.

Quod-

567. *Quam quot de menſe ſuperſunt.*] Veteres, *quam cum*: alii, optimae etiam notae, *cum tot.* NEAPOL.

568. *Quot habent carmina noſtra pedes.*] Si recte verba capio, oſtendit XII. Kalendas Februarias finita Feralia: ſic remanent è menſe dies undecim, & his includo diem ipſum Feralem; in quo Vates aberrat à veteribus Kalendariis, quibus Feralia ſunt die XXI. Februarii. Quod vero ſcribant interpretes, his ſibi velle Naſonem à XVIII. per alios X. dies Feralia continuari poſſe, lente probo: nam dies poſtremus placandis manibus ipſemet *Feralis.* liquet ex hisce:

Hanc quia juſta ferunt, dixere Feralia lucem:
Ultima placandis manibus illa dies.

Senſus aptior eſſet, quem veriorem ſuſpicor, incepiſſe Feralia à VI. Idus, terminataque XII. Kalendas: haec inquit, non ultra, *cum tot de menſe ſuperſunt.* Et ſi germana eſt editio haec, quod credimus, non elicitur ex his, per undecim dies continuata Feralia; per aliquot fuiſſe negare non audemus: nam ſupra dixit, *dies parentales.* & Athenaeus lib. III. de Februarii etymo: Τὸν δὲ μῆνα τοῦτον καλοῦσιν Ἕλληνες, ὅτι τὰ νεκύσια θύουσι κατ' ἐνιαυτὸν οἱ Ῥωμαῖοι. NEAPOL.

569. *Hanc quia juſta ferunt, dixere Feralia lucem.*] *Dicunt Feralia* caſtigabat vir incomparabilis Joſephus Scaliger. ſed fruſtra, alia *Feralia*, alii *ferales* dies. *Feralia* à juſtis ferendis cum ſint dicta, ut ex hoc loco apparet, primam ſyllabam quid ni corripiam? Macrobius Saturnalium primo cap. 4. *Sed & ipſa feſtorum nomina ſecundum regulam declinata apud veteres reperio. Siquidem Varro Feralium diem ait à ferendis in ſepulcra epulis dici. non dixit Feralierum.* perperam *Ferialium* & *Ferialiorum* nunc ibi circumfertur. HEINS. Vid. Cujac. lib. I. Quaeſt. Papin. ad L. ult. de His qui not. infamia.

570. *Ultima placandis.*] *Optima* Thuan. Hamb. vid. ad VII. Met. 662.

571. *Ecce anus in mediis.*] Recenſet nunc quid actum ultima Feralium luce. Ut vides, anicula cum puellulis Nymphae Mutae neſcio quid magicum parant. Praerat haec Dea compeſcendis detrahentibus linguis. Debet Regi Numae ſuum cultum. Plutarchus: Καὶ μέντοι Μᾶτταν ἴδιόν τι ἄγαλμα τῆς ἱδίδας σιδᾶς τὴν Τυρραίνιν, Τακίτιον προσαγορεύουσι, διὸ συνιᾶσιν ἡ νέα γαμοῦσα ἴδιον δοῦσι τῷ Πομπηίῳ δεησομένη ἐχμαθεῖν καὶ τυχεῖν. Nunc antiquas quid velint hoc facinus veteres, & cur potiſſimum Parentalibus adjunxerint: forſan, ut nos edocerent, manes convivio non laceſſendos; an aliud, tu cogita, ſi illud; laudabile ſane inſtitutum. NEAP.

572. *Nec tamen ipſa tacet.*] *Vix tamen* ex melioribus nonnulli. pro *anus annoſa* ſuperiori verſu, quod paulo durius videtur, *vinoſa* malim. hoc enim ſi volebat, poterat, *longaeva* aut *grandaeva* dixiſſe. certe liber Gottorph. *animoſa*. mox dicet, *ebriaque exit anus.* Anus vino deditas eſſe notum eſt. qualis illa apud Plautum merobiba. & apud Graecos comicos paſſim. lib. V. 765. Faſt. de ſacris Bacchi:

Cur anus hoc faciat quaeris? vinoſior aetas
Haec erat, & gravidae munera vitis amat.

ſic *vinoſus ſenex* Anacreon Noſtro lib. III. Art. 330. dictus, & Homerus Horatio I Ep. XIX. 6. *vinoſus.* Propertius lib. IV. Eleg. V.

Terra tuum ſpinis obducat, luna, ſepulcrum,
Et vetula invifam ſentiat umbra ſitim.

ita locum mendoſum eſſe ſcribendum opinor. de quo pluribus ad ipſum Propertium. Fortaſſis tamen ſcripſerit Naſo hic loci, *annus pannoſa*, id eſt pauperecula, quomodo Baucis *Pannucea* apud Perſium. talis & ille introducitur in ſcenam Terentio, *annis pannisque obſitus.* ita interpretatur vetus Scholiaſtes Perſii, *pannucea*, *pannoſa ſive pannis obſita.* Pomponii fabula *Pannuceati*, citatur à Grammaticis. ἐπίσης & ῥακόδυτος, pannoſus, pannis obſitus, in gloſſis. apud Lactantium elegia de Phoenice, *Egeſtas obſita pannis.* Petronius, *Veſtem pannuceam, & ne bonis quidem centonibus dignam* opponit *pretioſiſſimae veſti. pannoſas mammas* pro rugoſis Martialis dixit libro III. HEINS. Ego nihil mutem, ita *annoſas ſenex* I Art. Am. 14. pro *Tacitas* unus Medic. *Matae.*

573. *Et digitis tria tura tribus.*] Hunc num-

Quodque pice adstrinxit, quod acu trajecit ahenâ,
Obsutum maenae torret in igne caput:

Vi-

rum frequenter invenies receptum in superstitiones. Τρυγ' ὄσσ' πέλλας, dixit scriptor Chaeronensis. Nead. *Tura simul* Vatican. & posterior Aldi Edit. *jeh humna* Voss. Strozzae.

575. *Mea filia fecit iter.*] Tria igitur grana turis jacit ad limen, quâ meatum aditus ad sua domicilia. Neapol.

575. *Cantata tenet cera fusco licia plumbo.*] Ligat sex ex vetustioribus & decem alii, quomodo magicis illis in Ciri Virgilianâ,

Terque novenos ligas triplici diversa colore licia.

Deinde novi, & plumbum esse, quod nigrum vocetur, & esse ejus quoque usum in magicis, contra alibi dixerit nusquam cum aliis, tum Lucretium. Sed cum in multis veteribus sit, *bombo*, vel *bombo*, amplector quod in Politiani codice & uno Petavino pro diversa lectione erat notatum, *rhombo*. Amor. I. Eleg. VIII. ubi licia cum rhombo conjungit:

Aut mea quid gramen, quid torto concita rhombo
Licia, quid valeat varius amantis equae.

Erat enim Rhombus *figura tetraplurea*, *non tamen recti anguli*, apud Geometras. In rebus magicis trochus est seu turbo, qui rotabatur, liciis nunc verticibus, nunc pulis nexus, unde *Staminea rhombi vertigo* apud Propertium. III. IV. 26. Hesych. Ῥόμβος, περίφορος κύκλος. Suidas κίλινδρος interpretatur. hinc ἰυγξὶν, σφενδόνῃ & ῥομβίδος παιδικῆς apud veteres militaris scriptores; & apud Eubulum comicum, ἀνακύκλωσις ἰυγξικωμῳδικὴ, pro Demosthenicae linguae volubilitate eleganter dicitur. Item vitreae nidus. Scholiastes Pindari Pythiis O. IV. 381. Ἀκεσίδαμος δὲ ὁ ἀναγραφεὺς τὸν ἰυγγα, ὑπολαμβάνων ἐκ τοῦτου τοὺς, ἐν σφενδόναις ἄκρα ἐνιέντας καὶ ἐκ βάθου, ὡς τὰ ὄνυχα αὐτὸ ἐξικνεῖσθαι καθάπερ σφῆκες τοιούτους appellat. Tzetzes Chiliade XI. 380. non paria superioribus Scholiastae verba habet. *Trochiscum* quoque Apulejus Apologiâ, ubi de rebus magicis, *Trochisci*, *iynges*, *tannias*. ubi *tannias* pro liciis posuit. Ita enim ista Apulejî frisenda cum viris doctis. apud Theocritum in Pharmaceutriâ ἴυγγος τρόχος est, quem πτερὸν κύκλου Scholiastes interpretatur. quare postea vulgata lectio ferit hoc Ovidii loco, ut rhombus pinnibus subjungatur. apud Propert. *magico vertit sub tramite rhombi* & *torti magicâ vertigine rhombi* Lucano, lib. VI. Martial. lib. XII. Ep. 57.

Cum fetis Cadmi luna vagatur rhombo.

ubi nescio *Tibi rhombo*. nam lib. IX. idem, *Thessalos Lunam deducere rhombo* dixerat. sic *tolcos incantatum furor* Horatio apud Propertium II. I. 56. etiam male vulgo legitur:

Celebris Celebiacis urat aëna focis,

pro *Iolciacis*: nam in Thessaliâ Aeson ab illâ recoctus. In Ciri Virgilianâ:

Tentat Iolciacis animum defigere votis.

quod mendum etiam plerosque Ovidii codices ex veterrimis occupavit lib. VII. Met. illo versu:

Victor Iolciacos intrat cum conjuge portus.

Heins. *Confuso limbo* Voss. *Confuso bombo* tres, *cum fuso plumbo* duo. *Ihuso* volebat Francius.

575. *Cum fusco licia plumbo.*] Ex utrumque ad rem magicam. Psellus in lib. de Daemonibus: Δαιμονία ἰύγξ γραφεῖσα σηκῷ ἐ μικρῷ ἢ γοῦν ὄρνιθι μελαίνῃ καὶ κιγκλῖδι, καὶ κλωβῷ σφενδόνῃ μίτου λίνου ἢ ἐλάφειον ἀγκυλομάλλου πλέξαι τερετικὰ κινητικὰ ἐπάδοντα. Neapol.

575. *Fusco plumbo.*] Hujus duo genera, nigrum & candidum. Lege caput Plinii XVI. & sequens lib. XXXIV. Neapol.

576. *Nigras versat in ore fabas.*] Quod actum etiam in Lemuralibus: ibi is, cui sacrum curae est,

Cumque manus puro fontanâ perluit undâ,
Vertitur, & nigras accipit ore fabas.

Neapol.

577. *Quodque pice adstrinxit.*] Demum caput aut vere humanum aut ex aliâ materiâ huic simile pice linibat, & acu pungebat à cranio ad mentum. legitur in antiquo nostro codice:

Obsuto mento torret in igne caput.

dein vivis carbonibus admotum, aridum jam vino conspergebat. Neapol.

577. *Adstrinxit.*] *Adstringit* nonnulli. alii etiam, *transfixit*. Optimus Ambrosianus, *transfigit*. sed nil muta. Senec. Thyest. 1063. *Gracili trajectas arundine fauces* Lucan. VI. 637. *Unco guttur trajicere*, sic & III Am. 7. *Trajectae ranae*, *acuta* quoque *acu* quidam, sed *ahena* recte se habet. in magicis enim usus aeris frequens. vid. lib. VII. Met. 227. & 247. & alibi. Burm.

577. *Quod acu trajecit ahena.*] Cornelius Celsus: *Quidam hic quoque duo lina acu trajiciunt.* Porro hac fere semper usae veneficae ad perniciem. Noster in Epist. Hypsi.

Devovet absentes, simulacraque cerea fingit,
Et miserum tenues in jecur urget acus.

Neapol.

578. *Obsutum mento torret in igne caput.*] Dixi fateor me haesisse in hoc loco. nam, quod in nonnullis exaratum *mento* offenderem, parum aberat quin *lento igne* scribendum arbitrarer. ut Trist. III. Eleg. XI.

Et falsum lento torruit igne bovem.

& mox,

hanc

Vina quoque instillat. vini, quodcumque relictum est,
Aut ipsa, aut comites, plus tamen ipsa, bibit.

Hosti-

—— hunc lentis carbonibus ure.

& Arte Amat.

Ignibus hic lentis uretur, ut humida taeda.

Auctor Moreti:

Haec ubi collegit, lentum consedit ad ignem,

ubi *lactum* male legitur: & Horat. I. Od. 12.

Lentis macerare ignibus.

ita & alii passim. Nunc, dum veterrimos codices consulo, longe aliter videtur. Naugerianus certe & Urbini, *Obtusum mentae*. Petav. & unus Put. *Obsutum mentae*. Zulich. *Obsutum maenae*. quomodo & in Mazariniano fuisse à manu primâ videtur. Lege, *Maenas caput*. Singula nunc videamus. primo *Obsutum* bene se habet, etsi libri ex fidissimis nonnulli, *Obtusum* suggerant. Obsuebatur enim acu & pice os maenae. Virgil. lib. IV. Georg. 306.

—— huic geminae nares & spiritus oris
Multa reluctanti obstruitur.

ita venerandae vetustatis Mediceus. non *obstruitur* cum vulgatis. Florus lib. IV. cap. 12. *Unius os sutum, prius abscissa lingua*. Malim, *os obsutum*, Paullinus Epistola IV. ad Sulpic. Sever. *Ut ille pannis oculos corporis, sic iste sordibus vitae suae oculos mentis obsutos*. ut illic bene ex vetusto codice Fronto Ducaeus restituit. contra *malae dissutae* pro ore aperto apud Persium, *dissutis malis ofsitare. palpebras sursum ac deorsum ductilas insuere* Gellio lib. VI. cap. 4. *obsuta lectica* Suetonio in Tiberio cap. 64. Noster lib. X. Metam. 495.

Jamque gravem crescens uterum perstrinxerat arbor,
Pectoraque obsuerat, collumque operire parabat.

ita censeo scribendum, non *obruerat*. & apud Apulej. forte Met. IX. *Pone cum Myrmex sequebatur vinculis obsutus, os consuere* apud Senecam Ep. XLVII. *Sic, sit ut isti de domino loquantur, quibus coram domino loqui non licet. At illi, quibus non tantum coram dominis, sed cum ipsis erat formo, quorum os non consuebatur, parati erant pro domino porrigere cervicem*. quae totidem fere verbis Macrobius sibi vindicavit. lib. I. Saturn. cap. 11. sic Noster supra, *verubus transfixa saligneis Fixta*. ubi male multi ex scriptis, *transfixa*, vel *tranjecta*. *transfixos Oedipi pedes* dixit Seneca Phoenissis pag. 254. quod male mutarant; sed bene asserunt Gronovius. *consuere* & *insuere* & *suere* verba satis obvia. *praesuti frondibus Thyrsi* apud Nostrum Met. XI. apud Apulejum tamen lib. VI. Milesi. sub finem quod magnus Scaliger scribebat. *Super aliquod saxum scruposum, insutitium, & sartilem aquam expunxere, & solis ardentis vaporibus traduxere*. pro quo in vulgatis est, *insititium*, neutrum possum approbare. cum exilissimum scribendum esse, *isicium & sericum*, vel *insicium*, vel *isciatum*. Isicium carnis minutatim concisa. vide Macrob. VII. Satur. cap. 8. *Isciatum* quod ejusmodi carnibus fartum est, apud Apicium, *valvulae isciatae*, & *circelli isciati*. vetustum Epigramma, quod videre nobis & describere licuit, ex longe antiquissimo codice

ESICIATA.

Amittit proprias vacuato corpore carnes
Accipitque novas.

quae unice faciunt ad hunc Apulejî locum. totum Epigramma adderem, sed video id jam divulgatum à Salmasio ad Hist. Aug. pag. 285. *Isicius* ergo Afinus vel *insicius*, quod malo. cum & Macrobius eam scribendi rationem sequatur, vel *insiciatus* idem qui & fartilis. Ejusmodi porcum alius animalibus refertum Porcum Trojanum appellat Macrob. II. Satur. 9. Nunc de maena. Maena piscículus marinus, qui Graecis μαινὶς, non magni pretii, & sale condiri solitus in vasis sive orcis. Hinc Persius, Sat. III. 76.

Maenaque quod primâ nondum defecerit orcâ.

atque hoc est quod Martialis vult lib. XII. Epist. XXXII.

Fuisse gerres atque inutiles maenas
Odor impudicus urcei fatebatur,
Qualem marinae visit aura piscinae.

ubi nollem doctissimum Rondeletium haesisse, ac *hircii* pro *urcei* repositisse. Maenas enim saliri solitas ex Plinii quoque loco non uno apparet. opponit eas acipenseri Cicero lib. II. de Finibus: *Qui voluptatem contemnunt, iis licet dicere, se acipenserem maenae non anteponere*. Ad exilitatem earum alludit Martialis, cum *breves maenas* alicubi dicit, ut & Arnobius, cum *pisticum & maenarum dominum* Neptunum appellat. Glossae Stephani, Μαινὶς ἰχθύδιον. Lege, Μαινὶς quicquid ordo literarum isti lectioni repugnat. Jus Maenarum in Lucilio, quod apud Nonium occurrit, *pulmentaria ut inveybus, aut alinya id genus herba, & jus Maenarum*. erat enim cibus hominum plebejorum pauperrimus. quo refer Pomponii illa ex Maîali apud eundem Nonium in *revortit*. *Caenam quaeritat, si cum nemo vocat, domum revortit macilus ad maenam miser*. ita lego, ubi *ad mensam* circumfertur. Apud Martialem quoque, ubi quaeritur de hasiatorum importunitate:

Hinc inflat tibi tussor, inde sella,
Hinc sutor modo pelle basiata,
Hinc menti dominus pediculosi,
Hinc desidiosus, & inde lippus.

ut postremo versu primum defunganur, *desidiosus* ille non est nauci. peccat praeterea syllaba postrema correpta in legem metricam; cum producti

Hostiles linguas inimicaque vinximus ora,
Dicit discedens, ebriaque exit anus.

For-

cum oportcat. certe scripti complures, quod & de suis Douzius testatur, *dexioculus*. Vaticanus veterrimus, *dejoculus*. utique castigandum,

Nec deest huic oculus & inde lippis.

versui interpolando ansam praebuit hominibus ineptis, quod ignorabant *deest* esse monosyllabum. Agit autem Martialis toto hoc Epigrammate de iis hassatoribus, quibus anima praecipue foeteret: quorum in numero lippi recte collocantur, propter collyria odoris ingrati, quis oculos frequenter inungebant. res vel ex solo Horatio sat nota. ceterum *menti dominus pediculosi* hic frustra iteratur, cum jam supra de hircosis colonorum oscuiis utpote, qui & barba & alis foeterent, sit actum. nec Latine dixeris *menti aut oris faetidi dominum*, ut libri dominum aut cujuscumque possessionis. In codice Puteanorum fratrum pervetusto exaratum vidimus, *mentae dominus*, utique pro *maenae dominus pediculosae*. *pediculosa* autem *maena*, quod ea vescerentur ut plurimum mendicabula hominum pediculosa, ut jam vidimus. Similes deliciae in salsamentis lacerti, apuae, scombri, pelamides, siluri, gerres, cordillae. Juvenalis Sat. III. pari modo *lacerti dominum* dixit. sic enim malo quam *lacertae*, quomodo ad exemplum Nostri Arnobius lib. III. Neptunum *maenarum & piscium dominum* nuncupat. Juvenalis locum ecce Satyra III.

Est aliquid, quocumque loco, quocumque recessu,
Unius sese dominum fecisse lacerti.

lacertae perperam nunc circumfertur. quod damnat ipse Juvenalis Sat. XIV. neque enim *lacertae* habitae inter edulia:

— — nec non differre in tempora caenae
Alterius conchem aestivam cum parte lacerti
Signatam, vel dimidio putrique siluro.

Meminit eorundem *lacertorum* Martialis libro XI. Ep. 28. 52. libro XII. 19. *Frumenti dominum piperisque coëmti*, ut *lacerti dominum* idem paullo ante Juvenalis dixit Sat. XIV. ubi ad epuli & convivii dominos sic dictos allusisse possit videri. Ceterum *putris silurus* revocat mihi in mentem denuo locum Martialis jam supra productum è libro XII. Epigr. XXXII. ubi *inutiles maenas* pro jam putribus, ac proinde nullos in victu usus praestantibus accipio. Sed quid sibi velit *odor impudicus* ignoro. foetentem innuit haud dubie: sed quis Latine sic locutus? Quare sit ut locum interpolatum esse opiner, atque ab ipso relictum Martiali, etsi in codicibus ejus vetustis nihil nobis est praesidii, *olidi mephitis urceus foedabatur. mephitis* illa non intellecta aut mendose descripta loco interpolando dedit occasionem. ad faetorem hunc incommodum respexit idem Martialis lib. VII. cap. 60. *Abstulerat totam temerarius institor urbem.* Sic eleganter optimae membranae. Vulgati libri, *temerarius institor*. Ceterum maenae hujus usus plurimus in sacris inferis. quomodo hic apud Nostrum. Eustathius in Homerum Iliad. I. 206. Θύονται μαινὶς τῇ Ἑκάτῃ, διὰ τὸ δοκεῖν μαινῶν αἰτίαν εἶναι. Hinc μαινίδας καὶ τριγλίδας Ἑκάτης βρώματα vocat Antiphanes ἐν Ἀγροίκῳ apud Athenaeum lib. VII. Nihil igitur mirum, si Deae infernae, qualis Tacita haec nostra, idem, qui & Hecatae, piscis dedicetur: deinde Deae Mutae, mutum animal. Quid quod Maena Deae Tacitae sacra potest videri, ob cognationem nominis, siquidem Athenaeus lib. VII. docet id in multis obtinuisse: ac propterea τρίγλην sacram fuisse Hecatae, quod illa τριοδῖτις καὶ τρίγληνος sit dicta. Ἀπολλόδωρος δὲ ἐν τοῖς περὶ θεῶν, τῇ Ἑκάτῃ φησὶ θύεσθαι τρίγλην διὰ τὴν τοῦ ὀνόματος οἰκειότητα. τρίμορφος γὰρ ἡ θεός. Addit & caussas, cur citharus piscis Apollini, Mercurio boces, exocaetus Baccho, Veneri phalaris, aphya Neptuno, atque ita porro pisces alii aliis dis consecrentur. Est autem cognatio nominis inter maenam piscem & Deam Tacitam, quod illa etiam *Mania* sit dicta. Mania certe Macrobio in Saturnalibus. lib. I. 7. qui fusius de ea agit, & Arnobio mater Larum, quemadmodum Nostro & Plutarcho in Numâ, Tacita. Eandem Laram & deam Mutam vocat Lactantius, quomodo & Noster paulo post appellabit. Alii Larundam. sed Maniae nomen illi proprium fuisse in carminibus Saliaribus ex Varrone lib. VIII. L. L. discimus. Mania igitur quemadmodum mater Larum, sic *Larem manem Deum* appellatum testis est Apulejus de Deo Socratis. *Genitam manam* partuum praesidem faciunt Plutarchus Quaest. Roman. XLVII. & Plinius Naturali Historia libro XXIX. cap. 4. quomodo genium, qui & Lar, gignentium praesidem. *Maniam & Manam* distinguit manifeste Marcianus Capella libro II, & ab his duabus tertiam *Mantunam*. idem Summani Plutonis & Summanium deorum meminit eodem loco. Maenam igitur cum Eustathius loco supra jam allato deducere videatur ἀπὸ τοῦ μαίνεσθαι, ac Furias etiam seu Eumenidas μανίας dictas fuisse ex Pausania liqueat, nihil impedit nomen Maniae inde quoque derivari. Diis inferis vilia quaeque libari solita jam supra vidimus hoc libro ỹ. 537. hinc *caenam feralem gammarum* dixit Juvenalis Satyra V. ad vilitatem gammari respiciens haud dubie, quomodo μαινίδας καὶ τριγλίδας Ἑκάτης βρώματα Antiphanes comicus paullo ante productus. Locus Juvenalis sic sese habet: *Sed tibi dimidio constrictus gammarus ovo Ponitur exigua feralis caena patella.* recte exigua patella, quia patellae usus plurimus in libationibus. ut mox videbimus ad ỹ. 634. Plautus Pseudolo Act. III. Sc. II. de coquo nullius pretii, aptum esse dicit, *qui mortuis*

Forsitan à nobis, quae sit Dea Muta, requiras.
Disce, per antiquos quae mihi nota senes.

Jup-

tuis caenam coquat. & Noster supra, *Parva petunt Manes*. Plautinum locum aliò trahunt interpretes, & in his Boxhornius. Caput praeterea maenae ad fulmen expiandum adhiberi Plutarchus nos docet, eumque ritum à Numâ promanasse. In cujus vitâ, fabulam de Jove Elicio recensens, à Nostro quoque narratam libro Fast. III. haec addit inter alia: Ἐπεὶ δὲ γενομένων κεραυνῶν ἰσχυρῶν καὶ ἀφύκτων ἁλῶναι, ... Arnobius initio lib. V. ubi ex Valerio Antiate eandem rem narrat: *Jovem diu cunctatum expiabis dixe capite fulgurita, regem respondisse caepitio, Jovem rursus, humano: retulisse regem, sed capillo. Deum contra, anima, maenae subjecisse Pompilium.* Ita scribendus locus mendosissimus. vulgati, *piscis subjecisse Pompilium*. sed codex Regius τὸ *piscis* non agnoscit. vox *anima* absorpserat sequentem vocem *maenae* ob cognationem literarum, quod & alii jam sunt subodorati. Μαινίδων meminit ex Graecis Oppianus libro primo, Dioscorides libro II. cap. 31. & Alexander Trallianus libro VIII. Apud Plautum Poenulo Act. V. sc. V. *Deglupta maena.* ut libri meliores agnoscunt illic. cujus loci oportune me admonuit ocellus ille bonarum artium Gronovius meus. Male viri eruditi ex *maena* illic *Maenadem* concinnant. *Degluptam maenam* vocat lepide hominem glabrum & nullius pretii. recte etiam foemineum pisciculi mollisculi nomen dat cinaedo. Sic Fidus Cornelius, Nasonis Gener, Corbuloni *Struthiocamelus depilatus* dicitur apud Senecam de Constantia sapientis. Praeterea hominem faetidum & male olentem hoc convitio designat, quomodo *hallec viri* paulo ante dixerat. ita enim scribo. *Halec viri* igitur, *faex viri*, & quidem salsamentaria, quae omnium putidissime olet. unde & *putre halec* Martiali dicitur. Pergit convitiando Plautus, & addit ἀλλαγορὰς *hamo*. ita enim rectius leges cum Ms. Camerarii, quam ἅλς ἀγορᾶς, ἀλλαγορὰ Forum salsamentarium hamae vasis odor est ingratus. Faetorem quoque hominis designat, cum *alli ulpicique plenum* paulo post nuncupat. Salsamenta autem esse gravissimi odoris quis nescit? quod jam supra in loco Martialis de urceo, in quo maenae fuerant conditae, vidimus; qui ad illustrationem hujus Plautini nonnihil facit. Vim divinam maenis attributam fuisse cùm ex Nasonis, tum ex Plutarchi, Athenaei ac Arnobii locis jam vidimus. Idem Plutarchus libello περὶ Δεισιδαιμονίας, tangit Syrorum superstitionem, qui esu maenarum ac apuarum abstinerent, quia persuasum haberent, tibias & corpus totum ulceribus impleri illorum qui iis vescerentur. quod alii scriptores ad omnia pisculenta referunt. Denique maenarum etiam Noster meminit in Halieutico,

Foecundumque genus Maenae, Lamyrosque, Smarisque,

Ita enim est scribendum. Ceterum ut μαινίδες & μαινίδια hi pisciculi dicuntur. sic Latinis *maenae & maenulae*, quomodo Plinio dicitur. etiam *maenomiinia* nonnullis dicti videntur. sed barbare. Cassianus libro IV. Institutionum cap. 22. *Pisciculi minuti saliti, quos illi maenomiinia vocant, summa voluptas est.* ubi nolim μαινίδια ex Aristotele à Ciacconio adversus fidem membranarum reponi. *Maenomenas* videntur appellari ab antiquo scriptore in Vita S. Johannis Eleemosynarii cap. XIX. *Mitte vestes siccatorum piscium, qui maenomenae dicuntur.* ut videatur alludi ad originem nominis tanquam μαινομέναι. Atque haec pluribus forte, quam par erat. sed in loco Nasonis, hactenus nulli, ut dicam quod res est, intellecto, si feliciter, ut spero, versati sumus, periculum non est, ne dicamur nimii fuisse. HEINS. De maenis capit quoque proverbium, *Hecatae caena* H. Stephanus in Animadvers. ad Erasmi Adagia. loco *Frugalitatis*. Maenas emendas ante vindemiam monet Cato de R. R. cap. XXIII. ubi Popma explicat ad probandum salsamentum usos fuisse veteres, ut cap. LXXXVIII. nisi ad cibos vindemiatorum paratas intelligamus. Vilitatem Maenarum ostendit Alciphron lib. I. Ep. 6. ubi uxor exprobrat marito, illum οὐκ μαινίδας ἢ τρίγλιδας, sed καπυροφάλους Μιλησίους καὶ Σικελικὸν ἱμάτιον ad meretricem deferre. Quae vero de verbo *fuere* ejusque compositis observat Heinsius, egregia sunt, & fere me inducunt ut in loco Paulini Nat. XI. Felicis ỹ. 272. nuper à viro doctissimo Muratorio Tom. I. Analect. vulgato, medicinam tentem.

Sic plerumque velut dissoluto laxius ore
Dente fremunt.

Cui & elegantiam & numeros restitues si legas, *dissuto*. BURM.

579. *Instillat.*] *Instillant* quinque codices. *est* deest duobus libris. Heinsius olim volebat, *vini quodcumque relicti*.

581. *Vinximus ora.*] *Vincire* idem quod *ligare* proprie dixerunt veteres, cum arte magicâ quidam functione aliquâ prohibebatur, ut à sagâ hic linguae usu maledici. NEAP. Quidam codices, *vicimus*, alii, *junximus*: male. hinc *vincula* in magicis. In Pharmaceutria Virgilii; *Veneris dic vincula*

Juppiter indomito Juturnae captus amore
Multa tulit, tanto non patienda Deo.
Illa modo in silvis inter coryleta latebat:
Nunc in cognatas defluebat aquas.
Convocat hic Nymphas, Latium, quotcumque tenebas:
Et jacit in medio talia verba choro:
Invidet ipsa sibi, vitatque, quod expedit illi,
Vestra soror summo jungere membra Deo.
Consulite ambobus: nam quae mea magna voluptas,
Utilitas vestrae magna sororis erit.
Vos illi in primâ fugienti obsilite ripâ,
Ne sua flumineâ corpora mergat aquâ.
Dixerat: adnuerunt omnes Tiberinides udae,
Quaeque colunt thalamos, Ilia diva, tuos.

Forte

cula nulla. Hujusmodi definiones inter ἀστυβλήτους magicis habebantur, de quibus nonnihil supra & Amorum tertio Elegia VII. 29. HEINS.

583. *Proinus à nobis requires.*] *Forsitan requires* duo veteres. ut saepe alibi. de dea Muta Lactantius libro primo de Falsa Religione cap. 20. *Quis, cum audiat deam Mutam, risum tenere queat? Hanc esse dicunt, ex qua sint nati Lares, & ipsam Laram nominant vel Larundam. quae praeclare colnuti possit, quae loqui non potest?* HEINS.

585. *Impolitus Juturnae victus amore.*] *Indomito captus amore* libri meliores magno numero. Et ita Modius Novant. Lect. cap. LXIII. quidam tamen, *cibellus.* de quo infra lib. IV. Fast. ℣. 224. HEINS. De permutatione vocum *immedicus* & *indomitus* vid. ad. III. Art. 511.

587. *Inter corylos.*] Liber antiquus, *inter coryleta.* ut membranae veteres Marullianae: *Illic inter densa corylos.* NEAPOL.

587. *Jacebat.*] *Latebat* recentius Voss. & tres alii. HEINS.

589. *Latiam quaecunque tenebant.*] *Quotcunque* unus Med. alius, *quotcunque tenebas.* venuste. HEINS.

592. *Et Jacit.*] *Et facit* Heinsius conjecerat, ut ℣. 111. 638. VI. 738. sed & VI. 428. est *jacit.* Sed tamen quidam codices, *facit*, ut alibi haec verba commutata. vid. V. Met. 365. BURM.

591. *Jamdudum concubuisse Deo.*] *Jungere membra* in libris magno numero cum primâ editione. vide notas Rem. Am. ℣. 297. Propertius tamen lib. II. VII. 16. *Dicitur & undae concubuisse deae*; de Danaë. Horat. & Noster IV. Fast. 32.

Electrata concubuisse Jovi.

℣. 574.

Cuilibet quamque homini concubuisse pudet.

Jovem Jovi codex Pomp. Laeti quomodo Virgil. de alii. Notior ipse supra hoc libro, 72. ut est in nonnullis codicibus, *Inque Jovis summi cauditur arce bidens.* HEINS. *Procubuisse* Regius.

593. *Nam quae mea magna voluptas.*] *Nam quae est* meliores plerique. Placet. *nam quod* cum uno Mediceo. Gottorph. *quoniam.* HEINS. *Prima sororis erit* Excerpta Dousae. Arundel. Voss. prim. Vatic. & sex alii. non male, nisi vox illa sequeretur. forte iterum *priva* vox à librario expulsa fuit, ut saepe supra notatum. BURM.

595. *In prima.*] *In* deest Strozz.

596. *Flumineâ corpora mergat aquâ.*] Duo libri, *mandet.* Puto, *flumineas corpora mandet aquas.* Attius Philoctete apud Ciceronem lib. II. Tuscul.

Heu quis falsis fluctibus mandet
Me ex sublimi vertice saxi?

HEINS.

597. *Annuerant nymphae Tyberinides omnes.*] Primo *annuerunt* cum Naugeriano & uno Mediceo legendum. deinde scripti plerique, *omnes Tyberinides undae:* duo, *nymphae Tyberinides undae.* Lege, *omnes Tyberinides udae.* Similes errores notavi Epist. VI. ℣. 197. HEINS.

598. *Ilia diva.*] Lege, *ilia dia.* ut apud Ennium,

Ilia dia nepos, quae aerumnas tetulisti?

Idem Annal. I. apud Servium lib. III. Georg.

Diam ex se Anchisen generat.

ubi *Pium* perperam nunc scribitur, claudicante versu. sic Homero saepe δῖος Ἀχιλλεύς, & δῖος ὑφορβεύς, & δῖα γυναικῶν, & δῖα θεάων. διὸς Θεανὼ Iliad. E. δῖα Καλυψώ. Odyss. E. etiam de civitatibus. sic Ἰλιὰς δῖαν habes. Iliad. B. & δῖαν Ἀμύβρην Odyss. Γ. Λακεδαίμονα δῖαν, & similia. *dia Camilla* Virgilio. Plura vide lib. IV. Met. ℣. 535. Fl. Solipatro *dius Ulysses* quoque dicitur. ubi de tropis agit. quomodo in veteri codice ejus legi moneat Pierius Valerianus ad lib. II. Æneidos Virgilianae. HEINS.

599. *Nais*

Forte fuit Nais, Lara nomine: prima sed illi
Dicta bis antiquum syllaba nomen erat,
Ex vitio positum. saepe illi dixerat Almo,
Nata, tene linguam. nec tamen illa tenet.
Quae, simul ac tetigit Juturnae stagna sororis,
Effluge, ait, ripas: dicta refertque Jovis.
Illa etiam Junonem adiit: miserataque nuptam,
Naïda Juturnam vir tuus, inquit, amat.
Juppiter intumuit: quâque est non usa modeste,
Eripuit linguam: Mercuriumque vocat;
Duc, ait, ad Manes: locus ille silentibus aptus.
Nympha, sed infernae Nympha paludis, erit.
Jussa Jovis fiunt. accepit lucus euntes.
Dicitur illa duci tum placuisse Deo.

Vim

599. *Nais.*] *Nymphe* tres. *Nympha* Vatican.

599. *Lar nomine.*] Ita textus, quem recensuit vir magnus, & inemendati aliquot codices; sed omnino legendum ex bonis, *Lara nomine.* Firmianus: *Quis cum audiat Deam Mutam, tenere risum queat? hanc esse dicunt, ex quâ nati Lares; & ipsam Laram nominant, vel Larundam.* quod verissimum. Glossae, *Larunda, δαιμόνιον μήτηρ.* Ausonius in Edylliis:

Nec Genius domuum, Larundâ progenitus Lar.

NEAPOL. *Lara* Mazar. Zulich. Laeti & sex alii. quomodo & ex Lactantio Neapolis. optime. *Lara* etiam est Varroni. *Lala* antiquis dicta, ἀπὸ τοῦ λαλεῖν. homines enim garrulos & loquaces Graeci λάλους dicebant, & λαλίαν loquacitatem. contra ἀλάλους infantes. Gellius I. 15. *Quorum linguae tam prodigae effrenisque, ut fluat semper & affluet verborum colluvione terrimâ, quod genus hominum à Graecis significantissimo vocabulo λάλους appellatos.* hoc igitur vult Naso Lalae ex virio garrulitatis nomen fuisse inditum. in Gruteri Inscriptionibus p. MCVII. 8. L. GAVIVS. C. L. LALVS. occurrit & p. DXCVII. JVLIVS LALVS. & p. DCCCCLXXXII. D. LABERIVS. D. L. LALVS. p. DCVI. LALVS ET CORINTHVS. unde apparet id nomen servis à Romanis frequenter inditum fuisse. rursus apud eundem Gruterum p. CCXXXVIII. C. MVRDIVS LALVS & C. MVRDIVS DEMOSTHENES. *Lala Cyzicena* Plinio laudata inter picturae artifices lib. XXXV. cap. I. HEINS. Et ita Casaub. ad Theoph. περὶ ἀδολεσχίας, distinguit eam à λαλιᾷ, quae est vitium, quo tenentur ii, qui perpetuo loqui, numquam tacere, aut alii vices loquendi tradere non solent. Ita in Epigrammate Graeco lib. III. Anth. cap. XII. pag. 331. foemina πολύγλωσσος eleganter vocatur λάλος κισσα, *pica loquax.* ut apud Petron. cap. XXXVII. *malae linguae, Pica pilvinaris.* Alexis apud Athen. lib. IV. 4. Σοῦ δ' ἔγω λαλίστερον οὐκέτ' εἶδον οὔτε κερκώπην, γύναι, οὐ κίτταν, &c. BURM.

599. *Prima sed illi Dicta bis syllaba.*] *Lalara*, inquit, fuit ei primum nomen. NEAP.

601. *Et vitio positum est.*] Malo, *Ex vitio positum.* A loquacitate sic dicta haec Graecis Λαλία. Plutarchus Symp. septimo: Πολίφωνος ὁ οἶνός ἐστι, καὶ λαλιᾶς ἀναίτιον, καὶ ψευσιμαντεῖ κατασκήπτων. Idem saepiculè λαλεῖν usus, pro effatire & incircumspecte loqui. NEAPOL. *Est* abest à plurimis.

601. *Dixerat Almo.*] *Almon* opt. Ambros. & unus Patav. sic & lib. XIV. Met. 329. veteres nonnulli, & lib. IV. Fast. ℣. 338. HEINS.

602. *Nata, tene linguam.*] Fingit hanc Naïdem Almone satam. NEAP.

603. *Stagna.*] *Tecta* unus.

605. *Miseratque nuptae.*] *Nuptam* rectius nonnulli. alii, *nymphae*, vel *nymphan.* HEINS. *Miserata maritas* Strozzae. praeterea, *Illa eadem Junonem adiit* Laeti codex.

607. *Juppiter intumuit.*] Graecis etiam οἰδάνειν, pro irasci; & οἴδημα, pro ira. NEAP.

607. *Quaque est non usa modeste.*] Malim, *quaque est minus usa modeste.* HEINS.

608. *Eripit huic linguam.*] Hinc Firmianus post illa supra citata: *Quid praestare valenti potest, qui loqui non potest?* NEAP.

608. *Mercuriumque vocat.*] *Monet* Ursini, Voss. Zulich. Mazar. & quatuor alii. rectius. & pro *Eripit huic, Eripuit* iidem. Forte,

——— *Mercuriumque monet,*
Ducat ut ad manes.

vel etiam, cum libri proximo Pentametro nonnulli habeant, *Nympham haec infernae*, legi posse,

Duc hanc ad manes (locus ille silentibus aptus)
Nympham, ait: infernae nympha paludis erit.

Vim parat hic: vultu pro verbis illa precatur;
Et frustra muto nititur ore loqui.
Fitque gravis, geminosque parit, qui compita servant,
Et vigilant nostrâ semper in urbe, Lares.
Proxima cognati dixere Caristia cari,
Et venit ad socias turba propinqua dapes.
Scilicet à tumulis, &, qui periêre, propinquis,
Proximus ad vivos ora referre juvat:
Festique tot amissos, quidquid de sanguine restat,
Adspicere; & generis dinumerare gradus.
Innocui veniant: procul hinc, procul impius esto
Frater, & in partus mater acerba suos:

Cui

Heins. Verba ita scabrosissima; cui nos auctoritate codicis Perusinorum integritatem restituimus, legendo, in praecedenti *vocat*, & dein, *Dic, ait, ad manes.* Burm.

611. *Accipit laetus sumtes.*] Dispunctâ litterulâ legendum, *accepit lucus sumtes*, ut in nostro. Mirer ego, minutos meos xxi κακοζήλους interpretes hoc non vidisse. Neap. Sed ita jam plurimae editiones ante Neapolim, & *luctus* ex operarum vitio profluxisse puto nam codices omnes, *lucus.*

612. *Dixit tum placuisse suo.*] *Placuisse Deo* scripti plerique cum prima editione. Heins. *Complacuisse* jus Bernens.

613. *Vim parat: hunc vultu.*] In eodem, *Vim parat hic: vultu.* Neapol. *Hinc* Gottorph. *hinc* unus.

615. *Geminosque parit.*] Haec igitur Larunda, seu Diva Muta, est Mania Macrobii. *Idque aliquantisper dubitavimus*, ille inquit, *ut pro familiarum salutare patri matrifamilias Maniae Deae, matri Larum.* Neapol.

616. *Qui compita servant.*] Ad haec leges quae videantur, ubi *Graevii* vincere, ad illud lib. v. 140. *Compita grata Deo, compita grata cani.* Neapol.

616. *Semper in urbe Lares.*] *In urbe* scripti plerique. Et recte. Lares enim non familiares tantum, vel publicos etiam seu viales designat, qui in compitis colebantur. Nam in compitis geminis simul Lares collocabantur, nisi cum Genius Imperatoris omnes necessere, in domibus singulares. Infra,

Tuque Lare, Custumque Deûm, qui tradidit illos,
Vide labet, & vitâ numina trina colunt.

Lectum regionem tangat apud Diomedem Grammaticum Festus Hemina in Historiis: *Pestorum vicinus fuit convenisse conscientiae praefecturae accipitrum imperii hominum & hominum, ita ut de regno bonis inter se essent. Mostrum fit. pus parit porcos magnos, cujus vis jussum fecerunt Laribus Grundulibus.* nam *grundire* pro *grunnire* veteres dicebant. Emenda Marcianum Capellam lib. I. pag. 16. ed. Grotii, ubi pro eo, quod nunc legitur nullo sensu, *Lar omnium cunctalis*, reponendum, *Lar compitalis.* nisi mavis, *Lar Comitialis.* hinc & forte in veteri Inscriptione apud Tertul. de Spectac. cap. v. LARES COMPITO POTENTES legendum. vulgo, *Comitio potentes.* in S. Agobardi codice *Conlio* legebatur, unde Salmas. Exerc. Plin. pag. 641. *Colio.* inepte. cum potius contracte pro *concilio* scriptum videri posset. De Laribus plura congessit Meursius Auctario Philologico cap. I. Heins.

617. *Proxima cognati.*] VIII. Kalendas Martias erant Charistia. Bene Kalendarium Constantini Magni:

IX. FERALIA
VIII. CHARISTIA.
VII. TERMINALIA.

Omittit haec festa vetus Romanum: miror. In Rurestri, post Parentalia & Lupercalia, legitur, CARA COGNAT. mallem CARI COGNAT. id est, *Caristia cognatorum.* Sed observa illa Valerii lib. II. cap. I. *Convivium etiam solemne majores instituerunt, idque Charistia appellaverunt; cui praeter cognatos & affines nemo interponebatur: ut si qua inter necessarios querela esset orta, apud sacra mensae, & inter hilaritatem animorum, sauciatibus concordiae admittis, tolleretur.* Ad Ovicianum calculum accedit: dies ergo ille totus deditus convivio. hinc eumdem, *Festum epularum*, dixerunt. Sed mea haec sapiebat: nam hoc nomine diutius dies, quo Petrus Apostolus cathedram in Antiochiâ erexit, vulgo dictus est: incidit ille in idem tempus, quo celebrata antiqua Charistia. Neap.

618. *Ad socias turba propinqua dapes.*] Pro diversâ lectione in quatuor scriptis *dapes* inveni. in uno, *patres*, in alio, *cibos.* Quare arduum non fuit *socias dapes* conjectare. quod unus Mediceus postea confirmavit. *socias dapes* vocat ea convivia, quibus festum illud dabatur. Statius Saturnal. ad Domitianum:

Nobiscum socias dapes inisti.

Theb. VIII.

Tum primum ad costas, sociaeque ad foedera dextrae
Oedipoden exisse ferunt.

Vide quae notat illustriss. Neapolis ad hunc locum. Glossae Steph. *Cara cognatio*, Τιμὴ συγγενίας. Martial. lib. IX. Ep. IV.

Cara daret solenne tibi cognatio munus.

Quo alludens *caros* etiam pro cognatis posuit Ausonius praefatione Parentalium, & carm. IX. *cari propinqui* apud Persium Sat. III. *sociae dapes*, ut alibi, *socii lares & penates.* de quibus nonnihil epist. v. ℣. 126. & *sociare hospitia, mensas, penates*, & similia. hinc Valerio Flacco *jungere Penates*, pro hospitale foedus inire libri tertii initio:

—— *manibusque datis junxere penates.*

ut vere restituit Gronovius noster. *Sacrare laribus fidem* idem Valerius eodem libro, 174.

Nec tibi Thessalicos tunc profuit, Oryxe, reges
Hospitiis, aut mensa moras sovisse benigna,
Et Laribus sacrasse fidem.

ubi *diem* perperam legitur. de Chalybum gente idem lib. IV. 614. *Hospitii quis nulla fides. Fidus hospitii aedes* Noster dixit lib. VI. Fast. v. ℣. 689. ut illic recte codices scripti. Heins. Sic lib. IV. 422. *Ad sacras dapes venire*

619. *Et qui.*] *Sed qui* Vatican. *propinqui* etiam Excerpta Vossii & novem codices. *propinquos* unus Moren.

623. *Innocui veniant.*] Arcet ab hac mensâ Atreos & Thyestes, Medeas & Inones, Philomelas & Prognes, Tereos, & tandem capita, quae bona scelera & crimini debent. Neap.

624. *In partus mater acerba suos.*] *Tuos* recte codex Hamburgensis. Heins.

625. *Cui pater est vivax.*] Non abit hinc Papinius in Lacrymis Hetrusci III. Silvarum:

—— *Pater est qui fletur, adesse*
Dique hominesque sacris: procul hinc procul ite nocentes,
Si cui corde nefas tacitum, fessique senectus
Longa patris, si quis pulsatae conscius umquam
Matris, & infernâ regidum timet Aeacon urnâ. Neapol.

625. *Digerit.*] *Dirigit* Petav. *degerit* Voss. Excerpta. *cui mater degerit* Gottorp.

631. *Dis generis date tura boni.*] Vos mentes recti conscias. in antiquo meo est, *date tura bonis*, Non reprobo scripturam: nam *boni* manes & *boni* lemures (alios vocarunt noxios & aversos) erant Dii lares, quibus modo supplicabant pro incolumitate reliquae familiae. huc spectat vetus hic lapis: LARIBVS PRO SALVTE ET INCOLVMITATE DOMVS Q. SERTORII. Neap. *Bonis* multi ex scriptis. ut in illo Virgiliano XII. 646. *Vos ô mihi manes Este boni.* ubi videatur Servius. Heins.

632. *Illo.*] *Illa* scripti & editi plurimi. *adesse jubet* Petavii.

633. *Ut grati pignus honoris Nutriat incinctos missa patella cibos.*] *Grati pignus honoris* Voss. Arund. Urfin. Petav. Zulich. & multi alii melioris notae. ut in Trist. III. El. IV.

Ante volebatis, gratique erat instar honoris,
Versibus in nostris nomina vestra legi.

sic recte vetus liber. Silius lib. II. 581.

Inde petit tumulum; summo quem vertice montis
Struxerat, & grato cineres decorarat honore.

Martial. Apophor. Ep. XXXIV.

Militiae decus en, grati gestamen honoris,
Arma tribunitium cinere digna latus.

Ita versus illi videntur esse legendi de Paraxonio,

Cui pater est vivax, qui matris digerit annos,
Quae premit invisam socrus iniqua nurum.
Tantalidae fratres absint, & Jasonis uxor,
Et quae ruricolis femina tosta dedit:
Et Soror, & Progne, Tereusque duabus iniquus:
Et quicumque suas per scelus auget opes.
Dis generis date tura bonis. Concordia fertur
Illo praecipue mitis adesse die.
Et libate dapes: ut grati pignus honoris
Nutriat incinctos missa patella Lares.
Jamque ubi suadebit placidos nox ultima somnos,
Parca precaturae sumite vina manus.

Et,

Et, bene nos, Patriae, bene te, Pater, optime Caesar,
Dicite suffuso, per sacra verba, mero.

Nox

ex vestigiis veterrimorum codicum. Ceterum pro *Nutriat incinctos cibos*, quod Latinum non est, *inventos cibos* Hamburg. *intactos cibos* Arond. *immissos cibos* undecim alii. quinque, *incinctos cibos.* Voss. *incinctos Lares.* quomodo Zulich. & Mazar. à manu primâ cujus scripturae fugitiva etiamnum vestigia apparebant. Lege nulla fere mutatione & conjectura indubitatâ, *incinctos Lares.* Lares enim in marmoribus ac signis aeneis antiquis exprimuntur incincti, seu succincti. ut Persius loquitur, Sat. v. 30.

Cum primum pavido custos mihi purpura cessit,
Bullaque succinctis Laribus donata pependit.

& plane in antiquis sigillis aeneis, qualia & penes me sunt, Lares incincti seu succincti exprimuntur. non recte ergo vir summus Casaubonus ad habitum peregrinantium refert, quo lares induti. sic *incincta Diana* Ep. iv. 87. & *incincta Hebe* V. Fast. 675. *incinctus tunicâ mercator*, pro *succinctus*, apud Nostrum. *hic cinctam* Dianam dixit Ausonius Epigr. xxviii.

Nec hic cincta Diana placet, nec nuda Cythere.

ea enim est optimorum codicum scriptura, quam Vinetus non intellexit, dum *succincta* mavult reponi. Claudian. iii. In Stilic. v. 248. De hac ipsa Diana:

——— *Duo cingula vestem*
Crure tenus pendere vetant.

& lib. ii. de Rapt. Pros. 33.

Crispatur geminos vestis Gortynia cinctus
Poplite fusa tenus.

de eadem. sic *succincti popae* Propertio. lib. iii. El. 4. *succinctus mercator* apud Pers. Sat. v. *praecincti pueri* de famulis Horat. ii. Sat. viii. ut contra *discincti*: Denique alter Mazar. & unus Medic. *missa patella*, quomodo & Persio,

——— *multis vixisse patellâ*
Semper, & assiduo curata cuticula sole.

unus Farnes. *juncta.* Zulich. *jussa.* Sed cum *missa* vox sit convivalis, unde & *missus* pro cibo, & *missilia* pro donis, nil temere mutem. lib. v. 360.

Accidere in mensas ut rosa missa solet.

Art. lib. i. 582.

Huic detur capiti missa corona tuo.

hinc & *missae pollis fruges* apud Livium in auguralis [illegible] descriptione. *Patella* autem proprie in usus Larum adhibita in libationi. Varro Manio apud Nonium Marcellum in *patella*. *Quocirca oportet bonum civem legibus parere, & deos colere, in patellam dare μικρὸν κρέας.* sed & Vestae patella libabatur, quae focis praesidebat, ut Lares. Hinc Noster Fast. vi. 310. *Fert missos Vestae pura patella cibos.* Valerius Maximus libro iv. cap. 4. *C. Fabricius patellam suam corneo pediculo sustineri voluit.* apud Ciceronem libro secundo de Finibus *de patella edere* dicitur in homines impios & profanantes sacra. noti apud Plautum *dii patellarii*, hoc est minorum gentium. Persius vero quod *cultricem foci patellam* dixit Satyrâ tertiâ, tantundem est, ac si Larium cultricem dixisset. nam magno Casaubono aliter locum Persianum capienti non accedo. Bene Scholiastes Pithaei, *cultrix foci patella, quia delibandae dapes in ea positae ad focum feruntur.* Sic scribendum. vulgo *delibantiae dapes.* Recte ergo Juvenalis Satyr. v. ut paullo ante jam vidimus, tanquam de ferali Hecates libatione:

At tibi dimidio constrictus gammarus ovo
Ponitur, exiguâ feralis caena patellâ.

Heins. Hinc Cicero iv. Ver. 22. *patellam, in qua sigilla erant egregia*, vocat, *insigne penatium hospitaliumque deorum.*

634. *Missa patella cibos.*] De ritu Livius: *Inter pocula atque epulas, ubi libare Diis dapes & bene precari mos esset.* & Tibullus lib. i. 130. Lares compellans:

Adsitis Divi, nec vos è paupere mensâ
Dona, nec è parvis spernite fictilibus.

Quid hic *parva fictilia*, nisi veteres patellae? Antiqui magistri ad illud Satyrici, *cultrixque foci secura patella*; *Quia delibatae*, inquiunt, *dapes in eâ positae ad focum feruntur.* hinc, *patellarii Dii*, Plauto. & à Varrone scriptum, *Deos colere ac dare in patellam, μικρὸν κρέας.* Neapol.

635. *Placidos nox humida somnos.*] *Nox ultima* Voss. Arondel. Mazar. unus Vatic. & Farnes. haud dubie recte. Atque ita fuerat in Zulichemiano à manu prima. Solenniora apud veteres convivia in multam noctem aut primam quandoque lucem protrahebantur, quod vespertino tempore instituerentur. sic Met. vii. 662. fabula Prognes:

——— *lucis pars ultima mensae*
Est data, nox somno.

ita codices vetusti. nam *lucis pars optima*, quod vulgo legitur, contra ritum veterem pugnat, ut dixi illic loci. Bene igitur *nox ultima* hoc loco, ut appareat tempus indulgendo genio fuisse datum solito spatiosius. atque ita Virgilianum illud, lib. ii. pr. *Suadentque cadentia sidera somnos*, intelligendum esse opinor. ut extremam noctis partem designet. Propert. lib. iv. El. iv.

Et jam quarta canit venturam buccina lucem,
Ipsaque in Oceanum sidera lapsa cadunt.
Experiar somnum.

Heins.

636. Lar-

NOx ubi transierit, solito celebretur honore,
Separat indicio qui Deus arva suo.

Ter-

636. *Larga precaturi sumite vina manu.*] *Parca vina* Mazar. & pro diversa lectione Vossianus. optimè. ne dubita. Non enim pocula describit in salutem Principis haurienda, quod volunt interpretes, sed libationem, quae parco mero in focum aut mensam effuso fiebat. ut jam videbimus. duo codices, *precatura manu.* unus Medic. *manus.* Lege, *Parca precaturae sumite vina manus*, ut supra monuimus. sic antea hoc libro, 198. de Fabiis:

Sumite gentiles arma professa manus.

lib. iv. 542.

Et feriunt molles taurea terga manus.

Trist. i. iii. 78.

Et feriunt moestae pectora nuda manus.

Trist. iii. i. 82.

Sumite plebejae carmina nostra manus.

Heins.

637. *Et, bene vos.*] Nota formula haec inter scyphos & pocula antiquorum. Vide Plautum in Persâ Actu v. Scenâ primâ, & in Sticho Actu v. Scenâ quartâ. Neapol.

637. *Bene, tu patriae pater, optime Caesar.*] Imo, *bene, te patriae pater*: quod & annotarat Scaliger, & alii jam observarunt. Notum illud, *Bene vos, bene nos, bene te, bene me, bene nostram etiam Stephanium*, ex Comico & convivali formula. Τὸν δεῖνα εὖ ζώειν. Dan. Heins. *Bene te* meliores omnes. recte. de quo vide quae notavi lib. i. Artis Am. ℣. 601. Nec accedo codicibus, qui *bene nos* habent. Augusto Caesari hic ingeniose blanditur, idque ex ritu Graecorum, qui finito convivio poculum hauriebant, Διὸς σωτῆρος καὶ ἀγαθοῦ δαίμονος dictum, ut ex Athenaeo aliisque fat liquet. horum loco Ovidius Caesari, Patriae Patri, & Laribus libandum suadet. Nam ἀγαθοὶ δαίμονες nihil aliud quàm Genii. ut recte Servius etiam notavit ad Georg. iii. ἀγαθοὶ δαίμονες, *quos Latini Genios vocant.* Genii vero Laribus iidem. sic apud scriptorem Queroli à Petro Daniele editum ipse Querolus, *Larem optimum Geniorum* appellat. sed de Geniis Domesticis videndus Censorinus cap. iii. Agi autem de vino non bibendo, sed in focum effundendo illud quod sequitur, *suffuso mero*, abunde ostendit, ac proinde *Parca vina* recte superiori versu à nobis reponi. Apposite omnino & ad rem Horatius lib. iv. Od. v. ad Augustum:

Condit quisque diem collibus in suis,
Et vitem viduas ducit ad arbores:
Hinc ad vina redit laetus, & alteris
Te mensis adhibet deum.
Te multâ prece, te prosequitur mero,
Defuso pateris, & Laribus tuum
Miscet numen, uti Graecia Castoris,
Et magni memor Herculis.

Hanc libationem etiam Graecis in usu fuisse Athenaeus lib. xv. docet. Φιλόχορος ἐν δευτέρῳ Ἀτθίδος καὶ Θεσμῶν, φησιν, ἐπειδὰν τότε περιφέρωσι μετὰ τὰ σιτία πῶσιν ἀπογευόμενος, ἐν γεῦμα καὶ δεῖγμα τῆς δυνάμεως τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ. Deinde mensas fuisse amotas ex eodem constat. quanquam Eustathius in Odyss. Γ. id mensis jam remotis factitari solitum asseverat. Salmasius in libro, quem sub nomine Simplicii Verini adversus virum summum Hugonem Grotium edidit, inter primas & secundas mensas hanc libationem solitam institui contendit, improbatque sententiam Scaligeri, qui mensis secundis id à Romanis factitatum, calicesque circumferri solitos adfirmarit. pro Scaligero tamen stat hic Nasonis locus, qui à convivis dormitum ituris sub ultimam noctem id fieri solere demonstrat. In Didonis apud Maronem convivio post libationem mensae secundae appositae, unde tamen non sequitur, idem apud Romanos usu venisse. Sed & in conviviis, si viri principis saluti poculum libarent, eidem bene precabantur, ut hic Augusto Ovidius. Apud Lucianum in Cataplo Megapenthes tyrannus jam mortuus, καὶ μὴν σπένδοντες ἐν τοῖς συμποσίοις, μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἐπηύχοντό μοι πολλὰ καὶ ἀγαθά. In eo quoque gratificatur Augusto Noster, atque ex fide historiae agit, quod eum Laribus adjungit, cujus Genius inter duos Lares medius in compitis esset dedicatus, de quo infra,

Mille Lares Geniumque ducis, qui tradidit illos,
Urbs habet, & vici numina trina colunt.

Heins. Dubium quid praestet, *bene nos*, an *vos*, cum scripti & editi varient. si *nos* retineamus, intelligemus votum pro salute Populi, quae continetur Caesaris salute; & ita duo illa ex more jungi nuper vir doctus ostendit in dissertatione inserta Historiae Criticae Reipl. Literar. §. xii. pag. 123. Burm.

637. *Patriae Pater.*] Piaculum enim fuit apud antiquos, in quavis publicâ sive privatâ mensâ, suo etiam Principi non bene precari. hic desinebam, cum venit ante oculos Ambrosius in haec verba; *Quid memorem sacramenta, quae violare nefas arbitrantur? Bibamus, inquiunt, pro salute Imperatorum; qui non biberit, sit reus indevotionis. Videtur enim non amare Imperatorem, qui pro ejus salute non biberit. O piae devotionis obsequium! Bibamus pro salute exercituum, pro Comitum virtute, pro filiorum sanitate: & haec vota ad Deum pervenire judicant.* De Heliâ & Jejunio cap. xvii. Neapol.

638. *Dicite suffuso per sacra verba mero.*] Quidam veteres, *post sacra verba*, *sint bona verba* Mazar. Voss. Laeti, pr. Ambros. atque alii nonnulli. In Zulich. Hamb. & Gottorph. *sint sacra.* Petav. Arondel. Ursin. & plurimi alii, *in sacra*, hiante versu. Lege, *sint rata verba*, vel, *ut rata verba.*

aut,

Termine, sive lapis, sive es defossus in agro
Stipes ab antiquis, sic quoque numen habes.
Te duo diversa domini pro parte coronant;
Binaque serta tibi, binaque liba ferunt.

Ara

sunt, *ter bona verba*, ut Tibullus lib. II. Eleg. 1. *Dicamus bona verba*, Terminus numerus boni erat augurii, etiam observatus apud Graecos. Apostolius in Paroemiis: Ἐξω θεὸν εἰ σωφρονεῖς μὴ τὸ ὅριον κίνει ἀφαίρει δεύτερον. ἐπίσχεσις ἐνόμιζον, ἐπὶ τῶν ἢ νέμειν. Neque aliter in sacrificiis. Gratius Volcanalium descriptione. Vs. 438.

—— *dea lapsis ultima rebus*
Auxilia, & miseris si nulla est noxia tanti,
Te miserae matres, te quisque amplectere fratres,
Sancte, vocat; ter quisque volantes pinguia libant
Thura foco.

Ita versus isti scribendi. Nostet Fast. IV. Vs. 778.

—— *haec tu converte ad ortum*
Die ter, & in vivos purior ore manet.

Quomodo bene optimi codices. Valerius Flaccus libro I. 173.

Ipse ter emenso libans carchesia patri,
Sic ait expositis.

fors vana verba, ut supra hoc libro:

Te fore dixisti: frustra dicta Jovis.

Senec. Oedipo:

—— *vana verba fudi.*

De variis vocis ac verbis vide Notas ad Epist. XVI. Vs. XX. Nostet lib. superiori, 656.

Effunditque vanas utraque diva preces.

lib. III. 47.

Vox vana fit, patriique vocat de nomine mensem.

Met. III. 341.

Primus fida vocisque vanas tentamina sumsit
Cadmus Ismenis.

quae vera scriptura, ita *vanum opus* in libide dixit:

Quaeque virum trifidi pollice netis opus.

Heins. Nihilum quantum saepe illustris Heinsius suos amabat solemnias dicendi, quas ubique obtrudebat, etiam illae scriptorum auctoritate: & praeferre vocem illam *vanus* ubique fere substituere contendit alii. vid. ad Ep. XVI 279. hic certe vulgata lectio multo facit rotundiorem & elegantiorem. dicere bene nos, bene te, diffuso mero per cetera vana, id est dum alia verba sacra & solemnia, bona nos &c. dicantur. ita IV. 660.

Adsensa per sua verba Deo.

ubi paullo quidem aliter scriptur. sed sic *per oscula* lib. III. 573. *per inguina* V. Fast. XI. 1. & alia, de quibus ad Val. Flaccum lib. I. 767. latius egimus. Si quid tamen mallem, *per sua*, vel, *per bona verba*, ut *sua verba* sint, quae illi tollemnitati congruunt, ut supra Vs. 542. *Adde preces, positis & sua verba focis.* Burm.

Jam tibi transierit.] VII. Calendas Martias erant Feriae Terminalis, dies N. P. ut notatur in Kalendariis. Neu credas duumbardis illis, qui rejiciunt in XX. Februarii diem. Neapol.

640 *Inditio qui Deus arva suo.*] Is à Numâ Pompilio primo cultus & institutus. Ut enim contenti reculis propriis non ambirent alienas, fecit, ut unusquisque suum agellum circumscriberet, & finibus lapides insigeret. Ἱερὸς, inquit Dionysius lib. II. Ἀπέδειξε Διὸς τοῦ ὁρίου, καὶ θυσίας ἐνταῦθα αὐτοῖς ἐπέταξε ἅπασιν ἰδίᾳ τοῦτο, καὶ ἐπὶ τοῦ ἑστίου τὸ αὐτὸ ἐπιτελεῖν ἐπὶ τοῖς ὁρίοις ἑκάστους, ἐφ' οἷς ἐκεῖνος ἱδρύσατο. Τοῦτον Ῥωμαῖοι Τερμανδίαν καλοῦσι. Neapol. Libet adscribere verba Lactantii Firmiani ex libro primo de Falsa Religione cap. 20. quia ad illustrationem loci hujus ac narrationis mox subsecuturae faciunt in primis: *Quid? qui lapidem colunt informem atque rudem, cui nomen est Termino. Hic est, quem pro Jove Saturnus dicitur devorasse. nec immerito illi honos tribuitur. Nam cum Tarquinius Capitolium facere vellet, eoque in loco multorum deorum Sacella essent, consuluit eos per auguria, utrum Jovi cederent. & cedentibus ceteris solus Terminus mansit. Unde illud poëta Capitoli immobile saxum vocat. Jam ex hoc ipso quam magnus Jupiter inveniur? cui non cessit lapis, ea fortasse fiducia, quòd illum de paternis sanctibus liberarat. Facto itaque Capitolio supra ipsum Terminum, foramen est in tecto relictum, ut, quia non cesserat, libero coelo frueretur, quo ne ipsi quidem fruebantur, qui lapidem frui putaverunt. Et hunc ergo publice supplicatur, quasi custodi finium Deo, qui non tantum lapis, sed etiam stipes interdum est.* Ex quo loco discimus Tarquinio regnante rem gestam de Termino Jovi non cedente. Deinde hunc ipsum Terminum fuisse saxum illud, quod Rhea puerpera deterit Saturno devorandum. Copiose rem omnem Livius quoque libro primo & quinto primae Decadis elt perfecutus. Narrat & Servius Aeneidos nono, & D. Augustinus de Civitate Dei lib. IV. cap 23. & 29. Huc refer aenigma. vetus, quod ex Varrone profert A. Gellius Noct. Atticar. lib. XII. cap. 6.

Senex minutus, ex bis natus, sit non sat scio,
An utrumque eorum, ut quondam audivi dicier
Jovi ipsi regi noluit concedere.

Quorum primo versu τὸ sit est tollendum, ut versus senarius pedes sui constent, versu tertio quoque praestiterit, *Jovi ipse regi.* Heins

641. *Termine, sive lapis, sive es defossus in agro*
Stipes, ab antiquis tu quoque numen habes.] Hunc locum declaravit Muretus, & post cum Scaliger in Tibullum. Crofan.

641. *Sive lapis, sive es stipes.*] Ex utroque confecta sacra illa indicia rei alienae. hinc illud: Πῶς ξύλον καὶ λίθον τὸ δὲ σφετερίζονται. Inde passim & lapidis & stipitis nomine terminus exauditur. Tertullianus alicubi, nec fallor, vocavit *palos terminales*, alius, *cancellos*. Fragmentum cujusdam sacrosancti (sic videtur) plephismatis: *Nullus Christianus ad fana, vel ad petras, aut ad fontes, vel ad arbores, aut ad cancellos per trivia lumina faciat, aut vota reddere praesumat.* Jam haud novum tibi fiet, *regio cancellata*, *cancellare*, *cancellatio*, quae pro limitatione in Siculo Flacco. Neapol.

642. *Ab antiquis.*] Hi Graeci sunt, qui τέρμονας dicunt: nos, unâ mutatâ litterâ, *terminos*. Neapol.

642. *Tu quoque numen habes.*] *Numen* cum melioribus legendum. Gottorph. & tres alii, *sic quoque*. Heins. Distinctione puto juvandum locum, *sive es defossus in agro stipes ab antiquis: sic quoque numen habes.* sive est lapis vel stipes, haec vilitas materiae non impedit, quo minus & numen habeas. de illa formula, *sic quoque*, modo vidimus, Vs. 466. perperam puto interpretes per *antiquos* Graecos intelligere. *in agris* Moreti. & Cantabr. *numen habes.* Burm.

643. *Te duo diversa.*] Agrorum utrimque possessores. Hoc erat sacrificium privatum; publicum verò, quod fiebat ἀμφιδρομιᾶσι sexto ab Urbe lapide. de quo Nostet paullo post. Nunc capies Plutarchum in vitâ Numae: Ὁ δὲ τέρμων, ὅτῳ ἂν τις τὸν, καὶ Διὶ ὅρκιον αὐτῷ δημοσίᾳ καὶ ἰδίᾳ θύῃ τὸ ἐπιχώριον ἀποτροπιάζεται. Neapol.

644. *Binaque dona ferunt.*] *Binaque liba* Ursin. Voss. Arond. Zulich. Mazar. Nauger. & multi alii cum primâ editione. supra lib. I. 670.

Et date paganis annua liba focis.

Juvenalis Sat. XVI. 39. apposite de Termino:

—— *saxum*
Quod mea cum vetulo coluit puls annua libo.

pro parte, etiam superiori versu optimus Ambrosianus. Mazar. Zulich. Voss. Arondel. & multi alii ex melioribus. de toto hoc ritu videatur Pithoeus in Adversar. II. cap. 14. & Rigaltius ad Agrimensores pag. 19. ceterum tres domini simul Terminum in trifolio coronabant, qua de re Siculus Flaccus de conditione agrorum. Heins.

645. *Ara fit hic, ignem.*] Vetus, *Ara fit, hae ignem.* restit. Neap.

645. *Huc ignem curta fert rustica testa.*] Optimus Vatic. *curto testu.* hic & inferius. Crofan. *Testu* recipiendum cum Berlinensi, etiam ex codice Scaligeri, exilimavimus. Cato, *In foco calido sub testu coquito leniter.* Afranius, *Indignum vero dum calet testu.* Dan. Heins. Idem & Vaticani veritis, *curto testu* Pauperis est habere fictilem nec integram patellam, & rupto latere guttum. Neapol. *Curta testa* Naug. & quidam alii. *Curto teste* Ursin. & Mazar. *curto texto* Petav. Zulich. *tecto*, pro *tosto*. Omnia bene. nam *testam* idem cum *testa*. Similis diversitas lectionum lib. V. Fast. 510.

Et fumant testu pressus uterque suo.

Nonius Marcell. *Testa genere foeminino saepe invenitur: neutro apud obscuratae auctoritatis sed summos scriptores legimus.* ubi de *testu* nihil. at Carisius libro primo: *Appellamus Heterocliton, ut gelu, genu, testu, θέρμον. sed Virgilio haec testa in Georgicis.* Idem; *Testu, ut genu, Fl. Caper veteres ait dicere solitos. Mummius in Attellana, Junius ad spectacula est videre in testu quantum sit caput Afranius, indignum velut dici solet testu. at Maro testam dixit.* Petronius cap. CXXXVI. *Necdum superaverant cellulae limen, cum animadverto Enethum cum testo ignis pleno venientem.* Nam testa ignem petebant. Auctor Rhetoricae ad Herennium: *De tanto patrimonio testam, qua sibi petat ignem, non reliquit.* Sed & *testu* veteres dicebant, ut jam vidimus. Unde Varro lib. IV. de L. L. *Testuatium quod in testu calido coquebatur.* Perperam vero plurimi veteres *curva testa* pro *curta* in Nasone. supra *mediâ testam relictam viâ* habuimus. Martial. lib. III. Ep. LXXXII.

Curtâque Ledae sobrius bibat testâ.

sic & *curtam antliam* habes apud eundem lib. IX. Ep. XIX. ubi *curva* perperam nunc legitur:

Sed de valle brevi, quas dat sitientibus hortis,
Curta laboratas antlia ducit aquas.

Ita optime libri veteres. *ducit* pro haurit. sic *ducere poculum, ducere ulcera*, de quo supra. vulgatum illud *tollit aquas* frigidiusculum est. non dissimiliter Divus Paulinus carmine ad Cytherium,

Jam cymba nullam duxerat nivis aquam.

calicem curtum idem Martialis dixit lib. I. Epist. XCII.

Nec curtus Chiones Antiopaeve calix.

& lib. XII. 32.

Matella curto rupta latere mejebat.

Juvenalis Satyra III.

—— *quoties rimosa & curta fenestris*
Vasa cadant.

Dum

Dum ficco primas irritat cortice flammas;
Stat puer, & manibus lata canistra tenet.
Inde, ubi ter fruges medios immisit in ignes,
Porrigit incisos filia parva favos.
Vina tenent alii: libantur singula flammis.
Spectant, & linguis candida turba favent.
Spargitur & caesâ communis Terminus agnâ:
Nec queritur, lactens cum sibi porca datur.
Conveniunt celebrantque dapes vicinia simplex;
Et cantant laudes, Termine sancte, tuas.

Tu

curtam ofellam pro minutâ habes Apophor. CCXXI.
Rara tibi curtâ craticula fudet ofellâ.
Ita optime Thuaneus liber, non *Parva craticula*, nisi quod nos *curta* repositurus conjecturâ duxit, quod meminissemus *parvam* à Juvenale etiam dici *ofellam*. Sat. XI. 144. *Exiguae frustis imbutus ofellae. Rara craticula*, quomodo apud eundem Juvenalem Sat. XI. 82.

Sicci terga suis rara pendentia crate.

Tabellam curtam habes & apud Prudentium περὶ Στεφ. Hymno XII.

Buxea crepans cerata genis impacta cruentis,
Rubrique ab ictu curta & humens pagina.

Sic scribunt veterinni codices. idque in suis Giselinus invenit non intellectum. *della curta* Lucretio lib. IV. 1020. *Curtus centussis* Persio Sat. V. 191.

——— *curtum Graecos curto centusse licetur.*

Juvenalis *curtum temone jugum* Sat. XII. 134. ceterum quemadmodum *testa hic curta*, sic *tegula curta* Propertio lib. IV. Eleg. V.

Horrent algenti tegula curta foco.

Ita vetus liber. ut & recte legit Salmasius, non *forcipe*. Idem Eleg. VII.

Laesis & objectum tegulis curta caput.

Rursus eidem lib. IV. Eleg. V.

Sic tumulos lenae curta vetus amphora collo.

Denique apud eundem *curtus equus*.

Gnatia curtorum curto lustrata novatur equo.

Curtum malum Horatius dixit lib. I. Sat. VI. & *curtae Sudanes* Sat. IX. & *curtum Larem* lib. I. Ep. VII.

Gaudentem parvisque focalibus & lare curto.

Ita veterinni libri, non, *Lare curto. canis curtus* Statius Querolo.

SAER. *Ego in lanium hoc incidissem, si monita curti senescalci essem.* HEINS.

In Pentoch erat etiam, *boue ignem fert.* quod non explicabat. *boue*, scilicet arae: an vero *testu* vel *testa* sit praeferendum dubito. nam ubi de igne agitur, qui fertur, *testa* saepius uti veteres video. Auctor ad Heren. IV. 6. *ipse à vicinis cum testa ambulans carbunculos corrogaret.* vid. Meurs. Critic. Arnob. VI. 5. qui hic *testa* praefert. BURM.

647. *Concisaque construit alto.*] Sic Ursini liber. Reliqui, *arte*, majori ex parte duo, *apte. destruit* unus Patav. ex optimis. Forte, *concisa superstruit arae.* Nam alter Petav. *arae.* Tibullus tamen lib. II. Eleg. VI.

At tibi quisque dapes & festas exstruet alte
Cespitibus mensas, cespitibusque torum.

HEINS. Vid. IV. Met. 181.

648. *Et solida ramos figere pugnat humo.*] Stipitem seu palum innuit, qui pro termino esset. De *solida terra* diximus Fast. IV. *fol.* 821. HEINS. *Figere tentat* prima Veneta & undecim scripti. vid. lib. III. 308. *ramos* vero non de Termino caperem, sed de palis, quos figit terrae arae constituendae, ut congeries illa lignorum firmetur, ut recte Marsus.

649. *Irritat cortice flammas.*] *Invitat* alii, quod Grutero arridebat. nil muta. dixi Am. II. Eleg. IV. *irritare flammas* non semel habes apud Com. Severum in Aetnâ. Sed scribe pro *tum*, *dum*.

Dum ficco primas irritat cortice flammas.

& sic unus Vaticanus. HEINS.

650. *Stat puer.*] Hunc communi consensu litterati suspicantur, quem Graeci, παῖδα ἀμφιτάλλῳ, vocant, Latini *Camillum*. Inclino: sed quid dissimulem? lentè. Mallem, boni senis filiolum pro puero intelligi: nam colona ejusdem etiam erat proles. NEAP. Non colona, quae uxor erat, sed filia parva senis proles erat.

651. *Inde ubi ter fruges.*] Dionysius de Sacrificiis ad eundem: Καὶ θύσαντα αὐτοὺς ἔτι, τῶν μὲν ἐμβύθων οὐθὲν· οὐ γὰρ ἔστιν αἱμάσσειν τοὺς λίθους τελοῦντας δὲ Δήμητρος, καὶ ἄλλας τινὰς καρπῶν ἀπαρχάς. NEAP. Totum ritum copiose describit Siculus Flaccus de conditionibus agrorum: Cum enim terminos disponerent, ipsos quidem lapides in solidum terram collocabant, proxime ea loca, quibus fossis factis eos defixuri erant, unguento relaminibusque & coronis eos coronabant. In fossis autem, quibus posituri eos erant, sacrificio facto, hostiâque immaculata caesa facibus ardentibus in fossa cooperti sanguinem instillabant, eoque tura & fruges jactabant, favos quoque & vinum aliaque, quibus consuetudo, est terminis sacrum fieri, in fossa adjiciebant, consumtisque omnibus sacrificiis igne super calentes reliquias lapides collocabant. Tale ergo sacrificium domini, inter quos fines dirimebantur, faciebant; ubi plura hujus argumenti. recte Juvenalis igitur Satyra V. ut paullo ante jam vidimus, tamquam de ferali Hecates libatione:

At tibi dimidio conspirctus gammarus ovo
Ponitur exigua feralis cacna patella.

HEINS.

652. *Porrigit incisos favos.*] *Porricit* videri legendum Antonius Bynaeus, juvenis doctissimus, me monebat, & ita reponi malebat Rigaltius Observatis ad agrimensores vetustos, sacrificali verbo. Sed si recte attendis, apparebit sacrificium omne perfici à solo colono. Filia igitur patri porrigebat favos, (quemadmodum fruges in canistro filius, alii vina, quod sequitur) non porricichat in ignes, ne paternas hic partes perperam occuparet. HEINS. *Incisos* unus. *infusos* alius.

653. *Tenent.*] *Parant* Laeti & alii.

654. *Spectant & linguis.*] *Spectat & in linguis octo. linguis* quidam. *cetera turba* etiam pr. Ambros. & Laeti. Heinsius conjecerat, *Spectat, & elinguis candida turba favet.*

655. *Spargitur & caesa.*] Et ubi sacra illa Numae lex de servandis puris à sanguine his sacris? abiit. Audi Plutarchum: Νῦν μὲν ἱερεύουσι, immolant: τὸ παλαιὸν δ' ἀναίμακτοι· διὸ καὶ θυσία, Κύρια φίλεα· φίλεα γὰρ ἔλεγον τὰ ὅσια καὶ τὰ ὅσιον θεόν, οἱ δὲ φίλαια καὶ δικαιοσύνην μάλιστα οὕτω, φίλα καθαρὰ ὄντα. NEAPOL. *Caesa agna* Junianus. & placet, quia *lactens porca* sequitur. ita enim meliores omnes, non *lactans*. Horat. Epod. II.

Tu populos, urbesque, & regna ingentia finis:
Omnis erit sine te litigiosus ager.
Nulla tibi ambitio est: nullo corrumperis auro.
Legitimâ servas credita rura fide.
Si tu signasses olim Thyreatida terram;
Corpora non leto missa trecenta forent:
Nec foret Othryades congestis tectus in armis.
O quantum patriae sanguinis ille dedit!
Quid nova cum fierent Capitolia? nempe Deorum
Cuncta Jovi cessit turba, locumque dedit.

Ter-

Vel agna festis caesa Terminalibus,
Vel haedus eruptus lupo.

HEINS.

657. *Vicinia supplex.*] Legunt alii, *vicinia simplex*: non reprobo; sed vulgatam referunt MSS. NEAPOL. Pro *vicinia supplex* multi veteres, *simplex. simplices colonos* Manilius dixit lib. IV. & Notker supra de Fabiis, *simplex nobilitas.* HEINS.

659. *Finis.*] *Signas* SARAV. *Signat* alius.

662. *Credita rura.*] *Condita* unus; *jura* duo.

663. *Thyreatida terram.*] Sic recte veteres. Ignota mihi Marsi editio, *Thyreïda terram*, non ob regulas syllabarias: produxit enim primam Statius, si memini, IV. Thebaïdos. *Thyreatis* terra pars erat terrae Argolicae; Lacedaemonii tamen interceptam tenebant. Thucydides libro IV. Ἀφικνοῦνται ἐπὶ Θυρέας, ἃ ἦσαν ῥᾴστα ἐπὶ Κυνουρίᾳ τῇ καλουμένῃ, μεθορίαν δὲ τῆς Ἀργείας καὶ Λακωνικῆς, ἱδρυμένα δ' αὐτὰ πάντα Λακεδαιμονίων Κυνουρίων ὁπόσοι. NEAPOL. *Thyreatida* scripti potiores. tres tamen, *Thyreïda*. ut apud Statium dicitur. IV. 47.

——— *Lacedaemonium Thyre lectura cruorem.*

sed à Θυρέα, seu Θύρη, οἱ ἐλάττους Θυρίαται, ὡς Τεγεάτας καὶ Θελπούσας Θυρεάτης, inquit Stephani epitome. Nihil igitur muta. *Thyria* ell Solino & Lascibiano Chronico. HEINS.

664. *Missa trecenta forent.*] Imo sexcenta: ex his tres solum supervixere. Vide Herodotum lib. I. Atrox haec pugna fuit, si bene supputo, anno MCCCCLXXII. nam paullo post captus Crocsus, & Sardes, quod rejicitur in MCCCCLXXIII. NEAP.

665. *Nec foret Othryades congestis tectus in armis.*] Immo, quicquid obmurmurent libri veteres, *lectus*. Papinius hac de re Thebaïdos IV. 47.

Et Lacedaemonium Thyre lectura cruorem.

Nimirum Othryades, Lacedaemoniorum dux, de Argivis victor, sed letaliter in modum vulneratus, prinsquam animam exhalaret, tropaeo clypei hostilis inscripsit, digitis cruore oblitis, Κυρὰ Ἀργείων Ὀθρυάδης καὶ Λακεδαιμονίων. Rem narrant plu-

Terminus (ut veteres memorant) conventus in aede
Reſtitit: & magno cum Jove templa tenet.
Nunc quoque, ſe ſupra ne quid niſi ſidera cernat,
Exiguum templi tecta foramen habent.
Termine, poſt illud levitas tibi libera non eſt.
Quà poſitus fueris in ſtatione, mane.
Nec tu vicino quidquam concede roganti;
Ne videare hominem praepoſuiſſe Jovi.
Et ſeu vomeribus, ſeu tu pulſabere raſtris;
Clamato, Meus eſt hic ager, ille tuus.

Eſt

plurimi exantiquis, Herodotus, Plutarchus, Strabo, Pauſanias, Maximus Tyrius, Stobaeus, Suidas, Valerius Maximus, alii. Vidit & veram in Naſone ſcripturam vir clariſſimus Gaſpar Barthius ad Papinium lib. IV. N. 48. Heins. *Conjectis* plurimi. vid. XIV. Met. 777. *contextis* duo.

668. *Patrias.*] *Patris* Putean.

669. *Quid? nova cum forent Capitolia.*] Opus incoeptum a Tarquinio Priſco ex voto, ſed à Nerone Superbo abſolutum. Neap.

669. *Inscius in aede.*] *Conventus* Maz. Voſſ. & inci alii. probe. ſic lib. XV. Met. 666. veteres codices:

Incerti quid agant proceres ad templa petiti
Convenunt operis à Dea.

Faſtorum. III. 205.

Convenimus nuptae dictum Junonis in aedem.

lib. II. 337.

Conveniunt patres, &, ſi bene floreat annus,
Kalendibus noſtris annua feſta vovent.

Statius Theb. XII. de ara Miſericordiae Athenis:

Hanc victi bello, patriaque à ſede fugati,
Convenimus.

Dictys Cretenſis lib. III. *Sed poſtquam reducta utrimque acies, & jam in tuto miles noſter erat, cunctis regis ad Aeſillum convenimus.* libro V. *At lucis initio quae manus in aedem Minervae convenerant.* Liv. XXXIII. 21. *Ad tempe Theſſalica Philippus eſt cum exercitu.* Heins. Nemo dubitat quin *convenire* & *convenire* bene dicatur, quod infinitis Noſtri & aliorum locis licet confirmare, ſed non video, qui hic conveniat Terminus in aede poſſit dici. an propterea ab Auguribus, qui locum templo Jovis Capitolini augurio capiebant? Liv. lib. I. 55. dicit rex in Tarpeio hoc non additiſſe, & ideo non conventum Terminum, non ergo conventus fuit. quare ſcribe legendum, *Terminus (e, v. m.) tunc locatus in aede reſtitit:* ille non exceſſit, ut reliqui dii, ſpretis templo ſuis, ſed loco relicto. Bunn.

670. *Reſtitit.*] Inde prodiit antiqua illud pecuniarum tuum reſtituas formula:

Semel minuma, an bis minus ſit, non ſat ſcio,
An utrumque eorum, ut quondam audivi dicier,
Jovi ipſi Regi noluit concedere.
Neapol.

670. *Tenet.*] *Tenent* Gottorph.

672. *Foramen habent.*] Servius lib. XI. *Unde in Capitolio ſuperna pars tecti patet, quae lapidem ipſum Termini ſpectat: nam Terminus non niſi ſub divo ſacrificabatur.* non tamen huic ſoli: cuivis enim Numini, cui in loco aliquo fulgurito ara erecta, fine tegmine veteres faciebant; ſed his plerumque. Vitruvius libro primo cap. II. *Jovi, Fulguri, & Caelo, & Soli, & Lunae aedificia ſub divo hypaethraque conſtituuntur. Horum enim Deorum & ſpecies & effectus in aperto mundo atque luenti praeſentes videmus.* Neapol. Tale & templum Libero patri apud Thracas dicatum in colle Zilmiſſo. *Aedes ipſa ſpecie rotunda, cujus medium interpatet tectum, ſummo tecto lumen admittitur, ut appareat ſolem cuncta vertice ſummo luſtrare lucis immiſſa.* verba ſunt Macrobii Saturnalium libro primo cap. 18. Heins.

674. *Funeris.*] *Funeras* & *manes* plurimi ſcripti.

678. *Clamato, tuus eſt hic ager, ille tuus.*] Sic vetuſtiores nonnulli. alii plurimi, *tuus eſt hic ager, ille ſuus.* vel, *ſuus eſt hic ager, ille tuus.* Gottorph. & unus Medic. *meus eſt hic ager, ille tuus.* Puto:

Clamato, Meus eſt, eſt ager ille meus.

ſic apud Stat. *meus ille meus.* quomodo & alii loquuntur. quanquam & alterum, *hic meus, ille tuus,* ſatis arridet. Lp. Med.

Clamarem, Meus eſt, injiceremque manum.
Am. I. Eleg. IV.

Et dicam, Mea ſunt; injiciamque manus.
Metam. IV.

Vicinus, & Minus eſt, exclamat Naïs.
Heins.

679. *Populum.*] *Populos* Moreti & quatuor alii. Imitatus haec auctor Epigrammatis in Catalectis Petron. pag. 101.

Eſt

Eſt via, quae populum Laurentes ducit in agros,
Quondam Dardanio regna petita duci.
Illac lanigeri pecoris tibi, Termine, fibris
Sacra videt fieri ſextus ab Urbe lapis.
Gentibus eſt aliis tellus data limite certo;
Romanae ſpatium eſt Urbis & orbis idem.
Nunc dicenda mihi Regis fuga. traxit ab illâ
Sextus ab extremo nomina menſe dies.
Ultima Tarquinius Romanae gentis habebat
Regna: vir injuſtus, fortis ad arma tamen.

Ce-

Eſt via, quae populum ducit Junonis in aedem.
Burm.

680. *Regna.*] *Terra* Bernenſ. & duo alii. *petita duci. petendae* unus.

681. *Illa lanigeri.*] Sic legendum ex libris veteribus. Cofan. Valde placet ſcriptura vetus, *Illâ lanigeri.* Neap. Multi ex ſcriptis, *Illic.* Arondel. *Illac.* quod placet. mox Stroz. & unus Med.

Nunc dicenda mihi Regis fuga.

Heins. *Regum* Excerpta Douzae & Bernenſ.

682. *Sacra videt fieri.*] En publica, quae acta in viâ Laurentinâ. Neap.

682. *Videt.*] *Jubet* Putean. *vides* Voſſ. & tres alii. cum prima editione.

682. *Sextus ab Urbe lapis.*] Num hi antiqui agri Romani fines? haud dubiè ita eſt: ideo Sacerdotes ibi ſacrum Deo Termino agebant, nec aliam ob cauſſam *ὁ μαντὶς* ambarvale ſacrificium extendebatur. Strabo. lib. V. *Μετὰξὺ γὰρ τῆ πόλεως καὶ τῆ ἕκτε λίθε, ἣ τὰ μίλια διαπεμπόντων ἀπὸ Ῥώμης, παλαιὸν τοῦτο θῦσαι τῶν ὁσίων ἐνόμιζον ἀπὸ τέτε Ῥωμαῖοι γῆς. εἰδ' ἱερουργήσαντες ἵππαις ἐκτελοῦσιν, ἐστεφθῶσι τὰ κῶλα τῶν ἱππων πλέκτοις, ἃς ἐξεῖς ἀνθρωπὸν, ἓν καλοῦσιν Ἀμπερίαλον.* Neap.

686. *Quintus ab extremo.*] Sic legendum cenſeo, ut in noſtro antiquiſſimo: nec alio die notatur in Faſtis lapideis Regifugium. Alii falſo ad Kalendas Junias differunt; ut Macrobius Saturnalium libro I. cap. 12. *Putaverunt Junium menſem à Junio Bruto, qui primus Romae Conſul factus eſt, nominatum; quod hoc menſe, id eſt Kalendis Junii, pulſo Tarquinio, ſacrum Carnae Deae in Coelio monte vota rens fecerit.* Non ambigo, quin Macrobium deceperit carmen Ovidii V. Faſtorum, cum canit IX. Kalendas Junias:

Quatuor inde notis locus eſt; quibus ordine lectis,
Vel mos ſacrorum, vel fuga Regis ineſt.

Sed in his nulla mentio Regifugii: (mirorid etiam ſenſiſſe Panvinum) ſed tantum harum literarum, Q. R. C. F. quae ſignificent, *quando rex,* id eſt ſacrorum, *Comitio fugit.* Fuſius ad v. de hoc ritu priſco nos vide ad eoedem verſiculos. Neapol. Sexto Kalendas Martias Regifugium celebratum. nec aliter diem deſignant Kalendaria antiqua. At ſeptimo Kalendas celebrarum fuiſſe ex hoc Naſonis loco evinceretur, qui homines eruditos valde exercuit, Dionyſium in primis Petavium. is variarum diſſertationum ad auctarium operis de Doctrina Temporum libro v. cap. 9. Naſonem oſcitanciae ac ſupinitatis hic arguit, quod in diem ab extremo menſe ſextum Regis fugam faciat incidere, quae in diem ab extremo menſe quintum inciderit. Defudavit & hic loci illuſtriſſimus Neapolis, ac tandem eo recidit, ut ex perverſuto quodam codice *Quintum* diem pro *Sexto* reponi velit. Cui aſſenſum praebere haud poſſum, cum noſtri omnes pro vulgata ſtent ſcriptura praeter unum Hamburgicum, in quo *Septimus extremo menſe dies.* Fatigavit hic quoque locus Paulum Manutium & Johannem Marium Marium cap. VI. Annotationum in Varios Auctores; ſed cum τὸ *ab* inconcinne prorſus bis hoc diſticho occurrat, loco poſteriori, etſi membranis invitis, ſcribo, *Sextus in extremo menſe dies.* ceterum ut hoc feſtum *Regifugium* dicitur, ſic aliud feſtum ſub *Populifugii* nomine poſtridie Nonas Julias fuit celebratum, quod pridie re bene geſta populus à Tuſcis in fugam verſus ſit, cujus feſti meminit Macrobius lib. III. Saturnal. cap. 3. Heins.

686. *Romanae.*] *Romano* Sarravii. & praecedenti verſu, *tellus in limite certo* Arundel. & Mazar. à manu primâ.

687. *Ultima.*] Vid. Eutrop. lib. I. Cror.

688. *Vir injuſtus.*] Idipſum regni initium aperuit, quod occiſo Servio Rege ſocero invaſit. Multa hujus Tyranni impia referunt ſeverioris notae Hiſtorici; multa quidem, quae non illi, Theophilus Patriarcha Antiochenus lib. III. *περὶ Αὐτολύκου.* Τὸ δὲ, inquit, *Κόμη τιλλόντων Θ, ὡς ἐβάλθη ἀρχαίως, Ὀλυμπιάδι ἕξεσιν ἐγὼ ἐδόκουν, γράμμα καιρὸν λόγ κτίσεως Ῥώμης ἐν οἷς ἐν ἐγὼ Ῥωμύλος ἤρξε Ταρκυνίου Σουπερβου τύραννος ὃς πρῶτος ἔξεσεν Ῥωμαίοις τοὺς, καὶ πάσης διῆρξεν, καὶ σωθέντας ἰσχυρὸν ἐποίησεν. ἔτι μὲν γὰρ τὰς παρθένε διαφθεῖραι περὶ γάμου ἔδιδε. διὸ εἰκότως Σιβύλλου ἐκάλεσεν τὴ Ῥωμύλη γλῶσσης ἐμβολόκοπος ὀξυτέρας Θ.*

Ceperat hic alias, alias everterat urbes;
Et Gabios turpi fecerat arte suos.
Namque trium minimus, proles manifesta Superbi,
In medios hostes nocte silente venit.
Nudarant gladios: Occidite, dixit, inermem.
Hoc cupiant fratres, Tarquiniusque pater,
Qui mea crudeli laceravit verbere terga.
(Dicere ut hoc posset, verbera passus erat.)
Luna fuit. spectant juvenem, gladiosque recondunt:
Tergaque, deductâ veste, notata vident.
Flent quoque, &, ut secum tueatur bella, precantur.
Callidus ignaris adnuit ille viris.
Jamque potens, misso genitorem adpellat amico,
Prodendi Gabios quod sibi monstret iter.
Hortus odoratis suberat cultissimus herbis,
Sectus humum rivo lene sonantis aquae.
Illic Tarquinius mandata latentia nati
Accipit, & virgâ lilia summa metit.

Nun-

Nuntius ut rediit, decussaque lilia dixit:
Filius, Agnosco jussa parentis, ait.
Nec mora: Principibus caesis ex urbe Gabinâ,
Traduntur ducibus moenia nuda suis.
Ecce (nefas visu) mediis altaribus anguis
Exit, & exstinctis ignibus exta rapit.
Consulitur Phoebus. fors est ita reddita: Matri
Qui dederit princeps oscula, victor erit.
Oscula quisque suae matri properata tulerunt,
Non intellecto credula turba Deo.
Brutus erat stulti sapiens imitator, ut esset
Tutus ab insidiis, dire Superbe, tuis.
Ille tacens, pronus matri dedit oscula Terrae,
Creditus offenso procubuisse pede.
Cingitur interea Romanis Ardea signis,
Et patitur lentas obsidione moras.
Dum vacat, & metuunt hostes committere pugnam;
Luditur in castris: otia miles agit.

Tar-

finio omne convivium comprehendit Latinus Pacatus Panegyrico ad Theodosium: *Denique ipsum illum Tarquinium exteratione postremâ hoc damnavisse maleficio, & hominem libidine praecipitem, crudelitatis caecum, immanem crudelitate, furore vecordiae notaverunt Superbum, & putaverunt sufficere convitium.* Hinc veteres Graeci Patres *ἀνόνειον* pro *probrium* dixere. Neap.

638. *Ferrum ad arma.*] *In arma* volebat Heinsius olim, sed adiit jubet Passerat. ad Propert. II. 10. pag. 237.

639. *Alias everterat urbes.*] *Averterat* Naugerii liber, ex Nostris Infantensis & unus Vaticanus, ut sic furari, furto occupare, vel etiam averias sibi redidisset. Heins. *Cum terreat Mazar. aliasque everterat* Excerpt. Donz. *everterat arces* Vatican.

640. *Fecerat arte suos.*] Bene Livius libro primo: *Minime arte Romanâ, fraude ac dolo aggressus est.* Hunc tu lege, à quo Noster historiam ad ursinem accepit; &, si libet, Eutropium & Historiam Miscellam. Neap.

641. *Namque.*] *Jamque* Bernens. & Medic. unus.

642. *Proles manifesta Superbi.*] Sextus patri similimus, qui minimus ex tribus erat, ut scribit Naso ex Historico Pisarino: si Dionysium sequimur, natu maximus. Adhuc caussam agam. Neapol.

643. *Nudarant.*] *Nudarent* Arundel. & novem alii cum Editionibus vetustis prioris.

644. *Hoc cupiant fratres.*] Reclius Petav. & tres alii, *cupiant.* ut Epist. Deianirae:

Hoc velit Eurystheus, velit hoc germana Tonantis. Heins.

Et ita Francof.

646. *Dicere ut hoc posset.*] Tres apud me, *ut hoc posset.* Neapol. Ita jam Dan. Heinsius & alii ediderunt.

646. *Verbera passus erat.*] Eaque in foro publice. Neapol.

648. *Deducta veste.*] *Didacta* Regius unus, Moreti & alius. vid. ad lib. XIII. Met. 264.

648. *Notata vident.*] Ad idem fere sensum torsit *notare* Petronius in Satyrico: *Sequar ego frontis notans inscriptione salerti, ut videamini stigmate esse puncti.* Neapol.

650. *Adnuit ille.*] *Adnuit illa* venuste unus Medic. & Farnesianus. Heins.

652. *Prodendi Gabios quod sibi monstret iter.*] *Quod* vel *quo* Voss. *quo* etiam in multis aliis, in nonnullis, *qui. Prodendi* quoque Junianus. quomodo & infra ℳ. 710. pro *Traduntur moenia*, unus Moretanus, *Produntur.* Heins. *Ut sibi* duo. *monstret opem* Hamb.

653. *Suberat.*] *Fuerat* Putean. & tres alii, *quae erat* Bernens.

654. *Sectus humum.*] *Septus* Editio prima, Neapol. & quaedam priores. & ita etiam plurimi scripti.

656. *Li-*

656. *Lilia summa metit.*] Imitatus factum Thrasybuli Milesii, qui rogatus à Periandro per quemdam, necessaria moneret ad imperium diuturnum; agrum mutus cum Legato petit, & aristas caedit altiores: si quietem, innuens, Rex tuus quaerit in regnis, extinguat validiores. Neap. *Petit* tres. *legit* duo.

657. *Decussaque.*] *Discussaque* quatuor. *decisaque* sex. *concisaque* Gottorp. *dissusaque* unus. sed vulgatam firmat Livius, quem Noster exprimit.

658. *Jussa.*] *Verba* unus Heinsii.

659. *Gabina.*] *Gabinis* Arund. Voss. Mazar. & sex alii.

661. *Nefas visu.*] *Nefas visum est* Mazar. & septem alii. *nefas, mediis Morsus* Medicaeus.

661. *Altaribus anguis Exit.*] Tria simul triste aliquod portendebant: visus coluber in aris, rapta exta, & ignis extinctus: sed duo postrema non recenset Livius; nec illud, in altari sedisse, sed è columnâ ligneâ (eam templi Capitolini veteris suspicor) elapsum in regiam prorupisse. Neap.

664. *Qui dederit primus oscula.*] Quatuor libri scripti, *princeps*, non *primus* habent. nihil muto. Ciofan. Non rectius in aliis, *princeps.* Neap. Praestantiores plerique, *princeps*, non *primus.* quomodo apud Virgilium libro XI. 620.

——— *princeps turmas invasit Atylas.*

& apud Statium Theb. XII. 664.

Cujus in Oeyxio princeps stet lancea muro.

Noster ipse supra hoc libro, 160.

Et comitum princeps tu mihi, dixit, erit.

A. Gellius lib. XIII. cap. 23. *Etiam opera princeps & prope omnis in litteris disciplinisque Graecis sumpta est, non usque eo tamen infrequens fuit vocum Latinarum.* Heins. Vid. Carr. II. Emend. 10.

665. *Properata tulerunt.*] Venustius in veteribus quibusdam, *dederunt.* Ciofan. Veteres, *dederunt*; lege ut adjubet. Neapol. *Tulerunt* codices praestantiores magno numero. *Oscula ferre passim* apud Nasonem aliosque occurrit. Apud Livium libro I. in narratione hujus rei, *Imperium summum Romae habebit, qui vestrûm primus, ô juvenes, osculum tulerit.* Heins.

666. *Deo.*] *Sono* Moreti unus.

667. *Imitator.*] *Mutator* Bernens. *mirator* Petav.

669. *Ille jacens pronus.*] *Ille jacens* lege ex bonis libris & sensu. Ciofan. Malim, *ille cadens.* Livius libro I. quem Noster in aliis quoque narrationibus studiose exprimit, *Brutum alto ratus spectare psychicam vocem, velut si prolapsus cecidisset, terram osculo contigit.* Noster libro VIII. Metam. 379.

Pronus ab arborea cecidit radice retentus.

Heins. Sed *pronus* sufficit hic, quare cum Gryphio *tacens* malim. id est nihil dicens, sed tacitus oscula dedit terrae. quod magis simulationi Bruti convenire mihi videtur. Francius volebat, *ille jacens primus.* Burm.

671. *Cingitur interea.*] Ex fide annalium. Neap. Venuste in uno Mediceo legitur, *interea cingi-*

Tarquinius juvenis socios dapibusque meroque
Accipit, atque illis Rege creatus ait:
Dum nos difficilis pigro tenet Ardea bello,
Nec sinit ad patrios arma referre Deos;
Ecquid in officio torus est socialis? & ecquid
Conjugibus nostris mutua cura sumus?
Quisque suam laudant. studiis certamina crescunt;
Et fervent multo linguaque corque mero.
Surgit, cui clarum dederat Collatia nomen;
Non opus est verbis, credite rebus, ait.
Nox superest: tollamur equis, Urbemque petamus.
Dicta placent: frenis impediuntur equi.

Per-

sed tunc versu seq. lege, *jamque pati.* HEINS.

722. *Longas obsidione moras.*] Livius de urbe obsessa: *In iis flatibus (ut fit) longo magis quam acri bello, satis liberi commeatus erant, primoribus tamen magis quam militibus.* NEAPOL. *Lentas moras* Mazar. Zulich. Voss. & sex alii. sic *lentum duellum* habes apud Horatium libro I. Epist. II. & lib. II. Epist. II. HEINS. Non multum refert. infr. lib. III. 204.

Tractaque erant longa bella propinqua mora.

& I Trist. III. 8.

Tarquinii longa pectora nostra mora.

Pro *remittere*, *contendere pugna* Putean. & duo alii. *Contemnere pugnam* Petav. & Excerpta Vossii. BURM.

724. *Luditur.*] *Conditus in c. o. m. habet* Laeti, *ruditur* etiam Farnel.

725. *Tarquinius juvenis.*] Nescio cur ambigant interpretes, an hic Tarquinius sit Sextus, cum de eodem paullo post legerint:

Interea juvenis furiales regius ignes
Concipit. ——

& mox ipsemet, multa secum animo volutans:

Cepimus audendo Gabios. —— NEAP.

Lege, juvenes facies. agi enim de patre Tarquinio, non filio, quae sequuntur evincunt, *ex illis rege creatus ait.* HEINS. Si sequamur Heinsium, videtur alius esse Tarquinius, nempe pater, qui excipit juvenes, & alius, qui rege creatus est, qui erat inter juvenes. sed semo praesente patre non videtur habitus. quare antiquas editiones & scriptos codices & Farnesium secuti legimus, *juvenis*, & sequenti versu cum fere scripti, *atque illis rege creatus, ait*, ita omnia apte cohaerebunt. inepte Cicfilius: *ex illis* exponit, post coenam. BURM.

727. *Dum nos follicitat pigro tenet Ardea bello.*] *Difficilis Ardea* Arond. Voss. Zulich. Maz. Laeti aliique complures. & recte. sic *Janua difficilis* apud Nostrum libro Met. VIII. 173. & Propertium. *difficiles fores* lib. I. Amor. Eleg. VI. ad quas facilis non erat accessus. Artis Amatoriae libro I. 433.

Tempore difficiles veniunt ad aratra juvenci. HEINS.

728. *Ad patrios arma referre deos.*] Petavii & sex alii habent, *ad patrias domos.* sed nihil mutandum patet ex Epist. I.

Ponitur ad patrios barbara praeda deos. BURM.

729. *Ecquid in officio torus est socialis?*] Numquid nos reciproce amant uxores nostrae? num servant conjugales leges? NEAP. *Inoffenso* Puteaneus. nihil muta. Cicer. I. ad Att. I. *Confido illum in officio fore.* sic & hostes, qui se dedunt, *in officio esse* dicuntur Liv. VIII. 19. Caesar V. de Bell. G. 2. & Servi: vid. ad Quintil. VIII. de Inst. Orat. prooem. BURM.

732. *Et fervet multo.*] *Fervent* Mazar. Zulich. Voss. Brondel. & octo alii ex praestantioribus. Superiori etiam versu, *Quisque suam laudant*, non *laudat*, Gottorphianus. venuste. de quo alibi est dictum. HEINS.

733. *Surgit cui dederat.*] Scribendum vel invitis membranis, *Surgite.* ut Collatini socios alloquentis oratio hinc incipiat. HEINS.

733. *Clarum Collatia nomen.*] Tarquinius Collatinus Egerii F. NEAP.

737. *Pertulerant dominos.*] *Montes* Maz. Vossian. *praeclerant* Putean.

739. *Fusis per colla coronis.*] Duo Vatican. *Capillis.* CIOFAN. Erat id apud avos vinolentiae nota. NEAP. *Capillis* etiam Arundel. & innumeri alii, sed perperam tamen; *fusae* enim *coronae* sunt delapsae à capite & ita solutae, ut pars adhuc in collis haereret, ut solent esse ebriis. ut I Am. VI. 38.

Ma-

Pertulerant dominos. regalia protinus illi
Tecta petunt: custos in fore nullus erat.
Ecce nurum Regis fusis per colla coronis
Inveniunt posito pervigilare mero.
Inde cito passu petitur Lucretia. nebat.
Ante torum calathi, lanaque mollis, erant.
Lumen ad exiguum famulae data pensa trahebant:
Inter quas tenui sic ait ipsa sono:
Mittenda est domino (nunc, nunc properate, puellae)
Quamprimum nostrâ facta lacerna manu.
Quid tamen audistis? nam plura audire soletis.
Quantum de bello dicitur esse super?

Post-

—— *Madidis lapsa corona comis.*

vid. & Brouckh. ad Tibul. I. VIII. 52. & praeterea, ipsam quoque Lucretiam fusis per colla capillis fuisse docet vs. 772. (ut solebant domi esse, etiam castissimae. vid. Terent. Heaut. II. III. 40.) quae tamen ab hac nutu regia distinguenda erat. *Capillis* non displicet tamen Modio Novant. Lect. cap. LXIII. *Cassis* erat in Bernensi. BURM.

740. *Posito pervigilare mero.*] Livius: *Pergunt inde Collatiam, ubi Lucretiam haudquaquam ut regias nurus, quas in convivio luxuque cum aequalibus viderant tempus terentes, sed nocte jam seram deditam lanae, inter lucubrantes ancillas in medio aedium sedentem, inveniunt.* Non meminit vini Historicus, cujus potus grave crimen sexui muliebri: scita lex illa Romuli. Inde ex Polybio Athenaeus lib. X. Περὶ Ῥωμαίων ϛ΄, ὡς φησι Πολύβιος· ἐν τῇ ἴσῃ, κἀκεῖνος γυναικὶ πίνειν οὐκ ἦν. ἐν ᾗ καλλίστων οἴνων πόσις. τὸν γὰρ ἀκράτου μὴ ὄντα ἐν ἀγαθοῖς, καὶ ἐν ἀνεμποδίστῳ κτησάμενον τῷ Λιγοδουῒ. Ex his quaedam si tale quid hauserit, quam cito deprehendi posse, ibis idem subjicit: Λυσίᾳ δὲ ἐν ἀδείαις τοῦ γυναῖκα πίνειν οἶνον. πρῶτον μὲν γὰρ οὐ δεῖ ἐζῆ οἶνον κεκρᾶσθαι ἐν γυναικὶ πρὸς ϛ΄ τέκνοις φιλεῖν δὲ τὰς εὐξόους τὰς ἐκείνας, καὶ τὰς ἐν ἀνδρὶ ἐκ ἐξαυλίων, καὶ τέτο ποιῶν ἂν ἐρίζοιμι ἑκάστοτε ἐν τῷ πότῳ. Nota hos mores, & oscula haec licita. Sed quae Romulo fuerit legis ferendae causa legenda in Dionysio Halicarnassensi. Hanc eamdem in Italiâ antiquiorem fuisse, & Herculis aevo, fidos testis Alcimus meus Siculus ὁ τῆς ἐναγχοφερδῆς τῶν ῥόδων ἱστορίας. NEAPOL. *Invenient multo* quatuor. *Praevigilare* Voss.

741. *Petitur Lucretia.*] Inter sex mulieres, quae castissimae fuisse traduntur, Lucretiam ponit Hyginus cap. CCLVI. Ubi ita est: *Penelope, Icarii filia, uxor Ulyxis: Evadne, Phylacis filia, conjux Capanei: Laodamia, Acasti filia, conjux Protesilai: Hecuba, Cissi filia, uxor Priami: Theonoe, Thestoris filia, uxor Admeti: Romanorum Lucretia, Lucretii filia, conjux Collatini.* CIOFAN.

741. *Lucretia, cujus.*] *Lucretia, nebat* Mazar. Zulich. duo Farnesiani, unus Mediceus & prodiversa lectione Vossianus. quod egregie auget felicissimae brevitatis artificium in hac narratione. versu proximo, *calathi lanaque mollis erant*, non *erat*, sex scripti. HEINS.

742. *Ante torum calathi.*] Antiquae nostrae matres in atrio, ubi & lectus stratus, lanificio operam dabant. En haec omnia uno exemplo Asconius: *Deinde omni vi januâ expugnatâ, & imagines majorum dejecerunt, & lectulum adversum uxoris ejus Corneliae, cujus castitas pro exemplo habita est, fregerunt; itemque telas, quae ex vetari more in atrio texebantur, diruerunt.* Pro *vetari* intellige Romano. Sedes haec domi Graecis feminis interdicta. Aemilius Probus in Praefatione ad suos Caesares: *Quem enim Romanorum pudet uxorem ducere in convivium, aut cujus materfamilias non primum locum tenet aedium, atque in celebritate versatur? quod multo fit aliter in Graeciâ: nam neque in convivium adhibetur nisi propinquorum, neque sedet nisi interiore parte aedium, quae gynaeconitis appellatur.* Γυναικωνῖτις pars erat in aedibus, in qua mulieres habitabant: ut ἀνδρωνῖτις, in qui Sortim viri. de utraque Diogenes in ejusdem nominis Cynico: Ἐπαναχεῖτο οὐκ Ἀκιδαίμονι· οὐκ Ἀθήνας· ἀχρὶ οὗ τὴν ἀνδρῶνα, ἢν δὲ μὴ, τὴν γυναικωνῖτιν ἐπιβῇ. ἰδοὺ, ὡς τὸν γυναικωνῖτιν. & Xenophon Oeconom. Ἐκδοῦσα δ᾽ ἐγὼ τὸν γυναικωνῖτα αὐτῇ ἵνα μὴ πολλὰ ἐξαγγέλλοι ἐκ ἀνδρωνίτιδος. NEAP.

743. *Data pensa trahebant.*] A Lucretiâ praescripta: hoc matrisfamilias incumbebat. NEAP.

744. *Sic ait illa.*] *Ipsa* Mazar. Zulich. Arundel. & quinque alii. & mox, *vestra manu*, pro *nostra*, totidem. HEINS.

746. *Nostrâ facta lacerna manu.*] Hinc elicias, lacernam fuisse vestem militarem: propriam dixit hanc alicubi Propertius, *castrensia pensa.* Venustus terpres Juvenalis ad illud satis ollendat,

Scit comitem horridulum trità donare lacernâ.

Sed

Postmodo victa cades: melioribus, Ardea, restas,
Improba; quae nostros cogis abesse viros.
Sint tantum reduces. sed enim temerarius ille
Est meus; & stricto quolibet ense ruit.
Mens abit, & morior, quoties pugnantis imago
Me subit: & gelidum pectora frigus habet.
Definit in lacrimas: intentaque fila remittit;
In gremio vultum deposuitque suum.
Hoc ipsum decuit: lacrimae cecidere pudicae;
Et facies animo dignaque parque fuit.
Pone metum, venio, conjux ait. illa revixit;
Deque viri collo dulce pependit onus.

In-

Sed hirtum, inquit, *atrium comiti condonare. Lacernâ pallium fimbriatum, quo olim soli milites vestiebantur.* Recte *olim*, quia postea urbanis usui fuit. Vadem dicta *praeda* Tertulliano & Suetonio; qui etiam in vita Claudii, *tunicas russulas militares appellavit.* Sterus quoque idem cum lacerna. Graeci non aliter hanc reddunt quam *παῦδον*, seu *βῆρα*, seu *σάγηρα*, & aliquando *χλαῖνα*. Neapol.

747. *Nam plura audire potestis.*] *Soletis* Laeti codex & unus Farnesianus. pro *audiris* etiam *audiisti* multi veteres. Heins. *Jam plura* Bernens. *nam plus* Moreti unus.

749. *Postmodo victa cades. melioribus, Ardea, restas.*] Versus de mendo suspectus. Cogitabam aliquando, *Dummodo victa cades, melioribus, Ardea, resta.* ut sit voventis. Heins. Nulla mihi hic mendi suspicio. neque codices variant, nisi quod in uno Petavii, Snozzae & Patavino sit, *postea victa cades.* & *impia* in Laeti codice. sensum vero puto: certo cades postea, Ardea. de eo non dubito, sed mora me cruciat, per quam caeco viro. improba es, Ardea, quae putas te resistendo evasuram; capieris certe; nam reliquis melioribus, id est fortioribus, & qui te vincant. ut ita *Tydides melior patre*. & passim. *restare* vero hic positum est pro resistere. Vide Gronov. ad Liv. IV. 58. XXVI. 3. Burm.

751. *Sed enim temerarius ille Est meus.*] Pro *ille* duo veteres, *illic*. In uno Vaticano satis antiquo, *ipse*. Forte, *sed enim temerarius est ô*, *Est meus*, inox pro *qualibet ruit* multi veteres, *quotibet*. unus Moreti, *quemlibet petit*. Posset & legi, *praesidet esse furit*, ut apud Valerium Flaccum III. 1. 344.

Hic Pelias, hic ense furens aquosiinve Lyaeo.

quod ex Carrionis codice non fuerat mutandum. sed non placet. Idem Valerius lib. VI. 87. 103. ut subjungitur versus:

Te quoque venturis, ingens Ariasmene, saeclis
Tradiderim, molem belli, lateque furentem
Undique falcato deserta per aequora curru.

pari modo & apud Propertium corrigo libro IV. Eleg. VI. 409.

Dixerat: & pharetrae pondus consumit in arcu,
Proxima post arcus Caesaris hasta furit.

non *fuit*. quomodo frigide nunc legitur. Florus libro I. cap. 17. *Strictis ensibus ante pugnam per ipsam viam furit.* Heins. Illud *ense furere* elegans quidem est, sed *τὸ quolibet*, vel *qualibet*, melius convenire *ruit* puto. ruit inconsiderate in omnem partem, neglecto discrimine meus. & *ruere* proprie est temerariorum; ut *in ferrum, in praelia, tela ruere* &c. & similia passim obvia apud Virgilium, Lucanum & alios. sic *Cimbrum ruentem* dixit Lucan. I. 256. pari modo *ensibus inde ruunt* dixit Val. Flac. VI. 198. ubi etiam *furunt* vult Heinsius. in Bernens. & octo aliis erat, *temerarius ille vir meus*. Burm.

752. *Ense ruit.*] Ursin. *Fruit*. fortasse, *furit*. Ciofan.

753. *Mens abit, & morior.*] Ut in Elegiâ quadam libri nequissimi:

Mens abit, & morior quoties peccasse fateris;
Perque meos artus frigida gutta fluit.

Neapol.

754. *Et gelidum frigora pectus habet.*] Legendum ex omnibus libris scriptis: *Et gelidum pectora frigus habet.* Ciofan. Vid. ad Epist. XII. 170.

755. *Definit in lacrimis, inceptaque fila remittit.*] *In lacrimas* repone ex calligratioribus scriptis. Aperiejus sub finem libri primi Milet. *Sentit fabularum quoque serie fatigatum in verba media somnolentum desinere, ac defectum incerta verborum falsidra balbutire.* deinde multi veteres, *intentaque fila remittit.* quod & Naugerius in posteriori editione Aldina

Interea juvenis furiatos regius ignes
Concipit, & caeco raptus amore furit.
Forma placet, niveusque color, flavique capilli;
Quique aderat nullâ factus ab arte decor.
Verba placent, & vox; & quod corrumpere non est:
Quoque minor spes est, hoc magis ille cupit.
Jam dederat cantum lucis praenuntius ales;
Cum referunt juvenes in sua castra pedem.
Carpitur attonitos absentis imagine sensus
Ille: recordanti plura magisque placent.
Sic sedit: sic culta fuit: sic stamina nevit:
Neglectae collo sic jacuere comae:

Hos

dina est amplexus. Sed lib. VI. Met. 34. de Arachne:

Aspicit hanc torvè; inceptaque fila relinquit.

Heins. Ubi vide.

755. *Inceptaque fila Remisit.*] In re pari Noster XV. Metamorph.

—— *Pavet illa, metuque*
Et colus & fusus digitis cecidere remissis.

Neapol.

756. *Suum.*] *Sua* editi plurimi & scripti.

757. *Lacrimae decuere pudicam.*] *Cecidere pudicae* Ursin. & octo alii. probe. neque aliter codex Naugerii. nonnulli *decuere pudicae*. proxime verum. *cadere lacrimae* passim Nostro aliisque dicuntur. Val. Flaccus libro I. 278. *lacrimae cecidere canenti*. Lucanus lib. III.

Non lacrimae cecidere genis, non pectora tundit.

Heins. *Hoc ipsum decuit* multae editiones & scripti quidam.

759. *Pone metum, venio.*] Nec displicet alia editio, *Pone metum, veni*. Neapol. *Venio* plerique praestantiores. ut apud Statium Theb. XI.

Enmenis ejecit fractis Eteoclea portis,
Clamantem, venio.

Heins.

761. *Furiales regius ignes.*] *Furiatus* Mazar. Ursin. & sex alii. Puto, *furiatos ignes*. sic *furiata mens* apud Maronem. inox *captus amore*, non *raptus*, Aroudel. Voss. & octo alii. Heins. Vid. Bentl. ad Horat. II. Satyr. I. 10.

762. *Raptus amore ruit.*] Unde Heinsius illud *ruit* ceperit nescio, certe in nullo codice repperi. & editi constanter, *furit*. *saevo amore* duo. *fuit* in novem est. Burm.

763. *Flavique capilli.*] Nescio an ex decoro: meretricibus enim & libidinosis mulieribus, non matronis, *flavos capillos* soleat fere poëtae adscribere; quare parum abest, quin uni codici Heinsiano obtemperem & referibam, *nigrique capilli*. ut ita niveo oris colori capilli nigri juncti efficiant emendatissimae formae decus. unus Vaticanus *vivensque color* habet, unde Heinsius *vivusque* conjiciebat. vid. ad II Art. am. 660. Burm.

764. *Nulla factus ab arte decor.*] Sine fuco & pigmento. unde Noster alibi:

Scitis & indictâ candorem quaerere cerâ;
Sanguine quae vero non rubet, arte rubet.

Malim legas, *candorem quaerere cretâ*. Petronius: *Inter rugas malarum tantum erat cretae.* Quò spectat & illud Valerii Martialis:

Crassior in facie vetulae fiat creta Fabullae.

Neap. *Ab arte color* Bernens. Thuan. & quatuor alii. qui *ingenuus* color dicitur Propert. I. IV. 13.

765. *Et quod corrumpere.*] *Et quam* Excerpt. Vossii & quatuor codices, *& quem* Veneta Edit. pr. *quam tum* Oxon. *& qua* tres.

766. *Quoque minor spes est.*] *Minus* primus Medicaeus & duo alii. Forte, *Quoque spei minus est*. proximo versu, *dederat cantum* meliores, non *tantus*. Heins. *Jam magis* quatuor libri.

767. *Jam dederat cantum lucis praenuntius ales.*] Gallus Prudentius:

Ales, diei nuncius,
Lucem propinquam praecinit.

Auctor Moreti:

Excubitorque diem cantu praedixerat ales.

Ciofan. *Cantus* quidam scripti & editi. sed male. quatuor enim voces in *s* exirent; nisi *luci* legatur.

768. *Pelem.*] *Pedes* plurimi scripti & etiam editi quidam.

770. *Recordanti plura.*] *Pulchra* unus Heinsius, unde ille conjiciebat, *Illa recordanti pulchra magisque placet*. vel, *plusque magisque placet*. *illa* est in quinque libris, & in totidem, *atque*. ego nihil muto. Burm.

Hos habuit vultus: haec illi verba fuere:
Hic decor, haec facies, hic color oris erat,
Ut solet à magno fluctus languescere flatu;
Sed tamen à vento, qui fuit, unda tumet:
Sic, quamvis aberat placitae praesentia formae,
Quem dederat praesens forma, manebat amor.
Ardet; & injusti stimulis agitatus amoris
Comparat indigno vimque dolumque toro.
Exitus in dubio est: audebimus ultima, dixit.
Viderit, audentes Forsne Deusne juvet.
Cepimus audendo Gabios quoque. talia fatus
Ense latus cingit; tergaque pressit equi.

Ac-

771. *Sic fatus, sic culta fuit.*] Lucretiam, ut videtur, animo praesentem fuisse. Neap.

772. *Injustas vello sic jacuere comas.*] Sic est in quinque libris scriptis. Ciofan. Libri veteres, *injustae colli.* Neapol. *Neglectas comae* reponantur ex auctoritate codicis Ursini, quatuor Farnesianorum, Mariae Zulich. Arundel. aliorumque complurium. versus petita apud Scholiastem Persii:

Fervia neglecti vellebant colla capilli.

et:

Per sua neglecti velitabant colla capilli.

Terentius in Heautont.

Fervida cohors, neglecta, immunda illuvies.

Noster lib. v. 79. *neglecti capilli. Hypsipile neglecta comans* Statio Theb. iv. 743. unus Morelii, *Intactae* non male. Heins. *Injustas* etiam Johann. Sambuc. Meerlag. lib. iv. cap. 10. citat: &, *sic decuere comae, injustae neglectae* convenit Maronae, ut apud Terent. Heaut. ii. 3. *Capillus rejectus circum caput negligenter.* Burm.

773. *Videat.*] *Colens* Puteaneus & duo alii.

774. *Hic decor.*] *Hic color, h. e. hic decor oris* Terrent. & multi alii cum editis plurimis.

776. *Qui fuit, unda tumet.*] *Qui fuit* ante sex Scripti. sed nil videtur mutandum. A. Gellius Novium Asellionem lib. xi. cap. 30. *Fluctus, qui flatus depulsus maximi & crebrissimi excitantur, simul ac ventus cessit, sternuntur & consiscescunt, neque ulterius pergit, sternuntur & consiscescunt, & non spatium ejus defluunt. at non idem fit flante austro, sed aliter, quibus jam nihil spiritibus undarum facies durius turbetur, & a vento quidem tamen longe tranquilla sunt, sed mare est etiam ante ventum undosissimum. Ego vix causa esse conjecturae, quod verum, a spectantibus ex altiore caeli parte in mare inclinatis, desumta in aquarum profundum evolvi perspicitur disturbatur, undasque facimus non propria impulsas, sed vi intus commotas.* ubi plura. v. Virg. Videt interim & ille quidem tumere, Servius.

780. *Vimque metumque.*] Tres Vaticani, *vimque dolumque.* non displicet. Ciofan. Libri aliquot, *vimque dolumque toro.* Neapol. *Dolumque* cum praestantioribus. pro *injusti stimulis amoris* malim, *incesti amoris.* De *incestis amoribus*, & qui sub illo nomine censeantur, videndus Andreas Querceus Elogiorum cap. xii. Heinsius. *Dolumque* probum est. Livius xxiii. 35. *Ubi id parum processit, dolum ad capiendos eos comparat.*

782. *Audentes Forsque Venusque juvat.*] Sic iidem libri: alii tres, Fratris & Ursin. *Forsque deusque*, alter vero optimus: *Forsque metusque* judicent doctiores. Ciofan. Alii, *Forsque Venusque & juvans.* vel, *Forsque metusque.* Codex Politiani, *Forsne Deusne.* quomodo & Laeti liber & unus Patavinus ex melioribus. huc & Vossianus alludit, in quo, *Forsve meturve.* Lege, *Viderit audentis: Forsne Deusne juvet.* Viderit Fors & Deus, uter audentes juvet. Vide de hoc loquendi modo quae notamus lib. i. Pont. Eleg. ii. *Forsne Deusne*, ut apud Statium Theb. ii. *Audentii Deus & Fortuna recessit.* apud Ciceronem frequenter habes, *Deifis Fortuna viderit.* Mezentius apud Maron.

—— *ast de me divûm pater atque hominum rex*
Viderit.

Heins. *Audaces* & hic unus Regius. Vid. ad i. Art. 608.

784. *Cinxit.*] *Cingit* Regius & novem alii.

787. *Hostis ut hospes init penetralia Collatini.*] Livius lib. i. sub finem hanc ipsa de re. *Sex. ejs Tarquinius, qui hostis pro hospite, prior nocte vi armatus, mihi sibique, si vos viri estis, pestiferum hinc abstulit gaudium.* Tale etiam quippiam hic Noster in Epist. ad Parin: *Hospes en hostis erat.* Ciofan.

787. *Penetralia Collatini.*] *Collatina* unus Medicaeus. quomodo apud Maronem. vi. 774.

Et Collatinas imponat montibus arces. Heino.

788. Co-

Accipit aerata juvenem Collatia porta:
Condere jam vultus Sole parante suos.
Hostis, ut hospes, init penetralia Collatina:
Comiter excipitur: sanguine junctus erat.
Quantum animis erroris inest! parat inscia rerum
Infelix epulas hostibus illa suis.
Functus erat dapibus: poscunt sua tempora somni.
Nox erat; & totâ lumina nulla domo.
Surgit, & auratum vaginâ liberat ensem;
Et venit in thalamos, nupta pudica, tuos.
Utque torum pressit; Ferrum, Lucretia, mecum est,
Natus, ait, Regis, Tarquiniusque loquor.

Illa.

788. *Comiter excipitur.*] Dionysius: Ἐξενίζον αὐτὸν ὡς συγγενῆ τοῦ ἀνδρὸς πολλῇ προθυμίᾳ τε καὶ φιλοφροσύνῃ. Neapol. Livius lib. i. 58. *benigne exceptus.* sed Mazarin. & undecim alii, *accipitur.* quae sollemnis varietas. vid. ad Epist. xii. 29. & certe nescio an hic non, ut saepe alias, Livium ante oculos habuerit Ovidius, qui lib. xxiii. 33. *Hostes pro hospitibus comiter accepit.* sed tunc versu 785. cum quinque scriptis legendum, *Excipit aerata.* Burm.

788. *Sanguine junctus erat.*] Nam Tarquinius Collatinus nepos Tarquinii Superbi, Sexti filii consobrinus. Neap.

791. *Poscunt sua tempora somnum.*] *Somni* meliores. Heins. Vid. ad Val. Flacc. i. 543.

793. *Auratâ vagina liberat ensem.*] Unus Vatican. *deripit.* Ursini:

Et aurata vaginâ liberat ensem.

Ciofan. Non ex vero habent libri quidam, *auratâ.* Ensis auratus idem ac auro vinctus ad capulum, χρυσόδετος. Nec aliud *spata aurea* apud Julium Capitolinum in Maximinis: *Usus est argenteâ lorică, usus est & clypeo gemmato inaurato & hastâ inauratâ; fecit & spatas argenteas, fecit etiam & aureas.* Ni melius, manubrium vere fuisse ex solido argento & auro confectum. Neapol. *Auratum* concinnius libri meliores. ut recte vidit Neapolis. Avien. Phaenom. i. 99. Ed. Grot. de Orione:

Auratumque rubens demittit balteus ensem.

idem, *deripit ensem*; etsi non ignorem alterum quoque elegans esse. Met. vi. 551.

Quo fuit accinctus vaginâ liberat ensem.

ubi pari modo *deripit* in scriptis nonnullis veterrimis exaratum. ut lib. x. 475.

Pendenti nitidum vaginâ deripit ensem.

sic *ensem destringere*, non *distringere*, in antiquissimis codicibus passim legitur. *liberare* tamen *ensem* dixit quoque Apulejus lib. ii. Met. *Gladium, quem veste mea contectum ad hos usus* (libri veteres, *hoc usque*, puto, *hoc usus*) *extuleram, sinu liberatum arripio.* Noster Met. vi. *Auras liberat arboribus.* auctor Moreti:

—— *geminos tunc veste lacertos*
Liberat.

Dictys Cretensis libro iv. *Deiphobus amplexus inermem juvenem, quippe in sacro Apollinis nihil hostile metuentem, osculari gratulariique super his, quae consensissent; neque ab eo divelli aut omittere, quoad Alexander liberato gladio procurreus aversum hostem per utrumque latus geminato ictu transfigit. At ubi dissolutum vulneribus animadvertere, parte alia quam venerant prorumpunt fefe.* ita totus locus ex vetusto codice, qui penes me exstat, est constituendus. nisi quod *aversum hostem*, pro *adverso*, reposui. *librato gladio* Latinum esse non opinor, sed *librata hasta.* Heins.

795. *Utque torum pressit.*] Lecto incubuit: hoc *torum premere* Properius:

Apparent non ulla toro vestigia presso.

Neapol.

796. *Tarquiniusque vocor.*] Noverat satis Lucretia, filium regis Tarquinium vocari, quem pridie exceperat hospitio, jure conjunctionis. sed insolentiae plenior erit vox hujus violenti adulteri, si legatur:

Natus, ait, regis, Tarquiniusque loquor.

quod in Pembroc. Regio, Petaviano & octo novemve aliis est. neciebat in tenebris Lucretia, antequam vocem emisisset, quisnam torum pressisset; ille statim, ut vim adderet verbis, dixit sublata insolentius & superbius voce, se loqui, Tarquinium, & filium regis. eadem varietas lib. iii. 654. & Val. Flac. viii. 47. *Nec jam nunc regina loquor*, ubi frustra etiam *vocor* alii. vide ibi adnotata nostra. *Tarquiniusque fero* Oxon. Burm.

Illa nihil: neque enim vocem viresque loquendi,
Aut aliquid toto pectore mentis habet.
Sed tremit, ut quondam stabulis deprensa relictis
Parva sub infesto cum jacet agna lupo.
Quid faciat? pugnet? vincetur femina pugnâ.
Clamet? at in dextrâ, qui necet, ensis adest.
Effugiat? positis urguetur pectora palmis;
Nunc primum externâ pectora tacta manu.
Instat amans hostis precibus, pretioque, minisque:
Nec prece, nec pretio, nec movet ille minis.
Nil agis; eripiam, dixit, pro crimine vitam:
Falsus adulterii testis adulter erit.
Interimam famulum; cum quo deprensa fereris.
Succubuit famae victa puella metu.
Quid, victor, gaudes? haec te victoria perdet.
Heu quanto regnis nox stetit una tuis!
Jamque erat orta dies: passis sedet illa capillis;
Ut solet ad nati mater itura rogum.

Gran-

799. *Sed tremuit, quondam ut.*] Veteribus est, *Sed tremit, ut quondam.* Neap. *Sed fremit* Vatican. Mct. VI. 527.

Illa tremit velut agna parens.

ubi eadem varietas.

801. *Femina pugnans.*] *Pugnâ* meliores. & *qui* mox proximo pentametro octo scripti, pro *vetet*, & *ensis adest*, pro *erat*, Urfini codex optimus cum tribus aliis. Heins. Vide Modium Nov. Lect. cap. LXIII.

803. *Urguetur pectora palmis.*] *Urgetur* ex veteri libro Modium in Novantiquis Lectionibus. cap. LXIII. eleganti Graecismo sic lupra:

Carpitur attonitos absentis imagine sensus.

atque ita passim Nostcr. *Nunc primum* sequenti versu unus Moreti & Farnes. Heins.

805. *Precibus, pretioque, minisque.*] Hoc ordine haec verba leguntur in lib. Urs. & Maffei. Crufan.

806. *Nec movet.*] *Nec valet* Vossii. Vatic. & Strozzae. forte recte. vid. lib. VIII. Met. 69.

807. *Per crimina vitam.*] In quibusdam membranis, *pro crimine.* Neap. *Per crimina* scripti. vid. ad Epist. x. 6. Et *adulter erit*, pro *ero*, mox melioret. Heins. Sed *per crimina vitare vitam* est scelestè, facinore, quod non volebat Tarquinius indicare, sed se quasi vindicem adulterii venditaturem multo ejus offendebat. quare ego vulgatam lectionem, quae est in pluribus libris, *pro crimine*, praetuli: de adulterii cum famulo, ficto crimine. Nodot in Ibin 619.

Naupliadaeque modo ficto pro crimine poenas
Morte luas.

quia vero passim praepositiones commutari solent apud Nostrum à librariis, ut *per* & *sub*, de quo vid. III. Met. 426. forte scripserit, *sub crimine.* quam elegantem locutionem illustravimus ad Quinct. Decl. CCCLXXIX. deinde pro *ero* recte, *erit.* an enim Tarquinius dixisset se falsum testem futurum & adulterum? non puto. occisus ille servus, falsus adulter, id est, à me mendacio infimulatus, erit testis tui adulterii apud maritum. *erat* Arondel. sollemni permutatione. *Falsus* vero saepe pro simulato, ficto ponitur. vid. ad Val. Flac. VI. 492. Burm.

809. *Cum quo deprensa fereris.*] Nihil hîc τραγικὸν totum pura puta veritas. Neap. *Quocum* liber optimus Laeti. Puto, *quî cum.* Heins.

810. *Victa puella.*] *Femina victa* unus codex.

812. *Nox dedit una tuis.*] Nemo ambigat, quin sequens vera lectio, *quanto regnis nox stetit una tuis.* Neapol. *Quantum nox dedit* quatuor. *tulit* tres. *quantum regnis obstitit* unus.

813. *Passis.*] *Sparsis* multi: male. vid. supr. I. 615. deinde, *ut sedet* Moreti pr.

814. *Mater itura rogum.*] De more Petronius Arbiter: *Non contenta vulgari more funus passis prosequi crinibus, aut nudatum pectus in conspecta frequentiae plangere.* Neapol.

816. *Evocat.*] *Convocat* Laeti codex.

816. *Et positâ.*] Forte, *ut positâ venit utraque morâ; Utque vident habitum.* Heins.

817. *Quae*

Grandaevumque patrem fido cum conjuge castris
Evocat: & positâ venit uterque morâ.
Utque vident habitum; quae luctus caussa requirunt:
Cui paret exsequias, quove sit icta malo.
Illa diu reticet, pudibundaque celat amictu
Ora. fluunt lacrimae more perennis aquae.
Hinc pater, hinc conjux lacrimas solantur, & orant
Indicet: & caeco flentque paventque metu.
Ter conata loqui; ter destitit: ausaque quarto,
Non oculos adeo sustulit illa suos.
Hoc quoque Tarquinio debebimus? eloquar, inquit,
Eloquar infelix dedecus ipsa meum.
Quaeque potest narrat. restabant ultima; flevit:
Et matronales erubuere genae.
Dant veniam facto genitor conjuxque coacto.
Quam, dixit, veniam vos datis, ipsa nego.
Nec mora; celato figit sua pectora ferro:
Et cadit in patrios sanguinolenta pedes.

Tunc

817. *Quae luctus caussa requirunt.*] Dionysius: Εἰς Ῥώμην ἤχετο, μέλαιναν ἐσθῆτα περιβαλλομένη. Neapol.

818. *Quove sit icta malo.*] Quattuor libri veteres, *malo.* probo. Ciof. Codices nonnulli, *modo.* & *icta.* cave quicquam mutes. Statius Theb. IX. 351.

At genetrix cantu glaucarum cuncta sororum
Protinus icta malo, vitrea de valle solutis
Prosiluit furibunda comis.

apud Valerium Flaccum libro VIII. 35. *Icta timore gravi. icta dolore* apud Lucretium libro. *icta* simpliciter Petronius de Bello Civili:

Hos inter motus populi (mirabile visu)
Quo mens icta jubet, deserta ducitur urbe.

hoc est mens territa & consternata. Sic *percussus*, pro *perculsus*, de quo ad Maronem diximus libro Aeneidos V. 513. Heins.

820. *Perennis.*] *Fluentis* sex libri.

821. *Lacrimas.*] *Lacrimis* Petavii & Regius. sed & *solari lacrimas*, *metum*, *dolorem*, &c. Latine dicitur. Virgil. XII. 110.

Tum socios moestique metum solatur iüli.

ita *consolari damna* Epist. Sabini III. 5. Pacat. Paneg. cap. XIII. *Modico & castrensi cibo jejunia longa solavere.* ubi male, *solventem* Acidalius. Vide alia exempla apud Heins. ad Claudian. Rapt. II. 323. & quae nos ad Val. II. 151. mox, *faventque* tres libri. Burm.

823. *Ter destitit.*] Huic parissimum Maronianum illud:

Bis conatus erat casus effingere in auro,
Bis patriae cecidere manus.

Neapol. *Desiit* quatuor scripti. vid. ad Epist. IV. 8.

824. *Non oculos adeo sustulit.*] *Ad eos sustulit* Zulich. Mazar. Voss. & alii septem. Urfini cum sex aliis, *adeo.* Posset etiam *ab humo* legi. Heins.

825. *Hoc quoque Tarquinio debebimus.*] Inepte Marsus *rò hoc* referendum inquit ad impotentiam loquelae, cum ad stuprum clare respiciat: quasi exclamet Lucretia, Expugnatum mihi quoque muliebre decus Tarquinio debemus. Hae nugae erant à me omittendae, sed extorquet horum inscitia. Neapol. Sensus est, hoc, quod cogar ipsa dedecus meum eloqui, etiam debebo Tarquinio, non solum injuriam & vim illatam, sed indicium, quod ipsa facere cogor. recte expositit Fanensis.

829. *Dant veniam, facto genitor conjuxque coacta.*] Haec est sex veterum librorum lectio, quae plane genuina est. In libro autem fratris mei est, *facti*, non *facto.* Crufan. *Coacto* meliores. *factique coactae* Helmaest.

830. *Ipsa nego.*] Haec Phaedra in casu pari Theseo conjugi dixit apud Senecam in Hippolyto, Actu 3.

Tentata precibus restiti: ferro ac minis
Non cessit animus; vim tamen corpus tulit.
Labem hanc pudoris eluet nostcr cruor.

Neapol.

831. *Vixit sua pectora ferro.*] Quae praefata ante ictum videnda omnino in Historicis. Neapol. *Figit cultro* meliores. *cultro* est etiam Livio & D. Halicarnassaeo ξιφιδίῳ. etiam Diodoro Siculo in Excerptis Valesianis. pag. 252. ubi haec de Lu-

Tunc quoque jam moriens, ne non procumbat honeste,
Respicit. haec etiam cura cadentis erat.
Ecce super corpus communia damna gementes,
Obliti decoris, virque paterque jacent.
Brutus adest; tandemque animo sua nomina fallit:
Fixaque feminimi corpore tela rapit.
Stillantemque tenens generoso sanguine cultrum,
Edidit impavidos ore minante sonos:
Per tibi ego hunc juro fortem castumque cruorem,
Perque tuos Manes, qui mihi numen erunt:
Tarquinium poenas profugâ cum stirpe daturum.
Jam satis est virtus dissimulata diu.
Illa jacens ad verba oculos sine lumine movit;
Visaque concussa dicta probare comâ.
Fertur in exsequias animi matrona virilis:
Et secum lacrimas invidiamque trahit.

Vul-

Vulnus inane patet. Brutus clamore Quirites
Concitat, & Regis facta nefanda refert.
Tarquinius cum prole fugit. capit annua Consul
Jura. dies regnis illa suprema fuit.
FAllimur? an veris praenuntia venit hirundo;
Et metuit, ne quâ versa recurrat hiems?
Saepe tamen, Progne, nimium properasse quereris;
Virque tuo Tereus frigore laetus erit.
JAmque duae restant noctes de mense secundo,
Marsque suos junctis curribus urget equos:
Ex vero positum permansit Equiria nomen:
Quae Deus in campo prospicit ipse suo.
Jure venis, Gradive; locum tua tempora poscunt:
Signatusque tuo nomine mensis adest.
Venimus in portum, libro cum mense peracto.
Naviget hinc aliâ jam mihi linter aquâ.

---

cretia narratio occurrit. Ξιφίδιον κατέξανεν τὸ σῶμα, plane ut Noster. Val. Maximus lib. VI. cap. I. *ferrum* vocat, ut vulgati apud Nostrum codices. quod secundum duco, cum *cultrum* mox sit dicturus. HEINS. *Collaue ferro* Petav. unde Heinsius, *prolato*.

833. *Tunc quoque jam.*] *Hoc etiam* Laeti & duo alii.

833. *Ne non procumbat honeste, Respicit.*] Ut insignis illa Hecuba, de quâ Euripides:

—— Ἦ δὲ, καὶ ὑπέρσους', ἴσως
Πολλὰν πρόσθεν ἐσχεν εὐσχήμως πεσεῖν.

NEAPOL. Usus hoc versu Euripidis Plinius lib. IV. Ep. II. in re simili de Maximilla Vestali. HEINS.

837. *Sua nomina fallit.*] Cognomen hoc L. Junii Graeci interpretatur Ἄλλαξ. NEAP.

838. *Semanimi.*] *Semanimis* Hamb.

839. *Stillantemque tenens (Brutus) generoso sanguine cultrum, Edidit impavidos ore minante sonos.*] Ut Antiochus undecimo lib. II. de Arte dicendi, perfectum fit cum, qui alicujus, qui indigne maximi alicujus perpessi est, gladium, aut aliud hujusmodi, quo ille interfectus est, ostendit, summam misericordiam atque indignationem excitare solitus sum, qui malum passus. CICERO.

840. *Ore minante.*] *Minanti* unus Micyll. Lege, *minaci*. HEINS.

841. *Per tibi ego hunc juro fortem.*] Manes sunt deificati mortui, quos antiquitus veneratos ut Deos. Cicero, Tusculanarum mater, in epistolâ ad filium, genere ista hac illi etiam praecipit: *tibi in animo sit, parentabis mihi, & novendiales Deum placabis*. Ubi cum fugax Criticus D. M. id est, *Dis Manibus parenti*; *ne te tempore non putaut te curare Deum pietas sapiens, quae virtus atque praestantes relictos atque desertos habueris*. Exstant haec in fragmentis Cornelii Nepotis. NEAP. Vide Epist. III. 105.

844. *Diu.*] *Mihi* Junian. & quatuor alii.

845. *Illa jacens ad verba.*] *Adversa* octo veteres. quod placet. HEINS. Pro *movit* alter Mazarin. *vertit*.

847. *Fertur in exsequias.*] Scripsisse Poëtam existimabat Scaliger, *Exsequias fertur*. Ut *exsequias ire*, non *in exsequias*.

Exsequias fertur animi matrona virilis.
DAN. HEINS.

850. *Concitat.*] *Convocat* quatuor & edit. Neap.

851. *Tarquinius cum prole fugit.*] Anno ab Urbe conditâ CCXLIV. Regno praefuit annos XXXVIII. seu verius XXXVII. Graviter lapsus paullum supra laudatus Theophilus Patriarcha Antiochenus, cum de Tarquinio scripsit: Ὃς ἐβασίλευσεν ἔτεσιν λ', NEAPOL.

851. *Capit annua Consul.*] Abit prima aetas (sic vocarunt illam sub Regibus) accedit secunda. Universa potestas datur Consulibus, sed duobus libertatis vindicibus, L. Junio Bruto & L. Tarquinio Collatino: sed nemo eorum Consulatum finit; nam Collatinus se eo abdicavit. Florus: *Tantumque libertatis novae gaudium incesserat, ut vix natali suo satis fidem caperent, alterumque ex Consulibus, tantum ob nomen & genus regium, fascibus abrogatis, Urbe dimitterent.* Tunc, *ex Senatus consulto*, inquit Livius, *lex lata, ut omnes Tarquiniae gentis exules essent*. In ejus locum suffectus Valerius Poplicola, ut ex Fastis Capitolinis eruimus. Alter, qui L. Junius Brutus, cum Arunte Superbi filio equestri pugnâ congressus, invicem hastis transfixi sunt. Subrogatus in Consulatum Sp. Lu-

Lucretius Tricipitinus: qui etiam paullo post mortuus, in ejus locum suffectus M. Horatius Pulvillus. Quinque igitur Consules eo anno nominantur. NEAP.

852. *Dies regnis illa suprema fuit.*] Caligula primus speciem principatus convertisse videtur in regni formam; sed Regis regnique nomen non usurpatum, nisi, inclinato jam Romano Imperio, à Gothis, Francis & Vandalis. NEAP. *Ultimus ille fuit* Patav. unus. *annua regna* etiam Petav.

853. *An veris praenuntia venit hirundo.*] Expressit Sapphonis sententiam:

—— ἦρ᾽ ἔαρος ἀγγέλα ἰμερόφωνα ἀήδών.

CIOFAN. *An veniat praenuntia veris* Sarrav. & duo alii, nisi quod *venit* habent.

853. *Praenuntia venit hirundo.*] Videtur rejicere hirundinum adventum in diem XXII. sive XXI. die IV. post Solis ingressus in Pisces: in eâdem sententiâ Eudoxus. Geminus in Elementis Astronomicis: Ἐν δὲ τῷ δεκάτῳ τοιαῦτα ἐμφαίνεται γίνεσθαι· ἀλκυονίδες παλλόμεναι. Εὐδόξῳ δ᾽ Ἀρκτούρῳ ἀκρόνυχος ἐπιτέλλει, καὶ ὑετὸς γίνεται, καὶ χελιδὼν φαίνεται. καὶ τὰς ἐπομβρίας ἐμέσας λ' Βορέας πίνει, καὶ μαλακὸς ὁ ἐτησίαι πνέει. NEAPOL.

854. *Et metuit.*] *An metuis* quatuor scripti.

857. *Jamque duae restant noctes.*] Tertio Kalendas Martias Equiria celebrabantur frequenti equorum cursu; quae à Romulo Marti instituta adinflar Consualium. NEAP.

858. *Junctis curribus urget equos.*] Nam singulis missibus quatuor aut plures quadrigae laxato repagulo certatim sese fundebant ad palmam: inde, *aemuli currus*, Julio Solino in Polyhistore. NEAPOL. *Citis junctos* Pembroc. ut ita *jungere equos* II Met. & inf. IV. 180. & pallim. *citus junctis* tres.

859. *Permansit Equiria nomen.*] Varro lib. V. de L. L. *Equiria ab equorum cursu: eo enim die currunt equi in campo Martio.* Vetus codex habet, *Equrria*. NEAP.

860. *Prospicit ipse suo.*] *Prospicit* in quibusdam. NAUGER. *Prospicis* rectius veteres multi. HEINS.

861. *Locum tua tempora poscunt.*] Lego, *suo*. nam *tuo nomine* mox sequitur. sic supra:

—— *Poscunt sua tempora somnum.*
HEINS.

864. *Jam mihi linter.*] *Mea linter* quatuor codices. sic in veteri exemplari lib. VI. Fast. 779.

Forte coronatae juvenum convivia lintres.

Priscianus libro V. *Apud Graecos masculinum est ὁ λιντὴρ, apud nostros foemininum est. Livius in VI. jam in altum expulsa lintre.* Sic & *celox* foeminino genere legitur apud Plautum. apud Tibullum tamen est, *Exiguus linter*. sic & *lembus* foeminini generis in antiquis codicibus Claudiani, ut *Phaselus*, Virgil. *Centauro invehitur magna*. HEINS. Francof. etiam, *mea linter*. Sedulius praef. ad Macedonium, *Tam immensum pelagus parva tuo linter tremit cucurrerim*. Auctor elegiae in Drusum 428.

Quam semel umbrifera navita lintre tulit.

Modius Novant. Lect. cap. CXIII. malebat etiam, *naviget hic*, pro *hinc*: *mea navis* Voss. Burm.

P. OVIDII NASONIS FASTORUM

LIBER III.

Bellice, depositis clypeo paullisper & hastâ,
Mars, ades; & nitidas casside solve comas.
Forsitan ipse roges, quid sit cum Marte poëtae.
A te qui canitur, nomina mensis habet.
Ipse vides manibus peragi fera bella Minervae.
Num minus ingenuis artibus illa vacat?
Palladis exemplo ponendae tempora fume
Cuspidis. invenies & quod inermis agas.

Tum

1. *Pacifer.*] *Paulumper* Junian.

2. *Mars ades.*] *Ades* temporis imperativi. Terentius in Andria:

Adesdum, paucis te volo.

& in Eunucho:

Dum animo es.

Ciofan. Invocat in ipso initio Martem, à quo nomen mensi inditum, sed inertiem, exemplo Palladis, quae vacat pacis & belli studiis. Neap.

3. *Forsitanque roges.*] Occurrit objectioni, quam finitimi confutat. Ciofan.

3. *Poëtae.*] *Poëtis* alter Puteam.

4. *Non injens ingenuis.*] Languet versiculus: exigo ex antiquo nostro codice:

Num minus ingenuis artibus illa vacat?

Neapol. *Num minus* meliores, ut monui ad Epistolam XI. Sf. 19. atque ita Neapolis. Heins.

5. *Palladis.*] *Palladis* Gott. rep.

6. *Tunica Cassidis.*] *Cassidis* in quibusdam. Naug. Facta mutatio à Hesiodo inspecta, eadem varietas infr. VI. 8. Met. VII. 8. & apud Statium lib. IX. 237. *Illi tunicâ cassidis.* ubi *cingite* Mss. sed idem Statius VII. Theb. 10.

Atque ita sua tempora cingerat cassida Mavors.

Heins.

7. *Et quo Dicendi erat.*] Lego in eodem, *et quod.* Neapol. *Quod* cum modestiae. jam dixi Fast. IV. 11. 18. 707. Heins.

9. *Nomina fecundae.*] Amor. lib. III. El. VI. monui rectius videri legendum, *Trojana.* sequenti versu, pro *femina magna*, Ursini liber & unus Patav. *femina digna.* ut & Nauger. Heins. *Nomina magna* Vatican. & Patavin. *& dedit* Stroz.

11. *Silvia Vestalis.*] *Ilia* Arondelianus. vide quae supra observamus ad lib. II. Sf. 383. sic & infra paulo post vetus liber Morcti, *Ilia fit mater.* Heins. Sed Priscianus lib. IX. pag. 864. & XI. pag. 920. *Silvia* agnoscit. *quis enim* etiam Bernens. & nonnulli alii.

12. *Sacra lavaturos.*] E more quotidiano Vestalium. Plutarchus: Τῶν δ' ἁγνῶν ἡ κατάρξη τὸ χρεών, ὅθεν ἀεὶ ἀνθλίζει ταῖς Ἑστίαις παρθένοις, ἕνεκα παρθένου καὶ ἱερείας, ἀφ' ἧστις ἡ ῥύσις τὸ ἀνάπαλιν. Scimo hic illi de fonte, quem Numa ad templi lotionem virginibus dedit. Silviam credibile e flumine Tiberino tunc undam hausisse. Neap. Intellige non de Tiberi, quod volebat Neapolis, sed de Numicio. Servius ad illa Virgilii Æn. VII. 150. *Fontis flagna Numici: fontis stagna verum est. Nam Numicius integer ante fuvius fuit, in quo repertum est cadaver Aeneae & consecratum. post paulatim decrescens in fontem redactus, qui & ipse siccatus est, sacris intercepta. Vestae enim libare non nisi de hoc fonte licebat.* Heins.

14. *Fictilis urna coma.*] Aurelius Propertius de Tarpeiâ Vestali: lib. IV. IV. 15.

—— *At illi*
Ingestat medium fictilis urna caput.

Mos gestandi quodcunque pondus, non magis vetus Latio receptus quàm aliis gentibus. Noster de Tomitanis, in libris Ponticis: III. VIII. 11.

Femina pro lanâ cerealia munera frangit,
Suppositoque gravem vertice portat aquam.

deque Argivis in Amatoriis: I. X. 5.

Qualis Amymone siccis erravit in agris,
Cum premeret summi verticis urna comas. Neap.

13. *Ventum erat ad molli declivem tramite ripam.*] Haec est Masfei & duorum Var. lectio. placet. Ciof. *Molli declivem* praestantiores omnes. unus Farnes. *molli declivum*, sic *per decliva*, pro *declive*, Met. II. Sf. 206. in optimis membranis. Heins. Vid. infr v. 154. parum tamen refert, an *mollem declivi*, an *molli declivem tramite ripam* legamus. *mollem declivo* Bern.

15. *Fessa resedit humo.*] *Humi* meliores. quare frustra est Carrio, qui ad lib. I. 710. Val. Flacci *sedere humo* passim apud auctores contendit legendum. Heins. Vid. ad III. Am. II. 25.

16. *Restituitque.*] *Composuitque* Bonon. & Moreti. quod non displicebat Heinsio, quia hoc verbo, in hac re proprio, ita saepe utitur Naso. vid. I Amor. XI. I. & VI. 68. II. Art. II. 303. Rem. 679. & alibi. Sed hic nihil muto. componitur enim coma in majori otio & ad speculum, hic restituit tantum ut poterat. *recomponere* dixit I Am. VII. Sf. ult. Burm.

17. *Canorae.*] *Sonorae* Mazar.

19. *Victis furtim subrepit ocellis.*] Duo Vatic. *obrepit.* Statii vero: *Victos oppressit ocellos.* Masfei: *Victos supressit ocellos.* Ciofan. *Subrepsit* scripti plerique. *victis furtim subrepsit* opt. Ambros. utrumque bene. Ep. Herus, XIX. 46.

Sed movet obrepens somnus anile caput.

perperam alii, *victos oppressi ocellos. subrepit* Voss.

21. *Mars videt hanc, visamque cupit, potiturque cupita.*] Citat hunc versum Diomedes. Ciof. *Cupitam* opt. Ambros. Lacti & unus Farnes. quomodo etiam legit hoc loco Diomedes Grammaticus. Apulejus Metam. IX. *Nam sibi statutam decretamque mortem proximare, ni maturius cupito potiatur.* Tò *potiri* cum quarto casu conjunxisse Naevium, Accium, Pacuvium, Terentium, Lucretium ex Nonio Marcello discimus. idem passim aliorum auctoritate hac in re utitur. Symmachus libro I. Epist. XVIII. *Potiris merito summa judicia.* Cicer. I. Tuscul. *Cum ego doleam, si ad decem millia annorum gentem aliquem urbem nostram potiturum putem.* Heins. Vid. ad XIII. Met. 729.

22. *Furta fefellit ope.*] *Furtum* hoc sensu sacpicule Poëtis. Catullus ad Mallium:

Conjugis in culpâ flagravit cetidianâ,
Noscens omnivoli plurima furta Jovis. Neap.

22. *Fefellit.*] Ἐνεργητικῶς, pro abdidit, occultavit. Neapol.

23. *Jacet ipsa gravis.*] Scite *gravis*, affirmant enim Physici mulieres post conceptionem statim gravescere. Ciofan.

23. *Jam fallacet.*] *Clam* Patavin. *nam* multi.

24. *Conditor urbis erat.*] *Eras* Mazar. pr. Med. & Politiani Excerpta. bene. Sequenti versu *nec fuit* meliores, non *nescit.* Tullichemianus elegantes:

Tum quoque inermis eras, cum te Romana sacerdos
Cepit; ut huic Urbi femina digna dares.
Ilia Vestalis (quid enim vetat inde moveri?)
Sacra lavaturas mane petebat aquas.
Ventum erat ad molli declivem tramite ripam:
Ponitur è summâ fictilis urna comâ.
Fessa resedit humi; ventosque accepit aperto
Pectore; turbatas restituitque comas.
Dum sedet; umbrosae salices, volucresque canorae
Fecerunt somnos, & leve murmur aquae.
Blanda quies victis furtim subrepit ocellis:
Et cadit à mento languida facta manus.
Mars videt hanc, visamque cupit, potiturque cupitam:
Et sua divinâ furta fefellit ope.
Somnus abit: jacet illa gravis. jam scilicet intra
Viscera, Romanae conditor Urbis, eras.
Languida consurgit; nec scit cur languida surgat:
Et peragit tales arbore nixa sonos;

Uti-

Max. & quatuor alii. bene. nisi Nasonem contendimus scripsisse, *victos obrepsit ocellos.* quod verbum Lucanus quoque cum quarto casu conjungit. Vide quae noto Met. VII. Sf. 155. Heins. *Blandis* Mazar. *capiti* Stroz.

27. *Mars videt hanc, visamque cupit, potiturque cupita.*] Citat hunc versum Diomedes. Ciof. *Cupitam* opt. Ambros. Lacti & unus Farnes. quomodo etiam legit hoc loco Diomedes Grammaticus. Apulejus Metam. IX. *Nam sibi statutam decretamque mortem proximare, ni maturius cupito potiatur.* Tò *potiri* cum quarto casu conjunxisse Naevium, Accium, Pacuvium, Terentium, Lucretium ex Nonio Marcello discimus. idem passim aliorum auctoritate hac in re utitur. Symmachus libro I. Epist. XVIII. *Potiris merito summa judicia.* Cicer. I. Tuscul. *Cum ego doleam, si ad decem millia annorum gentem aliquem urbem nostram potiturum putem.* Heins. Vid. ad XIII. Met. 729.

28. *Furta fefellit ope.*] *Furtum* hoc sensu sacpicule Poëtis. Catullus ad Mallium:

Conjugis in culpâ flagravit cetidianâ,
Noscens omnivoli plurima furta Jovis. Neap.

28. *Fefellit.*] Ἐνεργητικῶς, pro abdidit, occultavit. Neapol.

29. *Jacet ipsa gravis.*] Scite *gravis*, affirmant enim Physici mulieres post conceptionem statim gravescere. Ciofan.

29. *Jam fallacet.*] *Clam* Patavin. *nam* multi.

30. *Conditor urbis erat.*] *Eras* Mazar. pr. Med. & Politiani Excerpta. bene. Sequenti versu *nec fuit* meliores, non *nescit.* Tullichemianus elegantes:

Utile sit fausumque, precor, quod imagine somni
Vidimus. an somno clarius illud erat?
Igribus Iliacis aderam: cum lapsa capillis
Decidit ante sacros lanea vitta focos.
Inde duae pariter (visu mirabile) palmae
Surgunt. ex illis altera major erat:
Et gravibus ramis totum protexerat orbem;
Contigeratque novâ sidera summa comâ.
Ecce meus ferrum patruus molitur in illas.
Terreor admonitu; corque timore micat.
Martia, Picus, avis gemino pro stipite pugnant,
Et Lupa. tuta per hos utraque palma fuit.
Dixerat: & plenam non firmis viribus urnam
Sustulit. implêrat, dum sua visa refert.
Interea crescente Remo, crescente Quirino,
Coelesti tumidus pondere venter erat.

Quo

Languida cum surgat, nescit cur languida surgat. HEINS. *Romulese urbis* duo Farnesiani.

25. *Languida consurgit.*] Attius Telepho apud Priscianum: *Jam cum stupido Thessala somno corpora languentque senentque.* NEAPOL.

26. *Nixa genua.*] *Preces* Petav. & Putean. lib. v. Sed

Et peragit solita fallere voce preces.

ny spargis hic habebat Putean.

28. *An somno clarius.*] Plus quàm ὑπαρκτὸν. NEAP.

29. *Cum lapsa.*] *Collapsa* Junii. Sarrav. & plurimi alii. *cum sparsa* Putean.

30. *Ante sacros lanea vitta focos.*] Ex se ipsâ, à Pontifice convictae jam adimendâ. Dionysius de Oppiâ, seu Opimiâ, ad supplicium damnatâ: Λύσαν μὲν τῆς ἱερωσύης ἀφελόμενοι τὰ στέμματα, καὶ περιελόντες δὲ ἀγυιᾶς, ἐνθὲς πέζους ζῶσαν κατέθαψαν. Infigne erat, quod ut Vestalibus proprium, ita aliis cuivis numini consecratis. Juvenalis de Cerealibus sacerdotibus:

Pauca ederi Cereris vittas contingere dignas.

SERVIUS.

30. *Lanea vitta focos.*] Meus vetus (verum fatear) habet, *livea*. Damno scripturam, licet à libris aliquot defendam; cum non ex aliâ materiâ quam lanâ vittas apud veteres legam, tum ad res exigendas, tum ad cines. NEAP. *Laurea vitta* multi ex scriptis alii, *vitta soluta*, pro *soluta*. Omnia bene. *Laneam vittam* Virgilius quoque dixit. *De laurea vitta* habet supra initio lib. II. Trist. IV. elegi. 11.

Et adhibet merito laurea vitta Jovi.

Ita enim scripti meliores. HEINS. *Aurea vitta* Lertius, *defunt* enim Mazar. 2. m. p.

31. *Inde duae.*] *Sudo duae* Mazar. unde Heinsius conjiciebat, *aede*, vel *ecce*. sed *ecce* mox sequitur. & palmae illae natae ex ipso foco, sive ara, ut simile prodigium apud Tarraconenses, *qui palmam in ara Augusti natam* nuntiabant, narrat Quinctil. VI. de Inst. Orat. 3. Vid. inf. ℣. 718. ita & ex ara palmam & laurum surgentes referunt nummi Caesareae in Palaestina, vid. Vaillant. nummos Coloniarum in Trajano Decio pag. 105. sed & ex vitta surrexisse palmas intelligere possumus. BURM.

31. *Visu mirabile.*] *Memorabile* Patav. *miserabile* duo.

33. *Protexerat.*] *Pertexerat* Bernens. & tres alii. *praetexerat* Arund. & octo alii. vid. III. Trist. 1. 34.

34. *Sua sidera summa coma.*] *Novâ comâ* Mss. Zulich. Voss. Arondel. & quatuor alii. HEINS.

36. *Terreor a monitu.*] Tres notae veteris codices, *Terreor admonitu*. Iidem, *timore micat*. NEAP. *A monitu* editio Neapolis & aliae. Sed perperam. Epist. XIV. 17. *Cor pavet admonitu ejus*, deinde, *timore pavet*, multi codices & editi. *Salii* Vossian. & Moreti. *tremit* duo, *vocat* Gott. omnes fruftra. vid. ad Epist. I. 45. HEINS.

37. *Martia picus avis.*] *Martius picus* haec avis passim appellatur. Sic Fabius Pictor & Varro apud Nonium, Servius & alii. Non. Marcell. *Picumnus & avis est Martia dicata, quam picum vel picam vocant, & Deus, qui sacris Romanis adhibetur. Hyginus. Est parra Vestae, sicus Martis.* BURM.

37. *Pugnant.*] *Pugnat* plurimi. sed male. *pugnat* Junian. & pr. Vatic.

38. *Et lupa.*] De alite & hac Plutarchus: Νομίζεται δ' ὑπὸ Ἀρεος ἱερὰ τὰ ξύλα τὸν δὲ δρυοκολάπτην καὶ διαφθείροντος λαττίνου σβέννυσι καὶ τιμῶσιν. NEAPOL.

40. *Dum sua visa refert.*] *Sata verba* pr. Med. an, *rata visa*. HEINS. *Dum sua verba* Petavii unus.

44. *Jam duo.*] *Jam sua* Putean. Farnes. & Vossii Excerpta.

45. *Sylvia fit mater.*] *Ilia fit mater* Moreti & Francof. vid. supr. ad ℣. II.

45. *Vestae simulacra feruntur.*] Ficta haec. Nec simulacrum ullum fuit umquam in aede Vestae: unde tu ipse in VI.

Esse diu stultus Vestae simulacra putavi;
Mox didici curvo nulla subesse tholo.

in nummis tamen vidi illud sedens in bipede, & patinam libatoriam manu tenens; sed, ut vides, extra templum. NEAP.

46. *Oculis opposuisse manus.*] Simile evenit scelestae illi Tulliae, viso parentis signo in fano Fortunae. Noster in VI.

Post tamen haec ausa est templum, monimenta parentis,
Tangere: mira quidem, sed tamen acta, loquor.
Signum erat in solio residens sub imagine Tulli,
Dicitur hoc oculis opposuisse manum.

NEAPOL. *Praeposuisse* Moreti.

47. *Ara Deae certe tremuit.*] Hanc in denariis videre licet cum carbonibus in medio accensis, & his litteris in ora, VESTA. SC. NEAP.

48. *Et subiit cineres.*] Fere extincta: quod super omnia gravia & timenda Romani habebant. NEAPOL.

Quo minus emeritis exiret cursibus annus,
Restabant nitido jam duo signa Deo.
Sylvia fit mater: Vestae simulacra feruntur
Virgineas oculis opposuisse manus.
Ara Deae certe tremuit, pariente ministrâ;
Et subiit cineres territa flamma suos.
Haec ubi cognovit contemtor Amulius aequi:
(Nam raptas fratri victor habebat opes)
Amne jubet mergi geminos. scelus unda refugit.
In siccâ pueri destituuntur humo.
Lacte quis infantes nescit crevisse ferino,
Et picum expositis saepe tulisse cibos?
Non ego te, tantae nutrix Larentia gentis,
Nec taceam vestras, Faustule pauper, opes.
Vester honos veniet, cum Larentalia dicam:
Acceptus geniis illa December habet.

Mar-

50. *Raptas.*] *Raptor* Petav. *fratris* multi.

51. *Geminos.*] *Pueros* Vatican. & duo alii.

55. *Nutrix Laurentia.*] Alter Mazar. *Larentia*, pro diversa lectione. quomodo & unus Medicaeus. *Acca* quoque *Larentia* dicitur in melioribus exemplaribus Fulgentii de priseo sermone, & Ciceroni libro epistolarum ad Brutum & A. Gellio ter quaterve Noct. Attic. VI. 7. editione quam Ludovicus Carrion ex antiquissimis membranis castigavit. nec aliter castigandum in Eusebii Chronico ad annum MCCXV. neque aliter Plinio libro XVIII. cap. 2. Nat. Hist. in optimo codice Chifletiano. sequenti versu *Larentalia* ex uno suo Neapolis. recte. ita enim in Kalendariis marmoreis id festum, ita à Varrone, Festo, Livio, Halicarnassaeo, aliis appellatur. sic certe in Livii & Halicarnassensis vetustis scribi exemplaribus monet Sigonius. Codex veterrimus Egmondanus Prudentii libro II. contra Symmachum ℣. 562. *Larentina* quoque agnoscit. & antiquissima exemplaria Lactantii libro primo de Falsa Religione cap. 20. *Auctor est Livius Larentinae esse simulacrum, & quidem non corporis, sed mentis & morum.* Quamquam in nonnullis exemplaribus, *Larentiae*, quomodo & Plutarcho appellatur in Romulo, Minucio Felici in Octavio, Tertulliano bis in Apologetico, cap XIII. & XXV. & ter quaterve libro II. adversus Nationes cap. X. & XVII. Plinio Naturali Historia. eidem Plutarcho Quaest. Rom. XXXV. Victori de Viris Illustribus, denique in vita Procae regis Albani. Gellio libro VI. cap. 6. Macrobio lib. I. cap. 10. Ceterum cum scriptores Christiani *Larentinam* hanc faeminam appellare malint quàm *Larentiam*, non dubito & Lactantium sic enunciasse. apud eundem eodem loco *Larentinalia* festum *Larentinae* dici-

Martia ter senos proles adoleverat annos;
Et fuberat flavae jam nova barba comae.
Omnibus agricolis armentorumque magistris
Iliadae fratres jura petita dabant.
Saepe domum veniunt praedonum sanguine laeti,
Et redigunt actos in sua rura boves.
Ut genus audierunt; animos pater editus auget:
Et pudet in paucis nomen habere casis:
Romuleoque cadit trajectus Amulius ense:
Regnaque longaevo restituuntur avo.
Moenia conduntur: quae, quamvis parva fuerunt,
Non tamen expediit transiluisse Remo.

Jam,

ter, nullis veterum librorum dissentientibus. Macrobius quoque etsi *Accam* appellet *Larentiam*, non *Larentinam*, illum tamen ejus *Larentinalia* nuncupat, non *Larentalia* cum Nasone, *Laurentilia* Antholicius. Heins.

57. *Quae Laurentalia dicam.*] In meo, *Larentalia*. firmat Festus editionem in his: *Larentalia, caniicia Faustae, nutricis Remi & Romuli; Larentinae festa.* Sunt in veteri Kalendario mense Decembri a. Kal. quod & è Macrobio observa. *Primo Junii.* x. *Kal. feriae sunt Jovis, quae appellantur Laurentalia.* Sacra faciebat flamen Martialis, teste Plutarcho in Romulo; sed scribit ille: Τὰ δὲ Λαυρεντίας, καὶ ἔοικε Τερεντίᾳ, καὶ γὰρ ἑταίρα ἐπὶ Τάρροντος τοῦ Ἡρακλέους γενέσθαι λέγεται. Hujus scriptoris emendam tueatur qui velit, nos laboraturos crediderit. Neap.

58. *Acceptas genius.*] Ob Saturnalia. Ausonius:

Aurea nunc rescrat Saturni festa Decembres:
Nunc tibi cum domino ludere verna licet.

& Ibycus epigrammatarius ad Fulcum:

Cetera lux medius praebet tibi grata Decembres.

Ad geniales hos dies alludit, cum fora clausa, & otiosis exercitiis, ludisque etiam intermissio. Huc facit C. Plinius Junior in Epistolis: *Atque ideo tu in februarios recessus, ego Saturnalia extendo.* Neap. Quod eo mense & Saturnalia celebrabantur, & indulgebatur per illos dies genio. Sed & undecimo Kalendas Januarias feriae Laribus consecratae, quibus eodem bello Aeniochi Aemilius Regillus praetor in Campo Martio curandam noviffet, teste Macrobio. A. Gellius Noct. Atticar. libro VI. cap. 7. docet à flamine Quirinali sacrificium fieri Accae Larentiae, quod populum Romanum bonis suis largiendo instituisset. idem ex Sabino Massurio narrat, *Fratres arvales numero duodecim instituisse, quod Romulus Accae filium sese dederit, cum illa ex liberis duodecim unum morte sublatum amissset. Ex illo & Romulum & ceteros fratres fuisse appellatos arvales, collegiumque permansisse fratrum arvalium numero duodeno, cujus sacerdotii insigne sit corona spicea cum albis infulis.* Simillima prorsus ex Rutilii Gemini libris Pontificalibus haec in rem proferuntur à Fulgentio Planciade in libello explicationis Sermonum Antiquorum, voce, *Arvales fratres.* Heins.

59. *Ter senos.*] *Ter senis annis* nonnulli. Naug. Vid. ad I Art. Amat. 648.

60. *Jam nova barba comae.*] Antiquo verbo utar, *pilabant.* Festi Abbreviator: *Pilat, pilos barbae incipit.* Novam barbam exponunt Glossae, νεοβόστρυχον, quae Lucilio dicta, *barbula prima.* Efflet & *nova barba* recenter laevigato. Pro radere dixerunt veteres, *novare barbam.* Arnobius: *Quis novatio & revelatio pudendorum.* Neap.

61. *Magistris.*] Quidam scripti, *ministris.* ut & Edit. Neapolis. perperam; ut ad Val. Flac. VI. 536. plenius ostendemus. Burm.

63. *Saepe domum veniunt.*] In veteribus, *saepe domum redeunt.* Naug.

64. *Et redigunt actos in sua jura boves.*] Statii liber, *Et redigunt raptos.* Ciofan. *In sua rura meliores.* Heins. *Actos* non mutem (licet in tribus etiam scriptis apparent *raptos.*) cui respondet *redigunt.* Actos sive abactos à praedonibus rursus agunt in sua rura. lib. II. 370.

—— *juvences*
Romanis praedones, tripl, dixit, agunt.

I Met. 676.

Ista agit, ut pastor, per devia rura capellas,

& passim. *in sua tecta* etiam duo. *castra* unus. Burm.

65. *Ut genus audierant, animos pater editus auget.*] *Audierunt* bene Patav. de quo Ep. VII. 38. 166. neque aliter Nanget. deinde, *pater agnitus* Ursin. duo Patav. duo Mediceï. ut Ep. XVI. 90.

Regnis agnoscor per vota frequens puer.

& Epist. VI. 123.

Si quaeris cui sint similes, agnoscetis illi. Heins.

Non

Jam, modo quà fuerant silvae pecorumque recessus,
Urbs erat, aeternae cum pater Urbis ait:
Arbiter armorum, de cujus sanguine natus
Credor; & ut credar pignora certa dabo:
A te principium Romano ducimus anno:
Primus de patrio nomine mensis eat.
Vox rata fit; patrioque vocat de nomine mensem
Dicitur haec pietas grata fuisse Deo.
Et tamen ante omnes Martem colucre priores.
Hoc dederat studiis bellica turba suis.
Pallada Cecropidae, Minoïa Creta Dianam,
Vulcanum tellus Hypsipylea colit:

Juno-

Non credo à librariis potuisse proficisci, *editus*, quod verbum est abstrusioris elegantiae & usus minus vulgaris quàm *agnitus*, quod obvium. praeterea non tam recte patrem dici *agnitum* quàm filium puto; ut lib. XIII. Met.

Aeacon agnovit summum prolemque fatetur
Juppiter esse suam.

Editus vero pater hic est, qui publice jam dicebatur ab omnibus pater, antea ignotus. sic lib. I. 761.

Ede notam tanti generis.

III. 580.

Ede tuum nomen nomenque parentum.

VIII. 459.

At simul est auctor necis editus.

& passim. sic *edi* dicebantur oracula sacra, quae in vulgus exibant. vid. Gron. ad Liv. XXV. 12. & XLIII. 14. & nos alibi ad Nasonem. Burm.

66. *In parvis casis.*] *In paucis* Ursin. prim. Farnes. Zulich. Mazar. Nauger. Petav. & octo alii. Heins.

68. *Restituuntur avo.*] Caeso Amulio Numitori regnum Albanum. Neap.

69. *Parva fuerunt.*] *Feruntur* Moreti. *fuissent* Iccm.

71. *Pecorumque recessus.*] Qui in Palatio: ea propter ejusdem pars dicta *Pecusium*, auctore Festo: cujus & meminit M. Varro lib. IV. de L. L. *Sed hoc alii à Palantiâ uxore Latini putarunt: eumdem hunc locum Pecusium à pecore dictum putant quidam; itaque Naevius Balantium appellat.* Neap. Qua prim. Ambros. Laeti aliique complures. quomodo apud Propertium libro IV. Eleg. I.

Hoc quodcunque vides, hospes, qua maxima Roma est

eam enim esse veram scripturam jam alii viderunt. deinde, *memorumque recessus* duo codices, ut apud Lucanum lib. V. 125.

Custalios circum lucos nemorumque recessus.

Mazar. aliique duo, *pecudumque recessus.* forte *procreumque.* Heins. Mihi placet, *memorumque recessus.* quae *memorum secreta* vocat lib. I. Met. 594. *saltusque* lib. VI. 755.

Lucus eum, memoriique tui, Dictynna, recessus
Celat.

vide quae notavimus ad Lib. I. Fast. 512. *nemus* vero & *pecus* librarii etiam confuderunt apud Claudian. Epith. Pallad. 49.

—— *jam lustra Lycaei*
Atque nemus cordi.

ubi alii codices, *pecus.* & apud Propertium lib. IV. Eleg. IX. agens de hoc ipso fere loco urbis, postea Romae:

Venit ad invictos, memorosa palatia, montes,

ubi *pecorosa* alii. & apud Virg. XII. 719.

Quis memori imperitet.

ubi *memori* multi. *qua* vero recte ab Heinsio repositum. vid. ad III. Amor. XV. 12. Burm.

73. *De cujus sanguine credor Natus.*] Duo Vatic. Statii, Urs. *De cujus sanguine natus Credor*; melior omnino ordo. Ciofan. *Semine natus* unus.

74. *Pignora multa.*] In nonnullis, *pignora certa dabo.* Nauger. Sarrav. & duo alii, *pignora certa.* quod in suis quoque Naugerius invenerat. sic libro Met II. 91.

Pignora certa petis, do pignora certa timendo,

infra hoc libro, 346.

—— *Imperii pignora certa dabo.*

& mox, 354.

Juppiter imperii pignora certa dabit.

Pont. lib. IV. Eleg. XIII.

Qui dederint animi pignora certa sui.

Severus in Aetna, 516.

Certaque venturae praemittit pignora flammae.

Heins.

75. *A te principium Romano ducimus anno.*] Reponc, *ducimus*, ex potioribus scriptis. sic Germanicus Aratcorum initio:

Ab Jove principium magno deducite Musae.

Heins. vid. lib I. 467.

76. *Mensis erit.*] Est Zulich. Maz. Voss. Arond. & tres quatuorve alii. quomodo lib. II. initio:

Alter ut it mensis, sit liber alter ut.

aris Petav. cum aliis duobus Heins.

Junonem Sparte, Pelopeïadesque Mycenae:
Pinigerum Fauni Maenalis ora caput.
Mars Latio venerandus erat; quia praesidet armis.
Arma ferae genti remque decusque dabant.
Quod si forte vacas, peregrinos inspice Fastos:
Mensis in his etiam nomine Martis erit.
Tertius Albanis, quintus fuit ille Falisci:
Sextus apud populos, Hernica terra, tuos.
Inter Aricinos, Albanaque tempora constant
Factaque Telegoni moenia celsa manu.
Quintum Laurentes, bis quintum Æquicolus asper,
A tribus hunc primum turba Curensis habet.

Et

80. *Hoc dederat.*] *Dederant* editio Janssoniana contra libros scriptos. Heinsius malebat, *dederit*. *haec* multi codices.

81. *Pallada Cecropidae, Minoïa Creta Dianam, &c.*] Quo quisque veterum Deorum loco cultus sit docetur his versibus:

Dodona est tibi Jupiter dicata,
Junoni Samos, & Mycena Diis:
Undas Taenaros aequorisque Regi.
Pallas Cecropias tuetur arces:
Delphos Pythius orbis umbilicum:
Cretes Delia Cynthiosque colles:
Faunus Maenalon Arcadumque silvas.
Est tutela Rhodos beata Solis:
Gades Herculis humidumque Tibur.
Cyllene celeri deo nivosa:
Tardo gratior aestuosa Lemnos.
Ennaea Cererem ususque frugum:
Baptam Cyzicos Ostrecosa Divam:
Formosam Venerem Gnidos Paphosque.
Nocturnis tibi Lampsacum dicarunt.
CUPERUS.

82. *Tellus Hypsipylea.*] Lemnos insula, ab Hypsipyle Thoantis filia. NEAP.

84. *Pinigerum.*] *Cornigerum* Mazar. alter; *piniferum* multi.

86. *Remque decusque.*] *Armiferae genti remque decusque dabat* Strozzae. optime Barthius lib. XXXVII. Adv. 6. hic divitias pacis & gloriam belli cum inesse docet. ut & apud Horatium in Carmine seculari:

Romulae genti date remque, prolemque,
Et decus omne.

& ita Menedemus apud Terent. Heaut. I. I. *In Asiam hinc abii propter paupertatem, atque ibi simul rem & gloriam armis belli reperi.* Liv. III. 68. *Patres Romani, praeda parta, agro ex hoste capto, pleni fortunarum gloriaeque simul publicae, simul privatae erat.* BURM.

87. *Vacas.*] *Vacat* Sarravii & plurimi alii. vide ad lib. II. 18.

87. *Peregrinos inspice Fastos.*] In his invenies etiam mensem hujus nominis. unde Censorinus de Die Natali, *Varro*, inquit, *Romanos a Latinis nomina mensium accepisse arbitratur. Auctores eorum antiquiores quàm Urbem fuisse satis argute docet: itaque Martium mensem à Marte quidem nominatum credit; non quia Romuli fuit pater, sed quòd gens Latina.* Albanis autem, Aricinis & Tusculanis erat ordine tertius, Forensibus & Pelignis quartus, Falisci & Laurentibus quintus, Hernicis sextus, Æquiculis decimus. NEAP.

90. *Sextus apud.*] *Habet* Vossian. & prior Puteaneus. HEINS. *Hernica* Petav. forte pro *Hernia*.

91. *Inter Aricinos Albanaque tempora constat.*] *Constant* Urfin. & quatuor alii. ut constructio sit, *inter Aricinos & Albana moenia constant tempora. restant* Mazarin. *restat* Zulich. HEINS.

91. *Albanaque tempora.*] Hoc est Albanos menses. sic & paulo post dixit:

Sanguinis auctori tempora prima dedit.

id est primum mensem. Ride nugas Pauli Marsi, qui, *Albana tempora*, interpretatur, quoad stetit Alba. NEAP.

92. *Factaque Telegoni.*] Vide Neapolim tuam sub initium lib. IV. NEAP.

93. *Æquiculus acer.*] *Asper* praestantiores magno numero. Virgilius lib. VII. 746.

Horrida praecipue cui gens assuetaque multo
Venatu nemorum, duris Æquicola glebis.

eidem paulo ante, *Saticulas asper.* & *asper Acarnan* Statio in Achilleide. HEINS.

94. *Turba Forensis habet.*] In bivio sum: nam pro Forensi turba vult intelligi Scaliger Forulorum gentes: qui Foruli, Sabinorum oppidum. Strabo lib. V. Σαβίνων δ' εἰσὶ, καὶ οἱ Φόρουλοι πέντε, πρὸς ἀπόρρασιν μᾶλλον ἢ κατοικίαν εὐφυεῖς. Doctissimus vero Geographus, *Forum populi*, oppidum situm in Albano monte; cujus accolas vocat Plinius lib. III. cap. 5. *Foro-populienses*. Movetur

Et tibi cum proavis, miles Peligne, Sabinis
Convenit: hic genti quartus utrique Deus.
Romulus, hos omnes ut vinceret ordine saltem,
Sanguinis auctori tempora prima dedit.
Nec totidem veteres, quot nunc, habuere Kalendas.
Ille minor geminis mensibus annus erat.
Nondum tradideras victas victoribus artes,
Graecia, facundum, sed male forte genus.
Qui bene pugnarat, Romanam noverat artem:
Mittere qui poterat pila, difertus erat.
Quis tunc aut Hyadas, aut Pleiadas Atlanteas
Senserat, aut geminos esse sub axe polos?

Esse

tur hic in Principem Criticorum, ex eo quod jam mentio fit ab Ovidio Sabinorum sequenti versu, nec aliâ prorsus ratione, quae gracilis & vesca: nam etiam praesumendum, *Foro-populienses* à Nasone comprehensos supra cum Albanis, qui incolunt ejusdem montis dorsum. Imo vates in illis:

Et tibi cum proavis, miles Peligne, Sabinis.

abfit, quod denuo mentionem faciat Sabinorum: Sed & tibi, inquit, Peligne, cum proavis Forensibus, qui Sabini sunt. Quis ergo vel tantillum recedat à Scaligero? NEAP. Forum Appii Politianus intelligebat. Haeret & Neapolis in hoc loco. Sed Ursin. Zulich. aliique decem ex melioribus nostris, *turba Curensis*, cum veterrimo Naugerii libro. ut Cures Sabinorum intelligat. HEINS. Forulenses etiam Micyllus intelligit: *Ferentis* unus Heinsii: quam lectionem & Marsus agnoscit, & pro *Ferentinis* capit, qui in via Latina in Hernicis ponuntur a Strabone. quia vero hic agitur de populis Romae conditae antiquioribus, nec Foro-Populienses, nec Foro-Julienses, nec Appienses, in hunc censum venire possunt, nec an Forulenses tam antiqui sint scio. quare *Curensis* recipiendum, qua forma & Plinius & Festus incolas Curium dixere. & sequentia hoc exigunt. Cum Sabinis enim, id est Curensibus, convenire Peligno ait, ut quartum mensem a Marte dixerint. BURM.

95. *Cum proavis Sabinis.*] Peligni, ut vides, gens Italicum, sed Illyricum Fello Pompejo: tua tamen fides certa mihi, Naso, in rebus incertis. NEAPOL.

99. *Nec totidem veteres.*] Incipit ostendere insolitam veterum Latinorum in rebus astronomicis. NEAPOL.

101. *Nondum tradideras.*] Unus Mediceus, *nondum tradiderat*. HEINS. *Victas artes* possumus quidem interpretari artes simul victas cum gentibus, vel quibus Romani deinceps Graecos superarunt. Martius *artes victas* victorum, quia eas a Graecis victis nondum acceperant. sed vereor ne haec vox libratio in mentem venerit ex aliis Nasonis locis, ubi simile ἐξώμοτον, quod placuit exscriptori, occurrit. vid. ad Epist. XX. 70. & cum in uno Mediceo & Vaticano legatur, *doctas victoribus artes*, illam lectionem simpliciorem & apertiorem credo. Heinsius, cum in uno etiam Mediceo *actas* reperisset, *auctas* conjecerat. non male. & quod firmari ex principio Tusculanarum Quaestionum Ciceronis posset. BURM.

101. *Victoribus artes Graecia.*] Intromisit igitur post bella Punica; & Romanum illud robur ac severitas paululum mutata: id plenâ manu annotavit miri vir ingenii Aldus Manutius lib. I. in suis Quaestis: cui addimus Strabonis locum, in quo prorsus contrarium; imo cunctus scriptor ille Imperii auctas opes his disciplinis refert acceptas. Legito haec ex lib. IX. *Καὶ Ῥωμαῖοι ὁμοίως ἐβλάβησαν ὑπὸ πολιτικῶν, οὐκ ὀλίγου δεῖν τῶν ἴσων παθόντες· ἀφ' ὧν ἡ ἀρχὴ πρὸς ὑφηγητὴν ἔσχον καὶ φίλον τὸν ῥητορικὴν ἄγων, ἐπίσχον καὶ ταύτης τῆς ἀσκήσεως, καὶ μαθητὰς πάντων κύριοι.* NEAPOL.

102. *Male forte.*] Ita Catullus XVI. 13. *male me maremm putastis*, id est hominem effeminatum & mollem. DOUZA.

103. *Romanam noverat artem.*] Non Graecanicam; nam illi evirati omnes & deliciis dediti: quorum exemplo à veteris militiae institutione Romani aliquando degeneraunt; sed non perierere. Alexander Severus, cum milites quosdam audisset à tetricâ majorum disciplinâ recessisse, vinciri jussit; & haec praefatus coram universo exercitu: *Commilitones, si tamen ista vobis, quae à vestris facta sunt, displicent, disciplina majorum Rempublicam tenet: quae si dilabatur, & nomen Romanum & imperium amittemus. Neque enim sub nobis ista facienda sunt, quae sub imperiâ illâ bellicâ facta sunt, milites Romani: vestri socii, mei contubernales & commilitones, amant, potant, lavantur Graecorum more, & quidem se instituunt; & ego*

hos

Esse duas Arctos; quarum Cynosura petatur
Sidoniis, Helicen Graja carina notet?
Signaque quae longo Frater percenseat anno,
Ire per haec uno mense fororis equos?
Libera currebant, & inobservata per annum
Sidera: constabat sed tamen esse Deos.
Non illi coelo labentia signa movebant;
Sed sua: quae magnum prodere crimen erat.
Illaque de foeno. sed erat reverentia foeno,
Quantam nunc Aquilas cernis habere tuas.

Per-

hoc divitiis feram, & non eos capitali dedam supplicio? Lavacra enim & balnea multitudini interdicta. Dionis Epitome de Antonino Caracallâ, qui merebat ut miles gregarius: *Καὶ ἐξ ἐκείνου ἐς τοὺς ἔσχατους κινδύνους, καὶ ἐς τοιούτους ἦλθε, μὴ λουτροῦ χρησάμενος, μὴ τὸν οἶνον πόσεως, ἀλλὰ καὶ πῦρ ἔστιν ὅτε ἐπιμεγαλύνων ἐξ οὗ πάντα τρόπον τὸν αὐτὸν ἐπόνει καὶ ἐκινδύνευε.* Observavit veterem disciplinam, non Graeculam immundam munditiem: sic bene illi post superatam Graeciam fuduere, ut Graecanicis legionibus Catones praeessent. Meminî legisse in Vulcatio Gallicano epitolim illam Marci ad Praefectum suum de Avidio, quem Syriacis legionibus ob hominis severitatem praefecit. *Avidio*, inquit, *Cassio legiones Syriacas dedi, diffluentes luxuriâ, & Daphnicis moribus agentes: quas totas excaldantes se reperisse Caesonius Vetilianus scripsit. & puto me non erraße; siquidem & ex eorum habetas Cassium, hominem Catonianae severitatis & disciplinae: neque enim milites regi possunt, nisi in veteri disciplinâ. Sic enim verßum à bono poëtâ dictum, & omnibus frequentatum:*

Moribus antiquis res stat Romana virisque.

Responsio Praefecti ad Marcum videnda in eodem Vulcatio. & haec satis de infligi illâ militiâ. Neapol.

103. *Pugnabat.*] *Pugnarat* tres scripti.

104. *Qui poterat pila.*] Et optimi codices habent, *tela*. Porro pilum teli genus erat. Neap. *Tela* plurimi codices.

105. *Ignis inest.*] *Quis tamen* Regius. *quis nunc* Petav. *Plaudat* etiam plurimi optimae notae, & ita fere aliis locis. Vid. Stat. IX. Theb. 260. sed vulgatam scripturam afferunt loca Propertii. II. XIII. 51. & III. III. 58. & Nostri XIII. M. 293. & alibi. Burm.

105. *Pleiades Atlantes.*] Hesiodus.

— Πλειάδων Ἀτλαγενέων ἐπιτελλομένων.

Neapol.

106. *Senserat.*] *Noverat* plurimi.

106. *Sub axe polari?*] Ἀρκτικὸν & Ἀνταρκτικὸν. Neapol.

107. *Esse duas arctos.*] Hac de re lib. IV. Trist. Eleg. III.

Magna, minorque ferae, quarum regis altera Graias,
Altera Sidonias, utraque sicca, rates.

Valer. Flaccus sub principium lib. I. ad alterum horum locorum fortasse respexit:

— *neque enim in Tyrias Cynosura carinas*
Certior, aut Grajos Elice servanda magistris.

Ciofan.

107. *Petatur.*] *Vocatur* multi, & seq. *Si carina vocat. tenet* etiam novem & contra vs. 113. *signa notabant* Regius & quinque alii.

109. *Percenseat.*] *Transcurrit in anno* Farnes. *praecenseat* Regius & duo. *pertranseat* unus. *supra percenseat* Bernens.

111. *Non observata per annum.*] *Et inobservata* Ursini, opt. Ambros. Mazar. Zulich. Voss. Arund. & sex alii ex melioribus. Metamorph. IV. 341.

At puer ut vacuis it inobservatus in herbis.

Martialis lib. VIII. Epig. XXXIII.

Aëra per vacuum delapsa sedentis in ipsos
Fluxit Arentillae blanda columba sinus.
Fluxerat huc casu, nisi inobservata maneret,
Permissaque sibi nollet abire fuga.

ita opinor scribendum. *Luserat hoc casu* nunc legitur. Crederes casu huc fluxisse, inquit, posses & legere, *Lapsa erat hoc casu*. Heins.

112. *Constabat sed tamen esse Deos.*] De Diis haec praeter rem videntur. censeo corrigendum:

Libera currebant & inobservata per annos
Sidera, constabat sed tamen esse suos.

certe in praestantissimo Zulicheniano codice *et deus* à manu secunda erat, erasa veteri scriptura. *constabant sed tamen esse deo* veterrimus Petavianus. posses & emendare:

Libera currebant, & inobservata per annum
Sidera, constabat sed tamen esse, diu.

Heins. Ego sanam & veram credo antiquam lectionem

Pertica suspensos portabat longa maniplos:
Unde maniplaris nomina miles habet.
Ergo animi indociles & adhuc ratione carentes,
Mensibus egerunt lustra minora decem.
Annus erat; decimum cum Luna repleverat orbem.
Hic numerus magno tunc in honore fuit.
Seu quia tot digiti, per quos numerare solemus:
Seu quia bis quino femina mense parit.
Seu quod adusque decem numero crescente venitur;
Principium spatiis sumitur inde novis.

Inde

ctionem. sed *Deos* hic non de omnibus Deis, quos esse constabat, capio, sed de sideribus, quae licet non observabantur, ut postea, tamen constabat illa sidera esse Deos; quod notum hic adituere nihil attinet. Burm.

113. *Signa tenebant.*] *Movebant* Mazarin. Vossian. & quinque alii. tum versu proximo, *quae magnum prodere crimen erat*, non *perdere*, alter Bononiensis. sic *signa movere* & *prodere signa* apud Lucanum. Heins. Postquam Cl. Bentl. ad Horat. I. Epist. XVI. 67. haeserat inter *prodere* & *perdere*, praefert tandem, *prodere*, quia non *perdunt* milites signa, quae sunt publica, sed *produnt*, cum deserunt. *arma* vero rectius *perdere* dicuntur, ut egregie veterum locis illustrat. ceterum ambigua hic & duplex vocis *signa* significatio ad ineptias luxuriantem Poëtam dedoxit; neque enim omnia in Nasone laudanda esse puto. Burm.

114. *Perdere crimen erat.*] Ob hoc legi, coërcitos milites pane hordeaceo, decimatione, discinctione, exercitu spectante. Legi, amictos velle mulebri, poenâ morte graviori ratâ. Legi, in castra hostilia projectos, in impedimenta castrorum unà cum captivis, virgis aliquando caesos, securi etiam percussos: si vere scelus & ratio ita poscebat. Neap.

115. *Illa quidem foeno.*] Sic in libris Statii, Maffei, Ursini & quibusdam Vatic. sequor. Ciofan. Scaliger ab autore scriptum existimabat, *Illaque de foeno:*

Non illi coelo labentia signa tenebant,
Sed sua: quae magnum perdere crimen erat,
Illa quidem foeno. sed erat reverentia foeno,
Quantam non aquilas cernis habere tuas.

Dan. Heins. Plutarchus de Romuli centuriis: Ἑκάστης δὲ ἀπὸ πεμπάδος, ἔχουσι τὸ ὄνομα πεντηκοστύας ἀπὸ τοῦ πλήθους ὀνομαζόμενοι, μάνιπλα τοῦτον Λατῖνοι καλοῦσιν. Donatus in Eunuchum Terentii: *Sibi fortasse vel coronam ex manipulo herbae vel hujusmodi conficiebant, quod pro signo sequebantur.* Neapol. *Illaque de foeno* legendum. idque ex auctoritate unius Vaticani & prioris Bononiensis. neque aliter editio Gryphiana. quomodo & Scaliger in ora codicis sui castigarat. ut mirer in contraria iisse Ciofanum. Forte tamen verior scriptura, *Illa quidem de foeno.* quam alter Puteanus confirmat. Heins. *Illa quidem foenum* unus Heinsii. deinde, *reverentia foeni* Voss. Arund. & septem alii.

115. *Sed erat reverentia foeno.*] Quanta, inquit, tuis aquilis. Suetonius in Caligulâ: *Artabanus, transgressus Euphratem, aquilas & signa Romana Caesarumque imagines adoravit.* De hac religione castrensi plura vetus historia. Neap.

116. *Quantam.*] *Quantum* Petavii, Thuan. Francof. & decem alii. scilicet *reverentice*.

118. *Unde maniplaris.*] A manipulo dictus miles manipularis. Vetus nomen & ante Urbem conditam. Collectanea originis Romanae: *Romulus coactâ pastorum manu, eâque in centenos homines distributâ, perticas manipulis variè vinctas dedit: unde constitutum, ut postea milites, qui ejusdem signi essent, Manipulares vocaretur.* Vegetio iidem sunt *Contubernales*: nam manipulum vocat contubernium, *ab eo quod*, inquit, *junctis manibus pariter dimicabant.* unde & *Commanipuli* etiam dicti. Vetus lapis: COMMANIPVLVS ET HERES HIVS CONTVBERNALI SVO CARISSIMO. Neap.

120. *Lustra minora.*] Nam ex quinis annis decimestribus lustrum mensibus L. constabat. Neap.

121. *Cum luna receperat orbem.*] Videris hoc supra negasse: scribis veteres illos omnis Astronomiae alienos; nunc facis menses Romuli lunares. Quorsum haec ἀλογίᾳ! Neapol. Multae editiones *receperat*; quia crediebant primam syllabam in *replere* esse longam. vid. ad lib. VII. Met. 628. sed ex Laeti libro & uno Mediceo Heinsius repoluit, *repleverat*, ut & Francof. habet pro varia lectione. vid. lib. II. 175. Burm.

122. *Hic numerus magno tunc in honore fuit.*] *Hinc nostris* Vossianus & Mazarinianus. Heins. Sed nos reduximus veterem lectionem, ut credimus, necessariam: nam aliter *hic orbis* videretur intelligendus. *In amore* etiam prima Venera Editio.

123. *Per quos.*] *Per quot* Mediceus & alius.

123. *Per quos numerare solemus.*] Hinc Seneca

Inde pares centum denos secrevit in orbes
Romulus: Hastatos instituitque decem.
Et totidem Princeps, totidem Pilanus habebat
Corpora: legitimo quique merebat equo.
Quin etiam partes totidem Titiensibus idem,
Quosque vocant Ramnes, Luceribusque dedit.
Adjuctos igitur numeros servavit in anno.
Hoc luget spatio femina moesta virum.
Nec dubites, primae fuerint quin ante Kalendae
Martis; ad haec animum signa referre potes.

Lau-

in Epistolis: *Numerare decet me Arithmetica, & ducentiae centumdecies digitos; petius docuit, nihil ad rem pertinere istas computationes, non esse felicem, cujus patrimonium tabularios lassat.* & Plinius Junior in eidem ad Calvisium: *Ubi audivit, computi calculum, intendit oculos, movet labra, agitat digitos, computat; nihil nisi ut miseram exspectationem suspendat.* Neapol.

126. *Principium spatii sumitur inde novis.*] Liber Stat. *Principium numeris.* Ciofan.

126. *Spatiis novis.*] Hoc est, ad unum iterum redibat. Neapol.

127. *Inde patres creatos.*] Scaliger malebat, *patres*, aetate scilicet, aut censu, qui Senatum constituebant. Dan. Heins. Centuriam aetate & robore aequalem divisit in decurias. Neap. *Patres* notatum ex potioribus scriptis, quomodo & Scaliger caligarat in ora codicis sui, & Lipsius de Militia Romana lib. II. cap. 2. Vide Livium libro primo cap. 8. & 13. Heins.

128. *Hastatos instituitque decem.*] Illi in acie primi pugnam capessebant, deinde principes, postea triarii. sed hoc stante Republica: nam sub Caesaribus principes hastatis & triariis antepositi. Accredit huic fucco, expello ex variis antiquorum locis. Caeterum hastatorum ordines decem numero fuisse traditur etiam Livius in his: *Biennium miles gregarius fui adversus Philippum Regem; tertio anno triennii transfugi mihi T. Quinctius Flamininus decimum hastatum ordinem assignavit.* Sic *primus hastatus*, cui primo ordine hastatorum, in Caesare lib. II. Bellorum Civilium: *Cecidit*, inquit, *M. Fulginius ex primo hastato triarii secundus, qui ob eximiam virtutem ex inferioribus ordinibus ad eum locum fuerat evectus.* Is est, a decimo hastato per omnes reliquos ordines usque ad primum. Adi quae ad rem observavit vel gravis Aldus Manutius in Quaestis libro primo Epistolb III. Neapol. *Constituitque Curiam.*

129. *Et totidem princeps.*] Hinc primus, secundus, tertius princeps usque ad decimum. Cicero pro M. Fonteio: *Nasicaque Creticî bello, Metello imperante, scitissimo principum duxit.* Caput erat octavi ordinis: hinc universim dixere *principes & ordinarios*, teste Vegetio infinitis locis. Peculiare etiam illis nomen, *principales & principia legionum.* Vide leg. primam C. de *Veteranis.* & leg. XVI. C. *de Erogatione militaris annonae.* Neap.

129. *Totidem pilanus habebat.*] Pilani iidem cum triariis, ut ex M. Varrone colligimus; & cum vexillariis, ut ex Livio, Tacito & aliis. Non repetam hic labores Criticorum. Neap. *Pilanus* Mazar.

130. *Legitimo quique merebat equo.*] Legitimum interpreteris publicum & legibus datum. Equo publico merere dixere Graeci, Δημοσίᾳ ἱππεύειν. hinc, δημοσίᾳ ἱππεύοντες equites Romani. patet id ex Philostrato in Adriano Sophistâ: Φάσκοντες ἂν περὶ τὴν σκηνὴν τοῦ τῆς ἀκριδοτέως ἀγγέλου, ἐξανίσταντο μὲν ἀπὸ τῆς συγκλήτου βουλῆς, ἐξανίσταντο δὲ τῶν δημοσίᾳ ἱππευόντων. Neap. *Quisque* multi.

130. *Merebat equo.*] Non solum ergo peditum genera in decem quaeque partes distributa, sed & eques. Polybius: Περιελκύσας δὲ καὶ τοὺς ἱππεῖς εἰς ἴλας δέκα διείλεν. & M. Varro lib. IV. de L. L. *Turma terna est; E tis V. abiit: quod terdeni equites ex tribus tribubus, Tatiensium, Ramnium & Luccrum, fiebant. Itaque primi singularum decuriarum Decuriones dicti; qui ab eo in singulis turmis sunt aliam nunc terni.* firmat idem Festus iisdem prope verbis & Isidorus. Neap.

131. *Tatiensibus ille.*] *Titiensibus* optimi codd. & recte, quomodo & apud alios scriptores in veterimis membranis exaratum occurrit. ut apud Livium, Florum, Propertium, Festum in *Sex Vestae*, Servium ad Virg. v. Æn. 560. & Mss. Varronem de L. L. Et L. Ampelium in fine libelli memorialis. & fane cum Livius lib. I. cap. 13. *Ramnenses à Romulo, ab Tatio Tatio Titienses appellatos* affirmat, nihil necesse erat *Titi* praenomen addi, nisi eo *Titiensium* relatam voluisset originem. vid. ad lib. Fast. I. 260. Mazarinianus & tres alii tamen hoc loco, *Cupientibus.* a *Tito* igitur ut *Titienses*, sic *Titianus*, unde *thermae Titianae* a Tito Vespasiano exstructae. Cassius: *Cum sit Nero ut leo, pelles leoninas thermas Neronianas appellamus: Titi,*

Laurea Flaminibus, quae toto perstitit anno,
Tollitur: & frondes sunt in honore novae.
Janua nunc Regis posità viret arbore Phoebi:
Ante tuas sit idem, Curia Prisca, fores.
Vesta quoque ut folio niteat velata recenti,
Cedit ab Iliacis laurea cana focis.
Adde, quod arcanâ fieri novus ignis in aede
Dicitur; & vires flamma refecta capit.
Nec mihi parva fides, annos hinc esse priores;
Anna quod hoc coepta est mense Perenna coli.

Hinc

tus, ut lupus, thermas Titianas, ut pelles lupinas, non dicimus, sed Titianas. Meminit & thermarum Titianarum B. Hieronymus in Chronico Eusebiano. *Titos* pro *Titiensibus* Persius Satyra prima videtur posuisse. quo Neronis tetigit applausores, magnam partem ordinis equestris & robustissimae juventutis, ob hoc *Augustanos* dictos, de quibus Tacitus & Suetonius:

Tunc neque more probo videas, nec voce serena ingentes trepidare Titos, cum carmina lumbos Intrant.

Horatii illa Art. Poët. 342. nimirum in animo habebat,

Celsi praeterevunt austera poëmata Rhamnes.

sic a *Rhemo*, *Remenses*. Juvenalis Sat. X. Vs. 72. bene habet:

—— *nil ultra interrogo, sed quid*
Turba Remensis?

ita vetustus codex Leidensis. in multis aliis, *Turba tremens.* in vulgatis, *Turba Remi.* a Titi nomine *Titiorum* quoque gentem apud Romanos clarissimam deduci reor. nec *Titiam* tantum, sed *Titiniam* quoque. ejus enim in familiae denariis compluribus, a Fulvio Ursino jam prolatis, Titi Tatii imago exhibetur. Heins.

132. *Luceribusque dedit.*] Satis liquet ex supra citato Varronis loco, quid velit hoc distichon meus Publius. Neap.

135. *Nec dubites.*] Colligit conjecturis aliquot, Kalendas Martias sub Romulo principium anni fuisse. Neapol.

136. *Animum.*] *Oculos* Strozz. *animos* Ambr.

137. *Flaminibus.*] *Flamineo* Medic. Heinsius conjiciebat, *Flaminiae*, quae domus *Flaminum*, teste Gellio X. 15. & Festo in *Flamineae.* vid & ad lib. II. 27.

137. *Quae toto perstitit anno Tollitur.*] En orditur a primâ. cujus & meminit Solinus Polyhistoris capite tertio: *Romani*, inquit, *initio annum decem mensibus computabant, à Martio auspicantes; adeoque ejus die primâ de aris* (mallem, *in aris*) *Vestalibus ignem accenderent, mutarent viridibus veteres laureas.* & quae sequuntur non omittenda: *Senatus & populus Comitia agerent; matronae festis coenas ponerent, sicuti Saturnalibus domini: illae, ut per honores promtius obsequium provocarent; hi, quasi gratiam repensarent perfecti laboris.* Neap.

139. *Posita viret arbore Phoebi.*] Macrobius primo Saturnalium: *Eodem quoque ingrediente mense, tam in regiâ curiisque atque Flaminum domibus laureae veteres novis laureis mutabantur.* Neap.

139. *Viret arbore.*] *Nitet* nonnulli. sed ex districho repetitum sequenti. & alias etiam haec verba commutari solent.

140. *Ante tuas itidem.*] Prisci libri, *Sit idem.* Neapol. *Fit idem* Ursin. prim. Ambros. Zulich. Nauger. aliique complures. Heins.

140. *Curia prisca, forsit.*] Ἐνικὸς, loco πληθυντικοῦ. Curiae priscae erant Forensis, Veliensis, Rapta, Velitia & reliquae XXVI. In harum unaquaque & coenaculum erat, & focus ad rem sacram, ex Romuli instituto. Auctor hujus rei locupletissimus Dionysius lib. II. Novae totidem XXX. postea exstructae, in quas evocata sacra ab antiquis: sed illarum quatuor, quas supra retuli, & de quibus nunc Naso noster, exauguravi per religionem licitum haud fuit. Festus: *Novae curiae proxime compitum Fabricium aedificatae sunt, quod parum amplae erant veteres à Romulo factae, ubi is populum & sacra in partes triginta distribuerat, ut in iis ea sacra curarent, quae, cum ex veteribus in novas evocarentur, septem curiarum per religiones evocari non potuerunt. itaque Forensis, Rapiae, Velienses, Velitiae res divinae sunt in veteribus curiis.* Nescio an huc usque ab aliquo locus hic in hunc modum umquam expositus. Neap.

141. *Vesta quoque ut nitet folio.*] *Folio niteat* plerique veteres. mox pro *laurea cana* alter Petavianus, *laurea vitta.* vid. sup. Vs. 30. Heins.

143. *Fieri novus ignis in aede.*] Habes id ex Solino; cui addo Macrobium in haec verba: *Hujus etiam primâ die ignem novum Vestae aris accendebant, ut, incipiente anno, cura denuo servandi novati ignis inciperet.* subdit idem: *Hoc mense mercedes*

Hinc etiam veteres initi memorantur honores
Ad spatium belli, perfide Poene, tui.
Denique quintus ab hoc fuerat Quintilis: & inde
Incipit, à numero nomina quisquis habet.
Primus, oliviferis Romam deductus ab arvis,
Pompilius menses sensit abesse duos.
Sive hoc à Samio doctus, qui posse renasci
Nos putat; Egeriâ sive monente suâ.
Sed tamen errabant etiamnum tempora; donec
Caesaris in multis haec quoque cura fuit.
Non haec ille Deus, tantaeque propaginis auctor,
Credidit officiis esse minora suis:
Promissumque sibi voluit praenoscere coelum:
Nec Deus ignotas hospes inire domos.

Ille

... describebant magistris, quas completus annus dicari sacra: Comitia auspicabantur, vectigalia locabant. NEAPOL.

144. *Dicitur.*] Recte utitur hoc verbo, quia in arcana aula: nemo ille fit, quem nulli videre licebat; & solis Virgilibus notus erat.

145. *Ipse.*] Male multi scripti & editi, *esse*.

146. *Maxima Persona est.*] Non leve sane argumentum: aptius enim erat anni principium ad persuasum illud solitum precandum (quod à Romanis fieri mos erat Martiis Idibus, ut dicemus) quam quodvis aliud tempus. NEAP. *Repente celi mutat libra, reperta Morti.*

147. *Ille moras Solis, quibus in sua signa rediret, Traditur exactis disposuisse notis.*] Usque ad finem, inquit, belli Punici, imo usque ad annum DC, Urbis conditae, Q. Fulvio & T. Annio Coss. In primi Kalendis Januariis novum magistratum inierunt: qui dies decimus, hinc Imperio Romano, solemnis mensibus Consulatibus est habitus. NEAPOL. *Moribi memorantur* unus Heinsii.

150. *A numero nomina quisquis habet.*] Solinus loco citato: *Maximus hunc mensem principem testantur fuisse, quod qui ab hoc quintus erat Quintilis dictus est; deinde, numero decurrente, December finiendi circuitus habebat intra diem trecentesimum quartum: tunc enim ipse numerus explebat annum.* NEAPOL. *In numeris dicerem codices antiqui.* HEINS. *A numerosus notata dies Bern. pro, quaeque notatis.*

151. *Deductus ab arvis.*] *Deserta:* Mazarin. quod non displicebat Heinsio, ut lib. II. 281. *deductaque sacra Pelasgis.* Sed hoc verbo ibi melius utitur, quia inde vetera illa sacra. sed cum Numam ignorare Romani ob incitam religionem petierint, *deductus* recte dicitur, quod verbum honoris & dignitatis est, cum magno & splendido comitatu aliquem prosequimur. Ita Cicero lib. X. Ep. 12. *Cum magna multitudo optimorum virorum & civium me domo deduceret.* ita *deducere in forum* &c. apud Sueton. & alios. Noster lib. IV. 153.

Cum primum cupido Venus est deducta Marito. & alibi. BURM.

153. *Sive hoc à Samio.*] Σάμιος est absolute Sophus Pythagoras. Ausonius:

Scillite decies si cor purgeris acuto,
Anticipesve tuum Samis Lucumonis acumen.
NEAPOL.

153. *Sive erat à Samio doctus, qui posse renasci Nos putat.*] De Pythagora, & Numa, & quomodo creditum sit eos uno eodemque vixisse tempore, dixi lib. XV. Metamorph. sub principium. CIOFAN. Tu in hunc ἀντιχρονισμόν. Miror, interim audi Tullium IV. Tusculanâ: *Pythagoras fuit in Italiâ temporibus eisdem, quibus L. Brutus patriam liberavit.* nec fallitur: calculum addit Strabo, Livius, Laërtius, Lucianus & innumeri. NEAPOL. *Sive erat à Samio* editi & scripti multi.

155. *Etiam tunc.*] *Etiam nunc* plerique veteres, unus Regius, *etiam non.* Lege, *etiamnum.* mox pro *in multis* complures scripti, *ut multis.* HEINS. *è multis* Codex Regius.

155. *Donec Caesaris in multis haec quoque cura fuit.*] Graecorum more dictum. Hac autem de re sic Suetonius in ipsius Caesaris vita: *Annum ad cursum solis accommodavit, ut CCCLXV. dierum esset.* Quam doctrinam ab Alexandria, ubi, subacta Aegypto, commoratus est, reportavit. Auctor Xiphilinus in eadem vita. Idem affirmat Macrobius lib. I. Saturn. ubi ita scribit: *Nam Julius Caesar, ut siderum motus, de quibus non indocilos libros reliquit, ab Aegyptiis disciplinis hausit, ita hoc quoque mutuatus est, ut ad Solis cursum fingendi anni tempus extenderet.* CIOFAN.

156. *Illes*

Ille moras Solis, quibus in sua signa rediret,
Traditur exactis disposuisse notis.
Is decies senos tercentum & quinque diebus
Junxit, & è pleno tempora quarta die.
Hic anni modus est. in lustrum accedere debet,
Quae consummatur partibus, una dies.
Si licet occultos monitus audire Deorum
Vatibus; ut certe fama licere putat;
Cum sis officiis, Gradive, virilibus aptus;
Dic mihi, matronae cur tua festa colant.
Sic ego: sic posità dixit mihi casside Mavors;
Sed tamen in dextrâ missilis hasta fuit:
Nunc primum studiis pacis, Deus utilis armis,
Advocor: & gressus in nova castra fero.

Nec

156. *Haec quoque cura fuit.*] Dio Cassius lib. XLIII. Ταῦτά τε ἐκρυθμίσατο, καὶ τοὺς ἐμβολίμους τῶν ἐτῶν ἐκ πάσης ἐπιλογάδην ὤφιει (πρὸς γὰρ τοὺς τῶν τελῶν ἀφειδέως ἔτι καὶ τότε τοὺς μῆνας ἦγον) κατεσήσατο ἐς τὸ τρίτον, ἐπτὰ μὲν ἐξόντα ἐμβόλιον ἐμβαλὼν, ὅπερπερ ἐς τὴν ἀκριβολογίαν παρέζευε· τὸν μὲν οὖν τινὲς καὶ πλείους ἔφασαν ἐμβεβλῆσθαι, τὸ δὲ ἀληθὲς ὕστερον ἐγένετο. praeter Merkedinum, quem ex more in Februarium inseruit: nam LXVII. illos dies distribuit inter Novembrem & Decembrem. *Fuit is annus*, inquit Suetonius, *quo haec constituebantur, quindecim mensium, cum intercalario, qui ex consuetudine in tum annum inciderat.* libro primo cap. 40. NEAP.

160. *Ignotas.*] *Ignaras* unus Patavinus. ut & alibi. vid. I Met. 134.

161. *Ille moras Solis.*] Quae Lunares excedunt diebus XI. ¼. Finitur autem Lunaris annus spatio dierum CCCLIV. hanc ob causam mensis Lunaris dies habuit XXIX. ½. tempus vero bimestre LIX. unde cavus unus, & plenus alter esse debet. Hoc anno usi olim Romani, & obscurâ intercalatione; sed numquam fere notum illis certum aliquod anni tempus: reddidit causam Galenus comment. in primam Epidem. de his qui hujusmodi intercalatione usi: Τῶν ἴσως ἀφιζομένων τὰς μῆνας, οὐκ ἴσον ἑκάστου τοὺς ἐνιαυσοὺς, ὃν ἀεὶ τὰ ἐμβόλιμα ἄφρον αἱ ἐπιπλέαι γίνονται· ἀλλ' ὃ μὲν ἀεὶ ἔλαττον ἄφρονας ἑκάστου ἔσωτεν, ὅπερπερ ἐπὶ τοῦ Τυρρηνίου, καὶ Μακεδόνων, Ἀσιανῶν τε καὶ Ἰουνίων, καὶ πολλῶν ἄλλων ἐθνῶν. NEAPOL.

161. *In sua signa.*] *Regna* multi: *torqua* alii.

164. *Junxit.*] *Auxit* duo. *& expleto* tres & editi quidam. *tempora quinta* multi. *junctis* septem. *tunctis* duo.

164. *Tempora quarta die.*] In corruptissimis est, *tempora quinta die.* hanc tamen editionem sequitur Marsus, sed blaterat more solito. NEAP. Vid. Beroald. adnotat. in Face Critic. lib. I. pag. 196.

166. *Consummatur partibus, una dies.*] Concipit haec Scaliger in III. magni Operis: Τῇ τε τριακοστῇ ἐξόδῳ συγκυλίονται ἡμέραι ὅσαι τῇ μακρᾷ συγκυφλοῦνται. NEAPOL. *Consammatur* Ursin. Petav. & multi alii. sed *consumi dies* Latine & eleganter dicitur. sic *diem apparando consumere* Terent. Adelph. & Sulpicius ad Ciceronem Ep. Famil. lib. IV. Ep. 12. Noster Trist. V. Eleg. V.

Consumatque annos, sed diuturna, suos.

Senec. Ep. XV. & II de Benef. 14. ubi vid. Lips. sic Pyramides Aegyptiae altitudine sua *umbras consumere* dicuntur, Amm. Marcellino XXII. 15. quod ille a Lucano est mutuatus. paulo ante pro *tempora quarta* Petav. pr. Ambros. Arundel. & plurimi alii cum primis editt. *quinta* Mar. Ursin. & quinque alii, *juncta.* HEINS. Sed qua ratione dies, qui accedere debet lustro, *consumi* dicatur *partibus*, non video. cum ille per quatuor partes, quae singulis annis deberent adjici, nunc post quartum annum demum persicitur, & fiat dies plenus & solidus; quare reduxi veterem lectionem, quae & scriptis & editis plurimis confirmatur, & legerem, *consummatur*, vel *consummatur*, nam *consumetur* est in quibusdam. sic & *consummare annos* lib. V. Trist. V. 24. & Manil. lib. III. 511.

Annum quod lustrum consummat tempora quarta, partibus autem eleganter dictum, de quo vid. ad Vellej. II. III. & 126. BURM.

169. *Gradive virilibus aptus.*] *Gradive & virilibus aptus* Ed. Venet. pr. & multi scripti.

170. *Matronae cur tua festa colant?*] Quinque recenset causas: cuique suus inest locus. Solemnitas haec Martiis erat Kalendis: dicti dictus *Matronalia*; fuitque quondam primus anni festus: coepta illa ex Sabino Romuleoque instituto. Plutarchus

Nec piget incepti. juvat hac quoque parte morari:
Hoc solam ne se posse Minerva putet.
Discе, Latinorum vates operose dierum,
Quod petis: & memori pectore dicta nota.
Parva fuit, si prima velis elementa referre,
Roma: sed in parvâ spes tamen hujus erat.
Moenia jam stabant, populis angusta futuris:
Credita sed turbae tunc nimis ampla suae.
Quae fuerit nostri si quaeris regia nati;
Adspice de cannâ straminibusque domum.
In stipulâ placidi carpebat munera somni:
Et tamen ex illo venit in astra toro.
Jamque loco majus nomen Romanus habebat:
Nec conjux illi, nec socer ullus erat.

Sper-

in ejus vitâ: Ἐορτὴν δὲ τῇ προτέρᾳ ἀλλήλοις μεταπέμψαι, ἐν ᾗ μὴ ἔστι τὴν ἐξὸν πρόκριμα τῶν ἀναλίσκειν, ἐνίοτε δὲ ἔτερόν τινα ποιεῖσθαι, ἐν ᾗ τὰ τῆς Ματρωναλίου ἐστὶ, δεδόσθαι ἐκείνῃ γυναικὶ ὑπὸ τῆς ἑταίρας πολλάκις. Hinc Juvenalis Kalendas Martias nuncupat *femineas*; & Tertullianus de Idololatriâ, *matronales* ferias. Tunc solitae munuscula illae invicem mittitare, ut auctor Plautus in Milite glorioso: *Da mihi vir Kalendis ejus mittam, quem Martiae venerint.* Ultimo mense, abolerat hanc superstitionem per Synodum Trullanam: Τὰς ἐν, inquit Canone LXV. ἀσεμνείας Καλενδῶν τῆς τὰ λεγόμενα βότνα, τῆς τὰ παιδόφορα βορυάλια, τὴν τοῦ νεὼ τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ τὴν τῶν ἁγίων Μαρτύρων μόνοις τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς κανόσι τὸ πιστὸν ὑποκλίνουσαν πλήρωσιν ἀπαιτεῖσθαι βουλόμεθα. Neap.

171. *Possim dicis mihi casside Mavors.*] *Cuspide* pr. Ambros. Zulich. & quinque alii. bene. Sequens versus id comprobat. initio libri:

Bellica deposito clypeo pacifer & hastâ
Mars adest.

& mox,

Pallada exemplo pretendat tempora fumo
Cassidis.

Heins. Non video qui sequens versus id comprobet, cum dicat in deum fuisse hastam, quam certe per cuspidem intelligat. an ego simul & posita hasta fuit, ut in deum mitteret. neque quid opus fuit hasta posita vibso, ut loquatur cum Poeta Mars. Sed mittatur cassis, quae clausa. (vid. ad Ep. arat. 140.) unde dicat vocis iter; vel si aperta erat, minacem unam Deam Poetae exhibebat, cum ejus capiti eam Deus hastam tamen, insigne suae divinitatis & officii, retinet, & quia narraturus erat bellum sabinorum, ut recte Pareusis. Burm.

174. *In nova castra.*] *In nova vota* duo libri. *egressus* etiam quatuor.

175. *Juvat hac quoque parte morari.*] Uterque Mazar. Zulich. Gottorph. & alii quatuor, *moveri.* ut supra, ℣. 11.

Ilia Vestalis, quid enim vetat inde moveri?

& lib. v. 810.

Sacra Palis subeunt: inde movetur opus.

Heins. *Notari* Vossian.

178. *Memori pectore dicta nota.*] *Tene* duo veteres. Heins.

179. *Parva fuit, si prima velis.*] Insit à primâ causâ, quae bellum est inter Romanos & Sabinos per matronas diremtum; cas scilicet festo annuo id Marti acceptum referre. Neapol.

179. *Referre.*] *Notare* quatuor libri.

180. *Spes tamen urbis erat.*] Lege cum libro veteri, *hujus erat.* Neap. Et ita optimi. recte *hujus*, id est, ut hoc tempore est. vid. lib. VII. Met. 103. Burm.

181. *Moenia jam stabant.*] Et quadriennium excursum à conditâ Urbe, ad raptum & discordiam cum finitimis: cum fanioribus loquor. Ταῦτα δὲ, scribit Dionysius lib. II. ἐβδόμῳ ποὺ μᾶλλον ἔτει μετὰ τὴν οἰκίσιν τῆς τῶν πόλεων ἐκείνων ὑπὸ Ῥωμύλου ἀρχῆς· Τατίου δ' ὑπομείναντος τὴν τῶν Σαβίνων ἔφοδον, subdit rationem: Νῦν μὲν γὰρ ἐπιμιξίαις πολλαῖς χρώμενα, καὶ γάμοις κοινωνοῦντα τοῖς πελάταις, ἴσχυε τελείαν ἐπιγραφῆ, οὐ τῷ λόγῳ. Neapol.

181. *Populis angusta futuris.*] Ita distingue. Heins. Pro *credita* fux, *tendita.*

182. *Tunc nimis.*] Liber Statii, *tunc satis.* Cod. Ita & Vossii & quatuor alii. *urbis jam satis ampla* fuis Strozzae.

183. *Re-*

183. *Regia nati.*] Haerent tibi, suspicor, quae de hac scripsimus in primo Fastorum. Neap.

184. *Aspice.*] Recte: adhuc enim illa Romuli casa supererat. vid. ad lib. I. 199. *inspice* Thuaneus. ut lib. VI. 61. *Inspice Tibur.* deinde *stipitibusque* unus codex. Burm.

185. *Capiebat munera somni.*] Quidem ex melioribus, *carpebat*, quos inter opt. Ambros. ut apud Virgil. IV. 522. *Placidam carpebant fessa quietem corpora.* & *carpere noctem securam* Val. Flacco, IV. ℣. 48. Heins. Sed & *capere somnos* lib. IV. 530. *capiebat praemia* duo libri. mox, *ex humili loco*, Moreti unus pro var. lect.

185. *Munera somni.*] Expressit Homericum illud, ὕπνου δῶρον ἔλωρ. Neap.

187. *Majus Romanus nomen.*] *Nomen Romanus* multi scripti & edit. quod mollius.

188. *Illi.*] *Ulli* uterque Bonon. *illic* Arond. *illis* Mazar. & Ambros.

189. *Spernebat generos inopes vicinia dives.*] Ursin. Petav. Arondel. & sex alii, *Spernebant.* vere. supra libro II. 657.

Conveniunt celebrantque dapes vicinia simplex.

Met. II. 687.

Senserat hoc furtum nemo, nisi notus in illo
Uno senex: Tatium vicinia tota vocabant.

Ita optime vetustiores libri. & lib. IV. 636. ex optimo Florentino, *& humum vicinia nulla premebant.* lib. VIII. 689. *meritasque luunt vicinia poenas.* sic & ibi scribendum censeo. Paullinus lib. VI. de Vita B. Martini:

Interea trepido vicinia maesta pavore
Pallebant tanti proceris discrimine.

Stat. II. 225.

Spernebant generos inopes vicinia dives:
Et male credebar sanguinis auctor ego.
In stabulis habitasse, boves pavisse, nocebat;
Jugeraque inculti pauca tenere soli.
Cum pare quaeque suo coëunt volucresque feraeque:
Atque aliquam, de quâ procreet, anguis habet.
Extremis dantur connubia gentibus: at, quae
Romano vellet nubere, nulla fuit.
Indolui; patriamque dedi tibi, Romule, mentem.
Tolle preces, dixi: quod petis, arma dabunt.
Festa para Conso: Consus tibi cetera dicet;
Ipso festa die dum sua sacra canes.
Intumuere Cures, & quos dolor attigit idem.
Tum primum generis intulit arma socer.

Jam-

Quo ruitis, generosa domus? male creditur hosti. lib. III. 787. ex veteri libro:

Ergo ut tyrannum celebrare frequentia possint.

chorus clamant Fast. IV. 451.

At chorus aequalis cumulatis flore canistris,
Persephone, clamant,

apud Prudentium Psychomachia ex vetustissimo codice Puteano,

Auribus intentis expectant concio.

Heins.

190. *Credebar.*] *Dicebar* Laeti & sex alii.

191. *Et boves pavisse nocebat.*] *Bovis pavisse* recte alter Ambros. & pro diversâ lectione Parnes. optimus. quomodo & Mazar. à manu primâ. Heins.

192. *Pauca.*] *Parva* quatuor. eadem varietas III. Amor. XV. 12. *sed pauca jugera* frequentius occurrunt. Horat. III. Od. XIV.

Silva jugerum paucorum.

vid. Broukh. ad Tibul. I. 1. 2. Burm.

193. *Anguis habet.*] *Avis habet* Vossian. forte, *ales.* Art. II. 481. *Ales habet quod amet.* Heins. *Aliquid de quo* Junian.

195. *Extremis dantur connubia gentibus.*] Idem liber & Urs. *Extremis.* Cuspian. *Extremis* legendum, ut meliores libri. Heins.

199. *Festa para Conso.*] Antiquissima haec in Italiâ & ab Etrusci adventu. Dionysius lib. I. Ἀπέδειξεν ἡμῖν Ποσειδῶνι ἱππίῳ ἱππίαν, καὶ τῶν ἀφανῶν ἱππικῶν μὴ πω Ἕλλησιν, Κονσιδίαν ἑορτὴν Ῥωμαῖοι καλοῦσιν. Romulus igitur omissa sacra iterat, inventâ fortuito arâ quadam subterraneâ: sed de fictâ hac sive verâ causâ Historici non conveniunt; non ob quod ea tamen effecta. Neap.

200. *Ipso festa die dum sua sacra canes.*] Liber Stat.

Jamque fere raptae matrum quoque nomen habebant;
Tractaque erant longâ bella propinqua morâ.
Conveniunt nuptae dictam Junonis in aedem:
Quas inter mea sic est nurus orsa loqui:
O pariter raptae, (quoniam hoc commune tenemus)
Non ultra lente possumus esse piae.
Stant acies: sed utrâ Di sint pro parte rogandi,
Eligite. hinc conjux, hinc pater arma tenent.
Quaerendum, viduae fieri malimus an orbae.
Consilium vobis forte piumque dabo.

Con-

Cur. Canes. Duo Vatic. & Urs. Canes. melius, ut puto. Ciofan. Scripti praestantioris notae non pauci, illa, vel illi facta, & cum canes. quanquam nonnulli recentioris notae, canas, facis, celes, & familia. quare possis, illi gesta die. Sed cum fatta sit in vetustioribus, assentior Gronovio nostro, qui Observationum editionis iteratae lib. II. cap. 31. reponit, canes, pro canus. scribe igitur arguto nomine:

——— *Cassus tibi cetera dicet,*
Illâ facta die cum jus sacra canes.

mox ipsum Conum haec narrantem introduxerat Sextii mente. Heins. *Canes* defendit Cl. Periz. ad Sanctii Minerv. II. XII. 1.

202. *Dum fas facta facit.*] Intellige certamen cognatum: ob quod Strabo lib. V. *Consualia* vocat, Ἀρχαῖα πανήγυρις, & sacrificia quae ad aram fiebant. de quibus Dionysius lib. II. *Festum, quod tunc conferebat homines, etiam nostrâ aetate Romani agitant mense Consualium: in quo ara subterranea sita prope Circum maximum refossâ circumquaque terrâ, fertibus & vasis in ignem libaminibus honoratur; ejusmodique, & sanctorum & iniquum, committuntur certamina.* Caeterum *ea facis* in meo vetustissimo est, in aliis, *canes*. Nec difficeret, si torqueri posset ad salutationes ad nuptias: nam de illismet loquitur, in quibus raptae Sabinae, scripsit Noster in Arte libro primo:

Dumque, ea tum praebent medium tibicine Thusco,
Ludius aequatam ter pede pulsat humum;
In medio dextra, plausus tunc arte cerebat,
Rex populo praedae signa petenda dedit.

Neapol.

201. *Et quae dolor attigit.*] Hi sunt Cominenses, Crustumini & Antemnates: illi primi impetum fecerunt, non Caenites, sive Sabini; sed felicibus pugnis a Romulo sub, tresque mihi codices antiquissimi cum colicinae. hoc primum incrementum accepit Romanae. Post has victorias locata Solonium aedes: quae, facta Urbis sic volentibus, fabula dicto inter Pomilium & Tatium regem. Ciofan.

202. *Tum primum.*] Dissimulanter fugillare videtur belli civilis auctores, Pompejum & Caesarem affines. Doula.

203. *Jamque fere raptae.*] Hae quot fuerint dubium: XXX. ajunt quidam. Antias Valerius apud Plutarchum: Ἑπτὰ καὶ εἴκοσι καὶ πεντακοσίας, DXXVII. Jubas apud eumdem: Τρεῖς καὶ ὀγδοήκοντα καὶ ἑξακοσίας, DCLXXXIII. hunc vetustissimum scriptorem secutus Dionysius Halicarnassensis. Neapol.

203. *Matrum quoque nomen habebant.*] Triennium enim exactum erat ab initio foedus belli Sabini ad amicitiam contractum raptarum precibus. Neapol.

204. *Bella propinqua.*] *Tristia bella* Moreti unus & alius.

205. *Dictam Junonis in aedem.*] *Dictam*, quasi *condictam*, Graecum συνκάλεσεν· hac tamen significatione, quâ usus Aeschines de malâ obitâ legatione: Συνεκάλεσεν ἡμᾶς αὐτούς. Porro coetus initi mentio apud aliquos: locum ex alio quàm Nasone non observes. Neap. *Dictam*, id est constitutam. vid. ad IV. Met. 95. alter Putaneus hic *diem* habebat pro diversa lectione. quod librario in mentem venit, quia Junonem divitiarum deam esse sciebat. Burm.

206. *Mea sic est nurus.*] Socer haec narrat: ergo Herfilia Romuli uxor. Jam habes certum, quod in Scriptoribus plerumque dubium. Ex hac suscepit etiam prolem: Πρίμην vocat Plutarchus, sed ex sententia Trezenii Zenodoti. Neap.

206. *Ausa loqui.*] Liber Urs. *orsa loqui*. Ciof. *Orsa* multi veterum, quod magis arridet Ep. XII. 72. *Orsus es insulso sic prior ore loqui*. Cicero de Oratore: *Dicere in foro orsus est Hortensius admodum adolescens. Quas inter medias est nurus*, vel *sic* etiam nonnulli ex antiquioribus. & superiori versu pro *nuptae* Junianus, *Nymphae*, sic Epist. primâ pro nuptis ponitur.

Grata ferunt Nymphae pro talibus dona maritis.
Heins.

207. *Quoniam hoc commune tenemus.*] Legebam aliquando, *quod jam commune*. sed tres veteres, nam-

Consilium dederat. parent, crinemque resolvunt;
Mocstaque funerea corpora veste tegunt.
Jam stabant acies ferro mortique paratae:
Jam lituus pugnae signa daturus erat:
Cum raptae veniunt inter patresque virosque;
Inque sinu natos, pignora cara, ferunt.
Ut medium campi passis tetigere capillis,
In terram posito procubuere genu.
Et, quasi sentirent, blando clamore nepotes
Tendebant ad avos brachia parva suos.

Qui

namque hoc. Mazar. & tres alii, *quaeque hoc*. Lego, *quaeque hoc commune teneris*. Heins.

208. *Lente.*] *Certe* Voss. Maz. Laeti. Ambrosi. & quatuor alii.

209. *Sed utrâ Di sint pro parte rogandi.*] Tò *sint* abest à nonnullis. Mazar. *Dei pro parte*. alii tres, *utraque dei*. unus, *utra divi*. Forte, *sed utrane dei pro parte*. At Scrov. *sed qua di sint pro parte rogandi*. Heins.

210. *Pater arma tenet.*] *Tenent* melius nonnulli ex praestantioribus, & *malimus* pro *malitis* versu proximo; & mox, *Consilium nobis dabo*, non *vobis*. Heins. *Arma movet* Moreti & duo alii.

213. *Parent, crinesque resolvunt.*] Idem liber, *plorant*. nihil mutandum censeo. Ciofan. *Parent* legendum. reperio in multis, *plorant, crinesque*. Non probo. Neap. *Plorant* etiam unus ex nostris.

214. *Mocstaque funerea.*] Veteres, *funereâ*. Utrumvis rectum. Neapol. *Et sua funerea* Ambros.

215. *Jam stabant acies ferro mortique paratae.*] *Stabant* meliores. *Marti* etiam Gottorph. & quinque alii. sed vulgata scriptura ferri potest, quomodo apud Maronem II. 333.

——— *stat ferri acies mucrone corusco*
Stricta, parata neci.

Apulejus Met. VII. *Omnes vino sepulti jacebant, omnes morti parati*. Heins.

216. *Jam lituus pugnae signa daturus erat.*] *Jam lituos tubicen signa*. Mazar. à manu primâ. Zulichemianus, *Jam lituo tubicen*. Offendit haud dubie ex grammaticis non neminem, quod lituum det tubicini, ac improprie sit locutus Noster. Idque haud immerito. Ut dicam quod res est, opinor Ovidium scripsisse:

Jam liticen pugnae signa daturus erat.

Statius Sylva IV. ad Maximum Junium:

Non tamen portu retinent amoeno
Desides Bajae, liticenve notas
Nectoris armis.

Festus, *Lituus appellatus est, quod litis sit tessis. Est enim genus buccinae incurvatae. quo qui cecinerit, dicitur liticen.* Nonius, *Stiicines, ut liticines à lituo, ut tubicines à tuba.* Carisius libro primo, *Hic tubicen ex tuba longa, tubicinis, liticen ex lituo, tubae genus* (lego, *tubae curvae genus*) *liticinis, cornicen, ex cornu minore, cornicinis, tibicen, ex tilia, tibicinis, fidicen, ex fidibus, fidicinis*, quibus similia denuo apud illum eodem libro habes. etiam apud Phocam Grammaticum & Priscianum. Cato apud A. Gellium Noct. Attic. lib. XX. cap. II. *Stiicinus & liticines & tubicines.* sic & *illicines & cornicines* dicti. *cicuticines Panes* Sidonio Apollinari.

Alta cicuticines liquerunt Maenala Panes.

Cornicines habes apud Juvenalem plus uno loco. Vox parum nota loco Ovidiano corrumpendo occasionem dedit. Heins.

219. *Ut medium campi.*] Campus hic locus, in quo praelium committendum. unde apud Cyprianum, *Exercitum ad campum ducere*; & apud Flavium Vopiscum, *Solum denique ex omnibus qui opponebantur campus accepit*. Forte haec trita: sed habet hoc sollicitudo, quod omnia necessaria putat. Neapol.

219. *Sciffi tetigere capillis.*] *Passis* Max. Zulich. Ursin. Voss. & Arondel. *sparsis* Laeti codex & quinque alii. vide Notas lib. I. pf. 646. *Medium campi tenuere*, pro *tetigere*, octo codices. quomodo etiam nonnulli lib. II. pf. 205. *Cremeram tenuere rapacem*. lib. III. Amor. Eleg. ult.

Mornia, quae campi jugera pauca tenent.

Fast. VI. 401. ex antiquis libris,

Ille, ubi nunc fora sunt, ubae tenuere paludes.

lib. II. 465.

Populus & cannae riparum summa tenebant.

Met. VI. 335.

——— *tenet ima Lacunae*
Lenta salix, juncique leves, cannaeque palustres.

Trist. I. Eleg. IX.

Quaeque tenent Ponti Byzantia littora fauces.

Met. II. 3. ex antiquis libris:

Cujus olim nitidum fastigia summa tenebat.

Qui poterat, clamabat avum, tum denique visum:
Et qui vix poterat, posse coactus erat.
Tela viris animusque cadunt: gladiisque remotis
Dant soceri generis, accipiuntque, manus.
Laudatasque tenent natas; scutoque nepotem
Fert avus: hic scuti dulcior usus erat.
Inde diem, quae prima, meas celebrare Kalendas
Cebalides matres non leve munus habent.
An quia, committi strictis mucronibus ausae,
Finierant lacrimis Martia bella suis?

Vel

Vel quod erat de me feliciter Ilia mater;
Rite colunt matres sacra, diemque meum.
Quid quod hiems, adoperta gelu, nunc denique cedit,
Et pereunt victae Sole tepente nives.
Arboribus redeunt detonsae frigore frondes;
Uvidaque è tenero palmite gemma tumet.
Quaeque diu latuit, nunc se quà tollat in auras,
Fertilis occultas invenit herba vias.
Nunc fecundus ager: Pecoris nunc hora creandi:
Nunc avis in ramo tecta laremque parat.

Tem-

libro IX. 355. ex iisdem scriptis, *Frondes caput omne tenebant*. Adi Notas Met. XI. ℣. 257. Superiori verum meliores etiam, *pigora ferunt*, non *tenuat*. Calpurnius Eclog. V.

——— *natosque tegenti*
Forte sua frondes.

Horatius, II. Od. 18.

——— *pellitur paternos in sinus ferens deos:*
Et uxor, & vir, sordidosque natos.

Nofter lib. IX. Met. 338.

Inque sui patrem, qui nondum implevérat annum,
Dulce ferebat onus.

Vere natos quoque Liv. II. cap. 40. & Tacit. I. Ann. 9. *Incedebat maritabile & miserabile agmen, profuga liberis uxor, parvulam sinu filium gerens.* Nofter Lp. XX. 48.

Inque tui capido rapta furore sui.

Claud. Bel. Gild. 394.

Et quos ipse sinu parvos gestaverat.

Heins.

228. *Precubuere genu.*] Imo sic immotae manfere, donec à circumstantibus erigerentur. Verum hoc, & pura historia. Neap. *in terra* Mazar.

231. *Blando clamore.*] *Sermone* Bernensis & octo alii.

234. *Posse coactus.*] Ita idem liber scriptus. Ciofan. Exprimeret fatem primam litteram: per hanc infantes affectus suos praecipuos efferunt; & o folum filii ad loquelam. Neapol. *Velle coactus unus* Regius. *Flere unus*, *esse alius*, *sive duo*.

235. *Animique cadunt.*] *Animusque* Mazar. & octo Parisini. & mox, *pro scuti dulcior usus*, Mazar. Leidens. Arond. prim. Ambros. & quinque alii, *fortis*. Heins. Dubia lectio. sed & lib. II. 297. *Quid, nullus adhuc erat usus equi.* & 507. *nec factis usus erat.* & *usus equorum* III. Met. 554. ut & Livius XXXI. 38. Et ita saepissime Nofter. adde quod sic elegantius singularis numerus *fuit*, propter praecedens *fuere*, pluralis. quare vulgatam reduxi, quam Francof. & alii optimae notae confirmant. Burm.

229. *Inde diem primasque meas.*] *Diem quae prima* meliores miro consensu. recte. Heins.

230. *Cebalides matres.*] Scriptura vetus, *Cebaline matres*. Etiam recte. Neapol. Prim. Ambros. Laeti & septem alii, *Cebalides*, sex cum Arond. *Cebalidae*, quatuor, *Italides*. Vide quae noto lib. superiori ℣. 441. & Epist. VIII. ℣. 73. Heins.

231. *Aut quia committi.*] *An quia* Urfin. Maz. Voss. Arondel. bene. sic saepe Nofter. supra lib. I. 347.

An quia praevisos in aquâ timet hostia cultros?

infra, 779.

An quia cum colerent prisci studiosius agros? &c.

lib. V. 357.

An quia maturis abfuerit messis aristis?

Met. XI. 320.

An abest sua gloria multis?

I. ex Pont. VI. 26.

Omnis an in magnos culpa Deos solus est?

Epist. II. 51.

Credidimus lacrimis, an & haec simulare decet-tur?

Epist. XII. 91.

Vidi etiam lacrimas, an pars sua fraudis in illis?

Virgil. IX. Æneid. 185.

An sua cuique Deus fit dira cupido?

sequenti versu malim etiam, *Finierunt*. de quo ad Epist. VII. Heins.

233. *Vel quod erat de me.*] Altera causa: ut meis auspiciis eam felicitatem matronae consequantur in filiis, quantam Iliae meae dedi, quae tales Heroas peperit. Neap.

235. *Quid? quod hiems.*] Incertus adhuc hanc textuam subjicit: quod meuse Martio terra mater fecunda sit; qualis & matrona fieri cupit. Neap.

236. *Et pereunt lapsae.*] Prisci aliquot, *Et pereunt victae*. Neapol. Ita Urfin. prim. Ambr. Voss. Arond. & pauci alii. reliqui, *lapsae*. Maz. *moestae*. Sed opinor scribendum, *ictae*. Auctor Elegiae in mortem Drusi, 101.

Liquitur, ut quondam Zephyris & solibus ictae
Solvuntur tenerae vere tepente nives.

Seneca Hippolyto v. 383.

——— *qualiter Tauri jugis*
Tepido madescunt imbre percussae nives.

in optimus liber Etruscus, non *persusae*. vide Notas Met. V. ℣. 389. Heins. Cui bono mutare ex conjectura probam Mss. lectionem. *vinci* enim nix, glacies, & similia a sole tam eleganter dicitur, credo, quam *ici*. sic lib. II. 220.

Aut nivo, quae Zephyro victa repente fluit.

praeterea *perire* melius convenit *victis* nivibus quàm *ictis*, ut & praecedens *cedit* ex bello sumtum vocabulum. sic Petron. Bell. Civili.

Cum gelidae periere nives.

eadem varietas est apud Val. Flac. IV. 18. ubi plura dicemus. Burm.

236. *Nives.*] Imitatio Horatiana:

Dissolvit nives: redeunt jam gramina campis,
Arboribusque comae.

Ciofan.

237. *Detonsae frigore frondes.*] Alii ex vetustioribus, *excussae*, vel, *excusso*. quomodo Art. Am. III. 162.

Ut Boreâ frondes excutiente cadunt.

Fast. V. 324. ex veteribus libris,

Et subitâ frondes excutiuntur aquâ.

Fast. IV. 509.

Excussaque mora rubetis.

lib. V. 215.

——— *foliis excussa penina est.*

apud Florum lib. I. cap. 7. de Tarquinii Superbi filiis, *Eminentia forte papaverum capita virgula excutiens.* ita scripti codices constanter. Nofter *decutere lilia* dixit in eadem narratione. sed nil muta. sic *tondere brachia arborum* Virgil. II. Georg. 368. dixit. hinc *tondere prata* & similia passim apud poëtas. Heins. Vid. ad Quinctil. VIII. de Iudit. Orat. 3.

238. *Uvidaque in gravido palmite gemma tumet.*] Alii, *Humidaque*. Primae edit. opt. Ambros. Maz. & reliqui majori ex parte, *Vividaque*. recte. Zulich. *Vivaque*. Lucretius lib. I. 179.

——— *vivida tellus*
Tuto res teneras effert in luminis oras.

Columella lib. III. cap. 11. ex optimis membranis, *Nigrum tamen & ratilem fabulosum, qui sit vividae terrae permixtus, probaverunt antiqui.* non *humidae*. & lib. V. cap. 8. idem codex perantiquus, *Sed & densior terra, si vivida & lauta est, commode recipit hanc arborem.* Germanicus Arateis de Sirio:

Discernitque ortu longe fata: vivida firmat,
At quibus haud vegetae frondes, aut languida radix,
Exanimat.

Ita scribo ac distinguo. nam duo veterrimi codices, quibus usus sum, *adfuetae frondes*. Unde vir magnus, cui illum scriptorem caligantem debemus, *adfutae. haud vegetae frondes* sunt aegrae, ut Nofter loquitur supra, *pallent aegra foge*. Si malis, *adfectae frondes*, vel *haud laetae*, nil repugno. Nam *ad* non raro pro *aut* vel *haud* in vetustissimo codice Vossiano scribebatur. *vallet vivificare hympha* dicitur Avieno in Equo. sic & *viva plantaria* Virgilius in Georgicis II. 27. *vivax arbores* Apulejo in Met. *Vividum merum* Martialis VIII. 6. ut homines eruditi ad illum scriptorem jamdudum observarunt. apud A. Gellium libro V. Noct. Attic. cap. 2. *Medius hostibus regem vivacissimo cursu petit*; de Alexandro Magno. & libro XV. cap. 22. de Sertorii cerva: *Cerva alba eximiae pulchritudinis & vivacissimae celeritatis.* lib. IX. cap. 4. *Humanos monstrosi singulis cruribus saltuatim currentes, vivacissimae celeritatis*, apud eundem Gellium lib. VII. cap. 3. *Fortius atque vividius non videntur potuisse dici.* Sic contra *morientes herbas* dixit Virg. I Georg. 110.

Tempora jure colunt Latiae fecunda parentes:
Quarum militiam votaque partus habet.
Adde, quod excubias Regi Romanus agebat;
Quà nunc Esquilias nomina collis habet.
Illic à nuribus Junoni templa Latinis
Hac sunt, si memini, publica facta die.
Quid moror, & variis onero tua pectora caussis?
Eminet ante oculos, quod petis, ecce tuos.
Mater amat nuptas: Matris me turba frequentant.
Haec nos praecipue tam pia caussa decet.

Ferte

ceteram. libri veteres plerique, *in tenero palmite*, non *gremio*, e *tenero* etiam Mazar. pr. Ambros. & tres alii. tamen libro primo, 152.

Et nova de gravido palmite gemma tumet.

sic *pampino gravidus autumno* ager apud Virgilium in Georgicis III. 5. & *gravidas culmos arislis*: II. III. & *gravidae fruges*. II. 143. idem *gravidano imperiis Italiam* opplet Aeneidos 229. & decimo 87. *gravidae bellis urbem* dixit eleganti translatione. Val. Flaccus lib. II. 161.

——— *sic fata querelas*
Abscidit, & curis gravidam lacrymisque relinquit.

ita scripserat Valerius; nam *pavidam* insulse nunc legitur. Lucanus lib. V. 734.

Nocte sub extrema pulso torpore quietis,
Dum fovet amplexu gravidum Cornelia curis
Pectus.

Heins. *In tumido* Excerpta Voss. ut lib. IV. 128. *tumidoque* Petavii.

240. *Gratulas.*] *Ignotas* Moreti.

241. *Pecoris nunc hora creandi.*] In Zulichemiano erasa vetus scriptura, in Mazariniano quoque ex parte. Ursini liber & unus Vatic. *pecori est nunc hora creandi*. Scribe, *pecori nunc hora creando est*, sic loquebantur. Met. IV. 695. *At opi brevis hora ferendae est*. quomodo & ibi scribendum. Statius Theb. I. 672. *Quando haec variis fermentibus hora ost*. Virgil. initio Georg. *Qui cultus habeudo sit pecori*. Georg. II. 9.

Principio arboribus varia est natura creandis.

Plinius lib. XV. cap. 18. de ficubus, *Alexandrinae vix sunt edendae*. Cato. Celsus lib. VII. cap. 13. *Irritamentum ad medicamenta quae pari modendo sunt*. Livius libro II. ab U. C. *Ut divites conferrent, qui erari ferendo essent*. Noster libro IX. Met. *Pl. Oct. ut extinguamus illic*,

——— *famque ferendo*
Vix erat illa gravem matura ponderе ventrem.

lib. IV. Met. 403.

Cum dedit huic aliis virus, cui que ferendo est.

Auson. Ep. XXIII.

——— *sed iniqua ferendo*
Conditio est oneri.

Martial. lib. XI. Ep. LXXVIII.

Viribus hic oneri non est.

Heins.

242. *In ramo.*] *In ramos* Arond. & Mazar. *in ramis* Ambros. & tres alii. *parant* Strotz.

245. *Excubias ubi Rex Romanus agebat.*] *Habebat* multi ex melioribus. sic Φυλακὰς ἔχειν apud Graecos. Voss. prim. Ambr. & octo alii, *ibi Rex*. At Ursin. & Mazar. *Regi Romanus habebat*. quod tamen minus arridet, quamvis non minus Latinum, cum *habet* proximis versibus praecesserit ac sequatur. Apulejus Metam. IX. *Atque illos, qui meas custodias pervigiles excubias agitaverunt, auscultes de meis sic altercari fortunis*. Jactare Excubias in Cir. Virgiliana, *Excubias foribus studio jactabat inani*: nisi *ductabat* illic legendum. sic *vigilias agere* apud Dictyn Cretensem libro III. *Ubi custodes vigilias agere curarent*. Sic *custodias agere regalis corporis* Naevius in Lycurgo dixit. pro *Esquilias nomina Mar. Esquiliae nomine*. & sic tres alii. Zulich. prim. Ambr. Laeti, & octo praeterea, *Esquiliae nomina*. Lego,

Adde quod excubias Regi Romanus agebat,
Quà nunc Esquilias nomina collis habet.

Pollet &, *Esquilinus collis*. ut lib. II. *Monte sub Esquilio*. Varro, *Esquilias alii scripserunt ab excubiis Regis dictas, alii ab eo quod exculiae à Rege Tullio sunt*. plurali autem numero efferebantur *Esquiliae*, quod duo montes haberentur, teste Varrone. de etymo nominis idem. Heins.

247. *Junoni templa Latinis.*] Sed cognomento *Lucinae*. Varro lib. IV. de Exquiliis, quarum pars Cispius mons in sacris appellatur: *Cispius*, ait, *mons septiceps apud aedem Junonis Lucinae, ubi strictum habere solet*. Neapol.

248. *Hoc publica facta die.*] Festus: *Martias Kalendas matronae celebrant; quod eo die Junonis Lucinae aedes ibi cepta sit*. Neap.

248. *Si memini.*] *Sic memini* Tuan.

249. *Quid moror?*] Ultima caussa haec. Juno]

Ferte Deae flores: gaudet florentibus herbis
Haec Dea: de tenero cingite flore caput.
Dicite, Tu lucem nobis, Lucina, dedisti.
Dicite, Tu voto parturientis ades.
Si qua tamen gravida est; resoluto crine precetur,
Ut solvat partus molliter illa suos.
Quis mihi nunc dicat, quare coelestia Martis
Arma ferant Salii, Mamuriumque canant?
Nympha, mone nemori stagnoque operata Dianae:
Nympha, Numae conjux, ad tua festa veni.

Val.

inquit Mars, nostra parens & praesit nuptiis, & mulcet tricas puerperiorum. unde Tertullianus: *In partu Lucinae & Dianae ejulatur*. Quid mirum igitur, matronae filium his Kalendis potissimum colant? Neapol.

249. *Tua pectora caussis.*] *Curis* Voss. pr. Medic. & quidam alii. ut initio lib. VI. *Et in cura nominis hujus eram*. passim vero *cura* & *caussa* in his libris permutantur. vid. VIII. Ep. 15. & II. Amor. XII. 17. & mox iterum *pia caussa* sequitur, ubi *cura* sex scripti. Burm.

251. *Matrum me turba frequentat.*] *Frequentant* sex scripti. unde conjiciebam olim, *matres me jure frequentant*. unus Farnes. *matres tua vota frequentant*. In Zulich. haec omnia erant erasa. In Mazar. à manu prima: *matres me turba frequentant*. Scribe levi mutatione, *matris me turba frequentant*. Nihil certius. sic in Amorib. ad Cupidinem:

Pieridum vates, non tua turba, sumus.

Sequenti etiam versu reponendum, *nos*, pro *vos*, ex fide optimorum exemplarium. Omnia jam sunt perspicua. *turba frequentant*, ut *turba ruunt*, & similia, quorum pleni Noster atque alii poëtae, ad imitationem Graecorum. sic vetus interpres Matthaei cap. XXI. 8. *Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via*. Ὁ δὲ πλεῖστος ὄχλος ἔστρωσαν ἱματιὰ ἑαυτῶν τῇ ὁδῷ. Heins. *Turba fatigat* Junii codex. nec male. sic apud Martial. II. Ep. XIV.

Illinc quoque deceptus Memphitica templa frequentat.

in codice uno Vossiano reperi *fatigat*. sed puto hic esse repetitum a librario ex Remed. 461. Burm.

253. *Gaudet florentibus herbis illaec dea.*] *Arvis* duo Farnesii. Puto, *florentibus aris*. id est floribus incincta: sic *frondentes aras* apud Val. Flaccum libro III. 456.

Dixerat, & summas frondentibus intulit aris
Libavitque dapes.

Trist. III. El. XIII.

Innuida cingatur florentibus ara coronis.

Virgilius, I Aen. 417.

Thure calent arae, sertisque recentibus halant.

Altaria cingere sertis Statio IV. Sylv. ad Julium Menecratem. & lib. III. Lacrymis Etruscis, *dare serta per aras, ara floribus redimita* Apulejo sub initium Floridorum. ceterum prim. Ambros. & Laeti codex legunt,

Ferte Deae flores: tenero de flore coronas
Nectite, de tenero cingite flore caput.

Heins.

255. *Tu nobis lucem.*] *Tu variis* Petav. Heinsius volebat, *natis. tu lucem nobis* optimi.

257. *Si qua tamen gravida est.*] Malim:

Si qua tamen gravida es, resoluto crine precetis;
Ut solvat partus molliter illa tuos.

ut infra, VI. 393.

Nubere si qua volet, quamvis properabitis ambo;
Differ.

Heins.

257. *Resoluto crine precetur.*] Refert vir doctus ad hoc sacrificium Gemmam apud Goriaeum T. II. n. 14. Sed ibi velata mulier sacrificat, adstante altera, quae gravidum ostendit uterum. nec resoluti an sint capilli discernere possum. Burm.

259. *Quis mihi nunc dicat.*] Accedit sermo de Saliis: ii, ut ex Dionysio & Plutarcho observo, instituti anno VIII. Numae regnantis. Pestis Urbem invaserat (res aliter à Nostro recensetur) lacrymae passim ad Deos, cum divinitus scutum aeneum è caelo excidit; quod in Urbis salutem missum ab Egeriâ suâ Numa tradidit: id servandum Rex ille Saliis dedit; neve furtum pati posset, XII. alia eiciari curavit. quae adeo affabre effecta à quodam nomine Mamurio, ut vix unum ab altero discerni ullo modo valeret. Ad Saliorum collegium creati primitus XII. idque liquet ex Livio lib. primo: *Salios item XII. Martii Gradivo Numa legit, tunicasque picturae insigne dedit, & super tunicam aeneum pectori tegmen*. Ii cognomento erant *Collini*, & *Agonenses*, seu *Quirinales*. Scis tu, puto, Sexti Pompeji illa: *Quirinalis collis qui nunc*

Vallis Aricinae silvâ praecinctus opacâ
Est lacus, antiquâ religione sacer.
Hic latet Hippolytus furiis direptus equorum:
Unde nemus nullis illud initur equis.

Licia

Licia dependent, longas velantia sepes,
Et polita est meritae multa tabella Deae.
Saepe potens voti, frontem redimita coronis,
Femina lucentes portat ab Urbe faces.

Regna

...nicitur, dicta Agnus appellabatur. De Collino vetat haec exstat inscriptio; cujus ea pars: ADLECTO INTER PATRIC. AB IMP. CAES. HADRIANO AVG. SALIO COLLINO. & Servii Scholiast: *Duo sunt genera Saliorum, ut in Sallianis carminibus invenitur, Collini & Quirinales à Numa instituti; ab hujusce vero Pavoni & Palatini.* Tunc idem Pavori & Pallori duo fana quoque vovit. Livius libro primo: *Tullus in re trepidâ duodecim votis Salios, fanaque Pavoris & Pallori.* Puer & Salii cognomento *Palatini*; forte quia sacra in Palatio faciebant: ubi & eorum sacrarium referur à Sexto Rufo & P Victore. ad hos antiqua haec tabula ipsorum: MANSIONES SALIORUM PALATINORUM A VETERANIS OB ARMORUM ANCILIUM CUSTODIAM CONSTITUTAS LONGA AETATE NEGLECTAS PECUNIA REPARARUNT. In hisce lapidibus occurrent tibi aut cognomine *Herculanei, Augustales, Antoniani, Hadrianales, Albani.* de iisdem in praecedentium habemus hunc:

L. ATTIVS CN. F. HOR. SARCVLO
SALIVS ALBANVS IDEM MAG. SALIORVM.

Sed quis hic *Magister?* forte collegii caput & Σύμμυστα. Non ita quin dubitem: nam apud hunc legendi postilis & efficiendi. Julius Capitolinus de M. Antonino: *Post in hoc sacerdotio & Praesul, & Vates, & Magister, & multos inauguravit atque coëgit, cunctis praevenit; quod ipse carmina condit & facit.* Refert ut diem, quo mota Ancilia, memoremus. Publio et Numa primo Kalendas Martias, anno Pisis occasum; qui ei... v. Nonas. Vetus Kalendario nulla Ancilium mentio fit, Constantini. Negni rejicitur in diem festum vero Idus. Quis haec in amicitiam religet? Neapol.

...Dicat Voss. & tres alii.

...Nemoris Voss. & quidam editi.

262. *Ad tua facta veni.*] Alii libri veteres, *facta*, alii, *facta* habent. Ciofan. Veteres, *festa*, vel, *sacra*: utrumque vulgatae lectioni praeferendum. IV. 725.

Prosequor officio si tua festa pio,

& ita passim. Heins.

263. *Vallis Aricinae Est locus.*] Erat in finitimâ viae parte, quâ Ariciam descenditur. Strabo lib. v. Τὸ δ' Ἀρτεμίσιον ὁ καλοῦσι νῦν, ὃν ἔχ ὁ ἀμαξιτὸς μέσης τ ὁδοῦ τ ἐξ Ἀρικίας ἀναβαίνων εἰς τὸν ὑ Ἀρικίαν τὸ ἱερὸν λέγει· ἔστι δ' ἄλσος αἰφιδρύματα τ Ταυροπόλου. malem, *Αἰδήμυιαν* cum unum fuerit Dianae simulacrum ex Taurica illuc advectum. Servius: *Orestes accepto oraculo, carendi furore caussa, cum amico Pylade Colchos petierat; & cum his, occiso Thoante, simulacrum sustulit abscondituin fasce lignorum (unde & Fascelis dicitur: non tantum à face cum quâ pingitur, propter quod & Lucifera dicitur) Aricinum transtulit.* Sed heus! non unum in eo loco mendum, plura latent. quare sic lege & distunge: Τὸ δ' Ἀρτεμίσιον, ὃ καλοῦσι νῦν, ὃν ἔχ ὁ ἀμαξιτὸς μέσης τ ὁδοῦ τ ἐξ Ἀρικίας ἀναβαίνων· τ δ' Ἀρικίαν τὸ ἱερὸν λέγει· ἔστι δ' ἄλσος αἰφίδρυμα τ Ταυροπόλου. Restituum hunc debes Clauno Salmasio: cui multum & litterae debent hoc aevo. Neap.

263. *Silvâ praecinctus opacâ.*] Bene: nam fanum illum in luco. Idem Geographus: Τὸ δ' ἱερὸν ὁ ἄλσος περίκειται ὑ λίμνης κυλικρήσης· κυκλῷ δ' ἔχουσι συνεχῆ ὄχθην ἀξέστου, ἐ μὲν ὑψηλὴ, ἐ δὲ ὑπὸ ἐ τὸ ὕδωρ ἐπλατυσμένου· ὃ κύκλῳ τόπος ἐ βαθὺς. Prope hanc λίμνην reperies hic lapis anno Christiano MCLV.

DIANAE
NEMORENSI VESTE
SACRVM DICT
IMP. NERVAE TRAIANO AVG.
GERMANICO III COS PRAEF.
EIVS T. VOLTENIO MAMILIANO
QVAESTORIB.
L. CAECILIO VRSO II M. LVCRETIO
SABINO II AEDILIB. Q. BIBIENNA QVIETO
TI. CLAVDIO MAGNO
P. CORNELIVS TROPHIMVS PISTOR
ROMANIENSIS EX REG. XIII IDEM CVR
VICI QVADRATILES LANIAC. F. THONONE CONIVG
EIVS VOTVM LIBENS SOLVERVNT.

Neap.

...Sacraque Orestae genitrix quaesitaque Dianae
Impedit.

Heins. *Nemoris* Voss. & quidam editi.

262. *Ad tua facta veni.*] Alii libri veteres, *facta*, alii, *facta* habent. Ciofan. Veteres, *festa*, vel, *sacra*: utrumque vulgatae lectioni praeferendum. IV. 725.

Prosequor officio si tua festa pio,

& ita passim. Heins.

263. *Vallis Aricinae Est locus.*] Erat in finitimâ viae parte, quâ Ariciam descenditur. Strabo lib. v. Τὸ δ' Ἀρτεμίσιον ὁ καλοῦσι νῦν, ὃν ἔχ ὁ ἀμαξιτὸς μέσης τ ὁδοῦ τ ἐξ Ἀρικίας ἀναβαίνων εἰς τὸν ὑ Ἀρικίαν τὸ ἱερὸν λέγει· ἔστι δ' ἄλσος αἰφίδρυμα τ Ταυροπόλου. malem, *Αἰδήμυιαν* cum unum fuerit Dianae simulacrum ex Taurica illuc advectum. Servius: *Orestes accepto oraculo, carendi furore caussa, cum amico Pylade Colchos petierat; & cum his, occiso Thoante, simulacrum sustulit abscondituin fasce lignorum (unde & Fascelis dicitur: non tantum à face cum quâ pingitur, propter quod & Lucifera dicitur) Aricinum transtulit.* Sed heus! non unum in eo loco mendum, plura latent. quare sic lege & distunge: Τὸ δ' Ἀρτεμίσιον, ὃ καλοῦσι νῦν, ὃν ἔχ ὁ ἀμαξιτὸς μέσης τ ὁδοῦ τ ἐξ Ἀρικίας ἀναβαίνων· τ δ' Ἀρικίαν τὸ ἱερὸν λέγει· ἔστι δ' ἄλσος αἰφίδρυμα τ Ταυροπόλου. Restituum hunc debes Clauno Salmasio: cui multum & litterae debent hoc aevo. Neap.

263. *Silvâ praecinctus opacâ.*] Bene: nam fanum illum in luco. Idem Geographus: Τὸ δ' ἱερὸν ὁ ἄλσος περίκειται ὑ λίμνης κυλικρήσης· κυκλῷ δ' ἔχουσι συνεχῆ ὄχθην ἀξέστου, ἐ μὲν ὑψηλὴ, ἐ δὲ ὑπὸ ἐ τὸ ὕδωρ ἐπλατυσμένου· ὃ κύκλῳ τόπος ἐ βαθὺς. Prope hanc λίμνην reperies hic lapis anno Christiano MCLV.

Neap. Lapis hic est apud Grut. pag. XLI. 7. sed in quibusdam differt scriptum.

263. *Opaca.*] *Acuta* tres. *apica* unus. pro *aprica*.

264. *Est lacus.*] *Est locus* Vossii & plerimi alii; sed male. Salust. IV. 370.

——— *at non dabat ultrà*
Cloto dura lacus aramque videre Dianae:

vid. Serv. ad Virg. VII. 516. Heins.

265. *Hic latet Hippolytus loris direptus equorum.*] Alii, *jacet*, cum Ursin. Voss. Arondeliano. frustra. ipse Virbius lib. XV. Met. 546.

Numine sub dominae latet, atque accensor illi.

furiis distractus Voss. Arondel. Mazar. Zulich. pr. Ambr. & multi alii. Ursin. & Nauger. *furiis direptus.* utrumque bene. Fast. v. 309.

Hippolyte infelix, velles coluisse Dionen,
Cum consternatis deriperetis equis.

Ant. Am. I. 338.

Hippolytum pavidi diripuistis equi.

At Virgil. in hac narratione lib. VII. 767.

Turbatis distractus equis.

Senec. Hippol. 1105.

Errant per agros funebris famulae manus
Per illa, qua distractus Hippolytus, loca.

Heins. *Distractus* Edit. Neapol.

266. *Nemus nullis illud aditur equis.*] Vates in VII. Aeneidos, 778.

Unde etiam Triviae templo lucisque sacratis
Cernipedes arcentur equi, quod littore currum
Et juvenem monstris pavidi effudere marinis.

Neapol. *Initur* rectius Mazar. Zulich. & duo alii. sic Artis Am. lib. III. 712.

Ipsa nemus tacito clam pede fortis init.

Heins. Vid. Up. IV. 67. dubitari vero posset, an non ob hanc caussam damnatus ille fuerit furti, quod equo, cujus usus illi usque Ariciam commodatus fuerat, ulteriore ejus municipii clivo vectus esset, apud Val. Max. VIII. 2. 4. unde & Cujacius in §. 6. Inst. de obligat. quae ex delicto, corrigit. *quod veteres scripserunt de eo, qui in Ariciam equum accepeno longius perduxisset.* Servius ad d. Virgilii locum dicit, non licuisse ad aras equo sedere. Bunt.

267. *Licia dependent.*] His suspensa dona votorum computum. Neap.

267. *Longas sepes.*] Murum quo nemus septum. Neapol.

268. *Meritae Deae.*] Huc pertinent Strabonis illa lib. XIV. Καὶ ἡ Ἄρτεμις ἀπὸ τοῦ ἀρτιμέλης πιθέν. Neapol.

268. *Multa tabella Deae.*] Heus tu, etiam antiquis noster ille mos tabulas votivas in templo suspendendi; quid dubitas? Strabo lib. VIII. de Epidaurio templo Æsculapii: Καὶ νῦν ὑ τοῦ ἱερο... ὁ πλῆς, ἐ μάλιστα ἄξιο τῶν ἐνθάδε· ὁ Ἀσκλη... ἐ ἰατρικὸν νέον παντοδαπῆς πεποίηται, ἐχὶ τὸ ἀρχ πλῆρες ἴχνο... καὶ ὑ τε κομιδῆτων, ἐ ὑ ἀνακειμένων πινάκων, ὁ ἐς ἀναγεγραμμένα τυγχάνουσι, καὶ ἰατρικῶν, καθάπε ὁ Κῷ τε ἐ Τρίκκῃ. Addo Tibulli testimonium:

Nunc, Dea, nunc succurre mihi: nam posse mederi,
Picta docet templis multa tabella tuis.

Frequentiores ad hujusmodi martyremata invenio lapides: quid mirum? duraruut hi, non illae, quae ligneae. ut hunc:

ÆSCVLAPIO. ET. HYGIÆ
CETERISQ. DIIS DEABVSQ.
HVIVSQ. LOCI SALVTARIB.
C. IVL. FRONTONIANVS. VET.
EX B. F. COS. LEG. V. M. P. REDDI-
TIS. SIBI. LVMINIBVS. GRAT.
AG. EX VISO PRO SE ET. CAPSIA
MAXIMA CONIVG ET IVLIA
FRONTINA FILIA V. S. L. M.

In his tabulis nostro aevo subscribuntur hae litterae, V. F. & G. A. in antiquis passim hae, VOT. QVOD FE. A. L. P. seu, EX VOTO, seu V. S. A. L. P. & similia. Causlae, ut cotidianae, casuales: ut, RESTITVTIONE FACTA SIBI CAPILLORVM & PERICVLO OCEANI LIBER. aut, PRO FILIO MALE APPECTO. & aliae: quas vide in Thesauro Inscriptionum antiquarum, ubi & has salutatim collegimus. Neap.

269. *Frontem redimita.*] *Multis redimita* Voss. Arond. & Farnef.

270. *Portat ab Urbe faces.*] Ad ritum aspectant Statius in Hercule Surrentino:

Fumat Aricinum Triviae nemus. ——

Neapol.

Regna tenent fortesque manu, pedibusque fugaces:
Et perit exemplo postmodo quisque suo.
Defluit incerto lapidosus murmure rivus:
Saepe, sed exiguis hausibus, inde bibes.
Egeria est, quae praebet aquas, Dea grata Camenis.
Illa Numae conjux, consiliumque fuit.
Principio nimium promptos ad bella Quirites
Molliri placuit jure, Deumque metu.
Inde datae leges; ne firmior omnia posset:
Coeptaque sunt pure tradita sacra coli.
Exsuitur feritas, armisque potentius aequum est:
Et cum cive pudet conseruisse manus.

At-

271. *Regna tenent fortes.*] Hic *regnum* idem ac sacerdotium: nam qui sacerdos, ibi dictus *Rex Nemorensis*: inde sacerdotium *regnum*. de hoc Lucanus III. Pharsalico:

Quae sublimis nemus Scythicae, quae regna Dianae.

NEAPOL.

271. *Fortes manibus.*] Is igitur Sacerdos sacri illius nemoris, qui viribus excellens: hunc si tractu temporis praestantior alter vincerat, primo interrupto, sacerdotium occupabat. hinc Suetonius in gestis Caligulae: *Nemorensi Regi, quod multos jam annos poterat sacerdotio, validiorem adversarium subornavit.* De barbarico hoc more Strabo lib. v. Καὶ γὰρ τὸ βαρβαρικὸν κρατεῖ καὶ Σικελίᾳ καὶ τὸ ἐγγὺς ἔθος κατέσχεται γὰρ ἱερεὺς, ὁ γενόμενος αἰχμὴς τοῦ ἱερείου πρότερος, δεσπότης ἄνευ ἐξόδου τοῦ ἐξὸν ἀεὶ περιπατεῖν τὰς ἐπιβολὰς, ἕστερος ἀποθνήσκει. NEAPOL. *Fortesque manu* Voss. Arund. Nazar. Zulich. & tres alii. sequor. HEINS.

271. *Pedibusque fugaces.*] Quivis δρομέας, non qui certa velocitate. NAZ.

273. *Incerto murmure.*] Nam id ubi sit ambigitur. Servio Nilum ait ex fontibus, quibus lacus ille impletur. de his ita Strabo: Τὰς μὲν οὖν πηγὰς δύο ἐξιν ἐξ ὧν ἡ μείζων πλησίον τεῦχει ὃ ἐξὶν ἕρμα κυκλοτερὲς ἀνάγκας τινὰς ἐπάνωθεν αἱ ὃ ἀναβλύσεις, ἐστιλίαι μὲν ἄλλοι τινὲς, ἐξῆς δὲ δεικνύουσι πέμπε τρεῖς τὰς ἐπωνύμους ἀνέχουσας. Magnus Strabo legi, τεῦχει ὃ ἐξιν ἐντὸς ἅλμα. de fontibus hucusque nutatur. Hic fons est in eo lacu. Sequor illustrem virum. NAZ.

274. *Inde bibi.*] *Libes* Mazar. & Zulich. *libis* pr. Ambros. Lact. & quinque alii. *libat* Urfini, Pettavii & octavi majori ex parte. Malim, *bibunt*. HEINS. *Inde libent* Bentend.

275. *Egeria est.*] Haec τὰς ἐκ τοῦ ἐπόνου ἐπιδόσεις cum juvenis. NEAPOL. Lactantius libro primo de falsa Religione cap. 22. *Harum vanitatum apud Romanos auctor et conditor Sabinus ille rex fuit, qui maxime animos hominum rudes atque imperitos novis superstitionibus implicavit. quod ut faceret aliqua cum auctoritate simulavit cum dea Egeria se illarum se habere congressus. Erat quaedam fabulosa peropaca in nemore Aricino, uno rivus perenni fonte manabat. Huc remotis arbitris inferre se consueverat, ut munire posset monitu Deae conjugis ea sacra populo se tradere, quae acceptissima Diis essent. Videlicet affectam Minois volunt imitari, qui se in antrum Jovis recondebat, et ibi diu moratus leges, tamquam sibi ab Jove traditas, asserebat: (nulla adserebat) ut homines ad parendum non modo imperio, sed etiam religione constringeret. Nec difficile fane fuit persuadere pastoribus.* Perperam illic in *Ariano nemore*, pro *Aricino*, circumfertur. cum Arianum nemus sit nullum, quod sciam, in rerum natura. HEINS. Vir eruditissimus Montfauconius in Diario suo Italico pag. 152. in Villa Julianam ait exstare ingentem lapidem quadrum, solidum, in quo hoc Ovidii distichon est insculptum. legitur vero ibi, *Aegeria* & *Camoenis*. qui lapis ex Egeriae fonte ipso translatus videtur. vid. & Hor. Quaest. Alnet. pag. 401. BURM.

277. *Promptos ad bella Quirites.*] Plutarchus de Numa & Lycurgo, Δέους τε, ait, τοὺς, ἐπὶ πλείστας ἀρετὰς λόγῳ, ὁ μὲν ἐπελεληθὼς καὶ περιφόβους ἐπέστησε περὶ τὴν Σπάρτην· ὁ δὲ τοὺς θεοὺς τὸ εὐσεβὲς ἀνθρώποις καὶ εἰσενεγκών. NEAPOL. *Cohortes ad bella* Ambros. & duo alii.

279. *Ne fortior omnia posset.*] Urfini, Maffei & Statii, *firmior*. CIOFAN. Alia editio, *ne firmus*. NEAPOL. *Firmior* plerique veteres, & recte. ita ad Livium jam monui doctissimus Gronovius. Plinius lib. I. Epist. XII. *Ego tamen tanquam et juvenis et firmissimi mortem doleo.* Ita vetustissimus codex Mediceus. Nostri III. ex Pont. IV. 7.

Firma valent per se, nullumque Machaona quaerunt.

& vox *firmior aere* I Trist. IV. 53. Silius lib. III.

Inde ubi flore novo pubescat firmior aetas.

Lucanus libro II. pl. 473.

—— *nudatam deseris arcem,*
Scipio Luceriae. quanquam firmissima pubes
Hic sedeat castris.

Ita vetusti codices; non *fortissima*. Guntherus Ligurini lib. VII.

—— *firmissima nostrae*
Robora militiae

vocat milites. libro X.

Quingenti juvenes fortissima robora belli.

Caesar Belli Gallici libro VII. *Is locus praesidio non nimis firmo tenebatur.* &, *Quinque cohortes, quas minus firmas ad dimicandum esse existimabat, castris praesidio relinquit.* &, *Illae eadem noctu excubitoribus ac firmis praesidiis tenebantur.* libro III. Belli Civilis: *Isdem diebus Carmonenses, quae est longe firmissima totius provinciae civitas.* libro III. *Hic cognoscere licuit, quantum esset praesidii hominibus in animi firmitudine.* &, *cohortes firmissimas Pompejus se habere existimabat.* Auctor belli Africani, *Elige ex tuis cohortem unam, quam putas esse firmissimam.* Auctor belli Hispanici, *Ita firmissimum ejus praesidium Ateguam proficiscitur.* pro *datae leges* unus Vatican. *ratae leges*. quomodo & fore scribendum Trist. V. Eleg. IX.

Sic mea lege rata vinctaque atque inclusa Thalia.

Marcianus Capella libro IX.

Te nunc assirsono carmine Jupiter,
Quo geminata poli volvere sydera
Suevit lege rata sacra recursio,
Praefandum veneror.

ubi *assirsonon* male legitur. HEINS.

280. *Pare.*] *Merito* Mazar. Ambros. Lact. & octo alii. vid. lib. II. 330. & IV. 444.

281. *Exsuitur.*] *Exigitur* malim cum Parnes. & Ambros. verbo efficaciori. ita *exigere gracilitatem filo* dixit Quinct. I. 9. vid. ad II Art. 653. BURM.

282. *Pudet.*] *Pudor* Excerpta Douzae. *manum* etiam Mazar. & Voss.

283. *Visa jam vertitur ara.*] Ex Numae novâ lege. Plutarchus, Suis, inquit, praecepit τὸ μὴ σπείδειν ἅπαξ ἐξ ἀμπλίκων ἀτρέπτων, μηδὲ διὰ τοῦτο ἄπαξ ἀλλάττειν· καὶ τὸ περιστρωτὸν ἀξιοπρεπείας, καὶ τὸ κεκινδυνεῦσθαι περιστρέφοντας. Solitum ergo antiquis in adorationis ritu corpus dextroversum circumagere: hoc adfricte significat τὸ *vertitur*. manifeste Plautus in Curculione:

Ph. *Quo me vortam nescio.*
Pa. *Si Deos salutas, dextroversam tetendo.*

& Lucretius lib. V.

Nec pietas ulla est, velatum saepe videri,
Vertier ad lapidem, atque omnes accedere ad aras.

Plinius lib. XXVIII. cap. 2. *In adorando dextram ad osculum referimus, totumque corpus circumagimus; quod in laevum fecisse Galliae religiosius credunt.* imo in dextram, si verus Athenaeus lib. IV. Καὶ τὸν ἵππον περιστρέφειν ἐπὶ τὰ δεξιὰ νεφρίζοντα. Erat & apud antiquos, ut vidimus, in adoratione solemnis manus ad os admota: quod & ex Minucio Felice observo in Octavio. *Caecilius*, inquit, *simulacro Serapidis denotato, ut vulgo superstitiosus solet, manum ori admovens osculum labris impressit.* inde hujusmodi oscula *labrata* dixerunt veteres, imo statuas ipsis Deorum & imagines Imperatorias, quae illo osculo adorabantur. Sic exponunt Graeci λαβρύτια. Chronicum Alexandrinum: Τότε τῷ ὑπὲ Ἰουλιανοῦ Διδυμῷ, ᾧ ἀνέθηκε τὰ λαβρώτια κατὰ τὸ Κωνσταντινοῦπολιν ἐπὶ τῷ Φορείου ἐπάρχῳ πόλεως. NEAPOL. Sed rectius interpretes *vertitur* explicant, mutatur, mutescit, & hoc exigit *modo trux*. vid. ad Val. Flacc. II. 572. in scriptis etiam exit, *versa ira, versa ara, visa illa*, & *visa convertitur ara*. BURM.

284. *Salsaque farra.*] *Farraque fracta* Patavin. & Strozzae, unde Heinsius faciebat, *fricta*. vid. lib. I. 276.

289. *Pisbile fulmen.*] Et *monitorium* (utor veteri verbo) nam latens fatum aperit. NAZ.

291. *Ritum piandi Tradere.*] *Prodere* Urfin. Voss. Maz.

Atque aliquis, modo trux, visa jam vertitur ara;
Vinaque dat tepidis salsaque farra focis.
Ecce Deum genitor rutilas per nubila flammas
Spargit, & effusis aethera siccat aquis.
Non alias missi cecidere frequentius ignes.
Rex pavet, & vulgi pectora terror habet.
Cui Dea, Ne nimium terrere; piabile fulmen
Est, ait: & saevi flectitur ira Jovis.
Sed poterunt ritum Picus Faunusque piandi
Prodere, Romani numen uterque soli.
Nec sine vi tradent. adhibeto vincula captis.
Atque ita, quâ possint, erudit, arte capi.

Lu-

Lucus Aventino suberat niger ilicis umbrâ,
Quo posses vilo dicere, Numen inest.
In medio gramen, muscoque adoperta virenti
Manabat saxo vena perennis aquae.
Inde fere soli Faunus Picusque bibebant.
Huc venit, & Fonti rex Numa mactat ovem.
Plenaque odorati Dis ponit pocula Bacchi;
Cumque suis antro conditus ipse latet.
Ad solitos veniunt silvestria numina fontes:
Et relevant multo pectora sicca mero.
Vina quies sequitur: gelido Numa prodit ab antro,
Vinctaque sopitas addit in arta manus.
Somnus ut abscessit; tentando vincula pugnant
Rumpere: pugnantes fortius illa tenent.

Tum

Max. Zulich. alii sex. here. Est enim *Prodere* in lucem proferre. est autem verbum sacris frequenter accommodatum. Cicero Miloniana: *Lanuvii à dictatore Milone prodi flaminem necesse esse.* id est creari, renunciari. quod *capi flaminem* ab aliis dictum. Livius *interregem prodi* dixit libro VI. ab U. C. *prodi Dictatorem* Pomponius lib. II. D. de Orig. Juris. Quare is sequenti versu sit legendum. *Nec sine vi produnt.* sic lib. V. 698. ex optimis codicibus,

Cui jam facundo prodidit ore Deus.

prodire Augustus Auson. Epist. V. ad Theonem. Vide cum de eo verbo notavimus ad Claudianum initio libri primi de Raptu Proserpinae. Apulejus Met. X. *Natam pullam prodidit vicinis alumnandam*, pro *tradidit.* Heins. Sed non minus in sacris, quae in vulgus proferebantur, proprium est verbum *edere*, quod hic habet Pureaneus & alii multi mox Vs. 291. de quo vide ad lib. I. 7. & alibi. nisi mox Vs. 294. praestat *edidit* retinere. quia arcana decet. *poterant* etiam nonnulli codices, &, *potent.* Bunn.

292. *Numero utrumque.*] *Utrique* in quibusdam. Naug. Vid. lib. V. 720.

293. *Adhibe tu vincula capiti.*] *Adhibeto* rectius Ursin. Mazar. Zulich. Voss. Arond. prim. Ambr. Lacti & multi alii. quatuor tamen, *adhibe tua.* Reddit Ovidio suas elegantias & scribe, *adhibe sua* remedia capiti. Trist. IV. Eleg. VII. ex fide membranarum,

Cur quoties alicui dixerim sua vincula demi,
Illum sperasse nomen habere tuum.

& Art. Am. III. 273.

Arida nec vinclis crura relaxa suis.

Heins. Haec vero Ovidius imitatione Virgilii lib. IV. Georg. 396. composuit.

294. *Edidit arte capi.*] *Erudit* venuste Voss. Arond. Ursin. prim. Ambros. Mar. Zulich. Naugerc. cum tribus aliis. infra hoc ipso libro,

Illa etiam stantes radio percurrere telas
Erudit.

Trist. II. 244.

Romanas eruditque nurus.

Art. Am. II. 66.

Erudit infirmas ut sua mater aves.

Heins.

295. *Lucus Aventino suberat.*] Varro de hujusce collis etymo *Glim*, inquit, *paludibus mons erat ab reliquis disclusus. Itaque eò ex urbe, qui advehebantur ratibus, quadrantem solvebant: cujus vestigia, quod ea, qua tum itur, velabrum; & unde ascendebant ad Rumam, nova via lucus est & sacellum Larum.* Hic lucus, de quo Noster. Neap.

295. *Niger ilicis umbra.*] Servius ad illud: *Ilice sub nigrâ, vel umbrosâ, vel revera nigrâ, quia talis est*; ob viridem, qui ad nigrum accedit. inde Horatio, *pulla myrtus.* Neap.

300. *Fonti Rex Numa mactat ovem.*] Hoedes victima propriae. idem Flaccus ad fontem Blandusiam:

Dulci digne mero, non sine floribus,
Cras donaberis haedo.

Neapol.

301. *Disponit pocula Bacchi.*] *Dis ponit* legendum esse jam monui Art. Am. I. Vs. 231. Heins.

301. *Odorati Bacchi.*] *Vini* Mazar. Arond. & Vossii. sed est & hoc ex Virgilio IV. Geor. 379.

Hujus odorato radices incoque Baccho.

302. *Cumque suis.*] Hi numero bifseni. Antiquus vetus auctor apud Arnobium lib. V. Adversus Gentes: *Numam dicunt, Egeriae monitu, fastos duodecim juvenes apud aquam celasse cum vinculis; ut cum Faunus & Martius Picus ad id locorum venissent haustum, nam illis aquandi solemne iter huc fuit, invaderent, constringerent, colligarent.* Neap.

303. *Solitos fontes.*] *Solitum fontem* Patavinus, Moreti & tres alii cum pr. Edit. Ald. Gryph. & al. *invocat ad solitos* Regius unus.

306. *Sopitas.*] *Subjectas* Voss. Mazar. Arond. & duo alii.

306. *Addit in arcta manus.*] Ridet hos nexus Arnobius: *Soliditatis*, inquit, *habebant quidquam, aut ex duris ossibus informatae fuerant eorum manus, quae constringi laqueis & nodorum possent illigationibus coërceri?* Neap.

307. *Pugnando vincula tentant Rumpere.*] *Tentando pugnant* prim. Ambros. Laeti & plurimi alii. probe. nisi quod malo, *luctando vincula pugnant Rumpere.* sic Persius Sat. V.

Nam & luctata canis nodum abripit, attamen illi,
Cura fugit, à collo trahitur pars magna catenae.

Met. lib. VII. 777.

—— jamdudum vincula pugnat
Exuere ipse sibi, colloque morantia tendit.

Met. II. 685.

Ille tamen pugnat molles evincere somnos.

Fast. II. 638.

Et solidâ ramos figere pugnat humo.

lib. VI. 515.

Injiciuntque manus, puerumque avellere pugnant.

quibus locis multi veterum, *tentat*, vel *tentant* perperam. In Ibide, 18.

Naufragii tabulas pugnat habere mei. Heins.

312. *Cornua Faunus ait.*] Capripedem & cornutum hunc finxit antiquitas. Neap.

Tum Numa, Di nemorum, factis ignoscite nostris,
Si scelus ingenio scitis abesse meo.
Quoque modo possit fulmen, monstrate, piari.
Sic Numa: sic quatiens cornua Faunus ait:
Magna petis; nec quae monitu tibi discere nostro
Fas sit. habent fines numina nostra suos.
Di sumus agrestes, & qui dominemur in altis
Montibus. arbitrium est in sua tela Jovi.
Hunc tu non poteris per te deducere coelo:
At poteris nostrâ forsitan usus ope.
Dixerat haec Faunus; par est sententia Pici.
Deme tamen nobis vincula, Picus ait.
Juppiter huc veniet, validâ deductus ab arte.
Nubila promissi Styx mihi testis erit.

Emis-

314. *Fines suos.*] *Suas* Patavinus. vid. ad I Art. 282.

315. *Et qui dominamur.*] Recte in Nostro, *& qui dominemur*: bellius quod in alio veteri, *& qui dignemur.* Neap. *Dominantur* & *dominentur* etiam nonnulli.

316. *Arbitrium est in sua tecta Jovi.*] *In sua tela* Mazar. Zulich. Voss. Arond. & sex alii. ut de fulmine agatur. Atque ita Janus quoque Ulitius noster legendum conjiciebat ingeniose, ut solet. Heins. *In sua regna* Ambros. & Laeti. vide mox 343.

317. *Deducere caelo.*] Verbum magicum. Tibullus: *Lunam deducere tentat*, Graecorum καθέλκειν. Apollonii interpres: *Αἱ Θετταλίδες καθέλκουσι τὴν σελήνην.* Neapol. *Caelo deducere caelo* Sattavii & duo alii. frustra. vid. ad Epist. I. 3.

318. *Sed poterit.*] Veteri inest, *At poterit.* Neapol.

321. *Validâ perductus ab arte.*] In nonnullis, *nostra perductus ab arte.* Naugerc. *Validae per. ab arce* optimi libri scripti. Crofan. Simplicius & magis pro castissimo autore videtur, quod è codice veteri annotavit Scaliger, *summa deductus ab arce.* Dan. Heins. Eidem inest, *Valida perductus ab arte.* sic arbitror legendum. Neap. *Validâ veniet deductus ab arte*, vel *arce*, Voss. Arond. pr. Ambr. Max. & multi alii. plures, *summâ deductus ab arce. Deducere* verbum magicum. hinc *carminibus deducere Lunam* passim apud Nostrum & alios poëtas. Graecis scriptoribus καταγειν τὴν σελήνην. sic καταγειν τὸν Δία Plutarcho in Numa hac ipsa narratione. de eo verbo plura ad Propertium Passeratius & nos suo loco. *fummam arcem* caelum quoque vocat lib. I. Mar. de Jove,

Quae pater ut summâ vidit Saturnius arce.

& lib. II. de eodem,

Emissi, quid agant laqueis, quae carmina dicant;
Quàque trahant superis sedibus arte Jovem,
Scire nefas homini. nobis concessa canantur,
Quaeque pio disci vatis ab ore licet.
Eliciunt coelo te, Juppiter, unde minores
Nunc quoque te celebrant, Eliciumque vocant.
Constat Aventinae tremuisse cacumina silvae:
Terraque subsedit pondere pressa Jovis.
Cordi micant Regis: totoque è pectore sanguis
Fugit; & hirsutae diriguere comae.
Ut rediit animus, Da certa piamina, dixit,
Fulminis, altorum Rexque Paterque Deûm.
Si tua contigimus manibus donaria puris:
Hoc quoque, quod petitur, si pia lingua rogat.

Ad-

—— *fulminaque petit ardua arcem.*

Heins. Vid. supr. ii. 70.

322. *Nobila promissi Styx mihi testis erit.*] De Styge pulate lib. ii. Metamorph. ex Servio & multis auctoribus. Ciofan. *Promissi* Mazarin. vid. ad ii Met. 45. *testis* an etiam Amarof.

323. *Emissi quid agant laqueis.*] Non elegantius libri scripturae; *Laetis laqueis quid agant.* Neap.

323. *Quae carmina dicant.*] Videntur mihi verba ita Pontificis, cum fulmina condebat, de quibus veteres Gloſſae Juvenalis: *Condi fulgura dicuntur, quoties Pontifex disperſos ignes in unum redigit, quadam sacrâ ignorantiae prece, & locum aggeſtione conſecratum.* Neap.

325. *Nefas homini eſt.*] *Eſt* deeſt in melioribus. *Canantur* Helmſtad. rectius. Heins.

326. *Disci vatis ab ore licet.*] Sic libri veteres, recte. Ciofan. An *dici* ſatis apte hic legatur dubito. *diari* unus Vorianus, multo rectius, niſi *dejci*, ut olim conjecerat Heinſius, quis malit, quae verbis modo §. 313. & ſemper fere permutata. Et ſaepe Poeta, qui Deorum diſcipulum ſe ubique profitetur, in his libris aliorum doctorem agit. ut inf. 436.

Dicta quis ipſe Deus.

vi. 130.

Cauſſaque, cur ſoleat diſſiliſſe, certa fabiſt.

Et ſibil. vid. inf. §. 778. *ab ore quunt* Gryph. Et hexam. Scaligeri. Burm.

328. *Eliciumque vocant.*] Habuerunt quoque Graeci τὸν Δία κατιβάτην, quod *Elicium* interpretemur: illius meminit Pollux lib. ix. ni fallor; hujus Varro lib. v. *Sic Elicii Jovis ara in Aventino, ab eliciendo.* Neap. Hoc Jovis cognomen illuſtrarunt ex Diſſertatione de Jove Fulgeratore cap. ix. adde & inf. iv. 827. ubi Romulus elicit Jovem. Burm.

330. *Terraque subsedit.*] Ut illud ſupra in primo, 568.

Illaque subsedit pondere molis humus.

Neapol.

332. *Fugit & hirsutae.*] *Effugit, hirsutae* Sarravii & Moreti unus. *à corpore* etiam nonnulli ſcripti & editi.

333. *Ut rediitque animus.*] Sine *que* conjunctione lib. Statii. ſequor. Ciofan. Priſca editio, *ut redit animus.* Non melior. Neap. *ut rediit animus* vera lectio, quicquid turbant lib. veteres. Diximus Notis ad Epiſt. vi. Heins.

335. *Donaria.*] *Sacraria* Patavinus unus.

336. *Quod petitur.*] *Petimus* Sarravii.

337. *Sed verum.*] Sic boni libri. Ciofan. *Verumque* alii.

337. *Ambage remota.*] *Remiſſa* Strozzae codex. vide Notas Epiſt. vii. §. 149. Heins.

339. *Caedo caput, dixit.*] Similem ritus crudeliſſimi permutationem Macrobius ad Junium Brutum referre Saturnalium primo, capite ſeptimo, videtur. Qui Brutus, cum ſexto Compitalium per Tarquinium Superbum reſtituto, Laribus ac Maniae Larum matri ex reſponſo de edicto Apollinis, ut pro capitibus ſupplicaretur, pueros immolari obtinuiſſet, capitibus allii & papaveris juſſerit ſuppliciari, ut reſponſo Apollinis ſatisfieret de nomine capitum, remoto ſcelere infandae ſacrificationis. Sed & Herculem in Italiam delatum pro humanis capitibus oſcilla ad humanam effigiem ſimulata atque efficta Saturno obtuliſſe, cumque oraculi lex eſſet:

Καὶ κεφαλὰς Ἄιδῃ πῇ καὶ τίνι πέμπετε φῶτα;

τὸ φῶτα non de viris ſed de luminibus eſſe interpretatum, atque inde morem exortum, ut Saturnalibus cerei miſſitarentur. eadem denuo reperit idem Macrobius ejuſdem libri capite undecimo. Heins.

Adnuit oranti: ſed verum ambage remotâ
Abdidit, & dubio terruit ore virum.
Caede caput, dixit. cui Rex, Parebimus, inquit:
Caedenda eſt hortis eruta cepa meis.
Addidit hic, Hominis: ſummos, ait ille, capillos.
Poſtulat hic animam: cui Numa, Piſcis, ait.
Riſit: &, His, inquit, facito mea tela procures,
O vir colloquio non abigende meo.
Sed tibi, protulerit cum totum craſtinus orbem
Cynthius, imperii pignora certa dabo.
Dixit, & ingenti tonitru ſuper aethera motum
Fertur, adorantem deſtituitque Numam.
Ille redit laetus, memoratque Quiritibus acta.
Tarda venit dictis difficilisque fides.

At

340. *Eruta cepa meis.*] Studet Numa triſtius avertere. Plutarchus in eodem: Ἐκεῖ δὲ ὁ τὰς βαίμονας φαλὸν ἐπιθεὶς τῇ κεφαλῇ, ἀπὸ ἐπαλῶν μὲν καταγωγῆς τῷ Διὶ μαγείσατο· τῷ δ' ὑπὸ ἀγχιζήβου τῷ Νομᾷ, σκόροδον εἰς χεῖρα βαλὼν τῇ κεφαλῇ ἐπιβαλὼν· ἢ δὲ Νομᾶ, κρεμμύων, ἐπὶν, ἀνθρώπων· τῷ δ' ἀδὺς ἐκτρέποντα τὸ δ' ἀστάγμασι· ἔφασκε, ἐπίσης, θεῖον ἀπαλεμπέρδα ἢ δὲ Διὸς ἐμβύχας, ἐπαγωγεῖν τῷ Νομᾶ μανίαν· τοῦτα λέγειν ἐπὶ τῷ Ἡγησίας διδάσκαλον. & ille Anrias apud Arnobium: *Jovem diu cunctatum, Expiabit, dixiſſe, capite fulgurita: Regem reſpondiſſe, Capitis; Jovem rurſus, Humano: retuliſſe Regem, Sed capilli; Deum contra, Anima: ſubjeciſſe Pompilium, Piſcis. Tunc ambiguis Jovem propoſitionibus captum extuliſſe hanc votem, Deceptiſti me Numa.* Neap.

341. *Summos, ait ille, capillos.*] In nonnullis, *ſummos, ait ille, capillos.* Naugek. *Summos* malo cum quatuor noſtris, quod & in ſuis invenerat Naugerius. *Addidit hic omen* Mazar. pro *Addidit hic, Hominis.* In Zulichemiano vetus ſcriptura erat craſa. Heins.

342. *Piſcis, ait.*] Cur *pauis* potius oblata, non alius, nescio. Dianae olim immolabant, ob cauſſam, quam recitat Euſtachius in his: Φύσιν μανίας τῇ Ἐνόδῳ παιδὸς ἐξ ὑπνῶν τῇ ἐνόδῳ· ἀφὸ τὸ ἐκκὼν τῶν ἐν μανίαν ἀπὸν ὕδωρ. Neap.

343. *Mea tela procures.*] Hoc eſt in poſterum: unde Plutarchus de fulminum procuratione: Ὅτι πατέρας μέχρι τῶν ἀφὸ κερμάτων, ἢ τριχῶν, καὶ μανίαν. Neap.

343. *Tela procures.*] Repellas tres. *reponas* unus.

344. *Colloquio non abigende Deûm.*] *Meo* rectius pro diverſa lectione Arondelianus. quomodo & duo alii. Heins.

346. *Imperii pignora certa.*] Ancile: cui ad imperii tutelam eadem fides praeſtita ac Palladio, Diis Samothracum, & igni Veſtali. Neap. *Multa* unus. *cara* Mazar. vid. ſupr. §. 74.

347. *Super aethera notum.*] *Motum* ſcribe cum Voſſ. Arond. pr. Ambr. Zulich. Maz. aliſque nonnullis. lib. ii. 439.

Cum ſubito motae tremuere cacumina ſylvae.

& poſt. 501.

Cum ſubito motu ſepes tremuere ſiniſtra.

Silius lib. iii. 205.

Te ſtragis numerum, te moto turbida coelo
Tempeſtas, ſedesque virûm, magnaeque ruinae
Idaei generis, lacrymoſaque fata ſequuntur.

Idem lib. xii.

Nullaque jam mitem credas habuiſſe tenentem
Fulmina, nec placido commota tonitrua coelo.

Idem lib. v.

Sic ubi torrentem crepitanti turbine nimbum
Illicit terris molitus Juppiter altas,
Fulmine nunc Alpes, nunc mixta Ceraunia coelo,
Intremuere ſimul tellus, & pontus, & aether,
Ipſaque commoto quatiuntur tartara coelo.

Stat. Theb. v.

Addita ſigna polo, laetaque ululante tumultu,
Tergaque & aera dei motae crepuere per auras.

Corip. Afric. lib. v.

Haud ſecus ac Libyci terra ſitiente coloni
Nubila ſuſcipiunt, motu cum fulgura coelo
Prima micant.

Propertius libro ii. Eleg. xvi.

Vidiſti motо ſonitus procurrere coelo.

At certe credemur, ait, si verba sequatur
Exitus. en, audi crastina, quisquis ades.
Protulerit terris cum totum Cynthius orbem,
Juppiter imperii pignora certa dabit.
Discedunt dubii, promissaque tarda videntur;
Dependetque fides à veniente die.
Mollis erat tellus roratâ mane pruinâ;
Ante sui populus limina Regis adest.
Prodit, & in solio medius consedit acerno.
Innumeri circa stantque silentque viri.
Ortus erat summo tantummodo margine Phoebus:
Sollicitae mentes speque metuque pavent.

Con-

ubi, *tuae percurrere coelo*, nunc legitur, etiam in scriptis, *cernere coelum omne* dare Maroni. idem Silius lib. XV. 144.

Addidit augurio fulmen pater, & vaga late
Per subitum motu frequere tonitrua mundo.

HEINS.

351. *At certe credamur, ait.*] Ita haec habet liber vetus, *At certe credatis, ait.* NEAPOL. *Credemur* scripti plerique. Sed vere Sarrav. & duo alii, *credemur.* mox *sequatur* meliores, pro *sequetur.* HEINS. *Credemur* recte. vid. ad lib. VII. Met. 98.

352. *Et audi crastina quisquis ades.*] Puto scribendum, *crastina.* pro quisquis crastinus aderis. HEINS.

353. *Protulerit.*] Unus Maxar. *protinus extulerit cum* recte *Cynthius orbem*, non male, & exactior aliquanto definitio, unde fiducia major apparet. & ita factum docet infr. Sf. 367. *totos arbes* unus Heinsii. ut & supra Sf. 345. duo habebant. BURM.

354. *Pignora certa.*] *Multa* unus. vid. supr. Sf. 79.

356. *Adveniente die.*] Idem, *à veniente die.* NEAP. *Adveniente* scripti plerique. HEINS.

357. *Rorata.*] *Torrentes* plurimi ex melioribus & prima editio. ut ita *rorare* dicitur active, de quo vide Heins. ad Claud. I. 385. Forte autem hic *rorantem* terram narrat, quod aliter parum ad rem pertinere videri poterat, quia inde bonum omen capiat a quibusdam solerat, ut certe de Augusto narrat Sueton. cap. XCII. BURM.

358. *Solio consedit acerno.*] *Eburno* pr. Farnes. pr. Ambros. & tres alii. HEINS. Sed mihi *acerno* malim simplicitati & paupertati temporis, quo Numa regnavit, convenire videtur. eadem varietas est IV. Met. 87. ita Virgil. VIII. 178.

Accipit Aeneam soliogue invitat acerno.

BURM.

360. *Stantque silentque viri.*] *Sedentque* multi probae notae. sed male. Met. XIII.

Consedere duces, at vulgi stante coronâ.

vid. inf. IV. 304. HEINS.

363. *Niveo velatus amictu.*] Galeâ sacerdotali. Veteres Glossae Juvenalis: *Tiara galea sacerdotis, quae per malas veniens mento subligatur.* Videtur pileum Judaici sacerdotis. de quo Isidorus: *Pileum ex byssо rotundum, quasi sphaerâ mediâ caput tegens: sacerdotale, & in occipitio vittâ constrictum, hoc Graeci & nostri tiaram vocant.* NEAP.

364. *Jam bene.*] Francius malebat, *tam.*

365. *Munera.*] *Pignoris* Vatican. & Farnes. quod Heinsius praeferebat.

367. *Totum jam Sol emoverat orbem.*] Sic liber Statii. & Maffei. Ursini vero, *evolverat.* Cuj. *Evolverat* quinque veteres. quomodo apud Statium Achill. I.

Jam premit astra dies, humilisque ex aequore Titan
Rorantes evolvit equos.

Virgil. III. Aen. 284.

Interea magnum Sol circumvolvitur annum.

sic & *evolvere pectore questus* Valerio Flacco lib. IV. Avienus Descriptione terrae,

Hic se Sarmaticis evolvens finibus.

post,

Eminus evolvunt hic sese pinguia Nili
Flumina.

At Vatic. unus & Thuan. *emerserat.* Elegantius fane. Arulenus Mussus apud me incolitus: *Emergit se: Sallustius itidem.* IV. *ubi se laniata navigia à fundo emergunt.* Terentius in Andria: *ex illis se emersurum malis.* Cornelius Nepos in vita Attici: *Quibus ex malis ut se emerserat.* Cicero de Aruspicum responsis: *Serpens, quae tum delituerit, tum se emerserit.* Apuleius Apologia: *Veritas velut alto barathro calumniae se emergit,* sic contra *demergere* et-

Constitit, atque caput niveo velatus amictu,
Jam bene Dis notas sustulit ille manus.
Atque ita, Tempus adest promissi muneris, inquit.
Pollicitam dictis, Juppiter, adde fidem.
Dum loquitur, totum jam Sol emerserat orbem:
Et gravis aetherio venit ab axe fragor.
Ter tonuit sine nube Deus, tria fulgura misit.
Credite dicenti; mira, sed acta, loquor.
A mediâ coelum regione dehiscere coepit:
Submisere oculos cum duce turba suo.
Ecce levi scutum versatum leniter aurâ
Decidit. à populo clamor ad astra venit.

Tollit

orbem idem infra dicetur Sf. 517. ut ex veteribus libris emendamus. Val. Cato in Diris:

Monstra repentinis terrentia saepe figuris
Cum subito emersere furentis corpora ponto.

Manilius lib. V.

—— *cum jam vicesima Cancri*
Septimaque ex undis pars sese emergit in astra.

Avienus Descriptione terrarum,

—— *qua lux se rursus Eoa*
Emergit pelago.

HEINS. *Commoverat* duo. *ostenderat* unus.

368. *Et gravis.*] Malim, *En gravis.* pro *venit*, alter Putcaneus, *vergit.* non male. sic infra:

Stella Lycaoniam vergit declinis ad Arctos.

HEINS.

368. *Ab axe.*] *Ab igne* Ambros. & Laet. *aethera ab arce* alius.

371. *A media coelum regione dehiscere coepit.*] *Visum est* quidam veteres. Mazarinian.

A media subito coelum discedere visum est.

neque aliter Vossianus. elegans satis & proprium *discedendi* verbum hoc loco. quod Nonius pro *hiare, dividi, distendi* interpretatur. Virgil. IX. Aen. 19.

—— *unde haec tam clara repente*
Tempestas? video medium discedere coelum;
Palantesque polo stellas, sequor omina tanta.

Ubi Servius, *In Auguralibus etiam libris inter ostenta coelum discessisse dicitur.* eidem Georg. III. 24. *Scena versis frondibus discedere* hoc sensu dicitur. Cic. de Divinatione lib. I. *Exponique initio belli Martii & deorum simulacra sudavisse, & sanguinem fluxisse, & discessisse coelum, & ex hoc oculto ausibus esse voces.* Idem in Arato,

—— *pelibus subito percussa Diana*
Insula discessit.

hoc est, ut Aratus ipse,

Νήσου ἀναπλήξασα μέσας ἐκάτερθε πολῆας.

apud Jul. Obsec. C. Valerio, M. Herennio Coss. *Coelum visum discedere, cujus hiatu vertices flammae apparuerunt.* perperam illic *descendere* circumfertur. neque aliter capiendum illud Lucretii initio lib. III. *Moenia mundi discedunt.* Idem Cicero Offic. lib. III. *Hinc ille Gyges inducitur à Platone, qui, cum terra discessisset magnis quibusdam imbribus, descendit in illum hiatum.* Silius lib. VI. 36.

Stagnantem caede & facilem discedere terram
Ense fodit. ——

Calpurnius Ecloga VII.

Ah tepidi quoties non discedentis arenae
Vidimus in partes ruptaque voragine terras
Emersisse feras. ——

ita scribendus ille locus. quod & Lipsio jam ex parte praevisum est. Barthius ad Claudianum pag. 181. curis secundis inepte, *noctem cadentis arenae.* nam quod negat esse, quo *vè arenae* referatur, non attendebat sequi *voragine.* Val. Flaccus lib. I. 285.

—— —— *dirimique procul nullo aequore visa*
Cooperat à gemina discedere Sestos Abydo.

qui locus etiam vulgo depravatus circumfertur. HEINS. *E Media* Arundel. *regione videtur* Servii codex.

372. *Cum duce turba suo.*] *Suos* meliores. HEINS. In uno Petavii codice erat, *surrexere manus cum duce turba suas.* quod minime ab imperito librario profectum puto. nam *surgere* active, pro *surrigere*, capi non huic hominum turbae notum erat, sed quia offendebat rudes hos & ignaros omnis elegantiae scribas, & qui ad fulgura etiam submittere suos oculos solent, vulgatam nobis procuderunt lectionem. ita Plaut. Epid. V. II. 67. *Tambos surgite atque extollite.* Germanic. Phaenom. 437.

Sub gemini Procyon fulgentis sidera surgit.

ubi

Tollit humo munus, caesâ prius ille juvencâ,
Quae dederat nulli colla premenda jugo.
Idque ancile vocat; quod ab omni parte recisum est:
Quàque notes oculis, angulus omnis abest.
Tum, memor imperii sortem consistere in illo,
Consilium multae calliditatis init.

Plura

ubi recte Grotius pro *furit* dictum notat. vide Sanctii Minerv. III. 3. & ibi Cl. Perizon. jam vero convenit rectius fecisse Numae, ut oculos in coelum intentos teneat, & deinde vitio ancili, quod debebant, tolleret manus ad coelum: cum si simulasset oculos, non potuisset certe scire fieri veritatem aura fortasse tandem decidisse. ad minium vero hoc spectaculum tollent cum duce turba manus in coelum, ut moris fuisse patebit ex adnotatis ad Petron. cap. XL. & Quinctil. II. 12. haec quamvis mihi veritima lectio videatur, non tamen ausus fui ab omnibus receptam loco movere. sed *suo* vindicat etiam alter locus. IV Trist. II. 66.

Lactaque vix praesens cum duce turba suo.

BURM.

376. *Quae dederat nulli colla premenda jugo.*] Boves, quos pro sacrificio veteres interficiebant, nunquam aiverant. Seneca in Oedipo:

Appellite aris candidum tergo bovem,
Cui nunquam vomeris colla depressum jugo.

& hic Nolet. lib. I. hujus operis:

Colla rudis operam praebent ferienda juvenci.

CROMAY. Sallo Putean. *terga premenda* tres libri. *terenda* volebat Francius.

377. *Quod ab omni parte recisum.*] Ancile igitur fuit ex Numae sensu colligam fuisse rotundum, non tamen loquendi penitus credam; sed adeo obvium, ut in nummis vidisse memini; ubi sic exhibetur:



Sed, quod dolebat, fallit Naso in hanc sententiam, qua vetus fuit locutio. Sic *ancisa* dicta sunt ab ancilium ratio, quae curiata appellamus, quod curiae convocando talia ferrent, teste auctore Festo, qui haec de ancilium forma: *Ancile appellatum, quia ea utrique latere erat recisum, ut summum jugum pateret.* prisca editio habet, *latum pateret.* Quae si bene capio, non alia Festi mens, quam ancilis schema sic delineare:

Describit nobis parum clare Plutarchus in Numâ: Ἀγκύλια καλεῖσθαι ἀπὸ τοῦ σχήματος· κύκλῳ γὰρ οὐκ ἔστι, διὰ εὐσθένειαν, ὡς πέλτη, τῷ ἀφαιρέματι, ἀλλ' ἐκτετμῆσθαι τῆς γραμμῆς ἰλυσειδῶς, ἢ οἱ πρόσθεν καμπὰς ἔχεται, καὶ συνιστορεῖσθαι τῇ κυκλότητι πρὸς ἀλλήλας, ἀγκῶνα τὸ σχῆμα καλοῦσι. Dionysius peltae Thraciae acquiparat, secutus puto Varronem, qui *Ancilia* ait lib. IV. *dicta ab ancisu; quod ea arma ab utraque parte, ut peltae Thracum, incisa.* Nota, quod *ut* in incisionem cadit. Vult enim Varro eam incisionis figuram fuisse in ancilibus, quam peltae Thracum haberent in summo tantum, illa ad utrumque latus: nam peltae lunam semiplenam referebant in hunc modum:



Ceterum ancilis etymon deduci potest ex eo quod esset ἀγκύλον τὸ σχῆμα, aut quod ἐπ' ἀγκῶνα gestaretur; sive quia ἀγκύλον ὅπλον καὶ ἐκτετορ-

Plura jubet fieri simili caelata figurâ;
Error ut ante oculos insidiantis eat.
Mamurius morum fabraene exactior artis,
Difficile est, illud, dicere, clausit opus.
Cui Numa munificus, Facti pete praemia, dixit.
Si mea nota fides; irrita nulla petes.
Jam dederat Saliis (à saltu nomina ducunt)
Armaque, & ad certos verba canenda modos.

Tum

an, ut summo viro placuit, quod averruncandae pestilentiae causâ, ἀκόντως significatio in nomine sit. Laudo ingenium. NEAPOL.

378. *Quemque notes oculis.*] *Quaque* Nauger. Zulich. Mazar. Ursin. Petav. & quinque alii. Sed apud Isidorum libro XVIII. cap. 12. *Quemque* legitur, & superiori versu, *Idque ancile vocat*, non *Atque*. quomodo etiam Ursin. Voss. Mazar. Zulich. Nauger. & octo alii. HEINS.

380. *Multae calliditatis.*] *Miras* Petavianus; ut Epist. XVI.

O mira calliditate virum.

vid. ad II Amor. XV. 14. eadem varietas infr. VI. 668. BURM.

381. *Plura jubet fieri.*] Non ab uno, sed à pluribus; ut inter tot aliquis ad verum caeleste σχῆμα exprimeret. Plutarchus: Τῶν δ' πίλων ἀφεῖντο αὐτῶν, καὶ μιᾶς ἐσπένδοντο ἁπάσαις τὰς τεχνίτας τοῦ ἐμπλάττου, τὴν μὲν ἄλλας ἀπεστῆν, Βεττίαν δ' Μεμμίαν, ἣν τ' ἄκρον δημιεργῶν, ὅτως ἐφικέσθαι τ' ἐμφερείας, καὶ καταπλῆξαι πάσας ἁπλῶς, ὥστε μηδ' αὐτὸν ὑπ' τ' Νομᾶ διαγνώσεσθαι. NEAP.

383. *Mamurius.*] *Marmurius* multi codices. *Mammurius* nonnulli. *fabricaene* Sarravii.

384. *Difficile est illi dicere, clausit opus.*] *illi* in nonnullis. Ursini codex, *illud*, ut referatur ad τὸ *opus*. quod sequor. HEINS. *Sculpsit* Sarrav. *culsit* Petav. vid. ad XV. Met. 813.

385. *Munificus.*] *Magnificus* Petav. & idem, *pete munera.*

386. *Nota fides.*] *Vera* Putean. Moreti & Excerpta Douzae. vid. infr. 662.

387. *A saltu nomina.*] *Salii*, inquit M. Varro, *à saltando: quod facere in Comitio quotannis & solent, & debent.* tamen ex Polemone quodam refert, quemdam Arcada, dictum Saiium, eis enoplian saltationem & nomen etiam dedisse: at nugae. Plutarchus: Σαλίων δ' οὐκ ὀλίγοι γένη, ὧν οἱ μὲν μυθολογοῦσι, Σαμοθρᾳκῶν ἄνδρες ἡ Μαντινίων ὄντας Σαλίους τοὺς ἐπὶτῶν ὁπλομαχοῦντας ἔρχησιν, ἀλλὰ μᾶλλον διὰ τ' ἐρχήσεως αὐτῆς ἁλτικῆς ὕπης, ὃν τὰ ὀνόματα δ') ἐξαγγελλόμενοι τοὺς πόλεις, ὅταν τὰς ἱερὰς πίλους ἐπιλάσσωνται τῷ Μαρτίῳ μηνί. & clarius Dionysius lib. II. Ὑπὸ δ' Ῥωμαίων, διὰ τ' συνήθη κίνησιν τὸ ῥᾳδιουργεῖσθαι τι ἐν τοῖσιν σκλίοις ὑπ' αὐτῶν λεγεται

διὰ δ' τ' αὐτῆς αἰτίας ἐν τοῖς ὕμνοις ἅπασιν ἐχρῶντο, ἐπεὶ καὶ τάχους πολὺ τὸ χρήσιμον ἐν τοιούτοις ἐστί, ὠθισμοῦ γιγνομένου διὰ τ' Σαλίων τάσιν, Σαλτάτιος καλοῦσιν. Hoc Saliorum tripudio haud suspicor Romae solemnius celebratum, si vera Lucianus περὶ Ὀρχήσεως· Ἐπὶ τάχιστ δίκαιον μετὰ τ' Ῥωμαίων ἐρχήσεως ἀριστεῦσαι, διὰ οἱ ἐξηλέγξατο αὐτῶν, τῷ πολεμικωτάτῳ τ' θεῶν Ἄρει, οἱ Σάλιοι καλοῦμενοι (ἱερωνύμῳ δ' τοῦτο ὄνομα) ἐρχήσει σεμνοτάτῳ τι ἅμα καὶ ἐναγωνίῳ. Bene ἐξηλέγξατο· nam, teste Tullio in oratione pro Domo suâ, ex Patriis legebantur. Ceterum saltatio qualis fuerit tradidit etiam Dionysius lib. II. Κινοῦνται δ' πρὸς αὐλὸν οἱ ῥυθμῷ τοὺς σκοπὸς κινοῦσι, τοτὲ μὲν ἁπλῶ, τοτὲ δ' ἐμπλοκῇ, καὶ πυκνοῖς τοὺς ὤμους ἀφέντι ἅμα τοῖς χερσὶν χρῶνται δ' ἐν κύκλοις σύσταλοι καὶ τ' οὐ τοῖς ἀπίστοις δοκοῦσιν ὑπὸ δ' ἐγγυτέρω ὄψεσι, εἴ τι δὴ τοῖς ἐρχήσεις τεκμαιρόμενοι λέγω, Κύρητες ἴσως οἱ πρῶτοι κατανοήσουσι. In motibus autem frequens illis fuit amptruatio, quae fiebat in circum: haec à prosaltore initium sumebat. Lucilius:

Praesul ut amptruat, inde & velut redamptruat alii.

Praesul, & *prosaltor*, idem: hoc unum ex Saliatu munus; quae tria, *Praesulis*, *Vatis* & *Magistri*. NEAPOL. *Dicta* plerique veterum. *quae saltu nomina ducunt* Voss. *qui saltu nomina ducunt* Sarrav. Zulich. Maz. At idem Zulichemimus tamen manu primâ, *à saltu nomina ducunt*. vere. quomodo & duo alii. Supra lib. I. 467.

Ipsamone, quae nomen habes à carmine ductum.

ubi etiam male scripti plurimi, *dictum*. Horatius lib. III. Od. XXVI.

——— *tua sectus orbis*
Nomina ducet:

& libro II. Sat. I.

——— *& qui*
Duxit ab oppressa meritum Carthagine nomen.

& Satyra II. libri II.

——— *Avidienus,*
Cui Canis ex vero ductum cognomen adhaeret.

Silius libro XI.

Tum sic Mamurius, Merces mihi gloria detur,
Nominaque extremo carmine nostra sonent.
Inde sacerdotes operi promissa vetusto
Praemia persolvunt, Mamuriumque vocant.
Nubere siqua voles, quamvis properabitis ambo,
Differ: habent parvae commoda magna morae.
Arma movent pugnam, pugna est aliena maritis.
Condita cum fuerint, aptius omen erit.

His

Quae fugitis facies? quaeve additis? ille ego sanguis
Dardanius, cui sacra pater, cui numina liquit
A Jove ducta Cayo.

ita ex optimo codice illa scribencia. libro XVI.

Dicant, qui pecudum ducant ab origine nomen,
Quantum divini praecellant semine ortus.

& libro XVII.

Hic prisca ducem: Claudiorum ab origine nomen
Claudia.

ducere uxorem Noster supra primo libro,

Ille Numantinâ ducit ab urbe notam.

Ceterum *à salta nomina ducent* brevis & elegans loquendi modus, ut τὸ *qui* subintelligatur. quomodo possim veteres historici, sed locis plerumque ab inscitâ manu interpolatis, ut ad Livium abunde docuit Cl. Gronovius. Virgil. lib. II.

—— *tarentisque Choreubus*
Argolicus, illis ad Trojam forte diebus
Venerat.

Ita recte omnium veterrimus Mediceus. vulgo, *illis qui ad Trojam.* Idem Maro libro I.

Urbs antiqua fuit. Tyrii tenuere coloni.

eodem libro ex optimis membranis,

Sum pius Aeneas: raptos ex hoste penates
Classe veho mecum.

vulgati codices, *raptos qui.* Propertius libro IV. Eleg. IV.

Urbi fessus erat: dixere Palilia patres.

Auctor Moreti:

Interdum clamat Scybalen: erat unica custos
Afra genus, cura patriam testante juvenca.

i. e. vetus codex Petavianus. vulgo,

Cybala haec erat unica custos.

Nostler Met. XIII. 723.

—— —— *petebat*
Sicaniam: trinis excurrit in aequora linguis.

ita enim & illic codico scribendum esse, cum *tribus* hanc legitur inconcinne. Apulejus. Flor. I. *Ut praeterea genus apud illos praestabile. Gymnosophistae* appellantur. Heins.

388. *Armaque.*] Ea qui fuerint diximus: unum addi potest, & debet, quo habitu induti. hunc accurate descriptum inferam ex Dionysio lib. II. Ἐφεξῆς, inquit, ὁ αὐτὸς ἦγε σὺν τοῖς τὰ Πανδιόνια, τῷ καλουμένῳ Μαρτίῳ μηνὶ, δημοτελὴς ἐπὶ πολλαῖς ἡμέραις ἀγομένη, ἐν αἷς ἅμα τῷ πόλιν ἄγειν τοὺς χορεύσοντας ἐν τῷ ἀγορᾷ τοῦ Καπετωλίου, καὶ πολλὴν ἄλλην ἰδίᾳ τὴν καθ' ἡμέραν τάξιν, χιτῶνας ποικίλους χαλκᾶς μίτρους περιζωμένους, καὶ τριβώνας ἐμπεπορπημένους φοινικοπαρύφους, ἀς καλοῦσι τραβέας· ἔστι δ' ἐπιχέσθαι αὐτὴ Ῥωμαίοις ἰοῦσι σὺν τοῖς πάνυ νεανίσκοις τὰς καλουμένας ἄσπιδας ἐπικύρτους τῶν κυφαλῶν, πίλους ὑψηλοὺς ἐς σχῆμα πυραμίδος κωνοειδῆς. Sunt Dionysio ποικίλοι χιτῶνες, quod Livio *tunicae pictae.* Sic ille de Saliis: *Tunicae pictae lasanae dedit,* quam Latini *pictam vestem* vocant. Hesychius: Ποικίλον ἱμάτιον ζωγραφητόν. Neap.

388. *Verba tenenda modos.*] Hinc illi Τρωχτὰ καὶ Χορευτὰ dicti passim. Glossae: *Saltus, ἐφόδους ἢ τὰ διαστήματα ὅπλα περιπόλων ὁμιλούσας, πρόσπαιξ.* Neap. *Sonos* Thuan.

390. *Nomina nostra sonent.*] Dictum factum: ut addita non multo post Lucia Volumnia: nec hi solum, verum alii (sic postea receptum, grassante adulatione) in sacram hoc carmen inserti. Germanico mortuo, auctore Tacito, inter alios honores decretum, *ut nomen ejus Saliari carmine concresceret.* M. Antoninus Philosophus Caesari Vero filio *jussit*, ait Capitolinus, *ut statuae tantummodo deterrenterentur, & imago aurea Circensibus ferenda, & ut Saliari carmini nomen ejus inseretur.* Non absimilis tuos Athenienses; ὁ si hodie! quo de Republicâ meritos peplo Minervae intexebant: teste Diodorus Siculus de Antigono & Demetrio lib. XX. hinc de clarissimo viro natum epithetum, Ἀξιὸς ἐς τὸν πέπλον. Neap.

390. *Extremo.*] *Aeterno* Sarravii.

392. *Mamuriumque vocant.*] Fabrum quendam hunc fuisse fabulosum inulris; ut M. Varroni, cui Veturius Mamurius nihil aliud quam vetus memoria. Vidit hanc discordiam Plutarchus, ideo, Οἱ δὲ, inquit, Οὐαλέριόν Μαμούριον φασι ταῦτα ποιῆσαι. ἄλλοι δὲ Οὐετούριον μεσσιᾶναι. Neap.

394. *Differ.*] Ad condita usque ancilia. Rationem praevides, suspicor, sed hîc habes. Eccen

His etiam conjux apicati cincta Dialis
Lucibus impexas debet habere comas.
Tertia nox emersa suos ubi moverit ignes;
Conditus è geminis Piscibus alter erit.
Nam duo sunt: Austris hic est, Aquilonibus ille
Proximus. à vento nomen uterque tenet.
Cum croceis rorare genis Tithonia conjux
Coeperit, & quintae tempora lucis aget;

Sixe

superstitione per id tempus nihil publice geri poterat; nullum iter alicui fas erat aggredi. De Othone apud Tacitum Hist. primo: *Fuere, qui profectanti Othoni moras religionemque nondum conditorum ancilium adferent. Aspernatus omnem cunctationem, ut Neroni quoque exitiosam.* & Suetonius lib. VIII. *Expeditionem autem impigre & praepropere suscepit; sed & mensis, necdum conditis, ancilibus.* Mota dicebantur, dum illa Salii per Urbem circumferebant: inde in Kalendario Constantini Magni notatur ea dies, ARMA ANCILIA MOVENT. Neapol.

395. *Pugnam.*] *Pugnas* Mazar. Vatic. Ambr. & duo alii. *pugnae* Voss.

397. *Apicalis cincta Dialis.*] Sic unus Vatic. & Statii. Ursini & alius Vatic. *Capitis discincta Dialis.* Crofan. Omnino veteres melius, *apicati sancta Dialis. Apicatus*, qui gerit apicem: quid hic in flamine, notum; non illud, cum eodem flamini mori non licuisse. Appianus de Mithridate, (hunc paullum supra facit τὸν ἱερέα τοῦ Διός) lib. primo Bellorum Civilium: Μαρίλλας μὲν τὰς φλόγας σβεσθείσας ἐκέλευσε, καὶ πενθοῦντα αὐτὸν ἀφικέσθαι ἐφ' ἵππου τὰς φλόγας τ' αὖθις ἀνάψοντα· ἐ γὰρ ἐῶ θεμιτὸν, ἀφικομένου τελεσθῆναι. Neapol. Miras denuo turbas libri veteres hic excitant. Sed nos, omissis ceteris, ad fidos potissimum convertamur. Vulgatam tuerur Ursini codex & Nauger. *capitis distincta dialis* Petav. *apicatis cura* Mazar. prim. Ambr. & plurimi alii. *capitis distincta* Arondel. alique tres. *apicalis cincta* Voss. *apicali cincta* Zulich. Excerpta Politiani & duo Medicei, *apicati cincta*, recte: vides etiam τὸ *cincta* in omnibus fere vetustioribus apparere. Festus: *Cincta Flaminica vestis velata.* Quare fortassis lib. VI. 226. etiam scribendum,

Tum mihi sic conjunx cincta Dialis ait.

ubi *sancta* nunc legitur. Heins.

398. *Debet habere comas.*] Ut etiam per dies XIV. mense Junio, donec ifercus ex aede Vestae delatum; ut dicturi sumus, Θεοῦ διδόντος, in VI. Fastorum. Neapol.

399. *Tertia nox emersa suos ubi moverit ortus.*] Lib. Urs. & Masfei: *Dimensa suos ubi moverat ignes.* Stat. *Dimensa suos ubi moverit ortus.* In eujus lib. ora notatum est, vel, *ignes.* quod glossema cum in libro Ursini perspicue scriptum sit sequendum mihi videtur. Crofan. Notat in aliis codicibus, *emensa*, in aliis, *dimensa*, legi Berlmannus. Neutrum, inquit, recte. & causas addit. In Gryphiana editione, quam cum antiquo codice Scaliger contulerat, *emensa* legebatur. pro quo in codice Scaligeri eleganter *emersa* legebatur:

Tertia nox emersa suos ubi moverit ortus.

hoc est, sub initium noctis. optime. Dan. Heins. v. Nonas est austrini piscis ἀέρις ἑῶν. Neapol. Et hic non leviter turbatum est. Ursin. Voss. Arond. Mazar. pr. Med. Naug. quinque alii, *de mense.* Zulich. Excerpta Polit. duo alii, *demensa*, tres cum opt. Ambros. & Laeti codice, *dimensa.* Petav. cum aliis quatuor, *dimersa.* nonnulli, *demissa*, vel *dimissa*, vel *immissa.* quatuor, *desmersa.* Probe unus Vatic. & editiones veteres, *emersa.* Val. Flaccus lib. V. I.

Altera lux haud laeta viris emersit Olympo.

Nostler Met. XV. 186. ex antiquis codicibus,

Cernis & emersas in lucem tendere nostes.

Statius Theb. I. 156.

— *quid si peteretur crimine tanto*
Limes uterque poli, quem sol emersus Eoo
Cardine, quem portâ vergens prospectat Iberâ?

Ita vetus codex. Noster paulo ante ex antiquis libris:

—— *totum jam Sol emerserat orbem.*

Apulejus initio lib. XI. *Vides praemicantis lumine candore nimis completum orbem marinis emergentem fluctibus.* & mox de eadem, *Ecce pelago medio divina emergit facies.* Marcianus Capella lib. VI. *Si emersi solis exortus concavis subductioris terrae latebris abderetur.* idem paulo post de Sole & Luna, *Qui mox, ut primi luminis fulgor emerserit, confestim ad obtutus nostros directis limbi dirigentur.* Dracontius Hexaemero, ut legendum ex vestigiis veterum librorum:

Auroram jam quarta dies emerserat undis.

Ceterum pro *ortus* libri veteres multi, *ignes*, cum Petav. & Voss. id est, stellas, ut lib. IV. Met. 81. & passim Noster in hoc opere. Heins.

401. *Austris hic est.*] Ideo Νότος appellatus,

Sive eſt Arctophylax, ſive eſt piger ille Bootes;
Mergetur, viſus effugietque tuos.
At non effugiet Vindemitor. hoc quoque cauſſam
Unde trahat fidus parva docere mora eſt.
Ampelon intonſum, Satyris Nymphàque creatum
Fertur in Iſmariis Bacchus amaſſe jugis.
[Tradidit huic vitem pendentem frondibus ulmi;
Quae nunc de pueri nomine nomen habet.]
Dum legit in ramo pictas temerarius uvas,
Decidit: amiſſum Liber in aſtra vehit.

Sextus

Sextus ubi Oceano clivoſum ſcandit Olympum
Phoebus, & alatis aethera carpit equis;
Quisquis ades, canaeque colis penetralia Veſtae;
Cratera Iliacis turaque pone focis.
Caeſaris innumeris, quem maluit ille mereri,
Acceſſit titulis Pontificalis honos.
Ignibus aeternis aeterni numina praeſunt
Caeſaris. imperii pignora juncta vides.
De veteris Trojae digniſſima praeda favillà,
Quà gravis Aeneas tutus ab hoſte fuit;

Or-

aliter Βόρειος: ſed hic & Χελοφύλαξ, & Solitarius, & Τρίτος ἀπὸ ἄρκτου. Vide Theonem & Germanici Scholiaſten. Neapol.

402. *A ventis.*] *A ventis* unus Heinſii & tres alii, cum editione prima, Gryphii & alius. *utrumque* Regius & Petavii, forte, *a vento nomen utroque*. Burm.

403. *Cum tractis rorare genis.*] *Rutilare* Zulich. Mazar. & unus Vatic. pro diverſa lectione. Neque aliter Sarrav. & unus meus. duo, *rorare comis*. ut *rorantes crines* Stat. II. Theb. 136. vid. inf. lib. IV. 141. Si quid autem, *rutilare comis* libenter reponam. Vide quae de *coma rutila* noto ad Metam. lib. V. fin. 440. Heins.

404. *Quintas tempora lucis agat.*] III. Nonas occidit Arctophylax cosmice. Neapol. *Quartae* duo libri. *lucis erunt* quinque. *nobis erunt* Petav.

405. *At non effugiet vindemitor.*] Hac eadem vindemiatoris ortus ἀκρόνυχος. Neapol.

406. *Parva docere mora eſt.*] *Dicere parva* nonnulli. *parvi referre* Max. Zulich. Voſſ. & ſex alii, quomodo ſaepe Noſter. Heins. Parum refert, ſed cur *docere* renovandum ſit non video. vide ſupr. 386.

409. *Satyris.*] *Satyris* Arond. Francof. & optimus optique, magno conſenſu. & recte, ut puto. obſcene enim Nympham vulgato corpore infamem, nec uni, ſed pluribus Satyris paſſim incumbentem tangit; eſt enim Noſter iniquior ſemper Nymphis, ut ſupe notavimus. vide ad II Met. 452. Burm.

411. *Tradidit huic vitem.*] Diſtichon hoc adulterum & ſupplicium manum ſapit. Heins.

411. *Frondibus.*] *E* vel ex *frondibus* multi. ut v. Met. 127. *à frondibus* Junii. vid. X. Met. 91.

414. *Amiſſum Liber in aſtra tulit.*] Graecis vocatus Διόνυσος, aliis Διόνυσος & Διώνυσος: ſita hujus bella in unâ Virginis alâ. Hyginus: *In utriuque genui bovat: quarum una, quae eſt in dextrâ parte ad humerum deſtra, protegatur vocatur.* eadem Germanic. Neap.

415. *Liber in aſtra tulit.*] *Vehit* Voſſ. Arondel. Zulich. Mazar. & Bt. Farnef. nempe tigribus, ut & Ariadnam. Propertius, III. XV. 8.

Lyncibus in coelum vecta Ariadna tuis.

ſic lib. V. Met. 644.

Et medium coeli terraeque per aëra vecta eſt.

ubi & Mss. *lata*. Heins.

415. *Sextus ubi è terra.*] Pridie Nonas Martias Auguſtus Pontifex Maximus deſignatur, ut haberet omni ex parte jus *ulteriorem*. Suetonius in eodem: *Poſtquam vero Pontificatum Maximum, quem nunquam vivo Lepido auferre ſuſtinuerat, mortuo demum ſuſcepit: quidquid Fatidicorum librorum Graeci Latinique generis, nullis vel parum idoneis auctoribus, vulgo ferebatur, ſupra duo millia, contrahta undique, tranavit.* Liquidum hoc etiam è Dione Caſſio lib. LIV. Annus fuit ab Urbe condità DCCXLI. diem vero, quem ſuggerit Noſter, firmat vetus Kalendarium; in quo ante Nonas haec legimus: PR. NP. HOC DIE CAESAR PONTIF. MAX. FACT. EST. Eodem menſe, ſed poſt dies quattuor (res mira) Tiberius filius dignitatem hanc adiit. Lapis Romanus: (partem adſcribam & quae huc faciunt) ITEM DEDICATIONE STATVARVM CAESARVM ET AVGVSTARVM, MVLSVM ET CRVSTVLA PECVNIA NOSTRA DEVOTIS OMNIBVS ET POPVLO DEDIMVS, PERPETVOQVE EIVS DIE DEDICATIONIS DATVROS NOS, TESTATI SVMVS: QVEM DIEM, QVO FREQVENTIOR QVOTANNIS SIT, SERVABIMVS VI. IDVS MARTIAS, QVIA HAC TIBERIVS CAESAR PONT. MAX. FELICISSIME CREATVS EST. Neapol.

415. *Ubi è terra.*] *Ubi Oceano* Urſin. Voſſ. Arond. Zulich. Mazar. Nauger. & tres alii. bene. ſic apud Maronem. XI. I.

Oceanum interea ſurgens Aurora reliquit.

apud Apulejum Metam. IX. *Sol ipſum quidem delapſus Oceanum ſubterrenas orbis plagas illuminabat. ſcandit & carpit* etiam libri meliores. pro *alatis equis* prim. Ambroſ. Mazar. Zulich. & tres alii, *elatis*. hoc eſt, elatis è mari. Claudian. de Sole, Conſ. Olybr. ℣. 4.

Blanditiaeque elato rubeant temone jugales.

ſic & alii ſaepe. ſed & *alipedes* eosdem equos alibi vocat in Metamorph. Heins.

417. *Caſtaeque colis penetralia Veſtae.*] *Canaeque* Zulich. & à manu prima Mazar. bene, Virgil. V. 744.

Pergamumque larem & canae penetralia Veſtae
Farre pio & plena ſupplex veneratur acerra.

lib. IX. 259.

Aſſaracique larem & canae penetralia Veſtae
Obtteſtor.

& lib. I. 292.

Cana Cores & Veſta.

Martial. lib. I. 71.

— — vicinum Caſtora canae
Tranſibit Veſtae, virgineamque domum.

Legitur quidem apud Propertium lib. II. Eleg. XXXIX.

Ibat & hinc caſtae narratum ſomnia Veſtae.

ſed controverſia eſt ea ſcriptura. cum in aliis libris ſit, *in caſta veſte*. quod Palleratius tuetur. Puto *canae matri* legendum, vel, *incanae matri*. ut plenius ad ipſum Propertium afferemus. interim vide de ſimilibus in Propertio nacvis quae notavi ſupra lib. I. ℣. 287. ſic & *Cana Tethys* poëtis dicta, quomodo *Cana Veſta* hoc loco. Heins. *Gratatque* Ambroſ.

418. *Gratare, Iliacis turaque pone focis.*] *Cratera* optime Urſini, Zulich. & Maz. codices, ut in illo Virgilii, V. 68.

Craterasque duos ſtatuam tibi pinguis olivi.

vam & crateres ſacrificiis adhibiti. Juvenalis Sat. II. 86.

Atque Bonam teneras placant abdomine portas,
Et magno tratere Deam.

de eorum in ſacris uſu Eratoſthenes etiam nonnihil apud Macrobium Saturnal. V. cap. 21. ſic & *patera* ſacris adhibitae. has cum acerra ſimiliter conjungit in Robigalibus Faſt. IV. 934.

Cumque meri paterâ thuris acerra fuit.

& apud Horatium lib. I. Od. XX.

Verbenas puri, ponite, thuraque
Limicum patera meri.

Heins. *Laetare* unus. *Gratatae* alius. deinde *Italicis* duo. *donaque pone* totidem.

419. *Quem maluit ille mereri.*] *Quem* Mazar. Zulich. & Strozz. bene. quem honorem Pontificalem maluit mereri quàm alios innumeros titulos. mox *honos* meliores, pro *honor*. Heins.

420. *Pontificalis honor.*] Hujus exemplo, ſecuti Caeſares munus id ſacrum non neglexere ad Gratianum usque: qui primus ex iis ſanctè reſpuit hunc morem. Zozimus lib. IV. *Simul enim atque ſummum Imperium quisque accipiebat, amictus ei ſacerdotalis à Pontificibus offerebatur, & continuo Pontificis Maximi titulum uſurpabat: & ceteri quidem Principes univerſi lubentiſſimis animis hunc honorem acceptſſe & hoc uſi titulo videntur; adeoque Conſtantinus etiam potius Imperio, liuat is à rectâ ſacris in rebus viâ deflexerit* (haec impie) *& fidem Chriſtianorum amplexus eſſet, tamque poſt illum reliqui ordine ſecuti, & Valentinianus atque Valent. Cum ergo Pontifices, ex more, Gratiano talem ambitum attuliſſent, averſatus eſt id quod petebant, ratus, non eſſe fas illiusmodi habitu Chriſtianum uti.* Neapol.

422. *Junctа vides.*] Scripti vetuſtiores omnes, *videt*, aut *vident*. an, *viden?* Heins. *Veſta videt* Gottorph. *dicta videt* Medic. *imperiis* etiam Voſſian. & ſex alii. *culmina junctа* etiam Sarrav. pro varia lectione.

423. *Di veteris Trojae digniſſima praeda ſervati.*] Urſin. Nauger. Excerpta Polit.

De veteris Trojae digniſſima praeda favillà.

optime. non enim de Dis omnibus è Trojâ ablatis, ſed de una Veſtâ nunc agitur. Argute igitur ipſam Veſtalem vocat praedam è favilla Trojae ablatam. Sic & Propertio lib. IV. Eleg. IV. *Veſta Iliacae felix tutela favillae* dicitur. quare & pro *Numina* mox *Lumina* ſorte rectius legas. Heins.

424. *Qua gravis.*] *Qua pius* Voſſ. & duo alii.

Ortus ab Æinea tangit cognata sacerdos
Numina; cognatum, Vesta, tuere caput.
Quos sanctà fovet ille manu, bene vivitis ignes.
Vivite inextincti, flammaque, Duxque, precor.
UNA nota est Marti: Nonis sacrata quod illis
Templa putant lucos Vejovis ante duos.
Romulus ut saxo lucum circumdedit alto:
Cuilibet, Huc, inquit, confuge, tutus eris.
O quam de tenui Romanus origine crevit!
Turba vetus quam non invidiosa fuit!
Ne tamen ignaro novitas tibi nominis obstet:
Disce quis iste Deus, curve vocetur ita.

Jup-

426. *Cognatum.*] *Sacratum* Putean. & Excerpta Douzae.

427. *Bene vivitis ignes.*] Plautus Aulularia:

Nam si ignis vivet, tu extinguere extemplo.

unde *mori* de igne dictum. Martialis:

Quod furcas moriens lucerna Ledae.

NEAPOL.

429. *Una nota est Martis.*] Martiis, inquit, Nonis dicata Vejovis caedes: erat in regione VIII. P. Victor in eadem: *Aedes Vejovis inter arcem & Capitolium.* Prope Asylum exaedificavit hanc Romulus, ad augendam Asyli religionem. Colligo ex Dionysio, sed Auctor ille (& caute, ne Graecus in Romano etymo erraret) Vejovem incertum quendam δαίμονα appellavit. Haec verba è lib. II. quibus & sequentes ordine tres versus habes elucidatos: Τὸ δὲ μεταξὺ χωρίου τοῦ τε Καπιτωλίου καὶ τῆς ἄκρας, ὁ πελάσιοι τὸν λόφον τὸν Ῥωμαίων διάλιπον, μεθόριον ὄντα ἑκατέρων, &c. ubi de Asylo agit. A. Gellius lib. V. cap. 12. *Est autem aedes Vejovis Romae inter arcem & Capitolium.* Sed ne dubitare possis Livium & Dionysium de Vejovis lucis esse capiendos, en Vitruvium lib. IV. cap. 7. *Item generibus aliis constituuntur aedes ex iisdem symmetriis ordinatae, & alio genere dispositiones habentes, uti est Castoris in circo Flaminio & inter duos lucos Vejovis.* HEINS. *Patet* Excerpta Douzae. & Sarrav. *patent* duo alii. de duobus Lucis vid. ad Cicer. IV. ad Att. 3. Commentatores.

431. *Lucum.*] *Muros* Junian.

432. *Huc dixit.*] *Inquit* meliores. & pro *Quilibet* unus Moreti ac Junianus, *Cuilibet.* HEINS.

435. *Ignaro.*] *Ignoti* Sarrav.

437. *Jupiter est juvenis.*] Hoc nomine occurrit in nummo Commodi, quem illustravit Tristan. tom. I. pag. 714. & Spanhemius in Epistola ad Begerum & Epist. IV. ad Morell. & pro diversis aetatis gradibus cognomina sortitum Jovem, ut & *Puer*, & *Crescens*, & *Juvenis* dicatur, docet Ampl. Cuper. in Harpocrate pag. 84. illa vero ad discrimina anni & partes esse referenda docuit Franc. Blanchinus de Kalendario & Cyclo J. Caesaris pag. 47. & seq. Jupiter enim Sol est, qui anni est moderator. BURM.

437. *Adspice.*] *Respice* nonnulli. *inspice* Lucil. *Juvenales* etiam Vatican.

438. *Adspice deinde: manu fulmina nulla tenet.*] Lege ex melioribus scripris,

Adspice deinde manum: fulmina nulla tenet.

vel,

Juppiter est juvenis: juveniles adspice vultus.
Adspice deinde manum: fulmina nulla tenet.
Fulmina, post ausos coelum adfectare Gigantas,
Sumta Jovi: primo tempore inermis erat.
Ignibus Ossa novis, & Pelion altior Ossâ
Arsit, & in solidâ fixus Olympus humo.
Stat quoque Capra simul: Nymphae pavisse feruntur
Cretides. infanti lac dedit illa Jovi.
Nunc vocor ad nomen. vegrandia farra colonae,
Quae male creverunt, vescaque parva vocant.
Vis ea si verbi est; cur non ego Vejovis aedem,
Ædem non magni suspicer esse Jovis?

Jam-

Adspice deinde manus: fulmina nulla tenent.

quomodo alii nonnulli cum primis editionibus. HEINS.

439. *Gigantes.*] *Gigantas* Ursin. Laeti, Eisort. & tres alii. sic etiam lib. V. Pf. 37. scribendum & Trist. lib. II. *Domitos Jovis igne Gigantas.* & lib. IV. El. VII. *Serpentipedesque Gigantas.* & Pont. IV. El. VII. *Affectantes coelestia regna Gigantas.* Apud Silium quoque non uno loco sic peccatur. plura ad Metam. lib. I. Pf. 137. HEINS. *Coelum tentare* unus. *efficiasse* aliquot libri.

441. *Altius Ossa.*] *Altior* plerique veterum, ut V. 381. *Pelion mons obversus. Et Pelion ignibus Ossae Mazar.*

442. *Solida.*] *Solita* Gottorph. & duo alii.

443. *Stat quoque capra simul.*] A. Gellius lib. V. Noctium Atticarum: *Immolatur illi ritu humano capra; ejusque animalis figmentum juxta simulacrum est.* NEAP.

444. *Lac dedit illa Jovi.*] De hac eadem Aratus in Phaenomenis:

Ἀλλ' ἴσθι· τὴν μὲν τε λέγες Διὶ μαζὸν ἐπισχεῖν.

NEAPOL.

445. *Vocor.*] *Vebor* Ambrof. & Lacti. *Venio* duo.

445. *Vegrandia farra.*] Dicta ait antiquitus, quae male creverunt; id est male grandia & minuta: nam vereres *ve* syllabam ad rei parvitatem praeponebant. unde minutam fabam *vegrandem* quoque dixerunt; minores flammes, *veflamines.* de quibus exstat vetus hic lapis, P. IVLIVS HONORATIANVS VE FLAMEN AVGVSTI. & ille haud integer & semirosus:

::::::::::::::::::
CVRIAE PONT:::::
FLAM PACIS IVLIAE
VE FLAM::::::::::

Voluit quidpiam per *veflamines* non minores, sed veteres sacerdotes intelligi: quid nugacius? Sed ad nos Festus: *Vegrande frumentum, pro parvo & minuto. Grandire* apud antiquos est idem quod crescere. Lustricum carmen Catonis: VTIQE TV FRVGES, FRVMENTA, VIRGVLTA, VINETA GRANDIRE BENEQVE EVENIRE SIRIS. NEAP.

445. *Farra coloni.*] *Colono* multi ex melioribus. At Ursin. Petav. Voss. octo alii, *colone.* Lege, *coloni* cum Erfurtano. ut lib. II. 646.

Sumtum de tepidis, ipsa colona focis:

& lib. IV. 629.

—— *tenebat*
Rus breve cum duro parca colona viro.

HEINS.

446. *Vescaque parva vocant.*] Hinc *vescus*, pro imbecillo & exsucco. Plinius de Tritano refert, *Vesco corpore, sed eximiis viribus fuisse.* Arnobius: *Ab puer est vescis imbecillus viribus.* Glossae: *Vescus*, ὀλιγόσαρκος, ὀλιγοδύνης. NEAP.

448. *Non magni Jovis?*] Adulescentis sive pueri; forte hunc appellavit Satyricus *Jovem nondum barbatum*; & antiqua inscriptio, *puerum.* ille Satyrâ VI.

Multa pudicitiae veteris vestigia forsan
Atque aliqua exstiterint & sub Jove, sub Jove nudam
Barbato, nondum Graecis jurare paratis
Per caput alterius. ——

id est, sub minis Urbis, & illâ vagiente: ad quam Romulus alluxit, cum Vejovi templum consecraret. Vetus vero marmor hoc:

FORTVNÆ
IOVIS PVERI
PRIMIGENIÆ.

Sic

Jamque, ubi caeruleum vallabunt sidera coelum,
Suspice: Gorgonei colla videbis equi.
Creditur hic caesae gravidâ cervice Medusae
Sanguine respersis profiluisse jubis.
Huic supra nubes & subter sidera lapso
Coelum pro terrâ, pro pede penna fuit.
Jamque indignanti nova frena receperat ore,
Cum levis Aönias ungula fodit aquas.
Nunc fruitur coelo, quod pennis ante petebat:
Et nitidus stellis quinque decemque micat.
PRotinus adspicies venienti nocte Coronam
Gnolida. Thesео crimine facta Dea est.
Jam bene perjuro mutarat conjuge Bacchum,
Quae dedit ingrato fila legenda viro.

Sor-

Alii Vejovem eumdem cum Vedio putarunt: qui malum nomen; & cui nocendi potestas, non juvandi. Martianus Capella lib. II. de Nuptiis Phil. *In eo perenni strepitu colliduntur animarum, quas Vedius adjudicarit, impietas, id est Pluton: quem etiam Ditem Vejovemque dixere.* Papias Vocabulista: *Vedius Pluto, vel Orcus*; id est, malus Divus. Neap.

439. *Variabunt sidera coelum.*] *Vallabunt* quatuor Farnesiani & tres alii cum Zulichemiano. Nec audiendi Berlmannus & Gruterus, *vacuabunt* reponentes. Sic Ep. IV. de Sole, *Frontem radiis vallatus ecuis.* Heins. Pro *caeruleum* etiam *siderum* Putean. fort *variabant* nihil non displicet, ut flores enim prata variant & distinguunt, ita stellae coelum.

439. *Gorgonei colla videbis equi.*] Iisdem Nonis Pegasus ortus helace. Neap.

452. *Profiluisse comis.*] Sic vulgus poëtarum. Vera opinio est, Pegasum fuisse navis nomen, qua vectus Bellerophon appulit ad montem Telmissum temporibus Amisodari, monstraque ibi quaedam evicit. Neap. *Jubis* Ursin. Nang. Maz. Zulich. & tres alii. Ozom. pro diversa lectione, legit. Val. Flaccus lib. II. 227. de Furiis,

—— *ejs illum nocte remensa*
Invenit in cunis & sparsae juba reppulit hydras.

juba colla percussit. Seneca epistola ultima, ubi agit de Parthis, Scythis ac Germanis. *In qualibet ejus dextra jactaretur juba*, idem de Brevitate vitae; *Quantulo evasissent si quid ex juba sua deperisset? si quid extra ordinata jacuit?* De viris Comatis capillo fluxiore. Heins. Vid. ad Claud. I. in Rufin. 321. & Taubman. ad Plaut. Milit. I. I. 64. *Liberis* hic & unus Patavin.

456. *Cavula fodit aquas.*] Unde fons ille dictus a Graecis ἵππου κρήνη & Aulo Persio, *soni Caballinus.* Neap. *Fudit* Max. Zulich. prim. Ambros. Laeti, Voss. & quatuor alii. Avienus in hac fabula:

—— *cornuque excita repente*
Lympha Camoenalem fudit procul Hippocrenem.

sed verior omnino vulgata scriptura. Rutilius libro primo Itinerarii:

Elicitas simili credamus origine Nymphas,
Musarum latices ungula fodit equi.

Heins. *Cui levi* Voss. *fecit aquas* Petavii & alius *fovit* unus.

459. *Venienti nocte Coronam.*] VIII. Idus, die XXI. post Solis ingressum in Pisces, ut placuit Eudoxo. Geminus: Ἐν δὲ τῇ καὶ Εὐδόξῳ φέρουσι ἀκριβοῦσι ἐπιτέλλει, ἄρχονται ὑρᾶσθαι πάντες. Neapol.

461. *Perjuro.*] *Pro juro* Voss. forte, *pro duro*, Vid. ad VII. Met. 59.

462. *Fila regenda viro.*] *Legenda* Nanger. Mss. Zulich. Arond. Ursin. Helm. & quinque alii. recte. ut jam monui ad Epist. X. 104. vulgatam lectionem frustra ex Virgilio & Catullo Berlmannus tuetur. aliud enim est *regere vestigia fila*, aliud *regere fila*,

—— *ultima Lausо*
Parcae fila legunt.

apud Maronem. Persius Sat. V.

Quae dederam supra, relego, funemque reduco.

ita enim in veterrimis codicibus extare viri eruditi monuerunt, & nos quoque in Leidensis Bibliothecae exemplari pervetusto exaratum offendimus. debet autem ad *funem* referri, quod eruditi interpretes non deprehenderunt. *relegere* & *reducere* funem similia sunt. *relego* quidem primus restituit ex optimis membranis in Persio P. Pithaeus Adversar. I.

Sorte tori gaudens, quem flebam rustica, dixit,
Utiliter nobis perfidus ille fuit.
Interea Liber, depexus crinibus, Indos
Vincit, & Eoo dives ab orbe redit.
Inter captivas facie praestante puellas
Grata nimis Baccho filia Regis erat.
Flebat amans conjux, spatiataque litore curvo
Edidit incultis talia verba comis:
En iterum similes, fluctus, audite querelas:
En iterum lacrimas accipe, arena, meas.
Dicebam, memini, perjure & perfide Thesеu.
Ille abiit: eadem crimina Bacchus habet.
Nunc quoque nulla viro, clamabo, femina credat.
Nomine mutato causса relata mea est.

O

libro II. cap. 4. sed male est interpretatus. Nec tamen propterea vir summus Isaacus Casaubonus pro recepta lectione digladiari debuit. Videtur modus loquendi ortus ab Ariadnes filo, quod Theseus in labyrintho relegebat. Sed modum loquendi hunc plurimis Epistola Ariadnes illustramus. in aliis minus bene, *repeto.* Heins.

463. *Quid flebam rustica? dixit.*] De his lacrymis lib. I. Art. Am. 531.

Thesea crudelem surdas clamabat ad undas,
Indigno teneras imbre rigante genas.
Clamabat flebatque simul: sed utrumque decebat;
Nec facta est lacrymis turpior illa suis.
Jamque iterum tundens mollissima pectora palmis,
Perfidus ille abiit, quid mihi fiet? ait.

Neapol. Codices septem, *quid flet ab rustica?* Lege, *quid flebas rustica?* vide Notas Epist. X. pl. 75. Heins. Optimi Francofurtensis codicis lectionem, *quem flebam rustica, dixit, utiliter* &c. non potui non amplecti, quae sensum rotundiorem efficit, & *flere aliquem* eleganter dictum. Epist. XX. 199.

Cur modo te dubiam pavidi flevere parentes?

& ipsa Ariadna Epist. X. 45.

Quid potius facerent, quam me mea lumina flerent?

apud Propert. III. VI. 39. *Thesеae perjuria linguae flet* eadem Ariadna. Burm.

465. *Depexis crinibus Indos.*] *Depexos* in melioribus. & *venit*, pro *edit*, sequenti versu. Heins. *Depexus* Mazarin. & multi alii, ut ad Bacchum referatur, de cujus crinibus omnia obvia. an vero Indi conati fuerint, & hinc celebres, nescio. *depexos* legendum erit, pro detonsis capiendum foret, quia moris erat victos tondere. vide supr. I. 645. sed mihi *depexus* placet, pro diligenter & ornate *pexus*, vel *depexis crinibus* posset servari, si ad Bacchum, non ad Indos referatur. ut ordo sit, *Bacchus depexis crinibus vincit Indos.* eodemque modo, ut mox, *puella facie praestante; cultor Norico ferro*, & similia obvia. *depellere vano crines* est pars curae & ornatus. ut VI. Fast. 229.

Non mihi detonso crines depellere buxo.

ubi plura. Gell. X. 15. *Neque comit caput, neque capillos depetiit. redit* etiam praeculi; quia victores *redire, remeare* saepius dicuntur. vid. Heins. ad XV. Met. 569. ubi etiam *veniebat* pro *remeabat* multi. Noster II. Trist. 177.

Hic tibi sic redeat superato victor ab hoste.

venire vero & *redire* fere semper confudcrunt librarii. vid. ad Epist. I. pl. ult. Burm.

468. *Grata nimis.*] *Minus* unus. Heinsius malebit, *animis Bacchi.*

469. *Litore curvo.*] *Litore pavo* Vossian. quod est *parvo*, ut est in Mazarin. ita Sueton. Tiber. 42. *Delectatus insula, quod una parvoque litore adiretur.* ita Monae insulae *breve litus & incertum*, id est, quod modo aquis tectum, modo nudatum erat, tribuit Tacit. XIV. Ann. 29. similis diversitas est lib. I. Trist. I. 106. ubi, *scrinia curva*, vulgo; sed quidam codices, *parva*, habent. Burm.

470. *Comis.*] *Modis* duo. *sonis* tres.

471. *En iterum fluctus.*] *Eu*, id est, *Heu*, tam hic quam versu sequenti opinor legendum. Heins.

472. *Accipe.*] *Suscipe* Ambr. Laeti & duo alii. *decipe* duo. *cumbibe* Volcbat Francius, vel *imbibe.*

475. *Clamabo, femina credat.*] Ex nuptiis Catullianis Pelei & Thetidos:

Tum jam nulla viro juranti femina credat:
Nulla viri speret sermones esse fideles:
Qui, dum aliquid cupiens animus praegestit apisci,

O utinam mea fors, quâ primum coeperat, iſſet!
Jamque ego praeſenti tempore nulla forem!
Quid me deſertis perituram, Liber, arenis
Servabas? potui dedolniſſe ſemel.
Bacche levis, leviorque tuis, quae tempora cingunt
Frondibus; in lacrimas cognite Bacche meas;
Auſus es ante oculos adductâ pellice noſtros
Tam bene compoſitum ſollicitare torum?
Heu! ubi pacta fides? ubi, quae jurare ſolebas?
Me miſeram, quoties haec ego verba loquor!
Theſea culpabas, fallacemque ipſe vocabas:
Judicio peccas turpius ipſe tuo.
Ne ſciat hoc quiſquam, tacitisque doloribus urar:
Ne toties falli digna fuiſſe puter.
Praecipue cupiam celari Theſea; ne te
Conſortem culpae gaudeat eſſe ſuae.
At, puto, praepoſita eſt fuſcae mihi candida pellex.
Eveniat noſtris hoſtibus ille color.
Quid tamen hoc refert, vitio ſi gratior ipſo eſt?
Quid facis? amplexus inquinat illa tuos.

Bac-

Nil metuunt jurare, nihil promittere parcunt;
Sed ſimul ac cupidae mentis ſatiata libido eſt,
Dicta nihil metuere, nihil perjuria curant.
NEAPOL.

476. *Causa relata.*] Nonata Zulich. Adi Notas Remed. Amor. 729. HEINS. *Iterata* duo. *necata* alius.

477. *Qua primum.*] *Quo* plurimi. *primo inceperat eſſe* Muret. *cum primum* Arund.

478. *Jamque ego praeſenti.*] In meo, *jamque ego praeſenti*. NEAP. *In praeſenti* Arund. & alius. & ex codicibus veteres comiat. BURM.

479. *Moriturum, Liber, arenis.*] Non Chii, ut quidam interpretes, ſed Diae inſulae, quae ſita juxta Theram, Κυκλάδων μεγίστην. Ubi relictam a Theſeo, & inventam a Bacchо, ſcribit in Arte & Metamorphoſi, ut Theocritus Methymnaeus in Bacchicis commentibus. Athenaeus: Τὸν δ' Θησέα ἐκλιπόντα Δηϊάνειραν, Φίλιννος μὲν ἐν Μεθυμναίοις ἐν τοῖς Ἐπιγραφομένοις Ἐρωτικοῖς φησὶν Ἀριάδνης, ἣν ἐν Διᾳ τῇ νῦν Θηρασίᾳ ἐρασθεὶς. Catullus & alii. SCALIG.

480. *Addicta pellice.*] *Dedicta* Francofurt. vid. ad Ep. IX. 121.

482. *Tam bene.*] *Jam bene* plurimi.

483. *Haec ego vana loquor?*] *Quarer* unus Pa-tav. lege, *quaeri haec ego vana quare? Verba iu-quar* Urſin. Petav. & alii nonnulli. *loqui* pro *queri* ſaepe inepte apud Noſtrum. Poterat &, *ſera quo-rer*, reponi. HEINS.

487. *Fallacemque ipſe vocabas.*] In tribus anti-quis, *Fallacemque ipſe vocabas*. NEAP.

488. *Turpius.*] *Turpiter* plures. *tutius* Petavian.

489. *Neſciat hoc quiſquam.*] Scribe, *Ne ſciat*. ut & apud Lucanum, ubi ſimiliter peccatur,

Ne ſciat hoc quiſquam, niſi tu, quae ſola meorum
Conſcia votorum es.
HEINS.

493. *Fuſcae mihi candida pellex.*] Ironice. *Fu-ſcus* erat color noviter amatae: hic Indorum pro-prius; Itali dicunt *olivaſtro*: aliquando ſignifica: ejusdem idiomatis *brunetto*. in hac ſignificatione legimus apud Noſtrum alicubi:

Eſt etiam in fuſco grata colore Venus.
NEAPOL.

494. *Color.*] *Pudor* Putean.

495. *Vitio tibi gratior ipſa eſt.*] Duo veteres, *gratior ipſe eſt*, ipſa nigredine. NEAP. Malim, *ſi gratior*, cum uno Ambroſ. Mer. XIII. 268.

Quid tamen hoc refert, ſi ſe pro claſſe Pelaſgâ
Arma tuliſſe refert.
Ep. XVI. 213.

Quid

Bacche, fidem praeſta; nec praefer amoribus ullam
Conjugis, adſuetae ſemper amare virum.
Ceperunt matrem formoſi cornua tauri;
Me tua: at hic laudi eſt, ille pudendus amor.
Ne noceat quod amo: neque enim tibi, Bacche, nocebat;
Quod flammas nobis faſſus es ipſe tuas.
Nec, quod nos uris, mirum facis. ortus in igne
Diceris, & patriâ raptus ab igne manu.
Illa ego ſum, cui tu ſolitus promittere coelum.
Hei mihi, pro coelo quàlia dona fero!
Dixerat: audibat jamdudum verba querentis
Liber, ut à tergo forte ſecutus erat.
Occupat amplexu, lacrimasque per oſcula ſiccat:
Et, Pariter coeli ſumma petamus, ait.
Tu mihi juncta toro, mihi juncta vocabula ſume.
Jam tibi mutatae Libera nomen erit.
Sintque tuae tecum faciam monumenta coronae;
Vulcanus Veneri quam dedit, illa mihi.
Dicta facit: gemmasque novem transformat in ignes.
Aurea per ſtellas nunc micat illa novem.

Sex

Quid tamen hoc refert, ſi te tenet ortus ab illis?
Ep. VI. 136.

Quid refert, ſcelerata piam ſi vincit?
HEINS. Ubi vide. nam male & hic quidam codices, *refert*.

498. *Aſſuevi ſemper amare virum.*] In nonnul-lis, *Conjugis aſſuetae ſemper amare virum*. NAUG. Lego,

Conjugis aſſuetae ſemper amare virum.
nam *aſſuetum* erat in uno Farneſiano. HEINS.

499. *Ceperunt matrem.*] Paſiphaëm. Nota fa-bula. NEAP.

500. *Me tua.*] Sic probat, & matri & filiae placuiſſe caput corniperum. NEAP.

500. *Me tua: ſed laudi illa pudendus amor.*] Urſin. prim. Ambroſ. Lacti, prim. Med. Voſſ. alii-que plurimi, *Me juvat & laedit*. Petavianus, *Me viat & laedit*. *Me tua me laedit*, vel *laudat*, pro diverſa lectione Sarrav. at Arond. Zulich. & Maz. *Me tua me laudant*. Scribo:

Ceperunt matrem formoſi cornua tauri,
Me tua: at hic laudi eſt, ille pudendus amor.
Vis ſenſus & lex criminis poſtulant. HEINS. *Laedit* hic pro infamiam adfert explicat Achill. Statius ex illis Catull. Epig. LXX. *Laedit te quaedam mala fa-bula.*

501. *Neque enim tibi.*] *Neque enim hoc tibi* Voſſ. *nocebit* unus Heinſii. & mox, *qui flammas*, Voſſ.

506. *Hei mihi, pro coelo.*] Stat. Urſini & duo Vatic. *Ei mihi*. de qua orthographia dixi in lib. de Ponto & in Metamorphoſin. CLAUDIAN. *Qua-lia damna* duo. vid. lib. V. 314.

507. *Dixerat: audierat.*] *Audibat* recte Urſin. Petav. Voſſ. Maz. Zulich. Epiſtola Hypermneſtrae, ex optimo libro,

Et tamen audibam, quodque verebar erat.
HEINS.

509. *Amplexu.*] *Amplexum* Regius. vid. ad Pe-tron. CXLVI.

511. *Sume.*] *Sumis* Voſſ. & Arond. *ſume* alter Petav. bene. & ſequenti verſu, *Jam* pro *Nam*, ſex libri. HEINS.

513. *Monumenta coronae.*] Huc facit quod ſcri-bit Germanicus Caeſar. *Hanc coronam dicitur eſſe Ariadnes, quam Liber aſtris intuliſſe dicitur, dum ejus nuptias Dii in inſula Creta celebrarent, cogitatos praeclarum facere, pro qua primum nova nupta co-ronata eſt. Sed qui Creitica conſcripſit, refert quia Liber ad Minoën regem veniſſet, ut Ariadnen filiam ejus duceret uxorem, coronam dono Ariadnae dediſſe, Vulcani opere factam ex auro & gemmis pretioſis. & talis fulgoris fuit, ut Theſea ex Labyrintho libe-raret, quae poſt aſtris affixa eſt, cum in Naxo utri-que veniſſent. Signum amoris ejus crines oſtendunt.*

Ex ubi fustulerit, totidem demerserit orbes,
Purpureum rapido qui vehit axe diem;
Altera gramineo spectabis Equiria campo,
Quem Thybris curvis in latus urguet aquis.
Qui tamen ejectâ si forte tenebitur undâ;
Coelius accipiat pulverulentus equos.
Tibus est Annae festum geniale Perennae,
Haud procul à ripis, advena Thybri, tuis.

Plebs

& est fistilis fulgentibus, sub curia Leonis. Habet autem stellas novem in circuitu positas, quarum tres sunt splendidae, ad caput serpentis Aëtuari. Cic. Inde hunc caelestem quis dixit *Gaesium*: quis, *monumentum defensae pacis*: & hic Manilius in Spinacia: quis, *signum ἀναγεγραμμένης Ἀριάδνης.* Neapol.

514. *Illa tibi.*] In uno Moreti, *illa mihi*, quod placet. Bacchus enim à Venere acceptam coronam dedit Ariadnae, non Venus. in Peravii altero erat, *Neptunus Thetidi quam dedit, illa tibi.* Burm.

515. *Novum transformat in ignes.*] In Metamorphos:

—— *Gemmae nitidos vertuntur in ignes,*
Consistuntque loco, sparsis remanente coronis;
Quae sedens mixique gravi est augumque tenentia,

τοῦ ἐν γένεσει: & recte. Neapol. *Mars signat in igne* Medic. unus.

517. *Sex ubi fustulerit.*] III. Idus Martias erant *Equiria in Campo Martio.* Neap.

517. *Totidemque emiserit orbes.*] Duo Vatic. & Stuffi: *Totidem cum disserit orbes.* alii veteres: *Totidemque emiserit orbes.* verius, ut puto. Ciofan. *Totidem cum dixerit*, vel *deserit*, flori multi. quos inter Vatic. & Petav. quidam, *cum demserit*, vel *quot demserit.* alii alter. Mazar. Zuheh. Voss. *demiserit*, pr. Ambrof. Laeti aliique nonnulli. *demisserit.* Steeve. *totidemque remiserit, totidem dimersit* Avenl. Scribe,

Sex ubi fustulerit, totidem demerserit orbes.

sic lib. IV. 368.

Exstigat Orion aequare interius arte.

Appollin. Lucanus libro III. 40.

—— *Titan jam pronus in undas*
Ibat, & ignifero multum declinat orbi,

pictum imitatus *Phoebum* libro IV. 282. dixit:

Subsistitque medio diem nox sua lumine Phoebo.

Sic contra *emergere* supra in notis ad VI. 367. 399. & ad IV. 934. Heins.

518. *Purpureum rapido.*] *Purpureo rapidus* Ambrof. *rapido* unus. qui movet Moreti.

519. *Altera gramineo.*] Dixit *altera*; quia prima acta III. Kalendas Martias. In veteri Kalendario mense Februarii haec legimus: B. IQ. NP. & haec mense Martio: B. IQ. NP. Bulengerus priora fuisse scribit, ut equitatus lustraretur; altera, ut numerus integraretur: sed teflem non adhibet. Neapol.

520. *In latus urget aquis.*] Erat enim Martius campus positus prope Tiberim. Dionysius lib. V. Ἐν μέσῳ ἐξελάσεως πεδίον, ὃ πέντε μετοχῇ τῆς τε πόλεως καὶ τοῦ ποταμοῦ. sed hoc tuo aevo, non Aureliani temporibus, qui pomerium eâ Urbis parte protulit: tunc ei additum suspicor campum Martium. Neap.

521. *Qui tamen ejecta.*] Qui ex undatione Tiberinâ si forte fit inaccessus, in campo quodam montis Caelii Equiria agebantur. Festus: *Martialis campus in Coelio monte dicitur, quod in eo Equiria solebant fieri, si quando aquae Tiberis campum Martium occupassent.* Campus minor etiam vocatus ille Coelii montis. Neapol. *Erepta* Putean. an *erecta*, vel *adjecta*, ut in Drusum VI. 226. *Movebitur* etiam Sarrav.

522. *Coelius.*] Est unus è septem Urbis collibus; cui primum Tuscum fuit nomen *Mastarna*, ut videre est in Oratione Claudii Imperatoris Lugduni cruâ in aereâ tabulâ incisâ. Hoc olim me primum ex eruditis vidisse credebam, sed reperi postea ab aliis praeoccupatum. Neapol. In Coelio ludos Circenses fieri solitos, si Campus Martius diluvio Tiberis stagnaret, & hunc *minorem campum* dici notavit jam ad Catull. LVI. Scaliger.

522. *Accipiat.*] *Accipiat* meliores. Heins.

523. *Idibus est Annae.*] Vide Macrobium primo Saturnalium. Tunc amnem populus auspicato transibat, & Annae Perennae re divinâ facta, omnibus licitum annare & perennare illud solitum precari. Hilaris olim fuit illa dies. Ludi Romae etiam aliquando exciti, an quotannis, non affirmo. Appianus de Martis Idibus, quibus Julius Caesar interfectus, Θέᾳ δ' ἦεαρ, inquit lib. II. Bellorum Civilium, ἐν τῇ Περεννίᾳ ἑορτῇ, καὶ βουλευτήριον ἐμελλε τῶν περὶ αὐτὸν ἄνδρες ἔσεσθαι, εἰκὸς ἐπὶ τοῖς ἴσης ἰδὲ γίγνεσθαι. Neap.

524. *Non procul a ripis.*] Ubi nemus Annae Perennae, de quo Martialis lib. IV. Epigram. XI. inter Anienis confluentem & Milvium pontem. Neapol.

525 Plebs venit, ac virides passim disjecta per herbas
Potat, & accumbit cum pare quisque suâ.
Sub Jove pars durat: pauci tentoria ponunt:
Sunt, quibus è ramo frondea facta casa est:
Pars ubi pro rigidis calamos statuere columnis,
530 Desuper extentas imposuere togas.
Sole tamen vinoque calent: annosque precantur,
Quot sumant cyathos; ad numerumque bibunt.

In-

525. *Disjecta.*] *Disjuncta* Ambrof. *dissecta* Voss. *indigesta* Patav. *digesta* Hamb.

526. *Et accumbit.*] Malim, *& accumbunt cum pare quisque sua.* Heins. *Quaeque suo* Junii & Scaligerae.

527. *Pars durat.*] *Durant* unus Vatic. *tentoria tendunt* unus Medic. *figunt* unus Moreti.

527. *Pauci tentoria ponunt.*] Ut commodius sub his se continerent. Usus verbo militari, nec male: animadverto ex Athenaeo lib. IV. ubi quaedam festa apud Lacedaemonios prorsus his paria, & cum iisdem tabernaculis, vocat imitamentum militaris disciplinae. adscribam locum: Δημήτριος δέ ὁ Σκήψιος φησὶ τὸ τῶν πρόσω ἢ Τρίτων πλανήτων τοὺς ἐν Καρνείοις φυλ ἰσοστασίοις ὠδῇ λακεδαιμονίοις, μίμημα εἶναι στρατιωτικῆς ἀγωγῆς· τέτταρες γὰρ εἶναι σκέλη μὲν τὰ ἀνδρῶν· σκιάδες δ' ἅτινα καλοῦσι, σκιαδεῖς ὕφασμα ἐξηπλωμένον τι· καὶ σκέλη καθ' ἑκάστην σκηνὴν ἄνδρες ἑστῶτες, πάντα τὰ δὲ σύμπηγμα· καρύσσουσι δ' ἐξ τι ἑκάστοις καὶ φορτικὰς τρεῖς, καὶ γίνεται ἡ ἐν Καρνείοις ἑορτὴ ἐπ' ἐμοῦ σκέλα. Neapol.

528. *Sunt quibus è ramis.*] Lege, *è ramo*, ut ambiguites sermonis vitetur. supra,

Nunc avis in ramo tecta laremque parat.

non dissimilia habes apud Scriptorem belli Africani: *Quibus rebus attenuati oppido perquam pauci sub pellibus acquiescebant. reliqui ex vestimentis tentoriolis foliis atque arundinibus saepiusque contextis permanebant.* Rutilius libro I. Itinerarii:

Parvula, subjectis facimus tentoria remis,
Transversus subito culmine contus erat.

Heins.

528. *Frondea facta casa est.*] Adludit ad trichila & umbras, quae & Neptunalibus excitari solitae. Servius Pompejus: *Umbrae vocabantur Neptunalibus, casae frondeae pro tabernaculis.* Neap.

529. *Pars sibi pro rigidis.*] *Pars ibi* rectius veteres magna ex parte. Puto scribendum,

Pars, ubi pro Phrygiis calamos statuere columnis,
Desuper extentas imposuere togas.

Phrygiae columnae, ex marmore Phrygio factae. Certe Bononienses unas, *rigidis*, pro *rigidis*. Tibull. III. III. 13.

Quidve domus prodest Phrygiis innixa columnis?
Taenare sive tuis, sive Charistе tuis.

Juvenalis Satyra XIV. 305.

—— *vigilare cohortem*
Servorum nostu Licinus jubet, attonitus pro
Eliciro, signisque suis, Phrygiaque columna.

idem Satyra VII. 182. de cacnatione:

—— *longis Numidarum fulta columnis.*

sic & *Taenariae columnae* Propertio libro III. Eleg. II.

Quod non Taenariis domus est mea fulta columnis.
Indae columnae Statio libro IV. Sylv. Epulo Domitiani,

—— *Indis innixa columnis*
Robora Maurorum.

sed illud pro ebore accipiendum, cui mensae citreae innitebantur. *Pariae columnae* Prudentio περὶ στεφάν. hymno SS. Petri & Pauli:

Subdidit & Parias fulvis laquearibus columnas.

Syenaeae columnae Festo Avieno Descriptione orbis, 375.

Hic inter densas latae surgentia nubes
Templa Syenaeis Jovis adstant nixa columnis,
Divite saxorum circumvestita metallo.

sic locus mendosissimus videtur constituendus. nam in veteri codice Ambrosianae Bibliothecae,

Templa Sinopaei Jovis adstant.

in eodem &, *densas nubes*. sic & *Pontae columnae* Propertio lib. II. Eleg. XXXI.

Quaeris cur veniam tibi tardior? aurea Phoebi
Porticus à magno Caesare aperta fuit.
Tota erat in spatium Poenis digesta columnis.

ita scribendum, male nunc legitur, *in spectum*. quod quid sibi vellet non sunt assecuti viri magni, & merito. Scaliger *in spectus* legebat, & picturas volebat intelligi. Æstuavit etiam in hoc loco Pulleatius. *Tota in spatium*, pro in totum spatium, per omne spatium. Noster Metamorph. lib. II. 197.

Porrigit in spatium signorum membra deorum.

de porticu. Statius lib. I. Sylvarum de porticibus ad Claudiam uxorem,

Invenies illic, qui Nestoris ebibat annos:
Quae sit per calices facta Sibylla suos.
Illic & cantant, quidquid didicere theatris;
Et jactant faciles ad sua verba manus:
Et durant posito duras cratere choreas,
Multaque diffusis saltat amica comis.
Cum redeunt, titubant; & sunt spectacula vulgo:
Et fortunatos obvia turba vocant.
Occurri nuper. visa est mihi digna relatu
Pompa: senem potum pota trahebat anus.
Quae tamen haec Dea sit (quoniam rumoribus errant)
Fabula proposito nulla tacenda meo.

Ar-

Templaque & innumeris spatia interflua columnis.

Cicero pro Muraena: *Aquibus si domus nostra celebratur, si interdum ad forum deducimur, si uno basilicae spatio honestamur, diligenter observari videmur & coli.* ubi *basilicae spatium* habet. hinc & *spatiari* Noster, quoties agit de ambulationibus in porticu aliqua. haec in transcursu. *exsentas* pro *exsectas* recentiores codices. Heins. Docta quidem haec & egregia de Phrygus, Poenis &c. columnis; sed huc parum facientia puto: *rigidae* columnae, id est ex ligno duro & firmo, opponuntur *calamis*, qui fragiles & tenues. ita *rigidas cerasos* opponit *fertili* & *tenaibus* Paullinus Carm. xiv. pag. 410. ita *rigidus malus* Noster 1. Ep. v. 53. *rigidane limon* 1 Am. vi. 73. & similia. *rigida arbuta* Horat. iii. Od. 10. *rigidae quercus* Virg. Ecl. vi. 28. Burm.

529. *Calamos flatare columnis.*] Quisquis auctor Copae:

Sunt cupae, calices, cyathi, rosa, tibia, chordae,
Et crotalia madrosis frigida arundinibus.

Neapol.

530. *Exactas imponere togas.*] Cameras his similes & in bellica necessitate reperio. Scriptor belli Alexandrini: *Quibus rebus attenuati nullius, oppido perquam pauci sub pellibus acquiescebant, reliqui ex mapalibus tentoriolis factis atque arundinibus sequique consciis.* Mss. *atque arundinum sepis.* Placet: hoc illos fecisse, quibus amica haec fecit, *atque arundineum tegit.* Neapol. Locus est de bello Africano cap. xcvii. Illae togae vero pro vellibus erant. extat fabula edita, at scripti pauciores. vid. ad iii. Art. 302. Burm.

532. *Quot frumenta jubes.*] *Sumens* veteres plerique. Heins. *Sumas.* Patavin.

533. *Nestoris ebibat annos.*] Longissimum temporis spatium significat. de ejus aetate sic Ovid. lib. xii. Metam. in ipsius persona:

——— *Vixi*
Annos bis centum, nunc tertia vivitur aetas.

Helenius Acro nonaginta annos interpretatur apud Horatium. Uno verbo ab Attio, *Trisaeclisenex* appellatur. Ciofan.

534. *Facta Sibylla.*] *Victa.* Putean. alter. unde Heinsius, *cui sit p. t. victa Sibylla suos.*

535. *Quidquid didicere theatris.*] Praeclarus ad hunc corruptelam locus Aristidis in Oratione De non agendis comoedis: *An vero*, inquit, *multum ad gloriam valet, si in balneis, in angiportis, in foris, in auditus muliercularum, pueri, singuli diesque talia canant?* audita scilicet in impuris illis theatris. Neap.

536. *Ad sua verba manus.*] Jactare manus, pro saltare. Propertius de nano, lib. iv. Eleg. viii. 42.

Jactabat truncas ad cava buxa manus.

id est, saltabat ad tibiam. Sic & Graecis, βάλλειν χεῖρας, pro eodem; ut in his versiculis nondum cuiquam in lucem emissis:

Λύθιν οὐχ ὅτι πάντα πεπλάσατο, οὐδ' ὅτι βάλλων
Τὰς ἀπελὰς ἀπαλὰς ὧδε κατὰ ὧδε χέρας.

Sed illa, *ad sua verba*, saltationis motum ostendunt compositum ad cantilenam. Exemplum: si lugubre quid canerent, lugubres quoque motus exprimerent: si quid hilare, ridares toto corpore repraesentarent. Adi integrum Luciani libellum περὶ Ὀρχήσεως. Has vero saltationes voci subservientes *hyporchemata* appellarunt. idem sub medium: Τὸ ὑπόλοιπον δὲ γε τῶν ἐν Θοίναις ἄσμα ἐγχείρουσι μὲν οὐκ ἐκείνῃ, ἐξ ἧς μεγίστης ἡσύχου σιωπῆς γενομένης ὑπὸ πλήθους, εἰ μὴ ἐγχέφαλον, τόνους γέ τινας ἢ εἴ τινα ἀσχημόνων ἐξ αὐτῶν· τὰ γοῦν τοῦ χοροῦ τραχήλῳ τέτατε, ἀγκωνα, ὑπερχύματα ὀκνεῖτε. & Athenaeus lib. xiii. Διὸ τῶν μὲ ἐξεχρῶ γῶν συμπαίζειν οἱ πλείονες νομίζουσι τοῖς ἐγχύτοις, ἐξ ἐχρῶντο τοῖς ὀρχήμασι τοῦτοις μόνοις ἐν ἑορταῖς τε-

μένους· ἀλλ' τὸ ἐκβῆναι τοῦ ἁβρύνεσθαι ἐπ' αὐτῶν, ὅθεν καὶ ὑπερβήματα ταῦτα ἀστυγείτονα· οἱ δέ τις ἀκίστους ἀξιοῦσι τοῦτο ὀνομάσθαι, ἐξ ὧν τοῖς φθαῖς ἐπιτυγχάνον μᾶλλον λέγει καὶ τῶν ἐγχυτῶν, εὐτρεπῆ δ' ἐστὶ διὰ ἀδίκιμος. Neapol.

537. *Duras cratere choreas.*] Multi veterum, *longas*. alii, *laetas*, vel *lentas*, vel *juncas*. Meliores tamen pro vulgata scriptura pugnant. & recte. *Durae* enim *choreae* sunt incompositae, nullam artem praeferentes, quibus *molles* opponuntur. quomodo *mollia membra movere* pro saltare apud Lucretium saepe. idem libro v. 1400. apposite de incompositis choreis & arte carentibus:

Atque extra numerum procedere membra moventes
Durius, & duro terram de pellere matrem.

Sed & ipsi coloni Virgilio passim & Nostro *duri* dicti. Heins. Vid. ad ii Amor. iv. 23. sed in uno Patavin. erat mox, *multaque diffusis saltat amica comis.* & recte, ut puto. quomodo enim conveniet *culta* amica *duris* choreis, & unde ille cultus in plebe & rustica turba? eadem diversitas lib. iv. 866. *cantat amica* etiam duo. Burm.

539. *Et sunt spectacula vulgi.*] Eodem sensu Horatius Flaccus libro primo Satyrâ vii.

Compositus melius cum Bitho Bacchius, in jus
Lites procurrunt: magnum spectaculum uterque.

Neapol. *Vulgo* prim. Ambros. & Laeti codex. & *turba vocant* prim. Medic. bene. Heins.

541. *Occurrit nuper.*] *Occurri* Zulich. & Mazar. probe. modo distinctio adhibeatur commoda. Metuo autem ne post hoc distichon versus nonnulli desint. Heins. Puto lasciviora quaedam fuisse, quae Monachi resecuerunt: praetatio enim illa, *visa est mihi digna relatu pompa*, longiorem narrationem promittit.

543. *Quoniam rumoribus errant.*] *Errant* rectius ex scripti. & mox, *tacenda*, pro *tegenda*, Zulich. & prim. Ambros. cum decem aliis. *timenda* Mazar. Metus tamen est ne quid mendi hic lateat. Nam Mazar. *Quae tamen haec dixi.* in Zulichemiano vetus scriptura erat erasa. Heins. *Sermonibus* Maz. *regenda* Bernens.

545 Arserat Æneae Dido miserabilis igne:
Arserat extructis in sua fata rogis.
Compositusque cinis, tumulique in marmore carmen
Hoc breve, quod moriens ipsa reliquit, erat:
Praebuit Æneas & caussam mortis & ensem:
550 Ipse suâ Dido concidit usa manu.
Protinus invadunt Numidae sine vindice regnum;
Et potitur captâ Maurus Iarba domo.
Seque memor spretum, Thalamis tamen, inquit, Elissae
En ego, quem toties repulit illa, fruor.
555 Diffugiunt Tyrii, quo quemque agit error. ut olim
Amisso dubiae rege vagantur apes.

Ter-

546. *Arserat exstructis.*] Malim, *& struetis*, quidam codices, *instructis*, vel *exstinctis*. Heins.

546. *In sua fata rogis.*] Sic fabulatum, postquam ab hospite Aenea deserta. Neap.

547. *Compositusque cinis.*] In amphoram, de more, aut vasculum missus. Neapol. Imo, *cinis*. ut meliores magno numero. hoc est, conditus ac humatus cinis. Dixi lib. iii. Art. vs. 736. Heins. *Ignis* alii.

547. *Tumulique in marmore.*] Tumulus, aggestus terrae super vasculum, σχῆμα, sive τύμβος· in hoc statuebatur cippus lapideus, Graecis στήλη. Glossae, στήλη, *cippus*, *titulus*. De tumulo & cippo Homerus:

Τύμβῳ τε στήλῃ τε· τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων.

Neap. *Titulique* Strozzae.

548. *Hoc breve.*] Ratio, cur pressa veteres epitaphia cippis inscriberent, non alia, quam ut celerito viatores perlegerent, nec illis taedio esset longum carmen. Propertius:

Hoc carmen medio dignum me scribe columnâ,
Sed breve; quod currens vector ab urbe legat.

ideo etiam grandi notâ incidi solita. Noster Publius:

Quisque legat versus oculo properante viator,
Grandibus in tumuli marmore caute notis.

Neapol.

550. *Usa.*] *Ilia* Servii codex.

552. *Maurus Hiarba.*] Pro *Hiarbas*, ut *Marsya*, & *Marsyas*: libris aliquot & antiquis nonnihil aspiratio, aliis utique. Graeci sine scribunt Ἴαρβας. Neapol. Vid. ad Quinctil. de Inst. Orat. i. 5.

553. *Seque memor spretum.*] Servius, ex auctoritate antiquorum: *Iiarbas Rex Libyae, qui secundum*

Tertia nudandas acceperat area meſſes;
Inque cavos ierant tertia muſta lacus;
Pellitur Anna domo: lacrimansque ſororia linquit
Moenia, germanae juſta dat ante ſuae.
Mixta bibunt molles lacrimis unguenta favillae;
Vertice libatas accipiuntque comas.
Terque, Vale, dixit: cineres ter ad ora relatos
Preſſit, & eſt illis viſa ſubeſſe ſoror.
Nacta ratem comitemque fugae pede labitur aequo,
Moenia reſpiciens, dulce ſororis opus.
Fertilis eſt Melite ſterili vicina Coſyrae
Inſula, quam Libyci verberat unda freti.

Hanc

dam hiſtorias, Didonem petiit; & cum illa recuſaret, Carthagini intulit bellum: cujus timore cum cogeretur, a civibus petiit, ut ante placaret manes mariti; & ædificata pyra, ſe in eam praecipitavit. NEAPOL.

553. *Diſſugiunt Tyrii.*] Elisae in fugâ comites. Solinus: *Adnavato atque Carthaginis auctor eſt à Tyro populus.* NEAPOL.

555. *Ut olim amiſſo dubitat rege vagantur apes.*] Verbum, *olim*, hic ſignificat, ut plurimum, *ferè*, *worè*. Sic Horat. Sat. VI. lib. I.

Nec timuit, ſibi ne vitio quis verteret, olim
Si pracco parvas, aut, ni ſatis ipſe, coactor
Mercedes ſequitur.

Sic dicitur & *quondam*. Vide quae lib. II. Triſtium annotavi. CROXAL.

557. *Tertia nudatas acceperat area meſſes.*] *Mandatas* prim. Aurelian. quod placet. ut Ep. V. *Quid arentes ſemina mandat.* & apud Maronem, *Mandare horrea ſolis*, quomodo & *committere* & *credere* dicebant, niſi quod non minus arridet, *nudandas meſſes* cum Max. & Zulich. ut *nudari meſſes* dicantur, quomodo Medic. Faciei 69.

— — *nec tu dubita nudare lupinos.*

hoc eſt, ut ibidem loquitur, *de palea ſua exuere*. ſi tamen ille locus eſt integer. Auctor Moreti de aliis,

Singula tum capitum nodoſo vertice nudat.

pervandalus aream venit vetus interpres illa Matthaei cap. III. ℣. 12. *διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα*. Auctor Moreti,

Subſidit ſpectra foramina ſuisque liquatur
Exutus data Ceres.

Sedulius carmine Paſchali:

— — *ſonte ſuperno*
Lætificata ſeges ſpinis mundatur adentis.

HEINS. In *nuda hordea* Medic. Faciei 56. ubi & vid. ℣. 69. & 70. & ita *γυμνώσαι νέα πέδῳ καρύων* dixit Nicand. Alex. 268. apud Ekkehardum Juniorem in lib. de Caſib. Monaſterii S. Gall. cap. I. pag. 16. tom. I. part. I. Rer. Aleman. à Goldaſto edit. *Cras fabas nudas & panem fortaſſe habebimus*, quas Goldaſtus in commentario pag. 109. ex Petron. *folliculis ſpoliatas* explicat, & *fabas freſas*. BURM.

558. *Inque cavos ierant.*] *Inque cavo ſaterant tertia muſta lacu* Servii, Mazarin. Ambr. & Famel. *inque cavo ſaberant lacu* duo. *inerant* unus.

560. *Juſta dat.*] *Exta* Arond. *buſta* tres. *una* quatuor. *jura* duo. *dat Annа ſuae* duo.

565. *Accipiuntque comas.*] Petronius: *Laceravit vehementius pectus, ruptoque crines ſupra pectus jacentes impoſuit.* inde querela illa Canacis de infante expoſito & mortuo:

Non mihi te licuit lacrymis perfundere juſtis,
In tua nec tonſas ferre ſepulcra comas.

NEAPOL.

564. *Et eſt illis viſa ſubeſſe ſoror.*] *Et eſt illi* ſcripti fere omnes, niſi quod Petav. *illa*. Puto, *& hi illi viſa ſubeſſe ſoror*. HEINS.

564. *Nacta ratem comitesque fugae.*] *Comitumque* ſex libri. Seneca Medea, 272.

Profugere cogis? redde fugienti ratem,
Vel redde comitem. fugere cur ſolam jubes?
Non ſola veni.

ſic Epiſt. Hypp. VI. 142.

Intraſſes portus tuque comesque meos.

pro comites. Triſt. I. Eleg. III. ex antiquis libris;

Non mihi ſervorum, comitis non cura legendi.

HEINS.

565. *Pede labitur aequo.*] Marſus exponit aequitis omnium navarum pedibus, quod quid ſignificet non intelligo. Fancalis apertius aliquantum ac-

Hanc petit hoſpitio Regis conſiſa vetuſto.
Hoſpes opum dives Rex ibi Battus erat.
Qui poſtquam didicit caſus utriusque ſororis;
Haec, inquit, tellus quantulacumque tua eſt.
Et tamen hoſpitii ſervaſſet ad ultima munus,
Sed timuit magnas Pygmalionis opes.
Signa recenſuerat bis Sol ſua: tertius ibat
Annus; & exſulibus terra petenda nova eſt.
Frater adeſt, belloque petit. Rex arma peroſus,
Nos ſumus imbelles, tu fuge ſoſpes, ait.
Juſſa fugit; ventoque ratem committit & undis.
Aſperior quovis aequore frater erat.

Eſt

accipit de proſpera navigatione; quod aliter dicunt. *utroque pede navigare*, *ἀμφοτέροις πέδοισι*. vide Voſſ. ad Catull. IV. Salmaſ. Exercit. Plin. Tom. I. pag. 112. Gronov. Diatr. Stat. cap. VIII. niſi vero hoc ſit, mallem legere, *peribitur aequor*. ſed rutilus nil mutare. ſic IV. ex Pont. V. 3.

Longa via eſt, nec vos pedibus procedilis aequis.

ubi tamen de itinere difficili, non ſola navigatione capitur, quod Elegiaci verſus claudicantes alternis pedibus facere debent. ut contra *iniqui paſſus* ſunt tardiores. vid. ad Val. Flac. III. 486. BURM.

567. *Fertilis eſt Melite ſterili vicina Coſyrae.*] Scaliger legebat,

Fertilis eſt Melitae ſterili vicina Coſurae,
Inſula.

Sequitur enim, *quam Libyci verberat unda freti*. Coſuram nempe. De Coſura autem Stephanus, Καὶ Λιβύης νῆσος Κόσυρα. Quomodo autem Melitae vicina; quam ipſe Stephanus inter Epirum & Italiam ponit? Eam, nempe, ἣν τὰ κυνῶν Μελιταῖα φασίν. Atqui idem Stephanus Μελίτη, πόλις Κατχηδόνιων ἀποικος, novit. DAN. HEINS. Duplici *σ* ſcribunt Graeci. Ptolemaeus: Πελάγια δὲ νῆσοι εἰσι τῆς Ἀφρικῆς ἄνθ' Κόσυρα νῆσος, καὶ πόλις Μελίτη νῆσος, ἐν ᾗ Μελίτη πόλις, καὶ Χερρόνησος, καὶ Ἥρας ἱερὸν, καὶ Ἡρακλέους ἱερόν. NEAPOL. *Melitae vicina Coſyrae* Urſini codex. quomodo & Scaliger conjecerat legendum, de Emend. Tempor. pag. 536. Sed nil muto. Κόσυρα enim & Κόσουρα Graecis eſt, non Κόρυρα. quae vicina eſt Melitae, non Epiroticae, ſed alteri in ſreto Libyco ſitae, ut ex Plinio, Strabone, aliis manifeſtum eſt. idque vidit curis ad Gratium ſecundis noſter Vlitius. praetera *aſperrimam* vocat *Coſyram* Seneca Conſolatione ad Helviam cap. 6. quomodo *ſterilem* Noſter, ut *fertilis* dici non poſſit. *Nunc tranſi ab iis, quarum amoena poſitio & opportunitas regionis plures allicit: deſerta loca & aſperrimas inſulas, Sciathum & Scriphum, Gyarum & Coſyram pete.* HEINS. *Cyrenae* unus, quod libyrinis ſuppoſuit, quia Battum regem Cyrenaicum noverat. vulgata vero lectio ideo praeferenda, quia Melitenſes erant coloni Tyriorum, unde hoſpitii foedus erat inter Carthaginienſes & Melitenſes, quo confiſa Anna eò confugit, ut recte Petitus obſervat ad Leges Aticas. pag. 51. Et Bochart. Geograph. Sacr. lib. I. cap. 26. nomen ex Hebraico ſermone deducens, notare *perfugium* docet. BURM.

570. *Rex ibi Battus erat.*] Hic ille, inquit Silius, qui Cyrenem condidit; imo in eâ urbe ſcribit idem Annam à Batto receptam: ſed haec pugnant cum exactâ temporum ratione. Carthago à Didone condita anno periodi Julianae MMMDCCCXXVIII. Battus Cyrenem condidit MMMMLXXXIV. nondum ergo hic natus, cum Didonis mors & Annae fuga à Carthagine. NEAP.

573. *Et tamen hoſpitii.*] *Et tamen aeternum* quidam. forte,

Ne tamen hoſpitii ſervaret ad ultima munus,
Extimuit magnas Pygmalionis opes.

HEINS. Pro *munus*, *foedus* unus codex; non male.

574. *Pygmalionis opes.*] Hic Annae & Elisae frater, filius Pygmalii, ſi credimus Menandro Epheſio, qui conſcripſit hiſtoriam περὶ τῆς Τυρίων Βασιλείας. plerique volunt Beli Regis etiam Tyrii; ſed hic non numeratur in eâ Dynaſtiâ. Vide Menandri fragmentum apud Theophilum ad Autolicum lib. III. NEAP.

575. *Signa recenſuerat.*] *Recenſuerat* meliores. pro *exſilio* ſequenti verſu *exulibus* Sarrav. & tres alii. pro *paranda* Max. Voſſ. Arond. & quinque alii, *exilio petenda*. Zulich. *exulibus petenda*. bene. refer non ſolum ad Annam, ſed ejus quoque comitatum. ſupra dixerat, *Nacta ratem comitesque fugae*. HEINS. *Auxilio terra parenda nova* Max. alter.

575. *Tertius ibat Annus.*] Paene circiter annos tres apud Battum Anna diverterat, cum, auditio fratris adventu, aliò parare fugam concta; idque Battiſuaſu, qui viribus impar divitem Pigmalionem non parum timebat. NEAP.

577. *Belloque petit.*] *Belloque furex* Mazar. tollius;

Est prope piscosos lapidosi Crathidis amnes
Purus ager: Cameren incola turba vocant.
Illuc cursus erat. nec longius abfuit inde,
Quam quantum novies mittere funda potest.
Vela cadunt primo, & dubiâ librantur ab aurâ.
Findite remigio, navita dixit, aquas.
Dumque parant torto subducere carbasa lino,
Percutitur rapido puppis adunca Noto:
Inque patens aequor, frustra pugnante magistro,
Fertur: & ex oculis visa refugit humus.
Adsiliunt fluctus, imoque à gurgite pontus
Vertitur, & canas alveus haurit aquas.
Vincitur ars vento: nec jam moderator habenis
Utitur; at votis: hìc quoque poscit opem.
Jactatur tumidas exsul Phoenissa per undas;
Humidaque oppositâ lumina veste tegit.

Tum

Tum primum Dido felix est dicta sorori,
Et quaecumque aliquam corpore pressit humum.
Figitur ad Laurens ingenti flamine litus
Puppis: &, expositis omnibus, hausta perit.
Jam pius Æneas regno natâque Latini
Auctus erat; populos miscueratque duos.
Litore dotali, solo comitatus Achate,
Secretum nudo dum pede carpit iter;
Adspicit errantem, nec credere sustinet Annam
Esse. quid in Latios illa veniret agros?
Dum secum Æneas: Anna est, Exclamat Achates.
Ad nomen vultus sustulit illa suos.
Quo fugiat? quid agat? quos terrae quaerat hiatus?
Ante oculos miserae fata sororis erant.
Sensit, & adloquitur trepidam Cythereïus heros:
Flet tamen admonitu mortis, Elissa, tuae.

An-

dum; quia *pavenda* praecessit. & *adest* sufficit, nec opus addere *paut.* nam hoc verbum de celeri & repentino adventu frequenter poni, vidimus ad II. Met. 257. adde Barth. ad Claud. I. de Rapt. Prof. 58. Burm.

579. *Jussa fugit.*] *Facit* Vatic. Bernens. & tredecim alii.

581. *Lapidosi Cratidis.*] Hunc Calabriae fluvium quis nescit? De etymo haec Strabo lib. VIII. Διὰ δὲ τῆς Ἀχαΐδος εἰσὶν αἱ Κράθις τε καὶ Σύβαρις, ἐκ δυεῖν πετρῶν πεδίῳ συμβαλοῦσαι, ἀπὸ τοῦ κλυσμοῦ ἔχων ἀφ' οὗ καὶ ὁ τὴν Ἰταλίαν Κράθις. huic hinc confinis est Sybaris, cum quo forte miscetur. Nead.

582. *Purus ager. Cameren incola turba vocat.*] *Purus ager* Voss. & Arond. quomodo lib. III. Met. 509.

Purus ab arboribus spectabilis undique campus.

Livius quoque similiter *purum* & *patentem* campum dixit lib. IV. Vetus inscriptio in opere Gruteriano pag. CCCXCVI. *Hoc monumento tutelae nemus cedunt agri juri jugera decem.* apud Maronem Aeneidos XII.

Sed fatum Teucri nullo discrimine sacrum
Sustulerant, puro ut possent concurrere campo.

Auctor belli Africani: *in campis planissimis purissimoque ab herbis situ quinta usque ad solis occasum est decertatum.* Tacitus Annalium secundo, *Pone terram insurgebat silva, editis in altum ramis, & prae densitate inter arborum truncos.* A. Gellius, sed sensu paululum diverso, Noct. Attic. lib. XIX. cap. 12. *Cur tantam fecundam ac ligni caedendi facerent penuriam est. Vicinus ita respondit: Ut ager, inquit, invidiae jurisque fiat, ejusque arbor atque vitis facundior.* Columella lib. III. cap. 11. *At ubi pura novalia & arboribus sunt libera.* Sic scribendum ex membranis. ex libris editis τὸ & exsulat. *purum caput*, in quo capilli non dependent, Artis Amatoriae lib. III. ℣. 137. ut illic dictum. praeterea unus meus, *turba vocant.* ut saepe alibi. Heins.

582. *Cameren incola turba vocat.*] Lege etiam, si lubet, *Camaren*, utroque modo appellatur ab antiquis. Omnino falsae editiones, quae praeferunt, *Cremeren.* Nead.

585. *Vela cadunt primo, & dubia librantur ab aura.*] Duriores numeri. *in aura* Thuan. τὸ & abest a Voss. Arond. Zulich. Mazar. & tribus alis. Idem, *vibrantur.* Lego,

Vela cadunt primo dubia librantur ut aurâ,
Findite remigio, navita dixit, aquas.

Heins. Forte scripserit:

Vela cadent, & ne dubia librentur ab aura,
Findite &c.

ut ita fit oratio navitae, vel gubernatoris. est vero imitatio Virgiliana. vid. lib. III. Æn. 207. Burm.

587. *Torto lino.*] Ἀγκάμπτους interpres nescio quid dignum cachinno intelligit pro *tortolino*; cum non aliud quam funes, quibus vela laxantur, aut in altum panduntur, lino tantum *lineam.* Sic Glossae exponunt, *linea, funis.* Nead.

587. *Subducere carbasa.*] *Submittere* Gottorph. vid. Met. XI. 483.

592. *Vertitur.*] Conjecerat olim Heinsius, *vertitur*, de quo vid. ad Met. XI. 500. *salvas aquas* Putean.

594. *Utitur: at votis is quoque poscit opem.*] *Aut votis dis quoque* Ursin. *at votis dis* Nauger. *aut votis* etiam Voss. Arondel. Petav. prim. Ambros. & multi alii. *à votis* Zulich. à manu prima. alii *ac* vel &. pro *is* sex libri, *his.* Mazar. & unus Med. *hic.* Lege, *Utitur, at votis: hìc quoque poscit opem.* vel, *vix quoque poscit opem.* De votis nautarum periclitantium alibi dicemus. Heins. Forte scripsit, *at votis: sic quoque poscit opem.* licet non utatur arte & habenis, & videatur desperare, sic quoque tamen opem poscit. nisi, quia in multis est, *dis*, malimus, *utitur. a votis disque reposcit opem.* Heinsius etiam conjecerat, *ut votis usque reposcit opem.* Burm.

596. *Oppositâ lumina veste tegit.*] *Appositâ veste* libri quatuor. sic lib. IV. ex scriptis, *ante oculos appositisque manum.* Initio tamen libri hujus,

——— *Vestae simulacra feruntur*
Virgineas oculis oppositisse manus.

Heins. Vid. II. Art. 584.

599. *Ducitur ad Laurem.*] Silius Italicus VIII. Punicorum: ℣. 65.

Ergo agitur pelago, Divis inimica sibique,
Quod se non dederit comitem in suprema sorori,
Donec jactatam laceris (miserabile) velis,
Fatalis turbo in Laurentes expulit oras:
Non caeli, non illa soli, non gnara colentum,
Sidonis in Latiâ trepidabat naufraga terrâ.

Nead. *Figitur* Mazar. Zulich. prim. Ambros. Laeti. Voss. Arond. & sex alii. bene. idque doctissimo Gronovio IV. Obs. 8. memini probatum, ex illis Virgilii, lib. I. 45. *fodiuntque insixit acuto.* Ennius, *Tonsillas rapiunt, configunt littus, aduncas.* Lucanus de classe Caesaris tempestatibus jactata, lib. V. 460.

Lassa Palaestinas uncis cunsixit arenas.

Claudianus bello Gildonico, 491.

Quassatis cupio tellurem figere rostris.

nec aliter capiendum illud Callistrati lib. VII. de incendio, ruina, naufragio: *Si quando navis vel infixa, vel fractia, intra finis agri cujusque fuerit. infixa* pro *infixa.* nam & sic locuti veteres. Seneca Hercule Furente 323.

Deprensus hausit Syrtium brevibus vadis,
Et puppe fixâ maria jusperavit pedes.

& Agam. 571.

Haerent acutis rupibus fixae rates.

atque inde Noster in Ibide,

Viscera sic aliquis scopulus tua figat, ut olim
Fixa sub Emboico Graja fuere sinu.

Propertius libro III. Eleg. VI.

Ah miser Alcyonum scopulis affigar acutis!

ubi *affigar* perperam reponunt. Heins.

602. *Miscueratque duos.*] Trojanos & Latinos. Nead. *Suos* Vossian.

607. *Anna est, exclamat Achates.*] Malim, *Anna en.* Heins.

608. *Ad nomen vultus subsulit illa suos.*] Liber Urs. *sustinet.* Statii, *restulit*, recte. Crofan. Recte multis inest, aut *restulit*, aut *sustinet.* Neapol. Eadem varietas in libris Heinsii, sed vulgata retinenda. vid. lib II. 824. XI. Met. 463. & alibi.

609. *Heu fugiat.*] *Quò fugiat* prim. Ambros. Mazar. Voss. Arondel. & multi alii. *Quid?* Zulich. Heins.

609. *Quos terras quaerat hiatus?*] Ne virum aspiciat, qui causa mortis sororiae, Carthaginis occupatae, exilii & infaustae navigationis. Nead.

Anna, per hanc juro, quam quondam audire solebas
Tellurem fato prosperiore dari.
Perque Deos comites, hac nuper sede locatos;
Saepe meas illos increpuisse moras.
Nec timui de morte tamen: metus abfuit iste.
Hei mihi! credibili fortior illa fuit.
Ne refer. adspexi non illo pectore digna
Vulnera, Tartareas ausus adire domos.
At tu, seu ratio te nostris adpulit oris,
Sive Deus; regni commoda carpe mei.
Multa tibi memores, nil non debemus Elissae.
Nomine grata tuo, grata sororis, eris.
Talia dicenti (neque enim spes altera restat)
Credidit; errores exposuitque suos.
Utque domum intravit Tyrios induta paratus;
Incipit Æneas: (cetera turba silet)
Hanc tibi cur tradam, pia caussa, Lavinia conjux,
Est mihi: consumsi naufragus hujus opes.

Orta

612. *Admonitus mortis, Elissa, tuae.*] *Admonitus meus tui* Ursin. Petav. & tres alii. sed nihil mutandum. In Epist. IX. 135. *Mens fugit admonitu.* Rem. Am. 729. *Admonitu revocatur amor.* & sic saepe Noster. Heins. *Admonitus mortis, E. tuae* unus. *admonitu meus, Elissa, tui*, vel *tuo*, nonnulli alii.

618. *Ei mihi.*] Sic optimi libri scripti. Clofan. *Credite ille cito.*

619. *Corpore signa.*] Quidam vetustiores, *perfert*, cum Mazar. Zulich. Voss. Arond. Heins.

620. *Ausus adire domos.*] E maximo Poëtarum fonte hic Æneam vicisse apud inferos Didonem, eumque etiam allocutum, in his lib. VI. Æneid. 450.

Iuxta mœsta Phoenissa recens à vulnere Dido
Errabat silvâ in magnâ: quam Trõius heros
Ut primùm juxta stetit, agnovitque per umbras
Obscuram: &c.

Neapol.

621. *At tu, seu ratio te nostris adpulit oris, Sive Deus, regni commoda carpe mei.*] *Deus* hoc loco pro fortuna ponitur, eodem modo Horatius libro II. Satyra prima rationem & sortem conjunxit:

Quis sit Maecenas, ut nemo quam sibi sortem,
Seu ratio dederit, seu fors objecerit.

Significat igitur hoc loco Æneas, Sive de industria, sive fortuito huc venisti, Anna, fuere his omnibus, quae in hoc meo sunt regno, commodis. Clofan.

622. *Carpe.*] *Sume* Sarravii.

623. *Multa tibi.*] Æneam ab Anna etiam amatum fuisse testatur Varro apud Servium ad Virg. Æn. V. 4. *multum debemus* etiam Sarravian. & tres alii.

627. *Tyrios induta paratus.*] Vestes purpurâ & auro intextas. En Elisam cultam sic idem describit in IV. 137.

Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo;
Cui pharetra ex humero, crines nodantur in aurum,
Aurea purpureum subnectit fibula vestem.

Neapol.

629. *Tradam.*] *Credam* Sarrav. & tres alii.

633. *Falsumque Lavinia vulnus.*] *Tacitumque* duo Medic. unus, *captumque*. Forte, *cautumque vulnus*. Sequenti versu, *dissimulatque fremens*, non *metus*, Ursin. Mazar. Zulich. Nauger. & tres alii. Heins. *Premit: tacitos dissimulatque metus* Bentzerit *tacita* Mazar.

635. *Praeter sua lumina mitti.*] Sic Statii & Ursini. Clofan. *Ferri* veteres fere omnes. male praeterea habitus erat à distinctione locus. & pro *cum videat* rectius Zulich. Maz. Polit. & tres alii, *videt*, pro *lumina* denique Laeti codex & sex alii, *limina*. Heins.

636. *Multa tamen, mitti.*] Sic iidem libri. Clofan. Heinsius ita distinguit,

Donaque cum videat praeter sua lumina ferri:
Multa palam; mitti clam quoque multa putat.

637. *Non habet exactum.*] *Non tamen* Mazar. prim.

Orta Tyro, regnum Libycâ possedit in orâ:
Quam precor ut carae more sororis ames.
Omnia promittit, falsumque Lavinia vulnus
Mente premit tacitâ, dissimulatque fremens.
Donaque cum videat praeter sua lumina ferri
Multa palam; mitti clam quoque multa putat.
Non tamen exactum, quid agat. furialiter odit;
Et parat insidias, & cupit ulta mori.
Nox erat: ante torum visa est adstare sororis,
Squalenti Dido sanguinolenta comâ.
Et fuge, ne dubita, moestum, fuge, dicere, tectum.
Sub verbum querulas impulit aura fores.
Exsilit; & velox humili super arva fenestrâ
Se jacit. audacem fecerat ipse timor.
Quaque metu rapitur, tunicâ velata recinctâ;
Currit, ut auditis territa dama lupis.
Corniger hanc cupidis rapuisse Numicius undis
Creditur, & stagnis occuluisse suis.

Sido-

prim. Ambros. & tres alii. bene, ut *τὸ est* subintelligatur. in Amor. VII. 16.

Nec satis exactum est, corpus an umbra forem.

Heins. Vid. & Ep. XVII. 177.

638. *Et parat insidias.*] *Praeparat* Ursin. Zulich. Mazar. Vossian. Arondel. & ibi quidam. praefero vulgatam. Heins.

639. *Ante torum.*] Liber Ursini, *ante oculos*. Clofan. Et ita duo libri. *deinde sororis* Petavii unus. quod non facile abjecero.

641. *Effuge, ne dubita, moestum, soror, effuge tectum.*] *Moestum fuge dicere tectum* Ursin. Mazar. Zulich. Petav. Arondel. & plurimi alii. *ducere* Voss. quidam, *fuge, defere* cum Laeti codice. duo alii, *fuge me duce*. prim. Med. *moesto discedere tecto*. alius, *moestum tibi linquere tectum. moestum dimittere tectum* Junii. Locus foede interpolatus, cui medicina nostra nunc vix succurrit. *Tectum* certe minus bene *moestum* dicitur. *Et fuge, ne dubita* Ursin. quidam *τὸ Et* omittunt. In Zulichemiano codice posterior hujus versus pars erat erasa. Forte,

Heu fuge, ne dubita, funestum, ait, heu fuge tectum.

quomodo umbra Hectoris ad Æneam apud Virg. II. 289.

Heu fuge nate deâ, teque his, ait, eripe flammis.

& ipsa Dido ad Annam in hac ipsa narratione apud Silium lib. VIII.

His, soror, in tectis longae indulgere quieti
Heu nimium secura potes?

Heins. Franciscus etiam corrigebat, *funestum, ait; heu fuge tectum.*

641. *Effuge, ne dubita.*] Silius loco citato, *vs.* 177.

Surge age, jam tacitas suspecta Lavinia fraudes
Molitur, dirumque nefas sub corde volutat:
Praetereà, ne falsa putes haec fingere somnum,
Haud procul hinc parvo descendens fonte Numicus
Labitur, & leni per valles volvitur amne:
Hunc rapies, germana, viam intoque receptus;
Te sacra excipient hilares in flumina Nymphae,
Aeternumque Italis numen celebrabere in oris.
Sic fata, in tenuem Phoenissa evanuit auram.

Neapol.

643. *Illinc super ausa fenestrâ.*] Perverse mutatum: legito cum antiquis, *humili super arva fenestrâ*. Neapol. *Alta fenestra* Farnes. ut apud Juv. Sat. VI.

Altae caligantesque fenestrae.

sed in hac historia Silius lib. VIII.

— *Humilique egressa fenestra*
Per patulos curvis plantis pernitibus agros.

Heins.

644. *Ille timor.*] Rectius, *ipse timor*. Neapol.

645. *Cumque metu rapitur.*] Meus liber & alii, *Quaque metu rapitur*. Nead. *Quaque* Ursin. prim. Farnes. Voss. Nauger. Mazar. Zulich. & tres alii. rectius omnino. Puto tamen scripsisse Ovidium, *quoque metus rapuit*. ut Epist. Laod.

— *huc illuc, quo furor egit, eo.*

Ep. Med. *Quo vocat ira, soror*. Heins.

Sidonis interea magno clamore per agros
Quaeritur. adparent signa notaeque pedum.
Ventum erat ad ripas: inerant vestigia ripis.
Sustinuit tacitas conscius amnis aquas.
Ipsa loqui visa est, Placidi sum Nympha Numici:
Amne perenne latens Anna Perenna vocor.
Protinus erratis laeti vescuntur in agris:
Et celebrant largo seque diemque mero.
Sunt quibus haec Luna est, quia mensibus impleat annum:
Pars Themin, Inachiam pars putat esse bovem.
Invenies, qui te Nymphen Atlantida dicant;
Teque Jovi primos, Anna, dedisse cibos.

Haec

Haec quoque, quam referam, nostras pervenit ad aures
Fama: nec à verâ dissidet illa fide.
Plebs vetus, & nullis etiamnum tuta Tribunis,
Fugit; & in sacri vertice montis abit.
Jam quoque, quem secum tulerant, defecerat illos
Victus, & humanis usibus apta Ceres.
Orta suburbanis quaedam fuit Anna Bovillis
Pauper, sed mundae sedulitatis, anus.
Illa, levi mitrâ canos redimita capillos,
Fingebat tremulâ rustica liba manu.
Atque ita per populum fumantia mane solebat
Dividere. haec populo copia grata fuit.

Pa-

605. *Tunicâ velata recinctâ.*] Discinctâ: hanc numquam in cubili ponebant. Noster alibi de Arialbi:

Virgo erat à crurum tunicâ velata recinctâ,
Nuda pedum, croceas irreligata comas.

NEAPOL.

607. *Tumidis rapuisse Numicius undis.*] Atqui *placidum* infra vocat & *undas* ejus *tacitas*. *forbere* quoque dicitur & quidem *cursu tacito*. Met. XIV. 602.

Lictus ubi Laurens, ubi tellus arundine serpit
In freta finitimis vicina Numicius undis:
Hesperidum Aeneas quaecunque obsessa morsu
Abluere, & tacito deferre sub aequora cursu.

Silius lib. VIII.

Haud procul hinc parvo descendens fonte Numicus
Labitur, & lini per valles volvitur amnis.

prim. Ambros. *rapidis undis* & Vossianus. qui pro diversâ lectione, *cupidis*. recte. quomodo etiam Arundel. Mazar. Zulich. prim. Farnes. & tres alii. Epistolâ Acontii,

Ipsa mei cupidos rapta ferere sinus.

& sic saepe alibi. ut forte scriptum Nasonem reliquerit,

—— cupidis rapuisse Numicius undis
Dicitur.

HEINS. Et ita Broukhusium maluisse indicavit mihi optimus Hoogstratanus. *tumidis* duo.

609. *Signa notaeque.*] *Notata* Ursini codex & prior Vaticanus. sed Epist. XIX. 56.

Adspectae signa notamque vide.

HEINS.

611. *Inerant vestigia ripis.*] Silius:
Vicini ad ripas fluvii manifesta sequuntur
Signa pedum. ——

NEAP. *Insunt* Pr. Ambr. & Laeti. *ripas* Petav.

612. *Tacitas aquas.*] *Tenues* Zulich. Mazar. prim. Ambros. & duo alii. totidem, *rapidas*. & sequenti versu, pro *placidi Numici*, Zulich. Mazar. Arond. prim. Ambr. Voss. Nauger. & tres alii, *rapidi*. sed male. Posset tamen *placiti* legi. quomodo lib. I. Met. fol. 702. *placitum Ladonis ad amnem*, pro *placidum*, reposuimus. HEINS. Vid. Heins. ad Claud. Cons. Mallii. 234.

614. *Vocor.*] *Loquor* unus. vid. lib. II. 796.

615. *Erratis.*] *Errantes* Ambros. *pascuntur* Moretti. *in arvis* sex.

617. *Annum.*] *Orbem* Voss. & Vatic. *quae mensibus* Sarravii.

619. *Nymphen Atlantida.*] *Athalantida* Junii. Puteanus & quidam alii. *Nilanida* Vossii Excerpta. in Mazariniano erasa erat vetus lectio. latet aliquid. num Noster primam in *Atlante* corripere solet. *Atlantida Nymphen* Germanicus Amphitriten vocat, quam tulit Delphin in thalamos Neptuni, pag. 56. Ed. Grot. Marsus vel Pleionem Atlantis conjugem, vel Majam filiam intelligit. *dicat* etiam Francof. vid. Nuce 58. ubi Heinsius *Invenias* hic legendum esse notat. BURM.

621. *Haec quoque, quam referam.*] Hanc forte aniculam quamdam fuisse Bovillanam: quae cum plebi victum necessarium praebuisset eo tempore, quo inclinans suam vicem à magistratu abiisset, à patribus secessit in Sacrum montem; ob id inita pace, illi à gratâ plebe signum erectum & festa annua constituta. NEAP.

622. *A veri dissidet illa fide.*] *A vera fide* Ursin. Zulich. Mazar. prim. Ambr. Laeti, prim. Med. & septem alii. bene. Dixi Notis ad Epist. XVI. fol. 60. HEINS.

623. *Nullis etiam nunc tuta tribunis.*] *Sat tuta* Maz. & sequenti versu pro *erat* codex Ursin. prim. Ambros. Maz. prim. Farnes. & alii nonnulli, *abit*. quod praestat. HEINS. *Etiam tutata* Voss. *etiam tum tuta* quinque. *tunc* multi & editi quoque. *etiamnum* est ex Heinsii emendatione. *à nullis* quatuor. *ex nullis* Medic. & Thuan. *& nullis* Gottorph.

623. *Plebs vetus.*] Contigit anno Urbis conditae CCLIX. NEAP.

624. *Sacri vertice montis.*] Hic tumulus, qui trans Anienem primus occurrit viâ Nomentanâ, ibi plebs post reditum in Urbem Jovi Fauno aram posuit. Dionysius lib. VI. Ἐπὶ δὲ ταύτῃ ἐξηφίσατο, βωμὸν κατασκευάσαι ἐπὶ τῆς ἐκχωρίας, ὃν ἡ κατεχομένη λόφος, ὃν ἐπὶ τῷ καταχθονίῳ αὐτὸς ἵδρυτο τῶν ἀθανάτων, ὃς ἡ πάτριος αὐτῶν σημαίνει φωνή, Διὸς Δεμαπάτῃ· ἡ δυτίας ἐπονομάζουσι, καὶ τὸν ἐπωνυμίαν αὐτὸς τοῦτον ἱερὸν ἀδύτῳ, κατέστησαν τὴν πόλιν ἅμα τοῖς περίοικοις. exinde mons ille sacer appellatus: videtur ergo antea nomen aliud habuisse. NEAPOL. Aventini, qui ob hanc rem *sacer* dictus. Sallustius apud Diomedem Grammat. de plebe hac: *Montem sacrum atque Aventinum insedit.* addit Diomedes, *Qui mons ob hoc, quod plebs illum insederat, postea sacer dictus est.* HEINS.

624. *Fugit.*] Consulibus invitis, L. Scipione quodam auctore: nolebat jam ferre diutius Magistratus & Senatus superbiam, avaritiam nobilium foeneratorum, imo crudelitatem: saevichant illi vinculis & verberibus in pauperum & civium corpora, ob ipsorum debita. Legito fusius Historicos. NEAPOL.

625. *Defecerat illos.*] *Illos* Ursin. Voss. Petav. Mazar. & tres alii. Neque aliter loqui solere Nasonem jam monui Amor. lib. I. Eleg. VIII. fol. 93. & II Met. 383. Caesar libro II. Belli Gallici, *Atque ea res frumentaria deficere coepit*, & sic scribendum opinor libro III *Cum jam amplius horis sex continenter pugnaretur, ac non solum vires, sed etiam tela nostros deficerent*, non *nostris*. libro II. Belli Civilis, *Nostros vires lassitudine deficiebat*. videndus ad passionem B. Perpetuae Holstenius pag. 116. HEINS.

626. *Usibus.*] Heinsius margini adscripserat, *ossibus*. sed nihil opus. vid. ad Petron. CXXXV. & Graev. ad Cicer. v. Philip. 9. & ad II. de Offic. 20. BURM.

627. *Suburbanis Bovillis.*] Hoc etiam epitheto donavit Propertius oppidum istud vetus Latinorum. Gentes dicti *Bouillani*; Graecis Βοΐλλανοι· illud iisdem Βοΐλλαι. De nominis origine vide Nonium Marcellum cap. II. NEAPOL. Ubi Milo Clodium occidit, oppidum vetustum in via Appia inter Romam & Aricium. Videtur autem scribendum, *Bobillis*, si Nonio Marcello credimus, qui *Bobillas* à *Boum billis*, id est intestinis, deducit. & sic in Editione Persii, quam ex veterrimis membranis adornavit P. Pithaeus, Satyra VI. sed in contraria ivit Casaubonus. & ita apud Ciceronem, Propertium, Tacitum, Vellej. Patereulum, Frontinum, Florum, Ascon. Pedianum & alios, *Bovillae* leguntur. *Bobellae* sunt in Antonini Itinerario. Appiano Βοΐλλαι, ut & Stephano. Apud Plutarchum in vita Coriolani male circumfertur, Βωλάνοι, pro Βοϊλλάνοι, & Βῶλλαι, pro Βοΐλλαι, etiam apud Dionys. Halicarn. lib. VIII. *suburbanas* quoque Propertius appellarat lib. IV. I. 33.

Quippe suburbanae parva minus urbe Bovillae.

Apud Frontin. de Coloniis, *Bovilla oppidum*, sed cum vetusti codices illic *Bobile* adgnoscant, ne dubita *Bovillae oppidum* scribi oportere. *Bobile* etiam apud eundem alio loco perperam occurrit. HEINS. Vid. & Broukh. ad d. l. Propertii. pro *quaedam*, quatuor codices, *quondam*.

628. *Multae sedulitatis anus.*] *Mundae sedulitatis* unus meus. cum Mazar. Neque aliter Zulichemianus à manu primâ. de quo lib. IV. fol. 108. dicetur. alii duo, *mirae*. supra tamen habes, fol. 380. *Consilium multae calliditatis*. HEINS.

629. *Mitrâ canos incincta capillos.*] Quid mitra, explicat Servius ad illud de Paride in VI.

Maeonia mentum mitrâ crinemque madentem
Subnixus. ——

Mitrâ, hoc est intorto pileo, de quo pendebat etiam hae-

Pace domi factâ signum posuêre Perennae,
Quod sibi defectis illa tulisset opem.
Nunc mihi, cur cantent, superest, obscaena puellae,
Dicere: nam coëunt, certaque probra canunt.
Nuper erat Dea facta; venit Gradivus ad Annam;
Et cum seductâ talia verba facit.
Mense meo coleris: junxi mea tempora tecum:
Pendet ab officio spes mihi magna tuo.
Armifer armiferae correptus amore Minervae
Uror: & hoc longo tempore vulnus alo.

Effi-

baccatum strimen. Sane quibus efficacitatio criminis labatur, mitra ita adscribebatur. Palliolum videtur fuisse muliebre & capitis tegmen, sive tacnia: nam Graecis *πίτυρα, ταινία, διάδημα.* Ergo eadem cum ricâ, quae Festo *cingulum capitis:* uno verbo *capitale.* Glossae, *capitale, κεφαλόδεσμος.* Nead. *Recentiora libri meliores, parum refert.* Heins. *Succincta unus. brevi mitra* Moreti. *Vitta* unus. vid. ad XIII. Met. 613.

676. *Fiebat trepida rustica liba manu.*] Tres Vatic. Urs. & Stat. *trepida*, non *trepida*, habent. Crucian. *Frangebat* duo. *scindebat* totidem. *cingebat* Moret. Mox *atque ea per populum* volebat Francius.

677. *Pace domi facta.*] Reconciliata est per Agrippam Menenium mira eloquii virum; ifface tamen lege, ut plebs haberet suos annuos Magistratus, quibus auxilii esset latio adversus Consules & Nobilitatem, neve cui patrum ea munia capere liceret. Creati Tribuni Pleb. primi L. Junius Brutus & L. Sicinius Bellutus; sed ex antiquis quidam nominant alios: his additi collegae, quos Graeci Romanarum rerum scriptores vocarunt *ἐπιτρόπους τῶν δημάρχων καὶ ἀνιδίους, καὶ βοηθούς.* Nead.

675. *Signum posuere.*] Huic ergo putat aram & signum positum Ovidius, non Jovi *Διμαστῆρι*, ut recentiori assentatissimus Dionysius. Nead.

673. *Perenne.*] Lege, *Perennis*, cum prim. Ambrof. & quatuor alii. Heins.

674. *Quod sibi defectis illa ferebat opem.*] *Tulisset* meliores. recte. scribendum olim opinabar,

Quod sibi defectis illa tulisset opem.

ut *Cassiodorus alimentorum facultate defectos* dixit Var. Marianeche lib. VII. cap. 6. *Pisces re aquaria defecti* Gellio XVI. cap. 2. sed nihil est mutandum. subintelligitur enim dape vel cibo. contra Tertullianum in Pallio de chamaeleone, *jejunus semper & indefectus.* quod male solicitatur. *Defectis* pro *defectibus.* de quo passivi verbi usu nonnihil dixi ad Epistolam V. Pf. 152. sic *defecta aetas & defecti anni.* In Epistola Penelopes Sabinianae,

Defectis lacubus potius legisse sub annis.

Auctor Elegiae in obitum Maecenatis,

Viscera defecti mutavit in arietis agnum Aetis.

ita scribendum. nam vetus liber, *dejecti.* vulgati *defecti.* possis tamen quoque, *Viscera & effecti.* ut eundem arietem Noster libro Metamorph. VII. *innumeris effetum annis* vocavit. Columella praefatione Rei Rusticae: *E turba pedisequorum lectissimorumque defectissimum quemque annis & viribus in agrum relegat.* & lib. V. cap. 6. *Diligentis patris familias est, defectam quamque arborem senio tollere.* libro VII. cap. 5. *Agnis quoque succurrendum est vel febricitantibus, vel aegritudine alia defectis.* Sic vetustus codex, non *adfectis.* Martialis, XIII. 77.

Dulcia defectâ modulatur carmina linguâ
Cantator Cycnus funeris ipse sui.

Lucanus libro II. 559.

— licet ille solutum
Defessumque vocet, ne vos mea terreat aetas;
Dux sit in his castris senior, dum miles in illo.

libro IV. 599. de Antaeo,

— cum tetigere parentem,
Jam defecta vigent renovato robore membra.

& ibidem 757. de equo,

Et defecta gravis longe trahit ilia pulsus.

lib. V. 533.

Vos defessi senes exhaustaque sanguine turba.

libro VI. 125. de Scaeva moribundo:

— labentem turba suorum
Excipit, atque humeris defectum imponere gaudet.

Val. Flaccus libro VII. 116.

— solo moeret defecta cubili.

hoc est languida, deficiens. libro II. 463.

Truces maenias defectaque virginis ora
Respicit.

& inox, 489.

Annae: neque pretor defectaque Pergama monstris
Eripe.

Senex

Effice, Di studio similes coëamus in unum.
Conveniunt partes hae tibi, comis anus.
Dixerat. illa Deum promisso ludit inani;
Et fluctam dubiâ spem trahit usque morâ.
Saepius instanti, Mandata peregimus, inquit:
Victas precibus vix dedit illa manus.
Gaudet amans, thalamosque parat. deducitur illuc
Anna tegens vultus, ut nova nupta, suos.
Oscula sumturus subito Mars adspicit Annam;
Nunc pudor elusum, nunc subit ira, Deum.

Ri-

Senex ille decrepitus apud Apulejum Met. VIII. *Sed per corporis, ut videtis, mei defectam valetudinem opitulari nequeo.* libro IX. *Jamque maxima diei parte transacta defectum aliquam me applicant praecipio.* ubi male Wouwerus, *defessum. defecta latera* apud Apulejum Met. VIII. id est coitu exhausta. Terentius Adelph. II. 2.

Ego vapulando, ille verberando usque ambo defecti jamus.

ita enim Scholiastes Juvenalis Sat. III. Pf. 289. recte, cum *defessi jamus* nunc in Terentio circumferatur. Heins.

675. *Cur cantent.*] Unde origo tot obscaena canendi in festo Annae Perennae. Nead. Hujus rei etiam meminit Martialis lib. IV. Ep. LXIV.

Et quod virgineo canore gaudet
Annae pomiferum nemus Perennae.

ita enim scribo. Legitur nunc:

Et quod virgineo crinore gaudet.

Nec interpretes quid sibi velit *crinor ille virgineus* adsequuntur. Noster infra de hoc nemore:

Inde joci veteres obscoenaque dicta canuntur.

Si quis apud Martialem malit, *virgineo rubore gaudet*, ut ad obscoena illa carmina respiciatur, nil repugno. quam conjecturam memini suggessisse nobis *τὸν μανικώτατον* Albertum Rubenium, elegantissimi ingenii virum & dignum longiore vita, cognitam & aliquando, *virginea cohorte* & nondum displicet. Pergamus bene mereri de eadem Anna simul & Martiali. Is lib. VI. Ep. XLVIII.

Sive Numae conjux Triviae te misit ab Annâ,
Sive Camoenarum de grege nona venis.

ita viri eruditi jampridem emendarunt, cum ante legeretur, *antro*, vel *amne.* quomodo libri etiam nonnulli, quos inspeximus. Sed quid est *Triviae Annae?* certe nemus illud ad Tyberim non longe ab Urbe situm erat, & ex Janiculo spectari poterat, ut Martialis nos docet. Alterum erat in agro Lavinio ad Numicium flumen. Sic & Egeria duplici loco colebatur. nam & Camoenarum nemus illi sacrum erat prope urbem, & Aricinae quoque Dianae sacris accensebatur. *Triviae* igitur Egeria potest dici, Anna non potest. codex Thuaneus, *Tribiae antris.* Rottendorphii, *Tibiae Annae.* Lege meo periculo,

Sive Numae conjux Tyriâ te misit ab Annâ

Intelligit aquaeductibus fontem hunc derivatum fuisse ex Numicio, qui est in Lavinienti agro, per nemus Egeriae. Heins.

676. *Certaque.*] *Cunctaque* Ambrof. & septem alii. *multaque* Medic. & duo.

677. *Nuper erat Dea facta.*] Cum Mars ad eam quae sequuntur: vivebat foliicet ille post plebis secessum. O vatum deliria! Nead.

678. *Facit.*] *Refert* nonnulli codices. *vote refert* Regius & alius.

679. *Tempora.*] *Numina* duo Medicei.

681. *Armifer.*] *Armiger armigerae* multi & pr. Ed. & Ald. & aliae.

682. *Uror, & in longo.*] Antiquioris notae codices, *Uror, & hoc longo.* Nabol. *A longo* unus. *Vulnerer & longo* Petav.

683. *In unum.*] *In uno* alter Mazar. & sex alii. *simili c, in unum* volebat Heinsius: *jacemus* Petav. *nos studio* etiam Junii mox *convenimus* Petav.

686. *Spem trahit usque mora.*] *Stultum dubia spesque moraque trahit* prim. Ambrof. Maz. & Servii non male vid. ad Valer. Flac. I. 200.

688. *Evicta est precibus.*] Scripti multi, *Et victa est.* Sed Regius & Sarravianus recte,

Evictas precibus vix dedit illa manus.

evincere pro vincere saepe apud Nostrum & Maronem quoque frequentur. sic Met. II. 685.

Ille tamen pugnat molles evincere somnos.

Trist. III. Eleg. 1.

Evictus longo tempore Caesar erit.

Apulejus Met. III. *Evictus necessitate succumbo.* plura de eo verbo Gronovius ad librum IX. Theb. Statianae 839. Tacit. IV. Ann. *Sed ille precibus uxoris evictus. Dare manum* etiam usitatissimum. sic Val. Flaccus libro I. 40.

Hanc mihi militiam, veterum quae pulcrior actis,
Anna, dare manum.

ubi *animum* male nunc legitur. Heins. Vid. ad Quinct. VII. de Inst. Orat. 3. & Decl. XVI. 10. & inf. V. 593.

689. *Credit amant.*] *Gaudet* Ursin. Mazar. Voss.

Ridet amatorem carae nova Diva Minervae:
Nec res hac Veneri gratior ulla fuit.
Inde joci veteres obscaenaque dicta canuntur:
Et juvat hanc magno verba dedisse Deo.
Praeteriturus eram gladios in Principe fixos;
Cum sic à castis Vesta locuta focis:
Ne dubita meminisse: meus fuit ille Sacerdos,
Sacrilegae telis me petiere manus.

Ipsa

Arundel. prim. Ambr. & duo alii. utrumque bene. Heins. Sed illud *credit* ex lib. IX. Met. 141. hinc irrepsit. vel *gaudet* ex lib. II. Met. 862. & lib. I. Fast. 431. itaque haereo, utrum praeferam. Burm.

689. *Deducitur ictus.*] Aliae membranae ad verum, *illius*. Cujus verbo solemni *deducere* Statius Papinius VIII. Thebaidos, 234.

——— *illi Cytherëia laudant*
Connubia, & nulla deductam lampade fratrum
Harmonien. ———

Neapol.

691. *Adspicit.*] *Inspicit* Bonon. ut saepe in his libris.

693. *Ludis amatorem.*] *Ridet* prim. Ambros. Voss. Arundel. Mariz. Zulich. & sex alii. bene. nam *ludum* dixerat praecesserat. sic Fast. II. 356.

Ridet amatorem Lyda puella suum.

Heins.

693. *Caesi.*] *Caesae* unus Heinsii. an *castae*? ut volebat Francius. vid. supra 417. *ludis am. quare non* Bernens.

694. *Nec Veneri.*] *Nec Veneri res hae* Bernens. mollius.

695. *Obscaenaque verba canuntur.*] *Obscaenaque dicta* libri meliores magno numero. idque recte. *dicta* pro *dicteriis*. apud Phaedrum fabula I. *obscaena dicta & petulans jurgium* conjunguntur. Accius Oenomao apud Nonium Marcellum, *ore obscaeno dicta foregent*. Paullinus carmine tertio:

Illecebras stupefque joco obscaenaque dicta
Gabrit.

Nostler ipse Metam. XIV. 522.

Addidit obscaenis convivia rustica dictis.

Arudianus Macrobium Saturnal. lib. II. cap. I. *Is jocus in oratione ejus non exstat. mihi ex libro Fabii Liberali notus est, inter alia ejus dicta celebratur. sed in hoc verborum non casa incidi: veteres feci. Jocos enim hoc genus veteres nostri dicta dicebant. testis idem Cicero, qui in libro Epistolarum ad Cornelium Nepotem secundo sic ait. Itaque nostri quae facete, & breviter, & acute locuti essemus, ea proprio nomine appellari dicta voluerunt. Haec Cicero. Novius vero Pomponiusque jocos non raro dicta nominant. Si ergo probatis inventum, agite, quod cuique de dictis talibus in mentem venit, vicissim memoriano nostrae excitando referamus.* Deinde subjungitur caput, *de diversorum jocis atque dictoriis.* ita scripti codices constanter: cum in editionibus superiori saeculo proculis *dictoria* pro *dictis* hoc Macrobii loco pluvice simplici essent inculcata. occurrunt & illo capite *dicta* hac significatione non semel. apud Scriptores certe antiquos frequenter offendas fieri mentionem *dictorum jocosorum, dictorum ridiculorum, procacium, vernilium, amatorum falsorumque*, & id genus alia. *dicta jocularia* habes apud Lactantium lib. II. cap. 4. Divinar. Institut. de Dionyso tyranno, *Sacrilegia sua etiam dictis jocularibus prosequebatur. dicere* etiam pro jocari est ubi positum offendas. unde illud Martialis, *Dicteria dicis in omnes, probra dicere* etiam haud raro occurrit. ut apud Nostrum III. Art. 49. *Probra Therapnaeae qui dixerat ante maritae.* Apulejus primo Milesiarum, *Eadem amatoris sui uxorem, quod aiacule in illam probra dixerat, perpetua praegnatione damnavit. dicere joco* apud A. Gellium lib. IV. cap. 20. *Cassor eum, quod intempestive lasciviret, in aerarios retulit, causamque sanc joci scurrilis apud se dicti subscripsit.* nec aliter ea *dictum* in illo Columellae loco capiendum lib. VIII. cap. 16. uti ex vetustis membranis castigandus est: *Mox illam curam sequens aetas abolevit, & lautitiae locupletum maria ipsa Neptunumque clauserunt, jam tum avorum memoria, cum circumferretur Marcii Philippi velut urbanissimum, quod erat luxuriosissime factum atque dictum. Nam is forte Cassii cum apud hospitem caenaret, appositumque è vicino flumine lupum degustasset atque exspuisset, improbum factum dicto profecisse, Peream, inquit, nisi piscem putavi.* Sic in membranis veterrimis scribunt, forte reponi potest, *pari dicto profecisse*. & *luxuriosissime factum atque ac dictum*. Heins. *Feruntur* etiam tres codices.

696. *Verba dedisse Deo.*] Idem fallere & verba dare. Nostler Remed. 95. *Verba dat omnis amans.* & in Epistola Cydippes VI. 121.

Verba quid exulta? tua si mihi verba dederunt?
Jamque parum prudens capta puella dolis?

Neapol.

697. *Prae-*

Ipsa virum rapui, simulacraque nuda reliqui.
Quae cecidit ferro, Caesaris umbra fuit.
Ille quidem coelo positus Jovis atria servat;
Et tenet in Magno templa dicata Foro.
At quicumque nefas ausi, prohibente deorum
Numine, polluerant Pontificale caput;
Morte jacent meritâ. testes estote Philippi;
Et quorum sparsis ossibus albet humus.

Hoc

697. *Praeteriturus eram gladios in Principe fixos.*] Idibus Mart. anno Urbis conditae DCCIX. C. Julius Caesar interfectus est à LX. & amplius conjuratis, viginti tribus acceptis vulneribus. Eutropius in fine lib. VI. Videndus est & Val. Maximus lib. IIX. cap. II. Dio lib. XLIV. & Xiphilinus in Julio, & Obsequens de Prodigiis. Ciofan. Iisdem Martiis Idibus mors fuit maximi illius Principis C. Julii Caesaris. Appianus lib. II. Οὕτω μὲν δὴ Γάϊος Καῖσαρ ἐτελεύτησεν ἐν ἡμέραις, αἷς πελάσιον εἶδεν Μαρτίαις, ἐνιαυτοῖσιν ὕστατα ἡμέραν αὐτὸν ὁ μάντις οὐ περιόψεσθαι προεῖπεν. Annus ab Urbe conditâ DCCIX. ut auctor Eutropius lib. VII. Dies ille nominatus *parricidium*, quod ex Suetonio liquet lib. I. cap. 88. ne decretum, ne unquam eodem Senatus ageretur: atrum enim pronuntiarunt. Dio lib. XLVII. Ταῦτα μὲν οὖν αὐτῷ ἔδοκων καὶ τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ ἐφονεύθη, κυρίαν ἀεί ποτε ἔδραν βουλῆς ἔχουσαν, ἀποφράδα ἐνόμισαν. Neapol.

697. *In Principe.*] *In Caesare* prim. Ambros. & Laeti. *in corpore* unus.

698 *Vesta locuta.*] *Diva* Junian. cujus *Vesta* sit interpretamentum. Heins.

699. *Meus fuit ille Sacerdos.*] Quia tunc erat Pontifex Maximus, ad quem sacrorum omnium suprema cura pertinebat: hinc in eâ oratione Antonius ad populum apud Cassium: Ἀλλ' οὗτος ὁ πατήρ, οὗτος ὁ ἀρχιερεύς, ὁ δεσπότης, ὁ ἥρως, ὁ θεός, τετίμηκεν. De potestate Archiereï erga Vestales satis erit quod refert Plinius de Domitiano lib. IV. Epistola XI. *Cum Corneliam*, inquit, *maximam Vestalem defodere vivam Domitianus cupisset, ut qui illustrari jaculum suum hujusmodi exemplo arbitraretur, Pontificis Maximi jure seu potius immanitate Tyranni, licentiâ domini reliquos Pontifices non in regiam, sed in Albanam villam convocavit. Virginis stupratores ad necem in Comitio coeso.* hanc ob rem, ei palpum obtrudens Papinius in Equo ejusdem, polite satis illa cecinit:

Templa superfulges, & prospectare videris,
An nova contemptis surgant palatia flammis
Pulcrius, an lucrâ vigilet face Troicus ignis;
Atque exploratas jam laudas Vesta ministras.

Non aliam ob causam inducit Poëta Vestam Caesaris vices agentem. Neapol.

700 *Me petiere.*] *Me rapuere* unus.

702. *Caesaris umbra fuit.*] Ut Propertianum illud lib. II. Eleg.

Non ego, sed tenuis vapulat umbra mea.

Neapol.

703. *Atria servat.*] Ita repositi Heinsius ex Moreti & Regio. *atria vidit* habebant olim editi. *hausit* erat in Vaticano.

704. *Templa dicata foro.*] Sed hic honos cum aliis à triumviris decretus. Dio lib. XLVII. Καὶ ἡμῶν οἱ ἐν τε τῇ ἀγορᾷ, καὶ ἐν τῷ πύπῳ, ἐν ᾧ ἐκάησαν, προσκατεβάλλοντο. & Appianus lib. II. de foro, in quo excitata pompa funeris: Ἔνθα βουλὴ πρῶτος ἐτέθη, νῦν δ' ἐξ νεὼς αὐτοῦ Καίσαρος, ἶσον τιμῶν ἀξιώμενος. Aram illam plebs eo in loco, quo rogus fuerat, exstruxit, ut Caesari tamquam Deo sacra ibi fierent: sed Consulum jussu illico subversa; auctores etiam supplicio affecti, eodem Cassio teste. Templum ei creetum triennio ab obitu, coepto anno V. C. DCCXII. M. Lepido & L. Blanco Coss. Neapol.

705. *At quicumque nefas ausi.*] Horum nomina vide in Commentariis Isaaci Casauboni ad librum primum Suetonii. Neap.

706. *Polluerant pontificale caput.*] Lege, *polluerunt*. Placet etiam, *pontificale decus* cum Zulichemiano, aut *sacrum* ex uno Vatic. sic Propert. IV. IX. 8. *Furto polluit ille Jovem. Arcadiae sacrum pontificale deae* dixit lib. I. 462. Heins.

707 *Testes estote Philippi.*] Vix omnes triennio supervixere: at hic de Cassio & Bruto loquitur, qui ad Philippos profligati. De Cassio Plutarchus sub finem excellus Juliani: Θαυμασιώτατον δὲ τῶν μὲν καθ' ἡμᾶς ἀνδρῶν τὸ περὶ Κάσσιον ἐγένετο· γὰρ ὢν φιλόπατρις, ἑκόντα τὸν ξιφίδιον διώθησεν ἑαυτὸν, ᾧ κατὰ Καίσαρος ἐχρήσατο. Brutum etiam Straton fugae comes gladio perfodit. *Philippi* Thessaliae urbs, quae alio nomine Κρηνίδες. Neapol. Extat. hanc Thraciae urbs. vid. XV. Met. 824.

708. *Ossibus albet humus.*] Sic libro primo:

Squallidaque humanis ossibus albet humus.

Ciofan.

Hoc opus, haec pietas, haec prima elementa fuerunt:
Caesaris; ulcisci justa per arma patrem.
Postera cum teneras Aurora refecerit herbas;
Scorpios à primâ parte videndus erit.
Tertia post Idus lux est celeberrima Baccho.
Bacche, fave vati; dum tua festa cano.
Nec referam Semelen; ad quam nisi fulmina secum
Juppiter adferret, parvus inermis eras:
Nec puer ut posses maturo tempore nasci,
Expletum patrio corpore matris onus.
Sithonas & Scythicos longum enumerare triumphos;
Et domitas gentes, turifer Inde, tuas.

Tu

709. *Hoc opus, haec pietas.*] Laudat Octavium Augustum à pietate, qui auspicatus rerum gestarum gloriam ab ultione paternâ: hinc passim virtus illa in hoc Caesare laudata, imo in nummis posteris relicta, ubi insculptae visuntur aras hac passim inscriptione, PIETATI AVGVSTI, ad morem veteris ritus, hoc est, ad minorem invidiam. NEAPOL.

709. *Elementa fuerunt.*] *Fuere* tres. *feruntur* unus. *almonta* Ambros. & duo alii. *haec praemia prima tulerunt* Jon. deinde, *maesta per arma* unus Moreti. *rata* quatuor.

711. *Postera cum teneras.*] XVII. Kalendas Aprilis Scorpius medius occidit, eâdem fere die Eudoxus. Geminis post Solis transitum in Pisces. Ἐν ᾧ καὶ Εὐκτήμων τὸν Σκορπίον οἱ πρῶτον ὁρᾶσθαι φησιν, ἡνίκα Ἥλιος ὑγρᾷ. NEAPOL.

712. *Scorpios.*] *Scorpios* Petav. bene. sic idem infra lib. IV. 164.

Scorpios in viridis praecipitatur aquas.
HEINS. Vid. II. Met. 196.

712. *A prima.*] *A media* Strozz. *videndus: est* Voss. *erat* Junian.

713. *Tertia post Idus.*] XVI. Kalendas erant Liberalia Libero patri sacra. Sic cogor scribere, ut sequar vetus Kalendarium, quod ad unguem & Nolae, Capuae; unde suspicor hic nolentem Ovidium lapsum: nam III. post Idus est XV. Kalendas. Quod si verum tempus Liberalium, non sacrabant quinquatria XIV. Kalendas: & hoc certissimum. NEAP.

714. *Nec referam Semelen.*] Adi Mythicos. NEAPOL.

716. *Parvus inermis eras.*] Quidam ex melioribus, *erat*. Forte legendum, *partus inermis eras*, ut in Lucil. superiori versu. HEINS.

717. *Nec puer.*] *Nam* prim. Ambros. & quatuor alii.

718. *Expletum patrio corpore matris onus.*] Quomodo dicatur Juppiter Bacchum, extincta Semele, in suo femore celasse, dixi ex Curtio in meis in Metamorph. Observat. lib. III. CROFAN.

718. *Matris onus.*] Reclius *onus* quatuor scripti; quomodo etiam infra legendum puto,

Non pater in Baccho matris haberet onus.

Claudianus Cons. Olybrii, 145.

—— *cum matris onus Lucina beatum*
Solveret.

sic saepe Noster. ut Met. lib. IX. 481.

Vixque uteri portabat onus.

& lib. X. 506.

Tendit onus matrem.

supra II. 432.

Maturumque utero mollitur auctor onus.

Epist. IV. 58.

Enixa est utero, crimen onusque suo.

Epist. XI. 64.

Et positum est uteri crimen onusque mei.

Phaedrus. III. Fab. 15.

Portat onus incertum tertis mensibus.

idem lib. I. Fab. 18.

Instante partu mulier actis mensibus
Humi jacebat flebiles gemitus ciens.
Vir est hortatus, corpus lecto reciperet,
Onus maturum melius quo deponeret.

sic scribendum. non, *onus naturae*, quomodonunc circumfertur. Apulejus Met. I. *Octo annorum enim missella discinditur.* Sidonius Panegyrico Avito,

Solverat in partum generosa puerpera casti
Ventris onus.

Noster *pondus* alibi non uno loco appellat. ut libro Met. IX. 683.

jam-

Tu quoque Thebanae mala praeda tacebere matris;
Inque tuum furiis, acte Lycurge, genu.
Ecce libet subitos pisces Tyrrhenaque monstra
Dicere. sed non est carminis hujus opus.
Carminis hujus opus, causas expromere; quare
Vilis anus populos ad sua liba vocet.
Ante tuos ortus arae sine honore fuerunt,
Liber, & in gelidis herba reperta focis.
Te memorant Gange, totoque Oriente subacto,
Primitias magno sepositisse Jovi.
Cinnama tu primus, captivaque tura, dedisti,
Deque triumphato viscera tosta bove.

No-

——— *jamque ferendo*
Vix erat illa gravum maturo pondere ventrem.

Ibidem, 705.

——— *ut fert pondus in auras*
Expulit, & nata est ignaro foemina patri.

supra VI. 42.

Caelesti tumidus pondere venter erat.

farcinam praegnationis bis terve dixit Apulejus. & sane *farcinam* Noster quoque non uno loco appellat. libro VI. Met. 224.

——— *qui matri farcina quondam*
Prima suae fuerat.

HEINS. *Patrio femore* Gottorph. & unus Mediceus. unde Heins. legebat, *faemine.*

719. *Sithonas & Scythios longum est narrare triumphos.*] Multi, *Bistonas*, quod tantundem. plures τὸ *est* non agnoscunt. unus Moreti & Hamburgensis, *longum enumerare.* ut lib. IV. 95. ex veteri codice,

Illa deos omnes (*longum enumerare*) *creavit.*

& apud Statium Theb. II. 163. *Longum enumerare Pharaeas Oebalicasque duces*, & libro I. Achill. 140.

Sed longum cuncta enumerare, vetorque.

Macrobius Saturnalium II. cap. 3. *Longum fiat, si enumerare velim, quot instrumenta quias excogitata sint.* huc allusit & Helmaestadiensis, in quo est, *numerare.* Met. lib. I. 214.

Longa mora est, quantum nocuae sit ubique repertum,
Enumerare.

HEINS.

720. *Gentes turis, Inde &, tuas.*] Gesta haec Bacchica vera quidam ex antiquis credit; ut Megasthenes cum paucis: Eratosthenes vero, de rebus indicis bene meritus, ἀνύπαρκτα καὶ μυθώδη. uterque apud Strabonem lib. XV. NEAPOL.

721. *Tu quoque.*] Horat. lib. II. Od. 19.

——— *Taceat Pentheu*
Disjecta non levi ruina,
Thracis & exilium Lycurgi.

DOUZA.

721. *Mala praeda tacebere matris.*] Lege, *male praeda*, cum primo Ambrosiano & Laeti codice. Vide Notas libro II. pag. 170. HEINS. *Male* etiam Francof. sed ego vulgatam retineo: erat enim filius mala praeda matris, quam dilacerabat. ita *bona praeda* Epist. XVI. 152. & si *male* legatur, ambiguum erit, an *male taceberis*, an *male praeda* sint conjungenda. BURM.

722. *Acte Lycurge.*] Diodorus Siculus lib. III. Bibliotheces: Τῶν δὲ πολεμησάντων τῷ Διονύσῳ ἐπιφανεστάτους ἔσεσθαι Λυκοῦργόν τε τὸν Δρύαντος, Μίδωνα δὲ τὸν Βασσάρα παρ' Ἰνδοῖς, Δουκάλιωνα δὲ παρὰ τοῖς Θρᾳξί. NEAPOL.

725. *Causas expromere, quare Vilis anus populos ad sua liba vocet.*] *Expromere* Voss. prim. Ambros. Mazar. & septem alii. pro *vilis anus* Nauger. Max. Zulich. Ursin. & tres alii, *Vitisator.* quomodo Accio apud Macrobium aliisque Bacchus dictus. Sed pro vulgata scriptura pugnat Varro de Liberalibus, loco jam à Neapoli adducto. pro *Tyrrhenaque monstra* paulo ante unus Med. *Tyrrhenia monstra* elegantii appositione. HEINS. Ut ita *Arcadia Dea* sup. I. 462. & similia passim.

726. *Populos ad sua liba vocet.*] Illa, seu melius illae: nam plures erant, quae transeuntes quodlibet ad liborum emptionem invitabant, & pro emptore sacrificabant, libi empti parte foculo indita. Varro lib. V. de L. L. *Liberalia dicta, quod per totum oppidum eo die sedent sacerdotes Liberi, holerâ coronatae anus, cum libis et foculo pro emptore sacrificantes.* Fiebant & Liberalibus ludi scenici; idque sub finem narrationculae Noster adsignificat. NEAP.

729. *In gelidis herba reperta focis.*] *In calidis* unus male. *in gelidis*, ut illa poloma apud Tarraconenses in ara cruta, quod cum nuntiarent Augusto,

Nomine ab auctoris ducunt Libamina nomen,
Libaque: quod sacris pars datur inde focis.
Liba Deo fiunt: succis quia dulcibus ille
Gaudet, & à Baccho mella reperta ferunt.
Ibat arenoso Satyris comitatus ab Hebro:
(Non habet ingratos fabula nostra jocos)
Jamque erat ad Rhodopen Pangaeaque florida ventum:
Feriferae comitum concrepuere manus.
Ecce novae coëunt volucres, tinnitibus actae:
Quaque movent sonitus aera, sequuntur apes.
Colligit errantes, & in arbore claudit inani
Liber: & inventi praemia mellis habet.

Ut

ille respondit, *optavit quam saepe accendatis*. Quintil. VI. 3 its. *Frigidam* Veneris *aram* fletisse in Lemno cum Val Flac. II. 98. ubi plura dicemus. *herba recepta* unus Heinsii. *herbaque rapta* Mazar. Burm.

7 2. *Sepositse.*] *Supposisse* magno numero veteres. ut lib. IV. 756.

7 3. *Ducunt Libamina nomen.*] Plutarchus Διὰ τὸ τὰ Διονύσου λίβανον πάντες καλεῖν. Πότερον ὡς Ἐλευθέρας πατέρα καὶ πάντ' ἄρχοντα; γινομένῃ δὲ τοῖς ἀνθρώποις ἡγεμὼν καὶ παίδευσις ὑπολαμβανομένῳ θεῷ τὰς ῥοπὰς τοῦ λογισμοῦ; ἢ ὅτι Ἀλέξανδρος ἔφη, δεῖν ἢ ὡς Ἕλληνας ἢ Βαρβάρους, Ἕλληνας δοκοῦντα ἀρχομένους; ab hoc etymo iux jam memorat illis paullo post:

Servitque quod et Liber, . . . ossis quoque libera per te
Sentitur, & vitae liberioris iter.

Neapol.

7 3. *Saudii.*] *Sacris* multi, quod placuit Heinsio; ut supr. 58. 30.

7 4. *Sacris quia dulcibus.*] Athenaeus lib III. Ἔξεστι δικαίως πλακοῦν τὸν ἡδυπότην ἀνδρῶν τὸ καὶ μελιτοῦν καλεῖν. Neap.

7 5. *Ille.*] *Idem* statu & scripti plurimi. *idus* Petav. unus.

7 7. *Satyris comitatus.*] Bene Nostor hos alicubi vocat, *praeviam Dei turbam*. Naz.

7 8. *Fabula nostra.*] *Grata* Jun. *fera* Petav. & Excerpta Dousae. *ignara* Moretti unus.

7 9. *Pangaeaque flumina vexerat.*] Non video quae sint illa *flumina Pangaea*. Quare fuit, cum culmina scribendum. at Zulich. Mazar. & tres alii, *florida Pangaea*. recte. propter apes. sic Trist. V. Eleg. VI.

Blandior quam multas Hybla tuatur apes.

hinc & *Hymettus semper florens* Nostro dictus Met. VI. 361. et *floriferae apes* Met. XV. 366. *Pangaea* vero nusquam potuit Claudian. IV. Cons. Hon. 278.

Nubibus exsultat Tmarus: Pangaea renidet.

& lib. I. in Stilic. 134.

Dicite bisaltae, vel quae Pangaea juvencis
Scinditis.

Heins. Vid. ad Val. Flac. II. 360. *Gangaeque flumina* quatuor. *Pangaeaque litora* unus. *flamina* alius.

7 0. *Aeriferae manus.*] Quae cymbala ferebant: illa enim ex aere, & cava. unde Propertius dixit, *aera rotunda Cybeles*. inde ad tympanum Clemens Alexandrinus in Protreptico ἐπικυπτεῖν usus, ad cymbalum ἐπηχεῖν. verba sunt: Οὗτος τὸ πολίτευμα τὸ ἑαυτοῦ, τὸν παρὰ Κυζικηνοῖς μυστικὸν τῆς Θεᾶς τύμπανον διαμιμούμενος παρὰ Σκύθαις, τύμπανόν τι ἐπικυπτεῖν, καὶ κυμβάλου ἐπηχεῖν. Neapol.

7 4. *Aeriferae comitum concrepuere manus.*] Boni libri, scripti praetertim Stat. & Ursi *cum crepare*. Ciofan. Ne damnes scriptum in quo, *cum crepuere manus*. Neapol. *Concrepuere* melioresque, ut lib. V. 441.

—— *Icmsaeaque concrepat aera.*

Martialis XI. 17.

Et Tarthesiaca concrepat aera manu.

Petronius, cap. XXI. *Cum intrans cymbalistris & aera concrepans omnes exsultavit*. apud Propert. III. XVI. 6.

Cymbala Thebano concrepuere Deo.

Heins.

7 1. *Tinnitibus actae.*] Forte, *ictae*: nam *actae* posset sumi pro abactae, fugatae. ita III Met. 703.

Ponthea sic saevis longis ululatibus actus
Movit

Silius X. 530. ubi eadem diversitas,

sonat acta (vel *icta*) *bipennis*
Proculosi silva alta jugi.

& apud Val. Flacc. VIII. 34.

haud secus illa
Icta timore gravi.

ubi vid. Heinsium. sic *percussa fragore* Val. Flac. III. 529. Sil. III. 436. & alibi. Burm.

7 2. *Quaque movent.*] Sex, *quoque*. Lacti liber, *Quaque*. Heins.

7 2. *Aera sequuntur apes.*] Vide Plinium Historiae Naturalis lib. XI. cap. 20. Neap.

7 5. *Lenisque senex.*] Certe Nostor verius, *laevisque senex*. quâ vocula adipiscitur Sileni calvitiem. Glabro capite hunc depinxit vetustas & ore deformi. Athenaeus de Critobolo Socratis discipulo: Ὁ γὰρ δὴ Κριτόβουλος μειράκιον ἀγεῖον, νήπιον καὶ ἀδιδάσκαλον αὐτὸν τοῦ Σωκράτη σοφιστὴ, πολὺ τοῦ Σειληνοῦ αἰσχίω λέγων εἶναι. Neapol. *Dulcemque senex* Junian. *laetusque* tres. *Graviorque* Moreti & Bernens. *lenisque* multi. sed omnes frustra. *levis* enim est calvus, ut mox 753. *verticem nudum* ipsi dat. ita *mutilum caput* ipsi dat Nemes. Ecl. III. 33. & ita Silenos aliquot videre est in operosissima antiquarum imaginum & figurarum collectione à doctissimo Montefalconio nuper edita, tom. I. part. 2. cap. 24. & ita *leves* etiam imberbes dicuntur; ut Apollo Horat. IV. Od. 6. & *levia ora* Tibul. I. IX. 31. Burm.

7 6. *Quaerebant flavos per nemus omne favos.*] *Dulces* unus Vaticanus. forte rectius. ut *nauseovia* vitetur. nisi malis *niveos favos*. ut lib. I. 186.

Et data sub niveo candida mella favo.

Medicamine quoque faciei legi malim,

Adjice de niveis Attica mella favis.

ubi similiter *flavis* nunc legitur. In illo etiam Propertiano versu, lib. III. v. 58. de Ulysse,

In mare cui soli nil valuere doli.

soliti dati est scribendum. quod Lipsius jam vidit. Heins.

7 7. *In exesa.*] *Excelsa* Dousae Excerpta & viginti fere codices. *exsecta* prior Ambros. & Lacti.

45 Ut Satyri levisque senex tetigere saporem;
Quaerebant flavos per nemus omne favos.
Audit in exesâ stridorem examinis ulmo:
Adspicit & ceras, dissimulatque senex.
Utque piger pandi tergo residebat asselli;
50 Adplicat hunc ulmo corticibusque cavis.
Constitit ipse super ramoso stipite nixus:
Atque avide trunco condita mella petit.
Millia crabronum coëunt; & vertice nudo
Spicula defigunt, oraque summa notant.
55 Ille cadit praeceps, & calce feritur asselli:
Inclamatque suos, auxiliumque rogat.

Con-

sed nihil muta. Virgil. IV. Georg. 4. *Exesae arboris antro*. inf. lib. IV. 495.

Est specus exesis structura pumicis aspri.

Avien. Orbis terr. 685.

Multus ibi exesae sinus est telluris ab alto.

& 725.

—— *ubi saxa dehiscunt*
Molibus exesis, & curvo fornice pendent.

Calpur. ecl. VI.

Namque sub exeso raucum mihi pumice lymphae
Respondent.

Heins.

7 8. *Adspicit & celat, dissimulatque senex.*] *Adjicit & ceras* lege ex veteribus libris. Ciofan. Muto punctа, & lego ex Nostro, *Adspicit & ceras*. Neapol.

7 9. *Residebat.*] *Resedit* Thuan. *consedit* Sanav.

7 1. *Ramoso stipite nixus.*] Nexus Petav. prim. Ambros. & Lacti. Scribe, ut de asello nexo intelligatur,

Constitit ipse super ramoso stipite nexum.

Heins.

7 3. *Et vertice.*] *In vertice* Bern.

7 4. *Oraque prima notant.*] *Summa* Ursin. prim. Ambros. Nauger. Mazar. Zulich. & tex alii. Lege, *oraque sima*. quis nescit Silenos ac Satyros esse simos? Lucret. lib. IV. 1162.

Simula, Silena ac Satyra est.

vulgata tamen lectio in hoc Nasonis loco ex illis Virgilianis defendi potest, III Georg.

Primaque ferratis incultum ora capistris.

sed praestat alterum. Lucilius apud Nonium in *pecus*:

Lasciviro pecus simum rostrique repandum.

ita scribo. quae vulgo mendosissima sunt; *possis* &, *rostrique repandi*. agit autem de Delphinibus.

idem

Concurrunt Satyri, turgentiaque ora parentis
Rident, percusso claudicat ille genu
Ridet & ipse Deus: limumque inducere monstrat.
Hic paret monitis, & linit ora luto.
Melle pater fruitur: liboque infula calenti
Jure repertori candida mella damus.
Femina cur presset, non est rationis opertae.
Femineos thyrso conciat ille choros.
Cur anus hoc faciat, quaeris? vinosior aetas
Haec est, & gravidae munera vitis amans.

Cur

Idem apud eundem Nonium Lucilius, loco itidem corrupto in vulgatis exemplaribus,

Simavit ramum ac nares, Delphinus ut olim.

Simarus nares Cratetis Pithoei,

Simarique nares pando finissimae narent.

sed ad Siculos ut redeamus, Delphinibus omissis; simile mendum vulgatos Silii Italici codices infecit loco, quem totum Notis ad lib v. Fast. vs. 102. colligimus. agit autem Silius de Pane, lib. XIII. 333.

Stant aures, fumantque cavis barba hispida mento.

ubi vetustus codex Colomesii, *imoque*, sed cum *suus cornua* praecesserint, non dubito Silium reliquisse, *simo mento*. *Simum* enim de solis naribus non dicitur. apud Theocritum σταλὸν μέλαινα dicuntur. in Satyros quoque ad Eclogam x. observavit apud Xenophontem Paed. VIII. σιμοτέρους καὶ πλατυτέρους, ut apud Latinos *simum & adunctum* contraria sint. etiam ad res inanimatas transferuntur. Columella libro v. cap. 6. ex optimis membranis, *Ignavi simum bene promineris, virgae eius simae falce levatae caulem*. vulgo & illic, *summae virgae*. Suidas, ὁ κρατὴρ τῶν ῥινῶν, καὶ σιμὸς ὀδόντας. Ionem quoque similem finxit Apulejus. Plura de hac re Interpres Notis Metamorph. XIV. vs. 695. hinc *Simia* nomen vitis. Ausonius Epigr. LXXIV.

Ambrosiae & Nicaea falsavit Simplex idem.

ita scribendum, non *simum*. καὶ in Graeco est Σιμὰς, Ἀμφὶς καὶ Σιμὰς ἀγχίστροφοι πλοκάς ἐ σιμάς. Hesych.

Ver. 3. Ille cadit pronus.] Tale quid hic idem desiderat in Arte:

Ebrius ecce Iacchus pando Silenus asello
Vix labat, & lapsus continet arte iubas.
Dum sequitur Bacchas, Lucchae fugientque petuntque
Quadrupedem: ferulâ dum malus urget equos,
Ille ruit, arvique cavi delapsus in illo.
Clamarunt Satyri: Surge age, surge pater.

Ovid.

756. *Auxiliumque vocat.*] *Regat* opt. Vatic. Urs. & Stat. placet. Ciofan. Eadem varietas in Nostris. *inclamat socios* tres.

757. *Concurrunt Satyri.*] *Occurrunt* quatuor libri. Puto, *Accurrunt*. vide Notas lib II. vs. 372. sic & apud Silium libro X. 201. optimae membranae,

Transfixus gladio propere accurrentis Amorgi.

& libro XV. 606.

Pulveris in clypeis vestigia vija movebant.
Id properi signum accursus.

ita scribendum. vulgo mendose legitur,

Et propere signum ad cursus.

Heins. & *occurrunt* recte posset explicari. vid. ad Sabin. Ep. II. 19.

758. *Genu.*] *Pede* nonnulli.

759. *Limumque inducere monstrat.*] Ad ictum medelam. Optimum, aquâ etiam ex raphani foliis faciem linire: habes e Plinio lib. XX. cap. 4. Neapol. Malim, *limoque*. ut *ora*, quod sequitur, subintelligas. *inducere* est linere: sic *auro linere & auro inducere* dicebant. consule Notas Met. IV. vs. 498. quod alius *perducere* apud Maronem, IV. Georg. 415.

——— *Ambrosiae liquidum destillat odorem,*
Quo tectam nati corpus perducit.

Ausonius Symmacho, *Paginam tuam legi, quam me blanditiis inhiantem jam velut succo nectaris delibua perducit.* Sic optimae Vossii membranae. Persius Sat. II.

——— *Auro fatras quod ovato,*
Perducis facies.

obducere Solino cap. IX. *Diluvialis irruptio cum universa obduceret humido situ.* appositus de hippopotamo: *Plagam limo rursus obducit.* quod Solinus in ea narratione dixit, *caeno plagam oblinere.* Ammianus, *fauciles carnes caeno oblinit.* Sic & Persius libro V. Receptarum Sententiarum locuples. Heins.

761. *Cur*

Cur hederâ cincta est? hedera est gratissima Baccho.
Hoc quoque cur ita sit dicere nulla mora est.
Nysiades Nymphae, puerum quaerente novercâ,
Hanc frondem cunis adposuêre novis.
Restat, ut inveniam, quare toga libera detur
Lucifero pueris, candide Bacche, tuo.
Sive, quod ipse puer semper juvenisque videris;
Et media est aetas inter utrumque tibi:
Seu quia tu pater es, patres, sua pignora, natos
Commendant curae numinibusque tuis.

Sive

761. *Calenti.*] *Recenti* prim. Ambr. Laeti.

762. *Splendida mella.*] *Candida* meliores omnes. de quo dixi lib. V. vs. 186. superiori versu pro *fruitur* liber Erfurtanus, *potitur*. Heins. *Mella reperta* Junian. & Bernens.

763. *Femina cur praesset.*] Lege, *praesit*, ex libri Urs. auctoritate, ad cujus lectionem libri Statii scriptura proxime accedit. legitur enim in eo, *presit*. Ciofan. *Presset* Ursin. Petav. & unus Pataviuus. bene. nam de libis agit. Reliqui magno numero, *presit*, vel *praestat*, proxime verum. Heins.

765. *Cur anus hoc faciat.*] *Haec faciat* multi ex scriptis. sed refer ad *libum*. *Libum facere* ut Nostcr lib. IV. Fastorum, 775.

——— *& nos faciamus ad annum*
Pastorum dominae grandia liba Pali.

Heins. Sic *facere* esse culinare verbum, docent interpretes Petronii cap. XXVI. & XLVII. hinc & *panificia* dicta.

766. *Haec erat.*] *Haec est* rectius Laeti liber & alii nonnulli. Idem, *amans*, pro *amat*. ut & Nauger. Ursin. Mazar. Zulich. prim. Ambros. & alii nonnulli. Heins.

767. *Cur hedera haec cincta est?*] Has vetulas coronatas hederâ sacrificasse jam supra confuadet M. Varro. Neapol.

769. *Nysiadas Nymphas.*] Haec una ex caussis inter lexcentas, quas Mythici referunt. Neapol. *Niliadas, Nisiades, Nysiades, Nisiadas* libri scripti.

770. *Hanc frondem cunis opposuisse ferunt.*] *Apposuisse* prim. Medic. & sex alii. *opposuere novis* Maz. Zulich. Voss. Arondel. prim. Ambros. & unus Vatic. superiori quoque versu idem, *Nysiades Nymphae*, pro *Nysiadas Nymphas*. Lege, *apposuisse novis*. & vide quae notavi Epist. VII. vs. 100. *Hanc frondem cistis* Hamburgensis. Heins.

771. *Toga libera detur.*] Locus hic ab Aldo Manutio docte parum expositus in suis quaestis per Epitodas. Colligit ex his Liberalibus, illâ solum die pueris, qui nondum XVII. aetatis annum attigerant, togâ liberâ uti licuisse, eodem finito festo depositam: Nostri vero sensus est, eos, qui jam ad XVI. pervenissent, Liberalia potissimum exspectasse, ad togam ejusdem fere nominis assumendam. Addam firmandae totius rei hosce qui sequuntur:

Ergo ut tyronum celebrare frequentia posset,
Visa dies dandae non aliena togae.

Tyrones apud veteres erant, quibus, depositâ praetextâ ob aetatem adultam, virilis jam, seu libera, seu pura, seu recta (συνώνυμα haec hujus togae) amiciri dabatur. unde *tyrocinium* ipsa actio. Suetonius scito loco: *Uno atque eodem die togam, subaudi virilem, sumsit, barbamque posuit sine ullo honore: qualis contigerat tyrocinio fratrum ejus.* Faxit Deus videat haec aequus judex. Neap.

772. *Lucifero pueris.*] Cur negem in aliis legi, *Luce geri pueris, candide Bacche, tuâ*.

Quae sane editio, licet pugnax aperte in praedicta videatur, non est, si bene examines. Neap. Valde turbant hoc loco libri veteres. plerique tamen, *Luci feris tuis*, vel *tua*, vel, *Luce feris pueris tua, Lucifer tua* Petav. alii aliter. At Ursin. Mazar. Zulich. prim. Ambros. & sex alii,

Lucifero pueris, candide Bacche, tuo.

eleganter & vere. hoc est, tuo die, tuo festo. Sic Propert. II. 19. *Memento Venturum paucis me tibi Lucifera*; pro paucis diebus. supra lib. I. Fast. 46.

Non habet officii Lucifer omnis idem.

lib. II. 568.

Nec tamen hoc ultra, quam tot de mense supersint
Lucifori, quot habent carmina nostra pedes.

& alibi non raro. Tibullus lib. I. El. III.

——— *illum nobis Aurora nitentem*
Luciferum rosis candida portet equis.

Apud Persium Sat. V.

Navem si possat tibi personatus arator,
Luciferi rudis, & clamet Melicerta perisse
Frontem de rebus.

Luciferi rudis, est imperitus illarum dictum, quibus navigatio sit instituenda. Nam & navigationi observandae certos dies, ut aliis rebus agendis, veteres captabant. locus ille interpretibus parum intellectus, dum Luciferum simpliciter interpretantur pro stella illa, aut ad cognitionem siderum referunt. sic & *Aurora* & *Phoebus* pro die. *Luna* pro nocte. Heins.

773. *Juvenisque videris.*] Hinc ille Euripidi θνήσκω

Sive, quod es Liber, vestis quoque libera per te
Sumitur, & vitae liberioris iter.
An quia, cum prisci colerent studiosius agros,
Et patrio faceret rure Senator opus,
Et caperet fasces à curvo consul aratro,
Nec crimen duras esset habere manus;
Rusticus ad ludos populus veniebat in Urbem:
Sed Dis, non studiis ille dabatur honos.
Luce sua ludos uvae commentor habebat:
Quos cum taediferà nunc habet ipse Deâ.
Ergo, ut tironem celebrare frequentia possit,
Vsa dies dandae non aliena togae.
Mite, Pater, caput huc placataque cornua vertas;
Et des ingenio vela secunda meo.

Itur

Μανιώδης. Fuit & apud antiquos Bacchus κερατόφορος. Graeci suam innuunt causam, διὰ τὸ τοὺς βεχεῖους πάντας παχυκεφάλους. Neap.

775. *Et multa est aetas inter utrumque tibi.*] Intra utrumque inter Mazar. sed frustra. Claudian. I. in Eutrop. 409.

Mista duplex aetas inter juvenemque senemque.

Nolle Met. XII. 464.

—— *Bina aetas inter juvenemque senemque;*
Vis mediis erat.

Heins. Vid. ad lib. I. Met. 50.

777. *Sic quia tu pater es.*] Apte huc attexam illa Sarisb.: *Pater libri generale sit omnium Deorum, tamen proprie Libero semper cohaeret.* Ion Chius ad eumdem:

Χαῖρε λυσίγυιε Διονύσιε, σοὶ γὰρ ἐγὼ γε.

Neapol.

778. *Nunciibusque tuis.*] Bene omnino liber vetus, *nunciisque tuis.* Neapol.

778. *Libertatis iter.*] Acerbe jam eâ aetate servitutis paternum jugum, seu paedagogicum. Hinc Plautinus in libro de Auctoni ratione: "Ὅτι τὸ ἀφαιρεῖσθαι παιδαγωγὸν, τὸ πάσχειν ἀπολυόμενον. Neapol.

779. *An quia, cum colerent.*] Quartam ob causam hoc refert humilia initia Scenicorum ludorum, de quibus loquatur, ex sententiâ Varronis primo de Vita populi Romani, à rusticis scilicet illa proficta. Tertullianus libro de Spectaculis: *Cum primitus Liberi tiberalia vocarentur, honorem habuit ruris vindemiis faventibus. Libero enim à rusticis primus fabam obtulerunt, quod ei adscribunt pro donatione gratiae sibi.* Neap.

779. *Et patrio faceret rure opus.*] De more auctor Columellâ; de eoque etiam unatio, de quo conquestus initio operis: *Rem rusticam*, inquit, *pessimo cuique servorum, veluti carnifici noxae dedimus, quam majorum nostrorum optimus quisque opime tractavit.* Neap.

780. *Patrio rure.*] *Patria rupe* Petav. Horat. Ep. II. *paterna rura* dicit, ut alii passim.

786. *Nunc habet illa Deam.*] Forsan huc pertinent illa Cypriani: *Caetera reliqui, dum Urbem fames occupasset, ad vocationem populi acquisiti sunt ludi scenici, & Cereri & Libero dicati postmodum.* Neapol. *Illa* habent omnes editi. *Ipse* Heinsius ex scriptis plurimis reposuit.

787. *Tyronum celebrare frequentia possit.*] *Possit* unus Mediceus, de qua locutione vide Notas supra, 181. praeterea *Tyronem* scribendum. quomodo Ursini codex & Muzarin. cum Politiani libro, neque aliter pro diversa lectione in textu Mediceo. *tyronem celebrare* est tyronem ad forum deducere & comitari, ipso tyrocinii die. vocatur autem *tyrocinii* dies, quo toga libera sumebatur, *tyro* is, qui togam liberam sumebat. neque aliter castigavit hunc locum Gronovius noster Observationum secundae editionis libro II. cap. 21. additis Suetonii locis, Octavio cap. XXVI. *Cajum & Lucium filios suo quoque tyrocinio deduxit ad forum.* Caligula cap. X. *Uno eodemque die togam sumsit & barbam posuit, qualis contigerat tyrocinii fratrum ejus.* Nerone cap. VII. *Deductus in forum tyro populo congiarium, militi donativum proposuit.* Adde Plinium libro VIII. cap. 48. *Et prima Tarquitii toxatii reclama tunicam, qua simul cum toga pura tyrones induuntur navaeque nuptae.* Heins. *Tyrones* satis probare possim. ita supra dixit, 656.

Et celebrant largo sequa diemque mero.

789. *Placatoque.*] *Placata* volebat Heins. ad lib. IV. Met. 31.

791. *Itur ad Argeos.*] XV. & XVI. Kalendas Apri-

Itur ad Argeos, (qui sint, sua pagina dicet)
Hac, si commemini, praeteritâque die.
Stella Lycaoniam vergit proclinis ad Arcton
Miluüs. haec illà nocte videnda venit.
Quid dederit volucri, si vis cognoscere, coelum;
Saturnus regnis ab Jove pulsus erat.
Concitat iratus validos Titanas in arma,
Quaeque fuit fatis debita, poscit opem.
Matre satus Terrâ, monstrum mirabile, taurus
Parte sui serpens posteriore fuit.
Hunc triplici muro lucis incluserat atris
Parcarum monitu Styx violenta trium.
Viscera qui tauri flammis adolenda dedisset,
Sors erat, aeternos vincere posse Deos.

Immo-

les sacra in Argeis facitata: quid illi, Glossae explicant. *Argi* ἀρχαϊσμὸς. emendat Scaliger *Argei ara*: malim, *Argeae aras*, ut sit idem numerus; cum sint etiam plures urbici Argei. Varro lib. IV. de L. L. *Reliqua Urbis loca olim discreta, ut Argeorum sacraria, in septem viginti partes Urbis sunt disposita.* & Livius: *Multa alia sacrificia locaque sacris faciundis, quae Argeos Pontifices vocant, dedicavit.* Hinc legimus passim in vetustate nunc quintum, nunc sextum Argeorum sacrarium. Neapol. Gell. X. 15. de Flamine, *Atque etiam quum it ad Argeos, quod neque tonsit caput, neque capillum deposuit.* vid. Vulcan. ad Glossar. pag. 12, & Column. ad Enn. pag. 91. Joh. Baptist. Fontejus lib. I. cap. 7. de Prisca Caesiorum Gente, Caesiae Gentis originem ad Argivos & regem Caesum referens, multos Argivos in Italiam & Romam deinde venisse conjicit, & inde *Argeos* esse dictum locum, in quo quidam Argivorum illustres viri sepulti fuerunt. & sane multarum familiarum Romanarum nomina ab Argivis deducta fuere. Burm.

791. *Sua pagina dicet.*] Forsan in aliquo sex posteriorum. exclamare licet: Heu gemmam amissam malo litterarum! Neapol. *Mea* decem libri.

792. *Haec, sicut memini, praeteritaque die.*] Quatuor Vatic. *Hae, si commemini &c.* Ciofan. in alio, *Hae, si commemini.* Neapol. Naugerius edidit, *sicut memini.* quod in plurimis scriptis occurrit, etiam prim. Ambrosiano. alii, *si quid memini.* sed vulgata scriptura bene se habet. quomodo Plautus saepe. Terentius etiam, Cicero, Gellius atque alii. exempla in re protrita piget proferre. Heins.

793. *Vergit declivis ad Arcton.*] Eodem XVI. est Miluii occasus vespertinus: Plinius facit uno die ulteriorem lib. XVIII. cap. 26. *Caesar & Idus Martias feriales sibi nuncupavit Scorpionis occasu, XV. vero Kalendas Aprilis Italiae Miluium ostendi.* Neap. *Declinis* multi ex scriptis. At Ursin. Vossian. prim. Ambros. Laeti, prim. Farnes. *proclivis.* Lege, *proclinis*, cum uno Mediceo & uno Farnesiano. sic & *acclinis, declinis, reclinis* dicebant. pari modo scribi puto debere apud Claudian. III. Cons. Honor. 178. ubi Theodosium in sidus mutatum alloquitur,

Fortunate parens, primos cum detegis ortus,
Aspicis Arcadium, cum te proclivior urget
Occiduum visus remoratur Honorius ignem.

Heins.

794. *Miluius.*] Lege, *Milaüs*, ex duobus Vatic. *Miluius*, per i mendose scribitur. rationem satis probabilem reddidit Obertus Gifanius in Lucretium. Ciofan. In duobus Vaticanis, *Miluius.* Haec una ex famelicis & rapacissimis avibus; inde in proverbium abiit, *Miluina unguis.* Hispani dicunt, *el Milano.* Latinis etiam est *Circumea avis*, absiduo volatu & circuitione saltuum. Neapol. *Milaüs* libri meliores. ut & paulo post, de quo Amorum lib. II. Eleg. VI. vs. 34. Heins.

794. *Haec illa nocte videnda venit.*] *Haec ima nocte videnda venit* emendabat Scaliger. Dan. Heins. *Videnda tibi* Helmst.

795. *Cognoscere.*] *Agnoscere* Puteaneus & duo alii.

796. *A Jove.*] *Ab Jove* meliores. dixi lib. I. vs. 236. Heins.

797. *In arma.*] *Ad Arma* Ambr. tres Aroud. & quatuor alii. vid. ad Epist. III. 136.

798. *Quaeque fuit fatis debita.*] *Quaeque sit in fatis* duo libri. in Zulich. vetus lectio erasa. Codex Laeti & alii tres, *dedita.* Puto, *Quaeque sibi fatis debita*, pro *tentat opem* etiam *poscit* Mazar. Voss. Arondel. prim. Ambros. prim. Farnes. *pollet* &, *fatis edita.* infra, 856.

Quam sterili terras Delphicus edat opem.

Heins.

801. *Incluserat.*] *Induserat* Putean.



Altera, tresque super stratâ celebrantur arenâ.
Ensibus exsertis bellica laeta Dea est.
Pallada nunc pueri, teneraeque ornate puellae.
Qui bene placarit Pallada, doctus erit.
Pallade placatâ, lanam mollite, puellae:
Discite jam plenas exonerare colos.
Illa etiam stantes radio percurrere telas
Erudit; & rarum pectine densat opus.

Hanc

σεται, μηδὲ δύσ' ἴτη, ἀλλ' ἰκανόμεναι ἀθρόαι κατα-δάκνωσι τὴν δηξ. NEAPOL.

813. *Tresque superstrata celebrantur arena.*] Tres Vatic. Maffei, Fratris, Stat. & Urſ. *superraſa.* probo. lib. III. Metamorph. *Raſaque terra ſonat.* CIOFAN. Rectius veteres *raſâ*, hoc eſt aequatâ & de induſtriâ ſic ſparſâ. Inſtravit quondam inſania Principum pro illâ minium & chryſocollam: non é ſolo usque ad ſuperficiem, nam haec dementia; ſed poſt multam arenae injectionem, minium aut aliud leviter ſparſum. ad quod puto Plinium calamum flexiſſe, cum ſcribit: *Viſumque jam eſt Neronis Principis ſpectaculis arenam Circi chryſocollâ ſpargi, cum ipſe concolori panno aurigaturus eſſet.* Confidera nunc illa, *arenam Circi*: ergo prius ſolita illa inſterni, poſtea ſuperinjecta chryſocolla. Eodem traho Suetonium de Cajo: *Edidit & Circenſes quosdam praecipuos, minio & chryſocollâ conſtrato Circo.* NEAPOL. *Rajâ celebrantur arenâ.* Placet haec lectio Illuſtriſſimo Neapoli & Ciofano. At Nauger. Mazur. Zulich. Uſſn. Voſſ. Arond. & XV. alii, *ſtratâ*, ſic Triſt. II.

Martia cum durum ſternet arena ſolum.

Am. II. Eleg. XIV.

Sternetur pugnae triſtis arena tuae.

Properius lib. IV. Eleg. IV.

Nec cum laſcivum ſternet arena forum.

prim. & ſec. Ambroſ. Laeti & alii XII. *fuſa arena.* Excerpta Polit. prim. Med. Sarrav. & Arond. pro diverſa lectione etiam non male, *ſparſa*, Act. Am. I.

Sparſaque ſollicito triſtis arena foro.

duo alii, *plana*, vide quae Neapolis hic notat. HEINS.

814. *Exſertis.*] Plurimi veterum, *expertis.*

815. *Pallada nunc pueri.*] Hi eloquentiam à Minerva totis Quinquatriis expetebant. Juvenalis Satyrâ X.

Et ſpatium ac famam Demoſthenis aut Ciceronis
Incipit optare, & totis Quinquatribus optat,
Quisquis adhuc uno partam colit eſſe Minervam.

Hinc etiam illis feſtis certamina Oratorum & Poëtarum exhibita. Xiphilinus in Domitiano: Θεὸν μὲν γὰρ τὴν Ἀθηνᾶν ἐς τὰ μάλιστα ἐτίμα, καὶ ἀλλὰ τέ τινα καὶ τὰ Παναθήναια μεγάλως ἐόρταζε καὶ αὐτοὺς ἀγῶνας καὶ Ἑλληνικοὺς καὶ Λογογραφικοὺς μουσικόν τι καὶ ἱππικὸν, οὐ τῷ Ἀλλᾷ ἐπέθηκε. NEAPOL.

815. *Ornate.*] *Orate* multi editi; ſed *ornate* eſt in optimis & vetuſtiſſimis codicibus.

817. *Pallade placata lanam.*] Hinc ductum proverbium, Σὺν Ἀθηνᾷ καὶ χερὶ κίνει, de quo vide Zenob. Centur. V. Adag. 93. & Suid. cent. III. 95. & mox, *invita Minerva facere aliquid.* BURM.

817. *Lanam mollire.*] Carminare, ἔριον ξαίνειν, à quo ξάνιον, inſtrumentum ad purgandas lanas rudes: haec Graecis, ἀγγὶ ἔριον. NEAP.

817. *Mollire puellae Diſcant.*] *Diſcite jam*, Maz. duo Farnef. & totidem alii. Arondel. *Diſcite & plenas.* Scribe,

—— Lanam mollite, puellae:
Diſcite jam plenas exonerare colos.

Cogitabam aliquando latere verbum parum obvium, ac ſcribi poſſe,

Diſcite & enatas exonerare colos.

pari modo *pernere*, & quod rarius verbum, *renere*, dicebant. de quo ad Elegiam in mortem Druſi diximus. poſſet &,

Diſcite, & impletas.

plenae colus. quomodo apud Juvenalem Sat. III. *Praegnantem tenui ſtamine fuſum* habes. HEINS. Sed quid opus verba ſana ſollicitare? *τὸ exonerare* poſcit *plenas.* ſic. Ep. III. 76.

Et minuunt plenas ſtamina noſtra colos. BURM.

819. *Stantes telas.*] Licia jugo annexa. Hoc lignum, in quo ſtamen extenditur. Noſter, *telae jugo junctae eſt.* Idem jugum & *ſtes.* NEAP.

819. *Radio percurrere.*] Stamini trimam interponere. NEAPOL.

820. *Denſat opus.*] *Denſet* vetuſtiores magno numero cum primis editionibus. ſic & in Metamorph. non ſemel. ut lib. XIV. 369.

—— Cantato denſentur carmine colum.

ita codices veterrimi. de quo verbo plenius ad Claudianum. Sic apud Horatium lib. I. Od. XXVII. *Miſta ſenum ac juvenum denſentur funera* libri ve-

Hanc cole, qui maculas laesis de vestibus aufers:
Hanc cole, velleribus quisquis ahena paras.
Nec quisquam invità faciat bene vincula plantae
Pallade; sit Tychio doctior ille licet.
Et licet antiquo manibus collatus Epeo
Sit prior; irata Pallade mancus erit.

Vos

tores, quos ego alique vidimus. Prudentius Cathemerin.

Deo jubente cretis turba pulsatilem.

Idem Hamart.

Sorgit in auxilium Chananeus atque agmina denset.

Et poëta,

——— *quamvis densta gravantur*
Nubila.

In illis locis codex Puteaneus vetustissimus & literis majoribus Romanis scriptus. Silius lib. IV.

——— *feriata examina densat*
Infandi Secessus.

& lib. XIV.

Pervolsi currus Poeni densentur in unum.

sic optimae membranae. & puto alibi quoque apud eumdem sic scribi debere, quicquid obstant libri veteres. Virg. Cir:

Quem circa tristes densentur in omnia poenae.

Neque aliter apud alios auctores passim in optimis libris legitur. hinc *condensari*. utitur utroque verbo passim Lucretius. HEINS.

821. *Lusis de vestibus ausers.*] Fullones, qui fullpanse, nitro, cimolia sordes è vestibus eluunt: qui primes olim in Urbe, ob togas mihi candoris; quas ab illa pallidas bis & quater lego lotas. Fullo Graecis πλυντὴς, aut πλυντῆρ: sed haec tantum, quae lavat & purgat perditos maculatosque pannos; alia est, quae dicitur γναφευτικὴ, sed est eorum sellorum, qui eos tondent, carpunt, vellicant, à γνάφω, à quo γνάφος, *spina fullonia*. NEAPOL.

822. *Quisquis ahena paras.*] Infector & affector. de quibus vocibus Festus: *Infectores, qui alterum colorem in lanam inducunt: affectores, qui proprio colore eorum afficiunt.* alia editio, *qui è proprio colore tingunt.* Glossae, *infectum* ἐνεργαζόμενον: *infectus* βεβαπτισμένος, ἐνεργασάμενος. *Ahena* vero *parare* nihil aliud, quam in iis apta quaeque miscere ad lanas fucandas: vide *Sidonium ahenum*, in quo purpuras tingebant. Seneca in Hercule Oet.

Hic Sidonis mollit ahenis.
Infecta lanis lana rubentes.

NEAPOL.

823. *Nec quisquam invita faciet.*] *Faciet* quamvis ineli. HEINS.

824. *Titio doctior ille licet.*] Sic legunt veteres glossarii, citantque illud Horatii II Sat. III. 21.

Quo vafer ille pedes lavisset Tirius aere.

Sed hodie apud Horatium non *Titius*, ut il legunt, sed *Sisyphus* legitur. optimus Vatic. & Statianus habent, *Pitio*. Urlini, *Pithio*, alii Vaticani, *Phitio*, alii vero, *Phytio*. ego quomodo sit legendum nondum statui. GIOVAN. *Tychio* Nostet liber. In duobus totidem lectiones, *Ticio* & *Titio*; sed *Tychio* scribendum omnino, qui Homero Iliade H. Σπερχειόν θ' ἅμ' ἄρηϊ. hunc ipsum ex eodem poëtâ nominat etiam Strabo lib. IX. in Boeotiâ. NEAP.

825. *Manibus collatus Epeo.*] Hic opifex equi Duratei. NEAPOL.

826. *Irata Pallade mancus erit.*] *Invita* Mazar. Zulich. prim. Ambros. Lacti, prim. Med. decem alii. quod placeret, nisi jam praecessisset. Notum adagium, quo Cicero non semel, Horatius, alii utuntur. HEINS.

827. *Vos quoque Phoebea.*] Curae quoque fuit Palladi Medicorum tutela: ea propter & ipsi *Medicae* cognomentum. Observa ex hoc marmore Placentino:

MINERVÆ MEDICÆ
CABARDIÆ
VALERIA SAMMONIA
VERCELLESIS VOT. S. L. M.
NEAPOL.

829. *Censu fraudata magistri.*] Sunt qui legant, *sensu*. Tu cogita, mi Lector, quas ineptias edituire cogantur. Inter hos est Fanensis & Marsus, &, quod mirum, Theodorus Marcilius ad Persii illud Satyrâ III.

——— *Non sano multum laudanda magistro.*

Hic vero mentio fit veteris Minervalis: quo non dato, Rhetoribus & Grammaticis fraus & dolus apertè fiebat; illud autem hoc mense solutum patet ex Macrobio primo Saturnalium: *Hoc mense mercedes*, inquit, *exsolvebant magistris, quos completus annus deberi fecit.* Fraudum causam si quaeris, dabant feriae per id tempus, cum à parentibus data pro magistris stipendia ludis & bellutis pueri destinabant: metu & pudore postea ad scholas accedere non audebant. Sic didascali sine mercede, sine discipulis afflicti remanere: ideo Nos-

Vos quoque, Phoebeâ morbos qui pellitis arte,
Munera de vestris pauca referte Deae.
Nec vos turba feri censu fraudata magistri
Spernite. discipulos attrahit illa novos.
Quique moves coelum, tabulamque coloribus uris;
Quique facis doctâ mollia saxa manu.

Mille

ster ad hos: Vos quoque Minervam non spernite; nam attrahet illa novos discipulos. De feriis scite offert Symmachi locus lib. V. Epistolarum: *Nempe Minervae tibi solemne de scholis notum est, ut fere mensibus junius, etiam procedente aestate, partibus feriarum: ad cum diem convivium tibi paravi.* & Horatii Epist. ultimâ:

At pueris ut sestis Quinquatribus olim,
Exiguo gratoque fruaris tempore raptim.

NEAPOL. Locus vexatissimus. pro *sensu* esse reseribendum, *censu*, recte in Miscellaneis Politianus jamdudum vidit, atque illum secuti postea Berlmannus & Neapolis. neque aliter duo Ambrosiani & quinque alii ex nostris. nisi quod in iis, *censu fraudante*. aliquanto plures, *sensu fraudante* quatuor, *sensus fraudata*. Unde *census fraudata* scribebam, quales Graecismi sollemnes sunt Nasoni, vel *censum fraudata*, & per *censum* Minerval intelligebam, unde victitant magistri. quomodo in illis Metamorphos. IV. de piscatore:

Ars illi sua census erat: cum traderet artem,
Accipe, quas habeo, studii successor & haeres,
Inquit, opes.

ubi quaestum ex piscatura factum designat. *census* ex opificio. Quinctilianus Declamatione XV. de pupere: *Excusare non possis, si tantum pardoneris dies, cujus census ex manibus, ex laboribus substantia, quam quotidie possit ultra rationem dimensus.* militibus olim jure Romano id privilegii concessum, ut stipendium in illorum censu non haberetur, dum minorennes erant, ac proinde in parentum potestate. hinc Juvenalis Sat. XVI.

——— *nam quae sunt parta labore*
Militiae, placuit non esse in corpore census.

civitas tenuis *censu*, pro opibus tenui, Festo Avieno Ora Maritima:

——— *hic sat angusti laris*
Tenuique censu civitas Polygium est.

Injurius igitur Theodorus Marcilius ad Satyram tertiam Persii pl. 46. dum fugillat illos, qui hoc Nasonis loco *censu* quam *sensu* malunt admittere. Sed perpendamus paulo accuratius scriptos codices. optimus Vaticanus a manu prima, *censu fraudata*. veterrimus Petavianus, *sensu fraudare*. ut & Petavianus praestantis notae, Mazarinianus optimus, *turba ferae sensus fraudare*. pro *turba* etiam in duobus, *verba*. Unde argute & ingenio se mehercules nostet Gronovius cap. II. lib. IV. de Pecunia Veterum,

Nec vos thure feri censum fraudare magistri
Spernite.

mihi videbatur in codicibus, qui *verba* pro *turba* exhibent, & in illo Mazariniani libri *ferae* pro *feri* praeferentis superesse manus Nasonianae vestigia, quae reliquisset nobis:

Nec vos aure brevem censum fraudare magistri
Spernite.

vel etiam, *aere brevi fraudare*, pro exiguo aere. sic *mus brevis*, & *rus breve*, pro parvo, apud Nostrum in hisce ipsis Fastorum libris. sed & *brevem censum* Horatius dixerat. per *aes breve* stipem designat. sic *aes parvum* Petronio. *Stipem* Minervae Quinquatribus consecrabant magistri, ut ex Tertulliano mox videbimus, possis etiam *census fraudare*, ut accedamus quam proxime ad scripturam Mazariniani codicis, qui lectiones passim fidas optimasque nobis conservavit, a quo nec multum abludit Petavianus, ut jam vidimus. Sed & in duobus aut tribus aliis minoris rei, *Nec vos turba deam*, quae diversitas scripturae locum interpolatum esse satis evincit. quod *aes breve* dixit hoc loco Noster, id *exiguae stipis aere* Elegia prima libri primi Poëticorum:

Ante Deum matrem cornu tibicen adunco
Cum canit, exiguae quis stipis aera neget?

Ceterum de votivis Quinquatribus locus exstat apud Juvenalem Sat. X, obiter colligendus:

Eloquium ac famam Demosthenis aut Ciceronis
Incipit optare, & totis quinquatribus optat,
Quisquis adhuc uno parcam colitosse Minervam;
Quem sequitur custos angustae vernula capsae.

Sic enim scribo, non *partam Minervam*. *parcam Minervam* dicit, qua puer parce adhuc est imbutus. *tenuis Minerva* Virgil. Æn. VIII. 409. ubi Servius non dissimili modo *rudem* quoque *Minervam* dicebat. & *pinguem crassamque*. sed ille Juvenalis locus discipulos tangit. quod manifestum fit, quod de vernula capsae custode herum sequente subjungit. hunc *capsarium* vocabant. vide Suetonium Neronе cap. XXXVI. quem locum opportune amicissimus noster Gravius suggessit. Ceterum in Symmacho

quo-

Mille Dea est operum: certe Dea carminis illa est.
Si mereor, studiis adsit amica meis.
Coclius ex alto qua mons descendit in aequum,
Hic ubi non plana est, sed prope plana via est;
Parva licet videas Captae delubra Minervae,
Quae Dea natali coepit habere suo.
Nominis in dubio causa est. capitale vocamus
Ingenium sollers: ingeniosa Dea est.

An,

quaeque, ubi de Quinquatribus agit, *convictus parcus*, pro *parto*, scribendum: *Ore praesentia tua augeas honorem festorum dierum. Nempe Minervae tibi solemne de fabulis notum est, ut fere tumores tumultus etiam precedente nevo puerilium feriarum. Ad eam diem convictum tibi paramus agrestibus hospitibus parcum: quia luxuries offendit Deam sobriam.* Hieronymus Commentario in Epistolam Pauli ad Ephesios: *Mintrvale munus, quod Grammatici & Rhetor in famptas domesticos aut in templi fictum aut sordidum convertebat lucrum.* Tertullianus de Idololatria: *Quis ludimagister si non tabularia idolorum, Quinquatria tamen frequentabat? ipsam primum novi discipuli stipem Minervae & honori & nomini conferat.* Quinquatribus feriabantur discipuli. Laudat Plinius in Naturali Historia pulcherrimam picturam pueri Quinquatribus ludentis. atque huc etiam drama comicum Pomponii Quinquatria Nonio Marcello laudata referendum. Si quis Gronovianam de *thure* conjecturam mavult, quae ad vulgatam lectionem propius accedit, cathigare potest, *thure brevi censum fraudare.* nam feros hoc loco magistros dici ad rem non facit. *aere brevi* optime videtur respondere iis, quae de Medicis proxime praecedere, nam & hi ex lucro honorariisque nomisma Minervae consecrabant.

Munera de vestris parva referre Deae.

ubi significanter *referre Deae* dixit, nimirum cujus favori haec ipsa munera forebantur accepta. Locus etiam Tertulliani, & quae subjungit Nostet de discipulis, satis subindicant, aes illud breve capiendum esse de thesauro novorum discipulorum, quam Minervae Magistri dedicare etiam solebant. *aes breve* etiam apud Avienum occurrit fabula XXXVIII. *Te simul aes brevi debile vulgus amet.* ita & *aes parvum, parvo aere recuperare thesaurum* Petronio. Videndus ad Symmachum Justus libro VII. Ep. 129. *exigua sapit aera* Nostet in Porticis. contra *grande aes* Suetonii Ep XIX. Columellae libro VIII. cap. 16. Ammiano Marcellino lib. XXX. quod aliis *magnum aes* dicitur, pro *discipulos attrahit illa novos*, veterum nonnulli, *attrahet.* quod malo. in Mazarinano, *attrahet ipse novos.* quod quid sibi velit non adsequor. Heins. Hae omnes turbae mihi facillime posse componi videntur, si lectio illa trium codicum, ques minoris rei vocat Heinsius (sed inter quos Junianus & Cantabrig. bonae notae codices) recipiatur,

Nec vos turba, Deam, censu fraudata, Magistri
Spernite.

nec vos Magistri, turba censu fraudata, spernite Deam, quae culta ubertim vobis reddet ea, quibus iniqua vos fortuna aut discipulorum dolus fraudavit. Nam quidquid summus Gronovius dicat, vix persuadebit elegantiae Ovidii convenire, ut dicatur Latinè, *spernite fraudare censum tuo*, pro non poeniteat aliquid detrahere patrimonio, quod in tus impendatis. In idem incommodum incidit Heinsii emendatio, & satius crederem tunc vulgatam retinere, cujus hic ordo esset, nec vos feri magistri, turba fraudata censu, spernite scil. *Deam*, quae proximo versu nominata fuit. quod si admitti posset haec locutio *spernire fraudare*, ego certe mallem scribere:

Nec vos parte Deam census fraudare magistri
Spernite.

sed non puto, & locum adhuc forte alio auxilio egere credo. Burm.

831. *Quique moves coelum.*] Coelum est γύφλον: quo non unus, sed plures utuntur. Neap. *Caestrum* quendam legere dicit Pignorius de Servis pag. 175. Edit. prioris, sed ipse nihil mutat.

831. *Tabularumque coloribus uris.*] Quique editi ἐγκαυσταί. De encaustice loquitur & Ausonius in his:

Ceris inurens januarum limina.
Neap. *Coloribus impleo* Mazar.

832. *Mollia saxa manu.*] Addit & marmorarios: sed hic Publio non mens omnes fere opifices numerare, inde sic claudit haec dilticha: *Mille Dea est operum.* quibus fax à Lactantio Firmiano lib. I. cap. 17. *Sunt & aliae artes, quarum repertores humanae vitae plurimum profuerunt; cur non etiam illis attributa sunt templa? sed nimirum Minerva est, quae omnes reperit, ideoque illi opifices supplicant: ergo ab his sordibus Minerva ascendit in coelum.* Neapol.

833. *Mil-*

An, quia de capitis fertur sine matre paterni
Vertice cum clypeo prosiluisse suo?
An, quia perdomitis ad nos captiva Falisci
Venit: & hoc ipsum litera prisca docet?
An, quod habet legem, capitis quae pendere poenas
Ex illo jubeat furta reperta loco?
A quacumque trahis ratione vocabula, Pallas;
Pro Ducibus nostris aegida semper habe.

Sum-

833. *Mille Dea est operum.*] Hinc Graecis ἐργάνη. vid. Aelian. I. Var. II.

835. *Quà mons descendit in aequum.*] *Aequa* prim. Ambros. Voss. Maz. & tres alii. In eodem Maz. & Oxon. pro diversa lectione, *aequor*. sic & Zulichemianus. Forsan recte. *aequor* enim dicitur omnis planities ab aequalitate. unde *aequor* pro campo saepe ponitur apud poëtas. sic & variant codd. Maronis Æn. IX. Pf. 68. Heins.

837. *Captae delubra Minervae.*] Haec numerantur à Topographis inter VIII. aedicilas regionis secundae: situs, ut vides, erat ad radices Caelii. Neapol. Alii, *castae*. Sarravii codex & quinque alii, *captae*. In vulgatis P. Victorii de regionibus Urbis exemplaribus *capta* etiam dicitur. sic apud Graecos Ἀθηνᾶ φυλακίτις, cujus Photius in Excerptis Nicomachi Arithmeticorum meminit. miror Nasonem inter tot causas hujus nominis non meminisse capti Palladii. Heins.

839. *Nominis in dubio causa est.*] Vel inquit *Captae* nomen inditum, quod ingeniosa Dea sit; cum *capitale* ingenium solers dicamus: vel, quod feratur prosiluisse ex Jovis vertice: vel, quod dominis Phalisci deducta in Urbem captiva: vel, quod capite puniatur, qui quidquam ex ejusdem templo furto subtrahat. Neapol.

839. *Capitale vocamus Ingenium solers, ingeniosa Dea est.*] Hunc locum erudite & eleganter tractat Muretus Variarum Lectionum libro II. 5. Cicer. Tullius lib. II. Epistolâ II. de Philisto nostro: *Siculus ille capitalis, creber, acutus, brevis, planè pusillus Thucydides.* Sic & apud membranas veteres Trebellii Pollionis *capitalis* (in vulgatis legitur *militaris*) *jocus*, pro astuto & ingenioso est. *Capitali enim*, inquiunt, *joco regna promerut: navo cum milites cum eo quidam coenarent* (de Regilliano agitur) *offerit Valerianus Tribunus qui diceret, Regilliani nomen unde credimus dictum? Alius continuo, Credimus quod à regno. Tum is, qui aderat, scholasticus coepit quasi grammaticaliter declinare & dicere, Rex, regis, regi, Regillianus. Militis, ut est hominum genus pronum ad ea quae cogitant, dixerunt; Ergo potes Rex esse? item alius, ergo potest nos regere? item alius, Deus tibi Regis nomen imposuit. Quid multa? his dictis cum aliâ die mane processisset, à principibus Imperator est salutatus. Ita quod aliis vel audacia vel judicium detulit, huic jocularis astutia.* Neapol. Ex Salmasio ad Pollion. XXX. Tyran. cap. 10. sua hausit Neapolis.

844. *Et hoc signo littera prima docat.*] *Et hoc ipsum littera prisca* bene Ursin. Arond. Mazar. & septem alii. Heins. *Prima* Polit. *signum litera prima* Bernens. & quatuor cum prima editione. *sillaba prima* Pembroc.

845. *Quae pendere poenas.*] Conveniunt his verba Festi: *Capitalis lucus, ubi si quid violatum est, capite violatoris expiatur.* Neapol.

846. *Jubeat furta reperta loco.*] *Furta reperta* Ursin. Mazar. prim. Ambros. Voss. Arond. XIII. alii, bene, id est, deprehensa. Plautus Mostellaria V. I. 62.

Male facta vestra reperi radicitus.

Virgil. IV. 128.

Annuit, atque dolis risit Cytherea repertis.

Amat id verbum Noster. sic Trist. II. 12.

—— *Ingenio est poena reperta meo.*

lib. IV. Fastorum, 466.

Si non turbassent signa reperta fues.

& lib. IV. 27. *Venerem repertam* dixit. ut habent codices vetusti. lib. V. 22.

Telluys & extremo saepe reperta loco est.

ita & illic priscum exemplar. Art. Am. I. 86.

Flammaque in arguto saepe reperta foro est.

supra hoc libro, 728.

—— *in gelidis herba reperta focis.*

Trist. IV. Eleg. V. 2.

Unica fortunis ara reperta meis.

ita & Graeci non raro. ut in illo Aeliani Varia Historia lib. X. cap. 6. Ἀγαθόκρατος δὲ ὁ τύραννος ὑπὸ πολεμίων ἁλοὺς, καὶ ὑπὸ ζυγὸν ἀναβληθείς, ὀδόλου ἐλπὶν ἔχων εὑρεῖν, ἐς Φαν. & in illo Matthaei Evang. cap. primo: Εὑρεθὴ ἐν γαστρὶ ἐχούσα· quae vetus interpres vertit, *Inventa est in utero habens.* Et Lucae cap. XVII. 18. *Ut non est inventus, qui rediret & daret gloriam Deo.* Οὐχ εὑρέθησαν δοὺς-

Summa dies è quinque tubas luſtrare canoras
Admonet, & forti ſacrificare Deae.
Nunc potes ad Solem ſublato dicere vultu;
Hic here Phrixeae vellera preſſit ovis.
Seminibus toſtis ſceleratae fraude novercae
Suſtulerat nullas, ut ſolet, herba comas.
Mittitur ad tripodas, certâ qui ſorte reportet,
Quam ſterili terrae Delphicus edat opem.
Hic quoque corruptus, pro ſemine, nuntiat Helles
Et juvenis Phryxi funera forte peti.
Utque recuſantem cives, & tempus, & Ino
Compulerunt regem juſſa nefanda pati;
Et ſoror, & Phryxus velati tempora ramis
Stant ſimul ante aras: junctaque fata gemunt.

Ad-

ἐχθίονες δόξαν τῇ Θεῷ. HEINS. *Repertus* & *receptus* paſſim apud Noſtrum permutari videmus ad v. Met. 572. ſed aliud ulcus his verbis ſubeſſe ſuſpicor. *furta* enim *pendere poenas* numquam legi, ſed *fures* ſaepe. ita III. Triſt. XI. 35.

Pendimus ex noſtri (ſatis tua pectora) poenas.

& paſſim: quare cum in Mazariniano à manu puriſſ. ſit, *peenis*, illud recipiendum puto, & ſubintelligendum *fures*, vel quoscunque, qui furtum fecerant, ſollemni ellipſi,

Aut, quod habet legem, capitis quae pendere poenis (vel *poena*)
Ex illo jubeat furta reperta loco.

lex quae jubeat fures pendere ſua furta poena capitis; nam dicitur utrumque, *luere, pendere, ſolvere poenas*, & *crimina*. ut notum eſt. quis vero *ille* ſit *locus* neſcio: nam vetus Feſti magis de luci ſacri violatione, quam de furtis videntur intelligenda, ſed Athenis fuiſſe Cynoſarges & Lyceum, ubi ex Solonis lege furta ultra decem drachmas capite etiam luebantur, docet Meurſ. in Athen. Attic. II. 2. & 3. ſic forte ex illo templo Minervae Capitae ſi quis furto aliquid ſuripuiſſe deprehendebatur, capite puniebatur. Viderunt doctiores. Scaliger in Feſtum legit, *capitalem locum*, & vult in genere omnem locum, in quo poena capitis violatoribus erat conſtituta, dici *capitalem*. notandum vero eſt Parthium lib. XLI. Adv. 8. in duobus his reponiſſe *capitalis lucus, ubi ſi quid violatum eſt, capite noxiorum expiatur*. quam lectionem verum eſſe puto. nam in omnibus credo locis ſanctis vi violatores capite puniebantur. ſed hoc ſingulare, in *capitali* loco ut *negligator* negligentiam ſuam luerit capite. & forſitan ille *virgil* latet in illis, *ex illo*; pro quibus in plurimis codicibus erat, *Exilio*. ſed relinquo haec ſcioloribus divinatoribus. BURM.

842. *Trahit.*] *Trahas* editi & ſcripti quidam.

849. *Summa dies è quinque.*] Et quintus Quinquatruum dies, qui X. Kalendas Apriles, ſcribitur his notis in Kalendario veteri, TVBILVS. XD. & alter menſe Majo, qui X. Kalendas Junias. Ergo Tubiluſtrium bis in anno Romano celebratum: Minervae ſemel menſe Martio, Vulcano ſemel menſe Majo. Obſerva reconditum morem ex Noſtro, forſan in alio non leges. & videtis ſub finem libri quinti nos ad illud:

Proxima Vulcani lux eſt, quam Luſtria dicunt:
Luſtrantur puraé, quas facit ille, tubae.

NEAPOL.

849. *Tubam luſtrare canoram.*] Cave legas, *tubâ canorâ*; ut vult momar ille Marſus, meâ priſcâ linguâ, incomitiem. In tribus editionibus, *tubas canoras*, non rejicio. NEAPOL.

850. *Forti ſacrificare Deae.*] *Deo* Urſin. Mazar. & à manu primâ Zulich. ut *Deum* pro Dea dixerit Graecorum more. an *fortem Deum* Martem innuit; cui ſacra ſint Tibiluſtria haec menſis Martii, quemadmodum altera illa menſis Maji Vulcano? HEINS.

851. *Nunc potes ad Solem.*] Eodem primo feſto Quinquatruum, id eſt XIV. Kalendas. NEAP.

852. *Hic here.*] Hoc eſt XV. Kalendas Sol in Ariete. *Here* eſt ὥρᾳ. NEAPOL.

853. *Seminibus toſtis.*] Vide Hyginum lib. II. Poet. Aſtronomicon. NEAP.

855. *Mittitur ad Tripodas.*] Quid *tripus* notum: hoc idem dixere antiqui *tripodium*. Gloſſae manuſcriptae: *Tripodia, tripedia, id eſt, ſcabellum, quod tres pedes habet; vel menſa, in ſacris Apollinis, vel nummus ſcriptus.* Quidquid igitur tribus fulcris ſuſtinebatur ſic dici potuit: inde Siculi vocant *tripodi*, quibus ollae ad focum ſuperimponuntur. NEAPOL.

857. *Hic quoque corruptus cum ſemine.*] Locum

Adſpicit hos, ut forte pependerat aethere, mater;
Et ferit attonitâ pectora nuda manu.
Inque draconigenam nimbis comitantibus urbem
Deſilit: & natos eripit inde ſuos.
Utque fugam rapiant, aries nitidiſſimus auro
Traditur. ille vehit per freta longa duos.
Dicitur infirmâ cornu tenuiſſe ſiniſtrâ
Femina; cum de ſe nomina fecit aquae.
Pene ſimul periit, dum vult ſuccurrere lapſae
Frater; & extentas porrigit usque manus.
Flebat, ut amiſſâ gemini conſorte pericli,
Caeruleo junctam neſcius eſſe Deo.
Litoribus tactis aries fit fidus: at hujus
Pervenit in Colchas aurea lana domos.

Tres

cum hunc menda laborare variae lectiones ſatis probant. *corrupto* Sarravii. *corruptos* Petavii. *corrupus* (& emendatum *corrupto*) *cum ſanguine nuntia bella* Mazarian. *cum ſanguine* etiam Voſſian. & ſex alii. & ita alios legere Marſus notavit. *cum munere* unus Heinſii & tres alii. ſed maxime placet unius codicis lectio,

Hic quoque corruptus, pro ſemine nuntiat, Helles
Et juvenis Phryxi funera ſortę peti.

nuntius corruptus nuntiat, Phryxo & Helle mactatis, ſemina recte ſurrectura, & fruges daturam telluremem: nam dura illa interpretatio videtur, *nuntius corruptus cum ſemine*, id eſt, quem corruperat Ino, quemadmodum & antea ſemina ſerendo torrendo corruperat. certe tunc deberet legi, *cum ſanguine Helles peti funera Phryxi*. BURM.

859. *Utque recuſantem.*] *Utque* duo veteres. rectius. deinde *compulerunt* ſequenti verſu, pro *compulerant*, cum Petaviano. unus Puteaneus, *compulerim*: proxime verſum. HEINS.

861. *Velati tempora vittis.*] Ex ritu recepto. Alibi Noſter de Pyladem & Oreſtem immolatum:

Sparſit aquâ captos luſtrali Graja ſacerdos,
Ambiit ut fulvas infula longa comas:
Dumque parat ſacrum, dum velat tempora vittis,
Dum tardae cauſſas invenit illa morae.

NEAPOL. *Ramis* Urſin. Nauger. Mazar. Zulich. Arond. prim. Ambroſ. & prim. Farnef. utrumque bene. ſed ſequor vetuſtiores codices. ſic apud Virgil. lib. VII.

— — *induit albos*
Cum vittâ crines, tum ramum innectit olivae.

Nihil magis obvium apud poëtas in deſcriptione victimarum aut ſacrificiorum. HEINS. Vid. tamen III. Met. 516.

863. *Forte pependerat.*] *Forte pependit in aethere* Putean. & alius, niſi quod ille *aethera* habeat.

865. *Inque Draconigenam.*] *Draconigenûm* male habebat Scaliger. ut fit *Draconigenûm urbem*. Intelligit enim τὴν τῶν Σπαρτῶν πόλιν. quae eſt Boeotiorum Thebae. διὰ τοὺς ἐκ τῶν τοῦ δράκοντος ὀδόντων Σπαρτούς. DAN. HEINS. *Draconigeram* quidam ex vetuſtioribus. ſed fruſtra. HEINS.

867. *Fugam capiant.*] Ita ſaepe loqui veteres oſtendit doctiſſimus Davisius ad Hirt. Bell. Alex. cap. 16. ſed *rapiant* tres libri. quod multo elegantius & huic loco convenientius. Val. Flacc. V. 272.

Rapit inde fugam.

ita paſſim *viam, iter*, &c. *rapere*. Vide ad Silium lib. III. 33. BURM.

868. *Per freta longa.*] Quibus poſtea nomen fuit Helleſpontus. NEAP.

870. *De ſe nomina.*] *Denſae nomina fecit aquae* Vatican. unus. Heinſius corrigebat *ſaevae*, vel *caecae*. ego nihil muto. vid. I. Triſt. I. 90. BURM.

872. *Extentas.*] *Extenſas* multi. vid. ſup. pag. 530. *Exactas* unus. *externas* alius. *porrigit illa* duo. *ille* totidem. *ipſe* unus.

873. *Flebat ut amiſſa gemini conſorte pericli.*] Scite & prudenter. Ad fraternam caritatem aliquid etiam periculorum communio adjunxerat. idque docet etiam lib. I. Metamorph. de Deucalione Pyrrham alloquente:

O ſoror, ô conjux, ô femina ſola ſuperſtes,
Quam commune mihi genus, & paternus ortus,
Deinde torus junxit, nunc ipſa pericula jungunt,

Immo vero pericula communia, ut docet Ariſtoteles, *Homines ex inimicis amicos efficiunt*. illius autem haec verba ſunt lib. V. de Republica: Συνάγει γὰρ καὶ τοὺς ἐχθίστους ὁ κοινὸς φόβος. id eſt, *Conjungit enim etiam inimiciſſimos communis metus*. CIOFAN.

Tres ubi Luciferos veniens praemiserit Eos;
Tempora nocturnis aequa diurna feres.
Inde quater pastor saturos ubi clauserit hoedos,
Canuerint herbae rore recente quater;
Ja-

873. *Gemini consorte pericli.*] Immolationis & fugae. NEAPOL.

875. *Litoribus tactis.*] *Captis* Voss. Arond. Maz. Zulich. prim. Ambros. Laeti & quatuor alii. & mox iidem majori ex parte, *ad Colchas domos.* HEINS.

877. *Tres ubi Luciferos.*] Si numeres à XXV. Kalendas, ut fieri debet, erit Ovidio Æquinoctium Vernum XI. Kalendas: nec multum sane discrepat ab antiquis Aratus: Μῆνα Δύσκολον, ἐν ᾧ Μαρτίῳ, ἐφ᾽ ὃ λαγχάνω ἑστηκὼς ἀκτῖσι; μένει τῷ αὐτῷ καὶ ἰσημερία ἑαρινὴ, καὶ ἐν μηνὶ τούτῳ ἡ ἀρχή. Columellae est die XXIII. & XXV. Junio hac eadem & Kalendario veteri, in quo: DIES HOR. XII. NOX HOR. XII. AEQUINOCTIUM VIII. KAL. APR. NEAPOL.

877. *Veniens.*] *Oriens* duo. *aries emisit Eoos* totidem. *dimisit Eous* quatuor. *Eoos* duo. *praemisit Eoo* unus.

878. *Aequa diurna feres.*] *Feres* Mazar. Petav. prim. Ambros. Laeti & octo alii. Ursini & unus Vaticanus cum Politiani Excerptis, *ferens.* ut haec ad sequentia referantur. sed praestat alterum. sic infra,

Templa feres, & me victore vocaberis ultor.

HEINS. *Ferunt* Putean. Cantab. & tres alii.

879. *Inde quater pastor.*] Post quattuor dies completos, id est VI. Kalendas, Janus placandus & terna haec tranquilla numina, Pax, Salus & Concordia. Bonum ergo aliquod Urbi hoc die accessit: ita est; sicque notatur in Kalendario antiquo, HOC DIE CAESAR ALEXANDRIAM RECEPIT. NEAPOL.

879. *Saturos.*] *Pastos* Petav. alter. ingrata repetitione. vid. IV. 735. & V. 679. Virgil.

Ite domum saturae, venit Hesperus, ite capellae.

881. *Cumque hoc.*] *Cum quo* plurimi. *quocum* sex.

882. *Romana Salus.*] Dictane sic? non suspicor. qui ergo? *Publica.* Sed quid discriminis inter Publicam & Romanam? sacrificia tamen Publicae facta repperi. Vetus fragmentum fratrum Arvalium, SALVTI PVBLICAE VACCAS II. eidem & statuas erectas. Vide Dionem lib. LIV. vocat hic autem *Ὑγίειαν.* NEAPOL. Nullum dubium quin *Romana* haec *Salus* sit, quae *publica* etiam sit dicta. nam Zonar. lib. X. cap. 34. dicit Augustum fecisse Statuas Ὑγιείας δημοσίας, καὶ Ὁμονοίας, καὶ Εἰρήνης, ubi, ut hic, *Concordia*, *Salus* & *Pax* junguntur. & eo respicit nummus Augusti, ut recte observat Reinesius, in quo legitur PAX. & videtur Mulier stolata cum caduceo, & ara, & serpente. illa vero a Junio Bubulco in Colle Quirinali dedicata hic non intelligitur: nam dedicata illa fuit Nonis Sextilibus, ut videre est in Kalendariis & patet ex Cicerone pro Sext. cap. 63. qui eodem die ab exilio reversus est. & ad Att. IV. 1. scribens dicit eam vicinam esse Attico, qui habitabat in Quirinali, teste Nepote. & hinc in VI. Regione Rufus & Victor eam ponunt, ubi erat *porta salutaris* & *collis salutaris*. vid. Festum in *Salutaris* & Varron. de L. L. IV. pag. 16. Haec etiam Salus conspicitur in numinis Gentis Aciliae, ubi legitur M'. Acilius III. VIR. VALETV. cum signo Æsculapii. & ab altera parte SALVTIS cum capite Deae. male vero Onuphrius de Repub. Rom. cap. VI. hinc *Triumvirum valetudinis tuendae* exsculpere voluit. Reines. vero rectius ad Insc. I. 116. unam & eamdem deam, *Valetudinem* & *Salutem*, quae Graecis Ὑγίεια & Σωτηρία dicebatur, esse statuit. & puto cum Patino, Acilios respexisse hoc symbolo ad nominis suae gentis originem, quod a Graeco ἀκέομαι, *sano.* unde & una filiarum Æsculapii Ἀκεσὼ dicitur Suidae in Ἠπιόνη. & hinc in aliis ejusdem gentis nummis serpens baculo involutus Æsculapii signum videtur. & hinc Plinius lib. XXIX. 1. Archagatho, qui primus Romae medicinam fecit, locum publice datum in compito Acilio narrat. quod autem *Valetudinem & Salutem* nummus exhibeat, Graecorum exemplo fit: illi enim Ὑγίειαν & Σωτηρίαν etiam distinguebant, ut Plutarch. de Sanitate Tuenda pag. 122. qui Medicinam sui studiosis dare praemium τὴν Σωτηρίαν καὶ τὴν Ὑγίειαν dicit. ex quibus haec videtur corporis, illa mentis valetudinem curare. nam Pausan. lib. VII. cap. 21. dicit apud Patrenses esse signum τῆς Σωτήριας dedicatum ab Eurypylo, cum insaniae morbo esset liberatus. Et ita forte Acilii, nummo suo utrique Deae consecrato, sanam mentem in corpore sano genti suae voverunt. Nam sine ulla veri specie puto virum eruditissimum Groseum de Bose, in Dissertatione de Dea Salute, suspicari templum aliquod *Deae Valetudinis* ab Aciliis fuisse conditum. Salutem vero Romae creditam bonam mentem dare patet exin, quae in Catone narrat Plutarch. pag. 347. ipsi statuam in aede Salutis positam, quia deficientem ab antiquis moribus rempubl. ad frugem praeceptis & disciplina revocasset. Praeterea Junios Silanos Deam Salutem nummis suis consecrasse videbis apud Vaillant in Junia gente. n. 35. & 36. quia forte à Junio Bubulco Gentili suo consecratum numen venerabantur. hujus templi sive aedis meminit Obseq. de Prod. cap. CIII. & arae cap. XCVIII. BURM.

882. *Salus.*] Haec Salutis aedes a C. Junio Bubulco Censore locata in colle Quirinali justa portam Salutarem: voverat Consul bello Samnitico, sed dedicavit Dictator. Livius lib. X. *C. Junius* Bu-

Janus adorandus, cumque hoc Concordia mitis,
Et Romana Salus, araque Pacis erit.
Luna regit menses. hujus quoque tempora mensis
Finit Aventino Luna colenda jugo.

bulcus cum M. Titinio magistro equitum profectus, primo congressu Aequos subegit; ac die octavo triumphans in Urbem cum redisset, aedem Salutis, quam Consul voverat, Censor locaverat, Dictator dedicavit. hoc fuit anno CDLII. Ex his elicias, falso aliquos arbitrari, Salutem ab Augusto consecratam. Sane Princeps ille ejusdem augurium tantum abolitum renovavit, ut scribit in Augusto Suetonius. Aliud templum Salutis Thomas Dempsterus (libet hoc ἐν παρόδῳ monere) Romae constituit ex Tacito lib. XV. Annalium & Cuspiniani Fastis; sed verba: ait consecratum à Nerone diu post haec tempora; hoc verum, sed pernego in Urbe. Sic ille Annali citato de Nerone gratias Diis agente pro conjuratione detectâ: *Tum decreta dona & grates Diis; propriusque honos Soli, cui est vetus aedes apud Circum, in quo facinus parabatur, qui occulta conjurationis numine retexisset: utque Circensium Cerealium ludicrum pluribus equorum cursibus celebraretur; mensisque Aprilis Neronis cognomentum acciperet: templum Saluti exstrueretur, eo loci, ex quo Scevinus ferrum promserat.* In Ferentano igitur oppido templum dicatum: ex eo pugionem bonus vir extraxerat. Res nota. NEAP.

884. *Luna colenda jugo.*] Lilius Gyraldus se dimovet à communi sententiâ, qui versiculum hunc accipiunt de templo Dianae in Aventino; ille de templo Lunae, quasi diversum unum ab altero. Fateor, miratum me, cum legerem, & veri censa sedulo inquisivisse. Extant forte pro eo haec Livii lib. XL. de quapiam tempestate: *Signa aenea in Capitolio dejecit: forem ex aede Lunae, quae in Aventino est, raptam tulit & in posticis parietibus Cereris templi affixit.* Sed quare non erit hoc templum Dianae Aventinensis, forte quia *Lunae* dicitur? nugae: nam si id verum, duo templa Servius aedificavit in eo colle, alterum Lunae, alterum Dianae; quod falsum ex fide historici. Templum hoc igitur & *Lunae* & *Dianae* dictum. Diana eadem cum Lunâ Trebellio Pollioni, in duobus Gallienis: nam in antiquo hujus Codice pro *Dianae Ephesinae* legitur, *Tunc etiam templum Lunae Ephesiae dispoliatum & incensum est.* Sed quid imus per ambages? Tacitus de hoc Servii Tullii Dianio, quod incensum Neronianis temporibus, lib. XV. Annalium: *Sed vetustissimâ religione, quod Servius Tullius Lunae, & Magna ara fanumque, quae praesenti Herculi Arcas Evander sacraverat, aedesque Statoris Jovis vota Romulo, Numaeque regia & delubrum Vestae cum penatibus populi Romani, exusta.* En dictum *Lunae*, illud Dianae: nec locus dubio, additum *Servii Tullii.* Tace Lili Gyralde. NEAPOL.

P. OVI-

P. OVIDII NASONIS FASTORUM

LIBER IV.

ALma, fave vati, geminorum mater Amorum.
Ad vatem vultus retulit illa suos.
Quid tibi, ait, mecum? certe majora canebas.
Num vetus in molli pectore vulnus habes?
Scis Dea, respondi, de vulnere. (risit: & aether
Protinus ex illâ parte serenus erat.)
Saucius, an sanus, numquid tua signa reliqui?
Tu mihi propositum, tu mihi semper opus.

Quae

1. *Alma, fave, dixi.*] *Alma, fave vati* quatuor veteres. ut *rò dixi* subintelligatur. quod elegans. HEINS.

1. *Geminorum mater Amorum.*] Annaeus Seneca in Oedipo:

Concutit taedas geminus Cupido.

& Valerius Flaccus:

Tum Venus algentem mater sic fatur Amorum.

An hos adipiscare dicam tritum illud Cupidinis & Joci, an aliud? quaeso omittamus has nugas. NEAPOL.

2. *Retulit.*] *Sustulit* duo libri. *vultum sunm* unus.

3. *Certe majora canebas.*] Sic liber Masci & Stravinus. placet. CIOFAN. *Certe modò festa canebas* plurimi. *certe modo festa tenebas* Bern. sed erat *canebas* adscriptum.

5. *Scis, Dea, respondi.*] Ita distinguendum puto, *respondi, de vulnere: risit.* ut *de vulnere* referatur ad *scis, dea*, non ad *risit*. DOUZA. Vemilius videtur, si legas, *scin, Dea?* ut jam monui ad Epist. XII. 61. nam in Gottorph. ultima litera *vōscis* erat erasa. Voss. & Aroudel. *Sic.* deinde, *aether*, pro *aer*, meliores. HEINS.

7. *Saucius.*] Proprie Ennius: *Animo aegra, auceps laevo fauces.* NEAPOL.

7. *Saucius an sanus nunquam tua signa reliqui.*] *An sanus* idem. recte, ut jam monui lib. II. ℣. 294. tum *nunquid* meliores quoque, pro *nunquam*. HEINS.

8. *Tu mihi semper onus.*] Liber vetus, *tu mihi semper opus.* quod verum. NEAPOL. Scripti plurimi, *onus*. Lege, *bonus*, cum uno Vatic. ex antiquioribus. HEINS. In Bernensi erat *bonus*, ut saepe librarii solent.

9. *Quod decuit.*] Liber vetus & alii optimae notae, *Quae decuit*. NEAPOL. *Qua* Ursini & Ambros. unus. *quam* prior Ambros. *ut* Helmaest. *quod* junii, Laeti, Hamb. & sex alii.

9. *Sine crimine lusimus.*] Vita proba fuit, licet lascivum carmen. hoc vocat Martialis, *innocuos lusus*. NEAPOL.

11. *Priscis.*] *Veris* Mazar. à manu prima. mox *canam* plurimi.

13. *Mensem.*] *Mense* alter Petavii. mox, *ipse tuum* Mazar. alter & quinque alii.

15. *Mota Cytheriacâ est leviter.*] Melior fortasse est prior lectio, *Mota Cytheraea leviter est.* ut sit, *myrto Cytherea*. NAUG. *Cytheriacâ* quatuor veteres cum Vaticheniano. sic *Cytheriacae aquae* Epist. VII. 60. HEINS. Cum Naugerio faciebat Douza, qui legebat, *Cytherâ Citherea* Bernens.

15. *Le-*

Quae decuit, primis sine crimine lusimus annis:
Nunc teritur nostris area major equis.
Tempora cum caussis, Annalibus eruta priscis,
Lapsaque sub terras, ortaque signa cano.
Venimus ad quartum, quo tu celeberrima, mensem.
Et vatem, & mensem scis, Venus, esse tuos.
Mota Cytheriacâ leviter mea tempora myrto
Contigit: &, Coeptum perfice, dixit, opus.
Sensimus; & subito caussae patuêre dierum.
Dum licet, & spirant flamina; navis eat.
Si qua tamen pars te de Fastis tangere debet,
Caesar, in Aprili, quo tenearis, habes.
Hic ad te magnâ descendit imagine mensis:
Et fit adoptivâ nobilitate tuus.
Hoc pater Iliades, cum longum scriberet annum,
Vidit, & auctores retulit ipse suos.
Utque fero Marti primam dedit ordine sortem,
Quod sibi nascenti proxima caussa fuit;
Sic Venerem gradibus multis in gente repertam
Alterius voluit mensis habere locum.

Prin-

15. *Leviter mea tempora myrto.*] Liber Urs. *tempora*. ut superius tessatus sum. CIOFAN. Arbusculâ eidem sacrâ. Membranae aliquot habent, *tempora*. NEAPOL.

20. *Caesar in Aprili, quod tuearis, habes.*] *Quo tuearis* Ursin. Zulich. Nauger. & sex alii. at Maz. *quo tenearis, habe. quo tuearis* Voss. & Arond. Remei. Amor. 150.

Da vacuae menti, quo teneatur, opus.

elegenter. sic *teneri ludis & spectaculis* Ciceroni de Finibus libro V. *Studio rei alicujus teneri* idem frequenter & Horatius libro I. Epist. I. Solinus de Macedonum regibus cap. IX. *Plurimos, qui fidibus scitebant, in usum oblectamenti donis tenuit liberalibus.* tenebantur illi donis. superiori versu, *pars te de fastis dicere debet*, non *tangere*, Mazar. Lege, *ducere*, id est, oblectare, trahere. HEINS. De verbo *teneri* vide Cl. Graev. ad Cicer. V. ad Familiar. 12. Noster lib. IV. Trist. X. 49. *Et tenuit nostras numerosus Horatius aures.* Suet. Aug. XLIV. *Teneri voluptate spectandi.* vid. ad Valer. Flac. I. 103. BURM.

20. *Quod tuearis, habes.*] Ob adoptionem in Julium familiam. NEAPOL.

21. *Descendit origine mensis.*] Plurimi ex melioribus, *imagine*. sollemnis illa variatio. vid. I. Met. 79. & I Fast. 65. Epist. VII.

Pyrrhus Achillides animosus imagine patrii.

magna autem ut, licet alia notione, Stat. III. Th. 418.

——— *nam Tydea largus habebat*
Perfusum magna virtutis imagine femur.

Virgil. IV. 654.

Et nunc magna mei sub terras ibit imago.

HEINS.

23. *Pater Iliades.*] Romulus. CIOFAN.

23. *Longum scriberet annum.*] Quia re verâ non adeo breve spatium tempus decimestre: non adeo discrimen anni lunaris, ut volunt magistelli. NEAPOL. *Duceret annum* duo libri.

24. *Auctores retulit ipse suos.*] Unus Vatic. & Ursini, *ille*. CIOFAN. *Tuos* Ursin. Petav. & quatuor alii. *Sensit* etiam prim. Ambros. & Laeti codex. HEINS. *Ille* etiam Excerpta Dourae & infiniti alii scripti. sed elegantior multo lectio est in Francof. *auctores praetulit ille.* nimirum duos priores mensis ex auctoribus generis sui dixit & praeposuit aliis. *tuos* erat etiam in Francof. BURM.

26. *Quod sibi nascenti.*] *Nascenti* plerique veteres. & sequenti versu, *in gente repertam*, non *reperiam*, meliores. recte. ut dictum supra lib. III. ℣. 845. HEINS.

29. Ut

Principiumque sui generis, revolutaque quaerens
Secula, cognatos venit ad usque Deos.
Dardanon Electrâ nesciret Atlantide cretum
Scilicet; Electran concubuisse Jovi?
Hujus Erichthonius: Tros est generatus ab illo:
Assaracon creat hic: Assaracusque Capyn.
Proximus Anchisen: cum quo commune parentis
Non dedignata est nomen habere Venus.
Hinc satus Æneas pietas spectata per ignes,
Sacra, patremque humeris altera sacra tulit.
Venimus ad felix aliquando nomen Iüli:
Unde domus Teucros Julia tangit avos.

Post-

29. *Revolutaque quaerens sæcula.*] *Revoluta requirens* Lucretianus. ut sit appositio. HEINS.

31. *Dardanon Electra.*] Sumit sanguinis initium à Dardano, secundo Ilii Rege; cujus filius Erichthonius, hujus Tros ex Astioche, hujus Assaracus, hujus Capys, hujus Anchises: primi tres regnum tenuere; hos secuti Ilus, Assaraci frater, Laomedon, Priamus. NEAP.

31. *Quis nescit Atlantide natum?*] Tres Vatic. Urs. & Stat. *nesciret Atlantide natum?* non displicet. CIOFAN. Veteres codices, *nescirt.* probe. ut per interrogationem haec dicantur. quatuor etiam libri, *cretum*, pro *natum*. HEINS.

34. *Assaracon creat hic.*] *Assaracon* Petav. & unus Vatican. & tum lego, *Assaracoque Capyn.*

35. *Proximus Anchisen.*] *Anchisen* Mar. & Vos. nempe creat. *Proximus*, Capys. HEINS. *Proximus* Putean.

35. *Cum quo.*] *Quocum* Laeti codex, ut lib. III. 881.

37. *Hinc satus Æneas.*] Sequitur nunc Dynastia Æneadarum; quam volo conferas cum Livio, Dionysio & Eusebio: eam igitur inferam ex his tribus magnâ fide expressam; sed prius en breviter quo ordine hos reges enumeret Noster, quos praetereat.

OVIDIUS.	LIVIUS.	EUSEBIUS.	DIONYSIUS.
Æneas	Æneas	Æneas	Αἰνέας.
Ascanius	Ascanius	Ascanius	Ἀσκάνιος.
Silvius	Silvius	Silvius	Σιλούιος.
	Æneas	Æneas	Αἰνείας Σιλ.
Latinus	Latinus	Latinus	Λατῖνος Σιλ.
Alba	Alba	Alba	Ἄλβας Σιλ.
Epytus	Atis	Silvius Athis	Κάπυς Σιλ.
Capys	Capys	*sive* Ægytus	Κάπυς Σιλ.
Capetus	Capetus	Capys	Καλπέτος Σιλ.
Tiberinus	Tiberinus	Calpetus	Τιβερῖνος Σιλ.
Remulus	Agrippa	Tiberinus	Ἀγρίππας Σιλ.
Agrippa	Romulus	Agrippa	Ἀλλοβὶς Σιλ.
Aventinus	Aventinus	Remulus	Ἀβεντῖνος Σιλ.
Proca	Proca	Aventinus	Πρόκας Σιλ.
Numitor	Amulius	Procas	Ἀμύλιος Σιλ.
		Amulius	

NEAPOL. Haec ex Glareani notis ad Liv. I. 3.

37. *Hinc satus Æneas.*] *Hoc satus* bene unus Vatican. nisi *huic* malis. ut paulo post, *Posthumus huic.* ita enim meliores libri, non *hinc.* sic supra, *Hujus Erichthonius.* HEINS. Vid. I. Met. 748.

38. *Sacra, patremque humeris, altera sacra tulit.*] Hic locus ab altero interprete silentio praetereundus est,

Postumus huic: qui, quod silvis fuit ortus in altis,
Silvius in Latiâ gente vocatus erat.
Isque, Latine, tibi pater est: subit Alba Latinum:
Proximus est titulis Epitos, Alba, tuis.
Ille dedit Capyi recidiva vocabula Trojae;
Et tuus est idem, Calpete, factus avus.
Cumque patris regnum post hunc Tiberinus haberet;
Dicitur in Thuscae gurgite mersus aquae.
Jam tamen Agrippan genitum, Remulumque nepotem
Viderat: in Remulum fulmina missa ferunt.
Venit Aventinus post hos: locus unde vocatus;
Mons quoque. post illum tradita regna Procae.

Quem

est, ab altero non satis intellectus. Ejus sententia petenda tibi est ex meis in Metamorph. Observationibus lib. XV. CIOFAN.

40. *Tangit.*] *Tangat* quatuor Heinsii libri. *Posthumus huic* Mazar. Moret. Vossii & viginti alii.

41. *Qui quod sylvis fuit ortus in altis.*] Ita meliores. cum ante legeretur, *Sylvis est natus.* quatuor alii, *fuit altus in altis.* Unus Med. *fuit actus.* prim. Ambr. *fuit artus.* alter Put. *sylvis nutritus.* HEINS.

42. *In Latia.*] *A Latia* Putean. alter Arund. & quatuor alii.

44. *Epitus.*] *Epitos* Urfin. Patav. *Epicos.* Lege, *Epitos.* & sic Met. XIV. 612. quidam codices. Chronicon Eusebianum ex editione Pontaci ad annum MXXX. *Latinorum septimus Silvius Albys, sive Ægyptus, Albae superioris filius.* editio Scaligeri, *Silvius Atys, sive Ægipus.* sed omnino *Epitus* scribendum. quod in nonnullis exemplaribus exstare fatetur. in aliis quibusdam, *Æcippus*, forte tamen & legendum, *Epytos.* quod Trojanum est nomen. videantur observata nostra ad Maronem Æneidos II. pf. 539. ex eodem Eusebii Chronico, ut & ex Dionysio Halicarnasseo Livioque haec regum Albanorum series illustrari potest. HEINS.

45. *Ille dedit captae.*] Non semel monet me Josephus Scaliger, ut legam, *Ille dedit Capyi*, & in Animadversionibus ad Eusebium, & in Canonum Hagogicorum lib. III. Facio lubens: nam in hoc Albano Capye vult Ovidius repetitum esse nomen illius veteris Dardanidae. NEAPOL. *Capyi* emendat magnus Scaliger notis ad Eusebium & Canonum Hagogicorum lib. III. & Gronov. ad Liv. I. 3. Paulus Merula ad Annales Ennii, *Capyis.* Politianus in ora codicis sui, *Capys*, incertum an ex veteri libro. *Capesum* unus Vaticanus. alius, *patriae.* alter Petav. *coeptae. Ille dedit Capis repetita* Servius ad lib. X. 145. Æn. citat. & certum est *Capyes* nomen hic latere. pro *repetita* Mazar. & tres alii, *recidiva.* nec dubito in primo etiam Ambrosiano ita fuisse. erat enim erasa vetus scriptura. In Vossiano quoque & primo Farnesiano aliisque duobus sic pro diversa lectione erat exaratum. de qua voce multis ad Claudianum Idyllio Phoenicis pf. 66. egi. Totum igitur versum lego hoc modo, *Edidit ille Capyn, recidiva vocabula Trojae*, vel, *Ille Capyn genuit. recidivum* habes lib. X. Met. 726. ex vestigiis veterum codicum,

——— *recidivaque mortis imago*

Annua plangoris peraget simulamina nostri.

recidivi vocem adhuc mendosam latere apud Apulejum libro XI. Met. opinor. *Varie quidque mirabundi festinant illico ad meum divinum reducemque ab inferis conspectum.* pro *divinum* scripti nonnulli, *diurnum.* Lego, *recidivum.* apud Paulinum quoque sexto Natali Felicis opinor scribendum esse,

Membra latent posiii: placida cum morte quiescit,
In spem non vanam recidivae condita vitae.

non *redivivae vitae.* HEINS. Vid. & XIV. Met. 611. Camillus Peregrin. de Campan. Felic. Diss. IV. §. 7. putat Ovidium nomen dicere Capuae renovatum a tertio Capye, cum duo fuerint ante eum. Capys Trojanus, filius Assaraci, patet Anchisae, avus Æneae, secundus Æneae comes, &, ut quidam, consobrinus. BURM.

46. *Capete, factus avus.*] Puto litterulam unam excidisse, scribendumque, *Calpete*, ut habent Prisci. Vulgatam editionem si invocare, non respondet quantitati syllabariae. Et licet hunc Capetum nominet in Metamorphosi, non sequitur, hic ita reponi debere: nam haud discrepat in hoc uno de his Regibus Metamorphosis à Fastis. NEAP.

47. *Cumque patris regnum post hunc Tyberinus haberet.*] Iidem libri & Mass. *Accipiens regnum post hunc Tiberinus ab illo Dicitur* &c. non malus sensus; & tamen nihil muto. CIOFAN. Non respondet Ovidiano stilo hic versus. Veteres plerique, *Accipiens regnum post hunc Tyberinus ab illo*, nihilo melius, nisi forte legas, *Tyberinus avitum.* sed Met. XIV. 614. *Regnum Tiberinus ab illis Capit.* Eusebius in Chronico, *Latinorum rex decimus Tiberinus Silvius, Carpenti filius, à quo flavius appellatus est Tiberis, qui prius Albula vocabatur.* HEINS.

49. *Jam tamen Agrippan natum Remulumque nepo-*

Quem sequitur diri Numitor germanus Amŭli.
Ilia cum Lauso de Numitore sati.
Ense cadit patruo Lausus: placet Ilia Marti;
Teque parit, gemino juncte Quirine Remo.
Ille suos semper Venerem Martemque parentes
Dixit: & emeruit vocis habere fidem.
Neve secuturi possent nescire nepotes,
Tempora Dis generis continuata dedit.
Sed Venerem mensem Grajo sermone notatum
Auguror: à spumis est Dea dicta maris.
Nec tibi sit mirum Grajo rem nomine dici:
Itala nam tellus Graccia major erat.

Vene-

nepotem.] *Agrippam genitum* Zulich. prim. Ambros. & Lact. pro *nepotem* veteres multi, *nepotes.* quod est contra fidem Hist. oriae. Forte scribendum, *Remulumque ferocem.* Nam lib. Met. XIV. 610. utrumque finum facit Tiburni. atque illic etiam *ferocis* utitur vocabulo,

—— *de quo* (Tiburno) *Remulusque, feroxque*
Acrota sunt geniti. Remulus maturior annis
Fulmineo jussit imitator fulminis ictu.

vides hominem fulide ferocem & alterum Salmonea describi. mox addit.

Fratre suo sceptrum moderatior Acrota sorti
Tradit Aventino.

quid ni ergo *ferox Remulus*, quo *moderatior* sit *Acrota*, seu Agrippa, quem ferocem & ipsum jam appellarat? Remulum quoque fulmine percussum refutat Eusebius in Chronico, qui *Aremulum Silvium* vocat, *praesidumque Albanorum inter montes, ubi Roma est, posuisse* asseverat. Heins. Gron. ad Liv. I. 3. legit, *Remulumque priorem.*

49. *Agrippam natum.*] En hunc in Metamorphosi vocat *Acrotam.* Nead.

51. *Latus.*] *Latus* unus Heinsii, Moreti & cujusque alii, *inde* etiam Bernensis & sex alii. *vocatur* dein alii & ilcipti.

52. *Cum Lauso.*] Halicarnassensis, τὸν υἱὸν τοῦ Ἀγρίππου Λαῦσον, appellat, Plutarchus in Parallelis, Λάυσον. Neapol.

53. *Ense cadit patruo Lausus.*] Petav. *patrio.* Lego, *patruo.* quomodo codex Junianus. vide omnino quae notamus ad Amor. lib. III. Eleg. VI. vs. 49. ubi Homerus Il. I. 563. κασιγνήτου φίλοιο pro fratris cadem. de similia passim apud Graecos ac Latinos. proludente, pro *duri Amuli*, quinque veteres, *duri*, recitat. supra lib. III. 49.

Ille sibi cognovit consentior Amulius aequi,
Nam rapuit fratri victor habebat opes. Heins.

55. *Sepotes.*] *Nepotes* alter Moreti pro varia lectione. vid. ad Val. Flac. III. 455. mox, *tempora sic gnati*, alter Mazar. *sic generis* tres.

61. *Grajo sermone notatum.*] Fuit antiqua plurium sententia. Macrobius primo Saturnalium: *Secundum mensem nominavit Aprilem, ut quidam putant, cum aspiratione, quasi Aphrilem, à spumâ, quam Graeci ἀφρὸν vocant, unde orta Venus creditur: & hanc Romuli fuisse asserunt rationem, ut primum quidem mensem à patre suo Marte, secundum ab Aeneae matre Venere nominaret; & hi potissimum anni principia servarent, à quibus esset Romani nominis origo.* Neapol. *Vocatum* Junian. & Putean. *Graeco* nonnulli.

62. *A spumis est Dea dicta maris.*] Alludit ad verbum ἀφρός. Vide Fulgentium lib. II. Mytholog. Ciofan.

63. *Graeco rem nomine dici.*] *Grato* Mazar. duo alii, *Grajo.* rectius. Puto tamen scribendum, *patrio nomine.* sic Seneca in Epigrammatis,

Corsica, Phocaïo tellus habitata colono,
Corsica, quae patrio nomine Cyrnus erat.

ita vetustissimus codex, non *Grajo nomine.* Heins.

64. *Itala nam.*] *Jam* duo.

64. *Graecia major erat.*] Legas omnino Ilaci Casauboni castigationes in lib. VI. Straboni sub initium, & Philippi Cluverii caput 16. lib. IV. Italiae antiquae; cui multum illa & orbis debent: hinc (fuisse haec uterque) in eâdem duplex fuit idioma, & patrium & Graecanicum. Horatii Scholiastes ad illud I Sat. X. 10.

—— *Canusini more bilingui,*

Quoniam, inquit, *utráque linguâ usi sunt, sicut per illum omnem tractum Italiae, quem magnâ ex parte Graeci intoluerunt, ex quo magnae Graeciae nomen accepit: ideo ergo Brutius, & Graecilogus, & bilingues dixere.* sed de his ita Festus: *bilingues Brutates Ennius dixit; quod Brutii & Osce & Graece loqui soliti sint.* Neapol.

65. *Venerat Evander.*] De Evandri & Herculis adventu in Italiam non iterabo hic, quae notavimus in primo. Neapol.

66. *Grajus uterque genus.*] *Graecus* unus. *uterque fuit* sexdecim.

67. Pa-

Venerat Evander plenâ cum classe suorum:
Venerat Alcides, Grajus uterque genus.
Hospes Aventinis armentum pavit in herbis
Claviger: & tanto est Albula pota Deo.
Dux quoque Neritius, testes Laestrygones exstant:
Et quod adhuc Circes nomina litus habet.
Et jam Telegoni, jam moenia Tiburis udi
Stabant: Argolicae quod posuêre manus.
Venerat Atrides fatis agitatus Halesus;
A quo se dictam terra Falisca putat.
Adjice Trojanae suasorem Antenora pacis,
Et generum Oeniden, Appule Daune, tuum.

Se-

67. *Pavit in herbis.*] Sic quinque Vatic. Statii & Usi. Ciofan. Quidam codices habent, *in arvis.* Regius etiam, *ponit in herbis.*

69. *Dux quoque Naritius.*] *Neritius* meliores. & recte. vide quae noto Remed. Amor. vs. 264. Heins.

69. *Testes Laestrygones exstant.*] Ipse Ulysses apud Homerum in Odyssea:

Ἔξεπλε δὴ ἐμοὶς πλοῦφι νύκτας τε καὶ ἦμαρ.
Ἐλθόντες δ' ἱκόμεθα Λάμου αἰπὺ πτολίεθρον,
Τηλεπύλου Λαιστρυγόνων. ——

Neapol.

70. *Circes nomina litus habet.*] Idem:

Ἔνθα δ' ἀστυφέλου πλοῦφι νηκχήθημεν ἴσης,
Λοιμὸν ἐν δημότῃσι, φίλοις ἐλίκωπες ἑταίρους.
Αἰαίην δ' ἱκόμεσθα νέον ἐφικομένω. ἔνθα δ' ἴκανε
Κίρκη. ——

Insulam vocat, quam Strabo insulae speciem: Μετὰ δὲ, inquit lib. V. Ἄντιον τὸ Κιρκαῖον ἐρῆν, ὅρος ὑπεκῶζον θαλάττῃ τὲ, καὶ ἔλεσι. Neap. *Litora nomen habent* Putean. *Circeas* duo; Latina flexione. vid. Broukhus. ad Propert. II. VII. 83. Burm.

71. *Et jam Telegoni.*] Tusculum ab hoc conditum non opus ut probem. Hujus oppidi vix exstant hodie pauca rudera prope Frascatum. Neap.

71. *Moenia Tyburis.*] Haec statuere tres fratres, Catillus, Coras, Tyburtius, sive Tyburnus, *Argiva juventus*, inquit Vates. A primigenio nomen urbi inditum. Sed & *moenia Catilli*, non minus quam *Tyburni*, non pauculi appellant. Neap.

71. *Tyburis udi.*] Horatius lib. III. Odâ XXVIII.

Non semper udum Tybur, & Aesulae.

Neapol.

72. *Argolicae quae posuere manus.*] Strabo lib. V. de Tybure & Praeneste: Φασὶ δ' Ἕλληνίδας ἀφορίσας. Neap. *Quod posuere* Mazar. Zulich. prim. Ambros. Petav. & decem alii. recte. de solo Tiburte intellige. Horat. Od. VI. lib. II. *Tibur Argeo positum colono*, hinc & *Herculeum Tibur* dictum. Catillus quoque Coras & Tiburtius Tiburis conditores *Argiva juventus* Virgilio appellantur. Sequenti etiam versu, *Atrides Halesus* legendum, non *Atridae*, cum Urfini libro & Naugerii aliisque multis. Heins. Nescio num praestet *Atridae*, cujus fata & infortunia in posteros transiere. vel satis Agamemnonis, id est caede, ut lib. III. Amor. XIII. 31. nec satis constat, an Halesus fuerit Atrides.

74. *Terra Falisca putat.*] Verissimum, mutato *N.* in *F.* cum Servio loquor. Urbi autem *Faleriis* & *Falisca* fuit nomen. Strabo & Solinus aperte decepti, qui lib. V. Φαλέριοι καὶ Φαλίσκοι discriminavit. unde Auctor Polyhistoris: *Quis ignorat, vel dictam vel conditam ab Halesio Argivo Phaliscam, à Phalerio Argivo Phalerios?* Idem oppidum putavi olim ex hoc marmore, (apud Gruter. pag. LXVI.)

LIBERO PATRI
SACRVM PRO
SALVTE IMP.
CÆS. M. AVR.
COMMODI
ANTONINI
AVG. PII P.P.
L. CALVISIVS L. F.
VELINA SECVN
DVS. FALERIONE
P. P. LEG. XIII. G. P. F.
SVB VESPRONIO . . .
DIDO COS DEDIC.
C. AVRELIO SAL. D. D.

dictum etiam *Falerionem*: illud vero illud est non procul à Tennae fontibus. Si vidisset hunc lapidem Philippus Cluverius, non titubasset de vero illius loci nomine. Neap. Vid. III. Amor. XIII. I.

Serus ab Iliacis, & poſt Antenora, flammis
Attulit Æneas in loca noſtra Deos.
Hujus erat Solimus, Phrygiâ comes exſul ab Idâ:
A quo Sulmonis moenia nomen habent.
Sulmonis gelidi patriae, Germanice, noſtrae.
Me miſerum, Scythico quam procul illa ſolo eſt!
Ergo ego? tam longas ſed ſupprime, Muſa, querelas:
Non tibi ſunt macſtâ ſacra canenda lyrâ.
Quo non livor abit? ſunt qui tibi menſis honorem
Eripuiſſe velint, invideantque, Venus.
Nam, quia Ver aperit tunc omnia, denſaque cedit
Frigoris aſperitas, foetaque terra patet;

Apri-

75. *Suaſorem Antenora pacis.*] A quo Patavio ſita origo. Id pleriſque haud certum; ſed non ita verum. Veritas Cato in Originibus de Venetis: *Aliquot his nobilis ſtirps Trojana; à quibus Patavium ſuo conditore inclytum.* Quid haec Trojana ſtirps niſi Antenor? Seneca Conſolatione ad Helviam: *Quid interest numerare Antenorem Patavii conditorem?* Quare Poſita *ſuaſorem pacis* dixerit, lege, ſi jubet, Dictys Cretenſem lib. v. & in Homero Iliade H. Antenoris orationem ad Trojanos, cujus initium:

Κλυτοὶ μὲν Τρῶες, καὶ Δάρδανοι, ἠδ' ἐπίκουροι.

NEAPOL.

76. *Et generum Oenides.*] Teſtantur hujus adventum Diomedeae inſulae contra litus Apulum. Diomedis campi in Apulia; de quibus Feſtus: *Diomedis campi in Apulia appellantur, qui ei in diviſione regni, quam cum Danno fecit, ceſſerunt.* quae non praeterit Strabo lib. VI. in Italiae Deſcriptione. In eo regione percuſſit Diomedes Colchicum draconem, qui per id tempus totam evaſtabat: quamobrem publicae ſtatuae Heroï erectae. unde de eo Lycophronis Caſſandra:

Κολοσσέοιμιν ἐξ ὃ πίσυρσιν Ἀθήναις
Ἕστηκε, κεἰς κάλλα χρυσέλλου ἴτυς
Τῶ τοχεσκοῦ δαιτύσιν ἀγειόλου.

NEAPOL. Et *genus* plurimi ſcripti. vid. lib. VI. 633.

77. *Serus ab Iliacis.*] Adſignificat, diu poſt hoc Æneam in Italiam veniſſe: quo igitur anno? clare ingerit, poſt Trojae excidium. Ipſa condita anno orbis MMDXXIV. ſtetit CCCCIX. id mihi ſatis bonae fidei auctores probant: neceſſario capta anno MMCCCXIII. & bene: ſunt enim ſic ad primam Olympiadem anni CCCCVII. quod intervallum Chronologi uno ore teſtantur, & eorum ſummus Joſephus Scaliger ad Euſebii annum MCCXCI. Capta Troja, Trojani Æneâ duce in Thraciam veniunt, ubi tota hiemem hiemarant: incunte vere in Siciliam translati; mortui ſunt ibi ad finem anni incoepti. Anno ſecundo in Italiam iere: in quâ, icto foedere cum Latino Rege, acceptâque agri parte, Lavinium condiderunt. Adventus igitur Æneae fuit anno ab orbe condito MMDCCCXXV. NEAPOL.

78. *In loca noſtra.*] *In loca tuta* Bonon. venuſte; ut opponantur Iliacis flammis, quas evaſerant Dei. BURM.

79. *Hujus erat Solymus Phrygia comes unus ab Ida.*] In duobus Vatic. à veteribus Gloſſariis notatum eſt. *Æneas quatuor ex Creuſa filias ſuſceperat, & in Thracia, in Peloponneſo, & in Epiro tres conjugavit: quartam Solymo uxorem dedit: cum autem victor eſſet in Latio, Solymum cum parte ſuorum ad Marſos miſit, qui urbem fundavit.* Cujus gloſſematis illud ab eo, quod hic recenſet Marlo, differt; quòd is Æneam non in Epiro, ſed in Ægypto tertiam reliquiſſe filiam dicit. quod falſum omnino eſt. Siquidem conſtat illum, capta à Graecis Troja ſoloque aequata, dum in Italiam proficiſceretur, in Epiro fuiſſe. CIOFAN. *Comes* Mazar. & Voſſ. deinde, *comes exul*, bene Oxonienſis liber. In Zulichemiano erasa haec erant. In Hamburgenſi *τὸ unus* erat omiſſum. ſic lib. III. 414.

Nuper ab Etrusca venerat exsul humo.

Stat. I. Theb. 312.

—— *patriis vagus exsul ab oris.*

pro *Solymus* plurimi veteres, *Solemus*, in veterrimo codice Silii Italici *Solinus* dicitur paſſim. HEINS.

80. *A quo Sulmonis.*] Vix in hoc veri umbra; nam Virgilius Æneae comites in uno ſiſtit Latio: Silius tamen, Noſtrum forte ſecutus, addit calculum in VIII. NEAP. *Ex quo* Putean. *à quo* Mazar. ut lib. I. AMOR. VIII. 3. *Ex re nomen habet.* ubi vide.

81. *Sulmonis gelidi.*] *Gelidae* tredecim libri. *Maenia Sulmonis* quinque.

83. *Ergo age.*] Nec damno ſcriptum, *Euge age.* NEAPOL. *Ergo age* veteres. Urſin. cum quatuor aliis, *longas & ſupprime, jam ſupprime* Helmaeſt. Primus vero Ambroſ. *Ergo ego? tam longas ſed.* cum Gloſſa, *ibo. ſubaudi in exilio.* Zulich. & Mazar. *Ergo ego tam longe?* eleganter. vide Notas ad Epiſt. XII. ℣. 207. HEINS. *Ergo ego? tam longas &c.* etiam Douza volebat.

85. *Quo non Livor adit?*] *Abit* Mazar. Zulich. prim. Ambr. & quinque alii. HEINS.

88. *Foetaque terra patet.*] *Paret* tres veteres. vide Notas Met. XV. ℣. 92. HEINS. Immo vero *patet* retinendum; nondum enim paret, ſed aeſtate & autumno demum. nec quia *paret* poteſt ab *aperto* tempore dici, ſed quia *patet*. Vid. inf. ℣. 713. licet ibi & alio ſenſu poſſet capi. ſed & ita paſſim ver dicitur *laxare, aperire* terram, quae frigore clauſa & adſtricta fuit, & ut Noſter, *denſa* eſt. vide ad Petron. CXXII. & Noſtr. II. Ep. 123. & Rutgers. Lect. Venuſin. cap. IX. BURM.

89. *Ab aperto tempore dictum.*] Ecce ex his unum graviſſimum. Macrobius primo Saturnalium. cap. 12. *Sed Cincius in eo libro, quem de Faſtis reliquit, ait, imperite quosdam opinari Aprilem menſem antiquos à Venere dixiſſe; cum nullus dies feſtus nullumque ſacrificium inſigne Veneri per hunc menſem à majoribus inſtitutum ſit: ſed ne in carminibus quidem Saliorum Veneris ulla, ut ceterorum caeleſtium, laus celebretur. Cincio etiam Varro conſentit, affirmans, nomen Veneris ne ſub Regibus quidem apud Romanos vel Latinum vel Graecum fuiſſe; & video non paruiſſe menſem à Venere nominari: ſed, cum fere ante Aequinoctium vernum triſte ſit coelum & nubibus obductum, ſed & mare navigantibus clauſum, terrae etiam ipſae aut aquâ, aut gruinâ, aut nivibus contegantur, eaque omnia vernis hoc menſe aperiantur; arbores quoque, nec minus ſatura, quae continet terra, aperire ſe in germen incipiant, ab his omnibus menſem Aprilem dici meritò credendum, quaſi Aperilem: ſicut apud Athenienſes ἀνθεστηριὼν idem menſis vocatur, ab eo quod hoc tempore cuncta floreſcant.* NEAP.

91. *Temperat annum.*] *Orbem* omnes libri ſcripti. CIOFAN. *Orbem* Mazar. Zulich. Petav. Urſin. Voſſ. Arond. aliique plurimi cum prim. Ambroſ. HEINS.

92. *Nullo regna minora Deo.*] *Nulla Dea* Petav. *membra minora* Mazar. & alius. *templa* unus.

93. *Natalibus.*] *Et natalibus* Bernenſ. Mazar. & editi quidam.

94. *Perque ſuos coitus.*] Optimi libri ſcripti, *initus*, non *coitus* habent. CIOFAN. Noſter infimae vetuſtatis, *Perque ſuos initus.* Veriſſime. T. Lucretius: lib. I. 12.

Aëriae primum volucres, te, diva, tuumque
Significant initum, perculſae corda tuâ vi.

NEAPOL. *Initus* etiam optimi codices. vid. Lambin. ad Lucret. I. 13. *motus* Arondel. & duo alii. *arcus* Heinſii unus. *untus* Sarravii, Thuan. & undecim alii. ita Apulej. XI. Met. de Luna. *Nec tantum pecuina & ferina, verum etiam inanima divino ejus luminis numinisque nutu vegetari. Numeres* Ambroſ. ſec. BURM.

95. *Longum eſt narrare.*] Ita tres Vatic. alii duo, *numerare*: alii, *memorare*. CIOFAN. *Longum enumerare* rectius unus Vatican. ut jam monui ſupra lib. III. ℣. 719. Urſin. & ſex alii, *longum eſt narrare.* quatuor, *memorare.* HEINS.

97. *Rudes animos.*] *Animas* prim. Ambroſ. vid. ad Quinctil. I. de Inſt. Orat. I. *Converte in unum* Putean. & Regius. *conſensit* unus codex.

98. *Et docuit.*] *Edocuit* Putean. *quaeque ſuo* Moreti tertius.

100. *Coëant.*] *Coëunt* plerique ſcripti.

Aprilem memorant ab aperto tempore dictum:
Quem Venus injectâ vindicat alma manu.
Illa quidem totum digniſſima temperat orbem:
Illa tenet nullo regna minora Deo:
Juraque dat coelo, terrae, natalibus undis;
Perque ſuos initus continet omne genus.
Illa Deos omnes (longum enumerare) creavit:
Illa ſatis cauſſas arboribusque dedit:
Illa rudes animos hominum contraxit in unum;
Et docuit jungi cum pare quemque ſuâ.
Quid genus omne creat volucrum, niſi blanda voluptas?
Nec coëant pecudes, ſi levis abſit amor.

Cum

Cum mare trux aries cornu decertat: at idem
Frontem dilectae laedere parcit ovis.
Depositâ taurus sequitur feritate juvencam,
Quem toti saltus, quem nemus omne, tremunt.
Vis eadem, lato quodcumque sub aequore vivit,
Servat; & innumeris piscibus implet aquas.
Prima feros habitus homini detraxit: ab illâ
Venerunt cultus mundaque cura sui.
Primus amans carmen vigilatum nocte negatâ
Dicitur ad clausas conticuisse fores.
Eloquiumque fuit duram exorare puellam:
Proque suâ caussâ quisque disertus erat.
Mille per hanc artes motae: studioque placendi,
Quae latuere prius, multa reperta ferunt.
Hanc quisquam titulo mensis spoliare secundi
Audeat? à nobis sit procul iste furor.
Quid, quod ubique potens, templisque frequentibus aucta,
Urbe tamen nostrâ jus Dea majus habet?

Pro

101. *Et idem.*] Lege, *at idem*, cum melioribus. III. Trist. XI. 27.

Hector erat tunc cum bello certabat; at idem
Vinctus ad Haemonios non erat Hector equos.

unus etiam Vaticanus, *Cum mare mas aries*, pro *trux aries*. HEINS. Vid. ad Val. Flac. II. 104.

104. *Nemus omne tremit.*] Vel, *tremunt*, Vossianus, quod amplector. HEINS. Vulgatam defendit Bentl. ad Horat. IV. Od. XI. 9. & ad II Sat. V. 106. vid. ad. II. Art. 81. *timet* etiam Ambros. & tres alii.

108. *Venerunt cultus multaque cura soli.*] Nonnulli, *mundaque cura sui*, non *soli*, legunt, & fortasse rectius. NAUGER. *Mundaque cura solo* Ursin. Petav. Arondel. Nauger. & plurimi praeterea alii octo cum Mazar. Zulich. prim. Ambr. & Laeti codice, *mundaque cura sui*. optime. nam de solo nugae sunt. sic supra lib. III. 668.

Pauper sed mundae sedulitatis avus.

Ita veteres libri. Art. Am. *mundo verba*. vide quae notavi Amorum lib. I. Eleg. VIII. *fl.* 39. HEINS.

109. *Vigilatum.*] Arondel. Vossian. & decem alii, *madefactum*; forte pro *meditatum*: sed nihil mutd. ita II Trist. II.

Hoc pretium curae vigilatorumque laborum,

I Trist. I. 108.

Quas finditur exactos evigilavit idem;

Juven. Sat. VII. 27. *Vigilata proelia petitarum*, Catalect. Scalig. pag. 212.

——— *Aratacis multum vigilata lucernis*
Carmina.

Ceiri:

Accipe dono meo multum vigilata labore.

HEINS. *Jugulatum* Thuan. mox, *commmunesque fores* Moretii tertius.

111. *Duram exorare puellam.*] *Eloquiumque fuit dulce* Mazarin. HEINS. *Duras orare puellas* Ambr. prim.

113. *Mille per hanc artes motae.*] Mazar. Zulich. Ursin. & duo alii, *motae*. benc. sic supra lib. I. *fl.* 268.

Ipse meae movi callidus artis opus.

Remed. Amor.

Quin etiam quacumque caret tua femina dote,
Hanc moveat blandis usque precare sonis.

artes initae prim. Ambros. etiam benc. HEINS. Conjecerat & *natae* Heinsius.

115. *Secundi.*] *Secundo* Arond. Voss. & quinque alii. aliquid ulceris hic latere Heinsius suspicabatur.

117. *Frequentibus.*] *Recentibus* prim. Ambros.

120. *Cuspide laesa manum.*] Homerus Iliade Ε.

Ἄγχου ἔτυσε χεῖρα μεγαλήτορος· ἐξέ τε χαλκὸς
ἔπλετο.

NEAPOL.

121. *Trojano judice.*] Paride. NEAP.

122. *Ac*

Pro Trojâ, Romane, tuâ Venus arma ferebat;
Cum gemuit teneram cuspide laesa manum,
Coelestesque duas Trojano judice vicit.
(Ah nolim victas hoc meminisse Deas!)
Assaracique nurus dicta est: ut scilicet olim
Magnus Iuleos Caesar haberet avos.
Nec Veneri tempus, quam ver, erat aptius ullum.
Vere nitent terrae: vere remissus ager.
Nunc herbae ruptâ tellure cacumina tollunt;
Nunc tumido gemmas cortice palmes agit.
Et formosa Venus formoso tempore digna est:
Utque solet, Marti continuata suo.
Vere monet curvas materna per aequora puppes
Ire: nec hibernas jam timuisse minas.
Rite Deam Latiae colitis matresque nurusque;
Et vos, quis vittae longaque vestis abest.
Aurea marmoreo redimicula solvite collo:
Demite divitias: tota lavanda Dea est.

Aurea

122. *Ah nolim victas hoc meminisse deas.*] *Dictas hoc meruisse* Mazar. Zulich. & prim. Ambros. pro *Ah* tres, *Has*, unus, *Hanc*. Forte, *Quam istam!* ut Met. IX. *Quam nolim rata sint!* HEINS. *At nolim* Gottorph.

125. *Erat.*] *Erit* prim. Ambr. Jun. *est* Medic. unus. ut saepe in his libris. vid. lib. III. 76.

126. *Vere nitent.*] *Virent* Mazarin. & quidam alii. sed male. vid. inf. 430. v. 207. deinde, *vere remittit ager* unus Moreti. etiam non invenuste.

127. *Herbae rupta.*] *Herbae veteres* Excerpta Douzae & Putean.

128. *Nunc tumido.*] Douza volebat, *tunc tumido*. & ita hic & superiori versu multi scripti.

129. *Digna est.*] *Gaudet* Moreti.

130. *Continuata suo est.*] *Viro est* Junii codex. ut II Trist. 296.

Stat Venus Ulixi juncta viro ante foret.

HEINS.

131. *Vere monet.*] *Vere jubet* Francof. pro diversa lectione. *movet* Arund. & Jun. & plurimi alii. *movent* unus Heinsii.

132. *Hybernas jam timuisse minas.*] *Meminisse* codex Ursini, prim. Ambros. & duo Patavini optimae notae. HEINS. Elegans quidem lectio *meminisse*; sed cum praecesserit paullo ante, & id verbum ita positum contemnere & non curare notet, ut apud Claudian. Bell. Get. 328.

Nec meminit lati, nimbosque aut frigora curat,

& de praesentibus rebus capi debeat (vid. ad Val. Flac. V. 584.) ego hic *metuisse* mallem, quod facpe cum *meminisse* confunderent librarii. ita apud Propert. I. Eleg. XI. 16. ubi vulgo,

Communes nec meminisse Deos.

in uno Broukhusii est, *metuisse*. quod firmari possit ex Virgil. Ceiri 318.

Communemque timere Deum.

sic in alia licet re, Epist. IX. 74. *dominae pertimuisse minas*. *pertimuisse* Moreti tertius hic etiam habebat. BURM.

134. *Queis vittae longaque vestis abest.*] Meretrices significat, quae nec vittis, nec longa veste utebantur. lib. III. & eleg. de Ponto:

Scis tamen, & liquido juratus dicere posses,
Non me legitimos sollicitasse toros.
Scripsimus haec illis, quarum nec vitta pudicos
Attingit crines, nec stola longa pedes.

Contra mulieres honestae. ut ipse alibi:

Esse procul vittae tenues, insigne pudoris:
Quaeque tegis medios instita longa pedes.

CLOPAN. Anceps, an è veteribus legam, *abest*; nam haec edito impudiculas tangit, illa matronas. Noter in libris Ponticis:

Scis tamen, & liquido juratus dicere posses, &c.

NEAPOL. Variant codices, qui partim *abest*, partim *adest* habent.

135. *Aurea marmoreo redimicula demite collo.*]

Post

Aurea ficcato redimicula reddite collo:
Nunc alii flores, nunc nova danda rosa est.
Vos quoque sub viridi Myrto jubet illa lavari:
Causaque, cur jubeat, (discite) certa subest.
Litore siccabat rorantes nuda capillos.
Viderunt Satyri, turba proterva, Deam.
Sensit, & adposità texit sua corpora myrto.
Tuta fuit facto: vosque referre jubet.
Discite nunc, quare Fortunae tura Virili
Detis eo, calidà qui locus humet aquà.
Accipit ille locus posito velamine cunctas;
Et vitium nudi corporis omne videt.

Ut

Ut tegat hoc, celetque viros, Fortuna Virilis
Praestat: & hoc parvo ture rogata facit.
Nec pigeat niveo tritum cum lacte papaver
Sumere, & expressis mella liquata favis.
Cum primum cupido Venus est deducta marito;
Hoc bibit. ex illo tempore nupta fuit.
Supplicibus verbis illam placate: sub illâ
Et forma, & mores, & bona fama manent.
Roma pudicitiâ proavorum tempore lapsa est:
Cumaeam, veteres, consuluistis anum.
Templa jubet Veneri fieri: quibus ordine factis,
Inde Venus verso nomina corde tenet.

Sem-

Post hunc versum legitur hoc distichon in uno eorundem lib.

Dimite divitias: tota juvanda Dea est:
Aurea ficcato redimicula reddite collo.

Sed in ora superioris carminis hoc adscriptum est glossema, vel, *levanda*. Eruditiores, an ipso Ovidio dignum sit, videbunt. CIOFAN. *Solvite* libri meliores, quos sequor. HEINS. *Tollite* Petav.

136. *Dimite divitias: tota lavanda dea est.*] Hunc versum & sequentem addidi ex Urbini, utroque Mazar. Zulich. Arond. & multis aliis. quorum tamen plerique, *juvanda Dea est*, vel *videnda*. HEINS.

136. *Tota lavanda Dea est.*] Sic scribe, inâbitare: in aliis: *tota juvanda*; pessime. Huc pertinent fictores, unctores, vellitores Deorum; quorum meminit Senecae quoddam fragmentum, Firmicus & trecenti lapides. NEAPOL.

138. *Nunc alii flores.*] His ipsis Kalendis Aprilis: ibique factum in templo Veneris Verticordiae, de quâ fermo paullo post. Eo etiam die erat lavatio matronarum prope templum Fortunae virilis. Plutarchus in Numâ: Ἐν ᾗ ἑόρτῃ τε τῇ ἐσῇ, καὶ τοῖς Καλένδαις ἐσφοιτήσασι αἱ γυναῖκες μυρσίνην λαβοῦσαι. non exprimit locum, sed in Nostro habes. NEAPOL.

139. *Illa lavari.*] Quidam Vatic. *Utque lavari*; alii, *ipsa lavari*. sequor. CIOFAN. *Latere* duo scripti.

141. *Litore siccabat rorantes nuda capillos.*] Lege ex fide antiquis libris, *sudantes rore capillos*. CIOFAN. *Rorantes nuda* meliores omnes. recte. hic Met. v. 480.

Rorantesque comas à fronte removit ad aures.

HEINS. Vid. sup. lib. III. 409.

143. *Opposità texit sua tempora myrto.*] Lege, *oppositâ myrto*, ut prim. Ambros. Laeti & novem alii. ac vide notas Ep. VII. 56. 100. Deinde reponendum, *corpora*, cum melioribus omnibus. huc refer illud in Catalectis de Mensibus pag. 175.

Conscelatam myrto Venerem veneratur Aprilis.

HEINS. Qui *tempora* supposuit hic, puerorum morem, qui, ubi caput tegunt, sic penitus latere credunt, Veneri accommodavit, quae tota nuda, scilicet, effugeret Satyrorum libidinem, capite tecto. mox, *referre pudet* duo; *juvat* unus Vatican. BURM.

145. *Fortunae tura virili.*] Sita hujus aedes ad Tiberim: in hac erat statua illa lignea Servii Tullii. De auctore, ne iterem scriptionem, dicam in VI. quarto Idus Junias, vs. 569. ubi locus adhuc aptior. NEAPOL.

146. *Gelida qui locus humet aqua.*] *Calida* Ursin. Mazar. prim. Farnes. & duodecim alii. quod sequor. etsi non satis constat, ubi hoc factum sit. vide Notas lib. I. vs. 271. HEINS.

147. *Aspicit.*] *Accipit* Cantab. Junii Bernens. & decem alii.

148. *Et vitium nudi corporis omne videt.*] Quinque libri veteres, *Omne patet*. CIOFAN. *Patet* Voss. Arondel. plurimique alii. quod si sequamur, superiori versu, pro *Accipit*, cum nonnullis legam, *Aspicit*. ne bis idem dicat. HEINS.

149. *Ut tegat hoc celetque viros.*] *Viris* Urbinas codex & quatuor alii melioris notae. sic & Terentius Phormione,

—— *si hoc celatur patri, in metu sum.*

Dracontius Hexamero,

Nec celaturi ei quaecunque obscura gerunter.

ubi perperam Rivinus *eum* reponit. Auctor Bell. Alexandrini *Quo facto dubitatione sublatâ tantus incessit timor, ut ad extremum casum omnes deducti viderentur, atque alii morari Caesarem dicerent, quin naves conscenderet juberet, alii multo graviores extimiscerent casus, quod neque celari Alexandrini posset in apparanda fuga, neque illis imminentibus tutus in naves receptus daretur.* ita verulius codex Lovaniensis & libri duo sub initium artis typographicae editi, qui penes me exstant. non, *cuari Alexandrinos*. Paulinus Natali Felicis sexto:

Atque ideo occulti fures quacunque latebra
Non tibi celantur.

Cicero tamen, si sanus est locus, libro II. Epist. XV. *Non enim te celavi sermonem.* Terentius in Adelph.

Ita ne me celas adsuefactì filium.

HEINS. Imposuit memoria viro doctissimo. nam in Phorm. act. V. IV. 6. vox *Patri* non legitur. & Terentius semper accusativum solet hinc verbo jungere. ut Andr. III. IV. 6. & passim. Noster ipse Naso Epist. XVIII. 13.

Non poteram celare meos, velut ante, parentes.

& ita frequentius optimi scriptores. BURM.

150. *Parvo ture.*] *Parco* malebat Heinsius, ut fere semper. vid. supr. II. 538.

153. *Deducta.*] *Adducta* Moreti. *conducta* Puteol. nihil muto. vid. ad Quinctil. VII. Inst. I. & ad Ovid. IX. Ep. 121. BURM.

155. *Illam supplicibus verbis placate.*] Undecim libri scripti: *Supplicibus verbis illam placate*, paullo suavius, ut censeo. CIOFAN. Ita edidit Neapolis & multi scripti confirmant.

156. *Bona fama manet.*] *Manent* Voss. bene. HEINS. Bentlejo vulgata placet ad Horat. IV. XI. 9. vid. supr. vs. 104.

157. *Roma pudicitia.*] Non constare mihi aut sensus aut Latini nitoris ratio in vulgata lectione videtur, & quo referas illos *veteres*. *est* deest in quibusdam; in aliis post *pudicitia* legitur. legerem vero,

Roma, pudicitiâ proavorum tempore lapsâ,
Cumaeam haud temere consuluistis anum.

Roma consuluistis eleganter & ex more Ovidiano dictum, pro *Romani*. ut, *famus omnia munus*. de quo vid. ad V. Met. 343. *Calliope adspirate*, de quo

viri docti ad Sil. III. 222. & 288. sic infra lib. VI. 77. *Romae dedistis* ex MS. vid. & ad Val. Fl. VIII. 178. posset &, *Cumaeam, ut fas est*, vel, *ut res est, consuluistis*. certe vulgata mihi non intelligitur. Panensis ordinem vult, Roma lapsa est pudicitiâ, id est à pudicitia. BURM.

157. *Proavorum tempore.*] Anno DCXXXIX. M. Acilio & C. Porcio Coss NEAP.

157. *Lapsa est.*] Infame prodigium praecesserat, quod spurcum eventum vaticinabatur. Julius Obsequens id refert: *Pompejus Elvius, Eques Romanus, è ludis Romanis cum in Apuliam revorteretur, in agro Stellati filia ejus equo insidens fulmine icta exanimataque, vestimento deducto in inguinibus, exertâ linguâ per inferiores locos, ut ignis ad os emicuerit, responsum, infamiam virginibus & equestri ordini portendi; quia equi ornamenta disperta erant. Tres uno tempore Virgines Vestales nobilissimae cum aliquot Equitibus Romanis incesti poenas subiverunt: aedes Veneri Verticordiae facta.* Ita in exemplaribus corruptissimis legitur hic locus; at sic scripsit Julii vera manus: *Fulmine icta, exanimata cecidit vestimento deducto ab inguinibus, exertâ linguâ, adeo ut ignis ad os emicuerit.* Delevi *per inferiores locos*; quia haud dubie videtur glossema: praenomen vero Pompeji Elvii an certum adhibito. Orosius L. Elvium hunc nominat lib. VI. ibi prodigium istud fuisse narratur: presse in hunc modum Plutarchus in Quaest. Rom. Λέγεται δὲ Ἐλβίαν τινὰ παρθένον ἐκπλῆξαι τὸ ἦτορ βλεφάρων ταραχῇ, καὶ γυμνὸν μὲν ὑπολῦσαι κάλυμμα τὸ ἔνωτον, γυμνὸν δ' ἀνεῖναι τὸ ἐπιτήδειον ἀναγκάσαι δὲ χιτῶνα· καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα ἀπαθὲς γενέσθαι καὶ καθαρὸν πυρὸς ἐκφανέντος ἐξαίφνης ἐκ τῶν ἀφροδισίων, ἕως ἐξέλθωσι πάλιν ἀπαχθεῖσαι, δι' ἧς ἐφάνη τὸ αἰδοῖον ἐκείνης θύρας. NEAPOL.

158. *Cumaeam consuluistis anum.*] Aditi sunt libri Sibyllini. Convenit in hoc Plutarchus ibidem & Valerius Maximus lib. VIII. cap. 15. ubi habes, quae fuerit electa ad sacrandum numinis simulacrum,

Semper ad Æneadas placido, pulcherrima, vultu
Respice: torque tuas, Diva, tuere nurus.
Dum loquor, elatae mervendus acumine caudae
Scorpios in virides praecipitatur aquas.
Nox ubi transierit, coelumque rubescere primò
Coeperit, & tactae rore querentur aves;
Semustamque facem vigilatâ nocte viator
Ponet, & ad solitum rusticus ibit opus;
Pliades incipiunt humeros relevare paternos:
Quae septem dici, sex tamen esse solent.
Seu quod in amplexum sex hinc venêre Deorum:
Nam Steropen Marti concubuisse ferunt:

Neptu-

Neptuno Halcyonen, & te, formosa Celaeno:
Majan, & Electran, Taygetenque Jovi:
Septima mortali Merope tibi, Sisyphe, nupsit.
Poenitet; & facti sola pudore latet.
Sive quod Electra Trojae spectare ruinas
Non tulit: ante oculos oppositusque manum.
Ter sine perpetuo coelum versetur in axe;
Ter jungat Titan, terque resolvat equos;
Protinus inflexo Berecynthia tibia cornu
Flabit, & Idaeae festa Parentis erunt.
Ibunt semimares, & inania tympana tundent;
Æraque tinnitus aere repulsa dabunt.

Ipsa

Cuam. Aprilis Ineuntis, eiorum commemorationi Sulpitia, Servii Patricii filia, C. Fulvii Flacci uxor, adjecit: quae, cum Senatus, libris Sibyllinis per Decemviros inspectis, ita jussit, ut Veneris Verticordiae feminarum exercitationes: quo facilius virginum nubilumque mentes a libidine ad pudicitiam converterentur; & ex omnibus matronis centum, ut centum amnes Jovis festa diluit, de sanctissimâ femina inclitae famae, cunctis exoptata praelata est. Aci, ut vidimus, Plinius lib. VII. cap. 35. NEAPOL.

169. *Templa notes Veneri sacri.*] Posita aedes in via Salaria extra portam Collinam regione V. Panvinio & aliis in summatia Urbis descriptione. NAUGER.

170. *Verso nomina corde tenet.*] Dicta *Verticordia* haec Graecis ea Ἀφροδίτη, Ἀπατοῦρος. Pausanias in Boeoticis: Τρίτον δὲ Ἀπατοῦρος, ἐπ' ἀνθρώπους τε ἰέναι καὶ ἐς μοιχείας ἀπορρῖψαι τὸ μανικὸν τῆς ἐπιθυμίας. NEAP. *Numina corda* veteres plerique, vel, *nomine corda*. Sed scripturae vulgatae contemnendam morere noli. Pausanias in Atticis Ἀφροδίτης ἐπιστροφίας delubrum. HEINS. Vid. Pulmann. ad Propert. 1.1. pag. 140. *verso nomina corda* patet Achill. Statius templa cum Thuan.

171. *Veloberrima.*] *Dignissima* unus Morelii, prius. Ambros. & Laeti.

172. *Stupet.*] Manus Putevian. unus. vid. 11. Trist. 322.

173. *Scorpios in viridia.*] Kalendis Aprilis Scorpii occidua tantummodo videri ferunt Columella. NEAP. Ovidii Petav. lege *Scorpius*, de quo supra lib. III. Pleiades. HEINS. *Scorpios* erat in uno codice.

174. *In viridia aquas.*] *Viridia* hic pro caerulea. Sumo pro viride cum Manilio in Aphaeta Barbarica lib. V. 462.

Caerulea filius virida quia gramine cellam
Conjux. ——

Caerulandus Ibicus noster, imo & alii. Plinius de Europae: *Peculiarissimi fuere ex his, qui viridissimum pari maris imitantur*, quam Solinus expressit; *interviseus glauci & caerului temperamentum.* NEAP. *In liquidas aquas* prior Ambros. & Laeti eadem varietas I. Art. 402. *praecipitatus* Puteaneus.

175. *Nox ubi transierit.*] IV. Nonas Pleiadum occasus heliacus. Nec aliud quod sequitur, *humeros relevare paternos*, quam, caelo decedere. Sagax Criticus vult haec Nasonis intelligi de ortu matutino; sed hallucinatur. Vide Petavium, Jesuitarum decus, in suo Uranologio Variarum Dissertationum lib. VII. cap. 6. NEAPOL.

176. *Tactae rore querentur.*] *Tutae* unus. *tactas* quatuor. *tacitae* Junian. & duo alii. *querentur* plerique.

177. *Semustamque facem.*] Hanc faciebant rustici e pluribus virgulis: quarum fasciculus hodie etiam laternae pauperum. de his loquitur Varro de Re Rustica: *Naturale sepimentum, quod obseri soles virgultis aut spinis, quod habet radices, ac vivas sepes, praeterea tutis lascivi non metuet facem.* Hujus rei aequiparatione usus Noster lib. I. Met. 493.

Ut facibus sepes ardent, cum forte viator
Vel nimis admovit, vel jam sub luce reliquit.

De Internarum usu antiquissimo vide testimonia veterum Graecorum citata ab Athenaeo lib. XV. cap. 18. NEAPOL.

179. *Pleiades incipiunt humeros relevare paternos,*
Quae septem dici, sex tamen esse solent. Seu quod in] De Pleiadibus ita Germanicus in Arato pag. 248. *Pleiadas a pluvitate Graeci vocant. Latini ex gutturum exoriantur Virgilius dixit. Dicit autem plerosque Athenaeus, septem sorores fuisse, Lycurgi filias, ex Naxo insula. & pro eo quod Liberum educarent à Jove inter sidera sunt relatae. Harum nomina putantur, Electra, Alcyone, Celaeno, Asterope, Merope, Taygete, Maja: quarum septima, ut ait Aratus, vix videri potest, quam quidam fuit timore Orionis fugisse putant, qui à Sole perjectam arbitrantur, vocatamque Electram, quae una sylla-*

rum videre casus pronepotum fugerit. Unde & illam dissolutis crinibus propter luctum ire adfirmant: & propter comas quidam Cometen appellant. Nonnulli vero Meropen esse autumant, quae nupta à quodam viro nominata est Hippodamia. Musaeus autem refert filias Atlantis fuisse septem; ex quibus sex clarae, una obscura. Cum Diis concubuerunt: tres cum Jove, & ex Electra Dardanus, ex Maja Mercurius, ex Taygete Lacedaemon. Cum Neptuno duae: Alcyone, ex qua Hereus: Celaeno, ex qua Lycus. Cum Marte Asterope, ex qua Oenomaus: Merope cum Sisypho. Magnam apud homines dignitatem habent. De his etiam vide quae notavi in scholiis in Ioin & in observationibus in Metamorph. lib. XIII. CROPAN. De hoc loco disputat Petavius in dissertat. ad auctarium Operis de Doctrina Temporis lib. VII. cap. 6.

181. *Seu quod in amplexus.*] *Amplexum* meliores, & *incipiunt* paulo ante. *humeros relevare paternos* refer ad occasum heliacum Pleiadum. quae, cum occidunt, Atlantis humeris se subducunt. male hunc locum accepit Salmasius Solinianis Exercitationibus pag. 746. de Pleiadum ortu matutino. HEINS. *Numeros* Excerpt. Voss. *in amplexu* Thuan. & alius.

182. *Steropen.*] *Asteropen* vocat Scholiastes Germanici pag. 115. & ipse Germanicus pag. 248. ubi tamen Grotius legit, *ac Sterope.* Hyginus etiam Fab. 250. *Asteropen* vocat. Servius vero ad Virg. VIII. 130. facit *Steropen* Atlantis uxorem. HEINS. Vid. Munker. ad Hygin. Fab. 84.

184. *Majan, & Electram, Taygetamque.*] Scripti meliores, *Electran*, ut supra diximus. iidem, *Taygetenque.* HEINS.

185. *Tibi Sisyphe.*] *Tibi Tantale* quatuor libri.

186. *Et facti sola pudore latet.*] Hyginus lib. II. Poet. Astr. *Hae numero septem dicuntur, sed nemo amplius quam sex videre potest; cujus causa proditur haec, quod de septem sex cum immortalibus concubuerunt, tres cum Jove, duae cum Neptuno, una cum Marte, reliqua autem Sisyphi uxor demonstratur.* NEAPOL. *Facta pudore* Pembroc.

187. *Electra.*] Vid. Voss. de Orig. & Progressu Idololatr. II. cap. 30.

188. *Oppositusque.*] *Appositusque* tres calamo exarati. HEINS. Sed mihi semper in re simili *opponere* placet. ita supr. lib. III. 46. vide ad II. Art. 584. *manus* etiam Putean. & tres alii. *manu* unus Heinsii. BURM.

189. *Ter sine perpetuo.*] Pridie Nonas Aprileis erant Megalesia festa magnae matris Idaeae. Vetus Kalendarium notat hunc diem hisce litteris, LVD. MATRIS MAG. illud Constantini Magni, LVDI MAGALESIACI, & sequentes usque ad natalem Divi Severi. Livius lib. XXIX. *Pertulere Deam pridie Idus Aprilis; isque dies festus fuit: populus frequens dona Deae in Palatium tulit: lectisternium que & lusi fuere, Megalesia appellata.* Ausim dicere scribendum pro *Idus, Nonas.* NEAPOL. *Vertatur* Junian. *in arce* etiam Vossian. pro varia lectione.

190. *Torque resolvat.*] *Torque rejungat* alter Puteaneus.

191. *Inflexo cornu.*] De hoc ipso Athenaeus lib. XV. Τὸ λέγειν αὐτὴν σφενδόνην ἀπλοῦν τῷ τὸ σκαλμὸν κεῖσθαι. & Eustathius, cum Phrygiam Thyrrenicae assimilat: Ἔστι Τυρρηνικὴ, ἃ ὑφιεσαι Τυρσοὶ, ἐμοὶ δοκεῖν Φρυγίᾳ αὐλῇ, ἣ κάτωθεν κυλινδρίδιον ἔχουσα, ἵνα ἐξέχῃ. sed in Phrygiâ eodem illo solum è cornu annexum, reliquum buxeum aut osseum erat, teste Polluce: idque in harmoniâ Φρυγιστὶ tantum erat in sinistrâ tibiâ, non in dextrâ, quae recta, illa obliqua. Hesychius: Ἐρημικὸν, ὁ τοῖς Φρυγίοις αὐλοῖς ὑπὸ τῷ ὀδόντι τὸ σκαλμοῦ κείμενον. Rectae & sinistrae tibiae ex Ichnea:

Ipsa sedens molli comitum cervice feretur
Urbis per medias exlutata vias.
Scena sonat, Ludique vocant. spectate, Quirites;
Et Fora Marte suo litigiosa vacent.
Quaerere multa libet: sed me sonus aeris acuti
Terret, & horrendo lotos adunca sono.
Da, Dea, quas sciter, doctas, Cybeleia neptes.
Audit; & has curae jussit adesse meae.
Pandite mandati memores, Heliconis alumnae,
Gaudeat adsiduo cur Dea Magna sono.
Sic ego, sic Erato; (mensis Cythereïus illi
Cessit; quod teneri nomen Amoris habet:)
Reddita Saturno sors haec erat; Optime regum,
A nato sceptris excutiere tuis.

Ille



1. Dextra, 2. Hoctotum ex osse aut buxo. 3. Sinistra. 4. Cadon è cornu adnexum. Neap. Phrygiam tibiam designat, quae incurva erat, ac proinde & cornu poëtis dicebatur, cum aliae tibiae essent rectae. plura diximus Metamorph. III. 533. Heins. Vid. Barthol. de Tibiis pag. 72. *Tympana cornu* Ambros. prim.

183. *Flebit.*] *Flevit* prim. Vatic. *ibit* alius. *flavit* Mazar. & Vatican.

183. *Ibant femineae.*] Velut ineambulones: igitur quidam è sacerdotibus statuam Matris Idaeae praeibant, quidam humeris superimpositam ferent, neque hi solum, sed quod in suppellectile augusta, divitissimum omne lecticam Divae praebat. Herodianus lib. primo: Ἤμελλε μὲν, ἐπειδὴ ἐκ τῆς Φρυγίας ἀφικοίατο ἐς τὴν Ῥώμην, Μητρὸς θεοῦ παρεῖναι τελετὴν, καὶ πολλὰ ἐν αὐτῇ ἐκπλήξειν παρέμελλε, καταλαβόντι τι βουλομένῳ, ὅσα τε ἐν τέχνῃ δημιουργικῇ, τά τε ὑπὸ σοφιστῶν ἐπιτηδευόμενα παντοδαπὰ παιδιᾶς ἕνεκα τε, ἢ βάσκανα, σχήματα ἐπιτηδεύεται ἐπὶ τέρψιν μόνον ἢ ἐξαίσιον ἄθυρμα, ἢ μὰ παιτὶ τῷ ἐπιεικεῖ ἀφεστῶτα ἐπιδείκνυται παίζειν τι, καὶ κρύπτειν τοῦ πλησίον, εἰς μὲ ῥᾳθυμίαν ἀλλ' ἐπὶ γνώμαι τὸν τι ἐσται, καὶ ἐπὶ μισοπόνῳ. Illa vero si capias de Hilariis, ut Critici volunt, nullo modo huc attexenda: nam illa erant mense Martio VIII. Kalendas Aprilis, si Macrobio credimus. Nulla enim memoria hujus festi in Kalendariis antiquis; meminit tamen ejusdem Flavius Vopiscus in Aureliano, Georgius Pachymeras in Epistolas Dionysii Areopagitae, Damascius apud Photium in Isidori vitâ. Sed ne, exprimam quid sentiam: Megalesia & Hilaria eadem suspicor; & sic audaculus legerem & expungerem aliqua in Macrobio primo Saturnalium: *Praecipuam autem Solis in his caerimoniis vim ritus hinc etiam potest intelligi, quod ritu unius noctis bacchatio finita, simulationeque luctus peractâ, celebratur laetitiae exordium pridie Nonas Aprilis, quo tempore Sol diem longiorem nocte protulit.* Neapol.

187. *Et inania tympana tundent.*] Inania, quia cava: hinc tympanum vocat Antipater, δουπεῖα κοῖλα; ἔπλου ἐλυμπιάδος. Neap.

187. *Ludique vocant.*] *Latiique vocant* Edit. Neapolis. *ludique vacant* Aldina posterior. & in Junian. & multi alii. *spectare* multi.

190. *Lotos adunca sono.*] Λωτὸς antiquis pro tibiâ: nam eorum aliquae è loto arbore. Aliis dicuntur λώτιναι αὐλοί; ut apud Athenaeum lib. v. quas scribit ab Alexandrinis *Φάσγγης* nominari. Neapol.

191. *Quam sciter.*] *Scite* in omnibus. non *sciter* legendum putavimus. Nauger. *Da dea quas scite* Politianus & Naugerius conjecerunt. Nam veteres plerique, *quam scite*, tres, *quem sciter*. Vulcb. *quae scitor*. alii aliter. Scribo, *quas sciter*. Musas innuit: atque ita unus Patavinus ex melioribus, vide notas lib. I. Vs. 165. deinde proximo versu idem Patavinus pro diversa lectione, *Audit*. quod confirmant unus Vatican. unus Moreti & Regius. atque ita diu est quod scribendum conjeci. Vulgo *Vidit* perperam legebatur. Heins.

196. *Quid teneri.*] *Quae* tres. *nam* Putean. & duo alii cum Excerptis Dousae.

198. *Sceptris.*] *Regnis* Edit. Neap.

199. *Pro-*

Ille suam metuens, ut quaeque erat edita, prolem
Devorat; immersam visceribusque tenet.
Saepe Rhea questa est toties fecunda, nec umquam
Mater, & indoluit fertilitate suâ.
Juppiter ortus erat. pro magnâ teste vetustas
Creditur. acceptam parce movere fidem.
Veste latens saxum coelesti viscere sedit.
Sic genitor fatis decipiendus erat.
Ardua jam dudum resonat tinnitibus Ide;
Tutus ut infanti vagiat ore puer.
Pars clypeos rudibus, galeas pars tundit inanes:
Hoc Curetes habent, hoc Corybantes opus.
Res latuit patrem: priscique imitamina facti,
Ära Deae comites raucaque terga movent.

Cym-

199. *Prolem.*] *Proles* prim. Vatic. & duo alii. *ut quaeque est* Junian.

203. *Pro magno teste vetustas.*] *Magna teste* recentiores unus Patavinus. Heins. Vid. III. ex Pont. IX. 50.

205. *Veste latens saxum.*] Lapis hic *Abadir* à Cymmaticis dictus. iidem, *Graeci*, inquiunt, *Βαίτυλον vocant*. Quid vere apud illos sit *baetylon* vide plura apud Damascium in vitâ Isidori, quae in Photii Bibliothecâ; ex multis tamen haec nota: Ἐλθὼν, φησὶ, τὸν βαίτυλον διὰ τοῦ ὄπους κινήσαντα, ποτὲ δ' ἐν τοῖς ἱματίοις ἀφανίσαντα. ni *veste latens* explices, *in amictu*. Neapol. Pelle caprae involutum lapidem dicit Etymol. M. auctor in Βαίτυλος. Unde proverbium, καὶ βαίτυλον ἂν κατέπιες, Apollon. X. 71. *Abbadir* vocat Prisc. lib. V. pag. 647. & alibi. *involutum saxum* vocat Serv. ad Virg. III. Aen. 104. ut & Hyginus Fab. 139. ubi Munckerus recte suspicatur aliquid deesse, & *involutum veste* ex Schol. Stat. IV. Theb. 785. posse legi. Burm.

205. *Coelesti gutture sedit.*] *Visere* Zulichem. probe. sic saepe Noster. Heins. *Gurgite* Mazar. & duo alii.

207. *Resonat.*] *Resonant Idae* tres libri & vetus Edit. Romana 1470. ut *ardua Idae* sint loca ardua. sed nihil muto. Heins.

207. *Tinnitibus Ide.*] Quodam armorum strepitu tunc à Curetibus invento; de quo Diomedes lib. III. *Vel ab Idaeis dactylis, quos Curetas sive Corybantas poetae appellabant: hi namque in insulâ Cretâ Jovem custodiendo, ne vagitu se parvulus prodoret, hastis excogitato genere, clypeolis aereis inter se concurrentes, tinnitu aeris illius, rhythmicâ etiam pedis dactyli compositione celavere vocem infantis.* Iidiculus Agathocles Babylonius, qui, suis grunnitu Jovem à Saturno liberatum, tellari non pudet. Μυθεύεται δὲ Κρῆτες ὑφ' ἑαυτῶν τὸν Δία τεκόντα ἐπὶ τὸ Δίκτης, ὃν ἦ μὲ ἀπόρρητον γίνεται δυτία. λέγεται δὲ ὡς ἄρα θηλὺν ὑπόντα τὸν Δία ἦ τὴν σφετέραν γονὴν πεφυκέναι τὸ κυοῦσθαι δ' βρέφος ἀκούειν τὰς μητέρας ὑπὸ τῶν ἀρρένων ὑπὸ. διὸ πάντες τὸ ζῶον τοῦτο θεραπεύειν ἐγένετο, ἦ ὡς φησι τὸ κρεῶν ἐ βαίνεσθαι. apud Athenaeum lib. IX. Neapol. *Resonant tinnitibus Ide* Editio Rom. 1477. Lactant. inde. Heins. *Idae* ut sit *ardua Idae* scil. loca *Idae* Aldina Ed. Lactantii.

208. *Tutus ut infanti.*] Hinc in Cretensi historiâ apud Geographum lib. X. Οἱ Κρῆτες Δίος τροφὸς λέγονται, ἦ φύλακες, ὡς Κρῆτες ὁι Φρύγιες μετωπροφῶντες τὸν τ' Ρέας. Neapol.

209. *Pars clypeos manibus.*] In Lactantio Firmiano lib. primo legitur, *pars clypeos fudibus*. similior vero lectio: nam τὸν Φρυγικὸν ὁμοῦ sonitum in clypeolis excitabant. Dionysius lib. II. Χαλκῷ ἦ πλησιαυλίοις ἦ τ' ἐν ταῖς ἀσπίσιν ἀκοντιζόμενοι τὸν τ' ἐγχωρίων ὕμνον, ὃ τι δὴ τοῖς ἀρχαίοις τεκμηρίοις λόγος, Κορυβάντες ἦσαν οἱ πρῶτοι καταγαγόμενοι. Eadem fere Lucianus in suo de Saltatione. Neap. *Clypeos manibus* veteres. nisi quod prim. Ambros. Laeti codex & unus Vatic. *clypeos fudibus*. quomodo & Lactantius agnoscit cap. 21. lib. I. Divinar. Instit. a quo haec quatuor disticha illic proferantur. Mazar. & Zulich. *rudibus*. proxime verum. nam *rudem*, cum virga subintelligitur, non recordor me legisse apud veteres nisi singulari numero. Hyginus Fab. 139. *hastas* vocat. *Ne pueri vagitus exaudiretur, imperabant convocatis, eisque clypeola aenea & hastas dabat, & jussit eos circum arborem eunies crepare, qui Graeca Curetes sunt appellati.* ἐγχωρίοις sunt Halicarnasseo lib. II. Heins. *Rudibus* etiam dici in plurali numero patet ex Sueton. Calig. 32. *Mercurium* [*Neronem*] *lecto rudibus festum batuentem confudit.* ubi Torrentius aliud ex Lampridio exemplum habet. at non virgas, sed lebetes cuses intelligi recte do-

Cymbala pro galeis, pro scutis tympana pulsant:
Tibia dat Phrygios, ut dedit ante, modos.
Desierat. coepi: Cur huic, genus acre, leones,
Praebeat insolitas ad juga curva jubas?
Deseram. coepit: Feritas mollita per illam
Creditur. id curru testificata suo est.
At cur turrità caput est ornata coronà?
An Phrygiis turres urbibus illa dedit?

Ad-

dormit Scidi. Adv. XXXIII. 12. Unde *tuta rudis* dicitur & Nolho II. Amor. 9. clypeos vero gladiis fodere pulsare & tundere in veræ pugnæ prolusione dicimus ad Petron. cap. LVI. & ita hic Corybantes in simulacro pugnæ rudibus clypeos tundunt. quare *rudibus* pro *fudibus* proburem, præcipue cum bellicrepam saltationem, in qua gladiis scuta pulsabant, ab his Curetibus multi canunt. sed de qua hic agendi locus non est. Ita & *rudibus* pro *fudibus* apud Juvenal. Sat. VI. 248. reponit Lipsius v. de Milit. cap. 14. & apud Liv. XXVI. 51. *Rudibus inter se in medium justas pugnae concurrerunt.* Lipsium secutus Gronovius. & ita planissimus locis peccatum puto. Burm.

223. *Galeas pars tundit inanes.*] Ex hoc tempore in hujus rei memoriam illi ὑπλιτικὸν ὄρχησιν instituêre; & primum, ut vides, in Cretâ: unde Κρητικὸν nuncupata. Vetus Commentator Sophoclis ad Ajacem: Τῶν δ' ὀρχήσεων ἡ μὲν Βρομιοδιακὴ λέγεται, ἣν Κρητικὴν, ἢ δὲ Πυῤῥίχη. Quae haec Pyrrhiche? eadem cum armata illa Curetica. vero vetus Thyon, Arati interpres, de Corybantibus: Ὁ δὲ μάλιστα δοκεῖται τιθέναι τὴν ἀπογεγραμμένην ὑπὸ Κρήτης, καὶ τὴν Πυῤῥίχην. Ἐστι δὲ ὑπλιτικὴ ὄρχησις, ἣν ποιοῦσιν λέγοντες οἱ Κορύβαντες, qui idem cum Curetibus, ἐπὶ τὸν σπασμὸν τοῦ Διὸς ὀρχούμενοι, διαλάττοντες τὰ ὅπλα. Et alii, quos inde vide in Joannis Meursii Orchestra. Unum addo, quod addi debet, scholiastam Κορυβαντικὰ à Callimacho dicti Hymno in Jovem, quam ὑπόθεσιν Scholiastes exponit: inde πρῶτον eumdem facium cum Pyrrichâ, quia εὑρέται. Pindari Scholiastes: Ἀρκεσίλαος ὁ πρῶτος Ἀργείων ἐπὶ τῷ & Ἠπειρώταις πομπὴν τῇ Πυῤῥίχῃ ἄγει κατοπλίτῃ, ἐν ᾗ ὁπλῖται Κούρητες ἄγουσι πρῶτοι ὀρχησάμενοι, πρῶτοι, Πυῤῥίχην, Pindari.

224. *Tutdi inanes.*] *Pulsat* Ursin. liber, unus Petav. & unus Vatican. solebat Lactantius, qui & *balent*, cum vulgatis loquendi usu, licet *agunt* Voss. & quatuor alii agnoscant. Curetum & Corybantum gesticulationem & lasciviam omnem Epimenides Cretensis versibus quinquies millenis sub Olympiadem XLIV. distinctis complexus. Heins. *Acutas* Moreti unus. *inermes* unus Petav. *tundite* Bonon.

227. *Res latuit patrem.*] Prim Ambros. Laeti, Excerpta Politian. Vossian. Arondel. Max. Zulich. & sex alii cum Lactantio,

Res latuit, prisique manent imitamina facti.

sed vulgata lectio longe elegantior. Heins. *Imitamina* Aldi & Editio Roman. Lactantii.

232. *Raucaque.*] *Karaque* Bernens. pro *morem* etiam *senum* Moreti unus.

235. *Genus acre leonum.*] Lucianus ἀλλὰ & Σύρος δυὸ (haec eadem cum Rheâ) Σαμόθρᾳ ἢ ἐν Δίῃ τὰ πολλὰ ἐς Φίλιον ἀπικόμενον· λέοντες γάρ μιν φέρουσι, ἢ τύμπανον ἔχει, ἢ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ πυργοφορεῖ, ἐοικὼς Φιλίῳ Δηθὰ πάντες. Neapol. *Leones* Ursini codex & unus Vatic. cum Naugeriano. quod Berssmanni quoque editionem occupavit. elegans & vera lectio. sic & apud Virgilium in optimo Mediceo legitur. Georg. II. 151.

At rabidae tigres absunt & saeva leonum
Semina.

Lucretio tamen V. 860. *Genus acre leonum saevique sacla.* Heins. *Praebeat* Vossii, Petavii, Sarravii & triginta quidem sex alii, & quaedam editiones. & mihi mollior inde versus exire videtur. pro *jubas* etiam *comas* multi scripti & Edit. Neapol.

237. *Feritas mollita per illam.*] Hinc Hierapoli in sepis templi Deae Syriae ursi & leones erant mansueti, qui neminem laederent; ut per hanc molliam feritatem, ni fallor, docerent. Idem: Ἐν δὲ τῇ αὐλῇ πάρεστι νηὸς) θεοῦ μεγάλου, ᾧ ἔστιν, ᾧ μέτοι, τοῦ πρώτου, ᾧ λέοντες, ᾧ ἀνδρῶπου θεοῦ μᾶλλον ἀκούσαι, ἀλλὰ πάντες ἡσύχιοί τε εἰσὶ, καὶ γαμεῦνται. Neapol.

238. *Testificata suo est.*] *Testificante* Junian. & ℓβ in aliis duobus desit.

239. *Turrifera caput est ornata.*] *Ornata* Lucii codex & multi. Nonnulli etiam, *turrito capite*, ut apud Claudian. III. de Rapt. 271. *turrita Cybele Ille quoque Saturno genuit.* Propertius, IV. XI. 52. *Claudia turritae rara ministra Deae.* ubi *cara* malim. alii *turrigera.* sed *turrita* praefat. cum alterum mox sequatur. Heins. *Turrifica* deus. Certum quia haec Cybeles & ejus comitatus descripto Ovidiana illustrari egregie potest tabella aenea, quam casu olim nactus sum, ideo eam hic exhibendam esse putavi.

220. *An*

Adnuit. Unde venit, dixi, sua membra secandi
Impetus? ut tacui, Pierides orsa loqui:
Phryx puer in silvis, facie spectabilis, Attis.
Turrigeram casto vinxit amore Deam.

Hunc

220. *An primis turres urbibus.*] *Phrygiis urbibus* bene Ursini liber & unus Vatic. Heins.

223. *Phryx puer.*] Facetus est Clofanus, qui hunc putat Æneam, cum sit ille Attis Matris Idaeae amasius: fuit sane domo Phryx. Vetus saxum: ET QUI PHRYGA PLANGITIS ATTIN. & Arnobius lib. primo: *Nonne illum Attin Phrygem abscisum & spoliatum viro, magnae Matris in adytis Deum propitium, Deum sanctum Gallorum confessionis vocatis?* Non audio Lucianum; sed non penitus, qui Attiden Lydum facit. Lydia certe Phrygiae contermina, sed nullo modo in Phrygiâ. Plinius lib.

Hunc sibi servari voluit, sua templa tueri:
Et dixit, Semper fac puer esse velis.
Ille fidem jussis dedit; &, Si mentiar, inquit,
Ultima, quam fallam, sit Venus illa mihi.
Fallit: & in Nymphâ Sagaritide desinit esse,
Quod fuit, huic poenas exigit ira Deae.
Naïda vulneribus succidit in arbore factis.
Illa perit, fatum Naïdos arbor erat.

Hic

lib. v. cap. 29. *Lydia autem perfusa flexuosis amnis Maeandri recursibus super lotium procedit, Phrygiae ab exortu solis vicina.* at Strabo Cariam, Phrygiam, Mysiam, Lydiam adeo inter se concurrentes facit, ut vix discerni queant. Sic enim lib. XIII. Τὰ δ' ἑξῆς ἴσα τὰ νῦν μὲν τῶν τόπων τούτων, ἐμπολιτικὰ ἔθη μίγδην ἀφεῖ τὰ Τεύθρα, καὶ τὰ ἀμφὶ τὸν Φρύγιον, καὶ τὰ Λυδῶν, καὶ τὰ Καρικά, καὶ ἔτι τὰ Μυσῶν, ἀντιβαίνοντα πολλαχοῦ τῶν ἐθνῶν. Ex hac constitutione defendi poterit, qui dixerit Lydos Phrygas & Mysos Lydos, sive Phryges, neque id à me additum, sed ex eodem. Et lib. XIV. Οἱ Παντικὰπαι δὲ, πόλισμα τῆς Τρηικῆς, συγχύσεως τὰ ἔθνη, καὶ ἄλλως τῆς Τρῳάδος, καὶ τοὺς Μυσοὺς, καὶ τοὺς Λυδοὺς, Φρύγας προσαγορεύουσιν. Luciani locus hic: Λυδὸς δὲ γένος Λυδὸς μὲν ἦν, πρῶτος δὲ τὰ ὄργια τὰ ἐς Θεὸν ἐδιδάξατο καὶ τὰ Φρύγια καὶ Λυδοῖ καὶ Σαρδιανοὶ ἐπιτελοῦσι. Scripserunt & alii Graeci cum ι, ut Dio Cassius: Ἐκδικήσειέ τε Ἄρτεμιν τοιὰ, ἡ Βάκχης. sed Laconicâ Orthographiâ. Hesychius: Ἄρτης, τὸν λεγόμενον Ἄττιν οἱ Λάκωνες. Neapol. Videtur Ciofani nota loco mota ansam dedisse Neapoli cum carpendi, quasi hic Aeneam intelligeret, cum *Phryx puer* ab eo explicetur, *Aeneas*. quae verba infra vs. 274. occurrunt, hic vero legendum puto,

Phryx puer in silvis, facie spectabilis Attis.

nam *Atys* est in uno Mazarini. *Atthys* in prim. Vatic. Ambros. Laeti & duodecim aliis; & ita Vlitius in Epistola ad Heinsium data corrigi jusserat. Vossii codex, *in silvis facie spectabilis atris* pro varia lectione, ut ita sivae *altae* & *atrae* solent à librariis confundi, ut alibi vidimus. Burm.

223. *In silvis.*] Nam pallet & agrestis. Arnobius lib. V. de Salutatione, qua Cybele repraesentabatur: *saltatur, & magna sacris comta cum infulis Attis, & contra decus aetatis, alia Pessinuntia Dindymene in libidinis usum amplexu libidinoso fungitur appetitione sexûs.* & de eadem Tertullianus in Apologetico cap. XV. *Sed & lascivorum latera ejusdem fodicatam eorum designant: luget Sol filium jactatum de coelo, lacrimantibus nobis; & Cybele pectorum suspirat fastidiosum, non trabescentibus nobis.* Neapol.

224. *Inviti quam tacto junxit amore Deam.*] *Vinxit* Ursin. Petav. Nanger. & quinque alii. sic supra lib. II. 585.

Jupiter immodico Junonae victus amore.

libri veteres. & idem Trist. I. Eleg. VII.

Temporis & longi victus amore tibi.

Epistola Acontii LXXXVI.

Sed neque compedibus, nec me compescet catenis,
Servabor firmo victus amore tibi.

Statius II Theb. 365.

—— *tantus post jurgia mentes*
Vinxit amor.

Idem Theb. VIII. 808.

—— *devinctus amore pudico.*

hinc *nodi Veneris* Lucretio IV. 1142. & Nostro Epist. IV. 136.

Imposuit nodos cui Venus ipsa suos.

& *vincula Veneris* Virg. Eclog. VIII. 78. *Veneris dic vincula nostro.* apud Lucretium lib. I. 34. *In gremium qui saepe tuum se Rejicit aeterno devinctus vulnere amoris.* etsi illic juveni ipse in tribus veterrimis libris, *devictus*. sed bene iidem, *rejicit*, pro *reficit*. *Rejicit* etiam agnoscit Scholiastes Statii Theb. III. idem Lucretius IV. 1099. *Veneris compagem* appellat, & *nexum*. Heins.

225. *Tueri.*] *Teneri* Junian. *tenere* alii. male: aeditui, qui a tuenda aede dicti, esse volunt. VIII. Met. 707.

Esse sacerdotes, delubraque vestra tueri
Postumus.

& vs. 710. *Templi tutela fuerunt.* vide Festum in *Aeditui*. Burm.

226. *Fac puer esse.*] *Tac mens esse velis* alter Bonon. mox, *ille fidem jussis dedit* unus Moreti.

228. *Ultima, quam fallam, sit Venus.*] Prim. Ambr. & sex alii. cum Urfutano, Francof. *quam fallam*. bene. sic Ep. Paridis,

—— *metuis Venerem temerare maritam,*
Casaque legitimi fallere jura thori.

Vide Notas Epist. II. vs. 37. & VII. 18. Heins. Quam etiam Francof.

229. *In Nymphâ Sagaritide desinit esse.*] Secunda *Sagaritis* fluvii Syllaba brevis est; neque hic in *Sagaride*

Hic furit: &, credens thalami procumbere tectum,
Effugit, & cursu Dindyma summa petit.
Et modo, Tolle faces; Remove, modo, verbera, clamat.
Sacpe Palaestinas jurat adesse Deas.
Ille etiam saxo corpus laniavit acuto;
Longaque in immundo pulvere tracta coma est.

Vox-

Sagaride video quomodo produci possit. in veteribus libris legitur, *Sagaritide*; quae lectio mihi videtur rectior: video enim *Sangarium*, & alibi ab Ovidio *Sangarius* dictum. quarto scilicet de Ponto Eleg. x.

Hic Lycus, hic Sagaris, Peniusque, Hypanisque, Crataeque.

Naug. Finxit hujus nominis Naïadem à Sagaro Phrygiae flumine. Plinius: *Sagaris fluvius ex incolis. Oritur in Phrygiâ; accipit vastos amnes, inter quos Tembrogium & Gallum.* Idem *Sangarius* à plerisque dictus: & cui non ex Graecis Σαγγάριος? Sunt in eis, qui scribant Σαγάρις, imo Σάγυρος: à quo forte nostrum *Sagaris*. Hujus scripturae Myrlenum auctorem facit Apollonii interpres: Σαγγάριος ποταμὸς Φρυγίας. ὁ δὲ Μυρλεανὸς Σάγαριν λέγεσθαι φησί. Neapol. Nympha *Nona* dicitur Arnobio pag. 185.

230. *Hinc poenas exigit ira Deae.*] *Huic* Ursin. prim. Ambros. Mazar. & tres alii. de quo ad Claudianum jam monui, VI. cons. Honorii, vs. 113. Heins.

231. *Illa perit.*] Hanc theologiae gentilis partem fusius Noster est prosecutus Metamorphoseon libro octavo in fabula Erisichthonis; ubi illi quercum annosam succidenti vox haec offertur:

Nympha sub hoc ego sum Cereri gratissima ligno,
Quae tibi sacrorum poenas instare tuorum
Fatidicor moriens, nostri solatia leti.

Naïdas sive Hamadryadas igitur cum arboribus, quas inhabitabant, interire antiquis fuit creditum. Atque hinc castigandus è Papinii Silvis locus, qui etiamnum mendosus circumfertur, Tiburtino Manlii Vopisci, quem hac occasione emaculabimus:

Quid te, quae multis servata penatibus arbor
Tecta per & posses liquidas emergis in auras?
Quo non sub domino saevas passura bipennes?
At nunc ignarae forsan vel lubrica Naïs,
Vel non abruptos tibi debet Hamadryas annos.

ita, inquam, corrigo. Cum versu quarto, *Et nunc ignaro*, hacteaus sit lectum, quinto, *demet annos*, pro *debet*. Tibi ignarae nunc Naïs vel Hamadryas forsan debet annos non abruptos, quia tecum senescit. Servius ad Eclogam X. Maronis: *Nymphae Hamadryades sunt, quae cum arboribus nascuntur & pereunt, ἀπὸ τοῦ ἅμα καὶ τῆς δρυὸς, qualis fuit illa, quam Erisichthon occidit; qui cum arborem intuderet, & vox inde erupit, & sanguis, sicut docet Ovidius.* Scholiastes Cruquianus Horatii libro primo Ode XXX. ubi de Nymphis agit: *Sunt & Hamadryades, quae cum arboribus & oriuntur & occidunt.* Adeatur & Scholiastes Apollonii Rhodii Argonauticon secundo, vs. 475. Heins.

233. *Credens thalami procumbere tectum.*] Vel *tegmen* Zulichemianus. Maz. *tecta*. quomodo etiam prim. Ambr. Laeti & tres alii. Scribe, *tigna*; ut Metam. lib. IV. 179. *Summo quo pendet aranea tigno.* & lib. VIII. 648.

Sordida terga suis nigro pendentia tigno.

Paullinus quinto Natali Felicis:

Propter in attiguis habitabat foemina tignis.

pro *in tectis*. octavo Natali:

Ne posset rapidus procedere longius ignis
Per contexta volans sociarum tigna domorum.

Natali decimo:

Diffusoque sinu simul & cocunte penates
Asmnia confertis jungunt fastigia tignis.

& mox:

Per contextarum cocuntia tigna domorum.

Tigna pro Tabulatis Propert. libro IV. Eleg. III.

Sive in finitimo gemuit flans noctua tigno.

Vide Met. XIV. 534. ubi plura Prudentius lib. II. contra Symmachum,

Adscribunt senis Lachesis malo sortia fila,
Tectorumque trabes fusis pendere rotatis,
Credunt, atque ipsis tribuunt decreta tigillis.

hinc FABRI TIGNARII & TIGNARII apud Gruterum in magno Inscriptionum opere pag. XLV. & XCIX. & alibi saepe. hinc & *contignatio* passim apud scriptores. & *contignata sacris coenacula tectis* apud Paullinum Natali nono Felicis. Heins.

234. *Effugit.*] *Et fugit* quatuor.

235. *Remove modo verbera.*] Ex his fortasse postea mos ille mansit verberandi Cybeles ministros, si deliquissent in sacris. ultimum erno ex Plutarcho adversus Colotem: Ἀλλ' ὅτε ἐλαθόμενοι, ὁ Μητρῷος, ἐσθ', ὡς' ἀπαλλάττομεν τὴν ἀσχημοσύνην, τὴν ἀπὸ μανίας ἐλαθόμενοι διώκομεν, ὡσὰν ἐπὶ ἀτυχήματι ἐσθίοντες, ἢ τὰς Τύπας ἀπομαξάντας τοῖς μετώποις πελάζομεν. Neapol.

235. *Remove modo verbera, clamat.*] In Voss. & Aroud. *modo verbera summove, clamat*. Mazar. *motu verbera summove*. In Zulichemiano omnia erasa. latet nescio quid mendi. Heins.

236. *Palaestinas.*] *Palestrinas* unus Heinsii. *Pa-*

Voxque fuit, Merui: meritas dem sanguine poenas.
Ah pereant partes, quae nocuere mihi!
Ah pereant! dicebat adhuc. onus inguinis aufert;
Nullaque sunt subito signa relicta viri.
Venit in exemplum furor hinc, mollesque ministri
Caedunt jactatis vilia membra comis.
Talibus Aoniae facundâ voce Camenae
Reddita quaesiti caussa furoris erat.
Hoc quoque, dux operis, moneas, precor; unde petita
Venerit. an nostrâ semper in Urbe fuit?
Dindymon, & Cybelen, & amoenam fontibus Iden
Semper, & Iliacas Mater amavit opes.

Cum

latinas Ambr. Marsus jactat, se primum ita dictas a *Palaesto* in Epiro interpretatum, quem locum ex Caes. III. de Bell. Civil. 6. ubi codex ejus pro *Pharsalia* habebat *Phalesia*, illustrat. vid. & Dionys. Voss. ad Caesar. d. l. & Cl. Reland. Palaestin. lib. I. cap. XLV. *clamat adesse* etiam Ambros. BURM.

237. *Ille etiam.*] Hoc pronomen hic molestè inculcatur; nam de Atti esse sermonem satis patet. quae legerem, *inde etiam*, id est, ex illo furore. ita saepe locum pronominibus *ille*, *ipse*, *iste* feciste hunc particulam vidimus. ut III. Met. 99. v. 356. XV. 664. & alibi. BURM.

239. *Merui.*] Ex Ponto I. 1. 54.

Clamabat media se morisse via. DOUZA.
Voxque fuit talis nostro de sanguine poena:
Ha pereant!

Excerpta Douzae.

239. *Meritas do sanguine poenas.*] *Meritas de* Arund. & octo alii. unus Medic. *dum*. Lege, *meritas dem sanguine poenas*. Dixi Ep. XIX. 81. HEINS. *Meritano foenam* Strozzae liber.

241. *Dicebat adhuc.*] Malim, *Ah pereant! dicebat, ad hoc* (vel *haec*) *onus inguinis aufert*. id est cum haec diceret. sic saepe utitur praepositione hac. *ad cursum currere* VII. 844. vid. III. Am. VII. 41. *adesse* & *ad hoc* & *ad haec* saepe confunduntur, licet aliquando alio quam hic sensu. vid. II Fast. 282. 392. & IV. Met. 455. BURM.

242. *Subito signa relicta viri.*] Malim, *subito vires*. Vide Notas Ep. XVIII. 81. 160. HEINS. Nihil mutat: nata contrarium notaret ac Poëta vellet: si enim ante ceruissent viribus, & subita quadam Metamorphosi ea accepisset, *subitus* recte *vir* dici posset. sed nunc vix desinit esse subito, exsectis partibus, quae virum faciebant. Douza huc referebat illa Catulli Carm. LXIII. 6.

Itaque ut relicta sunt sibi membra sine viro. BURM.

242. *Signa relicta viri.*] Non solum in corpore, sed etiam nulla in cultu. Lucianus καὶ ἐ Συρίη θεῷ· Ὅς γὰρ μὲν ἐ Ῥέης ἔτεμε, εἶς μὲν ἀνὴρ ἀνεπαύσατο, μοχθέω δ' Ἀτύμῳ ἐμείψατο, καὶ ἐσθῆτι, γυναικείῃ εἰσύσατο, ad hujus imitationem Hierapoli quotannis veris initio se castrabant, & muliebri vestitu in posterum incedebant. Idem: Ἐν Ἱερουσῇ τῇσι ἐμῇσιν ἐς Γάλλου γίγνομαι), ἐπεὶ δ' ἐς ἄλλου αὐλίσαι τε, καὶ ἔργα ποιέειν), ἐς σκάφας τε ἐ μοιχὸς ἀναιτεῖ· καὶ πολλοὶ οἱ ἐς Ἄτιδι ἀπεκόψαν, δεῦ δ', τοιῆδε ἐπρήξεν· κυτταλίξω δ' ἐς τὰ ποιητὰ ὁ ποιήσ, ἔτι τοῖσι δοκέει), ῥίψας τὰ ὑπατα, μεγάλῃ βοῇ ἐς μέσον ἔρχε. ἐς ξεῖνος ἀναιρεῖ· τὰ δ' πολλὰ ἔπεα, ἐμοὶ δοκεῖ, Ἄτιδι τέτο ἔπρηκε· λαβὼν δ' αὐτὰ, τοιῆδε ἐσθῆτι, θῆλύ τε Ἄτιδι ἐ ἄρσενι, καὶ ἔτι χρεὼ ἔφη, τὰ ἔταμε· ἐς ἐκεῖνο δ' ἀνεῖλε τοῖσι δαιμόνιοι, ὃν τοῦτον ἐσθῆτα τε Ἄτιδι, καὶ κόσμον τ' γυναικήιον λαμβάνειν. NEAPOL.

243. *Exemplum.*] *Affectum* Putean. alter.

244. *Caedunt jactatis vilia membra comis.*] *Levia* putabam legendum. quomodo supra lib. III. 745.

Ut Satyri lasvisque ferax tetigere saporem.

sed & viles Galli Arnobio pag. 168. dicuntur. superiori versu, *furor hinc*, pro *hic*, bene Ursini codex. malim etiam, *Fuit in exemplum* quam *venit*. HEINS. *Mollia membra* quatuor libri. *vitiatis* Glossae Rumpii.

244. *Jactatis comis.*] Capitis jactatio peculiare Gallis. In sacris plura obvia exempla; sed satis hoc unum Lampridii de Elagabalo: *Jactavit autem caput inter practeses fanaticos, & genitalia sibi devinxit, & omnia fecit quae Galli facere solent.* ob id illi comam eluere: & idem *Gallus & Capillatus à matre magnâ*; cujus nominis in hoc lapide memoria: (Gruter. CCCVIII. 5.)

DIS

Cum Trojam Æneas Italos portaret in agros;
Est Dea sacriferas pene secuta rates.
Sed nondum satis Latio sua numina posci
Senserat; adsuetis substiteratque locis.
Post, ut Roma potens opibus jam secula quinque
Vidit, & edomito sustulit orbe caput;
Carminis Euboïci fatalia verba sacerdos
Inspicit. inspectum tale fuisse ferunt:
Mater abest; Matrem jubeo, Romane, requiras.
Cum veniet, castâ est accipienda manu.
Obscurae sortis Patres ambagibus errant:
Quaeve parens absit, quove petenda loco.

Con-

DIS M.
L. VETTIO SYNTROPHO
RELIGIOSO
A MATRE MAGNA
CAPILLATO
VETTIA AMOR
DE SVO FECIT
POSTERISQVE EORVM.

NEAPOL. Vid. Voss. de Idololat. II. 53.

249. *Dindymon.*] Apollonii Scholiastes: Δίνδυμον ὄρος Κυζίκου, ἱερὸν τῆς Ῥέης. in eo enim & templum habuit. Ammianus lib. XXII. *Respexit ex Lacone Cyzicum & Dindyma, religiosa matris* (excidit *ob*) *magnas delubra*, at Dindymacum ab Argonautis sacratum. Strabo lib. XII. Ὑπέρκειται δὲ ἄλλο Δίνδυμον μονοφυὲς, ἱερὸν ἔχον τῆς Δινδυμήνης μητρὸς τῶν θεῶν, ἴδρυμα τῶν Ἀργοναυτῶν. NEAPOL.

249. *Et amoenam fontibus Iden.*] Vide apud eundem de eadem re Demetrii testimonium lib. XII. NEAPOL. *Iden* meliores. sic supra 205. idem,

Ardua jamdudum resonat tinnitibus Ide.

HEINS. *Frondibus* Edit. Gryph. & quatuor scripti. vid. II. Met. 218. & XI. 762. & XIII. 324.

250. *Iliacas opes.*] Nam omnis Phrygia illi fanum: Ilium in Troade, Troas in Phrygiâ minore. Stephanus: Ἴλιον πόλις Τρωάδος. Ptolemaeus: Φρυγίας δὲ μικρᾶς ἡ τοῦ Τρωάδος μεσόγειος Ἴλιον, Φρυγίας δὲ τῆς μεγάλης Δάσκυλος. Minor ergo & magna Phrygia apud veteres: recentiores magnam divellunt in primam & salutarem, Troadi minoris nomine relicto; ut patet ex multis & veteri notitiâ Romanarum provinciarum in Asiaticis. NEAPOL.

251. *Italos.*] *Latios* Thuan. mox, *pene*, Edit. D. Heinsii. *portavit* nonnulli.

253. *Sua numina posci.*] *Nomina* & *munera* quidam codices; sed perperam. *posci* satis vero elegantèr hic dictum, quod illustrabimus ad Val. Flac. I. 543. mox, *consiteratque* Excerpta Douzae & infiniti alii. ut lib. V. 98. & alibi. BURM.

254. *Adsuetis substiteratque locis.*] *Consiteratque* multi. ut I. Art. 60. *Mater & Æneae consitat in urbe sui.* HEINS.

255. *Post ut Roma.*] *Post ubi* Neapolis edidit. & habent quidam scripti. ita saepe *ubi* librarii pro *ut* supposuere. vid. Ep. IV. 25. I. Met. 337. & alibi. *post quod Roma potens opibus bis secula* Petavian.

255. *Jam secula quinque Vidit.*] Anno V. C. DXLV. P. Corn. Scipione & P. Licinio Crasso coss. secundi autem belli Punici anno XIV. Livius lib. XXIIX. & XXIX. CROFAN. Et insuper annos XLVIII. NEAPOL.

256. *Edomito.*] *Edomito* Neap. Edit. quod an librario ipsi adscribendum sit ignoro: nam ita multi scripti. male tamen. vid. III. Art. 114. BURM.

257. *Fatalia verba sacerdos Inspicit.*] Curae fuit hoc per id tempus Decemviris. Invenies Duumviros inspexisse libros Sibyllinos, invenies XV. viros; sed Duumviri antiquiores Decemvirис: unde colligas, paullatim auctum hoc sacerdotium. Prae manibus sunt testes: sed abstineo, ne repetam toties à Criticis praedicta. NEAPOL.

257. *Verba.*] *Signa* unus Heinsii.

257. *Sacerdos.*] Decemviri. Idem ibidem. CROF.

258. *Inspicit.*] Caussam inspectionis Appianus suggerit in Annibalicis: Προφήτου τὸ Τάρπη σημαίνοντος ὅτι Διὸς φθερεῖται, οἱ μὲν τὸ Σιβύλλειον ἐπεσκέψαντο βίβλον ἀνδρες, ἕξαπλοι ἐξ ἑκάστης τῆς Πανυόπων τε καὶ Φρυγίας, ἵνα εἰδεῖεν οἱ Φρύγες θεὸν μητέρα, πανταχῇ τε ἐν ἡμῖν, καὶ δὴ καὶ αὐτὸ ἐς τὸν Ῥωμαίων ἐπεφοίτηκεν· καὶ πολὺ δὴ πρὸ τε καταστάσεως καὶ ἐς Ῥωμαίους ὁπωσοῦν τὸ βέλτιστ' καὶ τῶν ἐμῶν ἐφρόνησεν. NEAPOL.

258. *Inspectum tale fuisse ferunt.*] *Refert* Erfurtanus. Ut de sacerdote intelligatur. HEINS.

259. *Mater abest.*] Matris passim apud Graecos est Cybeles, non addito τῶν θεῶν, Pindarus:

Consulitur Paean: Divûmque arcessite Matrem,
Inquit: In Idaeo est invenienda jugo.
Mittuntur proceres. Phrygiae tum sceptra tenebat
Attalus: Ausoniis rem negat ille viris.
Mira canam. longo tremuit cum murmure tellus:
Et sic est adytis Diva locuta suis:
Ipsa peti volui. ne sit mora: mitte volentem.
Dignus Roma locus, quò Deus omnis eat.
Ille soni terrore pavens, proficiscere, dixit;
Nostra eris. in Phrygios Roma refertur avos.

Pro-

Καὶ μὴν κατωρχῆτό μοι, πάσης
Μητρὸς ἐρᾶσθαι κορυφάδων.

Unde simpliciter Μητρῶον Athenis erat aedes Matris Idaeae; de quâ Pollux: Ἐλέγετο δὲ τι καὶ Μητρῷον ἄλσος τὸ τῆς Φρυγίας θεᾶς ἱερόν. & Moschopulus: Μητρῶον παρ' Ἀθηναίοις, τὸ τῇ μητρὶ τῶν θεῶν ἱδρυθὲν ἢ ἀνατεθέν. NEAPOL.

261. *Patres anhelantes errant.*] Malim, *haerent*, tam hic quam infra hoc libro 669.

Excidit eventum nemori gratissima conjux.

sic & *tendere in re dubia* dicebant. HEINS. Ita Heinsius contrario modo *errat* pro *haeret* conjicit apud Val. Flac. IV. 5. sed ego scriptos utrobique sequor. BURM.

263. *Consulitur Paean.*] Mutavit rerum ordinem: nam prius missi Legati, postea Oraculum consultum. Livius lib. XXIX. *Legati, Asiam petentes, prius Delphos cum exscendissent Oraculum adierunt, consulentes, ad quod negotium domo missi essent, perfacileque ejus quam sibi ipsi reipsque Romanae persuadebant: responsum esse ferunt, per Attalum Regem compotes ejus fore quod peterent.* NEAPOL.

263. *Accersite.*] Bene vetustiores, *arcessite*. HEINS.

265. *Mittuntur Proceres.*] Ex his unus M. Valerius Laevinus, qui bis Consul fuerat ac res in Graecia gesserat; alter M. Caecilius Metellus Praetorius: aedilitas Sulpitius Galba, Aedilitius; duo Quaestorii, C. Tremellius Flaccus & M. Valerius Falco. NEAPOL.

265. *Sceptra.*] *Regna* tres.

266 *Tenebat Attalus.*] Sed ille (nam plures Asiae Reges Attali) qui Romanos in bello Gallorum contra Philippum juvit. Livius lib. XXIX. & Strabo lib. XIII. Ἐπὶ δὲ Ἀττάλου τοῦ Δυναστεύσαντος τὴν Ἀσίαν μετὰ γενναίου βασιλικῶς ἤθους, καὶ ἀναστρεφομένου πρὸς Φίλιππον μετὰ τῶν Ῥωμαίων πρέσβεων ἐπὶ τὴν τῶν Γαλατῶν διάβασιν, καὶ τὴν ἐκείνων ἐπιδρομὴν, ἐπιτίθεται τοῖς Γαλάταις μάχῃ νικητής. Οὗτος δὲ καὶ Ῥωμαίοις κοινὴν φιλίαν, καὶ τὴν συναπολέμησιν πρὸς Φίλιππον μετὰ τῶν Ῥωμαίων ἐφύλαξε διαδεξάμενος τὴν τοῦ πατρὸς καὶ τετραρχικὴν, καὶ βασιλικὴν ἀρχήν. Sed alter lib. XXXIII. addit in regno alium: *Attalus Rex*, inquit, *aeger Thebis Pergamum advectus moritur altero & septuagesimo anno, cum quatuor & quadraginta annos regnasset.* & post pauca, quae prosero, quia me indigent: *Vitiis deinde prudentia nato Galli* (foedum mendum: scribo non uno pollice, sed utràque manu, *Galatis*) *quas tunc gentium adventu terribilior Asiae erat, regium ejecit nomen: cujus magnitudo semper animum auxerit, summa justitia eos rexit, unitam fidem sociis praestitit, uxorem ac liberos duos superstites habuit.* Nolim quatuor, quos sic nominat Strabo, Eumenem, Attalum, Philetoerum, Athenaeum. NEAP.

266. *Rem negat ille viris.*] Ah, mi Naso, rarum φιλαλήθης clamat id falsum historia. *Is Legatos*, inquit Livius, *comiter acceptos Pessinuntem ad Phrygiam deduxit; sacramque iis lapidem, quem matrem Deum esse dicebant, tradidit.* NEAP.

268. *Est adytis.*] *Ex adytis* edidit Nic. Heinsius, nec tamen in codicibus scriptis id extare deprehendi.

270. *Quo Deus omnis eat.*] Malim, *erat*, si licet per membranas adeantur notae ad Met. II. 426. HEINS.

272. *In Phrygios avos.*] Herodianus libro primo de Cybeles simulacro: Ἔτυχον δ' ἐμοῦσαι, συνῳδαὶ σφόδρα ἀλλήλαις, τῷ τῶν ἀοιδῶν Ἀπόλλωνι καὶ Φρυγὸς τὸ αὐτὸ ἀμφοῖν ἐπιδεικνύντος κατάλογον. ob hanc forte consanguinitatem ultimus Attalus, cognomento Philometor, nullo relicto ex suis superstite, heredes nominavit Romanos. Strabo lib. XIII. Βασιλεύσας δ' ἔτος ἐννέα καὶ τριάκοντα, καὶ καλὸς Φιλομήτωρ, ἐτελεύτησε νόσῳ τὸν βίον κατάλυσας ὁ κληρονόμους Ῥωμαίους εἰ δέ τι ἐπαρχίαν ἀπέδειξεν ἢ χρήμασι, Λεύκιον ἀποστατηρίσαντες ἐμόνησεν τῇ ἀρχῇ. NEAPOL.

273. *Caedunt.*] *Scindunt* Petav.

274. *Pius.*] *Aeneas.* CIOF. *Prius* volebat Donzellinus. *pius* Voss. Gottorph. & duo alii.

275. *Et*

Protinus innumerae caedunt pineta secures
Illa, quibus fugiens Phryx pius usus erat.
Mille manus coëunt: & picta coloribus ustis
Coelestum Matrem concava puppis habet.
Illa sui per aquas fertur tutissima nati;
Longaque Phrixeae stagna sororis adit:
Rhoeteumque rapax, Sigeaque litora transit;
Et Tenedum, veteres Eëtionis opes.
Cyclades excipiunt, Lesbo post terga relictâ;
Quaque Carysteis frangitur unda vadis.

Transit

275. *Et picta coloribus ustis.*] Huc spectant Plinii illa lib. XXXV. 11. *Tertium genus accessit, resolutis igni ceris, penicillo utendi: quae picturae in navibus nec sole, nec sale, nec ventis corrumpitur.* NEAPOL. Vide Scheffer. de Milit. Naval. lib. II. cap. 6. & III. 1.

276. *Coelestum matrem.*] Alii, *Coelestem*: sed frustra. sic *coelestum matres* infra hoc ipso libro. Gratius de Gigantibus:

Nosse vides veterum quos prodit fabula rerum
Semideos: illi aggeribus tentare superbis
Aethera, tum matres ausi tractare deorum,

sic locus mendosissimus scribendus. HEINS.

277. *Fertur tutissima nati.*] *Justissima* Mazar. Zulich. Voss. Arondel. & duo alii. *cultissima* totidem. quod placet. hoc vult à Dis Marinis fuisse cultam. HEINS. Forte, *lautissima*. ita apud Virgil. VIII. 171. *Auxilio laetos dimittam.* multi codices habent, *tutos*.

279. *Rhoeteumque capax Sigeaque littora.*] Utrosque illos ἀγκῶνας, qui in mare protenduntur; de quibus ita Strabo lib. XIII. Ἀπὸ δὲ τούτου τοῦ Ἰλιακοῦ ἰσθμοῦ, δύο φέρει ἀγκῶνας οὐκποδὼν πρὸς θάλατταν, τὸ μὲν ἀπὸ Ῥοιτείου, τὸ δὲ Σιγείου, σταδίους ἐξ ἀμφοῖν γεγραμμένους ἐμπεριλαβόντα τελευτᾷ εἰς ὃν τῷ πόντῳ, τοῦτον ἀπέχοντας τοῦ θαλάττιος ὅσον τὸν τοῦ Ἰλιακοῦ. His convallibus certe nomen inditum ab iisdemmet urbibus Sigeo & Rhoeteo ibidem sitis: ab una ad aliam spatium inerat LX. stadiorum, si ejusdem vulgatis fides aliqua. Ἔστι δὲ τὸ μῆκος τοῦ Φρυγικοῦ τούτου, ὅσον ἑξήκοντα Ῥοιτείου μέχρι Σιγείου, καὶ ἐν Λ. γιλίοις μικροῦ δεῖν ἑπτακοσίοις ἐξήκοντα σταδίοις. multi alii habent ἑπτά, alii ἑβδομήκοντα. Notandum hanc de discrimen. Sed haec per viam dicta sint; & illa, in opposito cornu fuisse tumulum Ajacis, ut Achillis in Sigeo: quod nuper in Strabone vidimus. Idem: Εἶτα Ῥοίτειον πόλις ἐπὶ λόφῳ κειμένῳ, καὶ τῷ Ῥοιτείῳ συνεχὴς ἐπὶ ἀκρωτηρίῳ Λιλαίου, ἐφ' ᾧ μνῆμα καὶ ἱερὸν Αἴαντος, καὶ ἀνδριὰς ἐν ἀγορᾷ. Αὐτοῦ κεραυνωθέντα ἐν Λήμνῳ, ἀντίκρυς τοῦ Ῥοιτείου πόλιν, καλοῦσιν καὶ ἄλσος ὁ Σκάμανδρος καίειν. NEAPOL. Prim. Ambros. Lacti & multi alii, *rapax*. bene. Vide infra notas pl. 566. HEINS. *Capax* ab interpretibus exponitur, quia magnae classis fuit statio.

280. *Et Tenedum.*] Haec jacet extra Hellespontum opposita Sigeo littori. Strabo eodem libro: Ἐσι δ' ἐξ τῶν Σιγιάδα ἄκραν ἐξ τὸ Ἀχιλλεῖον ὁ Τένεδιος πορθμὸς τὸ Ἀχαιϊκὸν, ἐξ ἀπὸ τοῦ Τενέδου, ὃ πλάτος ἐξ ἑκατοντάσταδον τριῶν δέοντος τῶν ἑπτά. & Plinius: *Extra Hellespontum adversa Sigeo littori adjacet Tenedus, Leucophrys dicta, & Phoenice, & Lyrnessos.* addo ex Geographo etiam *Calydnam*: Καὶ κατὰ τὸ ἐξ τὸν Τένεδον Καλύδνιαι τινες νῆσοι, ἄλλαι ἐξ Λεκιθόφυλλος. NEAPOL. *Tenedon* veteres libri nonnulli. atqui Thebis is imperavit. Politianus *Emathionis* legebat, Samothraciam intelligens, aut *Oenopionis*, Chion. sed frustra. Scribe:

Et Theben veteres Eetionis opes.

Eetioneas Thebas Noster dixit Met. XII. 110. Homerus lib. Iliad. A. Θήβην ἱερὴν πόλιν Ἠετίωνος. & Iliad. X. at Il. Ζ.

Ἀνδρομάχη Ὑψιάνασσα μεγαλήτορος Ἠετίωνος.
Ἠετίων ὃς ἔναιεν ὑπαιπείῃσι Πλάκοισι.
Θήβῃ ὑποπλακίῃ, Κιλίκεσσι ἄνδρασιν ἀνάσσων.

Q. Calaber lib. III.

Λαμπὰ τε Ζαθίλη, Κιλίκων τ' αἰπὺ πτολίεθρον,
Θήβη Ἠετίωνος ἰλάων.

HEINS. Nos veterem lectionem reduximus, in qua nihil difficultatis. transit Tenedum & Thebem. de Thebe satis egimus ad Metam. XII. 108. BURM.

281. *Lesbo post terga relicta.*] Illis scilicet insulis, ex his una Lesbos, quae sitae sunt ante Cariam, Ioniam, Aeolidem, usque ad Troadem: item illis, quae ante Graeciam usque ad Macedoniam & confinem Thraciam; Euboeâ, in quâ urbs Carystus, Scyro, Peparetho, Lemno, Thaso, Imbro, & aliis. NEAPOL.

282. *Quaque Carysteis.*] *Caryscis* Vossianus. sic

Transit & Icarium, lapsas ubi perdidit alas
Icarus, & vastae nomina fecit aquae.
Tum laevà Creten, dextrà Pelopeïdas undas
Deserit: & Veneri sacra Cythêra petit.
Hinc mare Trinacrium, candens ubi tinguere ferrum
Brontesque, & Steropes, Acmonidesque solent:
Æquoraque Afra legit, Sardoaque regna sinistris
Prospicit à remis, Ausoniamque tenet.
Ostia contigerat: quà se Tiberinus in altum
Dividit, & campo liberiore natat.
Omnis Eques, mixtàque gravis cum Plebe Senatus,
Obvius ad Thusci fluminis ora venit.

Pro-

Manilianus libro II. 43. ex codicibus scriptis. *Campi Galesi* Virgilio III. Æn. 701. a Gela. HEINS.

283. *Icarum.*] *Icarion* Gryph. male. *Icarium*, ut *Icarius*, *Icarum*, sc. Mare. ita & inf. ℳ. 566.

283. *Lapsas.*] *Lapsas* plurimi. sed a sole liquefactae mollis *lapsae* dicuntur. & statim temerarius puer deserit ducem, antequam lassus esse possit. BURM.

287. *Ubi tingere ferrum.*] *Fingere* unus Bononiensis & unus Vatican. Silius libro VIII. 617.

Non eadem Ilva vires, sed lautos fingere ferros
Assuerat patrio, quo nutrit bella, metallo.

sic scribo. Vulgati, *Ilvos cingere*. Vetus codex, *lautos gignere*. non male. sed apud Virgilium de Cyclopibus lib. VIII. 440.

——— *alii stridentia tinguunt*
Æra lacu.

& lib. XII. 90.

Fulgur, quem Dirus Iapeton: Deus ipse parenti
Fecerat, & Stygiis candentem tinxerat undis.

Nostri Nic. IV. 170. *Cui lamina candens: Tinctu lacu fit.* Isidorus Hb. XIX. cap. 10. *Nam & incudibus ferri in aqua instructura est; nisi enim candenti tingatur, strinx & cohaerere non potest ferrum.* Unde fit, ut in hoc Nasonis loco nihil opiner mutandum. HEINS.

288. *Brontesque & Steropes.*] *Brontesque* unus Medic. & Paravinus.

288. *Acmonidesque solent.*] Scripti fere omnes, *Acmonides*, aut *Acmonides*. bene, idem qui Virgilio *Pyracmon*. Atqui est Apollodoro, μετὰ τοῦτον ἡ ἐκείνῃ γαμεῖ [Ἥφαιστος] Χάριτα, Σπινθῆρα, Ἡφαιστίωνα, ἢ ἀκμονίδην ἢ ἐξ ἀμφοτέρων ἐπὶ τῇ μητρωνυμίᾳ. Sed lege, Ἀκμονίδην. Callimachus Hymno Dianae:

Μέτρῃ γὰρ Κύκλωπας ἰῷ ἐπὶ παιδὶ πελέκεσσιν
Ἄρσεν', ἀ Στερόπην.

Hesiodus Theogon.

Βρόντην τε Στερόπην τε καὶ Ἄρρηα θρασυθυμον.

Ita & Eustathius in Homerum. Steropes alius est Asteropes, quod tantundem est Graecis. sic & Sterope una Pleiadum, nonnullis Asterope. apud Plinium libro XXXV. cap. 10. Historiae Naturalis labes *Astrapen* pro *Asteropen*. *Pinxit & quaepiam non possunt, tonitrua, fulgetra fulguraque; Brontem, Astrapen, Ceraunobolon appellant.* HEINS.

289. *Æquoraque Afra legit.*] Duo libri, *Littora. Littora legere* passim obvium apud poëtas & *saxa legere*. pro *Respicit à remis* alii veteres, *Despicit*, vel *Prospicit*. HEINS. Sed & infra dixit ℳ. 566. *Ionumque rapax, Icariumque legit.* Virgil. III. Æneid. 706. *vada legere*. & sic *arva legere* de venatore, qui transit, Stat. II. Achil. 73. ubi vid. Barth. BURM.

290. *Prospicit à remis.*] Lib. Ursi. *Adspicit.* Fortis, *Despicit.* non displicet. septem Vatic. & Sirtii, *Respicit.* CIOFAN.

290. *Tenet.*] *Tenent* Arundel.

291. *Ostia contigerat.*] In corruptis legitur, *Hostia*: non tamen caret assecla; sed hic bonus Morsus. Livius: *Postquam navis ad ostium amnis Tiberini accessisset.* NEAPOL.

291. *Quà se Tiberinus in altum Dividit.*] Hoc tempore uno alveo fluxisse, & uno ostio in mare exisse Tiberim, qui postea duobus ostiis, probante Jos. Cassal. Observat. Decad. IV. cap. 10. monstrante, *liberiore fluit*, Petavian. BURM.

295. *Natique, virique.*] Junianus, *nataeque*, & tres alii. Ursini liber & Patav. optimus. *natique, nurusque*. lege, *nataeque, nurusque*. Metam. IV. 729. ex veteribus libris,

Ille

Procedunt pariter matres, nataeque, nurusque;
Quaeque colunt sanctos virginitate focos.
Sedula fune viri contento brachia lassant,
Vix subit adversas hospita navis aquas.
Sicca diu tellus fuerat: sitis usserat herbas:
Sedit limoso pressa carina vado:
Quisquis adest operi, plus quam pro parte laborat;
Adjuvat & fortes voce sonante manus.
Illa velut medio stabilis sedet insula ponto.
Attoniti monstro stantque paventque viri.
Claudia Quinta genus Clauso referebat ab alto:
Nec facies impar nobilitate fuit.

Casta

Huc omnis populus passim, matresque, nurusque, Obvia turba ruit, quaque ignes, Troïa, fervant
Vesta tuos. HEINS.

E. XII. 216.

Matrum nurumque caterva.

ubi alii, *Matrumque, virumque*. vid. ad Val. Flac. II. 247. *protendunt* etiam Putean. alter. BURM.

296. *Sanctos focos.*] *Castos* alter Petavii. quod placet. sic & *Vesta* passim *casta*. ut & de Cerere inita,

Parva bonae Cereri, sint modo casta, placent.

Trist. IV. El. II. de Vestalibus:

——— *quae sine crimine castos*
Perpetuâ servant virginitate focos.

HEINS. *Sacros* quatuor.

298. *Vix tulit adversas.*] Omnes libri scripti, *Vix subit.* verè. CIOF. *Adversis aquis* Vossian. & alius.

300. *Limoso vado.*] Naso tribuit siccitati, quod Historici defectui ostii Tiberini. Huc omnino adscribendus Strabonis locus: Ὥρμηται, inquit lib. V. τῶν ἀδιόδων ἕλῶν τῶν περιγενομένων, διὸ ὁ Τίβερις πολυπλόκῳ καὶ πολλῶν πεταμῶν ὠθούμενος ῥοθίοις ἐμπίπτει [ἐμπίπτει] μετὰ τὸ τεῖχος τὸ Ναυτίλου. NEAPOL. *Arenoso* alter Put. quomodo libro primo, 42.

Radit arenosi Tiberidis unda latus.

pro *pressa* priscae editiones & scripti tres, *fossa*. etiam bene. Apud Maron. Æneid. I. 168.

——— *hic fessas non vincula naves*
Ulla tenent.

fossa & *pressa* pro depressa legi. ut apud Horatium II. Od. XVI.

Otium divos rogat in patenti
Prensus Aegaeo.

HEINS. Sed hoc magis de tempestate dicitur, qua deprehenduntur naves. vid. ad Phaedr. V. 4. sed *pressa* est onere suo depressa. Virgil. I. Georg. 393.

Cui pressae cum jam portum tetigere carinae.

ubi Servius interpretatur *onerariae*; Cerda recte oneratas; quem vide. sic *premi crimes auro, aeruginis aratro* & similia dicuntur. *limoso solo* etiam. Vatican. & Gottorp. BURM.

301. *Operi.*] *Operis* unus Medic.

302. *Sonante.*] *Tonante* Bonon.

305. *Referebat ab alto.*] Haec vulgaris editio: forte legendum, *ab Atta*. Claudius ille princeps Patritiae hujus familiae recens à Sabinis Atta Clausus appellatus, priusquam Appius Claudius diceretur. Livius lib III. *Atta Clausus, cui postea Appio Claudio nomen fuit.* & Tacitus Annali XII. *Adnotabunt periti, nullam ante hanc adoptionem inter Patritios Claudios reperiri, eosque ab Attâ Clauso continues duravisse.* Cave aliter legas: est spectatae fidei cocicis, cui adhaerent magni nominis viri. NEAPOL. *Ab alto*, ab antiquo. Nihil ergo *Atta* legi necesse cum Neapoli. praesertim obnitentibus constanter membranis. sic in Pont. lib. IV. Eleg. VII.

At tibi progenies alti fortissima Danai.

Virgil. VI. Æn. 742.

Deiphobe armipotens, genus alto à sanguine Tusci,

& apud eundem lib. IX. 697.

Thebana de matre nothum Sarpedonis alti
Conjecto fremit jaculo.

hoc est *nobilis*, teste Servio. Statius Theb. XII.

——— *Grenois alti*
Non falsus virtute nepos.

Juvenalis Satyr. VI. 185.

Quaedam de numero Lamiarum & nominis alti.

Ita scripti. & recte. non *Apri*, nisi puranus à Juvenale relictum, *nominis Atti*, pro *Attili*, ut in vetustis

Casta quidem; sed non & credita. rumor iniquus
Laeserat, & falsi criminis acta rea est.
Cultus, & ornatis varie prodisse capillis,
Obfuit: ad rigidos promtaque lingua senes.
Conscia mens recti famae mendacia risit:
Sed nos in vitium credula turba sumus.
Haec ubi castarum processit ab agmine matrum,
Et manibus puram fluminis hausit aquam,
Ter caput irrorat, ter tollit in aethera palmas.
Quicumque adspiciunt, mente carere putant.
Submissoque genu, vultus in imagine Divae
Figit, & hos edit, crine jacente sonos:

Sup-

Supplicis, alma, tuae, genetrix fecunda Deorum,
Accipe sub certâ conditione preces.
Casta negor. si tu damnas, meruisse fatebor.
Morte luam poenas judice victa Deâ.
Sed, si crimen abest, tu nostrae pignora vitae
Re dabis: & castas casta sequêre manus.
Dixit: & exiguo funem conamine traxit.
Mira, sed & scenâ testificata loquar.
Mota Dea est; sequiturque ducem, laudatque sequendo.
Index laetitiae fertur in astra sonus.
Fluminis ad flexum veniunt: Tiberina priores
Ostia dixerunt, unde sinister abit.

Nox

tuffis nummis ac marmoribus frequenter. *Lamiae* enim cognomento Ælia gens dicta. notum illud Horatii III. Od. XVII.

Ælî vetustis nobilis ab Lamo.

Sat. VIII. 131.

Tunc licet à Pico numeres genus, altaque si tu
Nomina delectant.

& ibidem, 40.

Plaute, tumes alto Druforum sanguine, tanquam
Tecaris ipse aliquid, propter quod nobilis esses.

Claudianus Conf. Olybrii, 142.

Sunt mihi pubentes alto de semine fratres,
Pignora clara Probi.

Nostri Trist. IV. El. IV.

In quo pars altae nobilitatis erat.

Pont. II. El. III.

Quique dolor pectus tetigisset Caesaris alti.

Auctor Elegiae in obitum Maecenatis:

Regis eras genus Etrusci: tu Caesaris alti
Gloria.

Sic scribo. non *altus*. Epicedio Drusi:

Hoc domus ipsa dolet per te mea Caesaris alti.

Horatius libro III. Od. IV.

Vos Caesarem altum, militia simul
Fessas cohortes urbibus abdidit,
Finire quaerentem labores,
Pierio recreatis antro.

Silius libro VIII. 405.

Tullius ornatas rapiebat in agmina turmas
Regia progenies & Tullo sanguis ab alto.

Idem ibidem, 442.

Quae Vicat quandam nomen memorabile ab alto
Caesare fecisset genitor.

Clausum igitur *altum* pro antiquo & veteri posuit. Silius lib. XIII. 466. oratione Scipionis ad Appium,

Gens ô veteris pulcherrima Clausi.

ubi *Claudi* perperam legitur. Idem libro VII. 453

Ecce inter primos Theraenaeo à sanguine Clausi
Exsultat rapidis Nero, non imitabilis ausis.

libro XV. 647.

Clausorum decus, atque erepto maxima Romae
Spes Nero, Marcello rumpe atque expelle quietem.

libro XIII. 466.

Gens ô veteris pulcherrima Clausi.

ita legendum, vulgo *Claudi*, lib. XVII. 33.

Hic prisca ducens Clausorum ab origine nomen
Claudia.

Claudiam quoque gentem à Clauso deducit Virgilius lib. VII. Æneidos 707. HEINS.

305. *Impar nobilitate.*] Id est minor. sed dativo gaudere hoc vocabulum notant Grammatici; & Barth. ad Stat. IV. Theb. 407. quaedam exempla producit, in quibus aeque ablativus ac dativus posset sumi. hic autem sine ulla controversia certus est casus. infr. VI. 804. *In qua par facies nobilitate fua.* Plaut. Perf. VII. 53. *At me haud par eſt.* quod idem quod *dignum*, quod praecesserat. BURM.

307. *Casta quidem, sed non est credita.*] Lege, *sed non & credita*, cum melioribus. dixi lib. IV. Met. 273. HEINS.

307. *Rumor iniquus.*] Fama non aequa. NEAP.

309. *Et ornatis.*] Calamistris inullis: hoc est, *ornatus capillus*; item gemmis distinctus: inde ornatrix mulier. NEAP.

309. *Prodisse.*] Sex Vaticani, Ursin. & Statii, *prodisse*. vera lectio. CIOFAN. Vetus codex, *prodigisse capillos*. NEAP. *Cultus & ornatos varie prodisse capillos* Ursin. alii quidam,

Cultus & ornatus variis prodisse capillis.

at Mazar. Zulich. Nauger. prim. Ambr. & alii nonnulli, *ornatis varie prodisse capillis*. recte. nisi mavis, *ornato capillo*. pro *prodisse* male quidam, *sudisse*, aut *posuisse*. Saepius enim in publicum prodire suspectum in foemina, quod & *procedere* dicebant. Propert. lib. I. El. II.

Quid juvat ornato procedere, vita, capillo?

Tibullus lib. IV. II. 11.

Urit, si Tyria voluit procedere palla.

Nostri Art. Am. III. 131.

Nec prodite gravis insuto vestibus auro.

Idem Propertius libro II Eleg. XXV.

Vidistis quandam Argiva prodire figura.

Tibullus libro I. Eleg. IX.

—— *auroque lacertos*
Vinciat, & Tyrio prodeat apta sinu.

HEINS.

310. *Ad rigidos linguaque prompta senes.*] Duo Vatic. Urs. Fratris & Statii, *promptaque lingua senes*. Verum lib. Urs. habet, *senes*. CIOFAN. *Ad rigidos senes* scribendum cum Petaviano, Mazar. Ursin. Laeti aliisque plurimis ac primis editionibus. *rigidi senes* bene. Sidon. Apol. Propempt. 97.

Cujus Cecropiae pares Minervae
Mores, & rigidi senes, & ipse
Quondam purpureus decor timebant.

promptae gens linguae Sil. XIV. 31. v. Herald. ad Arnob. pag. 109. *ad* pro apud. Trist. II. dealea:

Haec est ad nostros non leve crimen avos.

Pont. lib. I. Eleg. VI. ut scribendum puto,

Omnis an ad mazus culpa Deos scelus est?

P. Syrus,

Iratum ad virum cito moritur iracundia.

Idem:

Casta ad virum matrona parendo imperat.

Phaedrus libro III.

Pendere ad lanium quidam vidit simium,

ubi plura de Critillinus habet. etiam ad Pallium Tertulliani Salmasius pag. 214. & Serv. ad Virg. I. Æn.

28. Sequenti versu pro *recti* quidam ex melioribus, *veri*. pro *ridet* plerique, *risit*. HEINS.

311. *Mendacia risit.*] Sic omnes libri scripti. CIOFAN.

315. *Ter tollit ad aethera.*] *In aethera* multi veterum. & paulo ante, *ad agmina*, Ursin. & Patav. HEINS. *Procedit* etiam Farnes. ut & *haurit* duo.

318. *Fixit, & hos dixit.*] Amplectot scriptum, *Figit, & hos edit*. NEAP. *Et edit eos* prim. Ambros. quidam, *egit*. Helmaest. *reddit*. forte, *peragit sonos*, quomodo infra, *peragit preces*. lib. V. 680.

Et peragit solita fallere voce preces.

III. 26.

Et peragit tales arbore nixa sonos. HEINS.

319. *Fecunda.*] *Facunda* Petav. alter.

322. *Judice.*] *Indice* unus Heinsii.

323. *Tu nostrae pignora vitae Re dabis.*] Elegantet profecto & argute Gronovius Observat. secundae editionis lib. II. cap. 21. *nostrae vittae* corrigit; ut *vittam* posuerit Naso pro pudicitia. quomodo Arte Amatoria,

Este procul vittae tenues, insigne pudoris.

sed & *vita* defendi potest: ut in illo II Trist. 352.

Vita verecunda est, Musa jocosa mihi.

& in lib. I. Trist. VIII. 59.

Vita tamen tibi nota mea est. Scis artibus illis
Auctoris mores abstinuisse sui.

de Nuce,

Nux ego juncta viae cum sim sine crimine vitae.

HEINS. *Pignora curae* Vossian. *reddat* & *sequare* Vatican. & septem alii. *reddes* & *sequare* Ambros. & Polit.

326. *Mira sed in scenâ.*] *Sed & scena* meliores. & *loquar*, pro *loquor*. & mox, *in astra*, pro *ad astra*. opinor tamen à Nasonis manu esse, *sed & scenae testificata*. HEINS. *Sed ex* vel è *scena* alii quidam.

329. *Tiberina priores Atria dixerunt.*] Nemo ex

Nox aderat: querno religant à stipite funem:
Dantque levi somno corpora functa cibo.
Lux aderat: querno solvunt à stipite funem:
Ante tamen posito tura dedêre foco.
Ante coronatâ puppi sine labe juvencam
Mactarunt, operum conjugiique rudem:
Est locus, in Tiberin quâ lubricus influit Almo,
Et nomen magno perdit ab amne minor.
Illic purpureâ canus cum veste sacerdos
Almonis dominam sacraque lavit aquis.
Exululant comites, furiosaque tibia flatur;
Et feriunt molles taurea terga manus.

Clau-

antiqui scriptoribus, quod sciam, atriorum Tiberinorum meminit. Urfin. Lacti. Nauger. prim. Ambros. & sex alii, *Hostia*. de Tiberinis ostiis passim veteres. Marcianus Capella libro VI. *Umbri nostri, Latiumque atque Ostia Tiberina.* HEINS.

331. *Nox aderat.*] *Nox erat* Θ, & mox, *Lux erat* Θ quatuor libri. vid. ad II. Amor. VI. 45. BURM.

334. *Religant in stipite funem.*] Hoc veteres; & ex iis Attius Phoenissis, si bene memini, dixit, *stipare capulas.* NEAPOL. *A stipite* Acron. Vossian. Marcian. Zulichem. & quinque alii. ut apud Virgilium VII. 166.

Gemmatae ripae religerit ab aggere funem.

Noster lib. XIV. Met. 445.

Solvitur herboso religatus ab aggere funis.

HEINS. *Quernaque ligone* unus Patav.

337. *Ante coronarunt puppem.*] *Puppim* multi ex mediocribus. idem Ambros. *coronarum.* quinque alii, *coronatam.* Scribe,

Ante coronatâ puppi sine labe juvencam
Mactarunt.

HEINS. *Arte* volebat Fraccius.

337. *Almo.*] *Almon* sex veteres. vide notas libro II. 685. frequenti verbi, *ab amne*, plerique meliores; non, *in amne.* HEINS. Vid. inf. VI. 411. *quem infelix* Junius. *quo* Voss. in *Tiberi* septem.

338. *Ab amne.*] Fraccius maluerat, *in amne.*

339. *Purpurea canus cum veste sacerdos.*] Haud dubie hic ipse, qui mollis, proprio nomine Archigallus; ut quo testimonio in hoc sexo, CAIVS IVLIVS EVNVCHVS ARCHIGALLVS MATRIS DEVM MAGNAE IDAEAE ET ATTIS. Sed quare purpurea illi vestis in hoc sacrificio? an quia bacchantibus, quorum hic unus, adhibitum de πορφυρίδος ἐσθῆτι instrumentum? ut notissimum rei parvis: an quod mi Archigallo hujusmodi color in usu? ut Hierapoli observatum in sacrificiis Deae Syriae. Si conjecturae sedet, en testem Lucianum: Ἐσθῆτι δὲ κόσμου πᾶσιν ἑλληνὶ, καὶ πίλον ἐπὶ τῇ κεφαλῇ ἔχουσι· ἀφικομένῳ δὲ ἄλλος ἐκάστῳ ἐπιτίθησι ἕτερον· ἐπορφύρου δὴ μᾶλλον ἡ φορὰ, καὶ τιάρᾳ χρυσῇ κατεῖτο] ὅτι δὲ καὶ πολὺ ἀδρότερον ἦν, αὐλητῶν τι καὶ συριγκτῶν καὶ ψαλτῶν, καὶ γυναικὸς ἐπιφανοῦς τι καὶ θρασυδείλου. Reliquis ergo Gallis, ut vides, alba erat vestis, sed in eâ urbe: nam Pessinunte versicoloriam gestabant; ut de Battace illo Phryge, matris Idaeae sacerdote, testantur Excerpta Diodori Siculi ex lib. XXXVI. Eclogâ II. & Romae, praeter Archigallum, opinor, ejusdem Divae ministri, auctore Dionysio libro primo. NEAPOL. *Casum sacerdotis* Gottorp. & sex alii. vid. II. 26. & III. 417.

340. *Dominam sacraque lavit aquis.*] Domina & sacra nihil aliud quam parvus lapis, ut didicisti à Livio: & hunc facit Arnobius coloris furvi atque atri, angulis prominentibus inaequalem: unde magnes vere creditus. Prudentius Hymn. 2. Roman. Passion. ℣. 156.

Lapis nigellus evehendus effedo,
Mulicbris oris clausus argento sedet:
Quem dum ad lavacrum praecundo diuiit,
Pedes remotis attenuatos calceis,
Almonis usque forsenitis rivulum.

Cautum lotionis non video: scio quotannis posse repetitum; scio simile quid apud Argivos incitatum cum simulacro Minervae. Callimachi interpres in Hymnum, qui Λοῦτρα Παλλάδος inscribitur: Ἐδόκει εἶναι ἁγνὸν, ὃ τοῖς ἀρχαίοις ἀφιερῶσθαι τοῖς λεγομένοις γυμνάσιοις λαμβάνειν τὸ ἄγαλμα τῆς Ἀθηνᾶς, καὶ τὰ ἄλλα σκεύη, καὶ ἄγειν ἐπὶ τὸν Ἴλισσον, κρούειν αὐλητὴν. NEAPOL. Vid. Voss. de Idolol. II. 52. & 54.

341. *Exululant comites.*] In ululationibus hae voces illis frequentes, ἰὺ, ἰὺ, εὐοῖ, ἄττης ἄττης. NEAPOL.

342. *Taurea terga manus.*] De tympano Antipater:

Ἄδμη-

Claudia praecedit, laeto celeberrima vultu;
Credita vix tandem teste pudica Deâ.
Ipsa sedens plaustro portâ est invecta Capenâ:
Sparguntur junctae flore recente boves.
Natica accepit: templi tunc extitit auctor.
Augustus nunc est: ante Metellus erat.
Substitit hic Erato. mora fit, si cetera quaeram.
Dic, inquam, parvâ cur stipe quaerat opes?
Contulit aes populus; de quo delubra Metellus
Fecit, ait. dandae mos stipis inde manet.
Cur vicibus factis ineant convivia, quaero,
Tum magis, indictas concelebrentque dapes.

Quod

— Ἄδμη δ' ὅτε τύμπανα βάπτει
Ταυρείῃ κεινὸν εἴδατος ἔκτοθεν ἄλσος.

Attinum etiam ad tympanum excoriarunt Galli apud Phaedrum. NEAPOL.

343. *Praecedit.*] *Procedit* Sarrav.

346. *Junctae.*] *Junctis* Putean. *vinctae* duo. *vectae* tres. *rore* octo libri. vid. lib. V. 123.

347. *Natica accepit.*] Anno ab Urbe condita DXLIX. M. Cornelio Cethego & P. Sempronio Tuditano Coss. Livius lib. XXIX. ubi eadem fere, quae hic à Poëta nostro de Cybele referuntur, quamvis multo aridius & jejunius. legendus est & Valer. lib. II. cap. 15. CIOFAN. *Suscepit* Sarrav. Heinsius ex Val. Max. lib. VII. V. 2. malebat, *excepit.*

347. *Templi non perstitit auctor.*] Sic legitur in trib. Vatic. Maffei, Statii & Ursini. recte. CIOF. *Tunc exstitit* prim. Ambr. Lacti, Zulich. Erfurt. & tres alii. quod probo. Quanquam à M. Livio & C. Claudio censoribus primo structum, si Livio credimus. Falsum ergo non perstitisse auctorem templi. duo, *non extitit.* HEINS. Alii, *non praestitit, non substitit. nam praestitit.* &c. forte scripserit Naso, *Templi pater exstitit auctor.* ut haec Claudia fuerit filia C. Claudii Neronis Censoris, qui locavit aedem Matris Magnae in Palatio cum collega Livio. telle Livio lib. XXIX. 37. quod tamen affirmare non audeo. sed cogitandum amplius. BURM.

348. *Augustus nunc est.*] Hoc ipsemet mihi suggerit in suo monumento Ancyrano: AEDEM IVVENTATIS AEDEM MATRIS MAG DEIAE IN PALACIO FECI. NEAPOL.

348. *Ante Metellus erat.*] Sed hic & Augustus templi refectores. Primi ex S. C. crexere à fundamentis M. Livius & C. Claudius, Censores. Lege Patavinum lib. XXXVI. NEAP.

349. *Mora fit. si cetera quaero.*] Omnes libri templi hanc habent lectionem, vere, ut puto. CIOFAN. *Si cetera quaerar* Ursin. prim. Ambros. Mazar. Zulichem. Voss. & tres alii. bene. multi, *si quaero.* legebam olim, *dic cetera quaeso.* HEINS.

350. *Parva cur stipe.*] Hanc exiguam dixit in libris Ponticis:

Ante Deûm Matrem cornu tibicen adunco
Cum canit, exiguae quis stipis aera negat?

Hanc vicatim colligebant Phrygii generis vir & mulier per eos dies, quibus Diva per urbem ferebatur. Dionysius lib. II. Ἰφάτας ἦ αὐτὸς ἀνὴρ Φρυξ, καὶ γυνὴ Φρυγία· καὶ σβεσάμενοι πᾶν τὸ πῦρ ἐπὶ τῆς ἑστίας μετεπεμψάμενοι, ὅσπερ αὐτοῖς ἦθος, τοῦτο τὸ ἀξιοπιστότατον τῶν σκευῶν, καὶ κατασπείσαντες περὶ τὸ ἑστιατήριον τὸ μεγαρικὸν μέλι, καὶ τύμπανα κρούσαντες. Non audio codices, in quibus μητραγυρτοῦντες· nam erogatio illa semel annua fuit, non mensirua. Μητραγυρτεῖν, inquit Eustathius esse, τὸ μετὰ τυμπάνου καὶ τινῶν τοιούτων περιϊέναι, καὶ ἐπὶ τῇ μητρὶ ἀργύριον πράττειν. Inde Μητραγύρται, qui stipem cogebant Matri Deorum cum tabellâ, ut ait Conleus ἐν Ἱστίᾳ. His mendicantibus solitus olim dicere Antisthenes, Οὐ τρέφω τὴν μητέρα τῶν θεῶν, ἵνα οἱ θεοὶ τρέφωνται, teste Clemente Alexandrino in Protreptico. Observandum tamen, hujusmodi munus numquam ut civis Romanus exercerit Senatum permisisse. Auctor idem Dionysius: Ταῦτα δὲ τῷ ἀνδρείῳ ὅτι μητραγυρτῶν τις, ὅτι καταλήψεσθαι πορίσεται δῆθεν ἐκ πόλεως, ποιεῖσθαι εἰσδυνεῖ ἐστὶ, ἔστι ἐφιλάζω οἶδ' ὅτι τῶν Φρυγίων ἐχγιγενῶν, καὶ πάντα ἡ ἡδυπαθὴς βυθὸς. Extera haec & insana sacra recipit semper urbica gravitas. NEAPOL.

353. *Cur vicibus factis ineant convivia.*] Rationem paullo post reddit, quod ipsi Deae festum bene mutarit ex Phrygiâ in augustius domicilium: inde vicissim hoc tempore inibant Romani convivia, quod prisco verbo dictum *mutitare.* Unde quaestio illa apud A. Gellium lib. XVIII. cap. 2. *Quam ob causam Patritii Megalensibus mutitare soliti sint, plebs Cerealibus?* De hoc more lusuque audiendus Cicero in Catone Majore: *Primum sem-*

per

Quod bene mutarit sedem Berecynthia, dixit;
Captant mutatis sedibus omen idem.
Inficeram, quare primi Megalesia ludi
Urbe forent nostrâ: cum Dea (sensit enim:)
Illa Deos, inquit, peperit. cessere parenti:
Principiumque dati Mater honoris habet.
Cur igitur Gallos, qui se excidêre, vocamus?
Cum tanto Phrygiâ Gallica distet humus?
Inter, ait, viridem Cybelen altasque Celaenas,
Amnis it insanâ, nomine Gallus, aquâ.

Qui

per lubrici sodales. Sodalitates autem me Quaestore constituisse sunt fastis Idaeis Magnae Matris acceptis: epulabar igitur cum sodalibus omnino modice. Sacra accipere, & μυεῖσθαι, idem, sive ἐπόπτεύειν: licet distinguat veras interpres Aristophanis in Ranis: Οἱ μὲν τὰ μικρὰ δᾳδουχοῦντες, μύειν καλοῦσιν· οἱ δὲ δᾳδουχοῦντες αὖτε, τῷ ὄντι σύνεσθ' ἑορτῇ τὴν γυναῖκα δὴ τοιοῦτον. Neapol. *Inesse convivia quaedam, & concelebrent* sequenti versu veteres plerique. Sed & illud *Tum magis* habui aliquando mendosum. Nec dubitabam sub iis verbis nomen aliquod latere peculiare, quo ejusmodi convivia sedis Megalensibus institutis designarentur. Gellius autem nos docet lib. II. cap. 24. & lib. XVIII. cap. 2. *Mutitare* sive *mutuitare* (nam de lectione non satis constat) dixisse veteres, pro convivia inire Megalensibus. atque huc alludere Ovidium ex sequenti versu colligebam. *mutuitare* autem veram esse lectionem apud Gellium opinor, quam & codex scriptus optimae notae confirmat. *ut mutuitare* sit dictum pro *mutuare*. unde *mutuiter* pro *mutuo* apud Varronem tefte Nonio. Quare & *mutuita* nunc convivia arbitrabar fuisse dicta. ac proinde in Nostro scribendum (nam libri meliores, *Tum magis*)

Cur vicibus factis insunt convivia, quaeso,
Mutuita, indictas concelebrantque dapes?

pro *vicibus factis* etiam *pactis* legendum rebar. ceterum patriciorum fuisse Megalensibus mutuitare, plebis Cerealibus, idem Gellius docet lib. XVIII. cap. 2. quo respexit haud dubie Juvenalis Sat. VI. *Vl. Sq.* cum *à plebeiis longa Megalesia* dixit, quod patriciorum solum esset, quod interpretes non percepere. Heins. *Coeant convivia* unus. quod dictum esset, ut *coire societatem*, Cicero & alii dixerunt. *vicibus* aliquid *facere* recte dici ad lib. I. Met. 624. ostendimus. Jac. Gron. ad Gell. II. 24. accibe satis in Heinsium invehitur, quod formare fuisset novam vocem *mutuitus*, cujus nulla est auctoritas. fatemur equidem vulgatam lectionem sacra bene se habere. *tum magis* enim est, eo ritu potius quam alio tempore. sed dubitanter admodum Heinsius suspicionem suam proponit, nec cuiquam obtrudere invito vocem novam voluit. Burm.

354. *Indictas.*] Propriè de non vocatis, sed qui sponte veniunt ad epulas. Suet. Neron. 27. *Iudicabat & familiaribus coenas.* ita & Vitell. 13. Male interpretes à sacerdotibus indictas capiunt. *invictas* in Mazar. male. *cur celebrentque* Sarrav. Burm.

359. *Illa Deos.*] En causam. Nead.

361. *Qui se excidêre, vocamus.*] A Gallo, Phrygiae flumine: auctor Stephanus, & Herodianus libro primo: Ἐν δὲ τῷ περιεχομένῳ Πεσσινοῦντι, πάλαι μὲν φρύγες ᾠκίζοντο ἐπὶ τῷ ποταμῷ Γάλλῳ παρεδρεύοντι, ἀφ' οὗ τὴν ἐπωνυμίαν φέρουσιν οἱ τῆς θεοῦ τοιαῦτα ἱερωμένοι. Hos vere domo Gallos credidit Hieronymus, quos, in poenam ab illis olim expugnatae urbis, Romani evitarent. Verba sunt in cap. IV. Oseae, sed hallucinatur. Neap.

362. *Cum tantum à Phrygiâ Gallica distet humus.*] *Cum tanto* Ursin. Petav. & alius. In Mazar. Voss. Arond. duobus aliis τὸ à non apparet. alter Puteaneus, *Gallia humus.* sic *Gallus vindicere* apud Salustium pro *Gallicus*, tefte Nonio. *Gallia terra* apud A. Gellium libro II. cap. 22. lib. III. cap. 10. *terra Graecia* apud eundem frequenter. *terra Italia. Umbria terra* lib. III. cap. II. *terra Sicilia* lib. III. cap. 7. *terra India* libro IX. cap. 4. *terra Africa Hispaniaque* libro X. cap. 27. *terra Baetica* lib. XII. cap. 5. *terra Asia* libro XIX. cap. 9. Heins.

362. *Gallica.*] Hinc puto liquere, cura Propertio lib. II. x. 47. dicatur:

Si tam longaevae minuissent fata senectae,
Gallicus Iliacis miles in aggeribus.

quod tentopere & Muretum & alios interpretes exercitos habuit. Douza. Vid. ibi Broukhusii notas.

363. *Altaque Celaenas.*] Et mons & urbs vetus in eodem sita est hujus nominis. Strabo lib. XII. de Maeandro: Ῥεῖσι δὲ ἀπὸ Κελαινῶν λόφου τινὸς, ἐν ᾧ πόλις ἦν ὑπόκωμος τῷ λόφῳ. Dixi verum; nam desiit, circaque in Apamaeam novam urbem translati, haud procul à veteribus Celaenis: cujus migrationis auctor olim fuit Antiochus Soter. Neapol.

364. *Amnis*

Qui bibit inde, furit. procul hinc discedite, quis est
Cura bonae mentis. qui bibit inde, furit.
Non pudet herbosum, dixi, posuisse moretum
In Dominae mensis? an sua causa subest?
Lacte mero veteres usi memorantur & herbis;
Sponte suâ si quas terra ferebat, ait.
Candidus elisae miscetur caseus herbae;
Cognoscat priscos ut Dea prisca cibos.
Postera cum coelo motis Pallantias astris
Fulserit; & niveos Luna levarit equos;

Qui

364. *Amnis it insanâ, nomine Gallus, aqua: Qui bibit inde, furit.*] Vibius Sequester de Fluminibus: *Gallus in Phrygia, unde qui bibit, insanit more fanatico.* Cicofan. Callimachum hic secutus Naso, quod ex Plinio discimus libro XXXI. cap. 2. Naturalis Historiae: *Idem in Syriae flumine juxta Taurum montem auctor est M. Varro: & in Phrygiae Gallo flumine Callimachus. Sed ibi in potando necessarius modus, ne lymphatos agat.* Plane idem Stephanus Byzantius de nomine Gallorum prodit: Καὶ τὸν μὲν Γάλλον ἐλθεῖν ἐπὶ τὸν Τυρίαν ποταμὸν, καὶ πιόντας, ἐξ τὸν ποταμὸν Γάλλον καλέσαι· ἀπὸ οὗτος δὲ τοὺς τερατεύεσθαι τὰ περὶ Γάλλους καλεῖν. B. Hieronymus Commentario in Oseam cap. v. aliam causam profert hujus nominis, sed ridiculam omnino & indignam tanto viro, quasi Romani sacerdotes Idaeae matris castratos & effeminatos appellent Gallos in contumeliam Gallorum Senonum, qui Romam olim expugnavere. Galli cognomentum Ptolemaeo Philopatori fuit inditum, eo quod stigmatis in formam foliorum haederae ad exemplum Gallorum Dionysiacis minoribus inureretur, ut testis est auctor Etymologici. Heins. *Amnis it in Scythicas, nomine Gallus, aquas* Putean. & Excerpta Douzae.

367. *Herbosum moretum.*] Graeci vocant μυττωτὸν. Callimachi fragmentum: Ἦν ἐτρίβαντο μυττωτὸν. quod ita supplet Josephus Scaliger in Notis ad appendicem Maronis:

Τοῖς χθὲς ἐγκάπτειν, ἣν ἐτρίβαντο μυττωτὸν.

Omne trium fere *moretum* dixere veteres. Glossae, *moretum*, τρίμμα, quod ἀπὸ τοῦ τρίβειν, id est conterere. Aliae, *intritum*, ἔμβροχή, quod ἀπὸ τοῦ βρέχειν, id est madefacere. Hoc Glossarium novit sagacem Criticum, ut putaret falso Donatum verus illud Comici, *Tu te hoc intrivisti, tibi omne exedendum est*, de moreto exaudire; cum omne intritum sit ἔμβροχή· qui cibus panis est, ut ille suspicatur, intritus & fractus in aquam, aut pulcam, aut vinum. Sed quae potior ratio suadet, ut ἔμβροχή sit similis cibus; intritum verò, non moretum? certe nulla; imo ἔμβροχον, & moretum, & intritum unius facio significatus: nam cum moretum exprimere vellet Hesychius, vocabi intritum usus, eâque Latinâ, quae sonat Graece τρίμμα, primis Glossis, *moretum.* Ἔντριτον, scripsit, τὸ Δωριεῖον ἔμβριμμα, ἢ Γαλάται ἔμβροκτον φασίν. Sed quod Galatis ἔμβροκτον, Graecis ἔμβροχή· quae vox pure respondet Latinis *perfusio*, haec in moreto conficiendo necessaria. Erat enim ex oleo & aceto, quod in allia, apium, rutam, coriandrum, bulbum & caseum infundebatur. Sic componitur in carmine scriptoris anonymi, quod *Moretum* inscribitur. Neapol. *Herbosum* Excerpta Douzae & Puteaneus. *nam pudet* Vatican.

368. *Causa subest.*] Vid. Casaub. ad Ciceron. I. ad Att. 10. *cura subest* Voss. & quatuor alii. *cura jubet* Ambrof. Laeti.

369. *Lacte mero.*] *Noco* Moreti unus & Junian. ut Virg. Ecl. II. 22.

Lac mihi non aestate novum, non frigore defit.

deinde, *usi memorantur*, meliores, non *narrantur.* Heins. *Et herba* Vossian. & alius: & mox, *terra ferebat opes* Petav. alter & septem alii.

371. *Elisae miscetur caseus herbae.*] Imo, *elisae*, cum prim. Ambrof. Petav. Zubch. Maz. aliisque multis, atque ita in Apophoretis Adrianus Behotius lib. I. cap. 2. Pistillo herbas elisas ac contritas designat. de quibus videndus auctor Moreti, ubi inter alia,

Dextera pistillo primum fragrantia mollit
Allia; tum pariter mixto terunt omnia succo.

Varro lib. I. de R. R. cap. 47. *Ita summa intelligenda binis tabellis dextra & sinistra deligatis, barbasque elidendae, & dum teneras sunt vellendae.* reddendum id verbum quoque Horatio opinor lib. III. Od. XXVI.

Quid mori cessas? potes hoc ab orno
Pendulum zona bene te secuta
laedere collum.

ubi nunc *laedere collum* circumfertur. Naso Met. XIV. 738.

Atque omni infelix elisa fauce pependit.

Lucanus libro II. 154.

Ille laqueo fauces elisaque guttura fregit.

Heins.

Qui dicet, Quondam sacrata est colle Quirini
Hac Fortuna die Publica; verus erit.
Tertia lux (memini) Ludis erat. at mihi quidam
Spectanti senior, contiguusque loco,
Haec, ait, illa dies, Libycis quâ Caesar in oris
Perfida magnanimi contudit arma Jubae.
Dux mihi Caesar erat, sub quo meruisse Tribunus
Glorior. officio praefuit ille meo.
Hanc ego militiâ sedem, tu pace parasti,
Inter bis quinos usus honore Viros.

Plu-

372. *Cognoscat.*] *Agnoscat* Francof. Mazar. & alii.

373. *Primos cibos.*] Coeus cenè ex antiquissimâ est. Vide quae quotannis Athenienses exhibebant Diis cuncta in Pyraeneis, ut referarent prisci victus memoriam. Athenaeus lib. IV. Ὁ δ' αὐτὸς καὶ ἐν τοῖς Συμβόλοις τῶν Ἑορτῶν πυνθάνεται, τοὺς Ἀθηναίους ἄχρι τῶν Διονυσίων, ἐν Πυραναῖς ἄρτον σχηματίζοντας, ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον αὐτῶν ἦθος ἀναφέρειν, καὶ τὸ τραγικὸν αὐτοῖς τοῦτο, καὶ Θέρους, ἀμητοῦ τε ὥρας, καὶ τρυγητοῦ, ἀνάμνησιν τοῦ παλαιοῦ βίου ἄγοντας. Neapol. *Priscos* omnes, quos vid. vid. v. Met. 677.

374. *Lavit lecerit aquas.*] *Lavarit* sex scripti. quomodo Palleratius etiam ad Properium pag 192. sed inscitè; ut jam monui ad Claudianum II. in Lutrop. 137. *tollere* dixit lib. v. 160. de Aurorâ,

In matutinis lampada tollit equis.

Heins.

375. *Sacrata est colle.*] Sic censeo legendum. Non amplector editionem, in quâ, *sacrata in valle*. Neapol. *Valle* multi ex melioribus. Vetus Kalendarium, Fortvn. Pvblic. Pr. in Coll. Festus Rufus de Regionibus Urbis, *Aedes Fortunae Publicae in colle*. Ceterum opinor legendum, *colle Quirino*, ut Netam. XIV. 836.

——— *Incute pace, colle Quirino*
Qui vires.

ita enim meliores libri. Horat. lib. II. Ep. II.

——— *vobis hic in colle Quirino.*

Sic & in Epistolam Ibens. vetusta exemplaria apud eundem lib. I. Od. II. *populo Quirino*, apud Nostrum supra lib. II. & III. *colli Esquilino* & *Esquilias meas. Caprea palus, pauperalia Collatina, Carmenta porta*, & similia. apud Statium *Cacha tecta* Arbore laetiferâ; quamquam perperam *Cacha templa* hoc loc. Igitur ambigua significatione,

Jamque & bellizonae Jani nemus, atraque Caci
Rupes, Quiritalesque fuga suspensa per urces:
Caecina tecta subit, ibi deorum visa labore,
Fossa cruce, qui nunc placidi Meliboeris oberta
Stant sine scandis aedes, fluidos colligit amnibus
Arctinis, & nivoso potuit se margine ripae.

Heins. *Valle Quirini* Mazar. Moreti & octo alii.

376. *Hac Fortuna die Publica.*] Verum fatet, candide Lector, à nemine hic locus intellectus. Duo sunt templa in Fastis Ovidianis Fortunae Publicae dedicata, unum hic Nonis Aprilis, alterum VIII. Kalendas Junias. Unum vero Romae fuit à Latinis Graecisque (Τύχῃ δημοσίᾳ vel nuncuparunt) sic dictum in monte Quirinali. Merito ergo arguntur multa interpretes, sed nemo sane eorum sanae mentis. Legi & relegi Annales, nihil ad locem repperi, cum ecce obvium mihi venit fragmentum Kalendarii antiqui inscriptionum veterum pag. CXXXV. in quo, post notas illas, Q. R. C. F. id est, *Quando Rex comitiavit fas*, qui dies est IX. Kalendas Junias, statim sequebantur hae, FORTVN. PVBLIC. PR. IN COLL. hoc est, *Fortuna Publica primigenia in colle*. Sequitur ergo, quod versus mense Majo loquatur de Fortunâ Primigeniâ; quae etiam, ut vides, *Publica* dicta; mense verò Aprili de eâ, quae tantum *Publica* cognominata. utraque templum habuit in colle Quirinali. Mecum Historici & dominae Urbis Topographi. Neapol. Vid. lib. v. 729.

377. *Tertia lux, memini.*] Hoc est, tertiâ post Nonas, quae VI. Idus Aprilis, ludi fiebant: idque etiam monet vetus Kalendarium. Dubitas, an nos fecerint Romani in Julianae victoriae acviternam memoriam, sitque ludus aliquis continuatus ex tot, quos tunc edidit famosus ille Princeps. Singularia de illis multa leges apud Plutarchum, Dionem, Appianum, Patriculum. Neap.

377. *Ludis erat.*] In nonnullis, *erat*. Naugerianus. *Erat* Urbin. prim. Ambros. multique alii. unus, *est*. Mazar. & Zulich. ac octo aut novem praeterea, *Tertia lux, memini, ludis erat. at mihi quidam*, optime. quomodo & Gruterus in schedis suis conjecerat. mox pro *contiguus* plerique veteres, *continuus*. Heins. Vid. ad IV. Met. 57.

377. *Hac*

Proxima victricem cum Romam inspexerit Eos,
Et dederit Phoebo stella fugata locum;
Circus erit pompâ celeber, numeroque Deorum:
Primaque ventosis palma petetur equis.
Hi Cereris Ludi: non est opus indice causâ.
Sponte Deae munus promeritumque patent.
Plura locuturi subito seducimur imbre.
Pendula coelestes Libra movebat aquas.
Ante tamen, quam summa dies spectacula sistat,
Ensifer Orion aequore mersus erit.

Mes-

377. *Hac mihi quidam.*] Malo, *quondam*, ut inch. MSS. Scribebat in exilio. Neap. *Quondam* sex scripti.

379. *Haec, ait, illa dies.*] Habes diem: annus vero fuit DCCVII. ab U. C. triumphus Caesaris IV. Neapol.

381. *Meruisse Tribunus.*] *Tribunal* Mar. Zulich. Voss. & tres alii. ut stipendium sit militare Tribunal. sed nil mutandum censeo. Heins.

382. *Glorior.*] *Gratulor* unus Moreti.

382. *Officiis praefuit.*] Scriptus, *officio*. Neapol. *Officiis* duo scripti.

384. *Inter bis quinos.*] Ergo juxta Tribunum sedit Ovidius; non quia ex equestri familiâ, ut censet magnus Lipsius in Amphitheatro, sed quia Decemvir. Hoc munus exercuit Nofter pauculos annos, opinor, antequam Urbe discederet: nec aliud occupasse legi, praeter Triumviratum juvenili aetate. Merula ex illis in Tristibus,

Nec male commissa est nobis fortuna rerum,
Utque decem dictes insidenda viris.

colligit, Nasonem tulisse etiam Centumviratus honorem. O ponem: imo ibi se clare Decemvirum testatur: nam ad hunc magistratum pertineat Centumviros congregare, ad judicia rerum peragenda: cui rei initium ex Augusti institutione. *Auctor enim fuit*, inquit Suetonius, *ut Centumvirale hastam, quam quaestura functi consuevarant ingere, Decemviri cogerent.* Neap.

385. *Subito subducimur imbre.*] Eodemmet die. Plinius lib. XVIII. cap. 26. *Caesari* VI. *Idus significatur imber Librae occasu.* Neap.

385. *Subducimur imbre.*] *Seducimur* Arond. & septem alii, cum Mazar. Zulich. & Erfurtano. hoc est, *separamur*. bene. quomodo Ep. XIX. 142.

Seduxit terras haec brevis unda duas.

mox *Ensifer Orion* melliores, pro *Ensifer*. quomodo etiam lib. II. Art. 55.

——— *comesque Bootae*
Ensifer Orion asperiendus erit.

Heins.

386. *Aquas.*] *Equas* duo.

387. *Ante tamen quam summa dies.*] Erit Orionis occasus heliacus. Sed heus quam mensis dices hanc ultimam spectaculorum? Kalendarium Constantini Magni ludos Magalesiacos terminat IV. Idus; nam III. Idus facit natalem Severi: vetus vero hunc etiam, qui mensis XI. notat his litteris, LVDI. Sequimur antiquius. Neap.

387. *Summa dies.*] *Fulva* unus.

389. *Proxima victricem.*] Pridie Idus Aprileis erant Cerealia: quae non ex Festis antiquis Urbis, si verus nummus Laurentii Medicei, in cujus orâ: MAMIVS AEDILIS CVRVLIS CEREALIA PRIMVS FECIT. Neapol.

391. *Pompa celeber.*] Expressim de hac Cereali M. Varro de R. R. *Nam modo unum illud jubatum est, quod ludis Circensibus novissimi curriculi finem facit quadrigis: sed ne illud quidem omnes vidimus, quod in Cereali pompâ solet esse primum.* Neap.

391. *Celeber.*] Ita legendum docet Prisc. lib. III. pag. 606. quare male quaedam editiones *celebris*, licet id in novem scriptis exstet, & ita veteres in masculino usos his adjectivis videtimus ad Petron. 123. Burm.

392. *Palma petetur equis.*] Ludi constabant ex pluribus equitum cursibus, teste Tacito. Prodigii loco olim habitum, pro hisce gladiatorios exhibitos. Vide Dionem lib. XLVII. anno DCCXII. Neapol.

394. *Hinc Cereris ludi.*] Hoc est à XII. mensis die incipiunt Cereales. Cave credas bono Mursio, qui primum dilucidum interpretatur de ludis Circensibus; ac si dicat hic Nofter, poft Circenses incipere Cereales. Sed ab homine nec Critico nec Grammatico exigimus. Neapol. *Hic* Urbin. & tres alii. Lege, *Hi Cereris ludi.* pro *indice causae* praestantiores omnes, *indice causa.* & bene. sic supra VI. 328.

Index laetitiae fertur ad astra soni.

& apud Lucretium lib. II. 1079. *Indicia monte* apud Livium lib. VII. 37. *Clamor omnium assensus index.*

8.

Messis erant primis virides mortalibus herbae;
Quas tellus nullo sollicitante dabat.
Et modo carpebant vivaci caespite gramen;
Nunc epulae tenerâ fronde cacumen erant.
Postmodo glans nata est. bene erat jam glande repertâ:
Duraque magnificas quercus habebat opes.
Prima Ceres homini ad meliora alimenta vocato
Mutavit glandes utiliore cibo.
Illa jugo tauros collum praebere coëgit:
Tum primum soles eruta vidit humus.
Æs erat in pretio: chalybeïa massa latebat.
Heu quam perpetuo debuit illa tegi!
Pace Ceres laeta est. at vos optate, coloni,
Perpetuam Pacem perpetuumque Ducem.

Farra

& lib. XXIII. 46. *Clamor favoris index.* lib. XXXVI. 22. *Clamor capti obsidi index.* Plinius lib. VIII. cap. 36. *Leonum animi index cauda, sicut & equorum aures.* Pont. IV. Eleg. XIII.

Unda salutaris, color hic tibi proximus index.

Met. IX. 535.

Esse quidem laesi poterat tibi pectoris index
Et color & macies.

Rutilius Itinerario,

Nec locus ille mihi cognoscitur indice fumo.

Et mox:

Index feminei porta vetusta soli.

Avienus Phaenom.

—— *vero sollers mox indice discat.*

&c &

Index cura Deum

Statio Epicedio in Patrem. HEINS.

394. *Promeritumque.*] Vid. Gifan. Indic. Lucret. in *promerita.*

395. *Paulo erant primis.*] *Messis erat* Zulich. & Mazar. a manu prima. Patavinus quoque unus inelitorum notae & Francof. *Messis erant* probe. messem pro pane ponit. superiori versu, *patent*, pro *pomo*, unus Medicaeus. & id placet. HEINS. *Paulo erat primus* Voss. Burmenf. & alius.

397. *Vivax e caespite gramen.*] *Vivaci caespite* Urfin. Nauger. & alii nonnulli. *vivo de caespite* Bononienfis. HEINS. *Vivax* ex duo. *vivax de* octodecim. *vivax* in duo.

398. *Erant.*] *Erat* Sarravian. & plurimi alii.

399. *Postmodo glans nata est.*] Vide, fodes, elegans Epigramma Zonae, in Graecis. NEAP. *Orta est* quatuor libri. HEINS.

399. *Bene erat.*] Vide Cafaub. ad Perf. IV. 29. & comment. ad Petron. XXXIV. & LXV.

400. *Duraque.*] Unus codex, *puraque. magnificas* maluit olim Heinfius. fed quia *bene esse* delauto convivio dicitur, retineo hic vulgatam.

401. *Prima Ceres homine ad meliora alimenta vocato.*] Verfus paulo durior. *homini* Mazar. Zulichem. Voss. prim. Ambrof. & tres alii. *vò alimenta* abeft à tribus. Forte,

Prima Ceres hominum victu ad meliora vocato.

HEINS. *Pabula prima Ceres homine ad molliora vocato* Bernenf. *hominem ad meliora vocavit* duo. *homini vocato* Voss. & Petav. *elementa* etiam duo.

403. *Illa jugo tauros.*] Callimachus polite in Hymno ad eamdem:

Κλῦθι, θεὰ πολύοννε, βοῶν ἐπιβήτορα ταῦρον
Κλῦθι, θεὰ πολύκαρπε, τὸ πρὶν ἱερὰ δρέπεσκε τριπλᾶ
Λευκῷον ἀπάλοψι, καὶ ὃν βίπε ἐκ πατέρων,
Ἀλλὰ Τριπτολέμῳ ἀγαθὸν ἐδίδασκε νέμειν.

NEAP. *Jugis* Petav.

404. *Soles.*] *Sulcos* Edit. prim. *dum primum* Mazarin.

405. *Æs.*] *Res* Voss. *in pretium* Vatic. & Petav.

405. *Chalybeïa jam massa latebat.*] *Chalybs jam* Petav. *chalybeia* Nauge.. bene. Sed nondum intactus eft locus. Urfin. Mazar. Zulich. unus Vatic. & unus Patav. *chalybeia massa latebat.* optime. quod alludunt prim. Ambrof. & Lacti, in quibus, *chalybeiaque massa latebat. latebat* etiam in Riccardiano aliisque nonnullis. HEINS. *Patebat* in uno erat codice.

406. *Heu heu perpetuo.*] Liber Urfini & optimus Vaticanus, *Eheu.* CROPAN. Alii, *flet*, vel, *Eheu.* At Lacti Codex, prim. Bonon. & tres alii, *Heu quam perpetuo.* ut in Amoribus,

Heu quam, quod studeas ponere, ferre grave est!

Trift. III. El. IV.

Heu quam vicina est ultima terra mihi!

HEINS.

407. *Et vos orate coloni Perpetuam pacem pacisque manete ducem.*] In nonnullis, *perpetuumque ducem.* NAUGER. *Optate* meliores. bene. deinde, *at vos*, Arondel. Voffii & tres alii. etiam rectius. Maz. Zulich. & multi alii, *perpetuumque ducem*, quod & in fuis invenerat Naugerius. lib. I. 289.

Jane, face, aeternos pacem pacisque sequestrem,
Neve finem praesta deserat auctor opus.

& eodem libro, 721.

Utque domus, quae praestat eam, cum Pace perennet,
Ad sua propensos vota rogate Deos.

& de Vesta lib. III. 427.

Quos sancta fovet ille manus bene vivitis ignes.
Vivite inextincti flammaque duxque, precor.

HEINS. *Pacisque manete ducem* Petav.

409. *Honorem.*] *In ore* Arund.

410. *Turea grana.*] *Tura ligata* unus Moreti. *Taurea dona* Mazar. mox, *sed si thura*, Edit. Neap. *At si* Farnel. *aberint* tres fcripti. deinde, *junctas accendite taedas*, quatuor. *accendite pinus*, Patavinus, cujus *taedas* eft gloffa, ut & *faces*, quod erat in tribus codicibus. ita inf. IV. 493.

Illic accendit geminas pro lampade pinus.

& ita *Pinea taeda* Epift. XII. 34. & fupr. II. 558. BURM.

412. *Parva bonae.*] *Pauca* Gottorp. *si modo casta* Ambrof. *dummodo casta* Patav. quae omnia haerent, quo fe trahantur.

412. *Sint modo casta.*] Plenus ex Ethnicis paribus gemmis Plato & Porphyrius. Vide illum in Alcibiade altero, hunc περὶ Ἀποχῆς ἐμψ. libro II. NEAP. Nam in ambarvalibus erat caftitatis obfervatio, telle Servio ad illud Virgil. Ecl. III. 77. *Cum faciam vitula pro fruge.* DOUZA.

413. *Cultros Removete.*] Antiquiffima lex fuit inter primaevos Italiae populos, quâ pari poenâ homicida & bovicida damnabatur: ratio apud Aelianum Ποικίλης lib. V. Inter leges, hic inquit, Athenienfium κεῖ νόμο ἦ λὸ φοναντόδημον παρ' αὐτοῖς· βοῦ ἀρότου γὰρ τοῦτο ζύγιον πονέσαντα οὐκ ἐρέτου, ἢ γὰρ τὸν τῆ ἀρωγῆ μοῖρ' τοῦτο ὄντα, ἢ γὰρ ἄτης ἐν τῆ γεωργίᾳ, ἢ τὸ ἀδέρκτοις καμάτοις κοινοῖς. NEAP. *Cultrum* quinque libri. *prohibete* etiam Gottorph.

414. *Ignavam sacrificate suem.*] Forfan ad illud Platonis Comici adluit ἐν ταῖς Ἑορταῖς τῷ δράκοντι quem dixiffe refert Clemens Alexandrinus Stromaton lib. VII. non oportere nos alium ex omni quadrupede occidere quam fullam: nam & caro habetur in gulae deliciis, & nihil ex porco redit praeter fetas, grunnitum & lutum. Unde & facete dicere folebat Æfopus, ideo maxime clamare fues cum trahuntur, quia ad nihil aliud utiles fe credunt quam ad facrificium. NEAP. *Ignavum* prim. Med. pr. Farnef. Gottorph. & multi alii. HEINS.

415. *Cervix non est.*] *Cervix, & non feriunda* quatuor.

418. *Plura recognoscens.*] Malim, *recognosces.* mox, pro *est possidet*, Zulich. & alter Ambrof. *ibi.* HEINS. *Recognoscens* Arondel. Francof. Polit. & feptem alii: non male. *recognoscas* etiam nonnulli. deinde, *multas Dea possidet urbes*, Petavii.

419. *Procurrit.*] *Descendit* Sarrav. & duo alii. *praecurrit* Moreti tertius.

420. *Loci.*] *Locus* Patavin. fed I. Pont. VIII. 12. *Positu vix adeunda loci. oppositus* Regius & quin-

Farra Deae micaeque licet salientis honorem
Detis, & in veteres turea grana focos.
Et, si tura aberunt, unctas accendite taedas.
Parva bonae Cereri, sint modo casta, placent.
A bove succincti cultros removete ministri.
Bos aret: ignavam sacrificate suem.
Apta jugo cervix non est ferienda securi.
Vivat, & in durâ saepe laboret humo.
Exigit ipse locus, raptus ut virginis edam.
Plura recognoscens: pauca docendus eris.
Terra tribus scopulis vastum procurrit in aequor
Trinacris; à positu nomen adepta loci.
Grata domus Cereri. multas ibi possidet urbes;
In quibus est culto fertilis Henna solo.

Fru-

Frigida coeleſtum matres Arethuſa vocarat.
Venerat ad ſacras & Dea flava dapes.
Filia, conſuetis ut erat comitata puellis,
Errabat nudo per ſua prata pede.
Valle ſub umbroſa locus eſt, adſpergine multâ
Uvidus ex alto deſilientis aquae.
Tot fuerant illic, quot habet natura, colores:
Pictaque diſſimili flore nitebat humus.

Quam

Quam ſimul adſpexit; Comites accedite, dixit;
Et mecum veſtros flore replete ſinus.
Praeda puellares animos proſectat inanis,
Et non ſentitur ſedulitate labor.
Haec implet lento calathos è vimine textos:
Haec gremium, laxos degravat illa ſinus.
Illa legit calthas: huic ſunt violaria curae:
Illa papavereas ſubſecat ungue comas.

Has,

ſunt alii. *aggeſti* Putean. *aggeſtis* quatuordecim. Bonn.

421. *Grata dearum Cereri.*] Imo non habuit Diva gentilitia, tum ob frumentationem, tum ob cornua. Diodorus lib. v. (ſi fides Siculo de laude Siculi. atque, Ediles eſt Hiſtoricus.) Καὶ ἡ ἁρπαγὴ ἐξ αὐτῆς τῆς Κόρης ὁ τοιοῦτος χῶρος ἐπόνυμος ἔσχε τῆς ἀρπαγῆς· καὶ γὰρ ἐκεῖ τὴν ἀνοδίαν ποιήσασθαι τὸν θεὸν ἱστοροῦσι, ὅθεν τὸ εὐσεβὲς μάλιστα παρ' αὐτοῖς τετίμηται. Ino & venerabile. Hinc carmen illud cujuſpiam Graeci vatis:

Δήμητερ πολύκαρπε σὺ τ' ὦ Σικελὴν ἐνάγουσα.

Exſtant adhuc, ut fallor, Ennae rudera templi veteris Cereri dicati, de quo Strabo lib. VI. ſed de illius religione mira Cicero Verrina IV. *Apud patres noſtros Attalo ac difficili Reipublicae tempore, cum, Tito Gracchi occiſo, magnorum periculorum metus ex eventis portenderetur, P. Mucio L. Calpurnio Conſulibus, editum eſt ad libros Sibyllinos; in quibus inventum eſt, Cereris antiquiſſimam placari oportere: tum ex ampliſſimo collegio Decemvirali ſacerdotes populi Romani, cum eſſet in Urbe noſtrâ Cereris pulcherrimum & magnificentiſſimum templum, tamen negant Ennam profecti ſint. Tanta enim erat ſanctitas & religio illius religionis, ut eam illinc trent, non ad eadem Cereris, ſed ad ipſam Cererem perferri videretur.* Paullo poſt ſubdit, fanum illud habuiſſe bina Cereris ſimulacra, unum marmoreum, alterum aereum modicum cum facibus, ſed excellens & perantiquum. Si templi auctorem quaeris, non dubio integrum: is Celon fuit Syracuſanus; ſed partem exſtruxit, non omne: obiit, nam hoc clari laverunt opus. Diodorus Siculus lib. XI. Ἀνὴρ γὰρ γέγονε βραβεῖος ὁ Γέλων, ὃς μὲν τὴν λαφύρων ἀναθέσεως τῶν ἐξαίρετος Δήμητρι καὶ Κόρῃ χρυσᾶ τρίποδα πεποίησε διὰ πολλῶν ἐκπαθῶν, εἰστήκει τε ἐν Δελφοῖς, ἀναθὲν χαριστήριον. Ἐπέδειξε δ' ἔργοις καὶ ἐν τῷ ἔτει κατασκευάσας τὸν ἐν Δήμητρι οἶκον ἐν Ἕννῃ, τόπος μὲν ἐστὶ τερπνότατος, ἐπιπολάζων τ' ἔχει τὸν ἐπιφανῆ. Quis ergo poſſit? verum tamen, ipſi ignoramus, forte apud ſe habuit Graecus veſtigium exſtat aliquod hujus rei. Neap.

422. *Calthe jube.*] Meo veteri ek, *alſo*. ex ſim, qui arduus & acclivis. Livius lib. XXIV. 37. *Enna in excelſo loco ac praerupto undique ſita, cui loci inexpugnabilis erat, tum praeſidium in arce validum habebat.* Strabo quoque lib. VI. Κειμένη δὲ λόφῳ, περιλαμπρῳ πλάτευτι ἱερατείας ἀρετίμως ἄγουσι. Sed ad quid teſtes? forte diruta. An non exſtant cineres? Ipſa urbs veterrima viſitur hodie à longe in edito colle, non deſerta, ſed dives gente, plerâque illuſtri. Neapol.

422. *Enna.*] Vere admonent hîc interpretes ſcribendum *Ennua* per duplex *nn*. Vide quae notavi in Metamorphoſ. & in libris de Ponto. Cofan. *Henna* meliores tam hic quam infra, de quo ad Claudianum Raptu Proſerpinae I. 122. & III. 72. Heins.

427. *Locus eſt.*] Vaſta illa ſpecus celebris hoc raptu apud veteres & ſoli fertilitate. Aſſcribam Ariſtotelis verba ex libro de Mirandis: Ἐν τῇ Σικελίας τῇ καλουμένῃ Ἔννῃ, σπήλαιόν τι λέγεται εἶναι, ἐξ οὗ ὁ κύκλῳ τόπος ἅπας ὑψοῦται. Φασὶ δέ τε καὶ ἄλλοι ἀκούειν πολλοί· καὶ πάσας ἄφης, πολὺ δὲ μάλιστα τῇ ἱστορουμένῃ ταῦ τόπου συμπεπλεῦσθ' ἃ τῶν συνεργῶν γυναῖκα ἁρπάσαι· ὅτι τὴν κωκυτὸν, ἣ πᾶσιν ἀκουστὸν ἐστὶ τὸ ὄρυγμα τῶν ἀφανῶν, ἐξαίνασθαι τὸν λογὸν ἰσχυόν· ἀφ' ἧς τόπος ἔστι τῶν ἀφανῶν ποιεῖσθ' τ' Πλούτωνα τ' Κόρη. Neapol.

428. *Humidus ex alto deſilientis aquae.*] In eodem Vaticano & in ore lib. Statii, *Uvidus ex alto*, &c. multo libentius ſequor. Cofan. In iſd. 688. *Aſſiduis uvida ſemper aquis.* ubi vide.

429. *Tot fuerant illic.*] Urſini liber, *florent*. quod placeret, niſi *flore* ſequeretur. Scribo, *Tot verunt illic*; & ſequenti verſu, *flore renidet humus*, pro *nitebat*. nam unus Patavinus melioris notae, *virebat*, alius, *virebat*. Exantum fuerat, *flore nitet*, aut *nitet*, pro *renidet*. & *verant*, pro *vernant*, *ſuperioni* verſu. hinc natus error. *vernae roſae* Pall. IV. 152. *vernantia lilia* Columella,

Cum Cereris proles veſtris intenta choreis
Aequoris illuviali vernantia lilia carpſit.

ſic Met. XV. 205.

——— *florumque coloribus almus*
Ridet ager.

ita enim vetuſti codices. ubi plura. appoſite Prudentius περὶ Στεφάν. Hymno S. S. Petri & Pauli Apoſtolorum,

Sic prata vernis floribus renident.

Apulejus Met. IV. *Inter varias herbulas & laetiſſima vireta fulgentium roſarum minius color renidebat.* ita ſcribendum. & eſt id verbi ſaepe in illo à librariis perperam mutatum. libro XI. *Arbores germine foliorum renidentes.* quod male mutavit Elmenhorſtius. Heins.

431. *Quam.*] *Quos* Putean. & Regius. *quas* Thuan. *quem* alius. *quae* Ambroſ. *quod* duo.

432. *Plenos flore referte ſinus.*] *Veſtros referte* multi ex ſcriptis. *veſtros replete* alii nonnulli. bene. Heins. *Ennaeo noſtros flore replete ſinus* unus.

433. *Animos oblectat inanis.*] Alii, *delectat*, ex inferioribus. Sed vere Petav. & Urſin. *prolectat*. quò ſpectant etiam primus Med. & Politiani Excerpta cum quatuor aliis, qui *projectat* agnoſcunt. Plautus Bacchidibus Act III. Sc. VI.

Etiamne ultro tuis me prolectas proboris.

Prudentius Amartig.

Aſt aliae, quas nullus amor prolectat edendi.

Auſonius Ep. XXV. *Filiunculi alienae prolectat ſudatio.* Cyprianus ſub finem Ep. I. *Prolectet aures relinquo mulcedo.* Apulejus Met. libro V. *Mox prolectante ſtudio pulcherrimae viſionis miratur ſingula.* & mox, *Et illae ſedatae lachrymae poſtliminio redeunt prolectante gaudio.* & IX. *Canorae etiam aviculae prolectante verno vapore concentus ſuaves adſonant.* & in Apologia, *Quod inſtitui pergam diſputare, nullum mihi cauſſam fuiſſe Pudentillam ad nuptias prolectandi.* Marcianus Capella libro VIII. *Tunc etiam nuptialis gratiae nomine prolectatus, innumeris teneri ſe infuſione prolnerat.* Uſus etiam eſt eo verbo Cicero, ut & Ammianus Marcellinus. ſic & *oblitare* Plautus dixit. & *allectare* Cicero Catone cap. XVI. *inlectare* Val. Flaccus libro IV. 383.

Haud procul inlectam Argum, laugueutia cantu
Lumina cantia notat.

ſic ſcribo, *inflectans* perperam vulgo. de Mercurio Argum cantibus demulcente eſt ſermo. hinc & *illex cantus. prolitere* reſtituimus apud Noſtrum libro II. Artis, *vſ.* 718. ubi adeantur notae. Heins.

434. *Et non ſentitur.*] Lamprid. Alex. Sever. *Laborem in victoria nemo ſenſit.* forte, *ſentitus*. Heins. Neſcio an *ſentitus* ſe tueri poſſit.

435. *Calathos è vimine textos.*] *Textos* Voſſ. primi. Ambroſ. Zulich. Mazar. Lacti, prim. Pancſ. & multi alii. quod ſequor. Claudianus lib. II. Rapt. 138.

——— *nunc vimine texto*
Ridentes calathos ſpoliis agreſtibus implet.

Martial. lib. IX. Ep. 74.

Clauſa mihi texto cum prandia vimine mittas.

Nemeſianus Eclog. II. de Luſcinia,

Quae licet interdum contexto vimine clauſa,

Virgil. IV. Georg. 34.

Seu lento fuerint alveraria vimine texta.

Statius Theb. I. 583.

Graminea dedit herba toros & vimina querno
Texta domus.

ſic paſſim veteres. Noſter lib. VI. 26.

Et paries lento vimine textus erat.

& II Met. 515.

——— *texta de vimine ciſta.*

Virgil. Eclog. II.

Viminibus mollique paras detexere junco.

Et I. Georg. 266.

Nunc facilis rubea texatur ſiſcina virga.

Et XI. Aeneid. 65.

Arbutais texunt virgis & vimine querno.

Senec. Epiſt. XC. *Quid ergo? non quamlibet virgeam cratem texuerunt manus.* Tibull. II. III. 15. *Dum ſiſcella levi dulcenta eſt vimine junci.* Hieron. ad Ruſticanum Monachum, *Vel piſcellum texe junco, aut caniſtrum textis plenum viminibus.* Caeſ. VI. de Bel. Gal. *Contexta viminibus membra.* platere tamen vimine dixit Saluſt. apud Non. in *Farina*. Heins. *Ex vimine factos* Bern.

436. *Laxos degravat.*] Sic optime liber ſcriptus; non, *laſſos*. Neapol.

Has, Hyacinthe, tenes: illas, Amarante, moraris:
Pars thyma, pars caſiam, pars meliloton amant.
Plurima lecta roſa eſt; & ſunt ſine nomine flores.
Ipſa crocos tenues liliaque alba legit.
Carpendi ſtudio paullatim longius itur:
Et dominam caſu nulla ſecuta comes.
Hanc videt, & viſam patruus velociter aufert;
Regnaque caeruleis in ſua portat equis.
Illa quidem clamabat, Iö, cariſſima mater,
Auferor. ipſa ſuos abſcideratque ſinus.
Panditur interea Diti via: jamque diurnum
Lumen inaſſueti vix patiuntur equi.
At chorus aequalis, cumulatis flore caniſtris,
Perſephone, clamant, ad tua dona veni.
Ut clamata ſilet, montes ululatibus implent;
Et feriunt moeſtae pectora nuda manus.

At-

437. *Illa legit calthas.*] *Caltham* Gloſſae exponunt ἐλίχρυσον. At Plinius hanc à buphthalmo, & bene, diſcriminat: nam licet ſint flores ferè colore ſimiles, non tamen iidem. Caltham ille facit violae marinae concolorem, ſed amplioribus foliis. *Sed ſativis*, inquit, *maxima auctoritas luteis. Genera iis Tuſculana, & quae marina appellatur, folio aliquanto latiore, ſed minus odorata: in rotum vero ſine odore minutoque folio calathiana, manus antemni, crocae veris. Proxima ei caltha eſt toxicoleri ampliudine: vincit numero foliorum marinam, quinque non excedentem.* NEAP.

439. *Amarante.*] *Narciſſe* prim. Ambr. & Lacti.

440. *Pars thyma, pars rorem, pars meliloton amant.*] *Pars caſiam* bene optimus Urſini liber & Nougerianus. tres alii, *parique roſa.* multi, *pars rores.* Strozae codex, *pars crocum.* alius, *pars viola.* conjunxit in Georgicis thymum & caſiam quoque Virgilius,

ipſe thymum caſiamque miniſtrat.

in Bucolicis idem,

Tum caſia atque aliis intexens ſuavibus herbis,

in Cir,

Narciſſum caſiamque herbas incendit olentes.

quibus locis herba *caſia* deſignatur, quam multi cum caſſa Arabiae fruticc confundunt. cum errorem & Servius ad Maronem non ſemel erravit. HEINS.

441. *Sunt & ſine nomine flores.*] *Et ſunt* ſcripti plerique. Pato ſcribendum:

Plurima ſicla roſa eſt, ſicti ſine nomine flores.

id *ſicti* excidere negligentiâ librariorum, quia *ſicla* praeceſſerat. HEINS.

442. *Liliaque alba legit.*] Claudianus in Raptu de eâdem:

—— *Et aut violas aut candida lilia carpit.*

NEAPOL.

447. *Iö, cariſſima mater.*] *Iö, comitesque parentis* Moreti ſecundus. *clamat, jam jam e.* tertius. *clamat Io, Iö, i. m.* Voſſianus.

448. *Abſcideratque ſinus.*] *Exſcideratque* multi veterum. Virgil. lib. v. 685.

Tum pius Aeneas humeris exſcindere veſtis,
Auxilioque vocare deos.

ita vetuſtiſſimus Mediceus. *diſcindere* dixit Silius Italicus libro XVI.

Auratam medio diſcindit pectore veſtem.

& ſic Terentius in Adelphis, *Veſtem diſcidit? ut ſarciatur.* Apulejus lib. II. Met. *Calathis inſultare, capillos diſtrahere, veſtes diſcindere.* Maro Aeneid. XII.

Purpureos moritura manu diſcindit amictus.

HEINS. *Abſtuleratque* prim. Ambroſ.

449. *Nataque diurnum.*] Lege, *jamque*, cum uno meo. HEINS.

450. *Non patiuntur equi.*] Rectius vetus codex, *vix patiuntur.* NEAPOL.

451. *At chorus aequalis.*] Facit Proſerpinae comites ejusdem ferè aetatis. NEAPOL.

451. *Cumulatis flore caniſtris.*] Urſini: *cumulato flore miniſtrae.* Unus Vatic. *cumulats flore miniſtri.* alii ſeptem ejusdem Bibliothecae & Stati, *cumulatae flore miniſtrae.* magis placet. CROZ. Scribe cum meo libro, *cumulatae*; nec ſane ſpernendus alter, 'in quo, *cumulatis flore caniſtris.* NEAPOL. *Cumulatis caniſtris* primae editionis, codex

Attonita eſt plangore Ceres; modo venerat Hennam:
Nec mora, Me miſeram, filia, dixit, ubi es?
Mentis inops rapitur. quales audire ſolemus
Threïcias fuſis Maenadas ire comis.
Ut vitulo mugit ſua mater ab ubere rapto;
Et quaerit foetus per nemus omne ſuos;
Sic Dea: nec retinet gemitus, & concita curſu
Fertur; & è campis incipit, Henna, tuis.
Inde puellaris nacta eſt veſtigia plantae,
Et preſſam noto pondere vidit humum.
Forſitan illa dies errori ſumma fuiſſet,
Si non turbaſſent ſigna reperta ſues.
Jamque Leontinos Amenanaque flumina curſu
Praeterit, & ripas, herbifer Aci, tuas:
Praeterit & Cyanen, & fontem lenis Anapi;
Et te, vorticibus non adeunde Gela.

Li-

codex Naugerii & ex noſtris quatuor. bene. Corippus IV. 148.

Qualia foecundi convellant munera campi
Agricolae, cum prata virent, plenisque caniſtris
Lilia cana ferunt.

Columella libro X. ad Nymphas, ubi agit de floribus,

Hae facili preſſu teneras advertite plantas,
Tellurique comas ſacris aptate caniſtris.

ubi male *optate* circumfertur. Noſter lib. II.

Stat puer & manibus lata caniſtra tenet.

utitur eadem voce Met. II. & VIII. etiam Virgilius, Statius, alii. *calathos* vocavit ſupra, & lib. VI. ubi Flora,

Inque leves calathos munera noſtra ferunt.

apud Claudianum quoque in Epithalamio Pallādi:

—— *tum vere rubentes*
Deſuper invergunt calathos, largoque roſarum
Imbrex, & violas plenis ſpargere pharetris.

plenis caniſtris parum abeſt quin cenſeam ſcribendum. HEINS. *Cumulato flore miniſtras* octo libri.

452. *Ad tua dona veni.*] Venuſſe prim. Ambroſ. *ad tua vota.* hoc eſt, ad tua gaudia. ſequenti verſu lege cum melioribus, *Ut clamata ſilet.* vulgo *peperam, Et.* HEINS.

454. *Et feriunt nuda.*] Patet ultimae vocilae transpoſitio; legendum,

Et feriunt moeſtā pectora nuda manu.

NEAPOL. *Moeſtae* Urſin. Nauger. & unus Patav. ſed *moeſtae manus*, repetit hunc verſum Triſt. lib. I. Eleg. III. Vide Notas lib. II. ad Triſt. 100. ſupra 342.

Et feriunt molles taurea terga manus.

HEINS.

456. *Filia, dixit, ubi es?*] Meliores libri, *filia, clamat, ubi es?* NEAPOL. *Dixit* praeſtantiores. HEINS.

457. *Ut quas audire ſolemus.*] *Qualis audire* iidem, & *paſſis comis*, pro *fuſis*, ſequenti verſu. de quo ad lib. I. Triſt. 646. HEINS. Et ego hic *fuſis* praefero: id enim Maenadibus melius congruit. vid. VIII. Met. 107. *ſparſis* Farnef. BURM.

458. *Maenadas ire comis.*] Dionyſiacas illas: quibus nomen hoc ab inſaniâ. NEAP.

460. *Et quaerit foetus.*] *Quaeritur* unus Vatican. ut Rem. Am.

Et queritur vitulum mater abeſſe ſuum.

HEINS. Inf. 525. *Sic tibi, quam raptam queritis, ſit filia ſoſpes.*

461. *Sic Dea: nec retinet.*] Iidem, *Sic Dea: non retinet.* O quanto aptius! NEAPOL. *Non* etiam unus Heinſii.

461. *Curſu.*] *Currit* multi.

462. *E campis.*] *A campis* plurimi.

464. *Natas pondere.*] In antiquis plerumque; *noto pondere.* NEAPOL.

465. *Erroris ſumma fuiſſet.*] *Errori* elegantius Zulichemianus. Nauger. *errorum.* HEINS. *Ille dies* Farnef. ut *ſumma* ſit ſubſtantivum.

466. *Reperta.*] *Repente* Voſſ. prim. Ambroſ. & quinque alii.

467. *Anſenaque flumina curſu.*] In nonnullis rectius, *Amaſenaque flumina.* Amaſenus enim Siciliae fluvius: ut idem Ovidius XV. Metam. teſtatur his verſibus,

Liquerat Ortygien, Megareaque, Pantagienque,
Quàque Simetheas accipit aequor aquas,
Antraque Cyclopum, positis exusta caminis,
Quique locus curvae nomina falcis habet:
Himeraque, & Didymen, Acragantaque, Tauromenonque;
Sacrorumque Melan pascua lacta boum.
Hinc Camerinan adit, Thapsonque & Heloria tempe;
Quàque patet Zephyro semper apertus Eryx.
Jamque Peloriaden, Lilybeaque, jamque Pachynon
Lustrarat, terrae cornua trina suae.
Quacunque ingreditur, miseris loca cuncta querelis
Implet. ut amissum cum gemit ales Ityn.
Perque vices modo, Persephone, modo, Filia, clamat.
Clamat, & alternis nomen utrumque ciet.

Sed

Sed neque Persephone Cererem, neque filia matrem
Audit: & alternis nomen utrumque petit.
Unaque, pastorem vidisset an arva colentem,
Vox erat, Hac gressus siqua puella tulit?
Jam color unus inest rebus; tenebrisque teguntur
Omnia: jam vigiles conticuere canes.
Alta jacet vasti super ora Typhoëos Ætne,
Cujus anhelatis ignibus ardet humus.
Illic accendit geminas pro lampade pinus:
Hinc Cereris sacris nunc quoque taeda datur.
Est specus exesi structurâ pumicis asper;
Non homini regio, non adeunda ferae:
Quo simul ac venit, frenatos curribus angues
Jungit, & aequoreas sicca pererrat aquas.

Effu-

Haec non Sicaniae vetuerunt Anapidos arenae
Manat fluit: interdum suppressis fontibus aret.

NUGER. *Syracque Leontinos Anapisque flumina* ita a Poëtarum vulgo nunc legitur. Quaedam alia nomina reperiuntur & commenti sunt interpretes. In quinque Vatic. Statino & Urfin. est: *Anapusque*. in alio ex eadem bibliotheca omnium optimo, qui Angeli Colotii fuit, *Amenanque*, quae lectio superiore in lib. Urfin. notata est, quae ad genuinum proxime accedit. siquidem legendum est: *Amenanusque*. In iis, quos dixi, veteribus libris syllaba, an, quae in verbo, *Amena*, geminanda erat, a librariis omissa est. Est enim *Amenanus* fluvius in Sicilia per Catinam decurrens. Strabo lib. VI. Idque perspicue etiam apparet ex veteri Numismate, quod habet idem Urfinus. Cujus ex altera parte cum capite bovis hae litterae leguntur: AMENANOS. ex altero vero KATANAIΩN. Cael. *Amenanque pater*. Petav. *Amenaque Tyrrhen.* Naz. et multi alii. quidam, *Anteoque*, vel *Anapoque*, & multi. Sed *Amenanque* tam hic quam lib. XV. Met. 279 tenendum esse ex Strabone primus monuit Fulvius Ursinus, & post illum, in Sicilia, Philippus Cluverius. Ubino eam emendationem Gesnerus fidenter. Neque inter Maretus in editione sua reliquerat, adempto inferior Strabonis loco prim. Antiqui. *Amenanque*. Nihil etiam, *curfue*, quia *cursque*; nisi ante perscelli. Heins. Brodaeus in Opusc. Cynog. lib. III. pag. 163. dicit, *Nisi hoc Cisalpinae, Aetheriae flumina*. fuisse codicem habere; *Anapisque*, quod Marius tuetur. Sed Scrop. lib. I. Collect. cap. 3. *Amenanque* tuentur. *Acragasque* ille edidit, de quo Antonius Panormitanus nugas agit. Hunc locum hodie *Gualtelli* vocant &, per subterraneas vias lapsum, in ipsa urbe Catina exire. Sacet Petrus Carrera in Descript. Siciliae lib. I. cap. 16. Bonn.

469. *Fontes.*] *Fontem* ex duodecim scriptis Heinsius edidit. *Lenis Anapi* Voss. *Apani*. Mazar.

470. *Verticibus non adeunde Gela.*] A Verticibus nomen accepisse Gelam docet Bochartus Chanaan. lib. I. 29.

471. *Liquerat Ortygiam.*] Insulam prope Syracusas; ne dicam peninsulam: nam ponte fuit olim annexa magnae, mirae illi urbi. Vetus Magister ad Pindari Olymp. Odâ VI. Ὀρτυγία, νῆσος πρὸς Συρακούσαις ἐξηνωμένη τῇ πόλει. expressum de ponte Strabo lib. VI. Ἡ δὲ Ὀρτυγία συνάπτει γεφύρᾳ πρὸς τὸν ἤπειρον πέρατος ἔχει. At Thucydidis Scholiastes videtur adsignificare, spatium illud breve inter insulam & Syracusas aggere solidâque terrâ semel impletum ab insulae accolis: Τὸ πρῶτον, ait ille, οἱ Συρακόσιοι τὸ τοῦδε τοῦ μέσου μέρος, αὐθις ὃ μὲ χερσῶσ- αὐτὸ, συνέβαινεν αὐτὸ τῇ Σικελίᾳ ἐξῆς χωματῶσ-, κατέρρεον δὲ τὸ τῆς Σικελίας ἀπολειπόμενον ἢ ἡ Σικελία, Ἔξω νῆσος. Neapol. *Ortygian* meliores. sic & in Metamorphosi. Heins. *Ortygian* unus.

472. *Quaque Simethaeas.*] Catoni visum exuere, Berlmannus cum suâ illâ notâ, *Simaethi lassa*; cum Σιμαιθὶς sit flumen prope Catinam & Cyclopum scopulos: accolae dicunt, *la Jeretta*. Neapol. Vid. ad XIII. Met. 750. *Quaque Sim.* Douzae Exc. & Arund.

474. *Nomina falcis habet.*] Licet haec nolim, de Messanâ an Drepano intelligas: nam utraque habet à falce nomen, (Ζάγκλον hanc prisci ac Siculi vocarunt) ex chorographiâ tamen, & ex eo quod multo post nominet Erycem, ad cujus perbis situ civitas Drepanitana, Messanata praesul verbis describi non ambigo. Neap.

475. *Agrigentaque.*] Veteres, *Acracantaque*, aut *Acragantaque*. Lege, *Acragantaque*. ὁ Ἀκράγας Graecis. Latinis, *Agrigentum*. Gratius, *Cynegetic.*

Arduus inde Acragas ostentat maxima longo
Moenia.

ubi Mediceus veterrimus, *Agragans*. & sic plerique omnes, nisi quod in uno vetustissimo Vaticano, *Acragas*. *Acragantinus Empedocles* apud Lucretium lib. I. 717. Ἀκραγαντῖνος. nam *Agragantinus* tres vetustissimi codices; quos inspexi, non *Agrigentinus*. in Chronico etiam Eusebiano Hieronymi vetustissima exemplaria, *Phalaris apud Agragantinos tyrannidem exercet*. & sic apud Plinium lib. XXXV. cap. 15. etiam apud Silium scribunt antiqua exemplaria, in antiquis nummis ΑΚΡΑΓΑΝΤΟΣ, quales plurimos Philippus Pharuta exhibuit. tres tamen sunt sub titulo *di Drago fiume*, in quibus manifeste exaratum occurrit, ΑΓΡΑΓΑΣ. unus ΑΚΡΑΓΑΣ. pro *Tauromenonque* unus Patavinus, *Tauromenenque*. recte. atque ita apud veterem poëtam Graecum nescio quem legisse me sum certus. locus tamen nunc non succurrit. Ταυρομένιον Strabonis est. aliis Ταυρομένιον. apud Latinos nonnumquam effertur, *Taurominium*. Sic apud Juvenalem Sat. V. 94. in scriptis, quotquot vidi, omnibus, *Taurominitanas rupes*. *Melan* etiam pro *Melam* meliores paulo post, quomodo & *Camerinan* mox dicet. *Sacrorum* etiam *boum*, non *sacrarum*, aliquot scripti. *Camerina* autem Latinis, quae Graecis Κομαρῖνα. *Camerina* enim in optimis Virgilii, Naloris, Chronici Eusebiani exemplaribus constanter. Heins. *Sacratumque* Excerpt. Douzae Putean. & duo alii. vid. Pt. Flavium Conject. cap. 6.

477. *Thapsitaque.*] Scripta membrana, *Thapsinque*. Neap.

477. *Et Oloria Tempe.*] Legas cum Nostro, *Et Oloria Tempe*. Tres apud me veteres habent, *Heloria*. Et sane parum constantes scriptores antiqui in ortographiâ fluminis & urbis ejusdem nominis: Plinius: *Syracusae portus Naustathmus, flumen Elorum*. at Silius:

——— *Atque undae clamosus Helorus.*

Graeci: Ἕλωρος, πόλις Σικελίας, ἀπὸ Ἕλωρος τοῦ στρατοῦ. Neap. vid. Herm. Barb. ad Plin. III. 8.

478. *Quaque jacet Zephyro.*] *Patet* meliores. & recte. Rutilius Itinerario,

Inque omnes ventos littora nuda patent.

Rufus Festus Ora Maritimâ 198.

Poetanion autem est insula, ad Zephyrum jacet
Patulaque portus.

ubi male legitur, *ad se patulum latet*. Heins.

480. *Terrae cornua prima suae.*] Ingeniosissimo Jano Vlitio videbatur legendum, *cornua trina*, ut ad etymon Trinacriae alludat. nec dissentio. vid. notas ad Met. XIII. 𝔳. 724. Heins.

482. *Cum gemit.*] *Congemit* Ed. Neap. & ita Junii codex.

483. *Perque vices.*] *Vicem* Petav. & alius. *modo filia, mater* plurimi editi, sed contra Mss. fidem. & tamen non male convenit sequentibus. mox, *vocibus alternis nomen*, Putean. alter.

487. *Vinaque.*] Alii, *unaque*, ut ad vocem referatur. ut sit, una vox clamantis, sive pastorem vidisset, sive agricolam. fallitur enim hoc loco Marsus. Micyll. *Vina colentem* Marsus explicat vino indulgentem. *vinaque* est in uno tantum codice. *ut arva* Ambros. *in arva* tres. vid. ad lib. II. 394.

488. *Lassa.*] *Siqua* omnes fere scripti. recte. *si* pro an.

490. *Jam vigiles.*] *Pervigiles* Pembroc.

491. *Typhoëos Etnae.*] *Aetne* meliores. sic saepe alibi. Heins.

492. *Anhelatis.*] *Ab elatis* Cantabrig.

494. *Taeda datur.*] Ita propter supra vs. 411. dixit, *Undique accenditur taedis*. Nat. Comit. Bonn.

490. *Nox*

Effugit & Syrtes, & te, Zanclaea Charybdi;
Et vos, Nisaei, naufraga monstra, canes;
Hadriacumque patens late, bimaremque Corinthon.
Sic venit ad portus, Attica terra, tuos.
Hic primum sedit gelido moestissima saxo.
Illud Cecropidae nunc quoque triste vocant.
Sub Jove duravit multis immota diebus,
Et Lunae patiens, & pluvialis aquae.
Fors sua cuique loco est. quo nunc Cerealis Eleusin,
Dicitur hoc Celei rura fuisse senis.
Ille domum glandes excussaque mora rubetis
Portat, & arsuris arida ligna focis.
Filia parva duas redigebat rupe capellas;
Et tener in cunis filius aeger erat.

Ma-

Mater, ait virgo, (mota est Dea nomine matris)
Quid facis in solis incomitata jugis?
Restitit & senior, quamvis onus urguet: & orat
Tecta suae subeat quantulacumque casae.
Illa negat: (simularat anum, , mitràque capillos
Presserat) instanti talia dicta refert:
Sospes eas, semperque parens: mihi filia rapta est.
Heu melior quanto fors tua sorte meâ!
Dixit: &, ut lacrimae (neque enim lacrimare Deorum est)
Decidit in tepidos lucida gutta sinus.
Flent pariter, molles animi, virgoque senexque.
E quibus haec justi verba fuere senis:
Sic tibi, quam raptam quereris, sit filia sospes:
Surge: nec exiguae despice tecta casae.

Cui

496. Non homini facilis.] *Non homini regio* Ursin. Voss. prim. Ambros. Laeti, Mazar. Zulich. Kauger. & multi alii. Apulejus Met. IV. *At dum crebri regionis urgemur gravi tumultu, & instantis periculi metu terremur ad fugam.* Vulgata scriptura quomodo defendi possit vide Vossium de Constructione cap. 5. & sequenti versu meliores magna ex parte, *Quae simul advenit*, pro *simul ac venit.* tamen lib. II. 693.

Quae simul ac tetigit Saturnae stagna sororis.

HEINS.

498. Jecerit.] Meliores, *Jungit.* HEINS.

499. Effugit ad Syrtes.] *Et Syrtes* iidem. Lege etiam, *Charybdi*, ex uno Mediceo, pro *Charybdis.* HEINS.

500. Nisi canes.] Male alii, *Scyllaei*, & *Phorcidos* unus Ambros. de quo ad Sabini Epist. I. est dictum. pro *naufraga monstra* quidam, *turba*, ex melioribus. HEINS.

501. Patras.] *Petras* Sarrav.

502. Bimaremque Corinthon.] *Corinthon* alii. HEINS.

503. Moestissima saxo.] Clemens Alexandrinus in Protreptico: Καὶ ἔτι νῦν ἐπιδείξει λιτοτεχνῶν. An in petro, an in saxo sedent, dubii scriptores. NEAP.

504. Nunc quoque triste vocant.] Materná linguâ Ἀχέλαιον πέτραν. Aristophanis Scholiastes: Λέγει δὲ περὶ Ἀχελαίου πέτρα καλουμένη ἔξω τῶν Ἀθηνῶν, ἐπεὶ καθίσαι φασὶ Θησέα μέλλοντα καταβαίνειν εἰς ἅδου· ὅθεν καὶ Ὅμηρος τὴν πέτραν· ἢ ὅτι ἐκεῖ ἐκάθισεν ὁ Δημήτηρ κλαίουσα, ὅτων ἐζητεῖ τὴν Κόρην, & Meursius: Ἀχέλαιος πέτρα ἐν τῇ Ἀττικῇ, ἐφ' ἧς ἐκαθέζετο ἡ Δημήτηρ, ὅτε τὴν Κόρην ἐζήτει. Hoc fanum sunt prope puteum Καλλιχόρου dictum: ibi primum aliquid in honorem Cereris celebratum. Pausanias in Atticis: Φέρεται δὲ καὶ Καλλίχορον καλούμενον, ἔνθα πρῶτον Ἐλευσινίοις αἱ γυναῖκες χοροὺς ἔστησαν, καὶ ἔστιν ἐς τὸν ὕστερον. NEAPOL. Vid. Zenob. Adag. I. 7. & ibi Schottum.

505. Immota.] *Ignota* Regius.

507. Quae nunc Cerealis Eleusis Dicitur, hic Celei rura fuere senis.] *Eleusin* meliores. de quo ad Epist. IV. 67. deinde, *quo nunc*, Ursin. unus Patav. & tres alii. & sequenti versu *hoc* Ursin. & unus Patav. *haec fuisse.* alius, *hoc fuisse. hic fuisse* Helmaest. Lege, *quo nunc Cerealis Eleusin, Dicitur hoc Celei rura fuisse senis.* nempe loco. *Dicitur* pro dicuntur. sic A. Gell. XVII. 16. *Anates Punicis dicitur edendis vulgo venenis vicitare.* Plin. lib. VI. 5. *ita fertur a Medea pellicem crematam.* Commodianus in Institutionibus de Jove,

Dicitur & fulmen Cyclopas illi fecisse,

Fragmentum vetus de nominibus, quod Val. Maximo pittexitur. *Fertur enim Cajam Caecilium Terquinii Prisci uxorem optimam lanificam fuisse.* Hyginus de Limitibus agrorum: *Has terras ferunt inhabitare Indos atque alias gentes.* nec quicquam caussae erat, cur Rigaltius ex suis codicibus *ferunt* pro *fertur* reponeret. HEINS. Justinus XXII. 5. *Ut dicitur, eos solos mortalium esse, qui bella tractandi ad hostes.* vid. J. Gronov. ad Arrian. de Exped. Alex. I. I. qui & Graecos ita locutos docet. *Nunc nai Cerealis* Bern. *nam quae* Junian. *ubi nunc quinque.* BURM.

508. Haec Celei rura fuere senis.] Videtur significare, post Cereris adventum Eleusin conditam, & in loco ubi erant Celei rura. Quod imanis anachronismus: sive τὸν ἀκριβῆ χρόνον confessis in tempora Lynceï cum Eusebio, quod & indicat Tatianus Assyrius in Oratione contra Graecos: Κατὰ δὲ Ἄνυτον, ἢ Κόρης ἡ ἁρπαγὴ, ἐφ' ᾗ ὁ Ἐλευσὶν ἐτέθη ἱερὰς καὶ διὰ τοῦτο, καὶ ἡ Τελεσιδίκου γραφὴ· sive certius, ad Thesei saeculum: cum Ilcus in Attică condita CCCC. & aliquot annis antea ab Ogyge. Hunc facit urbis auctorem Africanus ἐκ τῆς Χρονογραφίας. verba sunt: Ἀνεφίκτου τις ὑπολογιζόμενος δύο ἢ τέσσαρας ἀμφιλαφίσας αὐτὸ ἔτη πρὸ ἀπάντων ᾠκίσεν] τοῦτον Δίφυρμα ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς δὲ Λιγύπλου ἀρχῆς Μωσῆς ἐξέβη Ἰσραήλ, ἔτος δὲ τῆς πανηγύρεως πεμπτὶς Ὀλυμπιάδος, ἐπὶ Ὠγύγου, ὃς ἦκτισεν Ἐλευσῖνα. Pausanias vero in Atticis hujus filium, nomine Eleusinem. Vide omnino locum. NEAPOL.

508. Celei senis.] Pauper, ut vides, Nostro fuit Celeus: sed alii scribunt, Eleusinis Regnum tenuisse. Apollodorus lib. III. Ἐρεχθεὺς δὲ δοκιμώτατος καὶ πλούτῳ καὶ τῷ αὐτῷ τιμηθεὶς ὑπ' Ἀθηνᾶς, Πανδίονα ἐποιήσατο· ὃς ἐβασίλευσε μὲν Δημήτερι δὲ Καλεῖ τὸν Ἐλευσῖνα ἐπέδειξεν. Διόνυσον δὲ ὑπεδέξατο. imo ut Deus ille &uxor ab Atheniensibus culti. Athenagoras in Legatione pro Christianis: Ἀλλ' Ἀθηναῖοι μὲν Κελεῖ καὶ Μετανείρᾳ ἐθύουσι θεάς. NEAPOL describit noster Celeum ut pauperem, quem alii Eleusinis regem faciunt; sed non tam magnifice de eo existimavit etiam Virgil. I. Georg. 165.

Virgea praeterea Celei vilisque supellex.

BURM.

509. Excussaque mora rubetis.] Mora etiam dicuntur, quae rubi ferunt. Hieronymus Paulino: *Amor pastor, & rusticus, & ruborum mora destringens.* & Phaniam Eretrium, Graecum auctorem, sic etiam appellasse comperi apud Athenaeum lib. II. NEAP. Senec. Hipp. 515.

Excussa silvis poma compescunt famem.

511. Rediebat monte capellas.] *Rupe* Ursin. & unus Patav. bene. sic Remed. Amor. 179.

Esse putant rupes praeruptaque saxa capellae.

Pont. lib. I. Eleg. IX.

Ipse ego pendentes (liceat modo) rupe capellas;
Ipse velim baculo pascere mixtus oves.

Virgil. Eclog. I.

Ite meae, felix quondam pecus, ite capellae.
Non ego vos posthac viridi projectus in antro
Dumosa pendere procul de rupe videbo.

Martial. lib. XIII. 100.

Pendentem summâ capream de rupe videbis,
Casuram speres, despicit illa canes.

Avienus Fab. XXVI.

Viderat excelsa pascentem rupe capellam,
Cominus ejurens cum leo ferrat iter.

HEINS. *Forte capellas* Junian. & Bernens.

514. In solis locis.] *Jugis* Voss. & novem aut decem alii. HEINS. *Non comitata* duo.

515. Perstitit & senior.] *Restitit* Zulich. Mazarin. Ambros. Arondel. & alii nonnulli. etiam rectius. sic & inf. VI. 606. HEINS. *Quamvis onus urgeat, orat* Junian. & Bern. deinde, *ut foveat,* unus. *qualiacumque* multi libri. sed III. Amor. ult. *Quantulacumque ostis, vos ego magna voco.* BURM.

517. Simularat anum.] Quo indice? nisi mitrâ: quae vetularum propria apud veteres Graecos & Latinos. NEAP. *Simulavit* Petav.

521. Neque enim lacrimare Deorum est.] Diana apud Euripidem ad Hippolytum:

Ὁρᾷς, ναί· θεῶν οὐ θέμις βαπτὸν δάκρυ.

NEAP. *Deorum* unus.

522. Lucida gutta.] *Lurida* prim. Ambros. *liquida* Medic. alius, *livida.* HEINS. *Trepidos* Arund. & quatuor. vid. III. Amor. VI. 68.

523. Flent pariter molles animi.] *Molles animi* rectius Zulich. prim. Ambros. Laeti & tres alii. sic, *Felices animi*, Fast. I. 297. *indociles animi* lib. II. HEINS.

Cui Dea, Duc, inquit: fcifti, quâ cogere poſſes.
Seque levat ſaxo, ſubſequiturque ſenem.
Dux comiti narrat, quam ſit ſibi filius aeger;
Nec capiat ſomnos, invigiletque malis.
Illa ſoporiferum, parvos initura penates,
Colligit agreſti lene papaver humo.
Dum legit; oblito fertur guſtaſſe palato,
Longamque imprudens exſoluiſſe famem.
Quae quia principio poſuit jejunia noctis;
Tempus habent Myſtae ſidera viſa cibi.
Limen ut intravit, luctûs videt omnia plena.
Jam ſpes in puero nulla ſalutis erat.
Matre ſalutatâ (mater Metanira vocatur)
Jungere dignata eſt os puerile ſuo.

Pal-

524. *Ipſi ſenis.*] *Ipſi* Zulich. prim. Ambroſ. & duo alii. ſed *ipſius ſenex* VIII. Met. 704. & Epiſt. x. 29. Heins. vid. inſt. Vſ. 950.

525. *Sic tibi, quam raptam quaeris.*] *Quaeritis* Zulichem. Maz. & multi alii. etiam probc. Heins.

527. *Cui Dea ſit inquit.*] Ita libri vulgati; at nonnulli, *Cui Dea, Duc, inquit.* Neap. *Duc, inquit* Urſin. Nanger. Voſſ. Arond. Mazar. Zulich. & quatuor alii. ſic Triſt. III. Eleg. 1. *Duc, age, tamquc ſequar.* Seneca Troad. 993.

Duc, duc, Ulyſſe. nil moror. dominum ſequar.

Statius Achilleid. I. 144.

——— *Duc, optima, quaeſo,*
Duc, genetrix, humilique Deos infringe precatu.

Quinct. IX. II. ex Controverſia quadam Senecae citat. *Duc, ſequor, accipe hanc ſenilem manum.* Heins.

528. *Segnis levat ſaxo.*] Surgit è triſti lapide. Qui ingeniali modus adhuc in laetiſſimo Italico. Heins. *Subſequiturque ducem* Stroz.

529. *Quod ſit ſibi ſitus.*] Legerem, *quam ſit ſibi filius*, ex optimâ editione. Neapol.

531. *Solitura.*] *Subitura* Vatic. & Patav. ut ſupra 516. I. Met. 121. V. Faſ. 505. ſed lib. VI. 603. *parvos initura penates*, eadem diverſitas III Met. 282. de libb. Burm.

532. *Fecit.*] *Fere* quindecim. ſed male. *Ienis* vocat *anilis* XV. Met. 358.

533. *Reſtituiſſe ſatendo.*] Nam vires reficere non poterunt, niſi Proſerpinâ inventâ. At guſtati papaveris hanc cauſam refutat Servius: *Cereale papaver; vel, quod eſt ejus, ſitus frumenti; vel, quo Ceres uſa eſt, ad mitigandum dolorem: (nam ob raptam Proſerpinam irata, guſtato eo, acta in ſopore, vel, quia Athenienſem Athenaeum docuit Ceres, & tranſiguratum in papaverem tutelae ſuae juſſerit reſervari; vel, quia panis aſpergatur.* Hi ſunt panes, qui Graecis dicti ſunt μακωνίδες. Neapol. *Et longam* Bonon. & Sarrav.

535. *Poſuit jejunia.*] Hinc in myſteriis Eleuſiniis illa: Ἐνήστευσα ἔπιον τὸ κυκεῶνα, ἔλαβον ἐκ κίστης de quibus Clemens in Protreptico. Neap.

536. *Tempus habent caenae ſidera viſa ſibi.*] Urſ. *Mixta ſidera viſa ſibi.* quo modo emendatum in lib. Statii. Duo Vatic. *Mixti ſidera &c.* Tres alii: *Menſae, &c.* rectius, ut mihi quidem videtur. quam lectionem uterque interpres agnoſcit. Cror. Eſt etiam vetus lectio, *Tempus habent caenae.* Neap. Non ero nunc multus in annotandis diverſis codicum ſcripturis. Optime Zulich. Mazar. Voſſius. Lacti & ſex alii,

Tempus habent myſtae ſidera viſa cibi.

multi alii, *miſtae ſibi.* proxime verum. Gentianam lectionem ex veſtigiis veterum librorum jam eſt odoratus doctiſſimus Gronovius Obſervat. lib. IV. cap. 15. Myſtae proprie ſacerdotes Cereris, aut Epoptae. ipſa ſacra μυστήρια per excellentiam dicta, aut ἐποπτικά. Noſter Epiſtola Phillidis, *Tardiſque myſtica ſacra Deae.* Statius Sylv. IV. ad Julium Venecratem,

Tuque Actaea Ceres, curſu cui ſemper anhelo
Votivam taciti quaſſamus lampada myſtae.

Attici myſtae apud Senecam in Tragoediis. Heins. *Viſa ſibi* nonnulli. Myſtae & Epoptae diverſi, vid. Caſaub. ad Athen. VI. 15.

539. *Mater Menalina.*] Scaliger *Melanira* legebat. Dan. Heins. *Menalina* legendum ex omnibus libris ſcriptis & cuſis. Athenagoras vero, ſi ante oculos ſupra citata, vocat Μετανείραν: non ſane aliter Apollodorus lib. primo Bibliothecis. Neap. *Menalia* Petav. & prim. Ambroſ. *Aelanira* Hel-

Pallor abit, ſubitaeque vigent in corpore vires.
Tantus coeleſti venit ab ore vigor.
Tota domus laeta eſt. hoc eſt, materque, paterque,
Nataque: tres illi tota fuere domus.
Mox epulas ponunt, liquefacta coagula lacte,
Pomaque, & in teneris aurea mella favis.
Abſtinet alma Ceres, ſomnique papavera cauſſas
Dat tibi cum tepido lacte bibenda, puer.
Noctis erat medium, placidique ſilentia ſomni;
Triptolemum gremio ſuſtulit illa ſuo:
Terque manu permulſit eum: tria carmina dixit;
Carmina mortali non referenda ſono.
Inque foco pueri corpus vivente favillâ
Obruit, humanum purget ut ignis onus.

Ex-

Helmaeſt. *Materna* Mazar. *Melanira* Urſin. & duo alii. Zulich. & unus Vatic. *Metania.* Scribe, *Metanira. Μετανείρα* eſt Nicandro in Theriacis ejusque Scholiaſtae, Nonno Dionyſ. lib. XXVII. & XLVII. cui ἀρχαῖη dicitur κατ' ἐξοχήν, ut & Nicandro. *Μετανείραν* vocat etiam Apollodorus libro primo bis, Ariſtides in Eleuſinia Oratione, Athenagoras Legatione pro Chriſtianis & Joannes Tzetzes in Heſiodum. *Μεγανείρα* Pauſaniae in Atticis & Scholiaſtae Nicandri Alexipharmacis mendoſe dicitur. Male etiam *Meganira* Diomedi Grammatico, niſi volumus veteres in hoc nomine proferendo ſibi haudquaquam conſtitiſſe. apud auctorem Argumentorum in Fabulas Naſonianae Met. lib. V. *Torrida ad caſam cujusdam anus nomine Miſma, aut ut alii volunt, Megnira, devenit.* Lege, *Metanirae,* Hephaeſtionis Scholiaſtes, de Cerere, Καὶ πλανωμένη παρέδυ τὴν οἰκίαν Κελεοῦ, ᾗ τῇ αὐτῆ ὀνόματι Μετανείρᾳ. Scribe, ᾗ τῇ αὐτῆ ὀνόματι Μετανείρᾳ. Hujus nominis ſcortum etiam nobile fuit Athenis, cujus meminit Athenaeus lib. III. & lib. XIII. non ſemel, à Lyſia atque Iſocrate amatum. niſi ut diverſae fuerint illae; ſic & cognomines. Hyginus in Mythologia *Cothoneam* facit Triptolemi matrem, Eleuſini regis uxorem. & Lactant. ad Stat. II. 382. Heins. Vid. ad Ovid. V. Met. 448.

540. *Tangere.*] *Jungere*, quod in editis plurimis & ſcriptis exſtat, magis placuit, quia ita ſaepe Noſter,

541. *Subitaque vident.*] Multo elegantior mihi videtur lectio Vaticani codicis,

Subitaque vigent in corpore vires.

Burm.

543. *Domus laeta eſt, hoc eſt.*] *Haec eſt* prima editio cum decem ſcriptis. forte *tota domus laeta eſt. domus eſt materque &c.* Heins.

545. *Lacte.*] *Lactis* Mazar. & tres alii.

546. *Et in teneris aurea mella favis.*] Sic eſt in libro Statii, Urſin. & quinque Vatic. In alio: *Et in teneris aurea mella favis.* Cloean. *Teneris favis* Urſin. Zulichem. & duo alii. Forte, *cereis favis*; de quo libro Metam. VII. 223. ubi ſimiliter, *Cretaea regentibus.* pro quo codices plerique *Cretis.* Heins. *In teneris aurea mella ſuis* multi editi & ſcripti.

547. *Abſtinet alma Ceres.*] Non ſequitur Noſter eorum ſententiam, qui ſcribunt, Deam hauſiſſe κυκεῶνα oblatum à Baubone poſt remiſſum paullulum dolorem ex riſu, quem Cereri excuſſit anus illa Eleuſinii pagi, oſtenſâ obſcoenâ corporis formâ. Neapol.

550. *Suſtulit illa ſuo.*] Apollodorus loco citato: *Celeò tum ex Metanirâ conjuge filius erat; hunc in ſinu ſuo abſumptum Ceres alebat: quem cum immortalem facere vellet, per noctes in igne depoſuebat infantem, ac cum in modum, quidquid in illo mortalitatis inerat, adimebat.* Bene Hercules ad Alcmenam matrem apud Senecam Tragicum:

Jam parce mater queſtibus, manus ſemel
Umbraſque vidi: quidquid in nobis tui
Mortale fuerat, ignis injectus tulit.

Neapol. Ex more & ſuperſtitione, qua recens natos crectos ſtatuebant in terra, ſignum vitalitatis futurae. Statius. *Tellure cadentem Excepi ſovique ſinu.* Douza. *Suſtinet* tres. puto Douzae animo obverſata illa Statii I. Theb. 61. *Si me de matre cadentem Foveriſti gremio.* Vid. ad Val. Flac. I. 355. Burm.

551. *Permulſit eum.*] *Permulſit. Adtactrix Lucetii. puerum terſit* Medic. *cuſſit* unus. *demulſit* Arond. & alius.

552. *Carmina mortali non referenda ſono.*] Totum hoc carmen uſurpavit Baſilius Zanclius poëta

Excutitur somno stulte pia mater: & amens,
Quid facis? exclamat: membraque ab igne rapit.
Cui Dea, Dum non es, dixit, scelerata fuisti:
Irrita materno sunt mea dona metu.
Iste quidem mortalis erit: sed primus arabit,
Et feret, & cultâ praemia tollet humo.
Dixit: & egrediens nubem trahit, inque dracones
Transit, & aligero tollitur axe Ceres.
Sunion expositum, Piraeaque tuta recessu
Linquit, & in dextrum quae jacet ora latus.
Hinc init Aegaeum, quo Cycladas adspicit omnes;
Iöniumque rapax, Icariumque legit.
Perque urbes Asiae longum petit Hellespontum:
Diversumque locis alta pererrat iter.
Nam modo turilegos Arabas, modo despicit Indos,
Hinc Libys, hinc Meroë, siccaque terra subest.
Nunc adit Hesperios, Rhenum, Rhodanumque, Padumque,
Teque future parens, Thybri, potentis aquae.

Quo

tis celebris; & politissimus Politianus imitatus est in pulcherrima elegia, qua Ovidii exsilium & mortem deflevit. sic enim eam terminavit:

Vos quoque Pierides vatis libasstis ademptо
Carmina, sed nostro non referenda sono.

CIOFAN.

554. *Humanum omne.*] An non rectius *opus*, ut in uno Heinsii codice erat: corpus enim humanum opus est, ut anima coelestis. pro *obruit* erat in Putean. *obstruit*. BURM.

555. *Stulte.*] *Subito* multi.

557. *Cui Dea, Dum non vis.*] Optimi libri plerumque, *Dura non es*. NEAPOL. *Dum non vis* multi. *non es*, *inquit* tres. *non vis*, *inquit* duo. mox, *sint mea* unus, *mea verba* alius.

559. *Mortalis.*] *Moriturus* editio Neap. & duo scripti.

559. *Sol primus arabit.*] Non desunt, qui Osyridi eam inventionem tribuant, qui Busyri; & his subscribit Hesychius: eruditè omnium Maro nomen hujus subticuit in principio Georgicon. NEAPOL.

561. *Inque dracones Transit.*] Forte, *inde dracones Scandit*. sic contra Art. Am. lib. III. 809.

——— *cygnis descendere tempus,*
Portarunt celso qui juga nostra Jovi.

mox, *alipedes axes*, meliores. HEINS. *Inde* erat in Putean. *aligero* Thuan.

563. *Expositum.*] Hic notat conspicuum, ut solent esse promontoria & montes in mare procurrentes. Heinsius credebat exprimere voluisse Nasonem Graeca vocem ὀδαξίλοφον ut Pindar. Olym. I. 178. vocat Cronium montem, & Pyth. IV. 130. Joicon. Mela lib. I. 6. *Numidia ad ripas exposita fluminis Ampsagae*, ubi est extensa, patens; quo sensu & hic procurrens promontorium in aequor dici posset, cui opponitur Piraeeum in recessu positum. ita *expositam in limine sacro* dixit Stat. II. 638. quae toto corpore prostrata jacebat humi. BURM.

563. *Piraeaque tuta recessu.*] Πειραιεύς, portus Atheniensium tutissimus, catenâ claudi solitus, & aliis accuratae custodiae generibus. Thucydides lib. II. Ὁ Κίμων καὶ οἱ Βοιωτάρχαι, καὶ οἱ ἄλλοι ἀρχοντες τῶν Πλαταιικῶν, ἀσχόλως ἐχόντων, ἐβούλοντο, διδάξαντων τῶν Μεγαρέων, δεκατεύσαντες ἐξ ἡμιόλου τῶν Ἀθηναίων. (διὸ καὶ ἀβουλίαν τοῦ πλοῦ) εἰκότως, διὰ τὸ ἐπιμεμῆσθαι πολὺ τῷ ναυτικῷ, & post pauca: Καὶ μετὰ τοῦτο φυλακὴν ἔσχε καὶ Πειραιεῖ μᾶλλον πολλῷ ἐπεμέλοντο, λιμέσιν τε κλῆσαι, καὶ τῇ ἄλλῃ ἐπιμελείᾳ. NEAPOL.

564. *In dextrum quae jacet ora latus.*] *Quae jacet ora* quidam, nonnulli, *quae jacet Ossa*. HEINS. *Quae latet* Pembroc. & Moretti. *quia latet* Morelli tert.

565. *Init.*] *Adit* Edit. Gryph. Neapol. & cum quibusdam scriptis aliae, sed sequitur 571. ubi alii *subit*. vide modo ℣. 531. *hinc legit* Vossian. ut supr. 289. BURM.

565. *Quo Cycladas adspicit omnes.*] Cyclades quare dictae sunt praeter alios docet Ammianus lib.

Quo feror? immensum est erratas dicere terras:
Praeteritus Cereri nullus in orbe locus.
Errat & in coelo: liquidique immunia ponti
Adloquitur gelido proxima signa polo.
Parrhasides stellae, (namque omnia nosse potestis,
Æquoreas numquam cum subeatis aquas)
Persephonem miserae natam monstrate parenti:
Dixerat. huic Helice talia verba refert:
Crimine nox vacua est. Solem de virgine raptâ
Consule; qui late facta diurna videt.
Sol aditus, Quam quaeris, ait, ne vana labores,
Nupta Jovis fratri tertia regna tenet.
Questa diu secum sic est adfata Tonantem:
(Maximaque in vultu signa dolentis erant)
Si memor es, de quo mihi sit Proserpina nata;
Dimidium curae debet habere tuae.
Orbe pererrato, sola est injuria facti
Cognita: commissi praemia raptor habet.

At

lib. XXII. his verbis: *Sporadas atque Cyclades, quod ambiunt Delon, patriam Deorum insignem.* Sunt autem novem insulae, ut ait Hyginus & Strabo. CIOFAN. *Quod Cycladas* Ambrof. prim. & pr. Vatic. *inspicit* Laeti & tres alii.

566. *Iöniumque rapax.*] *Rapax* meliores omnes. sic *Rhoetaeumque rapax* supra. 279. ubi similis diversitas lectionum. apud Senecam Thyeste 477. *Rapax aestus Siculi maris*. sic & Elegia in obitum Drusi, *Danubiusque rapax*. ut quidem illic scribendum. similiter *rapidum mare*, *rapidi fluvii*. HEINS. *Rapaces undas* VIII. Met. 550. ubi similis diversitas: *Icariamque* etiam Petav. male. vid. ℣. 283. *petit* etiam Sarravii. & hoc male: vid. sup. ℣. 289. BURM.

569. *Despicit.*] *Respicit* Vossian. & sex alii. *turiferos* Bernens.

573 *Hinc Libys.*] *Hinc Lybs*, vel *Libs*, aliae edit. *Libye* Vatican. mox, *Hesperiam*, Putean. alter.

570. *Hinc Meroe.*] Haec insularum maxima (Νῆσον εὐμεγέθη vocat Strabo) ex illis, quas Nilus efficit. Ausonius ad ejusdem nominis vetulam:

Et tu sic Meroë, non quod sis atra colore;
Ut quae Niliacâ nascitur in Meroë.

NEAPOL. *Meroës* Voss. & quatuor alii.

570. *Terraque sicca subest.*] Ægyptus & Æthiopia. NEAPOL.

575. *Liquidique immunia ponti.*] Maro de iisdem hunc: *Metuentes aequore tingi.*] NEAP.

577. *Nosse.*] *Ferre* Petav. *scire* Thuan. & tres alii.

581. *Crimine nox vacua est.*] Noctu, inquit; non contigit raptus. Unde supra:

Panditur interea Diti via: namque diurnum
Lumen inassueti non patiuntur equi.

NEAPOL.

582. *Facta diurna.*] Bononiensis, *furta*. elegantèr, ita inf. v. 233.

Ibat ut Oceano quereretur furta marito.

ubi eadem varietas. & II. Trist. 432. sic apud Cicer. IV. Verr. 51. *Tanta superstitio ex ipsius furto mentes omnium Siculorum occupavit.* ita codex Francii. vulgo *facto*. ita *unius nobis furtum* dixit Senec. Agam. 625. *Signa diurna* etiam Patavin. BURM.

583. *Sol aditus.*] Citat hoc distichon Priscian. lib. VIII. pag. 802. lib. X. pag. 899. & 908. & super XII. ℣. Æneid. pag. 1221.

587. *Si memor es de quo mihi sit Proserpina nata, Dimidium &c.*] Jam contuli hanc Cereris orationem cum illa, quae est lib. V. Metamorph. nimbo enim magnam inter se habent affinitatem. CIOF. *Es a quo* Excerpt. Dousae & Arund. *mihi sis de quo* Voss.

589. *Sola est injuria facti Cognita.*] An recte hoc dicatur dubito. *facto* quidam. *fati* Bononiens. malèm,

Orbe pererrato, sola est injuria matri
Cognita. Commissi praemia raptor habet.

At neque Perſephone digna eſt praedone marito,
Nec gener hoc nobis more parandus erat.
Quid gravius victore Gyge captiva tuliſſem:
Quam nunc, te coeli ſceptra tenente, tuli?
Verum impune ferat: nos haec patiamur inultae.
Reddat, & emendet facta priora novis.
Juppiter hanc lenit, factumque excuſat amore;
Nec gener eſt nobis ille pudendus, ait.
Non ego nobilior. poſita eſt mihi regia coelo.
Poſſidet alter aquas: alter inane Chaos.
Sed ſi forte tibi non eſt mutabile pectus;
Statque ſemel juncti rumpere vincla tori;
Hoc quoque tentemus, ſiquidem jejuna remanſit:
Sin minus; inferni conjugis uxor erit.
Tartara juſſus adit ſumis Caducifer alis:
Speque redit citius; viſaque certa refert.
Rapta tribus, dixit, ſolvit jejunia granis,
Punica quae lento cortice poma tegunt.

Haud

Haud ſecus indoluit, quam ſi modo rapta fuiſſet,
Moeſta parens; longâ vixque refecta morâ eſt.
Atque ita, Nec nobis coelum eſt habitabile, dixit:
Taenariâ recipi me quoque valle jube.
Et factura fuit: pactus niſi Juppiter eſſet,
Bis tribus ut coelo menſibus illa foret.
Tum demum vultusque Ceres animumque recepit;
Impoſuitque ſuae ſpicea ſerta comae.
Largaque provenit ceſſatis meſſis in arvis;
Et vix congeſtas area cepit opes.
Alba decent Cererem: veſtes Cerealibus albas
Sumite. nunc pulli velleris uſus abeſt.
Occupat Apriles Idus cognomine Victor
Juppiter: hac illi ſunt data templa die.
Hac quoque, ni fallor, populo digniſſima noſtro
Atria Libertas coepit habere ſua.
Luce ſecuturâ tutos pete, navita, portus;
Ventus ab occaſu grandine mixtus erit.

Sic

pro *raptor*, *frater* tres libri. & mox, pro *praedone generi*, tres, *raptore marito*. Burm.

592. *Parandus erat.*] *Viandus erat.* Farnel.

593. *Quid gravius victore Gyge.*] Quid triſtius evenire mihi potuit, in gigantomachiâ, te victo & proſtrato? Neapol. Epiſt. viii. 11.

Quid gravius, capta Lacedaemone, ſerva tuliſſem.

593. *Victore Gyge.*] Ita libri. Scaliger, *Gye*. vide Notas Amor. lib. ii. Eleg. i. *Vi.* 12. Heins.

594. *Sceptra tenente.*] *Regente* Gottorph. *regna* Micyll. & ſex alii.

595. *Ferat.*] *Feret* plurimi. *non hoc* Regius. *nos hoc* Ambroſ. & ſex. *patiamur* multi.

598. *Ille pudendus, ait.*] Paullum aliter in Metamorphoſi v. 526. *Neque erit nobis gener ille pudori.* Neapol. *Parendus* Voſſ. *videndus* Petav. *pigendus* volebat Heinſius. *Pudendus amor* duo libri.

599. *Poſita eſt mihi regia coelo.*] *Ceſſit mihi regia coeli* Gottorph. ita ini. v. 373. & v. Met. 368. *poſſit ſcilicet, poſita eſt mihi regia, coelum.* Heins. *Regia coeli* Ambroſ. & ſexdecim alii. Val. Flac. v. 67. *Ille, gregis ceſſit cui regis, taurus.* & lib. i. 668. *Magno patrius ſat regia coelo.*

601. *ſed ſi.*] *Quod ſi* multi.

602. *Fixila.*] *Jura* Nicetii tertius & duo alii. *quamvis* & alibi. *Sed hic propter vs rumpere* nihil mutato. vid. iii. Amor. xi. 3. Burm.

605. *Tartara juſſus adit.*] Ubi *juſſaque certa*. Duo Vaticani, *juſſique tuta*. alii quidem: *certaque juſſa*. Utraque lectio vulgatae praeponenda. *Juſſique tuta* Heinſius. In tribus eſt, *certaque juſſa*; in alio, *juſſaque certa*. Utraque ſcriptura repellenda. Neapol. Et illae lectiones in noſtris.

607. *Solvit jejunia granis.*] Sic filia reddi ab inferis non potuit: inde malo punico abſtinuerunt Theſmophoriazuſae, quae Cereri σεμνοῖς ἀγάλμασι sacris erant. Clemens Alexandrinus in Protrepticо: Καὶ αἱ θεσμοφοριάζουσαι δὲ γυναῖκες τὴν κόκκυ σφόδρα ἀπεχθάνονται ὄφιν. fallor, non ea cauſſa; nam ſubdit: Τὸν δεσποτικώτατον γεγονὸς ὃν τῆς Δήμητρος πωποτε συμφοραῖς βδελυττόμενοι νομίζουσι τὰς χύτρας. Neap.

608. *Quae in lento.*] Tolle *vò in* cum ſcripſit. Heins. Vide ad x Met. 736. *tento* unus Neliſ. *dura* Voſſ. & ſex alii. *grana tegunt* duo libri.

610. *Parens.*] *Sedens* Putean.

611. *Coelum eſt habitabile.*] *Eſt* deeſt in tribus & duo habent, *habitabere*. forte, *nec coelum nobis habitabere*. Heins.

612. *Tartariâ valle.*] Urſini, *Tenarea*. Statii, *Tenaria*. Ciofan. *Taenaria* Mazar. Zulich. Urſin. Petav. Voſſian. & multi alii. bene. *Taenara* pro Tartaro paſſim apud poëtas. Prudentius Apotheoſi,

——— *ubi Taenara triſtia veſto*
In praeceps dejecta chao.

Heins. Sic & apud Claud. ii. Rapt. 307. In Mss. *Tartara mitior intrat*, cum vulgo ſit; *Taenara*. vid. Stat. i. Theb. 96. & ii. 32. & alibi. Burm.

613. *Facinus fuit.*] *Foret* Putean. *fruitura fuit* Gottorph. *ſeciſſe idem* pr. Vatic. & duo alii. *quae feciſſet* Bern.

615. *Tum*

615. *Tum demum vultumque.*] *Vultusque* Mazar. Zulich. Voſſ. & Arond. mox pro *Largaque* iidem, prim. Ambroſ. & ſex alii, *Longaque*. Heins. *Tunc demum mater vultumque animumque recepit* Gottorph. *mentemque Ceres anim.* unus. *refovit* etiam Patavin. quod placebat Heinſio.

617. *Ceſſatis meſſis in arvis.*] Adludit ad ea, quae finxit in Metamorphoſi, de moeſta & iratâ Cerere lib. v. 474.

Noſcit adhuc ubi ſit; terras tamen increpat omnes,
Ingratasque vocat, nec frugum munere dignas:
Triptolemi tunc ante alias, in quâ veſtigia damni
Reperit, &c.

Neapol.

618. *Congeſtas area cepit opes.*] *Conjectas terra ferebat opes* unus.

619. *Alba decent Cererem, veſtes Cerealibus albas Sumite.*] Sic eſt in tribus Vaticanis. optime. Ciofan. Tertullianus in ſuo de Pallio, ubi & diſtinctos colores in antiquâ ſuperſtitione cuique numini proprios annumerat: *Cur iſtas*, inquit, *non factas; vel illos item habitus, qui novitate veſtitus religionum mentiuntur? cum ob cultum omnia candidatum, & ob notam vittae, & privilegium galeri, Cereri initiantur: cum ob diverſam affectionem tenebricae veſtis, & tetrici ſuper caput velleris, in Bellonae montes fuganter: cum latioris purpurae ambitio, & Galatici ruboris ſuperjectio Saturnum commendat: cum ipſum hoc pallium moroſius ordinatum, & trepidae Graecatae Graecatim Aeſculapio adulantur.* Aliquos vò *Graecatim* expunxiſſe miror & indignor. Neapol. *Alba decet Cererem Veſtis* multi. forte, *Alba decent Cererem. veſtis Cerealibus alba ſumite.* nam inconcinnum videri poteſt eodem verſu *Alba* & *veſtes albas* dicere. *Alba* enim, ut *lugubria* & ſimilia, eleganter dici notum eſt. Burm.

620. *Nunc pulli velleris uſus abeſt.*] Livius lib. xxii. de caede, quam Romani apud Cannas acceperunt: *Sacrum anniverſarium Cereris intermiſſum eſt: quia nec lugentibus id facere eſt fas, nec ulla in illa tempeſtate matrona expers luctus fuerat.* Ciofan. Tenebricae veſtis & tetrici ſupra caput velleris. Neapol.

621. *Cognomine Victor Juppiter.*] Hujus aedem ſtatuunt antiqui Urbis Topographi in regione x. P. Victor in eâdem: *Ara Palatina, aedes Jovis Victoris, domus Dionyſii.* Vovit illam Q. Fabius Maximus Rullianus Conſul contra Samnites anno Urbis conditae cdlviii. Livius lib. x. *Ipſe aedem Jovi Victori ſpoliaque hoſtium cum voviſſet, ad caſtra Samnitum perrexit.* Neap.

623. *Hac quoque, ni fallor.*] Iisdem Idibus atrium Libertatis exſtructum; melius dixerim refectum, ſi nulla mens Naſoni ad Gracchum: nam hic nomine Tiberius primus Romae dedicavit. Vidus teſtis Plutarchus. Reſtauravit poſtea Senator ille nobilis Aſinius Pollio. Suetonius lib. ii. de facis operibus Auguſto invitante excitatis: *Multa à malis exſtructa ſunt, ſicut à M. Philippo aedes Herculis Muſarum, à L. Cornificio aedes Dianae, ab Aſinio Pollione atrium Libertatis.* Sed exſtructa ibi idem quod reparata. Nullus certe eorum illarum

aedium

Sit licet ut fuerit; tamen hac Mutinensia Caesar
Grandine militiâ contudit arma suâ.
Tertia post Veneris cum lux surrexerit Idus;
Pontifices fordâ sacra litate bove.
Forda ferens bos est fecundaque, dicta ferendo:
Hinc etiam foetus nomen habere putant.
Nunc gravidum pecus est: gravidae nunc semine terrae.
Telluri plenae victima plena datur.
Pars cadit arce Jovis: ter denas Curia vaccas
Accipit; & largo sparsa cruore madet.
Ast ubi visceribus vitulos rapuere ministri,
Sectaque fumosis exta dedere focis;
Igne cremat vitulos, quae natu maxima Virgo;
Luce Palis populos purget ut ille cinis.
Rege Numâ, fructu non respondente labori,
Irrita decepti vota colentis erant.

Nam

aedium primus auctor, ut dicemus suis locis. Hic Atrium atrium, puto, de novo posivit: certum est addidisse bibliothecam, quae omnibus pateret, & hanc Scriptorum iconibus adornasse. Isidorus: *Primus Romae bibliothecas publicavit Pollio Graecas & Latinas, additis Auctorum imaginibus in atrio, quod de manubiis magnificentissimum exstruxit.* de hac audiendus quoque Nofter lib. III. Elegiâ primâ in Tristibus:

Nec me, quae doctis patuerunt prima libellis,
Atria Libertas tangere passa sua est.

Ad calcem moneo, in hoc atrio publica acta signata, etiam antequam illud augeretur bibliotheca; cum anno DLXXXV. id usui fuisse certum sit ex Livio, qui sic lib. XLIII. *Censores ex templo in atrium Libertatis ascenderunt, & ibi signatis tabellis publicis negarunt se quidquam publici negotii gesturos, quam judicium populi de se falsum esset.* Ceterum ubi alii situs fuerit, video consentire omnes in regione XIII. NEAP. *Si meminî* SARRAV. & Patav.

624. *Atria libertas coepit habere sua.*] Optimi Vaticani & Urs. *dic.* CIOFAN.

625. *Luce secutura.*] XVIII. Kalendas Majas. NEAPOL.

625. *Tutos pate, navita, portus.*] Ob grandinem imminentem: haec etiam eadem luce minatur Columella lib. II. cap. 2. NEAPOL.

627. *Sis licet & fuerit.*] *Scilicet* Urfin. Petavius & sex alii. *Sit licet ut fuerit* Mazar. Zulichemo, Amброf. Voss. Arondel. & quinque praeterea. Lego, *Scilicet ut fuerit*, quamvis fuerit. pro *tamen haec* meliores, *hac.* HEINS. Ego praetuli, *Sit licet, ut fuerit.*

627. *Tamen hac Mutinensia Caesar Grandine militia contudit arma sua.*] Anno urbis conditae DCCC. Eutropius & Livianae Epitom. Auctor. CIOFAN. Praecipue vero C. Pansa & A. Hirtius. Vide apud Historicos annum, quo contigit horum Consulatus, qui DCCX. NEAPOL.

628. *Contudit arma.*] *Pertulit* Voss. Ambrof. Mazar. Zulich. Urfin. Petav. aliique multi, nisi quod *pertulit* in nonnullis. prim. Ambrof. *pertudit*. optime. plus est enim *pertundere* quam *contundere*: quomodo supra de Divo Julio VI. 480.

Perfida magnanimi contudit arma Jubae.

lib. VI. 361.

Jamque suburbanos Etruscaque contudit arma.

pertundere est penitus contundere. apud Florum *percudere* de Spartaco. *In Appennino Lentuli cohors percudit.* Sic *perprimere* Art. Amat. I. VI. 394. ex antiquis codicibus. *perdomare, pervincere* passim apud antiquos. sed & *percutere* bene se habet. ut ad ea *grandine* alludat hoc verbo. quare & vulgata lectio ferri potest. sic *grando contudisse vites* dicitur Horatio lib. I. Epist. VIII. vide Nonium in *Percutit*. HEINS. Vid. Heinf. ad Claudian. IV. Conf. Honor.

627. *militiae suae* quatuor scripti. & *militiae pertulit arma suae* Vatican. an *militia* vero hic pro militibus sumi debeat, ut postea passim usurpari coeptum, an pro expeditione bellica, videndum.

629. *Tertia post Veneris.*] XVII. Kalendas erunt Fordicidia. Glossario, Θυσίαι ἐγκύοις βοσί. Festus: *Fordicidiis boves fordae, id est gravidae, immolabantur; dictae à ferendo.* NEAPOL.

631. *Forda ferens bos est, fecundaque.*] Glossae, *fordas, ἐγκυμονούσας.* Varro lib. II. de R. R. *Quae*

Nam modo siccus erat gelidis Aquilonibus annus;
Nunc ager adsiduâ luxuriabat aquâ.
Saepe Ceres primis dominum fallebat in herbis;
Et levis obsesso stabat avena solo:
Et pecus ante diem partus edebat acerbos:
Agnaque nascendo saepe necabat ovem:
Silva vetus, nullâque diu violata securi,
Stabat, Maenalio sacra relicta Deo.
Ille dabat tacitis animo responsa quieto
Noctibus. hîc geminas rex Numa mactat oves.
Prima cadit Fauno; leni cadit altera Somno.
Sternitur in duro vellus utrumque solo.
Bis caput intonsum fontanâ spargitur undâ;
Bis sua fagineâ tempora fronde premit.
Usus abest Veneris: nec fas animalia mensis
Ponere: nec digitis annulus ullus inest.

Veste

sterilis est vacca, taura appellata; quae praegnans, horda: ab eo in Fastis dies Hordicidia nominatur, quod tunc hordas boves immolantur. Hordas ἀσχυμῶς pro *fordas.* Parimodo antiqui dixere, *horctum* & *forctum, fossia* & *hostia, folas* & *holus.* NEAP. *Fordam* etiam *vulvam* dici ab Heinsio non ferit Cl. Bentl. ad Horat. III. Od. 27.

633. *Gravidae quoque semine terrae.*] *Gravidae nunc* prim. Ambrof. Voss. Arondel. Mazar. Zulich. concinnius. & paulo ante, *ferundo*, pro *ferendo*, Zulichemianus, ἀσχυμῶς. HEINS. *Nunc germine* Sarravii. & Bonon. *pro semine* Bernens.

635. *Ter denas curia vaccas.*] Una ergo in unaquaque curiâ caesa. XXX. numero curiae erant, teste Livio & Dionysio. Varro quot fuerint victimae non meminit: *Fordicidia*, inquit, *à fordis bubus, bos forda, quae fert in ventre: quod ea die publice immolantur boves praegnantes in curiis complures.* lib. V. de L. L. NEAPOL. *Tradendas curia vaccas* Ambrof. & alius.

639. *Quae natu maxima virgo est.*] Vestalium virginum *vetustissima* haec Tacito nominatur, Dioni ἡ πρεσβύτατος. NEAPOL. *Cremat* Mazar. *cremant* Arund. *creant* unus Heinsii. deinde *Pales* fere omnes. *palam* Voss. & tres.

640. *Purget ut ille cinis.*] Unde illa paullo post in Palilibus:

Certe ego de vitulo cinerem stipulamque sabalem
Saepe tuli plená Februa tosta manu.

NEAPOL.

644. *Nunc ager.*] *Piger* SARRAV. *exigua* Julian.

645. *In herbis.*] *Aristis* Scaligeri liber. vid. ad Ep. XVII. 263. *dominos fallebat* Vatic. & Patav. *levis oppresso* Petav. alter.

647. *Partus.*] *Foetus* quatuor libri. mox, *necavit*, Petav. & tres alii.

649. *Nullaque diu.*] *Nullaque die* Excerpta Donizae. Pembroc. & plurimi alii.

650. *Maenalio Deo.*] Fauno a monte Arcadiae. CIOFAN. *Sacra relicta* unus Heinsii.

652. *Hic geminas Rex Numa mactat oves.*] *Hinc mactat* plerique veteres. sed frustra. *hic*, in hac sylvâ. superiori versu pro *ille* Urfin. Mazar. Voss. quatuor alii, *illa*. Puto, *inde dabat*. HEINS. *His* Bernens.

653. *Cadit.*] *Datur* Junian. mox, *utrumque*, Mazar.

654. *Sternitur in duro vellus utrumque solo.*] Quibus incumbendum. Hac voce usi ad hoc veteres. Servius ad illa, quae huc etiam spectant:

——— *Oracula Fauni*
Faulici genitoris adit: huc dona sacerdos
Cum tulit, & caesarum ovium sub nocte latenti
Pellibus incubuit stratis, somnosque petivit:

Incubare proprie dicuntur ii, qui dormiunt ad accipienda responsa. NEAPOL.

656. *Tempora fronde tegit.*] *Premit* Voss. Mazar. & sex alii. placet. HEINS. Ita supr. 517. *Alitaque capillos Prosfit.*

657. *Abest.*] *Habet* unus, unde Heinsius faciebat, *habet.*

Veſte rudi tectum ſupra nova vellera corpus
Ponit, adorato per ſua verba Deo.
Interea placidam redimita papavere frontem
Nox venit, & ſecum ſomnia nigra trahit.
Faunus adeſt; oviumque premens pede vellera duro,
Edidit à dextro talia dicta toro:
Morte boum tibi, Rex, tellus placanda duarum:
Det ſacris animas una necata duas.
Excutitur terrore quies; Numa viſa revolvit;
Et ſecum ambages caecaque juſſa refert.
Expedit errantem nemori gratiſſima conjux;
Et dixit, gravidae poſceris exta bovis.
Exta bovis dantur gravidae: felicior annus
Provenit, & fructum terra pecusque ferunt.

Hanc

664. *Veſte rudi tectum.*] *Veſte rudi tectus* Mazar. Zulich. Urſin. prim. Ambroſ. Laeti multique alii, quidam, *Veſter ubi eſt tectus*. Lege, *Veſte rudi tectum*. corpus videlicet. *veſtem rudem* videtur appellare ex lana rudi contextam. Epiſtola Penelopes,

Forſitan & narres quam ſit tibi ruſtica conjunx,
Quae tantum lanas non ſinit eſſe rudes.

lanasse ſolerem inquit, quam *eraſſam* Feſtus Pompejus interpretatur. hinc apud Symmachum libro 1. Epiſt. 1. *Habes laboratam ſoleci filo cantilenam*. Junius Philargyrius ad tertium Georgicôn, *Quia lanata poſtea ſolecem lanam faciunt, hoc eſt minutam, eiratam atque hirſutam*. Heins. *Veſte rudi tectus* etiam Bernens. qui Gloſſam addebat, *ſcil. Numa*.

665. *Supra nova vellera.*] Quae nuper excoriatae erat. In his omnino quieſcendum, conſilium à numine petenti. Ex ſimile apud Strabonem lib. VI. Διαφέρεται δὲ ὁ Δανάης, καθὸ λόγος, ὁ μὲν ἄκραν λέγει τὴν μὲν Καλχηδονίαν ἐπ' ἄκρᾳ τῇ κεφαλῇ· ἐοικέναι δὲ αὐτὴν μάλιστα κριὸν εἰ μανθάνοιμι, τραπεζοειδοῦς δὲ τὸ ἄνωθεν. Neapol.

667. *Somnia nigra trahit.*] Recte Euripides:

Ὁ πανύπνιος χθὼν μελανοπλήκτοις ῥιπαῖς ὑπήνεμος.

Neapol. *Talis unus.*

668. *A dextro talia verba toro.*] *Talia dicta* Mazar. Zulich. Voſſ. Arond. ſex alii. ut lib. I.

Talia non tacito dicta dolore dedit.

Heins. *Dicta ſolo* Moreti tertius.

669. *Duarum.*] *Duorum* Mazar. Bern. & ſex alii.

670. *Det ſacris animas una necata duas.*] In Cryphiano codice legeatur. *Det ſacris animas unc ſequen duas*. Vera lectio eſt; *Det ſacris animas una necata duas*. Quod malo quam τὸ *Dat*, quod in Berſmanni & noſtra editione expreſſum eſt. Dan. Heins. *Det una juvenca* plurimi ex ſcriptis nonnulli, *Det una necata*. vel, *Detque*. unus Mediceus ex melioribus, *Detque ſatis*. hoc eſt ſuppetias. non male. Nam ſupra dixerat,

Saepe Ceres primis dominum ſallebat in herbis.

vetuſtiores libros ſecuti ſumus. Heins.

671. *Excutitur.*] *Exuitur* Putean.

672. *Numa viſa revolvit.*] Quatuor Vaticani, Urſini & Statii, *revolvit*; recte. Ciofan. Manifeſtus error: legas è veteri, *revolvit*. Neapol. Zulich. Erfurt. & decem alii, *revolvit*. recte. quomodo etiam Neapolis. ſequenti verſu legendum, *caecaque juſſa* cum libro Urſin. Mar. Voſſ. prim. Ambroſ. Laeti aliisque multis, non *viſa*, quod praeceſſerat. Heins.

673. *Caecaque viſa,*] Liber Urſini, *Viſaque caeci*. Ciofan.

674. *Expedit errantem.*] Malim, *haerentem*. ut monui ſupra ℣. 261. vid. tamen lib. v. 362. Heins.

675. *Gravidas bovis.*] Haec eſt juvenca, quae duas habet animas. Neap.

676. *Foecundior annus Provenit.*] *Felicior* Zulich. & quatuor Vaticani. *felix* enim pro foecundo poſſim ſumitur apud veteres. Heins.

677. *Juſſit, & aetherios.*] Repperio in ſcripto, *& admiſſos*. Neapol. *Aethereos* Arond. & multi alii. hoc eſt, ſolares. Heins. *Alatos* in uno Heinſii erat, ut lib. III. 416.

678. *Quam primum luce ſequenti.*] XVI. Kalendas Caeſar Auguſtus; Imperatoris nomen adeptus, praenomen illud ſolitum ſecutorum Principum; nam pro geſtis bellicis vicies reportavit. Dio Caſſius; de anno, quem Caeſar quinto Conſulatu auſpicatus, lib.

Hanc quondam Cytherêa diem properantius ire
Juſſit, & aetherios praecipitavit equos;
Ut titulum imperii quam primum luce ſequenti
Auguſto juveni proſpera bella darent.
SEd jam praeteritas quartus tibi Lucifer Idus
Reſpicit. hac Hyades Dorida nocte petunt.
TErtia poſt Hyadas cum lux erit orta remotas,
Carcere partitos Circus habebit equos.
Cur igitur miſſae vinctis ardentia taedis
Terga ferant vulpes, cauſſa docenda mihi.
Frigida Carſeoli, nec olivis apta ferendis,
Terra, ſed ad ſegetes ingenioſus ager.
Hac ego Pelignos, natalia rura, petebam;
Parva, ſed adſiduis uvida ſemper aquis.

Hoſpi-

lib. LII. Τῶν δ' αὐτοκράτωρ ἐπιλεγόντων ἐπίσσευε λέγω δὲ τὸν ἐπὶ ταῖς νίκαις καὶ τὸ ἀρχαῖον ἐνομισθὲν τοῦτο (ἐσήλαυνε δὲ πολλάκις μὲν καὶ πρότερον, πολλάκις δὲ καὶ ὕστερον ἀπ' αὐτῶν τῶν ἔργων ὧν ἔφην) ὅτε καὶ τὸν ἵππον ἔσχε πρῶτον αὐτοκράτωρ· σχὼν δὲ καὶ τὸν ἐπίλοιπον τοῦτο τὸ κρότημα ἐξεπαίδευσεν, ὥστε τῷ πατρὶ αὐτοῦ τῷ Καίσαρι καὶ τοῖς πατρὶ τοῖς ἑαυτοῦ ἐξοῦσθαι. Neapol. Varie admodum hic verſus in codicibus ſcriptis legitur. quidam, *cum primum*, vel, *primum cum imperii* titulum. *tunc luce ſecuta* Farnef. & in alio Farneſiano erat eraſa vetus lectio. in uno Patavino erat,

Ut primum imperii ſua praemia luce ſequenti.

unde poſſet legi,

Ut titulum imperii, ſua praemia, luce ſequenti
Auguſto juveni proſpera bella darent.

inulti etiam, *proſpera ſigna*. recte autem Neapolis de quinto conſulatu Auguſti ex Dione capit, quo poſt Victoriam de Aegyptiis reportatam domum redux Aram Victoriae erexit, Janum clauſit, & Imperatoris titulo ornatus, inde Imperii ſui annos numerare coepit. Burm.

677. *Sed jam praeteritas.*] XV. Kalendas Suculae ſe veſperi celant; eodem die Caeſari apud Plinium lib. XVIII. cap. 26. verba ſunt: *Decimo quarto Kalend. Maji Aegypto Suculae occidunt veſperi, ſidus vehemens & terrâ marique turbidum, decimo ſexto Atticae, decimo quinto Caeſari, continuoque triduo ſignificat; Aſſyriae autem XII. Kalend. Hoc eſt vulgo appellatum ſidus Pallilicium*. Neapol.

677. *Sed jam praeteritas ubi quartus Lucifer Idus.*] *Quartus ubi* plerique veteres. ſed ſequor quod primae editiones, Mazar. Petav. aliique nonnulli agnoſcunt, *quartas tibi*. ut apud Virgil. *Tibi deſerit Heſperus Oeten*. pro *Hyades Dorida nocte tenent*, malim, *petunt*, cum Voſſ. Arondel. Mazar. Zulich. & ſex aliis. Heins. *Quartas ubi* Bern. & Ambroſ.

679. *Tertia poſt Hyadas.*] XIII. Kalendas ludi iterum in Circo fiebant: ſed eis à Cerealibus in hunc usque diem nulla fuit Romae pauſa. Vetus Kalendarium:

F. N. LVDI CERERI
G. EID. NP. LVDI
H. N. LVDI
A. FORD. NP. LVDI
B. N. LVDI
C. N. LVDI
D. N. LVDI
E. CER LVDI IN CIRCO.

& illud Conſtantini Magni ex eodem tempore menſtruo:

LVDI CEREALICI
LVDI SENATVS LEGITIMVS
LVDI
LVDI
LVDI
LVDI
LVDI
CEREALICI.
CEREALICI

Addebatur his ludis hoc eodem die combuſtio vulpium, ob vetus damnum: quod ſi verum, non inepte Cerealibus vindictam de eis quotannis iterabant. Tu legito. Naz. Ante hunc verſum Bernenſis codex habebat ℣. 713. usque ad 720. *poſt Idus*

Hospitis antiqui solitas intravimus aedes.
Demserat emeritis jam juga Phoebus equis.
Is mihi multa quidem, sed & haec, narrare solebat;
Unde meum praesens instrueretur opus:
Hoc, ait, in campo (campumque ostendit) habebat
Rus breve cum duro parca colona viro.
Ille suam peragebat humum: sive usus aratri,
Sive cavae falcis, sive bidentis erat.
Haec modo verrebat stantem tibicine villam:
Nunc matris plumis ova fovenda dabat.
Aut virides malvas, aut fungos colligit albos:
Aut humilem grato calfacit igne focum.
Et tamen adsiduis exercet brachia telis;
Adversumque minas frigoris arma parat.
Filius hujus erat primo lascivus in aevo;
Addideratque annos ad duo lustra duos.

Idem unus Vatic. mox *ludus habebis* Sarrav. *habebat* duo.

681. *Jamque dies ardentia tardit.*] *Vitiis* Petav. Lege, *vitreis*, cum Urſini libro. *ferat vulpes* Strozzae codex. Heins. *Cruribus* Cantantab. & duo. *taedis multis ardentia* Mss. quinque. *unctae taedae* etiam supr. vi. 411.

683. *Frigida Carfeolis nec olivis apta ferendis Terra.*] *Carſeoli* malim, ſi per libros veteres licuerit. ut per appoſitionem haec dicantur, *frigida Carſeoli terra*. Nam Zulichemianus, *pars toti*. Heins.

685. *Haec ego Peligno, natalia rura, petebam; Parva.*] Eleg. ultima lib. III. Amor.

At qua aliquis ſpectans hoſpes Sulmonis aquoſi
Moenia, quae campi jugera pauca tenent;
Quae tantum, dicat, potuiſti ferre poëtam:
Quamlaudatampſe eſſis, vos ego magna voco.

Et lib. II. Elegia XVI.

Me pars Sulmo tenet Peligni tertia ruris,
Parva, ſed irriguis ora ſalubris aquis.

Clopet.

686. *Sed abſit humida ſemper aquis.*] Tres Vatic. *obvia ſemper aquis*. Clopet. Alibi Noſter, *Pelignis natus aquoſis*. Neap. *Obvia* veteres magna ex parte. Scribe, *avida*. atque ita Oxonienſis pro *Avens* lectione. vide Notas lib. III. Amor. Eleg. 7. ſ. 5. Heins.

687. *Solitas intravimus aedes.*] *Edas* Zulich. Voſſ. Arondel. & octo aut novem alii. lib. VI. 639.

Hoſpitis Cecropidis ſedes intraſſe putatis
Deiopeam. Heins.

690. *Unde meum praeſens.*] Malo, *mihi*. Heins.

693. *Ille ſuam peragebat humum.*] Delineat eleganter ruſtici & uxoris vitam. Neap.

694. *Seu curvae falcis.*] Alter Maz. *ſive curvae, ſive cavae* prim. Ambroſ. Laeti, pr. Farneſ. & ſex alii. quomodo à manu primâ Mazar. & Zulich. Heins.

695. *Haec modo verrebat ſtantem tibicine villam.*] Vetus haec & vera lectio. *Tibicines* autem dicte ſunt rectae in aedificiis trabes, quibus tecta ſuſtinentur; quo vocabulo & Juvenalis Satyra III. utitur eo verſu:

Nos urbem colimus, tenui tibicine ſultam.

Naugea. Sic Aldus, ſic ceteri plerique praeter Marſium, quem verbi inſolentia offendiſſe videtur. Nam & Fanenſis hanc lectionem tenet, niſi quod, pro *villam*, *telam* legit. ſed vides quanto plenior lectio ſit *villae* quam *telae*. cum telae nunquam verrantur, villae autem paſſim & crebro. Micyll. Unus Vatican. *haec modo verrebat ſtantem tibicine villam*. ſequor. Cioe. *Pectine*, non raſtro. ita Marſus interpretatur: nam raſtris aut terra fodiebatur, aut glebae refringebantur; quod non ſine opus mulebre. *Rarum pecten* hîc eſt lignum oblongum in ultimâ ſui parte tridente: hoc ruſtici utuntur, cum villae everrias rudi manu colligunt. In Vaticanoeſt, *ſtantem tibicine villam*. Probo γραφήν. *Tibicines*, ſtructurae, quibus aedificia ſuſtinentur. Gloſſae τετράδας exponunt, & Heſychius: *Ἀνατρίβας, τὰ ἀνατεταμένα ξύλα ἢ πλάγια κατατεταμένα*. In aliis, *cum pectine pratum*. μαμμάνοις Fanenſis legit, *ſtantem tibicine telam*. Non capio hominis mentem. Neapol. *Stantem tibicine* Urſin. Mazar. Zulich. Nauger. Voſſ. & tres alii, bene, quatuor, *ſtanti tibicine villam*. quidam, *telam*. male. nam de *tela* mox aget. nonnulli, *raro tibicine pratum*. Zulich. pro diverſa lectione, *ſtanti tibicine cellam*. Alii aliter. nos veram lectionem expreſſimus. Heins. Scal. Poëtic. lib. IV. pag. 462. praefert antiquam lectionem, *Verrebat raro cum pectine terram*. Sed recte viri docti receperunt optimorum codicum lectionem. *ſtanti tibicine partum* Bernenſ. alii aliter. apud Juvenal. Sat. III. Interpres vetus interpretatur *urbem tibicine ſultam, tibicinatam, verrere villam* convenit ruſticae: nam hoc officium diligentis matrisfamiliae humilioris; in potentiorum autem domibus id ancillae obibant; ut Polyxena apud Euripid. Hec. 362.

Πρεσβὺς δ' ἀνάγκῃ σιτοποιὸν ἐν δόμοις,
Σαίρειν τε δῶμα, κηρίκειν τ' ἐφεστάναι.

Burm.

700. *Adverſumque.*] *Adverſumque* Sarrav. Gottorph. & duo alii. ἀφχαϊκῶς. Heins.

700. *Frigoris arma parat.*] Sibi indumenta texit ad arcendas hiemes. Neapol.

701. *Primo in aevo.*] *Primis in annis* Regius. *huic fuerat* Thuan.

703. *Vulpem convalle ſalicti.*] Quidam ex melioribus, *de valle*. Urſini codex & unus Patav. *ſub valle*. Heins. Vid. ad Metam. I. 689. *extrema* Moreti. *vulpem in convalle* Bern. Putean. & alius.

704. *Illa cohortis aves.*] Sic uſus etiam hac vocabula Varro lib. III. de R. R. cap. 3. *Primus*, *enim*, inquit, *ille gradus antiquus majorum noſtrorum erat, in quo eſſent aviaria duo duntaxat; in plano cohors, in qua paſcebantur gallinae; et earum fructus erant ova & pulli.* Cohors eſt Graecorum χόρτος, ſive clauſus, περίβολος. Inde nos atrium dicimus *cortile*; & *cortillos* vocamus caſulas quasdam in rotundum conjunctas, quas multa habitat vicinia: ſed formae convenit, quod Cato dixit lib. IV. Originum: *Mapalia vocantur ubi habitant: ea quaſi cohortes rotundae ſunt*. Neapol.

707. *Incendit.*] *Accendit* Moreti alter & duo alii. *abſcondit* unus.

709. *Idonumenta manent.*] *Patent* unus Moreti, non male. vide Notas lib. II. Vſ. 265. mox, pro *dicere certam*, lege cum Urſin. Voſſ. Nauger. & tribus aliis, *vivere captam. dicere curtam* Mazar. *dicere cautam* Zulich. *dicere cascam* unus. *cernere cautelam* unus Vatic. *ducere cartam* Bonon. Forte, *ducere captam*. Heins. *Patent* firmatur ex illis in Eleg. in Druſ. 238.

Auctor abit operis; ſed tamen exſtat opus.
monent Mazar.

711. *Utque luat poenas genus hoc.*] *Gens haec* Urſin. Arondel. Petav. Mazar. ac multi alii. ſic dicane Met. III. *Spartanâ gente Melampus. genus & natio* idem quod genus. Vide Locos Controverſos Roberti Titii lib. VIII. cap. 18. Heins.

713. *Proxima cum veniet.*] In aliquot vulgatis codicibus hic & ſeptem ſequentes verſiculi locantur ante illud ſupra, *Tertia poſt tyadas*: ſed quis caecior Tireſiâ non videt huc omnino inferenda? ſic volant ſenſus & membrana veteres. Neap.

713. *Patentes.*] *Nitentes* prior Vaticanus. *proxima* multi.

715. *Qui perdidit Hellen.*] Alibi pro eodem poſuit, *bene pertulit Hellen*. Neap. *Prodidit* optime Petav. Mazar. Urſin. Arondel. Excerpta Politiani ac ſeptem alii. Germanicus Caeſar,

Nobilis hic Arias auratо vellere, quondam
Qui tulit in Colchos Phryxum, qui prodidit Hellen.

Is capit extremi vulpem ſub valle ſalicti:
Abſtulerat multas illa cohortis aves.
Captivam ſtipulâ foenoque involvit, & ignes
Admovet. urentes effugit illa manus.
Quâ fugit, incendit veſtitos meſſibus agros:
Damnoſis vires ignibus aura dabat.
Factum abiit: monumenta manent. nam vivere captam
Nunc quoque lex vulpem Carſeolana vetat.
Utque luat poenas gens haec, Cerealibus ardet:
Quoque modo ſegetes perdidit, ipſa perit.
Poſtera cum veniet terras viſura patentes
Memnonis in roſeis lutea mater equis;
E duce lanigeri pecoris, qui prodidit Hellen,
Sol abit: egreſſo victima major adeſt.
Vacca ſit an taurus non eſt cognoſcere promptum:
Pars prior adparet: poſteriora latent.

Seu

Seu tamen eſt taurus, ſive eſt hoc femina ſignum;
Junone invitâ munus amoris habet.
Nox abiit, oriturque Aurora. Palilia poſcor.
Non poſcor fruſtra; ſi favet alma Pales.
Alma Pales faveas paſtoria ſacra canenti;
Proſequor officio ſi tua feſta pio.
Certe ego de vitulo cinerem, ſtipulasque fabales,
Sæpe tuli plenâ, februa caſta, manu.

Cer-

...nunc idem *proditor Helles* dictus Martial. lib. IX. Ep. [illegible].

Quid meruit tantor Nemees, quid proditor Helles.
Lucan. IV. 56.

Sed poſtquam taurus calidum Titana recepit,
Sidera reſpiciens delapſæ proditor Helles.

...quibus locis libri etiam nonnulli veterrimi, *portitor*. quomodo & apud Columellam in Horto:

Hoc ubi Nubigenas Phryxi nec portitor Helles
Signarum & piscium princeps caput efferet undis.

...ita ſcribitur locus ille tam in vulgatis libris quam ...in veterrimo codice S. Germani. cui medicinam ...nunc non adhibeo. In Catalectis Scaligeri pag. 162.

Portitor eſt Helles & proditor Europæus.

...ſi enim *portitor* nonnulli codices, ſic equi aut auriga vectorem *prodere* dicebantur. Virgil. X. 592.

Tanaga nulla tuos curruſ fuga ſignit equorum
Prodidit.

Claudian. laude Serenæ 265.

Prodidit Oenomai deceptum Myrtilus axem.

Apud Urgicum lemma cap. CCI. *Quæ quadrigæ victorias ſuas prodiderunt.* Silius lib. XVII. 137.

Curruſ aſper aguat, confixaque cuſpide membra
Mox illuc ſaltans reſtorum prodidit hoſti.

Senec. Oedipo 143.

Jugulet cuſſu ſuiſque in ipſo
Conſidit ſtyro, domitumque frono
prodidit arvis.

De *prodendi* verbo nos nonnulla ad lib. XII. Met. 596. & ad Silium lib. XVII. 629. & Gronovium conſulta lib. III. Obſerv. cap. 20. Lege praterea hoc loco, *Et dura lanigeri pecoris ſol abſit.* lib. VI. 727.

Sol abit à Geminis, & Cancri ſigna rubeſcunt.

Heinſ. *Pecudis* etiam quinque. *lanigeras pecudis* Lucr.

716. *Ergaſſe noctium major adeſt.*] XII. ergo Kalendas Majas Sol in Tauro. Nead.

717. *Poſtorius lorent.*] Nam ex eo non videntur noſſe. Hallucinatur Hyginus, cum ...ſcribit, *reliquum hujus corpus obſcurius videri*; ut ...quæ Canis aut eandem eidem tribuêre ſignos... ex his recentes & Joſephus Scaliger in Notis ad primum Iſagogicum Manilii) cum non habeat. & ſane non aliter quam ſemiſectus pingitur in ſchedographiis. Nead. *Poſteriorque latet* Putean. Bern. & quinque alii.

719. *Seu tamen.*] *Seu tamen hoc* Junian. *ſeve eſt hoc* Vatic. & mox, *munus honoris*, Tauan. & ſeptem alii.

721. *Oriturque Aurora.*] Mallem, *Oreturque Aurora*, ſi per veteſtos codices liceret: nam vulgatum & duriuſculum eſt, nec numeros Naſonianos exacte refert. Heins. *Nox abiit, exoriturque Aurora* Oxon. & Medic.

721. *Palilia poſcor.*] XI. Kalendas Majas erant Palilia. Convenit & veteri Kalendario: in eo Conſtantini Magni eadem dies notatur, N. NATAL, id eſt, Romæ natalis. Hujus vero initiis ſane feſtum antiquius anceps ego etiam cum Dionyſio Πάτρης ἅμ, ille inquit in primo, καλούμενα ἐπὶ τοῦ ἀρίστου τοῦτου ὑπὸ Ῥωμαίων ἐπωνυμίαν ἀπὸ τῆς πόλεως ἐσήγαγον, ἢ ἐξ ἀνίσματος ἄρξασθαι ἀπὸ ἐπισήμου τοῦ ἐπὶ τοῦ τῆς πόλεως ἔτους γενέσθαι χρόνου, ὅτε ἔχω βούλομαι εἰπεῖν. Auctores tamen ſunt (cur negem?) qui ſuadeant, ante Urbem conditam paſtorale hoc ſacrum extiniſſe, Tibullus lib. II. Elegiâ V. & Plutarchus in Romulo: qui ſane teſtes graviſſimi. Nead. *Parilia* Petav. & Max. ſic & lib. VI. ſ. 257. Urſini codex. & lib. XIV. Met. 774. plerique veteres. *Palilia*, non *Parilia*, dicendum eſſe contendit Cariſius libro primo Inſtitutionum Grammaticarum, a Pale Dea. quamquam monet nonnullos *Parilia a partu Iliæ* derivare. uti a Solino factum videmus Polyhiſtoris ſive Collectaneorum capite primo. Scholiaſtes etiam Perſii ad Satyram primam monet *in honorem Iliæ* a nonnullis credi hoc ſacrum eſſe inſtitutum. Idem ex Philippicis Ciceronis profert locum, quem nunc illic non invenio, *Palilia, quæ nunc Parilia mutatis literis dicimus.* Par Scripturæ diſcrepantia in Perſio Satyra prima, *Fumoſa Parilia fœna*. Sic Pithæus edidit. cum in tribus vetuſtis exemplaribus ego *Palilia* reperierim. Par diſcrepantia etiam in priſcis Chronici Euſebiani codicibus. Marcus Victorinus in Orthographia *Parilia* dicendum eſſe contendit, quod ſub id tempus ſata arboresque pariant. In veteri etiam Calendario ruſtico PAR. quod *Parilia* recte interpretantur. Stant &

Cer-

Certe ego tranſilui poſitas ter in ordine flammas;
Virgaque roratas laurea miſit aquas.
Mota Dea eſt; operique favet. navalibus exi,
Puppis: habent ventos jam tua vela ſuos.
I, pete virgineâ, populus, ſuffimen ab arâ:
Veſta dabit. Veſtæ munere purus eris.
Sanguis equi ſuffimen erit vitulique favilla.
Tertia res, durae culmen inane fabae.

Paſtor,

Græcorum plerique pro ea lectione, quos inter Dionyſius Halicarnaſſeus libro I. Dio libro XLV. Athenæus libro VIII. In poſtremis etiam Ciceronis editionibus paſſim *Parilia* video præferri. Solus ex Græcis Plutarchus in vita Romuli *Palilia* egroſcit. Meminerunt ejus feſti Varro de L. L. Properti us, Cenſorinus, Solinus, Livius, Paterculus. Heins.

722. *Non poſcor.*] An, *non poſcar?*

723. *Paſtorum ſacra canenti.*] Non probius vetus, *paſtoria ſacra*. Nead.

724. *Proſequor officio ſi tua feſta meo.*] Scaliger, *Proſequor officio ſi tua ſacra meo*, emendabat. Dan. Heins. Quatuor antiqui, *pio*, non *meo*. Ciofan. *Tua feſta pio* meliores. Heins. *Perſequor* etiam multi.

725. *Certe ego de vitulo cinerem.*] Is erat è triginta bubus, quas maxima Veſtalis cremarat feſtis Fordicidiis. Ipſemet docuit ſuperius:

Igne cremat vitulos quae natu maxima virgo eſt,
Luce Palis populus purget ut ille ſuis.

Hunc vero & ſtipulam fabalem, quam paullo poſt vocat *culmen inane* (demtis enim fabis ſola & arida incenſa) Februa appellat; quia ſic dictum, ut noſti, quodvis purgamentum. Nead.

726. *Februa toſta.*] Sic initio lib. II. ubi agit de februis, habes, *Torrida farra*. hic tamen libri veteres multi, quos inter prim. Ambroſ. Laeti, Max. Zuich. *februa caſta*. ſic alibi, *Caſta placent ſuperis*, & ſupra hoc libro,

Parvâ bonâ Cereri, ſint modo caſta, placent.

Nunc & *mola caſta* in ſacris, de qua Servius ſ. 82. Eclog. VIII. vide quæ noto Pont. II. Eleg. I. ſ. 33. Urſini liber & unus Patav. *furcula toſta*. ſuperiori verſu alii, *ſtipulasque fabales*, alii, *ſtipulamque fabalem*. Forte, *ſtipulaque fabali*. nam Patav. *ſtipulamque fabalis*. ſequenti verſu rectius veteres, *tranſlui* quam *tranſilii*. ita enim optimos auctores locutos notant Grammatici. Heins.

727. *Certe ego tranſilui poſitas ter in ordine flammas.*] Flammas de ſtipula aut fœno. Hinc *fumoſa Palilia fœna* Perſio dicta. ubi Scholiaſtes antiquus: *Palilia dicit diem ſacrum in honorem Palis deae paſtoritiae cognominatum, qua die poſitis in loco materiis ſani ludibundi ruſtici ſaliebant: qui expiari ſe hoc ſacrificio credebant.* Cicero in Philippicis: *Palilia, quae nunc Parilia rautatis literis dicimus, vel quod eo die condita Roma eſt, accenſis manipulis; accenſo fœno colitur.* Varro ſic ait: *Palilia tam publica quam privata ſunt. & eſt genus hilaritatis & luſus apud ruſticos, ut congeſtis cum fœno ſtipulis ignem magnum tranſiliant, his Palilibus ſe expiari credentes.* Tibullus libro II. Eleg. V. de Parilibus:

Ille levis ſtipulae ſolemnes ponit acervos
Accendat, flammas tranſiliatque ſacras.

Propertius libro IV. El. prima:

Annuaque accenſo celebrare Palilia fœno.

Idem Elegia quarta ejusdem libri:

Urbi feſtus erat. dixere Palilia patres.
Hic primus coepit moenibus eſſe dies.
Annua paſtorum convivia: luſus in urbe;
Cum pagana madent forcula deliciis:
Cumque ſuper varios fœni flammantis acervos
Trajicit immundas ebria turba dapes.

ubi verſu tertio ſcribendum, *Hinc primus coepit moenibus eſſe dies.* verſu ſexto, *Trajicit immundos pedes*, uti mox videbimus. Plura de hoc ritu erudite ut omnia collegit magnus Caſaubonus ad Perſium. Heins.

728. *Udaque rorales laurea miſit aquas.*] *Virgaque* rectius. ſic *pinea virga* lib. II. 28. pro *roralas aquas* meliores plerique, *roratas*. ut Epiſt. XIX. 124.

Merſaque roratis nata fleatur aquis.

Met. IV. 479.

Roratis luſtravit aquis Thaumantias Iris.

Faſt. III. 357.

Mollis erat tellus roratâ mane pruinâ.

tres alii, *rorantes*. vulgarum alibi non legi. Heins. vid. lib. V. 679. & ſupra hoc libro 141. *Spargit aquas*: cit. Heinſius ad III Art. 726.

730. *Jam mea vela.*] *Tua vela* Max. & Zuich. & pro diverſa lectione Voſſ. Lege,

——— *navalibus exi*
Puppis; habent ventos jam tua vela ſuos.

Heins. *Habet v. j. m. cymba ſuos* Petav. *habeant v. j. mea vela bonos* Junian.

731. *Populus.*] *Populo* Exc. Donz. & multi ſcripti. *Populis* Ambroſ. *Populo* Bern. alii. *Populum*.

732. *Veſtae munere purus eris.*] *Mundus* unus;

purus

Pastor, oves saturas ad prima crepuscula lustra.
Ude prius spargat, virgaque verrat humum.
Frondibus & fixis decorentur ovilia ramis;
Et tegat ornatas longa corona fores.
Caerulei fiant vivo de sulfure fumi;
Tactaque fumanti sulfure balet ovis.
Ure mares oleas, taedamque, herbasque Sabinas;
Et crepet in mediis laurus adusta focis.

Li-

Libaque de milio milii fiscella sequatur:
Rustica praecipue quo Dea laeta cibo est.
Adde dapes mulctramque suas: dapibusque refectis
Silvicolam tepido lacte precare Palen.
Consule, dic, pecori pariter pecorisque magistris:
Effugiat stabulis noxa repulsa meis.
Sive sacro pavi, sedive sub arbore sacrâ;
Pabulaque in bustis inscia carpsit ovis:

Seu

parus edit prim. Ambros. Laeti & unus Moreti. Forte, *ubi*. HEINS. *Turus* Putean. Arondel. Bern. & duo alii. *tetus* unus. Forte pro *laetus*.

733. *Sanguis equi sufficmen erit.*] Cave credas Solino: *Et observatum*, inquit, *deinceps, ne qua hostia Parilibus caederetur, ut dies ipse à sanguine purus esset.* Bene Plutarchus in Romulo: Ἐν ἀρχῇ δ' (δὲ Ῥωμύλος) οὐδὲν ἡμερωτὸν ἤθους. Mutatum, ut videtur, postea. Cum utroque sentit Aurelius Propertius lib. IV. Elegiâ prima:

Annuaque ancisâ celebrare Palilia fauce,
Quaelia mactato lustra novantur equo.

Si ergo sacrificium ea solemnitate factum ut adsolitum, quinto quoque anno sanguis illic ex amputata cauda exprimebatur. Vide Festum in *Caviares bestiae*, & eundem in *Equus October*. NEAPOL. *Equae* Vaticanus unus.

735. *Ad prima crepuscula.*] Τὸ ὄρθρου. NEAP.

735. *Crepuscula lustrat.*] Vetus Kalendarium ruscine mense Aprili: OVES LUSTRANTUR. NEAPOL. *Lucet* Politian.

736. *Virgaque verrat humum.*] Praecipuum hoc in ritu quovis lustrali. Et fuit apud antiquos purgatio, quae dicta *everrae*, ab everriatione, certo scoparum genere. Non ignorant ista litterati. NEAPOL. Janus Vitalis noster, *Uda*, quomodo & Laeti codex. sic libro v. 677. in simili purgatione:

Uda sit hinc laurus, lauro spargantur ab uda
Gramia, quae dominos sint habitura novos.

pro *verrat* unus Patavinus optimae notae, *vergat*, quomodo & in Zulichemiano à manu prima. Forte, *tergat*. de quo lib. II. ℣. 23. Superiori versu, 740 *lustrat*, multi ex melioribus scriptis, *lustrat*. Petav. Voss. Arond. plurimique praeterea, *lustra*, ut pastorum alloquatur. HEINS.

738. *Et tegat ornatas.*] Mem. liber, *Obtegat ornatas*. NEAP.

738. *Longa corona fores.*] De more Juvenalis VI. 51.

——— *Nulla coronam*
Postibus, & densos per limina tensa corymbos,
Tempore quo natus, nisi qui bene lavit, emptor
Non dabitur.

Tempore coronae, inquit Tertullianus de Coronâ militis, *quibus coronabantur templa & amphitheatra*:

nam lentae & flexibiles bene aptabantur ad aedificii structuram. NEAP. *Multa* Bernens. & ita citat Crofanus ad XIV. Met. 708. sed, vitio memoriae, ex Remediorum libro, quod nos correximus. longis vocat, quia ex postibus & januis dependebant. vid. Ovid. IV. Met. 760. & Lucan. II. 356. BURM.

739. *Caerulei fiant puro de sulphure fumi.*] Voss. Arond. Mazar. Zulich. prim. Ambros. Laeti & octo alii, *vivo sulphure*. quod verum est. Remed. Amor. 260.

Nec fugiet vivo sulphure victus amor.

sic passim auctores. HEINS. Vid. ad II. Art. 332. *Vivo* jam emendavit ex Mss. Voss. ad Vellej. 88. dubito tamen an semper & ubique *vivum sulfur* sit pro *puro* rescribendum. nam lustrationi *ferum* non male convenire puto. ita Pindarus Od. I. Pyth. 41. ἀγνοτάτας πυγὰς πυρὸς ex Aetna cruenti ait propter sulfur, quo purgamur, notante Scholiaste. BURM.

740. *Tactaque fumanti sulfure balet ovis.*] Primo, *Tactaque*, legendum cum Ursini, Naugerii, Zulich. Mazar. & sex aliis. sic Remedio Amoris,

Ut pene exstinctum cinerem si sulfure tangas.

Propertius libro IV. Eleg. IX.

Tergue meum tetigit sulfuris igne caput.

& lib. V. 441. ex veteri codice Nostri,

Rursus aqua tangit, Temesaeaque concrepat aera.

& libro XI. Met. 498. mare dicitur *summas aspergine tangere nubes*. postea hoc ipso libro ex antiquis codicibus:

Ignibus & sparsa tangere corpus aqua.

de eadem lustratione. *Uncta manu lumina tangat* Artis Amatoriae libro primo 662. *Tangere nostra oliva* apud Persium Satyr. III. quomodo in optimis membranis exaratum illic offendi. *Tonsum tristi contingere corpus amurca* apud Maronem III. Georg. 438. ubi *amurcam* interpretatur Servius, *amarii olei sordes*. Nostri lib. VI. *Tactaque erit postis ut his uda seges*. ut & ibi legendum censeo. sic & *contingere* dicebant. libro II. Met. 122.

——— *ora sui sacro medicamine nati*
Contigit.

Contactus torrido sole cafaeus apud Columellam lib. VI.

cap. 8. Lucretio I. 936. *Pocula circum mellis lacte contacta*. vide indicem Lucretianum Gifanii in eo verbo. Plura de hoc verbo exactissimus Gronovius Observationibus iteratae editionis libro III. cap. 18. Nonius Marcellus, *Malleoli, manipuli sparti, sive contacti*. Martialis libro VI. Ep. 57.

Mentiris tactos unguento, Phoebe, capillos,
Et tegitur pictis sordida calva comis.

ita scribo. nam Thuaneus codex optimae notae, *factos*. vulgati, *fictos*. infra Epigr. 74.

Calvum trifilem, semitactus unguento.

ut illic calligarunt viri docti; ubi plura Scriverius ex Catone, Varrone & Plinio. Virgilius Georgicon IV. 415.

Haec ait, & liquidum ambrosiae diffundit odorem,
Quo tactum nati corpus perfudit.

Ita inveni in praestantissimo codice, cum vulgo circumferatur, *totum corpus*. Propertius libro IV. Eleg. III.

Seu voluit tangi parca lucerna mero.

praeterea *fumaci sulfure* unus Moreti. de quo dixi Amor. lib. II. Eleg. VI. ℣. 23. HEINS. Vid. ad Epist. XIX. 44.

741. *Ure mares oleas.*] In nonnullis, *Ure maris rorem*. NAUG. Nec abest à priscis libris vulgata lectio, *Ure maris roris*. φύλλα τῆς λιβανωτίδος. Et hanc legi pro ture usui fuisse veteribus. Vide Culicem Maronis sub finem. Attamen utrovis modo legas, non inficiamus. NEAPOL. *Maris rores* Mazar. Zulich. & decem alii. *Maris rorem* notat ex suis Naugerius. HEINS.

741. *Taedamque herbasque Sabinas.*] Sulphur & taedam adhibitam in tribus purgationibus auctor Servius lib. VI. De Brathy diximus lib. I. 343. de lauro plura exstant veterum testimonia; quibus addo Procopium Gazaeum in Deuteronomion: *Quid igitur de purificationibus in lege constitutis dicemus? primam quidem prae se figuram purificationis meliores ferre, inesse vero à Graecanicis differre; quod ante cum incantationibus, salibus, lauro, ordeo, nasi & transitione per ignem fieri solebant.* NEAP.

742. *Et crepet.*] *Concrepet* duo scripti.

743. *Libaque de milio.*] Constabant, ni fallor, ex milio & fabâ. Tale quid Diis rusticis dabatur etiam Autumno. Festus: *Suffimenta dicebant, quae faciebant ex fabâ milioque mullito, mulso sparso: ea Diis eo tempore dabantur, quo nove calcatae prelo promebantur.* NEAP.

743. *Milii fiscella sequatur.*] Sic Ursini & Statii. optime. CROFAN. *Milium fiscella seq.* nonnulli. *sequatur* etiam novem.

744. *Rustica praecipue est hoc dea laeta cibo.*] *Cibo est* Mazar. ut *rò est* geminetur. Lege,

Rustica praecipue quo dea laeta cibo est.

HEINS.

745. *Adde dapes in utrumque suas, dapibusque refectus.*] In nonnullis, *in utrumque*; sed rectius fortasse, quod in aliis, *mulctramque*. NAUG. Non est in aliquot veteribus, *mulctramque*; sed, *adde dapes in utrumque suas* Nec respuit hanc editionem vir CL. ὁ κλυτὸς Daniel Heinsius. Dapes hic sume antiquâ significatione. Festus: *Daps apud antiquos dicebatur res divina, quae fiebat aut hibernâ sementi, aut vernâ*. NEAPOL. *In utramque* Petav. Arondel. Vossian. Ursin. & plures alii. *multramque* codices plurimi praeterea. duo, *in utraque*. Lego, *Adde dapi mulctramque suae*. de dape enim jam egit superiori versu. nisi *mulctramque* malis; ut Horatio, Epod. XVI. *Injussae veniunt ad mulctra capellae*. HEINS. *in utraque manus* Putean. adde *preces. in utramque* Thuan.

745. *Dapibusque refectis Silvicolam tepido lacte precare Palem.*] Sic legunt interpretes. In tribus Vatic. Statii & Ursini, *relictis*. in alio, *paratis*. in tribus aliis, *refectis*, id est, divisis. in quam lectionem magis inclino. CROFAN. Absit ut damnem hanc scripturam, licet prisci quidam vacillent. Alii habent, *dapibusque paratis*, alii, *relictis*, Vaticani, *refectis*. NEAP. Petav. Arondel. prim. Ambros. plurimique alii, *refectis*. Voss. Polit. & plures, *refectis*. Ursin. aliique nonnulli, *relictis*. quinque, *remotis*. duo, *reiectis*. placet, *refectis*. HEINS. *Paratis* unus. Forte pro *paratis*.

746. *Lacte.*] Tibul. I. I. 114.

Et placidam foleo spargere lacte Palen.

DOUZA.

749. *Sive sacra pavi.*] Lege indubitato, *Sive sacro pavi*, in loco Diis consecrato. NEAP. *Sacro* alii. ut ad arborem referatur. HEINS. Nihil muta, *pascere*

Seu nemus intravi vetitum, noſtrisve fugatae
Sunt oculis Nymphae ſemicaperve Deus:
Seu mea falx ramo lucum ſpoliavit opaco,
Unde data eſt aegrae ficina frondis ovi:
Da veniam culpae: nec, dum degrandinat, obſit
Agreſti fano ſuppoſuiſſe pecus.
Nec noceat turbaſſe lacus. ignoſcite Nymphae,
Mota quod obſcuras ungula fecit aquas.
Tu, Dea, pro nobis Fontes fontanaque placa
Numina; tu ſparſos per nemus omne Deos.

Nec

paſcere enim non arborem, ſed campum reſpicit. hic lib. v. 268.

Saepe in private paſcere inertis erat.

ſacrum, ut *Heſiticum*, *Geticum* & ſimilia. vid. ad v. Trift. XIII. 1. Burm.

750. *Fabulaque in buſtis.*] Scribe, *è buſtis*, auctore libro noſtro perantiquo. *Buſtum* hic locus, in quo aliquis ſepultus. Neap. Plerique & optimi veterum, *in buſtis*, & ita Aldus. eleganter; ut *bibere in Nilo* &c. vid. 1. Art. 748.

750. *Inſcia carpſit ovis.*] Ex hac ſuperſtitione Julianus Imperator in Codice Theodoſiano lib. v. De ſepulc. viol. *Pergit audacia, ut quidam in buſta diem ſanctorum & aggeres conſecratos ſaeviant; cum & lapidem hinc movere, terram ſollicitare, & cespitem vellere, proximum ſacrilegio majores ſemper habuerint; ſed ornamenta triclinii, aut porticibus, auferant de ſepulcris.* Sic legendus & ſupplendus hic locus. Neapol.

751. *Si nemus intravi.*] Uni veteri eſt, *intravit*, prorſus ſpeciosus: non perplacet: quia mox, *noſtrisque fugatae*. Neapol. *Seu* bene unus Vatic. quomodo mox etiam legendum, *Seu mea falx*. Heins.

751. *Noſtrisque fugatae.*] Liber, *noſtrisve*. Neap. *Sive oculis* Bernenſ.

753. *Lucum ſpoliavit opaco.*] Vetus ſuperſtitio, qua cuivis facer lucus erat incaeduus, nec ramum aut folium fas erat inde conlucare, niſi ſacrificium praeceſſiſſet. ea ſuper re ex Catone Plinius nos admonet lib. XVII. cap. ultimo: *Idem Cato arbores religioſas lucosque ſpecial permiſit ſacrificio prius facto: cujus ritus rationem quoque eodem volumine tradidit.* Illicem, *precationem quoque e. v. trad.* quae his fane verbis concipiebatur: SI DEVS, SI DEA ES, CUIUM ILLUD SACRUM EST, UTI TIBI IUS SIET, PORCO PIACULO FACERE ILLIUSCE SACRI COERCENDI ERGO. Obſerva *coercendi* verbum in hac ſignificatione, ſed antiqua, pro *conlucare, deputare*. Pellus *coinquire, coercere* exſecuit, ſed obſcuriuſcule; at proprie alibi, *coinquire, deputare*. Miror cur lectionem hanc adulteret magni judicii vir in *coinquinere*, pro decubare; cum nihil mutandum ſit, clamet Trebatius apud Servium: *Luci*, inquit, *qui ſunt in agris, qui novitio capti ſunt, hos lucos eadem caerimoniis nunquo coinqui habuique debent, ut ceteros lucos, qui in antiquo agro ſunt.* Id eſt, ſacrificio prius facto conlucari debent. *Coinquo* ſane vere eſt maculo, ſeu contamino; unde hodiernum *coinquino*: ſecus hac conlucatione ideo receptum, quia à Deo ſive Deâ venia contaminandi, ſeu putandi, quod alter ſcelus inexpiabile, luci petebatur. Neap. *Opacum* Arond. & tres alii.

754. *Unde data eſt aegrae.*] Sic plerumque veteres ſcriptura. in aliâ, *tenerae*. Utraque ad verum: nam agnis, aut aegris ovibus, paſtorum eſt, frondium aut herbarum ficinam in ſtabula ferre. Varro de adhuc lactentibus lib. II. de Re Ruſtica: *Duobus poſt paucis objicere his viciam molitam, aut herbam teneram, antequam exeunt paſtum, & convertunt; & ſic nutricantur, quoad facti ſint quadrimeſtres.* Neap. *Faſcia* Arond. *faſcina* ſeptem. & *fuſcina* tres.

755. *Nec, dum degrandinat, obſit.*] Pro grandinat male pro grandinare deſinit interpretantum. tum enim legendum eſſet, *dum degrandinet*. ſed, cum verbum id minus obvium ſit, fortaſſis dederit nobis Naſo, *nec, dum, Dea, grandinat, obſit*. Heins. Ego *dum* pro donec capio, ut centies apud alios occurrit; & *degrandinat* malo. vid. ad Phaedr. III. 10.

756. *Agreſti fano ſuppoſuiſſe pecus.*] Fano Sylvani Agreſtis, dicunt eruditi. Scaliger vero emendabat, *Agreſti Fauno ſuppoſuiſſe pecus*. Dan. Heins. Hic eſt, qui dictus *Silvanus agreſtis* in libro Catonis de Agrorum limitibus; qui Graecis ἀγρεὺς & ἀγραυλος, ſic vocat Archius in quodam Epigrammate. De lectione vero verum fatear, ita plane, nec adeo novi codices; nec vereor quin tueri poſſit, licet ſit parum recepta a litteratis noſtri aevi. Vulgo dicimus, in divo Alberto, pro ejusdem fecia aede. Sed placent & veteres, in quibus, *agreſti fano*. Neapol. Perperam *Fauno* plerique veteres. Urſini codex veram lectionem refert. Heins. Quam & Salmaſius approbavit ad Solinum pag. 364.

Nec Dryadas, nec nos videamus labra Dianae;
Nec Faunum, medio cum premit arva die.
Pelle procul morbos. valeant hominesque gregesque;
Et valeant vigiles, provida turba, canes.
Neve minus multo redigam, quam mane fuerunt;
Neve gemam referens vellera rapta lupo.
Abſit iniqua fames. herbae frondesque ſuperſint:
Quaeque lavent artus, quaeque bibantur, aquae.
Ubera plena premam. referat mihi caſeus aera:
Dentque viam liquido vimina rara ſero.

Sit-

294. *ſupponere* tamen *Jovi* quidam codices lib. III. 730. & *Agreſtum Faunum* dixit lib. II. 193. Burm.

758. *Mota ungula.*] Pecus graliens turbavit aquas limpidas. Neap. Arond. *Nota*. Lege, *Lota*. Kalendarium Ruſticum Menſe Majo, Oves tvndvnt. Lana lavatvr. & ſuperiori verſu cum meliortibus, *Nec necat*, pro *Ne*, reponendum. Propertius lib. IV. Eleg. I.

Lotus & Heſperia quidi Capricornus aqua.

apud Juvenalem Satyra XI. 65.

De Tiburtino veniet pinguiſſimus agro
Haedulus, & loto grege mollior.

Sic videtur eſſe ſcribendum. non, *toto grege*. per frequentem enim lavationem lana redditur mollis. Heins. Si *lota ungula* legas, de ovibus capiendum; ſed neſcio an *ungulae* illis tribuantur. tribui Elephantis docuit Reinef. I. Var. 18. Scaligerum notans, qui negaverat: nec admittit Cuperus Exerc. II. cap. I. de Elephantis, qui Ennii locum de equis exponit. praeterea *mota ungula* eſt etiam apud Stat. Achil. I. 123.

—— *dant gaudia vires,*
Motaque deſueto crepuit ſenis ungula campo.

ut pro *notaque* reſtituit Gronov. in Diatribe Statiana cap. I. ita II Metam. 158. *Pedibusque per aëra motis*; & paſſim ſimiles locutiones occurrunt. pro *ungula* plurimi ſcripti, *virgula*. Burm.

759. *Fontanaque placa.*] Mazar. Zulich. & duo alii, *praeſta*. forſan recte. Heins. *Montanaque* Farnef. *ſparſas deas* etiam Bernenſ.

761. *Nec Dryadas, nec nos videamus labra Dianae.*] Malim, *Dryadum*, ut ad *labra* referatur. *labra* pro lavacris ponit & fontibus, in quibus ſe lavabant Dryades & Diana. In Ibide de Achaeone, pag. 479.

Quique verecundae ſpeculantem labra Dianae,
Quique Crotopiaden dixipuere Linon.

Gloſſae Stephani, *Labrum*, χεῖλος, λουτὴρ. Foſſae lapideae in Balneis *labra* vocabantur, ut ex Vitruvio dicimus. quandoque & pro vaſe aeneo balneari ſumitur. Redde eam vocem Apulejo Met. X. *Erat manus ligneus, ſublimi inſtructus fabrica, conſtat virtis & vivis arboribus ſummo cacumine, de canalibus labri fonte manante, & fluvialet aquas eliquans.* Ita videtur ſcribendum. Vulgatum, *de manibus fabri*, inſulſum eſt. Feſtus, *Canales, per quos aqua conſtuit in viis lapide ſtratis.* Priſcianus Periegeſi de Heliotropio,

Si quis eum ſuſa labris immergat aenis.

Heins.

761. *Videamus labra Dianae.*] Ἀναμίξωμεν, λουτρά. Neapol.

762. *Medio.*] *Media die* Moreti & tres alii. *premat* idem Moreti. *premet* duo.

763. *Pelle procul morbos.*] Petitâ jam veniâ incipit precatio paſtoralis: quam, quaeſo, conferas cum Luſtrico Catonis carmine. Pars ejusdem: SVOVETAVRILIA CIRCVMAGI IVSSI, VTI TV MORBOS VISOS INVISOSQVE, VIDVERTAM VASTITVDINEM, CALAMITATES INTEMPERANTIASQVE PROHIBESSIS, DEFENDAS AVERRVNCESQVE, VTIQVE TV FRVGES, FRVMENTA, VINETA VIRGVLTAQVE GRANDIRE BENEQVE EVENIRE SIBI, PASTORES PECVAQVE SALVA SERVASSIS, DVISQVE BONAM SALVTEM VALETVDINEMQVE MIHI, DOMVI FAMILIAEQVE NOSTRAE. Neap. *Pelle precor* Voſſian. *pecudesque gregesque* unus.

765. *Neve minus multas redigam.*] Oves intelligit. ſed Urſin. Voſſ. Arondel. pluresque alii, *multo*; nec pauciores cum Mazar. Zulich. prim. Ambroſ. Petav. *mulcos*. *vò minus multo* arridet. ſic Val. Max. lib. IV. cap. 4. *Unus in agro Veiente fundus, minus multo cultores deſiderans quam dominos habebat.* Ubi nihil neceſſe *multos* reponi cum Lipſio. Heins. Vid. ad I Art. Am. 644.

766. *Gemam referens.*] *Gemens referam* Sarravii & quinque alii.

768. *Lavent.*] *Levent* nonnulli. *quaeve* Moreti & Sarravii.

769. *Ubera plena premam.*] Rogat igitur propinqui laëte, pro caſeo, pro felici & multo ovium fetu. Dionyſius ſcribit oppoſitum, Pallidus pro partu ab agricolis gratias Diis relatas: Θύουσι δ' ἐπ' ἀσπίδος αἷς γονὰς τετραπόδων ἀπ' ἀγαθῶν καὶ ἀμείνων καὶ πολλῶν δυοῖν ἑκάστοις ἐγκατέσχεν ἴσχυς ἀγαθή. Unum & alterum

Sitque salax aries; conceptaque femina conjux
Reddat; & in stabulo multa sit agna meo.
Lanaque proveniat, nullas laesura puellas,
Mollis, & ad teneras quamlibet apta manus.
Quae precor, eveniant: & nos faciamus ad annum
Pastorum dominae grandia liba Pali.
His Dea placanda est: haec tu conversus ad ortus
Dic ter, & in vivo prolue rore manus.
Tum licet, adpositâ, veluti cratere, camellâ,
Lac niveum potes purpureamque sapam.
Moxque per ardentes stipulae crepitantis acervos
Trajicias celeri strenua membra pede.

Ex-

puto factum; & pro venturo fetu sacrificia ab eis acta, & pro praesenti grati animi indices exhibitos. Neap.

770. *Vimina rara fero.*] Tibullus II. III. 16.

Rarague per nexus est via facta fero.

Neap. L.

771. *Sitque salax aries.*] Ad gregis auctionem. Neap.

772. *in stabulo meo.*] Noster codex, *in stabulis multa sit agnas meis.* Neap. *Stabulo meo* meliores. Heins.

774. *Quamlibet.*] Quamvis. Ciofan. *Quaelibet*, vel *qualibet*, nonnulli; ut editio Neapolis.

775. *Quae precor eveniant. & nos faciamus ad annum.*] Lege, *eveniat. ut nos faciamus.* Pont. II. Eleg. 1. *Quod precor, eveniat.* Epicedio Drusi, *Iventura precor.* vide Notas Met. III. pl. 524. Heins. *In annum* Thuan.

777. *Ortus.*] *Ortum* Edit. Neap. *orsum* Thuan. & tres alii. *gressus ad ortus* Junii.

778. *Die quater, & vivo perlue rore manus.*] Laeti codex & primus Ambrosianus, *Die ter & in vivo.* Scribe,

Die ter, & i vivo perlue rore manus.

ut jam monui ad Epistolam XIV. pl. 126. vide Notas lib. II. pl. 638. lib. VI. 155.

Pestinus arbutea postes ter in ordine tangis
fronde: ter arbutea limina fronde notat.

Heins. *Pestus* Sarrav. vid. lib. V. 435.

779. *Dum licet.*] *Tum* scribendum cum Zulich. Maxim. prim. Ambros. aliisque nonnullis. quidam etiam, *Tum.* pro *Ice niveum* Zulich. *Ice missum.* probe. Vide Festum in *Burannica potio.* Heins. *Tum dites; posita licet in cratere, camella* Francof. recte, *veluti cratere*; grandis enim camella. Petron. cap. XXIV. *Trimalchio grandem camillam jussit miscuit.* crateris ergo vicem obibat camella posita in mensa. Georg. Fabric. ad Horat. I. Od. 31. corrigit *camelo*, & vasis agrestis genus esse, quo pecudi utebantur, docet. Fanensis notat alios *camilla* legere, quod in Mazar. erat pro varia lectione. Burm.

779. *Veluti cratere.*] Lego in aliis, *velut in cratere.* Neap.

779. *Camella.*] Quid si a *cumera camellam* legamus, intelligamusque vas rusticum, quale est cucumera condendis frumentis peculiare. Micyll. Vasis ligneis genere. Petronius cap. CXXXV. *Et camellam vetustate ruptam pice temperata resiit*; & mox. *Tum clavum, qui detrahentem secutus cum camella ligneus fuerat, famoso parieti reddidit.* Cor. Marrucinus Marsus legit, *camellâ*; & sexcentas effutit nugas. tu legito ut est in vulgatis. *Camella* vas erat ligneum, ubi haec potio infundenda. de quo Petronius. Hoc vasis genus Polloci est *καπέλλα.* Neap. Vid. Turneb. Adverf. XXVI. 7.

780. *Lac niveum potes purpureamque sapam.*] Haec potio dicebatur burrhanica, à colore burrho. Festus: *Burrhanica potio, lac commissum sapâ, à rufo colore, quem burrhum vocant.* Unde eleganter, homines à vino rubentes *burrhos* apud eumdem dictos inveni. Hinc deducit illud verbum ἐμβυσσᾶν μυσττεῖον, Josephus Scaliger, duas vocales Hispanas, *borracho y borracha*: quarum prima significat ebrium, altera vas vinarium. quod etiam dicunt *botta*, verbum quoque Graeco-barbarum. Glossae, *βυττίον, cupella*: aliae, *βόττις, cupa.* Ille color πύῤῥος est Graecis: unde πυῤῥίας ejusmodi cutis homines Comici dixere. Observat Heladius apud Photium: Ὅτι οἱ Κυπριοὶ τὸν οἰνώνην τὸ ῥῆμα πλὴν ἀπὸ τῆς ὄψεως σημαίνει εἶναι, Σίφνιον, Καφάνεα, Μάδαρα, Γέτας, καὶ ὅμοια σημαίνει ἢ καὶ ἐπὶ ἀνθρώπου ἐπὶ ἀπὸ τῆς χρόαιτος ῥῆμ, Πυῤῥίαν καὶ Παυσίαν. Ab eodem colore vocatum πύῤῥιχον equum brevio-

rem; Latini *burrichum*: sed Hispanis *el borrico* est asinus, πῶῤῥιχος, *asa.* De his audiendus Hieronymi locus, frustra adhuc vexatus, Epistolâ XXVI. ad Pammachium super obitu Paulinae uxoris: *Ubi videris fumare patinas, & phasides aves lautis vaporibus decoqui, ubi argenti pondus, ubi ferventes buricos, mannos, cornatulos pueros, pretiosas vestes, picta tapetia; ibi dicier est largitore, cui largiendum est.* Lege, *ferventes burrhichos, mannos.* Glossae, *burrhichi, manni*, id est equuli. Tentarunt alii legere, *ferventes borico manus*; sed frustra. Neap.

780. *Purpureamque sapam.*] De hac ita Nonius: *Sapa, quod nunc mellaceum dicimus, mustum ad mediam partem detoctum.* Varro de vitâ populi Romani: *Sapam appellabant, quod de musto ad mediam partem decoxerant.* Neap. *Sapa* Cantabr. *sapam* Junian.

781. *Moxque per ardentes stipulae crepitantis acervos Trajicias celeri strenua membra pede.*] *Trajiciat strenua turba* Urlini liber. & *Moxque fac* superiori versu. Lege, *Moxque face. Trajicias strenua turba* alius Vatican. Propertius lib. IV. Eleg. IV. de hoc eodem festo:

Cumque super raros foeni flammantis acervos
Trajicit immundos ebria turba pedes.

ita scribo. vulgati legunt, *immundas dapes.* quod contra fidem sacri. idque jam à Passeratio occupatum serus animadverti. unus Patav. & Gottorph. *Transilias.* Ut forte sit scribendum,

Moxque ter ardentes stipulae crepitantis acervos
Transilias celeri strenua turba pede.

ut supra pl. 727.

Cetera ego transilui posita ter in ordine flamma.

nisi *trajicias* malis. quomodo Virgil. lib. 536.

Jam medium aetherio cursu trajecerat axem.

hic transferre Catullus,

Transfer omine cum bono.
Limen aureolos pedes.

Expositus mos est. moris mihi restat origo.
Turba facit dubium; coeptaque nostra tenet.
Omnia purgat edax ignis, vitiumque metallis
Excoquit. idcirco cum duce purgat oves.
An, quia cunctarum contraria femina rerum
Sunt duo, discordes ignis & unda Dei;
Junxerunt elementa patres: aptumque putarunt
Ignibus & sparsâ tangere corpus aquâ?
An, quod in his vitae causa est; haec perdidit exsul:
His nova fit conjux: haec duo magna putant?
Vix equidem credo; sunt qui Phaëthonta referri
Credant, & nimias Deucalionis aquas.

Pars

781. *Moxque per ardentes stipulae crepitantis acervos Trajicias celeri strenua membra pede.*] *Trajiciat strenua turba* Urlini liber. & *Moxque fac* superiori versu. Lege, *Moxque face. Trajicias strenua turba* alius Vatican. Propertius lib. IV. Eleg. IV. de hoc eodem festo:

Cumque super raros foeni flammantis acervos
Trajicit immundos ebria turba pedes.

ita scribo. vulgati legunt, *immundas dapes.* quod contra fidem sacri. idque jam à Passeratio occupatum serus animadverti. unus Patav. & Gottorph. *Transilias.* Ut forte sit scribendum,

Moxque ter ardentes stipulae crepitantis acervos
Transilias celeri strenua turba pede.

ut supra pl. 727.

Cetera ego transilui posita ter in ordine flamma.

nisi *trajicias* malis. quomodo Virgil. lib. 536.

Jam medium aetherio cursu trajecerat axem.

hic transferre Catullus,

Transfer omine cum bono.
Limen aureolos pedes.

783. *Moris mihi restat origo.*] In multis est prima, quod sibi suaserint ineffe igni vim quamdam absterfivam, & malorum medelam: & haec fuit antiqua opinio Judaica & Graecanica, inde immissa in Romanam religionem: & stetit, ut miseris, usque ad tempora Justiniani τοῦ βοστρύχου. Tunc congregata VI. Synodus Trullensis, & ineptiae hae cum aliis abolitae. Liquet ex Canone LXV. ad quem Theodorus Balsamon: Ἀπὸ τῆς ὑμεναίου τῆς ἐργαζομένης αὐτὸν καὶ τὸ σιναῖον ἀπαλλάττειν συμφωνίας, καὶ ἐνίοτε ἐπὶ τούτῳ, τοιαῦτα δηλ. τὰ τὸ ἀσφυρίζειν τοὺς αὐτοὺς ἐνοχλεῖν καὶ ἀπαλλάττειν ἐνίοτε καὶ τὸν ἀγαθοὺς ἐπονυχίους ἐπαλλάττειν ἐν τούτοις ἐκείνοις καὶ τοὺς ἐμβάλλειν τὸ καὶ ἀλλ ὁ παρὸν γένος ἐπιδ@. Neap.

785. *Vitiumque metallis Excoquit.*] *Metallis* meliores, ut apud Virgil. Georg. I. 89.

——— *ast ollis omne per ignem*
Excoquitur vitium.

Idem lib. I. Aeneid. 174.

At primum silici scintillam excudit Achates.

ita veterrima exemplaria. Heins.

788. *Discordes ignis & unda dei.*] Forte, *dissortei.* de quo ad Epist. primam Sabini. Heins.

789. *Aptumque putarunt.*] Valde discrepant scripti. *sanctumque* Putean. *certumque* Petavii. *astumque* Thuan. *famumque* Pembr. a manu sec. quod non ineptum; nisi *fanstumque* malis.

790. *Ignibus & sparsâ tangere corpus aquâ.*] *Tangere* meliores plerique. ut supra vs. 740. jam monuimus. Heins.

791. *Vitae causa est.*] Pompejus Festus: *Aqua*

Pars quoque, cum faxis paſtores saxa terebant,
Scintillam ſubito proſiluiſſe ferunt.
Prima quidem periit: ſtipulis excepta ſecunda eſt.
Hoc argumenti flamma Palilis habet.
An magis hunc morem pietas Æneïa fecit,
Innocuum victo cui dedit ignis iter?
Num tamen eſt vero propius; cum condita Roma eſt,
Transferri juſſos in nova tecta Lares?
Mutantesque domum teclis agreſtibus ignem,
Et ceſſaturae ſuppoſuiſſe casae?

Per

& ignis interdiu ſolet damnatis, quam accipiunt cuptas: videlicet quia hae duae res humanam vitam maxime continent. Itaque funus proſecuti, redeuntes ignem ſuper gredientibus aquâ adſperſi: quod purgationis genus vocabant ſuffitionem. Neap. Vid. Ursin. ad ſul. Caeſ. de Bell. Gal. VI. 44.

791. *Haec perdidit exul.*] Malim, *perdit &*. Heins.

794. *Nimias Deucalionis aquas.*] *Vivas* prim. Ambroſ. Lacti & quatuor alii. unus, *multas*. alius, *varas*. Forte, *veteres*. certe latet mendum. pro *Crelant* lego, *Edant*, vel *Prodant*, vel *Tradant*. nam praeceſſerat, *vix equidem credo*. Heins. Forte, *tumidas*. ut eadem varietas eſt apud Claud. Bel. Get. 118.

795. *Saxis saxa feribant.*] Hoc fuiſſe puto primo adinventum ad ſcintillas eliciendas; poſtea venit uſus gemmae focariae à ferro percuſſae; poſtea ξύλου πυρίου, & milli coloris: cujus generis & σιδηρίτης vidi plurimos. Neap. *Ferebant* plerique ſcripti. Lege, *terebant*. veruſtiſſimus mos ignem excudendi ignis invicem attritis. hoc Latinus *ignitabulum*, πυρεῖον Graecis. vetus Schol. ad illa Apollon. Rhod. lib. I. 1184. Τὸ δὲ ἀμφὶ πυρὶν δαιόμενοι, ἀντὶ τοῦ ἔγειρε, παρέτριβον. Τὰ γὰρ ξύλα παρέτριβον, ἵνα ἐκ αὐτῶν πῦρ ἐκκαύσωσι. πυρεῖον γὰρ καλοῦσι ἔστι τὸ περιτρέφομενον ἀλλήλοις πρὸς τὸ πῦρ ἐγεῖραι. Ad saxa redeamus. Lucretius lib. I. 883.

Cum lapidem lapidi terimus.

Plautus Aſinaria Act. I. ſc. I.

Num me illuc duxit, ubi lapis lapidem terit?

Columella libro VI. cap. 12. *Itaque cum id accidit, ceteri laxi later conterritur, eoque intrito, prinsquam diffringantur, cella conſpergi oportet.* quae verba in veterinum memoranti Gallicis, quas evolvi, ſic leguntur, *ceteri lateris trito, prinsquam dijungantur, cella conſpergi oportet.* Idem Lucretius lib. V. 1099.

Mutua dum inter ſe vani ſtipesque terantur,

Val. Flaccus lib. II. 448.

—— tracto pars frangit adorea ſaxo
Farra, citum tritis alius de coribus ignem
Excudit, ſolisque & ſulphure paſcit amica.

Ita ſcribendus locus mendoſiſſimus. Vulgati peſſime,

—— ſtrictis alius de cautibus ignem
Oſtendit ſoliis.

Virgiliana mimeſis,

Ac primum ſilici ſcintillam excudit Achates,
Suſcepitque ignem foliis.

& quae ibi porro ſequuntur. idem in Georgicis:

Et filicis venis abſtruſum excuderet ignem.

Exzundit primo exaratum fuit. hinc *Oſtendit* factum in Valerio. Ceterum ut manifeſtius liqueat *terendi & excudendi* vocabula in hac re propria eſſe, locum ex Plinii Hiſtoria Naturali lacultentum adſcribam. Is igitur lib. XVI. cap. 40. ubi agit de arboribus. *Calidae, morus, laurus, edera, & omnes, ex quibus igniaria ſiunt. Exploratorum hoc uſus in caſtris, quoniam ad excudendum ignem non ſemper lapidis occaſio eſt. Teratur ergo lignum ligno, ignemque concipit attritu, excipiente materia arida ſomitis, ſungi vel foliorum facillime conceptum. Sed nihil hodiera praeſtantius quae teretur, lauro quae terat.* ubi *ad excudendum* vera ſcriptura eſt, quicquid variant libri veteres, *excutiendum*, *extundendum*, *excludendum* ſubſtituentes. Corrigendum quoque, *facillima concepta*. materia videlicet. eadem loco apparet, cur paſtorum mentio hic à Naſone ſit facta. Eleganter autem vocat *ligna igniaria*, ex quibus ignis excuditur. Gloſſae Iſidori, *Igniarium, ignem concipiens*. Gloſſarium vetus, *igniarium, πυρεῖον*. huc ſpectat jocus Apulei Metam. VII. loco indigniter mendoſo. *Affirmavit me ſponte vicinorum ſocios tranſeuntem, ritubanti gradu prolapſum, igne ultroneo exarſiſſe. Mihi etiam arridens addidit: quousque ergo fruſtra paſcemus igniarium iſtum.* ita opinor ſcribendum. Vulgo, *ignem ultroneum acceſſiſſe*, vel, *arceſſiſſe*, & *ignigenum iſtum*. veteres membranae, *ignigenum iſtum*. *Igniarium* vocat,

Per flammas ſaluiſſe pecus, ſaluiſſe colonos?
Quod ſit natali nunc quoque, Roma, tuo.
Ipſe locus cauſſas vati facit. Urbis origo
Venit. ades feſtis, magne Quirine, tuis.
Jam luerat poenas frater Numitoris, & omne
Paſtorum gemino ſub duce vulgus erat.
Contrahere agreſtes, & moenia ponere utrique
Convenit. ambigitur moenia ponat uter.
Nil opus eſt, dixit, certamine, Romulus, ullo.
Magna fides avium eſt: experiamur aves.

Res

cat, quem ultroneo igne exarſiſſe mentiebatur. Miram ubique Apulejus eruditionem prae ſe fert in proprietatibus vocabulorum obſervandis, quae virtus illum injuriae librariorum frequenter expoſuit. *Ignitabuli* voce etiam uſus eſt Solinus & Macrobius Saturnalium ſecundo; *Agite, antequam ſurgendum nobis ſit vino indulgeamus. Quod decreti Platonici auctoritate faciemus, qui exiſtimabat fomitem eſſe quendam & ignitabulum ingenii.* ita enim veruſtus codex bibliothecae Thuanae, non *incitabulum*, quod eſt in vulgatis. apud A. Gellium tamen libro XV. cap. 2. unde Macrobius id hauſit, *incitabulum* eſt legere. Forte etiam *piſtores* legendum in hoc Naſonis loco. agit enim de mola manuali. Heins. *Pars quoque paſtorum, cum saxis saxa feribant* Bonon. & ſeptem alii.

796. *Scintillam ſubito.*] *Sc. tenuem* Ambr. *St. saxo* Junian.

798. *Hoc argumentum.*] Alter Petav. *argumentis*. Sed Junianus recte, *argumenti*. Vide Notas Ep. VIII. vſ. 104. Heins. *Flamma parilis* etiam Petav. & Mazar.

800. *Innocuum cui dedit ignis iter?*] Statius lib. II. Silvarum, in lacrymis Hetruſci:

Felix cui magnâ patrem cervice ferenti
Sacra Mycenaeae patuit reverentia flammae.

Neap.

800. *Cui dedit ignis iter.*] Malim, *cum dedit*. ſequenti verſu, pro *Hoc tamen*, multi ex melioribus, *Nunc tamen*. Heins.

801. *Hoc tamen eſt vero propius.*] En Noſter etiam initium Palilium non facit antiquius Urbis natali, nec diſſentit à Tibullo & Plutarcho: nam agit de ſacro Palis ſic celebrari coepto, & cum his ſtipularum acervis; quod originem duxiſſe putat ab incenſis antiquis tuguriolis, cum ruſtici in nova novae Urbis migrarent. Abſit, quod neget ante hanc conditam fuiſſe Palilia; in quibus Pales cum Silvano culta lacte & anni primitiis. Addita igitur ſub Romulo tranſitio per flammas, ſuffimenta illa; ſed equus victima multo poſt. Neap.

801. *Cum condita Roma eſt.*] Condi coepta eſt tibi Roma à Romulo in monte Palatino XI. Kal. Maji, Parilibus. ex quo tempore ad hunc usque diem atque annum, quo haec ſcribo, ſupputantur anni DCC. CC. CCCXXXII. Hac autem de re conſulenda ſunt quae ante quinquennium in lib. XIV. Metamorphoſeos edidi. Clot.

802. *Juſſos.*] *Juſſum eſt* Bern. *viſum eſt* ſeptem. *juſſum eſt* tres.

805. *Saluiſſe pecus, ſaluiſſe colonos.*] *Saluiſſe* ex auctoritate Priſciani lib. I. pag. 906. & meliorum codicum reponatur. Heins. Vid. Gifan. Indic. Lucret. in *diſſilui*.

806. *Natali nunc quoque, Roma, tuo.*] Nam eodem XI. Kalendas illa condita. Plutarchus: Ὅτι μὲν οὖν ἐν ᾗ γενέσι ἡμέρᾳ ἔθυσεν τῇ περὶ τὸν Παλατῖνον καλουμένῃ Μαίου, ὁμολογοῦσιν πᾶσι τῶν ἱερῶν τοῦτο ἐφορῶντες Ῥωμαῖοι, ἐμφανὲς ἐστι καὶ τοῖς ἐπιτελουμένοις. Neapol.

807. *Ipſe locum vati caſus facit.*] *Caſus vati* plerique veteres. Urſini liber & unus Vatican. & Patav. cum Naugeriano, *Ipſe locus cauſas vati*. Scribo, *Ipſe locus caſu vati facit*. & adi quae de hac locutione notamus ad Epiſt. II. vſ. 39. Heins.

808. *Ades feſtis, magne Quirine, tuis.*] Lege *faſtis*, vel *feſtis*, vel *facris*. quicquid obtinuntur libri veteres. qui error & alibi in hisce libris occurrit. Heins.

810. *Paſtorum vulgus erat.*] *Paſtoris* Zulich. Puto ſcribendum,

Paſtores gemino ſub duce vulgus erant. Heins.

811. *Utrique convenit.*] In ſoluta oratione diceretur: *Inter utrumque convenit.* Chofan. Vide ad Remed. 471. *uterque* quatuor, *utrinque* Vatic.

812. *Ambigitur eſt.*] Scriptura noſtra, *ambigitur*. Heins.

812. *Nomina penat uter.*] Ennius apud Tullium primo de Divinatione:

Certabant, urbem Romanne Remumne vocarent
Omnis cura viris uter eſſet Imperator.

Neap. Urſin. Petav. & multi alii, *moenia*, ſententia confirmant, *Arbitrium Romulus urbi habet*. quanquam & de nomine verum. unde Ennius,

Certabant urbem Romam Romulumne vocarent.

Heins.

Res placet. alter init nemorosi saxa Palati:
Alter Aventinum mane cacumen adit.
Sex Remus, hic volucres bis sex vidit ordine: pacto
Statur: & arbitrium Romulus urbis habet.
Apta dies legitur, quà moenia signet aratro.
Sacra Palis suberant: inde movetur opus.
Fossa fit ad solidum: fruges jaciuntur in imâ,
Et de vicino terra petita solo.
Fossa repletur humo, plenaeque imponitur ara;
Et novus accenso fungitur igne focus.
Inde premens stivam designat moenia sulco:
Alba jugum niveo cum bove vacca tulit.

Vox

815. *Alter init nemorosi saxa Palati.*] *Adit* Voss. & sex alii. ne bis eodem verbo utatur. HEINS.

816. *Cacumen adit.*] Omnes libri scripti, *init.* CIOFAN.

817. *Sex Remus hic volucres, bis sex videt ordine: pacto Statur.*] Sic distingue ac lege. quamvis in quattuor Vatic. sit, *facto*, non *pacto*. in uno tantum Vatic. Fratris & in ora Stat. *pacto* reperti. CIOFAN. Ab antiquis germana lectio eruitur, *bis sex videt ordine: pacto Statur.* NEAP. Haec vera lectio, quicquid turbant codicum nonnulli. Met. II. 818.

Stemus, ait, pacto velox Cyllenius ipso.

HEINS.

819. *Apta dies legitur.*] Hanc jam habes. Hora fuit post secundam ante tertiam plenam, ut ex Tarruntio insigni Mathematico scripsit Julius Solinus; & ex eodem Excerpta Dionis verba sunt: Ἔσχε δὲ Ῥώμη, ὅτε Ῥωμύλος ἔκτισε κτίσμα, ἐπὶ ὑποτροπῇ μὲν ἡλίου τροπικῇ, ἐν Ταύρου δὲ ὁ Μαΐφικτος μεσουρανῶν· ἄδην μὲν ἐχούσῃ, κέντρα δὲ ἀγαθοποιὰ ἔχοντι, ἐν Αἰγόκερῳ, καὶ Ἑρμῇ ἐκ ταύτης τὸ σύμβολον ἔχοντι. Annus fuit secundus Olympiadis VII. si Eratosthenem credimus. NEAPOL. *Quae maxima* Julian. & tres alii.

821. *Sacra Palis suberant.*] Haec est quorundam Vatic. lectio. In lib. Statii, fratris & Ursini, *Pales*, non *Palis* superiori magis probanda. CIOF. Albius Tibullus lib. II. Elegia V.

Romulus aeternae nondum formaverat urbis
Moenia, consorti non habitanda Remo:
Sed tum pascebant herbosa palatia vaccae;
Et placuit humiles intra Jovis arce casas.
Lacte madens illic suberat Pan ilicis umbrae;
Et facta agresti lignea falce Pales.

Legit Onuphrius Panvinius, *Sacra Pales aderant.* Quae lectio si emendata & antiqui codicis esset, magno me scrupulo liberaret; quem silere addecet. NEAPOL. Et Heinsius notaverat se in sua editione Onuphrii legere, *Sacra Pales aderat*, ut & scripti & editi multi habent. in Sanctandreana Fastorum Onuphrii editione A. 1588. pag. 23. *Sacra Palis suberant* vidi. BURM.

821. *Fossa fit ad solidum.*] *Ad solitum* in plurimis veterum; sed frustra. vulgatam scripturam illa Valerii Maximi lib. II. cap. 4. abunde tuentur: *In quod ea loci nullam aram viderat, desiderari tridui aut a se construeretur, aram enituri in Urbem proxesit, relictis qui fundamentorum constituendorum gratia terram ad solidum foderent.* Columella lib. IV. cap. 30. *Amerina salix gracilem vinzam & rutilam gerit. atque hae vel cacuminibus vel talea disponuntur eousque, dum ad solidum demittantur.* apud Maronem Georgic. II. 230.

Ante locum capies oculis, aliaque jubebis
In solido puteum demitti, omnemque repones
Rursus humum, & pedibus summas aequabis arenas.

nec abludunt illa ejusdem Maronis ibid. 76. *Finditur in solidum cuneis via.* ad *solidum* igitur, ad solidam terram. Sic *terra solida* Siculo Flacco de conditione agrorum: *Cum enim terminos disponerent, ipsos quidem lapides in solidam terram comitabant, proxime ea loca, quibus fossis facilis deducturi eos erant, sacrificioque facto, tura & fruges eo jactabant.* Ex quo loco apparet etiam fruges in fossam jactatas esse dum termini dedicabantur, quod Noster hic auspicium condendae civitatis fecit. neque ita capiendum illud Nostri libro II. 648. de Terminalibus, *In solida ramos figere pugnat homo.* HEINS. Inst. lib. VI. 404.

Nunc solida est tellus, sed lacus ante fuit.

fruges jaciuntur in imam Mazar. *in illa* Puteam. alter. *in imo* Bern.

822. *Terra*

Vox fuit haec Regis; Condenti Juppiter urbem,
Et genitor Mavors, Vestaque mater ades:
Quosque pium est adhibere Deos, advertite cuncti:
Auspicibus vobis hoc mihi surgat opus.
Longa sit huic aetas, dominaeque potentia terrae:
Sitque sub hac oriens occiduusque dies.
Ille precabatur. tonitru dedit omina laevo
Juppiter: & laevo fulmina missa polo.
Augurio laeti jaciunt fundamina cives;
Et novus exiguo tempore murus erat.
Hoc Celer urguet opus, quem Romulus ipse vocarat;
Sintque, Celer, curae, dixerat, ista tuae.

Ne-

822. *Terra patita solo.*] Vide Plutarchum in Romulo. NEAP.

823. *Plenaeque.*] *Terraeque* multi scripti & Edit. Gryph. *plenas imponuntur arenae*, vel *avenae*, Vatican. prior.

824. *Fungitur igne focus.*] Rectissime in vulgatis est, *finditur*. Quae lectio Marso caussa fuit ineptissimi interpretamenti. NEAPOL. *Finditur* vetustiores plerique. in aliis compluribus, *funditur*, vel *fingitur*, sed male. libro II. Fast. 791. *Functus erat dapibus. fungitur* rectum est. lib. IV. 332. *Corpora functa cibo.* Hermiones epistola:

Per somnos oculi lacrymis funguntur obortis.

Jurisconsultis *fungi res* dicuntur, *quae officium suum praestant. Pignoribus fungi* pro dare pignora L. VII. D. de Praetoriis stipulationibus. *Poena functi* L. XXII. D. de Poenis, qui poenam sustinuerunt. *Fungi monumentum*, in quod corpus infertur, L. XLIII. D. de rei Vindic. *Dotem fungi*, quae in Matrimonium datur, Ulpiano Tit. VII. Regular. *Dos quae semel functa est, amplius fungi non potest, nisi aliud sit matrimonium.* Paulus L. VI. D. Eodem, *Id certum esse, cujus species vel quantitas, quae in obligatione versatur, aut nomine suo, aut ea demonstratione, quae nominis vice fungitur, qualis quantaque sit ostenditur.* quae locutio paullo post ibidem denuo occurrit. Vides ad res inanimatas id verbum frequenter transferri. Glossae veteres, *Fungi, συναλλάσσειν. Functio, λειτουργία, τέλεσμα. Functionum, διαφορῶν.* HEINS.

825. *Inde.*] *Unde* duo. *igne* Junian. & in praecedenti versu, *inde focus*, duo Vatican. *flagrans* Putean. *fixa* tres libri.

825. *Designat moenia sulco.*] Ex ritu finitimo. Varro lib. IV. de L. L. *Oppida condebant*, inquit, *in Latio Etrusco ritu multa, id est junctis bubus, tauro & vacca interiore aratro circumagebant sulcum.* Obiter moneo, ritum hunc & alios servatos in libris, quos vocabant Rituales. de his Festus: *Rituales nominantur Etruscorum libri, in quibus perscriptum est, quo ritu condantur urbes, arae, aedes sacrentur, quà sanctitate muri, quo jure portae, quo modo tribus, curiae, centuriae distribuantur, exercitus constituantur, ordinentur, ceteraque hujusmodi ad bellum & pacem pertinentia.* Res ipsa suadet, me silente, Romulum praecepta haec praelegisse. NEAP.

826. *Alba jugum niveo cum bove vacca tulit.*] Varro libro II. cap. I. Rei Rusticae: *Et quod urbs cum condita est, tauro & vacca, qui essent muri & portae, definitum.* Columella lib. VI. praefatione: *Quod ceteras pecudes bos honore superare debeat, praesertim & in Italia, quae ab hoc nuncupationem traxisse creditur, quod olim Graeci tauros Ἰταλοὺς vocarent, & in ea urbe, cujus moenibus condendis & foeminа aratro terminum signaverunt, velut metam: quod item Atticis Athenis Cereris & Triptolemi fertur minister.* ita locus ille ex vetustissimo codice scribendus. *velut metam* restituimus, cum *petam* in membranis esset. Pessime vulgati, *velut petus. Atticis* etiam, pro quo membranae *Atticus*, reliquimus, quod vocabulum à vulgatis abest exemplaribus. HEINS. *Trahit* Junian.

827. *Condenti.*] *Condentis* scripti magno numero.

829. *Advertite cuncti.*] Priscus codex, *advertite cuncti.* NEAP. *Advertite vultus* Lacti & tres. *cunctos* unus *certi* alius. *adhibere Dei*, Bern.

830. *Auspicibus vobis.*] *Auspicibusque bonis* Petav. & undecim alii. *auspiciisque bonis* unus Heinsii. deinde, *hoc bona surgat*, Medic. *hoc brevo* alius. *hoc modo* Sarrav.

831. *Dominaeque.*] *Domitaque* Lacti & Vatic.

833. *Precabatur.*] *Loquebatur* quinque. *dedit omina laeta* Ambros. Lacti. *laeva* alius. *laeto* Sarr. *dextro* Voss. *plena* unus Heins. seq. versu, *tonat dedit & laevo* Bern. *Juppiter è laevo* Ambr. mox etiam, *augurio laeto*, unus Heins. & *faciunt simul.* Mazar. Arond. & quatuor alii.

833. *Tonitru dedit omina laevo.*] Cur laevum dextro

Neve quis aut muros, aut factam vomere fossam
Transeat, audentem talia dede neci.
Quod Remus ignorans, humiles contemnere muros
Coepit: &, His populus, dicere, tutus erit?
Nec mora transiluit. rutro Celer occupat ausum.
Ille premit duram sanguinolentus humum.
Haec ubi Rex didicit; lacrimas introrsus obortas
Devorat, & clausum pectore vulnus habet.
Flere palam non vult, exemplaque fortia servat:
Sicque meos muros transeat hostis, ait.
Dat tamen exsequias: nec jam suspendere fletum
Sustinet; & pietas dissimulata patet.
Osculaque adplicuit posito suprema feretro:
Atque ait; Invito frater ademte, vale.

Ar-

dextro felicius, fiet palam ex his Plinii: *Fulmina laeva prospera; quia sacrificantis vel precantis latus laevum dextrum est ejus, qui postulata largitur.* Neapol.

839. *Factam vomere fossam.*] *Factos sulcos* Gottorph. *factam fossam* Zulich. Maz. & duo alii. *versam terram* Laet. *factam terram* unus Moreti. *factam terram* prim. Med. *pressam terram* prim. Ambros. *fractam terram* unus Patavinus. Vulgatum non mutem temere. paulo ante habuimus, *Fossa fit ad solidum.* Heins. *Ne quis aut muros, aut fossam vomere factam* Bernens.

842. *Tutus erit.*] *Eris* Medic. unus.

843. *Rutro Celer occupat ausum.*] Rutro, seu rutro pastorali. Antiquae membranae Chronici Eusebiani: *Remus rutro pastorali à Fabio Romuli duce occiditur.* Malim igitur in Dionysio, Πλήξας τῷ σκαφίῳ τὴν κεφαλὴν, καὶ αὐτίκα ἀποκτείνει. Legitur in vulgatis, τῷ σκαφίῳ. Verterunt bene *rutro* interpretes, cum sit σκάφιον rutrum; male Glossae, *rastrus, σκάφιον.* Neapol. Pro *rutro* nonnulli, *rastro.* sex, *ultro.* unus, *rustro.* in Maz. & Zulich. erasa erat vetus lectio. Scribae, *rutro.* de quo rustico instrumento vide Nonium & Varronem de L. L. Auctor de Viris Illustribus in vita Procae, de Romulo Romam condente: *Edixit, ne quis vallum transiliret. quod Remus irridens transiliit, et à Celere Centurione rutro fertur occisus.* Ita libri veteres. nam vulgati perperam, *rastro.* quae totidem quoque verbis exhibet vetus Fragmentum de Origine gentis Romanae P. Victori subnexum: nisi quod ibi, *rutro vel rastro fertur occisus.* cum posterius illud *vel rastro* ut delendum. Similis etiam diversitas scripturae in Chronico Eusebiano, *Romae Palilibus, qui nunc dies festus est, Remus rutro pastorali à Fabio Romuli duce occisus est ob transmissum saltu vallum.* Halicarnassaeus in hac de morte Remi historia σκάφιον hoc instrumentum rusticum appellat: Πλήξας τῷ σκαφίῳ κατὰ τῆς κεφαλῆς, καὶ αὐτίκα ἀποκτείνει. huc etiam respiciunt ista Varronis περὶ Ἀγρῶν apud Nonium, *Cui, ait Celer, δι' ἑνὸς λήμματος λόγος Antipatri Saxii filius rutro caput displanat.* ita legendus iste locus, qui mendosissimus circumfertur. λόγος *Antipatri filius* tantundem est, ac si Antipatrum Patrem τοῦ λόγου diceret; quomodo Epicurus *pater* veri dictus. sic μετάμελος *inconstantiae filius* eidem Varroni. lege Maevia apud Nonium in *Rivire.* neque ita saepe veteres de rebus inanimatis. Noster in Ibide 635. *tela rustica* vocat *rutrum*, quo Remus obtruncatus est:

Utque Remo muros ausо transire recentes,
Noxia sint capiti rustica tela tuo.

Festus: *Rutrum tenentis juvenis est effigies in Capitolio ephebi, more harenam ruentis exercitationis gratia.* Graeci vocant σκαπάνην & σκάφιον, ubi agit de hoc exercitamenti genere, ut jam ex Halicarnassensi vidimus. Perperam Glossae veteres, *Rastrus σκάφιον.* distinguit enim Cato de R. R. manifeste inter *rastrum* & *rutrum.* Heins.

844. *Duram.*] *Diram* decem libri. *parum* quatuor.

845. *Lacrimas introrsus obortas Devorat.*] Sic lib. XI. 635. Metamorph.

——— *Lacrimaque introrsus obortae*
Devorat ipse dolor, duroque similillima saxo
Torpet. ———

Ciofan.

846. *Pectore vulnus.*] *Pectora v. habet* unus Vatic. vid. ad Epist. XII. 170.

847. *Exempla fortia servat.*] Ut heroum, quos flere non decet. Ciofan.

848. *Sicque meos muros.*] Ipsa verba Titi Livii. Neapol.

849. *Dat tamen exsequias.*] Ita loquitur effe-

Arsurosque artus unxit: fecere, quod ille,
Faustulus, & moestas Acca soluta comas.
Tum juvenem nondum facti flevere Quirites,
Ultima plorato subdita flamma rogo.
Urbs oritur (quis tunc hoc ulli credere posset?)
Victorem terris impositura pedem.
Cuncta regas: & sis magno sub Caesare semper:
Saepe etiam plures nominis hujus habe.
Et quoties fueteris domito sublimis in orbe;
Omnia sint humeris inferiora tuis.
Dicta Pales nobis. idem Vinalia dicam.
Una tamen media est inter utramque dies.
Numina vulgares Veneris celebrate puellae.
Multa professarum quaestibus apta Venus.

Poscite

quemquam veterum ignoro; & rectius legeretur, *dat tamen inferias.* ut inf. lib. v. 422. sed quia in Mazariniano erasa erat vetus lectio, & restabat initio versus, loco *dat*, litera unica *l.* legendum puto, *It tamen exsequiae.* Heins.

850. *Dissimulata.*] *Dissimulanda* duo scripti & Edit. Grypb.

851. *Applicuit.*] *Apposuit* Junian. & duo alii. *implicuit* tres, *postrema feretro* Mazar. Moreti & duo alii.

851. *Posito suprema feretro.*] Servius: *Feretrum locus ubi mortui feruntur; & est Graecum nomen: nam Graece φέρετρον dicitur, &* νεκροφορεῖον. Placet in initio, *Feretrum, loculus ubi.* Neapol.

852. *Atque ait; Invito frater ademte, vale.*] Verbum *Vale* usurpabant etiam veteres inter eos, qui è vita excesserant; ut hoc loco & apud Virgilium lib. x. ubi Aeneas Pallantem à Turno interfectum alloquitur:

——— *Salve aeternum mihi maxime Palla,*
Aeternumque vale.

Lege ibi Servium. Item apud Catullum:

Accipe, fraterno multum manantia fletu,
Atque in perpetuum frater ave, atque vale.

Et in vet. inscriptione Romae, ΠΑΤΗΡ ΧΑΙΡΕ. Ciofan.

852. *Invito frater ademte.*] Verius *volenti* dixisses; nec aliud mihi unquam fundebis. Cicero IV. Officiorum: *Species enim militaris animum populi ejus; cui tum visum esset utilius, solum quam cum alteri regnare, fratrem interemit.* Audi nunc ejusdem sententiam de hac primâ perduellionis lege: *Omisit hic & pietatem & humanitatem, ut id quod utile videbatur, neque erat, assequi posset; & tamen muri caussam opposuit, speciem honestatis neque probabilem, neque satis idoneam: peccavit igitur, pace vel Quirini vel Romuli dixerim.* Nead.

853. *Arsurosque artus unxit.*] De hac unguendorum cadaverum consuetudine in scholiis in lib. de Ponto. Ciofan.

853. *Quod ille.*] *Illi* Bern. & unus Heinsi.

855. *Tunc juvenes.*] Rectius in quibusdam, *juvenem.* Nauger. Imo *juvenum* cum scriptis. & mox, *ulli credere*, rectius, quam *illi* ex antiquorum nonnullis lego. quod & Naugerius vidit. Heins. Ita & Neapol. & Gryph. & alii.

856. *Subdita flamma rogo est.*] Inde sepultus in Remuriâ: qui locus in summo Aventino; ubi ille de condendâ urbe fuerat auspicatus. Neapol. *Feto* unus Heinsi.

857. *Quis tunc hoc illi credere.*] Rectius in nonnullis, *quis tunc hoc ulli credere posset.* Naug. *Quis nunc hoc ulli* Excerpta Douzae Petav. & Laeti, qui & *posset*, ut multi alii.

859. *Sub magno.*] Omnes fere, *magno sub. cum magno* Bern.

860. *Saepe etiam.*] *Et semper plures* Pr. Ambros. & Laeti.

863. *Idem vinalia dicam.*] Sic habent omnes libri scripti. Ciofan. IX. Kalendas erant sacra Vinalia: quae duplicia; & quae celebrata hoc mense, Plutarcho dicta Ἀφροδίσια; & quae mense Sextili XIV. Kalendas Septembres, auctore Festo & veteri Kalendario. Priora putarunt viri docti Veneri sacra, posteriora Jovi. Testimonia posces, quae non habeo, nisi dissensum scriptorum. A quo judicatu me solvo. Nead. *Vinalia* Veneri sacra, quod vulgo creditum, ut ex sequentibus patet. Hinc duplex inscriptio Varronianae Satyrae apud Nonium, voce *Sartores. Vinalia*, sive περὶ Ἀφροδίσιων. quae Satyrae illius inscriptio Varroni arrisit, vulgi opinionem ac sententiam secuto: cum Vinaliorum festum revera Jovi esset consecratum. Hinc Noster erudite & caute paulo post Veneris quidem id festum dici, sed esse revera Jovis fe-

Poscite ture dato formam, populique favorem:
Poscite blanditias, dignaque verba joco.
Cumque suâ dominae date grata sisymbria myrto,
Textaque compositâ juncea vincla rosâ.
Templa frequentari Collinae proxima portae
Nunc decet: à Siculo nomina colle tenent.
Utque Syracusas Arethusidas abstulit armis
Claudius, & bello te quoque cepit, Eryx;
Carmine vivacis Venus est translata Sibyllae;
Inque suae stirpis maluit urbe coli.

Cur

ctum innuit, vs. 877. Masurius Fastorum secundo apud Macrobium Saturnal. libro primo cap. 4. *Vinalium dies Jovi sacer est, non, ut quidam putant, Veneri.* HEINS. *Nobis est, jam Vinalia edixi quidem. Vinalia* Bern. hic & postea.

864. *Inter utramque.*] *Utrumque* Arond. Pembr. Bernens. & sex alii. vid. 1. Met. 50.

865. *Numina vulgarat.*] Hoc festo meretriculae Veneris Erycinae templa adibant; & oblatis floreis manusculis cuncta expetebant, quibus populo placerent. NEAPOL. *Munera* Moreti. *nomina* Voss.

866. *Multa Venus.*] Non damno hanc lectionem, praeferam tamen, *Culta*, si per libros veteres liceat. Vulgatam tamen lectionem si tuemur; *ut Multa* non cum *professis*, ut ad Arnobium doctissimus Heraldus pag. 133. opinatur, sed cum *Venere* erit construendum. HEINS.

868. *Professarum.*] Sic dictae famosae hae mulierculae: nam se vulgare non poterant, nisi praecederet apud Aediles professio. Vide accuratissimum Lipsium ad Annales Taciti. NEAP.

868. *Professarum quaestibus.*] In his situm praecipuum harum vilium studium; & vere Alexis ὁ τὴν ἐπαγγελτικὴν ἡδονὴν ἐσκηκὼς ἐπιτηδεύειν. Πρῶτον μὲν ἡ τοῦ κέρδους καὶ τὸ τοιοῦτον τῆς πόλεως ταῦτα αἰτιᾶται πεπίστευκε γάρ. NEAPOL.

868. *Dignaque verba joco.*] Joco scripti potiores, probe. *Jocum* ponit alibi quoque pro lusu Venereo. *Joci*, Haidae ut lib. II. Artis Amor. 723.

Accedant gustus, accedat amabile murmur,
Et dulces gemitus aptaque verba joco.

Epistola Sapphus,

Crebraque mobilitas aptaque verba joco.

Sapph. lib. I. Fast. 395. ut quidem legendum:

Di quoque cultores gelidi venere Lycaei,
Et quicunque loci non alienus erat.
Panes, & in Venerem Satyrorum prona juventus.

Sic & saepe aliis locis. de *jocis* & *joculis* videatur Salmas. ad Solin. pag. 1123. HEINS. Vid. 3d Epist. xv. 48. & alibi.

869. *Cumque sua Dominae.*] *Cuncta sua* Mezzirinian. forte, *juncta sua.* ita enim saepe Ovidius. II Met. 701.

Juncta suo pretium dabitur tibi femina tauro.

inf. VI. 337.

Ut referam breviter mala juncta pudori.
HEINS.

870. *Textaque.*] *Tectaque* multi. *serta rosa* Petav.

871. *Templa frequentari Collinae proxima portae*
Nunc decet, à Siculo nomina colle tenet.] Strabo lib. VI. Erat autem, ut ait Publius Victor, in quincta Urbis regione. CIOFAN. Strabo lib. VI. Ἀφροδίτης δ' ἱερὸν ὃ ὠ Ῥωμαῖ ἅπαν τὸν τόπον τὸν περὶ τὸν κολλῖνα καλοῦσι, ἱερὸν Ἀφροδίτης Ἐρυκίνης λεγόμενον, ἵδρυσε δὲ νικὼν, ὡς φασι, πρὸς Σικελοὺς ἀζιόλογος. Dedicata Romae haec aedes anno DLXXII. de quo agens Livius lib. XL. *Aedes*, inquit, *duae eo anno dedicatae sunt, una Veneris Erycinae ad portam Collinam (dedicavit L. Porcius L. F. Licinius Duumvir: vota erat ab Cos. L. Porcio Liguslino bello) altera in foro Olitorio Pietatis.* NEAP. Tecta Bernens. & decem alii.

872. *A Siculo nomina colle tenet.*] Ubi & templum habuit ditissimum. de quo etiam Strabo eodem libro: Οἰκεῖ δὲ καὶ ὁ Ἔρυξ λόφον ὑψηλὸν, ἱερὸν ἔχων Ἀφροδίτης, τιμώμενον ἀξιολογώτατα, ἱερόδουλα γυναικῶν πλῆθος τοσοῦτον, ὡς αὐξῆσαι καὶ ὑψηλότατον ὄντα τὸν Σικελὸν καὶ ἔξω τῆς ἀκροπόλεως καταπεφθῆναι τὸ πλῆθος. Quis praeclet tuic fidem? Diodorus, qui scripsit pauculos annos ante Strabonem haec de cultu & splendore sedis Erycinae lib. IV. *Fani hujus religiosi majestatem si quis accuratius penset, meritò illud admiratione prosequatur: alia enim sacraria post aliqua gloriae instrumenta adversi persaepe casus labefactant & convellunt; at hujus fani cultus à primo dedicationis exordio tantum abest ut defecerit, ut contra subinde majus acceperit augmentum.* NEAP.

872. *Te-*

Cur igitur Veneris festum Vinalia dicant,
Quaeritis; & quare sit Jovis ista dies?
Turnus, an Aeneas Latiae gener esset Amatae,
Bellum erat. Hetrusas Turnus adoptat opes.
Clarus erat, sumtisque ferox Mezentius armis:
Et vel equo magnus, vel pede major erat.
Quem Rutuli Turnusque suis adscisscere tentant
Partibus. haec contra dux ita Tuscus ait:
Stat mihi non parvo virtus mea, vulnera testes;
Armaque, quae sparsi sanguine saepe meo.

Qui

872. *Tenet.*] *Tenent*, templa videlicet, multi ex scriptis. Remed. Amor. 549.

Est prope Collinam templum venerabile portam:
Imposuit templo nomina celsus Eryx.

HEINS.

875. *Carmine vivacis.*] Pace tuâ dicam, mi Ovidi, hallucinaris: nam haec Veneris aedes prope portam Collinam non dedicata monitu carminis Sibyllini, sed vovit sponte L. Porcius Liguslino bello, dedicavit Porcius L. F. Licinius, ut ex Livio vidimus, anno DLXXII. Fateor aliam eidem Veneri vovisse Q. Fabium Maximum jussu libri fatalis, sed ante hanc positam annis XXXIV. Servilio Geminio & C. Flaminio Coss. idem Livius lib. XXII. *Decemviri libros Sibyllinos adire jubentur: qui, inspectis fatalibus libris, renuntiarunt patribus, quod ejus belli causâ votum Marti foret, id non rite factum, de integro atque amplius faciendum esse; & Jovi ludos magnos, & aedes Veneri Erycinae ac Menti vovendas esse, & supplicationem lectisterniumque habendum.* Hoc igitur anno vota, sed dicata DXXXVIII. L. Postumio Albino & T. Sempronio Coss. idem lib. XXIII. *Exitu anni Q. Fabius Maximus à Senatu postulavit, ut eadem Veneris Erycinae, quam Dictator vovisset, dedicari liceret: Senatus decrevit, ut T. Sempronius Consul designatus, cùm primum magistratum iniisset, ad populum ferret, ut Fabium Duumvirum esse juberent aedis dedicandae causâ.* Nec suspicetur aliquis, Nasonem de hac aede Q. Fabii forte loqui: nam haec sita in Capitolio regione VIII. ipsusmet Livius eodem libro: *Interea Duumviri creati sunt, Q. Fabius Maximus & T. Oriacilius Crassus, aedibus dedicandis; Menti Otacilius, Fabius Veneri Erycinae: utraque in Capitolio est, canali uno discretae.* Hanc, quam hîc nominat Noster, aperte ait sitam prope portam Collinam, quae in regione V. Insuper alius Auctoris lapsus insurgit: nam post capas, inquit, Syracusas Venerem Erycinam in Urbem translatam; & ut ista:

Carmine vivacis Venus est translata Sibyllae,

loquacemus ad tempus, quo primum monitu Sibyllino Veneris Erycinae Romae coli coepta est, non perstant: nam Syracusae captae anno Urbis DXLI. templum dicatum DXXXVIII. NEAPOL.

877. *Dicant.*] *Dicam* Putean. & octo alii.

878. *Sit Jovis ista dies.*] M. Varro lib. V. de L. L. *Vinalia à vino: hic dies Jovi, non Veneris.* NEAP. *Iste dies* Ambros. Vatic. vid. Stewech. ad Arnob. pag. 152.

879. *Turnus, an Aeneas.*] Hac de re vide Livium, Plutarchum, Originem gentis Romanae; ubi multa ex antiquissimis scriptoribus. vide etiam Plinium lib. XIV. cap. 12. NEAP. Historiam paullo aliter ex Catone narrat Macrobius Saturnalium libro IV. cap. 2. *Ait Cato Originum libro primo, Mezentium Rutulis imperasse, ut sibi offerrent quas dius primitias offerebant, & Latinos similis imperii metu ita vocasse* (puto, *ita Jovem invocasse*, vel *vocasse*) IVPPITER SI TIBI MAGIS CORDI EST NOS EA TIBI DARE POTIVS QVAM MEZENTIO VTEI NOS VICTORES FACIAS. *Ergo quod divinos honores sibi exegerat, merito dictus à Virgilio contemtor deorum. Hinc pia illa insultatio sacerdotis, haec sunt spolia & de rege superbo Primitiae, ut nomine contumaciae, cujus poenas luit, raptas de eo notares exuvias.* HEINS.

880. *Etrusca: Turnus adoptat opes.*] *Adoptat* Zulichemianus. optime. hoc est, adscisit. externas & auxiliares copias suis adjungit. Vatinius apud Ciceronem lib. V. Ep. Famil. 9. *Ego autem quem potius adoptem aut invocem, quam illum, qui defendendo vincere didicit?* Statius Theb. VII. 259.

Jungunt se castris, regique in nomen adoptant
Ocalear Medontque.

Nonius Marcellus, *Optiones in cohortibus, qui sunt honesti gradus, ut optatos, quod est electos, & adoptatos, quod est adscitos.* Varro de vita populi Romani libro tertio existimat appellatos. *Referuntur Centuriis, adoptati in cohortes, subibant, ut semper plenas essent legiones.* HEINS. *Et Thuscas* Sarrav. pro varia lectione.

882. *Vel equo magnus.*] *Vel equo dubium vel p.* Junian. *aequo nullus* Moreti & Pembroc.

884. *Dux.*] *Rex* alter Moreti, *à contra* septem. *hos contra* duo.

Qui peris auxilium, non grandia divide mecum
Praemia, de lacubus proxima musta tuis.
Nulla mora est operae. vestrum dare; vincere nostrum est.
Quam velit Æneas ista negata mihi!
Adnuerant Rutuli. Mezentius induit arma:
Induit Æneas; adloquiturque Jovem.
Hostica Tyrrheno vota est vindemia Regi;
Juppiter, è Latio palmite musta feras.
Vota valent meliora: cadit Mezentius ingens,
Atque indignanti pectore plangit humum.
Venerat Autumnus, calcatis fordidus uvis:
Redduntur merito debita vina Jovi.

Dicta

Dicta dies hinc est Vinalia. Juppiter illam
Vindicat, & festis gaudet inesse suis.
Ex ubi, quae restant, luces Aprilis habebit;
In medio cursu tempora veris erunt.
Et frustra pecudem quaeres Athamantidos Helles:
Signaque dant imbres: exoriturque Canis.
Hac mihi Nomento Romam cum luce redirem,
Obstitit in mediâ candida pompa viâ.
Flamen in antiquae lucem Robiginis ibat,
Exta canis flammis, exta daturus ovis.
Protinus accessi; ritûs ne nescius essem.
Edidit haec Flamen verba, Quirine, tuus:

Aspe-

885. *Stat nihil non parvo.*] Idem apud Propertium lib. III. *magno stare.*

Atridae magno cum stetit alter amor.

Neapol.

885. *Vulnera testor.*] *Testes* à manu prima optimus Mazarinianus & tres alii. elegantius utique. sic lib. XVI. Met. 262.

——— *sunt & mihi vulnera testes:*

ut duo vetusti codices illic exhibent. & VI. Fast. 765. Curtius lib. IV. *Nec duces quidem copiarum sua laude fraudandi sunt. quippe vulnera, quae quisque excepit, virtutis indicia sunt.* apud Virgilium:

——— *vos corpora testes & flumina nymphis.*

Et apud Propertium lib. II. El. IX.

——— *sunt mihi fortia testes.*

Horat. IV. Od. 4. *Testis Metaurum.* Stat. II. Achil. 344. *Testes arae.* Juv. VIII. 149. *Sidera testes.* atque ita passim veteres. Heins.

888. *De lacubus.*] Producit haec Priscianus lib. VIII. pag. 779. ut probet *lacubus*, non *lacibus*, dici. *da mihi musta* unus. *meis* Thuan.

889. *Nulla mora est operi: vestrum est dare.*] Meus habet, *Nulla mora est operae, vestrum dare.* Neap. *Operae* melliores. vid. Gronov. ad Liv. III. 53. *est* deest etiam optimis.

891. *Adnuerant.*] *Adnuerunt* Scaliger. ut lib. II. 397. *adnuunt* quatuor libri. *annuerant* Arund.

891. *Induit.*] *Incubuit* Mazar.

893. *Hostica.*] Huc referri potest illud Plinii lib. XIII. 12. *M. Varro auctor est, Mezentium Etruscae regem auxilium Rutulis contra Latines tulisse vini mercede, quod tum in Latino agro fuisset.* Douza. *Hostia* Arond. & septem alii.

894. *Musta feres.*] *Vina* Petavianus. est enim vocativus. Heins. *Vina feres* Jun.

895. *Indignanti.*] *Indignato* quatuor. *tangit humum* pr. Vatic. & Edit. pr. *pulsat* Bern.

897. *Sordidus.*] *Horridus* Arond. Petav. & tres alii. vid. II. Met. 21. *Calcandis* Vatic. unus. *fordius* fex.

898. *Debita vina.*] *Vota* Ambros. Gott. & duo alii. Avien. Fab. XXIII.

Redderet & sacro debita vota loco.

899. *Juppiter illa vindicat.*] *Illam* Ursini, primus Ambrosianus, Mazar. Zulich. aliique multi. nempe, diem. mox, *quae restant*, non *restat*, melliores. Heins.

901. *Sex ubi quae restent.*] VII. Kalendas vere meo Publio bipartitur, quod Columellae ipso die Palilium, XI. Kalendas. Neap.

902. *In medio.*] *Jam medio* Ambros. pr. & quique alii.

903. *Et frustra pecudem quaeres.*] Eodem vit. Aries occidit acronycho occasu. Neap.

904. *Exoriturque Canis.*] Mira & nova fateor. Numquam audivi à natâ Astrologiâ, post Arietis occasum, imo post Tauri ortum, Canem exoriri. Quidam mallet, *exoriturque Capra.* Sedalquid? sequuntur Rubigalia, quae ad occasum Canis institutа & celebrata. Plinius lib. XVIII. cap. 29. *Rubigalia Numa instituit anno regni sui XI. quae nunc aguntur ad VII. Kalendas Maji; quoniam tunc fere segetes rubigo occupat. Hoc tempus Varro determinat Sole Tauri partem decimam obtinente, seu tunc ferebat ratio: sed vera causa est, quod post dies undeviginti ab Aequinoctio verno, per id quatriduum, varia gentium observatione, in quartum Kalend. Maji Canis occidit. Sidus & per se vehemens; & cui praeoccidere Caniculam necesse sit.* Respicio hinc mihi de mendâ venit; & adhaet scribere:

Signa dabunt imbres, effugiesque Canis.

Hic enim moto Tauro statim cecidit navi Argoae. Nigidius apud Servium Commentario sphaerae Graecanicae: *Oritur enim Canicula cum Cancro, in columen venit cum Geminis, occidit cum Tauro.* Virgilius primo Georgicon:

Candidus auratis aperit cum cornibus annum
Taurus, & adverso cedens Canis occidit astro.

Firmat etiam nostram emendationem; quod ille in occasu vehemens, gelidus, pluvius. Manilius clare loquitur libro primo:

Subsequitur rapido contenta Canicula cursu,
Quâ nullum terris violentius advenit astrum,
Nec gravius cedit: namque horrida frigore saevit;
Sic in utrumque movet mundum, & contraria reddit.

Neapol. Plinius canem hoc tempore ait occidere, etiam Columella & Ptolemaeus, Nostro in contraria eunte, quod miror; reprehendit jam Nasonem hoc nomine Solinianis Exercitationibus Salmasius. Heins. *Occidit atque Canis* Farnef.

905. *Hac mihi Nomento.*] Sabinorum oppido. Neap. *Haec m. Numento* alii. *hac m. nam memini* Moret. tertius.

905. *Luce.*] *Forte* duo. *rure* Junius.

906. *In media candida turba via.*] *Candida turbae* sunt Flamines, qui ad Rubiginem placandam properabant, albo induti vestimento: color is erat sacrificantium. Valerius Maximus, loquens de S. C. publicato post cladem Cannensem, quo cautum, ut luctui ejus stragis diebus triginta finis daretur, ne publica & privata sacra detererentur; *Matres*, inquit, *ac filiae, conjugesque & sorores nuper interfectorum, abstersis lacrymis depositisque doloris insignibus, candidam induere vestem & aris dare thura coeptae sunt.* Neapol. Rectius, *pompa*, primus Ambrof. Mazar. & septem vel octo alii. sic *pompam* vocat comitatum illum Prudentius, qui Martyres ad supplicium ductos sequebatur περὶ Στεφ. Hymno primo:

Quo vires dolore tortor, quave pompa ornaverit.

ita enim ex vetustissimis libris scribendum, non *poena*. Heins. Imitatus est hunc locum Sedulius lib. IV. 141. ubi eadem varietas deprehenditur,

Candida felicem revocavit pompa parentem,

ita olim legebatur. Cellarius ex Gronovii restitutione, *turba*, edidit. Burm.

906. *Media via.*] De hac Servius: *Ab hoc capitolio via Nomentana dicta, quae incipiebat à Viminali portâ.* & priscus lapis:

VIÆ NOMENTANÆ PATRONVS.

Neapol.

907. *In antiquae lucum.*] Displicet lectio; sed sic plerique, praeter duos optimos, qui habent *antiquum.* Quanto melius ad lucum quam ad Rubiginem epithetum referre. Antiqua sane Rubigalia non insiteor: instituit Numa Pompilius anno regni sui XI. Varro lib. primo de R. R. cautam incoepti cultus his explicat: *Quarto, Robigum ac Floram, quibus propitiis neque rubigo frumenta atque arbores corrumpit, neque non tempestive florent: itaque publicae Robigo furiae, Robigalia; Floralia, ludi Floralia instituti.* Festus: *Robigalia dies festus VII. Kalendas Majas, quo Robigo Deo suo, quem putabant rubiginem avertere, sacrificabant.* Neap. *Antiquum* Junian. & novem alii.

907. *Lucum Rubiginis.*] Panvinius in Topographiâ Urbis lucum & aedem ponit in regione V. sed aedem expressim viâ Nomentanâ extra portam Catularian; ubi sacrificium Robigini & Caniculae faciebant. Ad hanc mentem Festus: *Catularia porta Romae dicta est; quia non longe ab eâ, ad placandam Caniculae stellae frugibus inimicam, rufae canes immolabantur, ut fruges flavescentes ad maturitatem perducerentur.* Neapol.

907. *Rubiginis ibat.*] Libri duo è meis, *Robiginis.* & certe verius: nam ei venit etymon, ut suspicor, à colore robo; qui Graecis ἐρυθὸς. Hinc *robos* boves à rusticis vocatos auctor est Festus in vocabulo *rebum.* Expresse vetus Senatus Consultum apud Gellium lib. IV. cap. 6. SATIS HABENDVM CENSVERVNT, SI QVID SVCCIDANEIS OPVS ESSET ROBVS, SVCCIDERET. Vulgo male legitur, ROBIGVS ACCEDERET. Et inscriptâ I reperio *Robores*; ut in hac Inscriptione, LIBATVRIS SE SCIAT

VOL.

Aſpera Robigo, parcas Cerealibus herbis:
Et tremat in ſummâ leve cacumen humo.
Tu ſata ſideribus coeli nutrita ſecundi
Creſcere, dum fiant falcibus apta, ſinas.
Vis tua non levis eſt. quae tu frumenta notaſti;
Moeſtus in amiſſis illa colonus habet.
Nec venti tantum Cereri nocuere, nec imbres;
Nec ſic marmoreo pallet aduſta gelu;
Quantum, ſi culmos Titan incalfacit udos.
Tum locus eſt irae, Diva timenda, tuae.
Parce, precor, ſcabrasque manus à meſſibus aufer;
Neve noce cultis: poſſe nocere ſat eſt.

Nec

VOLCANALIBVS X. CAL. SEPTEMBRES VIVLO ROBIO ET VERRE. NEAPOL. *Robiginis* duo codices ex iis, quos inſpexit Neapolis. atque ita ex noſtris veterrimus Petavianus, & mox, *Robigo*. ſic idem codex libro primo ſupra,

——— *ſcabrae Robiginis expers.*

pro *Robigine* Dea Deus *Robigus* eſt Varroni & Feſto. hinc *Robigalia* apud eosdem. & in Veteri Kalendario. *Robigus* etiam Gellio lib. v. cap. 12. quem cum Averruncо Deo conjungit. apud Virgilium quoque libro primo Georg. 150. codex Mediceus longe vetuſtiſſimus aliique, quos Pierius Valerianus conſuluit,

——— *ut mala culmos*
Eſſet Robigo.

ubi Servius. *Inde & Robigus deus, & ſacra ejus ſeptimo Kal. Majas Robigalia appellantur.* Ita ſcribe, vulgo, *Rubigus Deus*, & *decimo Kal. Majas Rubiginalia*. ſed Feſtus bene *ſeptimo Kalendas* habet. nam & eo die Kalendarium in marmore antiquo *ROB.* hoc eſt *Robigalia*, agnoſcit. Plinius lib. XVIII. cap. 19. *Robigalia Numa inſtituit.* & cap. 29. *Tria tempora frugibus minabant, propter quod inſtituerunt ferias diesque feſtos, Robigalia, Floralia, Vinalia. Robigalia Numa inſtituit anno regni ſui undecimo, quae nunc agunt ad VII. Kal. Martias.* ſic lege. Idem Virgilius eodem libro, 495.

Exſcia inveniet ſcabra robigine pila.

Georg. II. 220.

Nec ſcabie & ſalſa laedit robigine ferrum.

quemadmodo & illic iidem vetuſtiſſimi codices, apud Columellam quoque lib. x. ſcribendum cenſeo,

Hinc nuda Robigo viridet ne torreat herbas.

Et apud Prudentium contra Symmachum:

Nunc conſumit uvas ſegetem Robigo maligni
Aeris ex vitio.

Gloſſae veteres, Ἐρυσίβη, *tinea, Robigo.* Neque aliter vetuſtiſſimi apud Horatium lib. III. Od. XXIII.

Nec peſtilentem ſentiet Africum
Fecunda vitis, nec ſterilem ſeges
Robiginem.

apud Juvenalem Sat. XIII. 148. veterrimae membranae, *Pocula adorandae Robiginis.* & optime Thuaneus apud Martialem libro v. Ep. 29. *Robiginoſi dentes.* ſic & lego apud Lactantium libro I. de Falſa Religione: *Haec enim ſemper excuſatio eſt illorum, qui mala ſua pro Diis habent, ut Romani Robiginem & Febrem.* apud Agrimenſores: *Fruſtus Robigine occidentur.* HEINS. DEO RVBIGO SACRVM lapis in ſuburbano Foro Julii, quem dederunt Baſil. Zancarol. Cydonii Antiq. Forojul. lib. I. pag. 44. & Philipp. a Turre de Diis Aquilejenſibus, qui erudite illuſtravit.

908. *Exta canis flammis.*] Rufus eſſe debebat; imo catulus & lactens. id me docuit Columella:

Haec ne ruricolae paterentur monſtra ſalutis;
Ipſa novas artes varia experientia rerum,
Et labor oſtendit miſeris, uſusque magiſtra
Prodidit agricolis ventos ſedare furentes,
Et tempeſtatem Tuſcis avertere ſacris:
Hinc mala Rubigo, virides ne torreat herbas,
Sanguine lactentis catuli placatur & exta.
NEAPOL. *Exta canum* tres libri; ut lib. I. 389.

912. *Et tremat in ſummâ leve cacumen humo.*] *Laeve cacumen* omnino ſcribendum cum nonnullis membranis, quod codex unus Moreti recte interpretatur *ſine rubigine.* apud Claudianum quoque Bello Gild. v. 215. opinor reponi debere:

Laevis & excuſſa micuit rubigine canus.

quamquam in ſcriptis editisque, quos inſpexi, *Et levis*, legatur: laeve enim ſcabro opponitur. *Laevare faxa* apud Statium Via Domitiana VI. 51.

Hi cadunt nemus eruuntque montis,
Hi ferro ſcopulos trabesque laevant.

Ita verſus iſti conſtituendi. nam in vetuſta editione, quae Parmae prodiit anno MCCCCLXXIII. *trabesque*

Nec teneras ſegetes, ſed durum contere ferrum:
Quodque poteſt alios perdere, perde prior.
Utilius gladios & tela nocentia carpes.
Nil opus eſt illis: otia mundus agit.
Sarcula nunc, durusque bidens, & vomer aduncus,
Ruris opes niteant: inquinet arma ſitus.
Conatusque aliquis vaginâ ducere ferrum;
Adſtrictum longâ ſentiat eſſe morâ.
At tu ne viola Cererem: ſemperque colonus
Abſenti poſſit ſolvere vota tibi.
Dixerat. à dextrâ villis mantele ſolutis,
Cumque meri paterâ turis acerra fuit.

Tura

laeque levant exhibetur, quod occupaſſe video Gronovium cap. XL. Diatribes. Vulgatae, *trabesque cadunt.* quod ferri non poteſt, cum ſuperiori verſu praeceſſerit. *eruuntque montes* quoque reſcripſi, cum *exunt* minus placeret. agitur enim de ſaxis ad viam ſternendam effoſſis. HEINS. Recte; ſed ſcribendum *leve.* Graecis λεῖον eſt. *& premat* Putean. Arund. & multi alii. *tremet* duo.

913. *Secundis.*] *Secundi* Arundel. Francof. & plerique veteres. ita, licet in alia re, Flor. II. 6. *Coelum ſecundum tenens.*

915. *Quae tu.*] *Qua tu* Edit. D. Heinſii.

918. *Pallet.*] *Meſſes* Voſſ. & tres alii. *nec ſi marm.* decem.

919. *Culmos Titan incalfacit udos.*] Quod & principio Georgicum Poëta notavit in hisce:

Mox & frumentis labor additus, ut mala culmos
Eſſet Robigo. ———

Bene *eſſet*: nam penitus rodit & occidit ſegetes. Hâc metaphorâ uſus Martialis in Epiſtolâ lib. XII. ad Priſcum in ſynchronos vates Bilbilitarios, qui ejus Epigrammata invidiâ carpebant: *Accidit his*, inquit, *municipalium rubigo dentium, & judicii loci livor, & unus aut alter mali, in paſſillo loco multi.* Rubigo autem tunc ſaevit in ſata, cum illis udis ſoles magni ſuperveniunt. Plutarchus de primo frigido: Τὸ δὲ ὑφορᾶσθαι καὶ πάθος ἄστιον ἀν συμφθεῖρῃ, περὶτὰ βρύοντα καὶ πεπιστευκότα ὑφοῦσθαι ἡδέως ἐπιφλογοῦν ἐπ' ἀμβλῶν. Negavit id Plinius, omnemque uredinem ſegetis frigori imputat clare his verbis lib. XVIII. cap. 28. *Plerique dixere, rorem inuſtum ſole aeri, frugibus rubiginis eſſe cauſſam, & carbunculi vitibus: quod ex parte falſum arbitror, omnemque uredinem frigore tantum conſtare, ſole tamen.* Verior Graeci ſcriptoris & Noſtri ſententia. NEAP.

921. *A meſſibus.*] *E* Petavian.

923. *Segetes.*] *Meſſes* tres. *fruges* unus.

923. *Durum amplectere ferrum.*] *Contere* primus Ambroſianus & Laeti codex. HEINS. Obverſatus fuit librario, credo, verſus ex Epiſt. VII. 31.

Parce Venus nurui, durumque amplectere fratrem.
Frater Amor.

923. *Contere.*] Rectum. Graecis ita verbum ἀμῶν. Bacchylides Edit. Steph. pag. 250. ἀλλὰ τ' ἀμφάκεα ἐρίηρες ἀμῶντα. quod mox citat Neapolis. & hinc *adamas* dictus, de quo alibi. BURM.

924. *Perde prius.*] *Prior* duo Vatic. Urſ. & Stat. CIOFAN. *Perde precor* Bernenſ. & multi alii. *aliud perdere* pr. Vatic. mox, *nocentia perdas*, prim. Ambr. & duo alii. *utilior* etiam Petav.

926. *Otia mundus agit.*] Tres Vatic. Urſ. & Statii ſic habent. alius Vatic. *mundus habet.* illam ſequor. CIOFAN. *Otia mundus agit*, non *agat*, meliores. HEINS. Vid. lib. I. 58.

927. *Sarcula nunc.*] *Nunc* deeſt uni codici. Forte, *Sarculaque, durusque bidens.* lib. XI. Met. 36. *Sarculaque raſtrique graves.* HEINS.

927. *Vomer aduncus.*] *Vomis* Laeti exemplar. ut apud Virgilium Georg. primo, 46. in veterrimis membranis:

— *ſulco attritus ſplendeſcere vomis.*

& mox pl. 162.

Vomis & inflexi primum grave robur aratri.

Deinde perperam, *Ruris opus*, quidam ex praeſtantioribus. Triſtium lib. III. x. 59.

Ruris opes parvae parant, & fridentia pluſtra.
HEINS.

929. *Ducere.*] *Educere* plurimi ſcripti. vide Heinſ. ad Valer. Flac. I. 122.

930. *Adſtrictum longa.*] Diuturnae pacis index: Bacchilidis Melici Carmen:

Ἐς δ' εὐδαιμόνιαν πόρευε αἰθὰν ἱππόχαν
Ἰσοι πλοῦτοι, ὑγιὰ τε λογχυτὰ,
ξίφεά τ' ἀμφάκεα ἐρίηρες ἀμῶντα· χάλκεοι
Δ' ἐκέντ' ὑακίνθινοι κόνιες, ἀδὲ σκυτάλαι μελίφρων
ὕπνος. NEAPOL.

931. *Ne viola.*] *Nec* duo libri.

Tura focis vinumque dedit, fibrasque bidentis,
Turpiaque obscaenae (vidimus) exta canis.
Tum mihi, Cur detur sacris nova victima, quaeris?
(Quaesieram) causam percipe, Flamen ait:
Est canis (Icarium dicunt) quo sidere moto
Tosta sitit tellus, praecipiturque seges.

Pro

932. *Solvere.*] *Reddere* Moreti, Ambr. & tres vid. III. Met. 161.

933. *Dixerat: a dextra.*] In alio, *Duxerat ad dextram.* Si quid video, non verius. NEAPOL. *Ad dextram* agnoscit Priscianus lib. VI. pag. 681. *et dextra* Ursini & duo alii. HEINS. Vid. II. Met. 25. & III. 161.

933. *A dextra villis mantele solutis.*] Manu dextra sacerdos ille Quirinalis cum patera & acerra gestabat linteum mappa longiusculum, tergendis manibus peracto sacrificio. *Mantele* Graecis χειρόμακτρον. Julius Pollux: Λύσια δ' ἐκάλουν τὰ μικρὰ ἔρια χειρόμακτρα, ἐν οἷς καὶ τὰ δακτύλια. ὅτι δὲ καὶ παιδὶ τὴν ἀναζωσίμην μανίλιος ἔτυχε καλῶς, Varro lib. V. de L. L. *Mantilium, quasi manutergium, ubi manus tergunter.* Glossae parum propitiae, μάππα, χειρόμακτρον: nam *mappa* tantum ori serviebat: breve linteum, quod convivii quisque vocatus è domo sua ferebat. Confunditur tamen apud omnes mappa cum manteli, mantele cum mappa. illud etiam passim mensarum integumentum. Martialis in Epigrammate, cui lemma, *Gausapa, vel mantele:*

Nobilius villosa tegant tibi linteа cirrum:
Crebius in nostris circulus ista foris.

Spartianus in Heliogabalo: *Exhibuit parasitis cenas de vitreis, & nonnumquam tot picta mantelia in mensa mittebat, ut edulibus picta, quae apponerentur.* NEAPOL. *Mantele* veteres, ut apud Virgil. IV. Georg. 377.

—— *tonsi mantelia villi,*

Medicem codex longe vetustissimus aliique omnes vetusti. sic *mantella* apud Lucilium, & *mantillum* apud Plautum. HEINS.

933. *Villis solutis.*] His contrarium, *tonsi villi*; id est Servio, *pinnatis vel compositis.* Prorsus mihi: ibi enim Poëta vult, mantelia nullos in ora eximia cirros habuisse. Nec *villosa linteа* apud Martialem est fuat, quibus villus per omnia insurgit; tonsa, quibus demissus: sed quibus subremem de industria relictum; tonsi, quibus nullum. Quid aliud hi villus, quam quod nos Itali, *i fiocchi d'una tovaglia? Villos tigitur solutos* expico, subtrahendum e linteo pendens hunc fimbriae dat unum Phoedrus cuidam liberto lib. II. Fab. V.

Ex alticinctis unus atriensibus;
Cui tunica ab humeris linteo Pelusio
Erat destricta, circis dependentibus.
NEAPOL.

939. *Est canis (Icarium dicunt) quo sidere moto Tosta sitit tellus.*] Alibi:

Et micet Icarii stella proterva canis.

Dicitur & Sirius ἀπὸ τοῦ σειρᾶν, quod est exsiccare. Aratus in Phaenomenis:

—— ὃς ἦ μάλιστα
Ὀξὺς σειρᾶσι, καὶ μιν καλέουσι Σείριον.

Germanicus: *Sirius stella est in medio centro tauri, ad quam cum Sol accesserit, duplicatur calor ipsius, & languore afficiuntur corpora humana. Sirium autem stellam vocatam putant propter flammae candorem. Latini autem illam Caniculam vocant, unde & dies caniculares dicuntur: quia, quamdiu Sol in ipsa est, pestifera est, sed pro qualitate adjacentium commutatur. Nam aut vincitur, aut morbos utitur viribus. Hinc est quod cum certo tempore movetur, non semper est noxia. Quidam vero dicunt tenem fuisse. quae Europae cum dracone custos data est, quae postea Minos utraque accepit, eandem postea ob medicinae causam Procridi in munera datam: quae postea Cephalus utraque possedit, vir Procridis, qui eam ad Thebas duxit ad vulpem, Thebanorum agros infestantem: cui cani fatum est, ut ab allo posset interfici, itemque vulpi. Jupiter vero utrosque in lapidem convertit, & eandem in astrorum numero.* Anspicianus tragoediarum scriptor erat. CLODAN. Sidus frugibus maxime noxium. hinc ἀστροβλίζει, & ἀστροβλήθη, & ἀστροβλισμὸς, *sideratio*, quae vocabula ad plantas & fruges a canicula adfectas Theophrastus libro de Causis plantarum frequenter transfert. apud eumdem habes non uno loco, ἀστροβλῆται γίνεσθαι τὰ φυτὰ, ἀστροβλίζεται ὀπώρα, &c. apud Aristotelem occurrit. Hesychius ἀστροβλῆτας τοὺς ὑπὸ τοῦ Κυνὸς βαλλομένους. Videndus Canicula Aratus & ejus interpretes Cicero, Germanicus, Avienus. HEINS. Vid. Val. Flac. I. 683.

939. *Quo sidere moto.*] Quo exorto. sic potissimum hic sensus: nam moveri sidus proprie est quod ἀπὸ τοῦ ἀφανοῦς εἰς τὸ φανερὸν procedit; & contra, quod ἀπὸ τοῦ φανεροῦ εἰς τὸ ἀφανές. NEAP.

940. *Te-*

Pro cane fidereo canis hic imponitur araе:
Et, quare pereat, nil nisi nomen habet.
CUm Phrygis Assaraci Titania fratre relicto
Sustulit immenso ter jubar orbe suum;
Mille venit variis florum Dea nexa coronis:
Scena joci morem liberioris habet.

Exit

940. *Tosta sitit.*] *Tosta* in quibusdam, non *tosta*. NAUG. Bene de hujus sideris ortu Alcaeus Mitylenaeus:

Οἶνος τοὐμπαν τίνυται,
τὰ δ' ἄλλα πάντα ἀβρεύεται·
ἢ δ' ἄμπελος χαλᾷ,
πάντα δ' ἐπ' ἀκρᾶ τὰ κυύματα.

NEAPOL.

940. *Praecipiturque seges.*] Non sunt audiendi codices, in quibus *Praeripitur* est invenire. Columella lib. de Arbor. cap. 2. *Nam qualiscumque generis uvae, quae incorruptae ad maturitatem perveniunt, longe melioris saporis vinum faciunt, quam quae praecipitantur aestu.* Ita locus ille ex optimis membranis est calligandus. De *praecipiendi* verbo hac significatione nos complura ad Valer. Flacc. IV. 341. & 751. *praecipi seges aestu* dicitur, cum ante maturitatem arescit. quare perperam apud eundem Columellam libro VIII. cap. 16. circumfertur: *Si propter exilitatem soli, quae plerumque illuvi vitium est, fructus terrae praecipere non poterit, ex mari reditum constituat.* cum ex auctoritate ejusdem codicis *praecipere* illuc sit revocandum. denuo Columella ex optimo exemplari membraneo libro XI. cap. 2. *Nam colorem nulla res vinaceis potest adferre, nisi naturae maturitas, praesertim cum ita in media parte acinorum sint, ut & a sole & a ventis protegantur, humoremque ea non patiatur praecipi* (male & contra mentem Columellae codices vulgati *percoqui*) *aut infuscari, nisi suapte natura.* Econtra apud eundem paullo post ex iisdem membranis restituendum, *Nam ad percipiendum semen ultima pars Octobris circa Calendas Novembres melius obruitur.* HEINS. *Praeciditurque* pr. Vatic. & Patav.

941. *Canis hic imponitur araе.*] Huic parissimum festum fuit apud Graecos, ii bene memini: Κυνοφόντια illi dixere. Athenaeus lib. III. Μὴ βάζε, ἔπην, ἐπ' ἐτῶσιν, μὴ δ' ἀγερώχαιον τλῆθι κυνοκτόνον ἐξεπιλήθου λύσσης, ἢ τὰν πάντα κακὸν ἐχεφρόνα θῆρα αἰνάσεαι μάλα, καὶ σφετέροισι τοῖς ἐνδοίοισι, μὴ καὶ τὰ Κυνοφόντια· Isaacus Casaubonus mallet, Κυνοφόντια, ἐφάπτου παιφάσσεσθαι, ἀνεὶ τῆς ναὸς Ἀφροδίτης ἐπεκλήθης. NEAPOL. Canem hunc rutili coloris fuisse docet Petavius ad Juliani Orat. V. pag. 91. Edit. Spanhem.

942. *Et quare siat.*] *Quare pereat* Zulich. Max. Voss. Arond. & octo vel decem alii. quod verum est. HEINS.

943. *Cum Phrygis Assaraci.*] Sic est in omnibus libris scriptis. vere. Idque vidit hic Pareusis, & praeclare interpretatus est. CLODAN. IV. Kalendas Majas incipiebant Floralia. Plinius lib. XVIII. cap. 29. *Itaque iidem Floralia IV. Kalendas ejusdem Maji instituerunt, Urbis anno* DXVI. *ex oraculis Sibyllae, ut omnia bene defloresceront. Hunc diem Varro determinat, sole Tauri partem quartamdecimam obtinente: ergo si in hoc quatriduum incideris plenilunium, fruges, & omnia quae florebunt, laedi necesse erit.* Nescio, an probi numeri Pliniani: sit mihi fides, & scribe, *anno Urbis* DXIII. nam L. & M. Publicio plebis Aedilibus, ut dicemus, instituta. Facile fuit ex II. reddere litteram V. NEAP. *Ut Phrygis* Francof. Thuan. *cum Priami conjux* quaedam editiones veteres.

943. *Tithonia.*] *Tithonia conjux* recte Virgilio ac Silio Italico Aurora dicitur. ut & Nostro infra initio lib. V. sed *Tithoniam*, ut hoc loco, κατὰ γυναικὸς recte dici non opinor. & tamen sic locuti quoque alii. Statius imprimis Sylvar. lib. I. Epithalamio Stellae:

Nec si alma per auras
Te potius presta veharet Tithonia biga.

& libro IV. Vindicis Hercule:

Donec ab Elysiis prosiluit sedibus alter
Castor, & hesternas visit Tithonia mensas.

& libro V. pietate Abascantii:

—— *citius genetrix Sipylea foretum*
Exhausisse genas.

sic scribe. non *Sipyleia fertur.* &:

—— *citius Tithonida maesti*
Deficient rores.

ad Somnum,

—— *tonites nostros Tithonia quassus*
Praeterit.

& libro Thebaïdos VI. 25.

Clara laboriferos cocio Tithonia currus
Extulerat. ——

& libro XII. 3.

— *ite-*

Exit & in Majas sacrum Florale Kalendas.
Tunc repetam: nunc me grandius urguet opus.
Aufert, Vesta, diem: cognato, Vesta, recepta est
Limine. sic justi constituere patres.

Phoe-

Invitas crepitus facito Tithonia mater
Discutit, & rutilis magnum parat aethera
Phoebis.

Ita apud Valerium Flaccum initio lib. III.

Tertia jam gelidas Tithonia flexerat umbras.

& libro II. 311.

Alma nova crispans falagas Tithonia Phoebo.

Sed his omnibus locis, & si qui alii apud poëtas veteres occurrunt, *Titania* reponendum censeo. Fuit enim Hyperionis Titanum unius filia, soror Phœbi & Lunæ. Hinc & Luna pari modo *Titania* est dicta. HEINS. *Titania* est hic in Pucciano & apud Morel.

Quo, fatale, immensis tot jubar orbe facem.] *Immensis* ex vet. libri *immensi orbe* Puteani codice. Lege, *immensa orbe*. ut Amor. lib. II. El. XIII.

Jam, fatale, Caesarum venit femina relictis,
Roma, priscum quae nobile aere diem.

de usurpandi verbo vide quae notamus lib. III. 56. 359. HEINS. *Immensi* legebat J. Vitus. *immensum* quamvis libri.

947. *Nova.*] *Misera* Bernens.

948. *Exit ex in Majas.*] Scribit igitur solemnitatis partem diu finem mensis Aprilis agitari; quod reliquum, mensis Maji. Diem ille libro sequenti fecit II. Nonas Majas. In Kalendario Constantini Magni prima Floralia invenio pridie Kalendas Majas, idem V. Nonas. NEAP.

947. *Festum Florale.*] *Saturni* vetustiores. HEINS.

949. *Aufert Vesta diem.*] Ne fallaris: in hunc Vestam non incidere, sed in VI. Idus Junias. Nunc translatio celebratur facti ignis in domum Palatinam. Mos fuit, Pontificem Maximum aedes publicas juxta Vestam incolere: eumque Augustus Pontifex jam designatus Palatium vellet inhabitare, Vestam ad se transtulit, id est à regione VIII. in X. ubi suum: cujus partem tunc publicavit. Dio Cassius: Ἐπειδὴ τε ἡ ἑστία μετωικίσθη ἐς τὰ βασίλεια, καὶ τὸ πῦρ τὸ ἀίδιον ἐνταῦθα ἐκομίσθη, καὶ τὸ ἄδυτον τὸ τῆς Ἑστίας ἐν τῇ οἰκίᾳ τῇ ἐμοὶ ἐπιδοθείσῃ ἐγένετο, καὶ τὸ ἄδυτον ἐκεῖνο ἐκλείσθη, καὶ τὰ ἱερὰ ἐκεῖνα ἐκρύφθη, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ ἐνόμισται ἀπόρρητα εἶναι, ἐκεῖνα τε ἐξ ἐκείνου ἐν τοῖς βασιλείοις ἐτέθη, καὶ τὰ ἐν τούτοις ἐνόμισται ἀπόρρητα εἶναι. Secunda causa verior. NEAP.

949. *Aufert Vesta diem. cognati Vesta recepta est Limine.*] *Aufer* Ursini, primus Petavii, Marm. & decem alii. *Aufers* alter Petavii. & tum *recepta* ut sit legendum. Praeterea, *cognato limine*, Aroudellianus & quatuor. venuste. sic *Cognatos aquae* Fast. III. *cognata lumina & cognatum caput* Fast. IV. atque ita passim. HEINS. *Limine* Bernens.

950. *Sic justi constituere patres.*] Undecim libri veteres, *Senes*, non *patres*. CIOF. *Justi senes* etiam Francof. Arondel. & infiniti alii. & in propria *justos senes* dici supra VI. 514. ostendit Heinsius. BURM.

951. *Phoebus habet partem.*] In alio Palatii angulo templum erat Apollinis Palatini. unde ita Naso in extrema Metamorphosi:

Vestaque Caesareos inter fatalia postes,
Et cum Caesarea tu Phoebe domufve Vesta.

Vides duo numina in una domo dicata. Suetonius in Augusto: *Templum Apollinis in ea parte Palatinae domus excitavit, quam fulmine vitam declarari à Deo aruspices pronuntiarant.* Ipse in suo Indice Ancyrano: CURIAM ET CONTINENS, ET CALCHIDICUM TEMPLUMQUE APOLLINIS IN PALATIO CUM PORTICIBUS FECI. Memini etiam porticus Suetonius: *Additae porticus cum bibliothecis Latinâ Graecâque*, de hac initio libri III. Dio Cassius; & Horatius Epistolâ II. ad Florum libro primo:

—— Tangere vites
Scripta Palatinus quaecunque recepit Apollo.

Latina scilicet Graecaque, quae divisim in Palatio locata. Hinc colligo, quod unaquaeque bibliotheca suos custodes habuerit. Antiquus lapis: L. VIRIVS AVG. SER. PAMPHILVS SCRIBA, ET A BIBLIOTHECA LATINA APOLLINIS. Alter: C. IVLIVS FALIX A BIBLIOTHECA GRAECA PALATINA. Miror cur Palatina tantum Graeca dicatur, Latina vero *Apollinis*: idque non in his solum lapidibus, sed & in tribus aliis observavi. NEAPOL.

952. *Tenet.*] *Tulit* Edit. Gryph.

953. *State Palatinae laurus.*] Lib. III. Trist. Elegia I. de Palatio loquens:

Phoebus habet partem; Vestae pars altera cessit:
Quod superest illis, tertius ipse tenet.
State Palatinae laurus, praetextaque quercu
Stet domus. aeternos tres habet una Deos.

Cur tamen opposita velatur janua lauro,
Cingit & Augustas arbor opaca fores.

Sic enim ibi est legendum, non *comas*, ut hîc legunt interpretes. Rationem ex veteri libro, Marliale & Plinio adduxi. CIOFAN.

954. *Stet domus.*] *Sed domus* duo. *sat* unus. *stat* duo. & *habet ipsa* duo. *illa* unus. *habitura* Farnes. unde Heinsius,

Sta domus aeternum tres habitura Deos.

nihil muto. nam variatio illa modorum frequens poëtis. vid. ad Val. Flac. VI. 16. BURM.



P. OVIDII NASONIS

FASTORUM

LIBER V.

QUaeritis, unde putem Majo data nomina menſi?
Non ſatis eſt liquido cognita cauſſa mihi.
Ut ſtat, & incertus quâ ſit ſibi neſcit eundum,
Cum videt ex omni parte viator iter.

Sic,

2. *Non ſatis.*] *Quae ſatis* Jun. *dum ſatis* Berneni.

2. *Non ſatis eſt liquido cognita cauſſa.*] Ea propter tria adducit ἔτυμα, menſem hunc aut à *Majeſtate*, Honoris & Reverentiae filiâ, dictum, aut à *Majoribus*, aut à *Majâ*, Mercurii matre. Primi non meminit ullus, niſi Noſter: ſecundum eſt ex ſententia Fulvii Nobilioris. Macrobius primo Saturnalium: *Nam Fulvius Nobilior in Faſtis, quos in aede Herculis Muſarum poſuit, Romulum dixit, poſtquam populum in majores juniores que diviſit, ut alteri jure conſilio, altera armis Reipublicam tuerentur, in honorem utriusque partis hunc Majum, ſequentem Junium vocaſſe.* Tertium ex opinione Cincii: licet hic Majam Vulcani dicat uxorem. Vir ille Conſularis: *Cincius menſem nominatum putat à Maiâ, quam Vulcani dicit uxorem; argumentatque ſuum, quod flamen Vulcanalis Kal. Majis Lovi Deae rem divinam facit.* Plutarchus in libro τῶν Κεφαλαίων· Καὶ ἐπὶ τῶν ἴσως Ἕρμιδι τὸ αὐτὸ γίνεται, ὡς Μαίας οὔσης ἢ τῆς Ἑρμοῦ μητρὸς ἢ παρθένου τινὸς Ἑλληνικῆς ἢ τροφοῦσης, ἢ ὅτι τοῖς ἀνέμοις ἱλάσκονται. NEAPOL.

3. *Ut ſtat, & incertus.*] Theognis: Ἓν τρίβῳ ἑστηκε. NEAPOL. Noſtrarum hanc ἀναζίαν viri docti ad illa Minut. Felicis, cap. 16. *Ut qui rectam viam neſcit, ubi, ut ſit, in plures una diffunditur.*

5. *Reddere.*] *Noſſere* prim. Ambroſ. & Lacti.

6. *Quae ferar.*] *Quo* multi ſcripti & editi. quae ſollemnis varietas. vid. lib. III. 645. IV. 573. V. 147. & alibi.

8. *Grata Meduſaei ſigna tenetis equi.*] Ita libri veteres conſtanter. Malim nihilominus, *Graja.* ſic Noſter ſaepenumero, Met. lib. IV. 536.

Si tamen in tumido quondam concreta profundo
Spuma fui; Grajumque manet mihi nomen ab illâ,

ubi ſimili errore erat peccatum. infra, VI. 186.

Ora micant Tauri ſeptem radiantia flammis,
Navita quae Hyadas Grajus ab imbre vocat.

lib. VI. 269.

—— *vi ſtando Veſta vocatur,*
Cauſſaque par Graji nominis eſſe poteſt.

Arte Amatoria libro I. VI. 686.

Grataque in iliacis moenibus uxor erat.

pro *Grajaque*, hactenus ſcribebatur. & Anonymus El. XIII. *More patrum grate.* pro *Grajo.* conjungendo in transcurſu Lactantii de Phoenice Elegia,

Tum legit aërio ſublimem vertice palmam,
Quae Grajûm Phoecix ex ave nomen habet.

ubi pari modo peccabatur. plura loca poſſent congeri, ſi hoc ageretur. HEINS. Saepe confundi hae voces fateor. (vid. ad I. Art. 686.) ſed hic tamen *grata* retineo. ſigna enim illa grata poëtis, quia aquam illam perennem ediderunt, unde irrigatur vatum ora. BURM.

9. *Diſſenſere Deae.*] *Diſſedere* primus Pareſius, eleganter. ſic lib. XV. Met. 628.

Diſſidet & variat ſententia. ——

ſed ſi ſilent, quod ſequitur, cur diſſentire dicatur? rectius igitur forſan Junianus, *Aſſenſere.* & ſub finem libri VI. *Sic cecinit Clio: dictisque aſſenſa ſororum.* Sed puto *Deſedere* reponendum eſſe pro *Conſedere.* in Helmaeſt. *diſceſſere.* HEINS. *Aſſenſere* etiam Bernenſ. ſed Muſas hic quaſi in conſilium miſſas conſiderat, quae cum inter ſe conſultarent diſſenſere; ſed tandem Polyhymnia, ut doctior & auctoritate alias vincens, ſententiam dicit, cui aſſentiuntur deinde Clio & Thalia. ſed Uranie alias, & deinde Calliopeia diverſas cauſſas prodiunt. vel poteſt *diſſenſere* capi de eventu, ex quo patet, diverſis datis cauſſis, diſſenſiſſe. BURM.

9. *Quatrum Polyhymnia cepit.*] Graecis eſt Πολύμνια. Sic Herodoti liber ſeptimus inſcribitur. Sic Diodorus Siculus, Plutarchus eam appellant. vel etiam Πολύμναια, & quod poëtis infinitus, formato vocabulo ex πολὺ & μνεῖα. Vide magni Etymologici auctorem in Εὐσέβιλος. Scribendum igitur, *quarum Polymneia cepit.* nec apud Noſtrum tantum, ſed apud Horatium quoque ac alios poëtas, quotquot ex Latinis hoc vocabulo utuntur. Sic in *Polymneſtor* duo priores, tam Noſtro quam reliquis poëtis, corripiuntur. de quo ad Metamorphoſes libro XIV. Horatius II. Od. IV. primam corripuit in *Tecmeſſa.*

Forma captivae dominum Tecmeſſae.

Noſter & Petronius priorem in *Protea*, ut libro VI. Metamorphoſeon oſtendimus. Horatius & Auſonius priorem in *cycno.* Silius ſecundam in *Therapnaeo.*

Este inter primos Therapnaeo a ſanguine Clauſi.

Auſonius ſecundam in *Clytaemneſtra.* Martialis ſecundam in *Smaragdo* libro V.

Sardonychas, ſmaragdos, adamantas, jaſpidas ſine,

5 Sic, quia poſſe datur diverſas reddere cauſſas,
Quâ ferar ignoro: copiaque ipſa nocet.
Dicite, quae fontes Aganippidos Hippocrenes
Grata Meduſaei ſigna tenetis equi.
Diſſenſere deae. quarum Polyhymnia coepit
10 Prima. ſilent aliae; dictaque mente notant.
Poſt chaos, ut primum data ſunt tria corpora mundo,
Inque novas ſpecies omne receſſit opus;
Pondere terra ſuo ſubſedit, & aequora traxit:
At coelum levitas in loca ſumma tulit.
15 Sol quoque cum ſtellis nullâ gravitate retentus,
Et vos Lunares exſiluiſtis equi.
Sed neque terra diu coelo, nec cetera Phoebo
Sidera cedebant: par erat omnis honos.
Saepe aliquis ſolio, quod tu, Saturne, tenebas,
20 Auſus de mediâ plebe ſedere Deus.

Et

neque enim aſſentior illis, qui *ſmaragos* ibi reponunt. etſi haud ignoro σμάραγος etiam a Graecis uſurpari. Apud Pauſaniam Phocaicis in veteri quodam Epigrammate corripitur ſecunda in *Polygnoto.* ſed plena ſunt hisce Graecorum monumenta. HEINS. Vid. ad VI. Met. 468.

12. *Opus.*] *Onus* Jun. Moreti & decem alii.

14. *Tulit.*] *Tenet* Petavii.

15. *Retentus.*] *Retentis* Moreti unus. mox *praeſiluiſtis* Junii. *proſiluiſtis* duo.

19. *Saepe aliquis ſolio, quod tu, Saturne, tenebas.*] Unus Mediceus cum prim. editione, *ſolio, quo tu, Saturne, ſolebas.* Mazarin. Strozzae & tres alii, *quo tu, Saturne, ſedebas.* vid. II. Pont. VIII. 13. & VIII. Met. 42. BURM.

20. *De mediâ plebe.*] Τὸν τυχόντα Graeci dicerent. Iſocrates in Helenae encomio: Ἐξ τῶν τυχόντων, ἀλλὰ μὲ τῶν πολὺ διενηνεγμένων. Eodem ſenſu legitur, *de viâ mulier, prae è triviis.* NEAPOL.

20. *Sedere Deus.*] Ac ſi poſtea ſedes unicuique pro meritis aſſignatae. Hanc diſtinctionem mihi viſus Homerus adſignificaſſe in Iliade A. 606. ubi, poſt Deorum convivium fictum & pictum:

Οἱ μὲν, addidit, κατὰδυσαν ἕκαστος ἐὴν ἐς δῶμα ἑκάστῳ
Ἦχι ἑκάστῳ δῶμα περικλυτὸς ἀμφιγυήεις
Ἤρτισε πατὴρ ἰδυῖησι πραπίδεσσιν.

Hinc Apulejus in Metamorphoſi: *Accumbebat ſummum torum maritus, Pſychem gremio ſuo complexus, & cum ſuâ Junone Jupiter, ac deinde per ordinem toti Dii.* NEAP.

21. Et

Et latus Oceano quisquam Deus advena junxit:
Tethys & extremo saepe recepta loco est.
Donec Honos, placidoque decens Reverentia vultu
Corpora legitimis imposuere toris.
Hinc fata Majestas; hos est Dea censa parentes:
Quàque die partu est edita, magna fuit.
Nec mora: consedit medio sublimis Olympo,
Aurea, purpureo conspicienda sinu.
Considere simul Pudor & Metus. omne videres
Numen ad hanc cultus composuisse suos.
Protinus intravit mentes suspectus honorum.
Fit pretium dignis; nec sibi quisque placet.
Hic status in coelo multos permansit in annos:
Dum senior fatis excidit arce Deus.
Terra feros partus, immania monstra, Gigantas
Edidit, ausuros in Jovis ire domum.
Mille manus illis dedit, & pro cruribus angues:
Atque ait, In magnos arma movete Deos.

Ex-

1. *Et latus Oceano quisquam Deus advena junxit.*] Nemo, ut ab Ovidii manu sit hic versus. In Zulichemiano vetus lectio penitus erat crasa. Mead.

Nam latus Oceano quis quando leve tegebat.

alii etiam multi. *Nec.* Lege, *Nec latus Oceano, quamvis grandaeva, tegebat Tethys.* Ea enim Oceani uxor. *Tegere latus.* ut apud Horat. lib. II. Sat. V. *Urna tegam spurco Damae latus.* Statius Theb. II.

Haud tegit hospitium fasve, placidusque Pheretes.

Archiep. belli Alexandrini, *Basilius Cassii latus tegebat.* Heins. Non agnosco hic de incedendi honore, sed sedendi: quare legerem,

Et latus Oceano, quamvis Deus advena, junxit.

licet esset minorum gentium & adscititius quasi Deus, qui longe dare ab Oceano deberet; sedit ille tamen eodem cadine, quo Oceanus, antiquissimus omnium deorum. & sic lib. I. Art. 130.

Jungo tamen lateri, quam petis, usque latus.

advena est in coelum receptus, ut peregrinus. Burm.

2. *Tethys &c.*] Hoc adversus Petrum Marsum tuetur Vossius Artis Grammat. libro II. cap. 36. ut anaclasis, ut ait, libidis. Sed libri veteres plerique, *Et Thetis.* vel, & *Thetin.* Heins.

22. *Recepta.*] *Reperta* Farnes.

23. *Decens.*] *Sedens* Vossian. *placidique rectus* R. *cultus* Patav.

24. *Imposuere toris.*] Scriptura palam melior, *composuere toris.* Neapol. Sed mox Pf. 30. idem verbum repetitur. Epist. XI. 78.

Qualis ab imposito corpore lectus erat.

Quinct. VI. de Inst. Orat. I. *Corpus impositum lecto* vid. ad I. Amor. V. 2. Burm.

25. *Hinc fata Majestas, quae mundum temperat omnem.*] *Hinc fata Majestas, hos est dea censa parentes* Mazarinianus & unus Farnesianus ac Mediceus. venisse, &, si quid judico, vere. Vide omnino quae notamus ad Epist. VII. Pf. 47. neque aliter fuisse videtur in Zulichemiano. nam vetus scriptura erat illic deleta. quidam etiam, *Et fata.* Heins. *Qua mundus temperat omnis* Bernens.

26. *Quaque.*] *Quoque* Patavin.

26. *Magna fuit.*] Semper una & eadem. Neapol.

27. *Consedit.*] *Conscendit* Arund. Voss. & quatuor alii.

29. *Pudor & Metus.*] Majestatis individui comites. Hinc Sophocles in Oedipode:

Αἰδὼς δὲ καὶ Φόβος ξυνωρὶς ἁρμάτων
Αἰδοῖ τὸν ἔγνως πάντ'. —— Reap.

30. *Vel-*

Exstruere hi montes ad sidera summa parabant,
Et magnum bello sollicitare Jovem.
Fulmina de coeli jaculatus Juppiter arce,
Vertit in auctores pondera vasta suos.
His bene Majestas armis defensa Deorum
Restat: & ex illo tempore firma manet.
Adsidet illa Jovi: Jovis est fidissima custos:
Et praestat sine vi sceptra tremenda Jovi.
Venit & in terras: coluerunt Romulus illam,
Et Numa: mox alii, tempore quisque suo.
Illa patres in honore pio matresque tuetur:
Illa comes pueris virginibusque venit.
Illa datos fasces commendat, eburque curule:
Illa coronatis alta triumphat equis.
Finierat voces Polyhymnia. dicta probarunt
Clioque, & curvae scita Thalia lyrae.
Excipit Uranie: fecêre silentia cunctae;
Et vox audiri nulla, nisi illa, potest.

Magna

30. *Vultus composuisse suos.*] *Cultus* Ursini codex. & placet. Heins.

31. *Suspectus honorum.*] Cultus & admiratio dignorum. Neapol.

32. *Fit pretium.*] Duo Vaticani, *Fert pretium.* elegantet. Tacit. XI. Ann. 6. *Nunc ut quomodo vis morborum pretia medentibus, sic fori tabes pecuniam advocatis fecit.* Heins.

37. *Mille manus illis dedit & pro cruribus angues.*] Non agnosco hic numeros Ovidianos, etsi minime nescius hanc quoque exhiberi à Scholiaste Statii lectionem ad lib. V. Theb. 569. Opinor scribendum:

Mille manus & mille dedit pro cruribus angues.

Nisi distichon totum ab interpolatoris manu est, quod parum abest quin persuadear ut credam. Paulo ante, pro *Terra feros partus*, quidam, *ferox.* alii, *feras.* ut *ferax partus terra* dicatur; quomodo in Amoribus lib. II. El. XVI. *terra ferax Cereris.* Gigantas quoque Ursini & Lacti codex. ut alibi non semel. Vide supra lib. III. Pf. 439. Heins. In Scholiaste Statii legitur, *ille manus.* sed litera prima *m.* perit propter ultimam praecedentis vocis *Fastorum.*

37. *Et pro cruribus angues.*] Sidonius Apollinaris:

Nec hic terrigenam loquar cohortem
Admisto mage vividam veneno:
Cui praeter speciem modo currentem,
Anguis corporibus voluminosis
Alte squamea crura porrigentes,
In vestigia fauce desinebant.

Sear. *Pro cruribus* Junian. & quinque alii.

38. *Atque ait.*] Forte, *ite, ait*; ut lib. I. Art. Am. 322.

Atque, ait, exta tenens, ite, placate mea.

Heins. *Pelle movete* Thuan. & Petav.

40. *Bello.*] *Coelo* Thuan.

42. *Vasta.*] *Justa* Bernens.

43. *Cuius manet.*] Multi ex melioribus, *forma*, quatuor, *tuta.* Sequenti versu, *illa*, pro *inde*; & *conjux*, pro *custos*, nonnulli. Forte, *consors.* ut Claudiano Justitia, Consul. Olyb. 128.

—— —— *consors adjuncta Tonanti.*

Heins.

46. *Et praestat sine vi sceptra tremenda Jovi.*] *Tenere* in quibusdam. Naug. *Timenda* multi ex melioribus, prim. Ambros. & Lacti, *tremenda*, quatuor, *tenere.* Heins. *Tenere* etiam Bernens. quod, ut sit Graecissimus, non displicet. ut ita *dederat servare* IV. Met. 646. vid. lib. II. Fast. 177. XI. Met. 462. I. Trist. I. 123. & alibi. Burm.

47. *Coluerunt Romulus illam.*] Hinc Principi majestas in jure tribuitur. Vide Julium Paulum lib. IV. Sententiarum tit. V. & Legem VII §. Hoc ceterum. D. Ad legem Juliam majest. & Legem ultimam C. De legib. Neap.

48. *Mox alii.*] *Post illos* prim. Amb. & Lacti.

49. *In honore pio.*] Stat. Urs. Maffici & tres Vatic. *in honore suo.* Crispan. *Pio* meliores magno numero. Heins. *Sua* ut mox 58. *in suo pretio*, uti quatuor libri, *inque sui pretio.*

51. *Illa datos fasces commendat.*] Dignitates Consulares, Aedilitias, Praetorias, omnesque denique

Magna fuit quondam capitis reverentia cani,
Inque suo pretio ruga senilis erat.
Martis opus juvenes animosaque bella gerebant:
Et pro Dis aderant in statione suis.
Viribus illa minor, nec habendis utilis armis,
Consilio patriae saepe ferebat opem.
Nec nisi post annos patuit tunc Curia seros:
Nomen & aetatis mite Senatus erat.
Jura dabat populo senior: finitaque certis
Legibus est actas, unde petatur honos.
Et medius juvenum, non indignantibus ipsis,
Ibat: & interior, si comes unus erat.

Ver-

Magistratum. De Praetore inquit Paulus ad Sabinum in lib. IX. D. De jurisd. & jur. *Praetor, salvâ majestate imperii sui solemne more majorum, jus dicere consuevit.* NEAPOL.

51. *Datus.*] Nempe. Noscit rectius.

52. *Alba triumphat.*] *Alba* unus Medic. *tenetur* typis Mazar. aliet.

53. *Polyhymnia.*] *Polimnia* Francof. & Voss.

54. *Sera Thalia.*] *Docta* plurimi ex scripris; sed *sera*, Germ. Pithm. 14.

Sarcina quid tenuat, quid situs vitet arator.
Sic etiam alii, *docitus*: sic *situs vadorum* lib. IX. Met. 128. BURM.

55. *Excipit Urania.*] De hoc verbo *excipiendi* vide quae dixi lib. V. Metamorph. Cujus verbi vim ac proprietatem hic non est affectus Marsus. CIOFAN.

55. *Fuere flavia.*] *Tenuere* Junian. vid. I. 182.

57. *Magna fuit capitis quondam.*] Idem libi & Fronti, *quondam capitis* placet. Videtur autem praeceptum illud Phocylidis expressisse, quod tale est:

Αιδεῖσθ' πολιοκρᾶτας, ἴσον ᾗ γέρασι
Τίμα τε γέροντα πατρὸς χρεὼ &c.
CRUSIUS.

59. *Gerebant.*] *Parabant* Serravii & duo alii. vid. Ep. III. 124. & III. Amor. IX. 4.

60. *In statione suis.*] *In statione fuere* prim. Vatic. et non alii. ut pro diu Gryph.

62. *Arma ferebat eram.*] Ita veteres constanter. pro *arma* tamen *curia* reponendum videtur, vel quid simile, ut sit, ad quod referatur *eò illa* in superiori versu. HEINS. *Illa minor* Mazar. a m. pr. sed alia scripsit ut est: licet enim *juvenes* praecedat, non sic intelligitur *juventas*, vel *aetas*: saepe enim valdeant virtute genus & numerum. vid. ad Quinct. de Inflit. Or. 10. pag. 436. & ad I. Met. 162. BURM.

63. *Patuit tunc curia seros.*] Adludit ad Leges illas annarias. NEAPOL.

64. *Nomen & aetatis mite senatus habet.*] Erat longe venustius decem ex melioribus. HEINS.

65. *Populo.*] *Populis* Petav. & sex alii. *jura dabant* Mazarin.

66. *Unde petatur honor.*] Latinus Pacatus in Panegyrico Theodosii: *Non in amplissimis, inquit, Magistratibus adipiscendis, sed in Praturis minus & Aedilitatibus capessendis aetas spectata est petentium: nec quisquam annos Comitiali lege praescriptos festinatis honoribus occupavit.* impetrata tamen a Principe aliquando venia. Plinius junior decimo VII. Epistolarum: *illum in Praturâ fum cassetur, cum mihi Caesar annum remisisset.* NEAPOL.

67. *Et medius juvenum.*] Loco digniori Silius: *At medius ex tribus* (*quod & apud Numidas honori ducitur*) *Jugurtha foret.* inde Hadriani indignatio: *Nam cum quodam tempore, scribit Spartianus, servum suum inter duos Senatores è curiâ ambulare vidisset, missi qui ei celeberrimâ die, & diceret, Noli inter eos ambulare, quasi pares eis hunc potes servus.* NEAPOL.

68. *Et interior.*] Si duo vero erant, praeibat senex in medio, aut sessione, & ad dextram positus. Hic verus sensus, ut placet V. C. Justo Lipsio in Electis, & Hadriano Turnebo, & aliis. si legas cum optimis etiam membranis, *& interior*, quod non fuadeo: dices, senem juvenem comitem inutilem praeivisse. NEAPOL. *Autore meo inferior* Mazar. *exterior* Turneb. IV. ad 24. sed nihil mutandum.

69. *Verba quis auderet.*] Ita & coram mecum. Terent. Heaut. v. IV. 19.

Pudet dicere hac praesente verbum turpe.
vid. Val. Max. II. I. 9. *quis auderet* Mazar. BURM.

70. *Censuram longa senecta dabat.*] Senibus inquit, habita reverentia ac morum magistri. NEAPOL.

71. De

Verba quis auderet coram sene digna rubore
Dicere; censuram longa senecta dabat.
Romulus hoc vidit: selectaque pectora, Patres
Dixit. ad hos Urbis summa relata novae.
Hinc sua majores posuisse vocabula Majo
Tangor, & aetati consuluisse suae.
Et Numitor dixisse potest, Da, Romule, mensem
Hunc senibus, nec avum sustinuisse nepos.
Nec leve praepositi pignus successor honoris
Junius, à juvenum nomine dictus, habet.
Tum sic, neglectos hederâ redimita capillos,
Prima sui coepit Calliopea chori:

Duxe-

71. *Delectaque corpora.*] Vetus liber, *selectaque.* NEAPOL.

71. *Corpora patres.*] Idem, *pectora.* utique & hoc melius. de consilii enim, non de virium praestantia agitur. Propertius libro IV Eleg. I.

Pellitos habuit rustica corda patres.

sic apud Maronem:

—— *juvenes fortissima frustra*
Pectora ——

& tibi:

—— *lectos juvenes fortissima corda*
Delit in Italiam. ——

Statius Thebaid. II. 482.

— *juvenum fidos, lectissima bello*
Pectora, nunc pretio, nunc ille hortatibus implet.

ubi nihil necesse *Corpora* ex antiquis membranis reponi. Silius libro VI.

— *juvenes parat aspera bello*
Pectora captivos.

Guntherus Ligurini libro IV.

— *juvenesque ducentes*
Pectora ferrifero fortissima tradit Otboni.

HEINS. Vid. II. Art. 474.

72. *Summa relata.*] Τὸ κεφάλαιον. Terentius Phormione: *Ad te summa rerum redit.* NEAP. *Relicta* Mazar. & quatuor alii.

73. *Tribuisse vocabula.*] Idem, *posuisse*: etiam rede. *Nomina ponere* Nostro usitatum. Virgilius lib. VIII. 329.

Saepius & nomen posuit Saturnia tellus.

Silius libro VIII.

Sed populis nomen posuit metuentior hosti.

Horatius libro I. Epist. VII.

Si vellet, inquit, verum mihi ponere nomen.

quae illic genuina est praestantissimorum codicum scriptura. Virgilius denuo libro VII.

Laurentesque ab ea nomen posuisse colonis.
HEINS.

73. *Hinc sua majores tribuisse vocabula Majo Tangor, & aetati consuluisse suae.*] Ausonius in eo, quo mensium etymon describit, epigrammate:

Maja Dea, an major Maji te fecerit aetas,
Ambigo: sed mensi est auctor uterque bonus.

CIOFAN. Macrobius Saturnal. primo cap. 12. *Majum Romulus tertium posuit, de cujus nomine inter auctores lata distensio est. nam Fulvius Nobilior in Fastis, quos in aede Herculis Musarum posuit, Romulum dicit, postquam populum in majores junioresque divisit, ut altera pars consilio, altera armis rempublicam tueretur, in honorem utriusque partis hunc Majum sequentem Junium vocasse.* addit deinde & alteram rationem, quam Noster indictam praeterit: nimirum Romanos a Tusculanis hunc mensem esse mutuatos, apud quos Deus Majus sit Juppiter a magnitudine & majestate dictus. HEINS.

74. *Tangor.*] Inducor ut credam. NEAP.

76. *Avum sustinuisse nepos.*] *Avo* prim. Amiorol. Laeti, Mazar. Zulich. prim. Farnel. & quatuor alii probae notae. quod non est de nihilo, ut negare vel quid simile subintelligatur. Ebro tamen XIV. Met. 188.

Has rogat auxilium; nec Nymphae ipsa potentem
Sustinuere deam.

HEINS. Similiter Livius XXXI. 13. *Senatus quaerentes eos non sustinuit.* vid. ad Petron. CXVI. BURM.

77. *Nec leve propositi pignus successor honoris: Junius, à juvenum nomine dictus, habet.*] *Propositi honori* Laeti codex, & primus Ambrosianus, & duo alii. quidam, *propositum*, quinque, *praepositi*, quod sequor. deinde in Zulich. & Mazar. *successor* à manu prima, & *habet* pro *habet*. *Successor* etiam est in

Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn,
Qui terram liquidis, quà patet, ambit aquis.
Hinc sata Pleïone cum coelifero Atlante
Jungitur, ut fama est; Pleïadasque parit.
Quarum Maja suas formâ superasse sorores
Traditur, & summo concubuisse Jovi.
Haec enixa jugo cupressiferae Cyllenes
Aetherium volucri qui pede carpit iter.
Arcades hunc, Ladonque rapax, & Maenalos ingens
Rite colunt, Lunâ credita terra prior.
Exsul ab Arcadiis Latios Evander in agros
Venerat: impositos attuleratque Deos.

Hic,

Hic, ubi nunc Roma est orbis caput, arbor & herbae,
Et paucae pecudes, & casa rara fuit.
Quo postquam ventum; Consistite, praescia mater,
Nam locus imperii rus erit istud, ait.
Et matri & vati paret Nonacrius heros;
Inque peregrinâ constitit hospes humo!
Sacraque multa quidem, sed Fauni prima bicornis
Has docuit gentes, alipedisque Dei.
Semicaper, coleris cinctutis, Faune, Lupercis;
Cum lustrant celebres vellera secta vias.
At tu materno donasti nomine mensem,
Inventor curvae, furibus apte, fidis.

Nec

in uno Farrel. & Mellico. & habet in Urbini primo, primo Farnesiano & uno Pinarino. Scribe.

Sic loca praecipua plures sanxere honores
Quinis, a numero nomina ducta, habet.

nihil pompis deorum magis. Heins. *Propositio horum*, causa praemissa. Vide

61. *Prima fuit.*] Principium *postea* Junian.

62. *Jurandis.*] *Calcidica* mss. *Pyrrhida* Vat. & unus.

63. *Qui terram.*] Malim, *Quae*, alter tamen libri versus. Heins.

65. *Ambit.*] Hinc *amnem* dici Oceanum notavit Broukhus. ad Tibull. II. v. 62.

67. *Cum talifero Atlante.*] Membrana vetus, *cum fallaci*. Cum *eligat*, recta: & adludit ad locutum Aeschyli in Prometheo:

Οὐ γὰρ ἐπιπλώσεις τόνδε
Βρόχον καὶ δεσμὸν τὸν χαλκήλατον,
Ὅστις ἀμήχανός σε δήσει.

Neapol. Nonnulli, *fallifero*. Sed Virgilius lib. VI. 796. eosdem *taliferos Atlantios* dixit, & summus Virgilii imitator cum Silio Italico Valerius Flaccus, si nec correctores istarum & inditos legisset. Is ergo Valerius lib. V. Vs. 411.

——— *fax talifer Atlas*
Cessat, & ambiguos ramum infringitur undis.

Nam in vulgatis libris, *fax ferreus Atlas* quod sine sensu commentum est, cum enim ipsum ramum, quem ferebat ipse Atlas, ferreum fingeret exercitus ipso vocis sono, *ferreum ferrum*, metro magis consentaneum quam ullum aliud, nihil absonum aut inepte additum fuisse videbatur. Nam si reponimus ad interiam, ex duro ferreo Atlante facta, aeneus potius dicendum erit quam ferreus. Atque ita locis infinitis. Illud Valerianum *talifer* ejusdem est quam *ferreus* notae: infelicissime. Illum Atlantem *talifero* donatos, recte atque eruditae. Sed ne hoc quidem ille sensit per libidinem locus est. Vs. II. Vs. 811.

——— *stupuitque fragore*
Canus, & occiduis regnator montibus Atlas.

ubi *Canum*, si dis placet, inculcarunt suis impostura & praeter rem. Nota sunt illa Virgiliana de Atlante IV. 210.

Nix humeros infusa tegit, tum flumina mento
Praecipitant senis, & glacie riget horrida barba.

Silius Italicus libro primo de Atlante appolite VI. 205.

Canet barba gelu, frontemque immanibus imbris
Pinea silva premit, quassant cava tempora venti,
Nimbosque ruunt fruticantia flumina rivis.
Tum geminae lucerum centes maria alta fugant.

secundo versu, *quassant*, pro *vastant*, repositimus conjectura, quarto, pro *fauces*, ex fide optimorum codicum, *cantes*. Recte igitur *cavae*, qui & fames hi, & glacie ac nive obiitus, sed ad rem *talifer* quae Avieno in Phaenom. pag. 56. dixit:

Pauens Atlas, fatali cui pondera multa
Cadifer.

ita enim malo cum Aldina, quae omnium prima, quam cum reliquis, *cadiger*: Germanicus Arateus pag. 42. de Pleiadibus:

Parcite cadigero gentes,
Stat. Silv. I. Incip domit.
Cadigerique arctica genu durasset Atlantis.
V. Theb. 220.
——— *& jugulum respirat Cadifer Atlas.*
Heins.

69. *Et summo concubuisse Jovi.*] Ipse hyperbolicum.

Nam Sterope Martis coepisse furore
Neptunus Haleyonen, & te formosa Celaeno
Alcyta, & Electren Tegeaeumque Jovi.
Neapol. *Sacrabuisse* Francof. ut ira ultima sit ejus adversus Jovem judicet. ita lib. II Art. Am. 156.

Succubuit meritis prex tamen illa suis. Heins.

69. *Haec enixa jugo cupressiferae Cyllenes Aetherium volucri qui pede carpit iter.*] Maja à Jove compressa in Cyllene antro Mercurium peperit. Vide Scholia in Ibin. Crofan.

89. *Ladonque rapax.*] De hoc flumine nos vix tria verba in II. 274. quibus addo locum Strabonis è libro primo: Καὶ ὁ Λάδων δὲ ὁ ἐν Ἀρκαδίᾳ ἐκπίπτει πρὸς τὸ ῥεῦμα. Neapol. *Ladoque* multi ex scriptis. & *Maenalos*, pro *Maenalus*, Zulich. & optimus Putavinus. Mazar. & duo Medicei, *Maenalon*. recte forsan, quanquam enim Grammatici veteres *Maenius* & *Maenala* in plurali agnoscant, Stephanus tamen περὶ πόλεων ita videtur distinguere, ut Μαίναλος urbs sit Arcadiae, τὸ Μαίναλον mons. Heins. *Ladonque ferox* Putean. alter.

90. *Credita terra.*] *Condita* tres libri. etiam non male.

91. *Exsul ab Arcadia.*] Haec & quae sequuntur retigimus in primo. Neapol. *Arcadiis* prim. Ambros. opt. Patav. Maz Zulich. agris nimirum. Heins.

92. *Impositos.*] *Appositos intuleratque* prim. Ambros. Lact. male. *impositos*, scil. navi suae. sic *imposita lapidea* Petron cap. CXIV. *imposita carinae* Nostro VI. Met. 511. Burm.

94. *Casa rara.*] *Parva* Junii. ut lib. I. 199. sic *exigua* inf. VI. 500. *pauca* Voss. ut lib. III. 66.

In paucis nomen habere casa.
Burm.

96. *Rus erit istud, ait.*] *Rus nil istud erit* Bern. *rus sit illud erit* tres alii.

98. *Hospes.*] *Exul* Voss. & Junii, & sex alii.

100 *Alipedisque Dei.*] Panis & Mercurii. Dionysius vero libro primo inter sacra, quae nuncupat ab Evandro in Latium introducta, Mercurii penitus oblitus: nam Pani scribit instituta Lupercalia, Victoriae fanum, & *bovis* alternis annis; Cereri templum & sacra ex more Graecanico; Nepturno *ἱππιακήσια*. in genere pullea subdit: Πάντα ἔγχωρα πάτρια καὶ θεοῖς, τῷ μὲν Διὶ καθιερώσαν, ἱερεμύρης τε καὶ βοὸς κατεκοίμησαν κτενόντες, ἀλφικὸς δ' αὖ ἐμοὶ χρόνου τὸν αὐτὸν ἱερώσατο τρόπον. In his fine dubio includit quidquid facti tunc Mercurio institutum: sed damno Auctorem, qui hoc inter praecipua tunc novis accolis expressum non recensuit. Neap.

101. *Semicaper coleris succinctus, Faune, Lupercis.*] In tribus Vatic. Fratris & Usf. antiqua & genuina lectio est, non, *succinctis*, quod glossema est, sed, *cinctutis*. Horat. in Arte Poëtica:

Fingere cinctutis non exaudita Cethegis.

Crofan. Quia currebant cum subligaculis circa pudenda, ut notavimus in II. Hoc eodem epitheto hos nominat Papinius in Epicedio ad patrem; attamen Fastorum membranae aliquot veteres habent, *cinctutis*. non verbis: nam *cinctutus* & *succinctus* idem prorsus est. Utraque vocula venit à cinctu, nec alia causa dixit Flaccus in Arte Poëticâ, *cinctutos Cethegos*, quam quod tunicam infra pectus cingerent. Neapol.

102. *Cum lustrant celebres vellera secta vias.*] Sic est in sex vett. libris aptius & accommodatius ad superiorem versum. Crofan. Lego in multis, *vellera fetta*. *Vellus* pro pelle usurpari quis nescit? Neapol. *Verbera* veteres picique. Sed frustra. nisi *tergora* cum duobus ampliectendum censes, *coleres* etiam iidem veteres. & pro *vias* Laeti, prim. Ambros. & multi alii, *manus*. Puto,

Cum lustrant steriles tergora secta manus.

Vel, *vellera secta*. tergora nempe caprina. lib. II. 445. in hac de Lupercis narratione:

Ille caprum mactat: justae sua terga puellae
Pellibus exsectis percutienda dabant.

& ibidem 425. de Lupercis:

Nupta quid expectas? non tu pollentibus herbis;
Hoc prete, nec mag eo carmine mater eris.

Nec pietas haec prima tua est: septena putaris,
Pleïadum numerum, fila dedisse lyrae.
Haec quoque deflerat; laudataque voce fororum est.
Quid faciam? turbae pars habet omnis idem.
Gratia Pieridum nobis aequaliter adsit;
Nullaque laudetur plusve minusve mihi.
A B Jove surgat opus. primâ mihi nocte videnda
A Stella est in cunas officiosa Jovis.
Nascitur Oleniae signum pluviale Capellae:
Illa dati coelum praemia lactis habet.

Naïs

Excipe fecundae patienter verbera dextrae,
Jam fecer operum nomen habebit avi.

Juvenal. Sat. II. 140.

— *sterilis moriantur, & illis*
Tarpeïa non prodesse cruditâ pyxide Lyde,
Nec prodesse agili palmas praebere Luperco.

Ubi Scholiastes, *Steriles mulieres februantibus Lupercis se offerebant, & ferula verberabantur.* & mox, *Palmas ideo dixit, quia aut castonis caedebantur, aut manibus vapulabant.* Ergo tam manus quam terga caedebantur. Plutarchus in Caesare, de Lupercis: Πολλοὶ δὲ καὶ τῶν νέων ἀνὰ μέσον ἐπιτρέχουσι γυμνοὶ παίζοντες καὶ σκώπτοντες, ἐνίοις δὲ δέρματα λύκων, ἢ τραγῶν περιέχεται, πομπεύουσι πρὸς ἔνιους κύκνους, ἀγόμενοι ἢ πρὸς αὐτοὺς ἀγόμενοι ἵενται. Plura de Lupercalibus idem in Romulo & in Romanis Quaestionibus. Ex his itaque Plutarchi ac Juvenalis locis jam liquet, cur *sterilis manus* in Nasone censeam reponendas. Servius lib. VIII. Aen. 343. ubi de Lupercali sacro: *Nonnulli propter sterilitatem hoc sacrum dicunt à Romulo institutum, ideoque & puellae de loro capri caeduntur, ut earum sterilitate & foecundae fiant.* pro *cinctutis lupercis* male, *succinctos*, quidam codices agnoscunt. Puto & eandem vocem Statio tuendandam esse Sylvar. lib. v. Epicedio patris, fol. 285.

— — *& tua multum*
Verbera cinctutis formidavere Lupercis.

cum *succinctis* in vulgatis libris dicuntur. vid. Feran. de Re Vest. l. 9. Emenda locum indignem Silii Italici ad hos ritus Lupercales alludentis lib. XIII. 346.

Pan Jove missus erat foveari tecta volente
Trans undenti similis Pan semper, & imo
Vix tetigit terras vestigia cornu,
Dextera laevitati caesae Tegeatica caprae
Pellere facta mones festo per compita ludo,
Cingit ut artatas tumas & opacat tempora pinus,
Ac parva crepans ridenda cornua fronte,
Stamine cum, fimoque cadit barba hispida menti.
Ipse suis Deus hacinum, pellisque superbum,
Nec rapta laetus tenerae de corpore damae.

qui locus plurimis mendis erat inquinatus. Versu quinto legebatur,

— — *causa Tegeatide caprâ*
Verbera laeta movens festa per compita cauda.

ubi fortasse, *Verbera saeta*, hoc est, *fascenda*, sit legendum. Secundo, *cornua imo*, pro *una*, quod & vidit Gronovius. versu septimo, *erepunt cornua*, non *erumpunt*, de qua voce Metamorph. lib. XV. fol. 622. versu octavo, pro *summo mento*, vetustus codex, *imo manto*. quod ferri non potest, cum *imo tenus* paullo ante praecesserit. quare *fimo* reposui. Adeantur quae supra ad lib. III. Fast. fol. 754. observamus. Denique postremo versu *rapta* pro *grata* castigavi. de quo dictum Metamorph. libro III. fol. 52. Heins.

103. *Nomine.*] *Munere* Voss. & Sarrav. *invento Cytharae* sex. *apta fides* etiam plurimi. *Inventoque lyras furibus apta fides* Regius & Thuan.

105. *Prima.*] *Plena* Regius pro varia lectione. *haec pietas, haec prima* Bern.

106. *Pleiadum numero fila.*] *Numerum* Urfini codex multique alii, qui loquendi modus Ovidio familiaris. mox, pro *laudata est*, quatuor scripti, *laudatque*. scribe, *laudataque voce fororum est*. Heins. *In numerum* Puteau. & Voss. *ad numerum* Pers. alter.

108. *Quid faciam.*] Non affentior magis retenti; in quo, *Quid faciant*. Neapol. Ita ediderunt Gryph. & Jansson. contra Mss. fidem.

109. *Pieridum.*] *Pierides* Bernens.

111. *Prima mihi nocte videnda.*] Kalendis Majis Capella oritur helisce; post hasce Ptolemaeus β'. inquit, Ὄψεται δ' ὁ ηλιόμανες αὐξ ἔτος ἀστέρα λαμπρὸν ἐπιτέλλει. Columellae eâdem die, quâ Nostro Pubblographo. Neapol.

112. *Stella est in cunis.*] Emendati codices, *in cunas*. Neapol. Recte ita Epist. XVIII. 60.

Et comes in nostras officiosa vias.

Jovi etiam Sarravii & quinque alii. Burm.

113. *Olenine Capellae.*] Agit meas vices Strabo; cujus verba adscribam e libro VIII. Αἴγιον, ὑπὲρ οὗ Ἀδ-

Naïs Amalthea, Cretaeâ nobilis Idâ,
Dicitur in silvis occuluisse Jovem.
Huic fuit haedorum mater formosa duorum,
Inter Dictaeos conspicienda greges;
Cornibus aëriis, atque in sua terga recurvis:
Ubere, quod nutrix posset habere Jovis.
Lac dabat illa Deo. sed fregit in arbore cornu:
Truncaque dimidiâ parte decoris erat.
Sustulit hoc Nymphe; cinctumque recentibus herbis,
Et plenum pomis ad Jovis ora tulit.

Ilie,

Achaïae, ὃς ἐκπώσας ἐκράτησε. Ἐστιφῆσι δὲ κέρασιν ἐξ ἀνθέων καὶ καρπῶν ἀπὸ τῶν ἀγρίων ἀπεστεφανωμένοι, καθάπερ φασὶ καὶ ἐπὶ Διὸς τοῦ Κρητογενοῦς.

Αἶξ ἱερή, τήν ῥ' ἔτρεφε Διὶ μεζόν τ' ἐπέρασεν.
Ἔπλησέν τ' ἄγος ἔστι,
Πλησίον δὲ μιν αἶγα Διὸς κεδνὸν ἐπέφνεν.

Neapol.

113. *Signum pluviale.*] In meo, *fidus pluviale*. Neapol. Scripti, duobus aut tribus exceptis, *signum*. mox pro *Cretaea* Ursini & optimus Patavinus, *Cretaea* & Moreti codex, *Cretaeaque*. Puto, *Cretaide nobilis Ida*, vel, *Curetide*. de quo dixi ad lib. VIII. Met. 153. ubi *Curetida terram* pro Creta habes. Heins. *Cretaea nobilis ora* Junian.

115. *Naïs Amalthea.*] Jovi adversus Titanas pugnaturo clypeum fecisse consutum ex pelle capreae Amalthiae testis est Musaeus apud Lactantium libro primo de Falsa Religione cap. XXI. unde Jupiter αἰγιόχος postmodum sit dictus. Heins.

117. *Formosa.*] *Famosa* duo Farnesiani. vid. I Amor. v. 11.

119. *Recurvis.*] *Reversis* Junian.

120. *Posset habere Jovis.*] In Francof. erat, *debet habere*. non inepte, *posset* tres.

122. *Truncaque.*] *Fractaque* unus Moreti. *de media* alius ejusdem. *dedit illa Jovi* Vatic. *dabat ipsa* quatuor versu superiore.

123. *Cinctaque decentibus herbis.*] Sic in libro Stat. In duobus Vatic. & Urs. *decoribus*. In aliis, *virentibus* & *recentibus*. nihil mutandum puto. Grotan. Variant libri. In uno optimo est, *decentibus*. in quis, *virentibus*. in quis, *decoribus*. Neap. *Cinctumque* rectius unus Vaticanus. *decoribus herbis* Ursini, Arondel prim. Med plurimique alii. quod non est de nihilo. Priscianus libro VI. *Indecor, Indecoris. Virgilius in* XI. *Non tamen indecorem ista te regina relinquit. idem in* XII. *Nec genus indecores.* Invenitur tamen etiam *simplex decor decoris, quando pro decoro, decora, decorum accipitur. Naevius in carmine belli Punici, Magnamque domum decorem* [illegible] *dicta vexarant. Sallustius in* III. *Equis & armis decoribus cultus. idem, Dedecores multi per terga ab hostibus caedebantur.* plura illic ad rem. Idem libello de Accentibus: *Immemor & indecor, cujus simplex decor penultima correpta invenitur apud vetustissimos, quando pro decoro accipitur. Vestum decorem* A. Gellius dixit Noct. Attic. VII. cap. 16. *Foeminis solis vestem longe lateque diffusam decorem existimaverunt.* Symmachus pater:

Ponamus Proculum vitae morumque decorem.

Sed *recentibus* cum opt. Patav. Maz. Zulich. prim. Ambros. Laeti & duodecim aliis scribendum. tres, *virentibus*. Virgil. I. 430.

Thure calent arae sertisque recentibus halant.

hinc apud Theocrytum Idyll. XXVI. νεόθρεπτοι βωμοὶ, arae incolis floribusve recentibus vinctae. Propertius libro IV. Eleg. VI.

Spargite me lymphis, carmenque recentibus arii:
Tibia Mygdoniis libet eburna modis.

Noster Met. VIII. 727.

— *pendentia vidi*
Serta super ramos, ponentque recentia, dixi,
Cura deûm di sunt.

lib. III. Fast. 34.

Vesta quoque ut folio viteat velata recenti.

lib. IV. 346.

Sparguntur junctli flore recente boves.

sic *flore recenti vincire comam* Senecae Thyestes Act. V. ubi perperam *decente* reponunt. In Priapeis,

At, ô Priape, saepe floribus novis
Tuas fine arte deligavimus comas.

Apulejus Met. III. *in mediuallio Eponae Deae simulachrum praesidens equili, quod accurate corollis rosis equidem* (lege, & quidem) *recentibus fuerat ornatum.* Ita corrigendum censeo locum hunc. nam vulgo circumfertur, *Eponae Deae simulachrum residens aediculae. equile* fabulum equorum R. R. scriptoribus Hesiodus Θεογονίᾳ

Ἱμερτὸς σεφάνους νεθήλεος ἔθλοον ἄνθος.

Heins.

125. *Et*

Ille, ubi res coeli tenuit, solioque paterno
Sedit, & invicto nil Jove majus erat,
Sidera nutricem, nutricis fertile cornu,
Fecit; quod dominae nunc quoque nomen habet.
Praesilitibus Majae Laribus videre Calendae
Aram constitui, signaque parva Deum.
Voverat illa quidem Curius: sed multa vetustas
Destruit, & saxo longa senecta nocet.
Causla tamen positi fuerat cognominis illis,
Quod praestant oculis omnia tuta suis.
Stant quoque pro nobis, & praesunt moenibus Urbis,
Et sunt praesentes, auxiliumque ferunt.

At

125. *Res coeli.*] *Rex coelum* Arondel. Heinsius inde fuciebat, *rex rerum. rex coeli* Vossian. & sex alii. *solioque paterni* Vatican.

127. *Sidera nutricem, nutricis.*] In meo, *sidera nutricem, & nutricis.* NEAP.

128. *Dominae nomen.*] Nam dictum πάρεργον Ἀμαλθείας. NEAPOL. *Quod habet* meliores plerique. cornu Amaltheum intelligit. HEINS.

129. *Praesilitibus Majae.*] *Praesilitibus festum* Sarrav.

129. *Videre Kalendae.*] His iisdem ara Laribus cognomine Praesilitibus dedicata. NEAP.

131. *Ara erat illa quidem Curibus, &c.*] Liber Ult. *Voverat illa quidem Curius, &c.* aliisibi veteres hoc modo. CLOT. Ex hoc Sabinorum oppido olim cum Larum marmoreis signis in urbem advecta. Nescio an longe melior & concinnior lectio membranae veteris, *Struxerat illa quidem Curius*: nam in scriptoribus nec auctorem, nec tempus aras dicasse, sive transportatae, vestigium reperi. NEAPOL.

132. *Longa vetustas.*] *Multa vetustas* Max. Zuiich. Voss. prim. Ambros. Laeti & quatuor alii. recte. nam *longa senecta* mox sequitur. vide quae notamus Remed. Amor. *fol.* 632. HEINS.

133. *Et saxo longa senecta nocet.*] Ausonius in hanc sententiam:

—— —— Monumenta fatiscunt,
Aera etiam saxis nominibusque cavit.

NEAPOL.

133. *Causla tamen positi fuerat cognominis illis.*] Urlin. *alia.* Scal. *Causa quidem fuerat positi &c.* Utraque lectio ex superioris lectionis pendet varietate. Itaque doctiorum esto judicium. Mihi magna religio fuit veterum librorum scripturam reprasentare. CAESAR.

134. *Quod praestant oculis.*] Hoc primum notes, Lares etiam antiquis creditos, quos nunc vocamus genios tuteres. Nunc ad etymon deveniam. Plutarchus: *An Praesilites sint qui praesint.* Martianus Capella: *Specialis singulis mortalibus genius admovetur, quem & Praesitem, quod praesit gerendis omnibus, vocaverint.* Hac etiam de causa IOVEM PRAESTITEM reperio legi sic cognominatum in inscriptionibus antiquis. NEAP.

135. *Stant quoque pro nobis.*] Hi speciales Cerbellae genii cuique ad custodiam praefecti. Graeci dixere, ἐπόπτας & ἀφορισμοὺς προσώπων. de his capiendus Epictetus primo Dissert. cap. 14. Ἀλλ' ὁδὸν ἔχει καὶ ἐπίτροπον ἑκάστῳ παρέστηκεν, ἢ ἑκάστῳ δαίμων· καὶ πειρᾶται φυλάττειν αὐτὸν αὐτῷ, καὶ τοῦτο ἀκοίμητον καὶ ἀδιάλογον. Novit hoc veriloquium antiquitas: hinc passim in spectionibus antiquis, ANTONINI IMP. GENIO; & junctim, CAESARVM GENIIS, aras perpetuae consecratae. NEAP.

135. *Et praesunt moenibus urbis.*] Hos vocant *Generales*, qui regna, urbes, populos curant. Capella: *Nam & populi Genio, cum Generalis petitur, supplicant.* Hunc Roma dixit PVBLICVM, five P. R. ut observo per lapides. Sed hunc Generalem putarunt augustiorem: nam in iisdem lego, NEO MAGNO GENIO COLONIAE PVBLICANORVM. NEAP. *praesunt* unus.

137. *Et canis ante pedes.*] Imo ipsi comitis quoque pellibus amicti. Plutarchus: Διὰ τί τὰ Λαρέτα τὰ ἐπὶ τοῖς κομιστῆρσι κεῖται, πότερον κύνα παρέχεται, ἐπεὶ ἡ κυνὸς ἐφύλαττεν ἀμπέχεσθαι); ἢ πρόκειται μὲν ἡ φιλάνθρωπος ἕξις, τοῖς δὲ σφοδρύτατα, οἷον φυλακτικοῖς τοῖς σφόδρα. ἢ φοβοῦνται μὲν τοὺς ἀλλοτρίους (ἴσασι γὰρ οἱ κύνες) κάττει δὲ τοὺς συνοικοῦντας. NEAPOL. *At canis* plerique. HEINS. *Ante pedum* quatuor.

138. *Standi.*] *Stanti* Hamburg.

140. *Servat uterque domum.*] Glossae: *Larvi* δαίμονες κατοικίδιοι. & Tertull. vocat *comitia patronis*, id est, domi potentes, si vera conjectura Claudii Salmasii: & non erit tanti Critici? Domi vero nulla fuit illis certa sedes: nam eos in foco pos-

tos reperio, in cubiculo, & in compluvio, & in postico huic annexâ. NEAP.

139. *Domino quoque fidus uterque.*] Canum φιλοδεσποτείαν in dies experimur, & non custodiam? custodes ipsos, ut mireris, κύνας veteres dixere. Vide Aeschylum in Agamemnone. NEAPOL. *Dom. fidelis uterque* Putean. *gratus* Thuan. *quoque satis* Junian.

140. *Compita grata Deo.*] Compita *ad συντρέχειαν.* Glossae, *Compesit, συντρέχει.* Persii verus interpres ad illud Sat. v. *Pertusa compita sunt loca in quadriviis quasi turres*, ubi sacrificia pro finitâ agriculturâ rustici celebrant. *Merito pertusa, quia per omnes quatuor partes patent.* & post pauca: *Vel compita sunt non solum in urbe loca, sed etiam viae publicae ac diverticulae aliquorum confinium, ubi aediculae conseerantur, patentes: vel compita dicuntur, ad quae plura itinera competunt.* Hinc Lares Compitales & Compitalia festa, quae Laribus in Compitis siebant. Nec alibi talia sacra celebrari poterant: adde tamen etiam in foco. Cato de R. R. *Rem divinam nisi Compitalibus in compito, aut in foco, ne faciat.* Erant haec inter ferias conceptivas. Varro lib. v. de L. L. *Compitalia*, inquit, *dies attributus Laribus, ut alibi: ideo ubi viae competunt, tum in compitis sacrificatur; quotannis hic dies concipitur.* & alibi: *Comitiales dicti, quod tum esset populus constitutus ad suffragium ferendum: nisi si quae feriae conceptae essent, propter quas non literet, ut Compitalia, & Latinae.* Hinc etiam Ausonius vocat:

Et unquam certis redeuntia festa diclus.

Solus Dionysius videtur facere Stativa lib. IV. Ant. ubi Saturnalibus, quae à XVI. Kalend. Januarias per dies aliquot celebrata, scribit succedisse Compitalia. Audi Graecum scriptorem: Ἦν ἔτι καὶ νῦν ἡμέρα ἑορτὴ ἄγουσι Ῥωμαῖοι δι' ἐτῶν, ὀλίγαις ὕστερον ἡμέραις τῶν Κρονίων, σταθμὸν τὸ παῖς κατὰ τὴν πολυτελῆ, Καμπανικὴν αὐθις ὁρίσαντες κύκλῳ καὶ τὰ συνοῖκα.

Tom III.

Est

sed & mense Majo in Kalendario antiquo VI. Nonas invenio COMP. Nescio quo me vertam. NEAP. *Grata Jovi* Sarrav.

141. *Exagitant & Lar.*] *Exagitent fures & Lar, & turba Diana* Junian. & Ambros. nisi quod ille, *Exagitant & Lar fures.*

144. *Viribus annosae.*] In veteri est, *Ulibus annosae.* NEAPOL. Ita quatuor libri. *cadueca Deae.* Bernens.

145. *Mille Lares geniumque ducis.*] Turbant libri veteres magna ex parte. sed nihil est immutandum. Perseus Satyra VI.

Dis igitur Geniogue ducis, centum paria ob res
Egregie gestas indito.

sic Pithei codex non *induco.* HEINS. *Geniumque, geminumque, geminique, greminque, geminumque ducis, geminumque ducum*, est in scriptis.

145. *Qui tradidit illos.*] Ne mireris, vernalem hanc κολακείαν in exsule ad fumum Principem. Moneo, ne eruat ex his aliquis, ab Augusto primo Larum cultum Romae traditum. Quid ille novi addiderit vide apud Suetonium lib. II. cap. 31. NEAPOL.

146. *Urbs habet.*] In quovis enim compito, in quovis lararo domestico duo aderant, & cum his Augusti Genius, qui inter eos apud veteres cultus: hocà Nostro multis in locis adnotatum. Sed juvat nimium Taciti locus Annali primo: *Falanio objiciebat accusator, quod inter culores Augusti, qui per omnes domos in modum syllogismorum baiulantur, Cassium quendam mimum corpori insitorem adsciviset.* NEAPOL.

146. *Trina.*] *Terna* Ambros. & quinque alii. *bina* duo.

148. *Jus habet.*] *Dabit* aliquanto rectius Laeti, primus Ambros. Arondel. Max. & sex alii. HEINS. Confundunt haec verba etiam in distichio praecedenti codices. quorum Arond. & Canab. exhibent, *Urbs dabit.* etiam non male; ut I. Ant. Am. 55.

At canis ante pedes, saxo fabricatus eodem,
Stabat. quae stándi cum Lare causla fuit?
Servat uterque domum, domino quoque fidus uterque.
Compita grata Deo: compita grata cani.
Exagitant & Lar, & turba Diana, fures:
Pervigilantque Lares; pervigilantque canes.
Bina gemellorum quaerebam signa Deorum
Viribus annosae facta caduca morae:
Mille Lares, Geniumque ducis, qui tradidit illos,
Urbs habet; & vici numina trina colunt.
Quo feror? Augustus mensis mihi carminis hujus
Jus dabit. interea Diva canenda Bona est.

Est

Est moles nativa: loco res nomina fecit.
Adpellant saxum: pars bona montis ea est.
Hinc Remus infelix frustra, quo tempore fratri
Prima Palatinae signa dedistis aves.
Templa Patres illic, oculos exosa viriles,
Leniter adclivi constituere jugo.
Dedicat haec veteris Clausorum nominis heres,
Virgineo nullum corpore passa virum.
Livia restituit; ne non imitata maritum
Esset, & ex omni parte secuta virum.
Postera cum roseam pulsis Hyperionis astris
In matutinis lampada tollit equis;

Tot tibi tamque dabit formosas Roma puellas.

hoc vero versu cum Farnesiano posset legi,

——— *Augustus mensis sibi carminis hujus*
Jus habet.

sed eligat quisque, quod sibi optimum videbitur. vid. IV. Tr. II. 58. I. Pont. IX. 34. *nominis hujus* Ambros. Lacti & duo alii. forte, *sibi nominis &c. mensis sibi* Farnes. Burm.

158. *Diva canenda Bona est.*] Iisdem Kalendis Majis sacra erant Bonae Deae, ut auctor etiam vetus Scriptor Cincius primo Saturnalium. Hanc Graeci Θεὸν ἀγαθὴν dixere: Latinis est fanae Deae polynominis. Vicesima in ejusdem sacrificio fus erat praegnans: illud vero *Damium* appellatum. Vide caussam in Festo. De sacerdotibus Bonae Deae tres aut quatuor vidi lapides in Thesauro Inscriptionum. Mihi sit fides. Neapol.

159. *Regna dedistis aves.*] *Signa* Ursini codex & unus Pithoeanus, cum Naugerii libro. superiori versu, *Hinc Remus infelix* Zulichemianus à manu prima, non *Huic*. sic *insistere limen, insistere vestigia* dixit Virgilius. *insistere viam* & *iter* Plautus Terentiusque. Emend. *Hic* decem. *Ille* novem.

159. *Oculos exosa viriles.*] Plutarchus in C. Caesare de templo & domo, in quâ quotannis sacra Bonae Deae fieri solent aut Consulis, aut Praetoris, aut eodem) Ἔνδον δὲ περιελθεῖν οὐ θέμις, οὐδ' ὅσα νύξ ἐπέρχεται, τῶν ἱερῶν ἀγραζομένων. Adeundam Tullius de Aruspicum Responsis, ni grave est. Neapol.

154. *Dantur acclivi jugo.*] Vide ut explicat eadem Bonae Deae ibidem nomine, de qua cum antiquis fabulis Victor regione XII. Furt & ejusdem aede in Aventino: sed de hac sub Jano constituenda aperte nunc loquitur. Neapol.

154. *Acclivi.*] *Aedibus* Petavian. & tres alii. vid. III. 13. *aedibus* novem.

155. *Clausorum nominis heres.*] Malo ex priscis libris, *Clausorum nominis heres*. Haec Appia illa Claudia probatae pudicitiae femina. Neap.

156. *Corpore passa virum.*] *Nefas* primus Farnesianus pro diversa lectione. forte rectius. quia *secta virum* mox sequitur. nisi illic *fuum* malis. ut ad *rò maritum* referatur. praeterea, *est omni*, Sarravianus, Mazar. & infiniti alii. forte,

Ut est omni parte secuta fuum.

Heins.

157. *Livia restituit.*] Octaviani Augusti conjux. Neapol.

159. *Postera cum roseam.*] VI. Nonas Maji quinto ventus, cui nomen Argestes. Neap.

159. *Hyperionis.*] Festus: *Hyperionem alii partem Solis, alii ipsum, quod esset super terras, ita appellatum putabant.* Patrem facit & Stesichorus his verbis:

Ἄλλος δὲ Ὑπερείωνος δέπας ἐκπρέπεται χρύσεον.

Sol vero Hyperionis filius in poculum descendebat aureum. Hesiodus in Theogonia canit, Hyperionem esse Caeli ex Terra filium, & posteà subjicit ab Hyperione & Thea Solem, Lunam & Auroram genitos esse. Ovidius etiam ipse lib. IV. Metamorph. Solis patrem dicit. ubi ita est:

——— *quid nunc Hyperione nate*
Forma, colorque tibi, radiataque lumina prosunt

Rursus hic Noster lib. IIX. Solem ipsum vocat:

Jamque duas lucis partes Hyperione misso
Discubuere toris Thesseus & &c.

& supra lib. I. h. oper.

Placet equo Persis radiis Hyperiona cinctum.

Ciofan.

160. *Lampada tollit.*] Quia poëtae & pictores Aurorae pro ipsopro facem vel lampada dant. ut observat doctissimus Sirmondus ad illa Sidonii Carm. II. 432.

Sic regina sedet solio, sceptri vice dextram
Lampadis hasta replet. Burm.

160. *Tollit equis.*] *Tollit* meliores. & *inducunt*, pro *inducent*, paulo post. Heins.

161. *Frigidus Argestes.*] Sic legendum, non ut ridicule cum Marso, *Agrestis*. Tu vide quid boni ex hac lectione possit elici praeter nugas. Hunc ventum scribit Plinius lib. XXXIII. flare ab occasu solstitiali, sed occidentali latere Septemtrionis: ideo frigidus. Ejusdem meminit lib. II. *Ab occasu*, inquit, *aequinoctiali Favonius, ab occasu solstitiali Chorus, Zephyrum & Argestem vocant.* Aristoteles περὶ Κόσμου· Ἀργέστης μὲν, ὁ ἀπὸ τῆς δυσικῆς δύσεως, ὃν τινες καλοῦσιν Ὀλυμπίαν· οἱ δὲ Ἴδηγυα. Idem ergo Olympias, Argestes, Japyx & Chorus, imo & Chaurus. Vitruvius lib. primo cap. 6. *Inter Favonium & Septemtrionem Chorus, quem plures vocant Chaurum.* hunc Aristoteles videtur adscribere in numerum τῶν ἰδιογενῶν. ecce in his: Λίψ δὲ ὅτε ἰδιογενὴς, καὶ ὁ Ἀργέστης καλούμενος. Neapol.

161. *Mulcebit aristas.*] Elegantior mihi lectio Sarraviani & quatuor aliorum codicum, *miscebit*, videtur. concutiendo enim miscet aristas. eadem varietas lib. I. 155. Burm.

162. *Candidaque à Caprais.*] An potius legendum, ut in meo infimae vetustatis, *à Calabris*? Neap. *Caprais* plurimi scripti. sed paucae, credo, à Caprais solvebant, cum è Brundusino portu innumerae naves exirent. *à campis* Francof. & tres alii. *à canis* tres. *candida qua cauis* Vatic. pr. sed *Calabras aquas* pro quibuscumque à Poëta poni certum est. ut *Calabri portus* Lucan. V. 589. Stat. Theb. III. 22. *Calabra alnus*. sic & *Siculum aequor, Myrtoum* & similia. Burm.

163. *At simul inducent.*] Hîc Noster, sui oblitus, posuit statim post solis occasum Hyadum ortum: scribere debuisset, matutinum. Plinius VI. *Nonas Majj Caesari Suculae matutino oriuntur*, & VIII. *Idus Capella pluvialis. Ilicius*, licet uno die ortum anticipet: Μετ' Ἀρτεμισίην ὁ δεύτερος Μαΐης ἀείρει, Ὑάδες ἅμα ἠελίῳ ἀνατολῇ ἐπιτέλλουσι. Neap.

163. *Inducent.*] *Inducent* Junianus. de quo ad Valer. Flac. III. 2. egimus.

163. *Obscura crepuscula.*] Quid sit *crepusculum*, confutatis certorum hominum fallis sententiis, docui in scholiis in Epistolam ad Lynceum. Ciofan. *Nocturna crepuscula* unus Heinsii & viginti alii.

165. *Flammis.*] *Stellis* duo libri & Bernensis.

166. *Navita quas Hyadas Grajus ab imbre vocat.*] Vide quae notavi lib. XIII. Metamorphos. Ciofan. Nostri *Suculas*, Graeci à pluviâ appellant. Tyro Libertus apud Noctes Atticas lib. XIII. cap. 9. in quo A. Gellius ἀναπολογητὸν se vel puero ostendit. *Adeo*, inquit, *veteres Romani litteras Graecas nescierunt, & rudes Graecae linguae fuerunt, ut stellas, quae in capite Tauri sunt, propterea Suculas appellarint, quod eas Ὑάδας Graeci vocant; tamquam id verbum Latinum Graeci verbi interpretamentum sit: quia Graece ὗες, sues Latine dicantur. Sed Ὑάδες, inquit, οὐκ ἀπὸ τῶν ὑῶν, ita ut nostri opici putaverunt, sed ab eo quod est ὕειν, appellantur: nam & cum oriuntur, & cum occidunt, tempestates, pluvias largosque imbres ciere.* Haec quidem Tyro. unde Statius in Silvis de hoc sidere:

Non tantis Hyas inferna nimbis
Terras obruit, aut soluta Pleias.

Neapol.

167. *Pars Bacchum nutrisse putat.*] Ex Pherecyde & aliis vide quod refert mythici apud Hyginum Fabularum capite CXXII. illum nostri Ovidii intimum. scribit de eo Suetonius in libello de Illustribus Grammaticis: *Praefuit Palatinae bibliothecae: nec eo secius plurimos docuit: fuitque familiarissimus Ovidio Poëtae & C. Licinio Consulari Historico: qui cum admodum pauperem deceptisse traditi, & liberalitate sua, quoad vixit, sustentatum.* Neapol. *Putant* veteres nonnulli. ventilius. mox, *nimbus*, pro *nimbi*, prim. Farnes. prim. Ambros. & sex alii. Vide notas ad Epist. IV. Sf. 126. & deinde vò *est* post *laungo* meliores non agnoscunt. Heins. *Materni* Moreti. *mensibus* Sarravii & septem alii. *nembus*

Frigidus Argestes summas mulcebit aristas,
Candidaque à Calabris vela dabuntur aquis.
At simul inducunt obscura crepuscula noctem;
Pars Hyadum toto de grege nulla latet.
Ora micant Tauri septem radiantia flammis,
Navita, quas Hyadas Grajus ab imbre vocat.
Pars Bacchum nutrisse putat: pars credidit esse
Tethyos has neptes, Oceanique senis.
Nondum stabat Atlas, humeros oneratus Olympo;
Cum satus est formâ conspiciendus Hyas.
Hunc stirps Oceani maturis nisibus Æthra
Edidit, & Nymphas: sed prior ortus Hyas.

Dum

Dum nova lanugo; pavidos formidine cervos
Terret: & eſt illi praeda benigna lepus.
At poſtquam virtus annis adolevit; in apros
Audet, & hirſutas cominus ire leas.
Dumque petit latebras foetae catulosque leaenae;
Ipſe fuit Libycae praeda cruenta ferae.
Mater Hyan, & Hyan moeſtae flevere ſorores;
Cervicemque polo ſuppoſiturus Atlas.
Victus uterque parens tamen eſt pietate ſororum.
Illa dedit coelum: nomina fecit Hyas.
Mater, ades, florum, ludis celebranda jocoſis:
Diſtuleram partes menſe priore tuas.
Incipis Aprili: tranſis in tempora Maji.
Alter te fugiens, cum venit alter, habet.
Cum tua ſint, cedantque tibi confinia menſum;
Convenit in laudes ille vel ille tuas.

Cir-

Circus in hunc exit, clamataque palma Theatris:
Hoc quoque cum Circi munere carmen eat.
Ipſa doce quae ſis. hominum ſententia fallax.
Optima tu proprii nominis auctor eris.
Sic ego, ſic noſtris reſpondit Diva rogatis:
Dum loquitur, vernas efflat ab ore roſas.
Chloris eram, quae Flora vocor. corrupta Latino
Nominis eſt noſtri litera Graeca ſono.
Chloris eram Nymphe campi felicis, ubi audis
Rem fortunatis ante fuiſſe viris.
Quae fuerit mihi forma, grave eſt narrare modeſtae:
Sed generum matri reperit illa Deum.
Ver erat; errabam. Zephyrus conſpexit; abibam.
Inſequitur; fugio. fortior ille fuit.
Et dederat fratri Boreas jus omne rapinae,
Auſus Erechtheâ praemia ferre domo.

Vim

bus novem. *putat* vero non moveo, quia *creditis* ſequitur. *nutriſſe ferunt* Bernenſ.

187. *Nondum ſtabat Atlas humeros oneratus Olympo.*] Atlas Promethei frater fuit & rex Africae, à quo aſtrologiae autem primum dicunt excogitatam. Ideoque dicitur eſſe ſuſtinuiſſe coelum. Ob eruditionem igitur ejus diſciplinae & ſcientiam coeli nomen ejus montis Africae derivatum eſt, qui nunc Atlas cognominatur, qui propter altitudinem ſuam coeli machinam atque aſtra ſuſtinere videtur. Iſidorus, qui addit eundem Atlantem aſtrologiam inveniſſe anno mundi ∞ ∞ ∞ DCCXXXIII. Tribuit & eidem Adami aſtronomiae inventionem Arnobius lib. II. adverſus Gentes, quamvis habitaverit hic an Theutis Aegyptius ejus rei inventor ſcirii. Cerda.

175. *Animis.*] *Animos* Mediceus & Bernenſ. *annos* plurimi. Cf. lib. III. 59. *animis* plurimi.

176. *Cominus ire feras.*] In antiquo, *leas*. pari ſtudii Propertius II Eleg. 9.

Aut tibi Aegyptes cominus ire fuit.

Neapol. *Feras* plurimi codices. ſed jam Gebh. ad Prop. II. 17. (alii 22.) monuit melius legi, *leas*, Maximus etiam pro *audet* malebat, *gaudet*.

178. *Fetaque ursorum lea.*] Gloſſae, *lea*, λέαινα. Neapol. *Forte* Vulcob. Mazar. Voſſ. Arond. Lacl. 056. Petav. & quatuor alii. probe. nam *leae* & *leaenae* jam praecellerant. Heins.

180. *Polo.*] *polo* Rubenſ. pr.

183. *Mater, ades florum.*] Eodem tempore Floralia ludos Romani iterabant. Reliqua quae diximus ſibi finem menſis Aprilis ad ſic, *Exit & in Majas Jejunia Floralia*. Lactantius & quae ſcripſimus ſuperius notabit. Neapol. *Celebrata* plerique.

185. *Partes.*] Laudes tres libri.

188. *Ille vel ille.*] *Vel iſte* meliores. & mox: *Ipſa dote, quae ſis*, non *ſcis*. & *reſpondit Diva*, pro *reſpondet*, &, *effat*, pro *adfat*. Heins. Sed de repetitione pronominis *ille* vid. ad II. Heroid. ult. *cum venit in l. ille vel ille t.* Bernenſ.

189. *Circus in hunc exit.*] Sed huic impudicae proprius. Plures Romae Circi; notum: ſed unus Florae dictus in regione VI. Sextus Ruſus in eâdem: *Circus Florae, templum Florae, templum Salutis, templum Serapeum.* Fatetur & P. Victor. Hic igitur ludi per id tempus edicti. quis addubitet? erant vero venatorii & manſuetorum animalium. hinc Noſter paullo poſt à Deâ quaerit:

Cur tibi pro Libycis clauduntur rete leaenis
Imbelles capreae, ſollicitusque lepus?

Horum congreſſio voluptatis fuit & incrementa. Saepe tibi occurret in Valerii Martialis Epigrammatis. Alios etiam ludos iisdem feſtis datos reperio. Suetonius in Galbâ: *Honoribus ante legitimum tempus initis, Praetor, commiſſione ludorum Florealium, novum ſpectaculi genus, elephantos funambulos edidit.* Mehercule ἀξιολογώτατον. Neap.

189. *Clamataque verba theatris.*] Ex his colligo, & in circo luſum, & ſcenâ laſciviente. Ad hanc pertinet theatrum, in quo vulgi licentia & à puſillanimi toties detectata impudentia. Arnobius lib. VII. *Exiſtimatur tractari ſo honoriſice Flora, ſi ſpiſſi in ludis flagitioſas conſpexerit res agi, & miſeratus à lupanaribus in Theatra.* Παρεῖτε. locum dicens, in quo edixi ludi Scenici: nec fallor. Audi Juſtinianum Novellâ CV. ubi decernit ſeptem Conſulum ἀσκήσεις. de quinto, Καὶ πέμπτῳ, ſcribit, si *mutet ingeniosa vilio imi τὸ θέατρον ἄγωνας, ἢ τὸ πέμπτον καλέσει ὕδωρ τοῖς ἐπὶ πολιτικῆς γυμνασιοῖς ἐπιτηδεύμασι,*

χόρους, παιγνιδεῖά τε καὶ τοῖς ἐπὶ τῆς θυμέλης χορεῦσι, θεάματά γε παντοδαπῶς, καὶ ἀκόλουθα ἀναγράψαν τοῦ τὸ θέατρον Ceterum ſcio, in aliis editionibus legi, *clamataque palma.* Utraque pertinet ad morem, quoties in ſcenâ aliquid actum, quod omnes plauſu excipiſſent; tunc clamabat theatrum in laetitiae & approbationis ſignum. De quo jam plura litterati. Neapol. Unde habeat Neapolis *verba* neſcio. certe omnes ſcripti *palma. laudataque palma* Voſſian. & tres alii. *palma triumphis* Moreti & duo alii. Stat. VI. 556.

Et bis in Iſthmiaca victor clamatus arena.

ſcilicet à praeconibus turbaque eos ſequente. Burm.

190. *Munere.*] *Numine* Jun. & Mazar.

191. *Hominum.*] In Bernenſi mutata diſtinctione erat, *hominum ſententia fallax Optima. Tu proprii* &c.

195. *Chloris eram, quae Flora vocor.*] Lactantius Firmianus libro primo de Falſa Religione: *Flora cum magnas opes ex arte meretricia quaeſiviſſet, populum ſcriptſit heredem, certamque pecuniam reliquit, cujus ex annuo fenore ſuus natalis dies celebraretur, editione ludorum, quos appellant Floralia. quod quia ſenatui flagitioſum videbatur, ab ipſo nomine argumentum ſemi placuit, ut pudendae rei quaedam dignitas adderatur. Deam finxerunt eſſe, quae floribus praeſit, eamque oportere placari, ut fruges cum arboribus aut vitibus bene proſperéque floreſcerent. Eum colorem ſecutus in Faſtis Poëta non ignobilem nympham fuiſſe narravit, quae ſit Chloris vocitata, eamque Zephyro nuptam, quaſi dotis loco id accepiſſe munus a marito, ut haberet omnium florum poteſtatem. Honeſte quidem iſta dicuntur, ſed inhoneſte ſuspitque creduntur.* Heins. In notis ad Gell. IX, 12. nuper hac in urbe editis notatur, quaſi *Floris* diceretur haec Dea ab Ovidio. *Gloris* hic Junianus.

196. *Littera Graeca ſono.*] X. mutatum in F. à Χλωρὶς factum *Flora*, ut à χλόος flos. utraque tamen vox recepta Latinis. Vetus Plinii codex lib. XXXVI. cap. 5. *Romae Praxitelis opera ſunt Chloris, Triptolemus, Ceres in hortis Servilianis.* In vulgatis eſt, *Flora, Triptolemus.* Neapol. *Litera prima* duo libri. ut Remed. 476.

Et, ſi prima ſonat littera, nomen idem.

X. enim Graecum in F. Latinum mutatum fuit. *Latini* tredecim. *Latinis* tres libri. Burm.

199. *Narrare modeſte.*] Ita meus & quamplurimi habent; ut ſit *modeſte* adverbium: non tamen minus egregie. Duo apud me veteres, *modeſtae*, tertio caſu: hoc eſt, mihi non falſoſae. Neapol. *Quae fuerat* multi ſcripti & Gyph. ubi vide. Burm.

200. *Reperit illa Deum.*] Nupſit enim Zephyro. Inde, Chlorin & Zephyritin, συνώνυμα, ſcribent viri docti: quibus nominibus ſeniitur etiam Aſinoë Philadelphi uxor. Vide cauſam apud Adrianum Turnebum libro I. Adverſariorum cap. 7. Neapol.

203. *Et dederat.*] *At* Mazarin.

204. *Erichthea praemia ferre domo.*] Orithyan, Erechthei Regis filiam. Herodotus in Polymnia: Βορέης δὲ, ἐκ τῶν Ἑλλήνων λόγοι, ἐχ γαμέεται Ἀθηναίου, Ὠρειθυίην, τὴν Ἐρεχθέος. ea in poſterum Athenienſibus pro Deâ cultа. mox idem: Ἐκ τοῦ τοῦτο δὴ ἐπικαλέονται τὴν τε Βορέω καὶ τὴν Ὠρειθυίην, γαμηθεῖσαν αὖτις, ὡς λόγοισι Ἕλληνες ἐκ τοῦ πρόσθε οἰκητῆρος. Neapol. *Erichthea* male quidam edit.

Vim tamen emendat dando mihi nomina nuptae:
Inque meo non est ulla querela toro.
Vere fruor semper: per me nitidissimus annus.
Arbor habet frondes, pabula semper humus.
Est mihi fecundus dotalibus hortus in agris.
Aura fovet; liquidae fonte rigatur aquae.
Hunc meus implevit generoso flore maritus:
Atque ait, Arbitrium tu, Dea, floris habe.
Saepe ego digestos volui numerare colores;
Nec potui. numero copia major erat.
Roscida cum primum foliis excussa pruina est,
Et variae radiis intepuere comae;

Con-

204. *Praemia ferre.*] Praemium pro praedâ. Ne tibi novum, ea testimonium Tibulli:

—— *Aut rapta praemia victa petat.*

Hinc Nannio, *praemiatores*, sunt praedatores. Neapol. Ita & Metam. vi. 518. *Spectat sua praemia raptor*, vid. ad Petron. cap. lxxx. Burm.

205. *Dando mihi nomina nuptae.*] Alii, *nymphae*, & tum *nomina* melim cum uno Paravino. Heins. *Praemia* tres libri.

206. *Querela.*] Alludit ad formulam veterum in epitaphiis scribi solitam, *vixerunt sine querela.* Douza.

207. *Semper nitidissimus annus.*] *Tepidissimus* ops. Petav. prim. Farnes. Maz. & à manu prima Zulich. & duo alii. sed infra mox habebis, 265.

Si bene florentes olim, nitidissimus annus.

vid. lib. iv. 126. pro *semper* Zulich. & duo alii, *per me*, unus Moreti, *vere est*. liber Strozzae, *vere lege, veri nitidissimus annus.* nempe *est.* Heins. Illud tamen *per me*, quod & Bernensis codex habet, admodum blandiatur: sic enim solent Dii juxtare sua opera sibi ea, quibus praesunt. sic & Apollo Met. i. 568. 516.

—— *per me quod artibus, fatique,*
Ipsique patet.

lib. i. Fast. 568. 572.

Ut per me posset adimum habere.

& mox 568. 228.

Da quorum per me vulnere surgit honor.

& alibi non solum igitur Flora fruitur vere, sed & suo munere tenue nitet, arbor & humus floreficit. Illud vero *semper* ex sequenti versu iteratum fuit, vel scriptum fuerat antea, *me per*, unde transpositis literis *semper* & *semper*, ut apud Vellej. Paterc. ii. 41. fuisse erat *semper*, pro *se per*. fabrem ludere *per me* recipere haec, nucleolos filiis, quam veri, quod est in nullo. Burm.

210. *Rigatur.*] *Irrigatur* Moreti & duo alii. *Irrigat rigatur* Arond. & Voss. & sex alii. *Irrigat rigatur* Putean. & tres. *liquidis aquis* etiam quidam. *rorantur* pessime Petav. alter.

211. *Generoso.*] Francius malebat, *numeroso.*

213. *Digestos.*] *Disjectos* Moreti & Bernens. *narrare* quatuor. *mirare* unus.

215. *Foliis.*] *Spoliis* unus codex.

217. *Conveniunt pictis incinctae.*] Ita legendum ex omnibus libris scriptis. Ciofan. Ad rem spectat pars Cypriì Poëmatis: cujus auctor sive Stasinus, sive Hegesias, parum refert. haec verba:

Ἵμαντα μὲν χρύσεα τότε οἱ Χαρικὶς τε καὶ Ἡγεμόνη
Πάσσην, ἐν δ' ἕσσατο ὁ ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν,
Οἷα φορεῦσ' Ὧραι, ἵν' τε Κρόνου ἔδος ἀμφιβέβηκε,
Ἕστ' ἂν ἰὼν θαλίηνται, ἰόδῳ τ' ἐδὲ ἄνθεϊ καλῷ,
Ἠδὲ, πεπαρμένῳ, ἠδ' ἀμπελοφόροις καλύκεσσι
Ἀνθεσι Ναρκίσσου καλλείῳ, ἠδ' Ἀφροδίτη
Ὥρῃσι παντοίῃσι τεθυμμένα ἴσματα ἕσσα.

Neapol. *Pictis floribus* tres veteres. quomodo incingi *mitra* alibi dixit. certe Horae ζωσαι κρόκῳ Alcaeo dicuntur. & πολυάνθεμα Pindaro Olymp. Od. xiii. sed nil temere mutandum in Nasone. eam & pictis vestibus flores subintelligi possunt. sic & Sileni theatris veste floribus contexta indicebatur, teste Halicarnassaeo lib. vii. Orpheus in Hymnis:

Ὧραι θυγατέρες Θέμιδός τε καὶ Ζηνὸς ἀνακτος,
Εὐνομίη, Δίκη τε, καὶ Εἰρήνη πολύολβος,
Πᾶσιν ἐπιφρονέουσι βροτοῖς κοσμοῦσαι ἔργοισιν.

Apulejus Met. vi. *Vulcanus cenam coquebat, Horae rosis & ceteris floribus purpurabant omnia.* ubi nuptiae & convivium Cupidinis ac Psyches describit. & lioro x. *Inde Gratias gratissimas, hinc Horas pulcerrimas, quae jaculi, floris feri & foliati, Deam projectantes, Dominae nobilitatus deris coma blandiantur.* scribe ex hoc ipso Nasonis loco, *calathis floris feri.* &:

Inque leves calathos munera nostra ferunt.

fabulae Noster. Horis eadem adsignat nomina Hesiodus in Theogonia, quae Orpheus loco sequenti

Conveniunt pictis incinctae vestibus Horae,
Inque leves calathos munera nostra legunt.
Protinus arripiunt Charites; nectuntque coronas,
Sertaque coelestes implicitura comas.
Prima per immensas sparsi nova semina gentes.
Unius tellus ante coloris erat.
Prima Therapnaeo feci de sanguine florem:
Et manet in folio scripta querela suo.
Tu quoque nomen habes cultos, Narcisse, per hortos:
Infelix, quod non alter & alter eras!
Quid Crocon, aut Attin referam, Cinyràque creatum;
De quorum per me vulnere surgit honor?

Mars

producto. de iis plura congessit doctissimus Graevius Hesiodearum Lectionum cap. xx. taliter & Floram ipsam fuisse vestitam sit verosimile. Lactantius in eruditissima de Phoenice Elegia elegantes *vestem Florae* appellat flores. sed locus est foedissime depravatus, qui sic restituatur:

Qualis ineat foliis, quae fert agrestis papaver,
Cum pandit vestem Flora rubente solo.

codices vulgati,

Cum pandens vestit sole rubente polus.

scripti,

Cum pandit vestem flore rubente polo.

hinc nos veram lectionem indagavimus. Heins. Recte capit Heinsius Ὧραι πολυάνθεμοι apud Pindarum Od. xiii. Olym. 23. quod male capiunt, pro semper florentibus, vernantibus, cum sint floribus vel floreis vestibus insignes. ut ita Anacr. Od. xxi. *μίτρης πολυανθέμους* Cupidinem molliter ornatum celebrat. & inde Claudian. Laud. Seren. 87. *redolentia gremia* dat Horis. *tunc veniunt* Gryph. & quatuor scripti. Burm.

219. *Protinus accedunt.*] *Accipiunt* Mazar. Zulich. *arripiunt.* quod placet. *accidunt* optimus Petav. Heins. Mox, *sertaque divinas*, pr. Ambros.

221. *Sparsi nova semina terras.*] Lege ex iisdem, *semina gentes: Unius tellus &c.* Ciofan. *Terras* Mazar. & unus Heinsii. vid. ad i. Met. 249. *innumeras* etiam Moreti. *ingentes* alius. vid. iv. Trist. ix. 19. ubi eadem varietas, & iv. Trist. ii. 59. Burm.

223. *Prima Therapnaeo.*] In meo vetustissimo, *Prima ego Amyclaeo.* Claudianus de Hyacintho: *Tu natus Amyclis.* Utraque lectio dicit Laconicum primum: nam Ἀμύκλαι καὶ Θεράπνη oppida sunt Laconica. Adi Cosmographos. Nead.

224. *Et manet in folio scripta querella suo.*] De Hyacintho deque literis in ejus foliis inscriptis dixi lib. x. Metamorph. ibi:

—— *& ai ai*
Flos habet inscriptum.

Ciofan. *Ai ai* lugentibus aptae syllabae in foliis inscriptae, ob interitum amasii Apollinis: sive sint illae τοῦ Αἰάνεος, si verum ex Ajacis sanguine editum, ut scribit Columella. Inde de hoc flore duplex fabula Plinio lib. xxi. cap. 11. Hic flos Graecis ἴρις & ξίρις. Ῥωμαῖοι δὲ, inquit Dioscorides, γλαδίολον καλοῦσι. Τάκινθος genericum videtur nomen, qui plures comprehendit hyacinthi species: ex his forte una gladiolus. hic tantum has lugubres notas repraesentat, & lilio similis, ut describit Noster in Metamorphosi. Sicuti dicunt *spatulilla*, Hispani *lirio* cum r. nam lilium illis dicitur *açucena*. Radix capillata est arundinis illi similis. Plurimis rebus usui est: non ignorant mulierculae. Neapol.

225. *Cultos, Narcisse, per hortos.*] *Per agros* multi veterum & quaedam editiones. sed frustra. lib. v. Met. 535.

Cultis dum simplex errat in hortis.

ubi vide. *carmen habet* Petav. alter. *numen* Putean.

227. *Quid crocon, aut Attin referam.*] Tres Vatic. Urs. & Strad. *Attin.* Ciofan. *Actin* culi & MSS. omnes: at ex Vaticanis alii praeferunt, *aut Attin.* Neapol. Acis non in florem, sed in amnem, mutatus apud poëtas, si quid memini. *Attin* Pomponii Laeti codex & unus Medicaeus melioris notae exhibent. quod & in suis inveneram Ciofanus. Plurimi ex antiquis, *Athim*, vel *Asym*, vel *Astim. Athin* Zulichemianus. Vossianus, *Atyn. Actyn.* Ursini codex. Lege, *Attyn.* cujus crasior in violam mutatus, ut ex Arnobii lib v. apparet, qui multis fabulam hanc persequitur. Heins. Vid. iv. Fast. 223. *Cinarique* vel *Cynarique* multi scripti.

228. *Sanguine surgit.*] *Vulnere* in recentibus, non *sanguine.* Nauger. Sex Vatic. & Ursini, *vulnera.* alius Vatic. *munere.* Ciofan. Legas, si vis, *per*

Mars quoque, si nescis, per nostras editus artes.
Juppiter hoc ut adhuc nesciat, usque precor.
Sancta Jovem Juno, natâ sine matre Minervâ,
Officio doluit non eguisse suo.
Ibat, ut Oceano quereretur furta mariti:
Restitit ad nostras fessa labore fores.
Quam simul adspexi; Quid te, Saturnia, dixi,
Attulit? exponit, quem petat, illa locum,
Addidit & caussam. verbis solabar amicis.
Non, inquit, verbis cura levanda mea est.
Si pater est factus neglecto conjugis usu
Juppiter, & nomen solus utrumque tenet;
Cur ego desperem fieri sine conjuge mater:
Et parere intacto, dummodo casta, viro?
Omnia tentabo latis medicamina terris;
Et freta, Tartareos excutiamque sinus.
Vox erat in cursu: vultum dubitantis habebam.
Nescio quid, Nymphe, posse videris, ait.
Ter volui promittere opem, ter lingua retenta est:
Ira Jovis magni caussa timoris erat.
Fer, precor, auxilium, dixit; celabitur auctor:
Et Stygiae numen testificatur aquae.

Quod

ne sanguine. Quae editio in multis. Suspecti mihi, qui habent, *per me mutare.* NEAPOL. Pro *sanguine*, quod paulo ante praecesserat, veterrimi maximâ ex parte *vultare* agnoscunt. HEINS. Et hoc recte; ex simili loco XIII. Met. 396.

Qui prius Oebalio fuerat de vultore natus.

& saepe haec duo commutantur. vid. ad Remed. 26. & alibi passim. BURM.

229. *Per nostras editus artes.*] Flora fuit; quae moestae Junoni, ob natam Minervam ex mariti vertice sine ope conjugis, florem ostendit in Achaiâ: ego tacito, Juno sine viro fecunda Martem peperit. Id tetigit Festus in Gradivi etymo: *Vel ut, inquit, alii dicunt, quia gramine sit ortus.* NEAPOL.

229. *Editus.*] *Editur* Bernens. *qui nescis* Moreti.

233. *Fatua Mariti.*] Ita libri veteres. malim nihilominus, *furta.* qui frequens error est in antiquis libris. neque aliter alter Petronianus. HEINS. Vid. lib IV. 582.

235. *Quam simul adspexi.*] *Quam postquam vidi* pr. Ambros

236. *Attulit? exponit.*] Malo praesenti tempore, *exponit*, auctore codice veteri. NEAP. *Quem petit* Sarrav. Bern. & sex alii. *ipsa* novem.

237. *Addidit.*] *Edidit* Excerpta Douzae. Putean. *caussas* Moreti & Ed. Neap.

240. *Solus nomen.*] *Numen* Putean. & ita edidit Gryphius. *nomen solus* Junian.

241. *Cur ego desparem.*] *Desserim* octo ex melioribus. tres, *desperem.* Forte, *dispuerim*, vel *respuerim*, quod praeitat. mox, *lactis terris*, pro *latis*, Max. & Zulich. hoc est fertilibus. dixi supra lib. I. pag. 545. *Latiis* perperam Ursini codex & Paterninus unus. infra pag. 280. *Lastam dives habebat bovem* cum Patavino. HEINS.

242. *Vire.*] *Jove* Thuan.

244. *Tartareos excutiamque sinus.*] Loquendi modus creber ethnicis, cum omnem lapidem moturos ajebant. NEAP.

244. *Sinus.*] *Deos* sex libri.

245. *Vox erat in cursu.*] Adhuc Juno loquebatur; cum nescio quid volentis aliqua proferre notavit in Florae vultu: ac ne tum quidem haec verbum abjecit. NEAPOL.

246. *Nescio quid, Nymphe, posse.*] Sic omnibus scripti. optime. CIOFAN. *Sere* quatuor scripti & quidam editi.

250. *Stygiae numen.*] In nonnullis, *nomen.* NAUGER.

250. *Testificabor aquas.*] *Testificatur* magis antiqui cum optimo Patavino, Max. Zulich. & tribus aut quatuor aliis. HEINS.

Quod petis, Oleniis, inquam, mihi missus ab arvis
Flos dabit. est hortis unicus ille meis.
Qui dabat, Hoc, dixit, sterilem quoque tange juvencam;
Mater erit. tetigi. nec mora; mater erat.
Protinus haerentem decerpsi pollice florem.
Tangitur; & tacto concipit illa sinu.
Jamque gravis Thracen, & laeva Propontidos intrat:
Fitque potens voti; Marsque creatus erat.
Qui memor accepti per me natalis, Habeto
Tu quoque Romuleâ, dixit, in Urbe locum.
Forsitan in teneris tantum mea regna coronis
Esse putes. tangunt numen & arva meum.
Si bene floruerint segetes; erit area dives:
Si bene floruerit vinea; Bacchus erit.
Si bene floruerint oleae; nitidissimus annus:
Pomaque proventum temporis hujus habent.
Flore semel laeso pereunt viciaeque fabaeque;
Et pereunt lentes, advena Nile, tuae.
Vina quoque in magnis operose condita cellis
Florent: & nebulae dolia summa tegunt.

Mel-

251. *Tibi missus ab arvis Flos dabit.*] Sic lege ex bonis lib. scriptis & nonnullis excusis. CIOF. Credo verius, *mihi missus ab arvis.* NEAP. *Hoc Geticis mihi missus* Mazar. & alius. *ab agris* unus. *ab aris* alius. *mihi* fere omnes. *mihi messis* prim. Ambros. *nuper mihi missus* alius.

253. *Qui dabat hunc, dixit.*] Scribe impellente libro nostro, *cui dabat hunc.* NEAP. *Qui dabat, hoc dixit.* Ita distingue. Sequenti versu aliud agebat illustrissimus Neapolis, dum legit,

Tangit, & intacto concipit illa sinu.

agitur enim de Junone, non de sterili juvenca. HEINS. Non tam inepta est Neapolis lectio, ut prima fronte videtur: nam de Junone est capienda, quae tangit florem à Flora decerptum, & statim concipit, intacto à viro, id est casto, sinu. ego tamen mallem,

Tangit ut, intacto concipit illa sinu.

simul ut tangit, sine ope viri concipit, sinu casto. Gryphius edidit, *tangit & à tacto.* ut etiam tres libri. *tangitur & tacto* quatuor. BURM.

253. *Sterilem quoque tange juvencam.*] Taurum. Festi Abbreviator: *Taurus vaccas steriles dici existimabant hac de caussâ, quod non magis quam tauri pariant.* Ipsa auctoris verba fere tota adrosa. NEAP.

254. *Tetigi.*] *Tetigit* plurimi. & mox, *decerpsi flore, ites.*

256. *Tangitur, & tacto concipit illa sinu.*] Haec est omnium veterum librorum lectio. & vera est. CIOF. Mala manus quaecumque sic scripsit. legendum, *Tangit, & intacto*; ut supra, *intacto viro.* NEAPOL.

257. *Fitque potens voti.*] Idem est ac voti compos, ut supra in III.

Saepe potens voti, frontem redimita coronis,
Femina lucentes portat ab urbe faces.

NEAP. In Francof. erat, *potens uteri.* quod sumptum ex IX. Met. 315. sed hic retineo vulgatam. BURM.

259. *Qui memor.*] *Cum* vel *Tum* veteres plerique. HEINS.

259. *Habeto dixit in urbe locum.*] Ac si Martis opera Floralia instituta. Res ridicula. NEAP.

262. *Tangit numen & arva meum.*] *Tangunt* praetulerim cum Erfurtano & uno Patavino. HEINS.

265. *Oleae.*] *Plantae* unus.

266. *Poma quoque eventum.*] *Pomaque proventum* Naugerii, Ursini & unus Patavinus codex. retinete. sic *proventus anni* & similia apud Rei rusticae scriptores. HEINS. Citat hos versus Gerard. Mauritius in Historiae Domin. de Romano proconsule; sed habet, *pomaque & eventum.* & mox, *pereunt vitesque fabaeque.*

Mella meum munus. volucres ego mella daturas
Ad violam, & cythisos, & thyma cana voco.
Nos quoque idem facimus: tunc cum juvenilibus annis
Luxuriant animi, corporaque ipsa virent.
Talia dicentem tacitus mirabar. at illa,
Jus tibi discendi, si qua requiris, ait.
Dic, Dea, ludorum, respondi, quae sit origo.
Vix bene desieram; retulit illa mihi.
Cetera luxuriae nondum instrumenta vigebant:
Aut pecus, aut latam dives habebat humum.
Hinc etiam locuples, hinc ipsa pecunia dicta est.
Sed jam de vetito quisque parabat opes.

Ve-

265. *Flore simul laeto.*] Corrige ex veterum auctoritate & consensu, *Flore semul.* Ciof. Haec gramina scriptura, non illa, *Flore simul laeto.* Neapol.

267. *Prosint oblitaque fabaeque.*] Ita scribendum, non *oblitae*, cum Marso: qui vere natus malo litterarum. Neap.

268. *Lentes, adscea Nile, tuae.*] Quas pocta *Pelusiacas* vocat in Georgicis. Neap. *Lentes, adscea Nile*, Deas unus Patavin. quasi lentes divinis honoribus dignae haberentur ab Aegyptiis.

269. *Vina ter.* florent.] Columel. XII. 30. *Si vinum ferere instituet, sanctius curare oportebit.* mos feminis tuum Thuanens. Burm.

269. *Condita cellis.*] *Ex vetis civilis.* Neap. *Vina nec in immensis* prim. Ambros. Lacti. *copiose condita* Siem.

271. *Mella meum munus.*] Bene Plinius: *Verum heris ornamentumque maxime alvearia & apes conveniunt.* Neap.

272. *Et thyma grata voco.*] Subdit idem statim: *Itaque ergo caussa oportet serere thymum, ejusdemque, ipsam, vicias, lilium, cytisum, fabam, ervilliam, cunilam, papaver, conizam, tussilam, mellilotum, melissophyllum, cerinthen* Neap. *Grata* edit. Gryphii & Neapolis; Bernensis cod. & tres alii. Horat. IV. Od. II.

Grata carentis thyma per laborem plurimum.

Summa Francof. & sex alii. ut 1 Art. 96. Burm.

274. *Corporaque ipsa virent.*] *Virent* Mazar. & Zulich. a manu prima. elegantes. *viridis aetas, viridis anni* & similia passim apud poetas. sic & Graeci, unde χλόη χλόος apud Theocritum. quod Horatius Epod. XIII. est imitatus. Heins. *Virent praesali*, quia mox *vigebant* sequitur. Hor. 1. Od. IX.

Donec virenti canities abest morosa.

& IV. XIII. *Virus Chia.* habent eli in Petaviano. Ubique permutatione. vid. XIV. Met. 809. *puerilibus annis* Gottorp. Burm.

276. *Jus tibi discendi est.*] Omnes libri vet. *discendi.* vere. Ciofan. *Discendi* meliores plerique, omisso *est.* vidit jam ex suis Ciofanus. Heins.

276. *Requiris.*] *Relinquis* Putean.

277. *Dic, Dea, respondi.*] Ita omnino legendum. Vitiose quidam codices, *respondit.* Neap.

277. *Ludorum quae sit origo.*] Scribit, Aediles Plebis, qui dicti L. Publicius Malleolus & M. Publicius Malleolus, cum plurimos locupletes agros Populi Romani occupasse animadvertissent, ad populum reos adduxisse; ex quo factum, ut pecuniis damnarentur. Multaticia illa pecunia ad circum sternendum & Florales ludos, quos nusquam Roma viderat, deputata. Neapol. De hac origine eruditissime agit Vir Illustr. Spanhemius Dissert. x. de Praestant. & Usu Numism. tom. II. pag. 146. ubi ostendit duplicem fuisse. primam à Publiciis A. V. C. DXIII. alteram, cum intermissi fuissent, à consulibus L. Postumio Albin. & M. Popillio Laenate A. V. C. DLXXX. instaurant C. Servilius.

280. *Aut pecus.*] *Aut pecora* Medic. *lactam* etiam Patavin.

281. *Hinc etiam locuples.*] Plin. XVIII. 3. *Ricos & locupletes dicebant loci, id est agri, pleni.*

283. *Populi depascere saltus.*] Ex quibus tantum olim ille vectigal emungebat. Plinius: *Etiam nunc in tabulis censoriis pascua dicuntur omnia, ex quibus populus reditus habet; quia diu hoc solum vectigal fuerat.* Adde, si placet, & quia nori vectigal fuerat. Adde, si placet, & quia nori vectigal fuerat. Adde, si placet, & quia nori vectigalis nomen semper odio fuit. *Saltus* vero vocabulis nomen semper odio fuit. *Saltus* vero vocabulis ubi erant pastiones, auctore Festo Pompejo. Ubi de *saltuarii pastores* Jurisconsulto in L. VIII. D. de *saltuarii pastores* Jurisconsulto in L. VIII. D. De fundo instruct. & instr. legat. Scias etiam, De fundo instruct. & instr. legat. Scias etiam, eumdem esse, populi saltum & scripturarium agrum. Festus: *Scripturarius ager publicus dicebatur, in quo, ut pecora pascantur, certum ab eo scriptura publicanus scribendo conficit rationem quia publicanus scribendo conficit rationem* 290

Venerat in morem populi depascere saltus:
Idque diu licuit, poenaque nulla fuit.
Vindice servabant nullo sua publica vulgus:
Jamque in privato pascere inertis erat.
Plebis ad Ædiles delata licentia talis
Publicios: animus defuit ante viris.
Rem populus recipit: mulctam subiere nocentes,
Vindicibus laudi publica cura fuit.
Mulcta data est ex parte mihi: magnoque favore
Victores Ludos instituere novos.
Parte locant clivum, qui tunc erat ardua rupes.
Utile nunc iter est; Publiciumque vocant.

Au-

pascua. Inde *scriptura*, quod pendebant. Plautus True.

Nam adversum legem, à me ob meam scripturam peculum
Accepisset. ——

Neapol.

283. *Idque.*] *Jamque* Bernens. Ambr. & duo alii.

285. *Servabat sua publica vulgus.*] Nonnulli *pabula* legunt, non *publica.* Naug. *Servabant* optim. Patav. Putabam aliquando scribendum,

Vindice verbabant nullo sola publica vulgus.

hoc est, verebant. Noster Pont. II. El. VII.

Tempus in arvorum cultu consumere dulce est.
Non patitur verti barbarus hostis humum.

quidam legunt, *pascua.* quos inter Demsterus in Rosinum. quomodo unus Mediceus. alii duodecim, *pabula.* Heins. *Publica* rectum est, quod requirit oppositum *privatum.* & ita passim rei agrariae Scriptores vocant *loca publica* Populi Romani, unde vectigalia, quae & *publica* dicuntur, capiebat. ita Aggen. de Limit. Agror. pag. 60. inter loca publica recenset, *& quae in pascuis sunt vectigalia quibuscumque ad urbem venientibus peregrinis.* vide quae nos olim de Vectigal. cap. IV. scripsimus. quamvis & *pascua* ex Plinio lib. XVIII. 3. posset defendi. qui dicit, *pascua* dicta omnia, *ex quibus populus reditus habet, quia diu hoc solum vectigal fuit.* Burm.

287. *Perducta.*] Nonnulli *delata* malunt. Naug. *Delata licentia* pro *perducta* notat ex suis Naugerius, quod placet. Heins. *Promissa licentia* Medic. *talis Publiciis animus.* Medic. & Farnes.

289. *Mulctam subiere nocentes.*] Ad id promulgata pollex lex Thoria. Neap.

291. *Mulcta data est ex parte mihi.*] Ex eâ tunc aedes extructa juxta Circum maximum, & ludorum propii ludi. De aede Tacitus Annali II. *eodem temporibus*, id est anno Urbis DCCXXIX. *Deinde aedes vetustate aut igni abolitas, coeptasque ab Augusto, dedicavit: Libero, Liberaque, & Cereri, juxta Circum maximum, quas A. Postumius Dictator voverat: eodemque in loco aedem Florae, ab Lucio & Marco Publiciis Aedilibus constitutam.* Obiabant id munus hi anno Urbis DXIII. Consules erant, quos refert Paterculus libro primo: *Torquato Sempronioque Consulibus Brundusium coloniis occupatum, & post triennium Spoletium: quo anno Floralium ludorum factum est initium.* Sed observa, quod unus Paterculus alterum ex Consulibus illius anni facit Torquatum; Cassiodorus & Tabulae Graecae volunt fuisse C. Claudium Centhonem: de M. Sempronio Tuditano omnes conveniunt. Neap.

292. *Victores.*] *Auctores* unus Heins. qui malebat, *ultores. constituere suos* etiam unus Moreti. *imposuere* Strozzae.

293. *Parte locant clivum.*] Haec mihi probata lectio; non illa, *parte locans clivi.* Neap. Omnino *clivum* cum vetustioris notae plerisque reponatur. quod Neapolis jam vidit. *qua tunc* etiam, non *qui*, Zulichemianus. Heins. *Clivum* etiam Pighius Annal. tom. II. pag. 72. *quo* unus. *quod tunc erat ardua moles* Patavin.

294. *Publiciumque vocant.*] Ab auctoribus Marc. Varro lib. IV. de L. L. *Clivus Publicius, ab Aedilibus plebis Publiciis, qui eum publice aedificarunt.* Simili de caussa Publilius vicus & Cosconius vicus, *quod ab his viris dicuntur aedificati.* & Festus: *Publicius clivus appellatur, quem duo fratres, L. M. Publicii Malleoli Aediles Plebis* (ita legendum omnis ratio poscebat, non *tertulei*) *pecuniis condemnatis, ex pecuniâ, quam ceperunt, munierunt, ut in Aventinum vehicula venire possint:* sic emendat Josephus Scaliger ultima haec, *vehiculi Vehii venire possint:* at Vinandus Pighius, *vehicularii Vehii venire possint.* haec Olivis plaustrum erat omnibus, teste eodem Festo. Neap.

Annua crediderам ſpectacula facta; negavit:
Addidit & dictis altera verba ſuis.
Nos quoque tangit honor. feſtis gaudemus & aris:
Turbaque coeleſtes ambitioſa fumus.
Saepe deos aliquis peccando fecit iniquos:
Et pro delictis hoſtia blanda fuit.
Saepe Jovem vidi, cum jam ſua mittere vellet
Fulmina, ture dato ſuſtinuiſſe manum.
At ſi negligimur; magnis injuria poenis
Solvitur: & juſtum praeterit ira modum.
Reſpice Theſtiaden: flammis abſentibus arſit.
Cauſſa eſt; quod Phoebes ara ſine igne fuit.
Reſpice Tantaliden: eadem Dea vela tenebat.
Virgo eſt; & ſpretos bis tamen ulta focos.
Hippolyte infeſſa, velles coluiſſe Dionen,
Cum conſternatis diripereris equis.
Longa referre mora eſt correcta oblivia damnis.
Me quoque Romani praeteriere Patres.

Quid

295. *Negavit.*] Eo igitur tantum anno illi exhibita. Sed florum damnis iram oſtendit, & longa oblivia: nam per LXVI. annos ſolidos iterum Floralia ſua non vidit. diuturna ſane pauſa. NEAP.

297. *Honor.*] *Honos* praeſtantiores. HEINS.

297. *Feſtis gaudemus & aris.*] Lucianus in Icaromenippo: Οἱ δὲ θεοὶ, ὡς Ὅμηρός που λέγει, ἐς αὐτὸν, ἔφασαν, κακάζειν ἤρξαντο, τάχιστα τῶν ἱερῶν ἀφεστῶτα, ὅτι πάντα ἀδύνατα ἦν, πλὴν τῶν ἀμφοτέρων ἀθηναίων, ἃς ἢ ἱκετεύσῃ μάλιστα μάλιστα ἢ ἔθυσε, ἐπεγρύπνει τὰ οἰκεῖα τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τὰ αὐτὰ ἢ τῶν ἱερέων, ἃ τῶν βωμῶν ἐπὶ ὄνοιτο πέρυσιν. NEAPOL.

299. *Peccando.*] *Spectando* unus. *placando* Medic. pr.

300. *Blanda.*] *Magna* Mazar. & duo alii. *danda* Vaticam. *grata* Moreti.

301. *Sua mittere.*] *Dimittere* Sarrav. *ſaepe Jovem dicunt* Jun. *jam cum* Moreti unus.

302. *Suſtinuiſſe manum.*] Id eſt, *continuiſſe*. Seneca in Hercule Oeteo:

—— *Parce verberibus precor,*
Megaera, parce, ſuſtine Stygias faces.

NEAPOL.

303. *Solvitur.*] Salluſt. Fragm. Hiſt. lib. I. in oratione Lepidi: *Extra verum aliquid reliqui, quam ſolvere injuriam, aut mori per virtutem.* DOUZA. *Contrahit ira modum.* STROZ.

305. *Reſpice Theſtiaden.*] Vide Apollodorum & Ovidium lib. IIX. Metamorphoſ. CIOFAN. Meleagrum Theſtii ex Althaeâ matre nepotem. Qui tritius hac fabulâ? NEAPOL. *Aſpice* Mazar. & uti alii, & mox itidem.

306. *Cauſſa eſt.*] *Cauſſaque quod* Voſſ. & duo alii.

307. *Eadem Dea vela tenebat.*] Idoneum ſenſum non elicies, ni legas, *eadem Dea tela tenebat.* & eſt Fanenſis, cui placet malâ illâ editio: ſed quam alienam à mente Poëtae ſententiam colligit! NEAP. Imo, *vela*, ex fide hiſtoriae. neque aliter ſcripſi. de Agamemnone ad Trojam profecturo & in Aulidis portu cum adverſis ventis luctante agam. dormitavit hic Neapolis. HEINS. VII. Met. 654.

Flabat adhuc Eurus, redituraque vela tenebat.

ſic *tenere curſum* Ep. II. 14. & Valer. Flac. II. 407. Marſus per Tantaliden Niobem intelligit, & per tela ſagittas; quibus exſtincta ejus ſoboles. BURM.

309. *Coluiſſe Dionem.*] Haec Heſiodo & Homero Veneris parens. Unde Arnobius: *Dionen Venus proles, viri mater familias Trōici, atque inteſtini decoris publicatrix.* ſed hic pro filiâ eſt, ut apud Papinium V. Achilleidos de Paridis judicio:

Sed ſolam nimium vidiſſe Dionem.

NEAP. *Coluiſſe Dione* Mazar. pr. Ambroſ. Lati.

310. *Diripereris equis.*] Vide quam ſupra mortale ingenium depingat hanc mortem Annaeus Seneca Actu V. in Tragoediâ, cui nomen Exitus. NEAPOL. *Tunc cum infrenatis* Junian. vid. II Nat.

Quid faccrem? per quod fierem manifeſta doloris?
Exigerem noſtrae qualia damna notae?
Excidit officium triſti mihi. nulla tuebar
Rura: nec in pretio fertilis hortus erat.
Lilia deciderant: violas arere videres,
Filaque punicei languida facta croci.
Saepe mihi Zephyrus, Dotes corrumpere noli
Ipſa tuas, dixit: dos mihi vilis erat.
Florebant oleae; venti nocuere protervi.
Florebant ſegetes; grandine laeſa Ceres.
In ſpe vitis erat: coelum nigreſcit ab Auſtris,
Et ſubitâ frondes decutiuntur aquâ.
Nec volui fieri, nec ſum crudelis in irâ:
Cura repellendi ſed mihi nulla fuit.
Convenere Patres: &, ſi bene floreat annus,
Numinibus noſtris annua feſta vovent.
Adnuimus voto. Conſul cum Conſule ludos
Poſtumio Laenas perſolüere mihi.

Quae-

314. ſed vulgatam lectionem laudat Eutyches de Diſcern. conjug. inter Grammaticos veteres. pag. 2181.

311. *Longa referre mora eſt collecta oblivia damnis.*] Non explet mentem Latiniſſimi Poëtae haec lectio. Quidam codices *collata* habent. E noſtra ſcribendum arbitror,

Longa referre mora eſt correcta oblivia damnis.

hoc eſt, *exemplis poenarum emendata.* Quid quod Cicero τὸ *corrigere* & *coërcere* conjungit? Nam ut pro *punire* ponatur, callus autoris character non admittit. DAN. HEINS. *Correcta* tres ſcripti. totidem, *collata. collecta* optimus Patav. HEINS. *Correcta* praeferrem, nam & hoc vocabulo, pro non verbis tantum, ſed ipſo facto caſtigare & emendare errorem vel peccatum, utitur Terent. Eun. IV. 5. *Neſciebam id dicere illam, niſi quia correxit miles, quod intellexi minus, nam me extruſit foras.* Niſi ſit hypallage, pro *collecta damna* oblivione & contemptu Deorum, ut Fanenſis videtur cepiſſe. *oblivia ab annis* Hercul. BURM.

313. *Fierem manifeſta doloris?*] Ut populo oſtenderem, quâ poenâ affecta ob ludorum praeteritionem. NEAP. *Per quae* Mazar. Farn. & alius. *florum* Voſſ. *furoris* unus Moreti. vid. ad XIII. Met. 106.

314. *Exigerem.*] *Exigerem* plurimi ex ſcriptis. HEINS. Recte. eſt vero dictum, ut *exigere poenas* IV. 230. *qualia damna*, id eſt poenas damnoſas exigerem, quae eſſent manifeſta, à me proficiſci. quae *noſtrae notae* eſſent eleganter dictum. vid. ad Petron. cap. LXXXIII. male interpretes *notam* pro ignominia capiunt. *qualia dona* Excerpta Douzae; quod repetitum ex III. 506. vid. & IV. 452. & ad Val. Flac. I. 551. BURM.

315. *Tuebar.*] *Tenebam* Putean. *videbam* alius.

317. *Arere.*] *Horrere* Sarravii. vid. IV. Met. 777.

322. *Grandine laeſa ſeges.*] *Ceres* prim. Ambr. & ſex alii. ut Amor. lib. III. El. VII.

Carmine laeſa Ceres ſterilem vaneſcit in herbam.

mox pro *frondes decutiuntur* prim. Farneſ. & quinque alii, *excutiuntur*. Vide notas lib. III. pag. 237. *flores* etiam alter Puteaneus. ſic ſupra,

Si bene floruerit vinea, Bacchus erit.

HEINS.

323. *Ab auſtris.*] *Ab auſtro* quatuor. *ab aſtris* Moreti alter. *in aſtris* prior.

326. *Repellendi.*] *Repellendis* Oxon.

326. *Sed mihi nulla fuit.*] Sivi grandini, ventis, tempeſtatibus ſuum curſum: hoc verum, non averti, quod potui. inde ſupra, *Excidit officium triſti mihi.* NEAPOL.

327. *Convenere patres.*] Anno Urbis DXXC. L. Poſthumio Albino & M. Popilio Laena Conſulibus. horum juſſu quotannis incepta exhiberi Floralia; eumque cura ludorum pertineret ad Aediles plebeios, ſpectaculum edidit Aedilis unus ejusdem anni C. Servilius C. filius Caſca. Nummus vetus teſtatur, in cujus ſuperficie Florae effigies, in al-

Quaerere conabar, quare lascivia major
His foret in Ludis, liberiorque jocus:
Sed mihi succurrit, numen non esse severum;
Aptaque deliciis munera ferre Deam.
Tempora sutilibus cinguntur tota coronis;
Et latet injectâ splendida mensa rosâ.
Ebrius incinctis philyrâ conviva capillis
Saltat, & imprudens utitur arte meri.
Ebrius ad durum formosae limen amicae
Cantat. habent unctae mollia serta comae.

Nulla

Nulla coronatâ peraguntur seria fronte;
Nec liquidae vinctis flore bibuntur aquae:
Donec eras mixtus nullis, Acheloë, racemis;
Gratia sumendae non erat ulla rosae.
Bacchus amat flores: Baccho placuisse coronam
Ex Ariadnaeo sidere nosse potes.
Scena levis decet hanc: non est, mihi credite, non est
Illa cothurnatas inter habenda Deas.
Turba quidem cur hos celebrent meretricia ludos,
Non ex difficili causa petenda subest.

Non

(Nisi hae notae, C. SERVILIUS C. F. FLORAL. PRIMUS. NEAP. *Consentiunt patres* pr. Ambros.

329. *Annuimus votis: Consul cum Consule ludos Postumio Laenas persoluere mihi.*] Anno V. C. DLXXIX. ut recte supputat Sigonius, qui hunc locum adducit. Ejus verba sunt: In hunc annum creati consules L. Postumius Albinus, M. Popilius Laenas. Auctor Livius, Cassiodorus, tabulae Capitolinae. His Coss. Floraria instituta esse docet Ovidius Fast. v. his versibus:

Annuimus votis: consul cum consule ludos
Postumio Laenas persoluere mihi.

Postumius anno DLXXIII. Popilius DLXXVII. praeturam gesserunt. Uterque autem in Consulatu Ligures fortitus est. Popilius Statellatibus deditis arma ademit, ipsos bonaque eorum vendidit. Postumius ne provinciam quidem suam vidit. CIOF. In manuscripto, *Consul cum Consule laetos Postumios ludos.* Rectius cus: facilis fuit transpositio literarum. NEAPOL. Vid. Voss. de Idololatr. lib. I. 22.

329. *Annuimus votis.*] *Vota* libri veteres. HEINS.

330. *Persoluere mihi.*] Sic prisci: alii, *rite vovere mihi.* NEAPOL. *Rite vovere* Pigius emendat in Annalibus tom. II. ex scripto codice pag. 361. quod leges prosodiae non ferunt. HEINS. *Constituere* Sarrav. & alius.

331. *Quare lascivia major.*] Nudatae tunc in scena mimae, teste Seneca. Et quid non actum impudentiae sub Florae clypeo? Aelius Lampridius de Heliogabalo: *Heroclem vero sic amavit, ut ejusdem inguina oscularetur; quod dictu etiam verecundum est, Floralia sacra se asserens celebrare.* Adjecere ea festa, ut e theatro semel aufugeret Cato, nec domo exinde viscret. Valerius Maximus lib. II. cap. 10. *Eodem ludos Florales, quos Attilius aedilis faciebat, spectante, populus, ut mimae nudarentur, postulare crubuit: quod cum ex Facanio amicissimo sibi non latente cognovisset, discessit e theatro, ne praesentiâ suâ spectaculi consuetudinem impediret: quae abeuntem tacenti plausu populus prosecutus, priscum morem jocorum in scenam remisit.* Dixi *denuo*: nam Catonis ejusdem postea prodiit liber, ut fatetur vetus Auctor, ad Megalesium serio scriptus in Floralia. Natus sane virtute ad coërcitionem morum verus fuit Censor. Vere olim populus in ipsius met statuae titulo: Ἐπίγραψον, inquit Plutarchus, ὦ τοὺς τριηρεῖς, οὐδὲ τὸν ἱππικὸν ὃν Κάτων, ἀλλ' (οὐκ ἂν τῇ μεταφορᾷ τῶν ὀνομάτων) ὅτι τὸν Ῥωμαίων πολιτικὸν ἱππικὸν μὴ φοβοῦνται καὶ τὰς χεῖρας, τοὺς ἐπὶ βῆμα καὶ δικαστήριον ἀγομένους καὶ ἀφαιρουμένους ἀεὶ τὸ δικαιότατον εἰς ἐχθρὸν αὐδὶς δεσπότην. NEAP.

332. *Liberiorque jocus.*] *Uberiorque* Vossian. & tres alii. *locus* Putean.

335. *Tempora sutilibus cinguntur tota coronis.*] Sic scriptum repperi in quatuor veteribus idque probo. CIOFAN. A fuendo sic dictae. de his capiendo Tertullianus in Pallio: *Vetus jam Hydrae Centaurorumque sanguis pumice speculi excludebatur* (cave aliter legas) *insultante luxuriâ, ut post mensa transfixa coronam forsitan sarcret.* Hae sunt Hesychio ῥάμματα ἀνδικά. Graecis ῥάπτειν sarcire: unde ῥαπτὰ dixere iidem carmina disjecta & sparsa in unum, veluti consuta; qualia fuere illa Homeri olim, ut vult Pindari Scholiastes ad Nemeonicas. Scriptus, *cinguntur tota.* NEAPOL. Censeo scribendum, quicquid scripti codices differunt, *tempora pota*, hoc est, potu madida. *tota* est in editione Gryphii & quinque manu exaratis. *tempora pota* confirmatur à sequentibus. HEINS. *Pinguntur* multi codices & edit. Gryph. Neapol. & paulo post ebrio etiam occurrit inf. lib. VI. 682. & 789. *pro sutilibus, torsilibus* Vossian. alii, *nexilibus, sutilibus, suffusis.* de sutilibus coronis egit nuper Joseph. Lanzonus de Coronis & Unguentis §. 7. sed parum novi docuit orbem literatum. BURM.

336. *Et latet injecta.*] Haec illustrat Salmas. ad Spart. Pescenn. Verum. cap. V.

337. *Ebrius incinctis.*] Scribe, *incinctus philyrâ conviva capillis.* NEAP. *Philyrâ* Voss. & unus Mediceus, ut sit Graecissimus. ut, *incinctus tunicam*, inf. VI. 675. HEINS. *Conviva coronis* Gloss. Rumpfii. *Hilaris conviva* Sarrav. mox, *flabat &*, pr. Ambros.

337. *Philyra conviva capillis.*] Primo monendum, imperite ab aliquibus scribi *Philyram* cum litterâ majusculâ. Multis exemplaribus inest haec menda à magistellis, qui philyram dicent hîc esse feminae corollariae nomen; haud dubie delirant. Philyris antiqui utebantur pro lemniscis in coronarum plexione. Esto contentus uno Plinii loco: *Iatur cortice ac lignum tenues tunicas multiplici membranâ, è quibus vincula tiliae vocantur: tenuissimae earum philyrae, coronarum lemniscis celebres antiquorumque honore.* NEAP.

338. *Peritur arte meri.*] Huc pertinent antiqui versiculi:

Οὖ φ' ἑτέρωσε πολλάκρουν πιὼ μᾶλ' ἀίσσω,
Καὶ δ' ἀκαλὸν γλάσσω, κ' ἐγχεσιμᾶζ ἀίσσω.

NEAPOL. *Uitur* editi & scripti aliquot. *nititur* duo Moreti. *ante* etiam Sarrav. & decem alii, & editi nonnulli.

339. *Ad durum limen amicae.*] *Durum limen* alibi dixit *inimica claustra*; quae pessulo clausa noctu amatores excludebant: ipsi tunc ea soliti unguentis ungere. De quo more capienda moneo Lucretii illa lib. IV.

At lacrymans exclusus amator, limina saepe
Floribus & sertis operit, postesque superbos
Unguit amaracino, & foribus miser oscula figit.

NEAP. *Amatae* unus.

340. *Cantat.*] Glossae veteres ad illud Auli Persii Satyrâ V.

—— *Dum Cryspidis udas*
Ebrius ante fores extincta cum face canto.

Udas fores, quas amatores solent unguento perfundere, & ante januam earum noctem vigilis & cantu transigere. Ejusmodi cantilena Latinis *occentatio*: unde, *oscinm occentare.* NEAP.

340. *Habent unctae mollia serta comae.*] Jam de sertis comarum supra dixerat. Opinor itaque scribendum, *habent unctae mollia serta fores.* amicarum enim foribus serta appendebant, & illinebant unguentum. de quo ritu multi. Lucret. lib. IV. 171.

At lacrymans exclusus amator limina saepe
Floribus & sertis operit, postesque superbos
Unguit amaracino. ——

apud Persium quoque Sat. V. illo loco,

—— *dum Chrysidis udas*
Ebrius ante fores extincta cum face canto;

videtur reponendum, *Chrysidis unctas ante fores*: sic *Junonem unxiam* dictam ex Marciani Capellae libro II. discimus. quod novae nuptae, quando domum mariam deducebantur, fores inungebant. Scholiastes certe antiquus in Persio non aliter videtur legisse. *udas fores dixit, quas amatores unguento solent perfundere.* si *udas fores* non permittis immutari apud Persium intellige de foribus vino adspersis, ut in Plauti Curculione, amator vino fores irrigat amatas. Scholiastes Aristophanis in Plutum de Laide, Αὐτὴς ἦ πολλοὶ τῶν Θετταλῶν ἐράσθησαν, ἢ ἔφυσι τὰ πρόθυρα αὐτῆς οἷον ἔρανον. *unctae fenestrae* apud eundem Persium Satyra eadem; in quibus candelae dispositae. *udae* tamen *fores* pro *unctis* in Persio ferri possunt. sic apud Juvenalem Satyra VIII.

—— *assiduo Syrophoenix udus amomo.*

ubi tamen *unctus* inveni exaratum in veterrimo codice Vossiano. HEINS.

342. *Nec liquidae vinctis.*] Quatuor libri vett. ita habent. CIOFAN. *Nec liquidae junctis flore.* Mancus sensus, ni rescribas, *Nec liquidae vinctis flore*; hoc est coronatis. NEAP. *Cinctis*, vel *junctis*, nonnulli, *bibuntur* Moreti.

346. *Potes.*] *Puto* prim. Ambros. & duo alii.

347. *Scena levis decet hanc.*] Uno verbo, argumenta magodiae & mimica vilitas. NEAP.

348. *Illa cothurnatas.*] Κόθορνος calceus erat tragicus; ut soccus, comicus. hinc illud:

Nil illi larvâ aut tragicis opus esse cothurnis.

Cur

Non eſt de tetricis, non eſt de magna profeſſis:
Vult ſua plebejo ſacra patere choro.
Et monet aetatis ſpecie, dum floreat, uti:
Contemni ſpinam, cum cecidere roſae.
Cur tamen, ut dantur, veſtes Cerealibus albae,
Sic eſt haec cultu verſicolore decens?
An quia maturis albeſcit meſſis ariſtis;
Et color & ſpecies floribus omnis ineſt?
Adnuit: & motis flores cecidere capillis:
Accidere in menſas ut roſa miſſa ſolet.

Lu-

Graecis aliquando ſunt ἐμβόλιμα. Epictetus cap. xx. Τραγικὸν ὑπόκριμα, ἐμβόλιμον ἢ τὸ εἶδος, ὡς πρὸς ἑκάστοτε. Quales fuerint explicat Lucianus in Anacharſi: Τραγικοὶ ὑποδήματα ὑψηροὶ βαίνω πρὸς ὀλίγα, χαμαὶ ἢ ταπεινὸς τὸ ἐσθῆτα ποικίλλεται. idem alibi, ut hanc altitudinem adſignificaret: Καὶ ὑψηλοῖς ἐπιβεβηκὼς, πρὸ κατιόντος δὲ τῆ ἡμέρᾳ. Neap.

349. *Turba quidem cur hoc celebret.*] *Celebrent* prim. Bononienſis Heins. *Celebres* Patavin. ut ſit ſecundae perſonae. *celebrat* Junian. *turba tamen* Petav.

350. *Non ex difficili cognita cauſa fuit.*] Quinque Vatic. & Urſ. *Cauſa petita fuit.* alius: *Cauſa petenda fuiſſet.* Stat. *Cura petita mihi eſt.* Ciofan. Plerimi ex vetuſtioribus, *cauſa petita fuit.* ſex, *petita mihi eſt. petita fuiſſet* Zulich. Maz. Voſſ. prim. Farnef. opt. Patav. alique quatuor. duo, *petenda fuiſſet.* lib. II. 514.

Parva quidem cauſa, ſed apta, fuiſſet.
lib. IV. 142.

Cur ſignet, cur jubeat, (diſcite) certa fuiſſet.
& poſtea 368. *an ſua cauſa fuiſſet.* & infra hoc libro, 604. *haec ſigno fabula nota fuiſſet.* & VI. 266. *formas cauſſa probanda fuiſſet.* Heins.

351. *Non eſt de tetricis.*] Non eſt, inquit, ex illis ſeverae & caperatae frontis. unde de Tragoedine coitu bene Noſter in libris ineptiarum: *Fronte comas ſeverâ*; hoc eſt, tetrico aſpectu. de quo nec modo, nec ſaepe ſic laudavit Calpurnium Piſonem Annaeus Lucanus in Panegyrico:

Talis ineſt habitus, qualem nec dicere moeſtum,
Nec ſtridulum, laetâ ſed tetricitate decorum
Poſſumus: ingentes ſtat nobilitatis in illo
Pulchior honos, & digna ſuis natalibus ora.
Neapol.

351. *De magna.*] *Dea magna* prim. Ambroſ. Voſſ. & octo alii.

352. *Sacra.*] *Templa* Moreti. *ſacra referre* Regius. *ſacra parare* Junian. *placare* tres.

353. *Dum floreat, uti.*] Hoc idem pluribus elegantet, ut ſolet, expreſſit primo Amorum, Elegia VII. Fertane ſenet ut tibi ludicro ſint: &, ut alter ajebat, ſi quaeſtui operam dabant, eruunt velut ſenescentes aquilae in templorum faſtigiis. Hac comparatione uſus Epicrates in Antilide: cujus fragmentum, quaeſo, viſe apud Athenaeum lib. XIII. cap. 4. Neap.

354. *Contemnunt ſpinam.*] *Contemni* bene Maz. Zulich. prim. Farnef. opt. Patav. & quatuor alii. Heins.

355. *Ut dantur.*] *Aptantur* tert. Medic. *ornantur* Patav. & Vatic. *addantur* alius. *ut decuit* plerimi. mox, *illa quidem eſt vultu*, Moreti a m. pr.

355. *Veſtes Cerealibus albae.*] Dixit in IV.

Alba decent Cererem, veſtes Cerealibus albas
Sumite: nunc pulli velleris uſus abeſt.
Neapol.

356. *Sic eſt haec cultu verſicolore decens?*] Gloſſis *verſicoloria* ſunt ποικιλόχροα. Veſtis verſicolor Graecis ἀνθινὴ ἐσθὴς, ut ποικίλη. Sed cur in Floralibus haec geſtari ſolita? ipſemet inquit paulo poſt eſſe in cauſſâ, quia flores varii etiam colore. Luxuriosis olim proprius hic habitus. Unde forte in his feſtis receptum puto, quia ad meretrices celebritas pertinebat. Ἀνθινὴ Athenis ipſa geſtui libita, neſcio an in Urbe. Suidas: Νόμος ἦν τοῖς ἑταίραις ἀνθινὴ ἐσθὴς, ut ποικίλη. haec eadem lata olim noſtris Syracuſis. Athenaeus lib. XII. cap. 4. Φίλιππος δὲ ὁ τῆ πέμπτη καὶ ἑκατοῆ ὀλυμπιάδι, ἐπὶ Φιλίσκου Συρακοσίοις νόμον ἔθηκε τὰς γυναῖκας μὴ ποικιλοῖς χρῆσθαι, μὴ δὲ ἀνθιναῖς φορεῖν, μὰ δὲ ὑποδήμασιν ἐχρῆσθαι πολυτελέσι, ἵνα μὴ τὸν αὐτὸν συμβαίνῃ ἱματίοις ἵππον κοσμεῖν. Hoc ſcio, antiquâ legi Romae matronis vetita. de quâ Livius lib. XXXIV. *Tulerat eam C. Oppius Tribunus plebis, Q. Fabio & T. Sempronio Conſulibus, in medio ardore ſecundi belli, nequa mulier plus ſemunciâ auri haberet, aut veſtimento verſicolori uteretur.* Verſicolor & varius color in veſtibus idem. Hinc colligo, quod de pallio ienonis comici haec Donatus: *Lena pallio varii coloris utitur.* Hoc idem ἀνθινὸν dicit Pollux: Παρεσήμαναι δὲ χιτῶνα βαπτὸν καὶ ἀνθινὸν, καὶ περιβαλαίῳ ἐνδεδύσθαι. Βαπτὸν aliquando ποικίλον Graecis pro ἀνθινῷ. Vide Heſychium. Neap.

357. *Albeſcit.*] *Areſcit* Ambr. & quatuor alii.

Lumina reſtabant; quorum me cauſſa latebat;
Cum ſic errores abſtulit illa meos.
Vel quia purpureis colluecnt floribus agri;
Lumina ſunt noſtros viſa decere dies:
Vel quia nec flos eſt hebeti, nec flamma, colore;
Atque oculos in ſe ſplendor uterque trahit:
Vel quia deliciis nocturna licentia noſtris
Convenit. à vero tertia cauſſa venit.
Eſt breve praeterea, de quo mihi quaerere reſtat,
Si liceat, dixi. dixit & illa, Licet.

Cur

358. *Et color.*] *At color* prim. Ambroſ. Laeti, Mazar. Zulich. & duo alii. placet. Heins. *Omnibus omnis ineſt* Ambr. pr. *Floribus unus* Gottorp.

360. *Decidere in menſas.*] Quattuor Vatic. *Accidere.* Fratris, *Accedere.* Ciofan. *Accidere in menſas* pro *decidere* veterum plerique. etiam probe. ſic Lucretius lib. IV. 216.

Liberis ex oris in terrarum accidere oras.
pro cadere dixit. ita enim rectius libri veteres, quos vidi, quam *ad oras.* Silius libro IV. 𝔳. 238.

——— *frontem in mediam gravis accidit enſis.*
ita ſcribo. cum in vetuſtis codicibus legatur, *occidit.* in vulgatis, *incidit.* Varro Parmenone apud Nonium in *Trabe*: *Alia trabs provis in humum accidens proximae frangit ramos cadens.* Seneca Hippol. 588.

Terrae repente corpus exanimum accidit.
ita optimus Mediceus; non *cadit.* Idem Troaſin. *accidere ad genua* dixit. ut & Ennius Pancratiaſte. Lucretius, *Res nova miraque menti Accidit.* & idem ſic paſſim. Livius Andronicus apud Nonium in *Struice*,

Quae Caſtalia per ſtruices ſaxeas lapſus accidit.
Apulejus Metam. V. *Nec quemquam tamen illa videre poterat, ſed verba tantum dicebat accidentia, & ſolas voces famulas habebat.* ſic ſcribe. vulgo ibi perperam, *excidentia.* paulo poſt ſequitur, *Clemens quidam ſonus aures ejus accidit.* Priſcianus: *Vocem definunt philoſophi ictum auribus accidentem.* quae emendationem loci Apulejani unice confirmant. Plautus in Sticho.

Paternae vocis ſonitus aures accidit.
Valerius Flaccus:

——— *vox accidit aures*
Fidelibus accedens.
Attius Meleagro, *Simulac agnita vox ad aures ejus accidit.* Idem, *Timide eliminor clamore, ſimulac nota vox ad aures accidit.* Auctor Rhetoric. ad Herennium: *Quod, ubi ad aures accidit, res animum accidere.* Aulus Gellius lib. XIX. cap. 10. Heins. Vide Heinſ. ad Sil. IV. 238. & Daviſ. ad Cicer. III. de N. D. 30.

360. *Ut roſa miſſa ſolet.*] Menſas olim floribus ornatas in deliciis fuiſſe notum. Sed mentiar, ni Noſter adluſit ad ſparſionem, quae de tecto & deſuper fiebat. cujus exemplum en in Suetonio de Nerone: *Coenationes laqueatae, tabulis eburneis verſatilibus, ut flores ex fiſtulis, & unguenta deſuper ſpargerentur.* Neap.

361. *Lumina reſtabant.*] Hoc monitum vult ſub finem, ludos diurnos etiam per noctem continuaſſe veteres & facibus accenſis. Dubius eſt in cauſſa; ſed veriſimilem putat, quod voluptatum illecebris aptiſſima videatur licentia nocturna. Neap.

361. *Me cauſſa latebat.*] *Mihi* Mazarin. quod Latinius puto. vid. Gron. ad Senec. Oedip. 295. ubi tamen magis implere aures lectionem vulgatam puto,

Viſa carentem magna pars veri latet.
nam non negandum puto, etiam accuſativum poſſe addi, ſed per Graeciſmum excuſari debere. Virgilius vero lib. I. Aeneid. 130.

Nec latuere doli fratrem Junonis & irae,
dixit, ut evitaret ingratam illam literae *i* repetitionem, ſi dixiſſet, *doli fratri.* Nam in Maroue & unoquoque poëta optimo ſaepius obſervatum, illos magis aures ſuas quam Grammaticos conſuluiſſe. ſic & Noſter lib. IV. Faſt. 211.

Res latuit patrem: priſcique imitamina facti, &c.
ubi ſi *patri* dixiſſet, hoc & ſequens *priſci facti* offendiſſet aures delicatas. lib. IV. ex Pont. IX. 120. *Nil illum latet*, ubi & tres libri, *illi.* Burm.

363. *Floribus.*] *Ignibus* unus Heinſii. & ita Marſus, qui de ſole explicat. ſed & ſi *ignes* retinendi eſſent, poſſent flores igneis coloribus lucentes intelligi. ſic eadem varietas apud Claudian. II. in Laud. Stil. 467.

Croceis ferventes ignibus hortos.
ſic *ignem metalli* dixit idem Claud. VI. Conſ. Hon. 52. ubi vide Bart. & ita contra ignem & lumen *florere* dicebant. vid. Lucret. IV. 452. & Herald. ad Tertul. Apologet. cap. XI. ſic & Graecis Ἄνθος πυρὸς, ut notum. Burm.

366. *In ſe.*] *Noſtros* Arund. Voſſ. & plurimi alii. *inter* Sarrav. pr. Vatic. & tres alii.

368. *Tertia cauſſa venit.*] *Ivit* unus Mediceus. an pro *fuit?* Heins.

Cur tibi pro Libycis claudantur rete Leaenis
Imbelles capreae sollicitusque lepus.
Non sibi, respondit, silvas cessisse; sed hortos;
Arvaque pugnaci non adeunda ferae.
Omnia finierat: tenues fecessit in auras.
Mansit odor. posses scire fuisse Deam.
Floreat ut toto carmen Nasonis in aevo;
Sparge, precor, donis pectora nostra tuis.
Nocte minus quartâ promet sua sidera Chiron
Semivir, & flavi corpore mixtus equi.
Pelion Haemoniae mons est obversus in Austros:
Summa virent pinu: cetera quercus habet.
Phillyrides tenuit. saxo stant antra vetusto,
Quae justum memorant incoluisse senem.
Ille manus, olim missuras Hectora leto,
Creditur in lyricis detinuisse modis.

Vene-

371. *Cur tibi pro Libycis claudantur.*] *Claudantur* prim. Ambros. Lacti & quatuor alii. ut superiora illa, *dixit & illa licet*, vel, *dixerat illa*, ut est in Erfurtano, per Parenthesin legantur. Heins. Prisician. pag. 759. citat, *claudantur rete Leonis*. mendose. ubi docet, rete hic pro *reti* sumptum. *pro Libyco claudantur rete leone* Regius unus a m. pr.

375. *Tenues.*] *Vacuas* pr. Ambr. & Lacti. *successit* quidam edit. & ita erat in octo libris. sed praestat vulgatum *secessit*. ut IV. Trist. VIII. 27. *Secedere in hortos*. Burm.

377. *In aevo.*] *In orbe* Tuan. *totum in aevum* unus. *tota in aevo* alius. *nomen Nasonis* Gottorph. Moreti & duo alii.

379. *Nocte minus quarta.*] v. Nonas Centaurus fertur in ortum: eodem tempore & Columellae & Rhapsodo illi, sub nomine Ptolemaeii a Leonico edito. Neapol. *Nocte minus quinta* Hercul. *imus* Hercul. Heins. conjiciebat, *pius*, ut διχαιότατος; Κενταύρων Chiron Homero dicitur. & mox 413. *Justissimus Chiron. promit* etiam Medicens unus. Burm.

381. *Pelion Aemonias.*] Describit ubi & quales erant Chironis aedes. Sed de his sic fusius elegans Statius primo Achilleidos:

——— *Domus ardua montem*
Perforat, & longo suspendit Pelion arcu.
Pars exhausta manu, partem sua ruperat aetas;
Signa tamen, Divumque tori, & quem quisque sacrarat
Accubitum geniique, locus monstratur: at intra
Cunctaris stabula alta patent, non aequa nefandis
Ferribus. Hic hominum nullos experta cruores
Ignicula, nec truncat bellis genialibus aras,
Aut consanguineos fratili crateres in hostes;
Sed pharetrae insontes & inania terga ferarum.

En etiam, ut laudat virum à justitiâ cum nobis Fastographo. Neap. *Pelios* duo libri. *conversus* Surav. & unus Heinsii. vid. XIII. Met. 715. *averso* unus. *everso* duo.

382. *Summa virent pinu.*] *Vires* codex unus emeis, alius itidem ex Mediceis. elegantí Graecismo. Met. lib. IV. 526.

Imminet aequoribus scopulus. pars ima cavatur
Fluctibus, & tectas defendit ab imbribus undas;
Summa virent.

ubi perperam à nonnullis *virent* reponitur. Eodem libro, ex fide optimorum codicum,

Quaque patet nunc terga cavis superhibita caulis,
Nunc laterum costas ferit ense.

sic & apud Avienum corrige Descriptione Orbis ipso statim initio,

——— *qua se salis insinuat vis,*
Terrarumque cavis illabitur arduus Atlas,
Quae juga celsa tumet, Libyae sese explicat ora.

idem mox,

——— *Ab Zephyro hinc rupes dorsum tumet.*

&:

Sive sibi late dorsum tumet.

idem, *Dorsum tumet hic Erythia.* nihil in illo sequentius his Graecismis. Heins. Ego tamen hic retineam, *summa virent*, propter sequens, *cavi*. & aliud esse in loco IV. Met. 526. ibi docuimus. qui tamen Graecismum defendere velit, habet in locum Caesaris II. de B. G. 17. ubi in Mss. Petavii legitur, *collis, infima apertus, ab superiore parte silvestris*; vulgo, *infimus apertus*, quod minus elegan-

Venerat Alcides exactâ parte laborum;
Jussaque restabant ultima pene viro.
Stare simul casu Trojae duo fata videres:
Hinc puer Aeacides, hinc Jove natus erat.
Excipit hospitio juvenem Philyreïus heros:
Et causssam adventûs hic rogat, ille docet.
Perspicit interea clavam spoliumque leonis:
Virque, ait, his armis, armaque digna viro.
Nec se, quin horrens auderent tangere setis
Vellus, Achilleae continuere manus.
Dumque senex tractat squalentia tela venenis;
Excidit, & laevo fixa sagitta pede est.
Ingemuit Chiron, traxitque è corpore ferrum:
Adgemit Alcides, Haemoniusque puer.
Ipse tamen lectas Pagasaeis collibus herbas
Temperat, & variâ vulnera mulcet ope.

Virus

giuster dictum puto. sed & ibi praepositio *ab* retrahi ad priora potest. Burm.

385. *Olim missuras.*] *Leto missuras Hectora quondam* junian.

386. *In lyricis detinuisse modis.*] Ipse Achilles apud Euripidem:

Ἐγὼ δ', ὃ τὰν ἀνδρὸς τυννεπώνυν τροφὸς,
Χίρωνος, ὑμᾶς τὸν τρόπον ἀπλᾶς ἔχειν.

& Statius loco citato, solitum, inquit, Chironem jam senem

Nosse salutiferas dubiis animantibus herbas:
Aut monstrare lyrâ veteres Heroas alumno.

hoc est, Achilli. Neap.

387. *Venerat Alcides.*] Vide Hyginum libro II. Poët. Astronomicôn. Neap.

387. *Exhausta parte laborum.*] *Exacta* quidam veteres cum primo Ambrosiano. Heins. Vid. I. Art. 771.

389. *Trojae duo fata.*] De Trojae fatis consule quae collegi lib. XIII. Metamorphos. Ciofan.

390. *Jove natus.*] *Jove dignus* Moreti.

391. *Phyllyrius heros.*] Recte in quibusdam, *Phyllirius*: secunda enim *Phyllires* syllaba nullo pacto produci potest. prima quidem, quamvis natura brevis sit, tamen producitur duplicato *l*, ut *Phyllirides Chiron*. Item sit in *Phylacа*. recte enim dicitur, *Conveniunt matres Phylacides*, & duplicato *l*, *Phyllacides*. Naug. *Philyreïus* legendum est, non *Phyllirius*: nam posterius hoc exemplo caret. *Philyreius* autem regulare est: à *Philyra* enim Φιλυρίδης, & per diaeresin Φιλυρήϊος fit. Sic Apollon. II. Arg. 1235.

Νύκτες δ' ἐπιπλομένης φιλυρήϊον ἤγαγον ἥρωα &c.

quod autem supra dixit *Phillyrides* gemino *ll*, poëtico anadiplasiasmo factum est. sic enim & Pindarus Od. III. Pyth. Ψ. 1. dixit:

Ἦθλον Χείρωνά τε Φιλυρείδαν &c.

Micyll. *Philyreius* omnino legendum. Neapol. Vid. ad II Met. 676. & ad Val. Flac. V. 153. *excipit officio* quinque libri.

393. *Respicit interea clavam.*] *Perspicit* Zulich. & quatuor alii. sic Met. II. III.

Dumque ea magnanimus Phoëthon miratur, opusque
Perspicit. ———

Heins. *Prospicit* prim. Ambros. ut inf. 559. & 561. ubi & eadem diversitas, & saepe alibi.

394. *Ilis armis.*] *Hic* multi.

395. *Auderent tangere setis Vellus.*] Leonis spoliium. Neap.

396. *Continuere.*] *Sustinuere* Moreti & Stroza. ut supr. Ψ. 302. *auderet* etiam Mazar. & duo alii.

397. *Dumque senex tractat.*] Haec de Pholo narrat Philarg. ad Virg. II. Georg. 456. & Servius ad VIII. Aen. 294. *excidit in laevo* Regius.

399. *Traxitque è corpore ferrum.*] Veteres omnes libri, *traxitque è vulnere ferrum*. Neapol. Vid. ad lib. V. Met. 95.

400. *Et gemit Alcides.*] *Ingemit* Zulich. Mazar. alter Petavianus. tres, *Adgemit*. ut Trist. I. Eleg. III. 112.

Adgemit & nostris ipsa carina malis.
Statius Theb. XI. 246.

Virus edax superabat opem: penitusque recepta
Ossibus, & toto corpore pestis erat.
Sanguine Centauri Lernaeae sanguis Echidnae
Mixtus ad auxilium tempora nulla dabant.
Stabat, ut ante patrem, lacrimis perfusus Achilles:
Sic flendus Pelcus, si moreretur, erat.
Saepe manus aegras manibus fingebat amicis:
[Morum, quos fecit, praemia doctor habet.]
Oscula saepe dedit. dixit quoque saepe jacenti:
Vive, precor; nec me, care, relinque, pater.
Nona dies aderat; cum tu, justissime Chiron,
Bis septem stellis corpora cinctus eras.
HUnc lyra curva sequi cuperet? sed idonea nondum
Est via. nox aptum tertia tempus erit.

Scor-

Elegit mestis retro comites, & utraque gementi
Adgemit.

Idem VI.

—— miz auribus aggemit illis

Sylva;

apud eundem, *adstridere*, *adsuescere*, *adsibilare*, *adtremere*, *adverberare*. *Tumidis magistri accantare* Statio Sylvar. libro IV. IV. 55. *admugire* apud eundem IV. V. 17.

Non mille balant lanigeri greges,
Nec vacca dulci admugit adulto.

male *magit* nunc legitur. Noster Arte Amatoria I. 279.

Mollibus in pratis admugit femina tauro,
Femina cornipedi semper adhinnit equo.

Plautus Cistellaria, in fragmentis,

Adhinnire equulam tussim ego hanc, si detur sola fidi.

sic Horatius Arte Poëtica, 101.

Ut ridentibus arrident, ita flentibus adflent.

ita jam pridem Theodorus Marcilius in notis ad poëtam illum suis monuit scribendum, quam emendationem postea alii vindicarunt. *adspirare* apud Apulejum non semel occurrit ut libro IV. *Tunc flentibus ejus auxis adspirans. adlacrimare* apud Maronem in optimis exemplaribus Aeneidos x. 628.

Et Juno adlacrymans: quid si, quod voce gravaris
Mente dares?

HEINS. Vid. Barth. ad Stat. III. Theb. 406.

401. *Laetas Pagasaeis collibus herbas Temperat.*] Jam totam supra, hunc Medicinae etiam operam dedisse; imo fertur magni illius Archiatri praeceptor, ut patet ex Tarquitio apud Lactantium & ex Hygino. hic: *Aesculapium & Achillem unius esse existimatur.* Huc spectat quod in Sphaera barbaricâ scripsit Manilius, sub hoc fere signo nasci qui tractet artes medicas: sed pro veterinis. NEAPOL. *Herbas colligit* Sartavii.

402. *Vana vulnera mulcat ope.*] Naugerii, Ursini & octo alii, *varia*. ne bis idem dicat. nam vanam fuisse opem proximis versibus est designatus. HEINS.

405. *Sanguis Echidnae.*] Ἔχιδνος, unde ἐχιδνώδης, parva viperula. Vide Suidam. NEAP. *Et Hydra* Mazar. a m. Sec.

406. *Tempora nulla dabat.*] *Dabant* optimus Putav. & sex alii. quae locutio est imprimis elegans, atque ita vitabitur κακοφωνία omnis, cum *Stabat* proxime sequatur. HEINS. Similis locutio ex Nasone lib. II. ex Pont. III. 98.

Ut tibi sint salvo Caesare salva parent.

& illa; *Dux cum Principibus sapientur*; de quo ad lib. I. Met. 320. & quae apud Ovidium saepe a librariis sunt mutata, ut suis locis notavimus. HEINS.

407. *Stabat ut ante patrem.*] Haec, & quae sequuntur, edocent quantus debeatur magistris amor & honor. NEAPOL.

409. *Saepe manus aegras manibus nequalibus amicis.*] Duo Vatic. & Urs. *fingebat*: sed ex aliis Vat. Masfei & Statii legendum; *fingebat*. CLOTAN. Vid. ad Epist. XX. 134. *tangebat* quatuor. *fingebat* unus.

410. *Morum, quos fecit, praemia doctor habet.*] Valde metuo, ne hic versus grammatici aut paedagogi alicujus commentum sit, cum ofcitanti librarii genuinus Ovidii esset omissus, adeo nihil spirat praeter merum frigus & Latinitatem fere barbaram. HEINS.

413. *Ju-*

SCorpios in coelo, cum cras lucescere Nonas
Dicimus, à mediâ parte notandus erit.
HInc ubi protulerit formosa ter Hesperus ora,
Ter dederint Phoebo sidera victa locum;
Ritus erit veteris, nocturna Lemuria, sacri:
Inferias tacitis Manibus illa dabunt.
Annus erat brevior; nec adhuc pia Februa norant:
Nec tu dux mensum, Jane biformis, eras.
Jam tamen exstincto cineri sua dona ferebant;
Compositique nepos busta piabat avi.
Mensis erat Majus, majorum nomine dictus,
Qui partem prisci nunc quoque moris habet.
Nox ubi jam media est, somnoque silentia praebet;
Et canis, & variae conticuistis aves;

Ille

413. *Justissime.*] *Mitissime* Moreti unus.

414. *Bis septem stellis.*] Hygino sunt XXIV. praeter stellas hostiae, quam supra aram tenens immolare videtur. NEAP.

414. *Corpora cinctus erat.*] *Tempora* Naugerii, Ursini & unus Patavinus. In toto Chironis corpore stellas XX. recenset Scholiastes Germanici, XXIV. Hygino. HEINS.

415. *Cuperet.*] *Velait* Bern.

416. *Nox aptum tertia tempus erit.*] III. Nonas Lyra oritur ortu acronicho, Aëtio pridie: Μετὰ τρεῖς ἡμέρας δ' Λύρα ἐσπέριος ἐπιτέλλει, καὶ ἀλλαττεται ὑπὸ ἑωθινῶς. NEAP.

416. *Tertia tempus erit.*] Tres libri veteres, *tempus habet*. CLOTAN. Ita & octo scripti.

417. *Scorpius.*] *Scorpion* duo veteres. Lego, *Scorpios*. & mox, *notandus erit*, cum melioribus, non *videndus*. HEINS. Vid. lib. I. 78. *tenendus* unus.

418. *Media parte videndus erit.*] Pridie Nonas altera pars Scorpii occidit cosmice. Columella: *Pridie Nonas Majas Nepa medius occidit.* Nepam pro Scorpione usurpat, ut Manilius & alii. Glossae, *Nepa*, Σκορπίος. NEAPOL.

419. *Hinc ubi protulerit.*] VII. Idus Majas sacris Lemuralibus triduum impendebatur. NEAP. *Tunc ubi sustulerit* Edit. Gryph. & *sustulerit* Sartav. & tredecim alii. ut lib. IV. 944. *protulerit* Junii. *perinlerit*, *propulerit* alii. nil muta. vid. lib. III. 345. III. Trist. X. 9. Petron. CXXVI. *ut videretur plenum os extra nubem luna proferre.* BURM.

421. *Ritus erit veteris, nocturna Lemuria sacri.*] Puto scribendum, *Ritus erant*. pro *nocturna* quidam veteres, *celebrare*. unus, *celebrate*, ut sit,

Ritus eum veteris (*celebrate*) *Lemuria sacri.*

sic lib. II. 632. *Fauni sacra bicornis eunt.* vide notas lib. II. ℣. 146. HEINS.

421. *Nocturna Lemuria.*] Glossae, *Lemuralia*, ἑορταὶ τῆς Ἑστίας. Sunt qui legant, τῆς Ἄνυτος, sive τῆς Ἀρτέμιδος. Nil mutandum, ô Critici; idque Zosimi locus aperte evincit lib. IV. de Valentiniano: Ἐπεὶ δ' γαῖ νέμων ἐσθῆτας ἐγκαίνιος πανήγυρις, ἀφ' Ἑστίας ἄνακτι ἀρξάμενος, τὰς νυκτερινὰς σκιὰς ἑωθινὰς ἐκτείνασε. Cui Larum, nisi Lemuralibus, nocturna sacra facitata? sane hoc nomine certum est comprehendi & bonos & noxios genios. NEAP. Illustrat haec Acro ad Horat. II. Ep. II. 209.

423. *Annus erat brevior.*] Proponit hic veterem lunicitum, à Romulo inflictum, numquam omissum; licet Numa additum anno Februarium, totum placandis defunctis & lustrationibus addixerit. NEAPOL.

423. *Februa norant.*] *Norat*, scil. annus, prim. Ambros. Mazar. Zulich. & duo alii. HEINS. Sed *norant*, pro homines norant; ut mox *ferebant*, pro *ferebat*, prim. Ambr. & Lacti. sic & mox ℣. 444. *putant*. & I Met. 132. *vele dabant ventis*. & alibi. *nova februa* etiam Mazar. & duo alii. BURM.

425. *Sua dona ferebant.*] Unde Feralia dicta illa mense Februario. Noster ibidem:

Haec, quia justa ferunt, dixere Feralia lucem.

NEAPOL.

426. *Piabat.*] *Parabat* Moreti.

429. *Nox ubi jam media est.*] Addit quâ noctis horâ haec *διαγίνεσθαι* fiebant. *Mέσον* quoque *νύκτα* lib. III. Apollonius observat ad Magica; sed quartam suspicatur aptissimam Auctor anonymus, nec temere: sic enim dividit horas nocturnas:

Ille memor veteris ritûs, timidusque Deorum,
Surgit: habent gemini vincula nulla pedes.
Signaque dat digitis medio cum pollice junctis;
Occurrat tacito ne levis umbra sibi.
Terque manus puras fontanâ perluit undâ;
Vertitur, & nigras accipit ante fabas.
Aversusque jacit: sed dum jacit, Haec ego mitto;
His, inquit, redimo meque meosque fabis.
Hoc novies dicit, nec respicit. umbra putatur
Colligere, & nullo terga vidente sequi.

Rur-

Ἐν πρώτοις δ' τοιοῦτός ἐστι θαλάμοις αἰσθόμενος ὕπνου, ὅτε ἀδικοῦσι, καὶ πολλάκις. τὸ δ' ὅλον ὀφθῆναι ταχυπόδων δοκοῦντα τῶν ἐχόντων, καὶ πῦρ. τὸ πτύειν δίκαιον] διώκειν δὲ τοὺς μοιχοὺς, ὅτι ἡ ὀφθεῖσα σύμβολον ἐπὶ μοιχῷ. καὶ γυναικὶ πάντες πράγματα. τὸ ἐγκόπτειν λαπάθαιναι ταχέως τὴν πικρίαν φυτόν. Invenio tamen paulim apud veteres, quovis tempore noctis magos inritia facta operatos: de die etiam, dummodo loces, in quo illa agenda, fuisset tenebris obscurus. Neap.

429. *Somnosque filentia praebent.*] Statii, Maffei Urfini & Iidem Varic. *somnoque.* Ciofan. *Somnosque filentia praebet* meliores magno numero. Heins.

431. *Ille memor veteris ritus.*] Sic habent libri Sant. Urf. & quattuor Vatic. Ciofan.

432. *Vincula nulla pedes.*] Forte, ne hypodema quidem in tacitis sacris vel tantillum rumoris excitaret; an quia, quod verius, moris erat magis nudo pede facta sua peragere, ut apud Senecam Medea:

Sacrata nudo nemora lustravi pede.

& apud Maronem illa, *Unum exuta pedem vinclo.* inde Horat. tellatur vidisse

Canidiam pedibus nudis passoque capillo.

Neapol.

433. *Signaque dat digitis.*] Sed cum strepitu, praeter opinionem Jacobi Gulneri in libro de jure Manium: non enim vult, qui sacra facit, umbra sibi penitus tacito occurrat. clare hoc sensus innuit. Neap.

433. *Medio cum pollice junctis.*] Libri veteres, *junctis.* Quidcumid sit, est crepitus ille, qui sit manibus nostro aevo in quavis saltatione, sive comice, sive rustica, digito scilicet medio adeo presse juncto cum pollice, ut lapsus in palmam strepitum edat. Hunc vero superstitiosum ritum, ne umbra accedat ante jactum fabarum, praeter Nostrum, non liquet qui mihi adnat. Foede vero peccat vir alter doctus, qui locum de pressione pollicis intelligit, quae apud antiquos favoris index; sicut ejusdem versio, negationis. Alter & alter mos jam pridem excussus à Criticis. Neapol. *Sumptis* multi; *vitiis* Stroza; *medico cum pollice* Regius.

434. *Levis umbra.*] Vid. ad Valer. Flac. I. 783.

435. *Cumque manus pure &c.*] Sic iidem Sant. & Urf. vere. & mox quattuor Vatic. & Sant. *Ante fabas.* Ciofan. *Manus puras* multi ex antiquis, ut Met. IX. 701.

—— *puraque ad sidera supplex*
Cressa manus tollens.

Terque manus prim. Ambros. unus Farnes. & Latti liber. Puto,

Terque manus puras fontanâ ubi perluit undâ,

vel, *prolui*; ut est in aliis. vid. lib. IV. 778. Sequenti versu, *accipit ante*, non *ore*, multi ex antiquis. sed male. lib. II. 576.

Et septem nigras versat in ore fabas.

Heins. Ego hic *perluit* mallem, cum plurimis scriptis & editis. vid. ad Petron. CXX. & III Met. 173. IV. 310. *ore* hic accepisse non est verisimile, sed manibus, ut jacteret. quare *ante* recepimus. *ore* ex alio loco, ubi de sacris magicis agitur, huc migravit. Burm.

435. *Fontana perluit unda.*] Ante quodvis sacrum praecedebat χέρνιψ. quem haec latent? Neapol.

436. *Vertitur.*] Quia omne purgamentum transcapur jaci solitum; nam respicere illud vetitum. Apulejus: *Lunâ decrescente lavato eum, & te ipsum qui facis, ante limen extra domum primâ nocte: & herbam incende aristolochiam; & suffumigato eum. Redire ad domum; & ut post vos respiciatis, respexisti eum.* Quid clarius? & non praecipit idem Orpheus, cum

Μηδὲ, inquit, μεταστρωφᾶσθ', ἐπεὶ κ' ἀλάλητος τραπείσῃ

Ἀπὸ οἴκου ἀστυφέλου εἰς ἀγορὴν ἴσαι ἄφορος.

Vide meum Siculum Ἰδυλ. IV. Homerum *Odyss.* K. Aeschylum in Χοηφόροις & Scholiastem. Neap.

436. *Et*

Rursus aquâ tangit, Temesaeaque concrepat aera:
Et rogat, ut tectis exeat umbra suis.
Cum dixit novies, Manes exite paterni,
Respicit, & pure sacra peracta putat.
Dicta sit unde dies, quae nominis exstet origo,
Me fugit. ex aliquo est invenienda Deo.
Plejade nate, mone, virgâ venerande potenti:
Saepe tibi Stygii regia visa Jovis.
Venit adoratus Caducifer. accipe causam
Nominis. ex ipso cognita causa Deo est.

Ro-

436. *Et nigras accipit ore fabas.*] Festus Pompejus: *Fabam nec tangere nec nominare Diali flamini licet; quod ea putantur ad mortuos pertinere: nam & Lemuralibus jaciuntur larvis, & Parentalibus adhibentur sacrificiis; & in flore ejus luctus litterae apparere videntur.* Varro de Vitâ populi Romani: *Quibus temporibus in sacris fabam jactant noctu, ac dicunt se Lemures extra januam ejicere.* Neap. Haec ex Manso descripta.

436. *Accipit ore fabas.*] Fallor; an purior è Vaticanis petita lectio? *accipit ante fabas.* Neap.

438. *Redimo.*] *Relimo* duo scripti, cum prima editione.

439. *Haec novies dicit.*] Forte quia hic numerus in magico isto sacro necessarius. Ipse XIII. Metamorphos. 952.

Et purgate nefas novies mihi carmine dicto.

Neap. *Hoc* plurimi noti. *dixit* quinque.

440. *Vidente.*] *Sequente* Sarrav. *tollere & haec* Ambros. prim.

441. *Rursus aquam tangit.*] *Aquâ* Mazarinianus. recte, ut puto. *aqua tangere*, lustrare. ut ad aera concrepata respiciat. dixi lib. IV. fol. 740. Heins.

441. *Temesaea aera.*] Non quod haec vis insita huic Tempeo metallo; sed quia nobile illud Tempe apud scriptores. Dixit vero *Temesaea* Graecatim, ut alibi in Medicamine facici, & Papinius in Silvis. Latinis est Tempsa, quae Graecis Τάμασος. Strabo lib. VI. Ἀπὸ δὲ Λάκι πόρνη πλησίον ἐστὶ Τεμέσης Τεμέη, Τίμψας οἱ οἱ νῦν καλοῦσιν. Vide apud eundem quae sequuntur de conditoribus, de metallis, si tamen lubet. Neap. Cypri etiam urbem Temesen Panensis facit. sed Micyllus illam Τάμασσον vocari, de Italica vero agere Homerum Odyss. I. 184. ἐς Τεμέην μετὰ χάλκον, docet.

441. *Concrepat aera.*] Aeris tinnitum aptum ad spectra solvenda credidit vetustas. Sophron in Mimis: Κύων βαύζας λύσσα φάσματα, ὡς ἢ χαλκὸς κροτηθείς. notat & Theocriti Scholiastes: Τὸ χαλκοῦν ἐπιδὼν ὁ ταῖς ἐπῳδαῖς ἐπιβάλλει ὁ ἐπάδων, ἢ ὁ τοὺς καταιβόλους, ἐπειδὴ ἐπορίζετο καθαρὸν εἶναι, καὶ ἀπέλαυνε τὰ μιαρόπαντα δαίμονα πρὸς πᾶσαν ἐφοδείαν, ἢ δεισιδαίμων αὐτῷ ἐχρῶντο. Ὁ δὲ Χαλκῆ ἐγκαθίκει τοῖς καταιβόλοις. Φασὶν Ἀπολλόδωρος Ἀθηναίους τὸν ἱεροφάντην ἢ κήρυκα ἐπικαλεῖσθαι ἐπιχώριον τὸ καλούμενον ἔχειν, καὶ παρὰ Λάκωσι βασιλέως δεισιδαίμονος εἰώθασι κρούειν λέβητα. Observa illa sub initium, καὶ ὁ τοὺς καταιβόλους, & respice ad hodiernum morem. Neapol. *Concutit* prim. Amb. & Lacti. *concitat* alter Putean. nihil muta. vid. lib. III. 740.

444. *Putat.*] *Putant* Moreti. vid. sup. 423.

446. *Ex aliquo.*] *Ex alio* duo Medicei & unus Heinsii.

447. *Plejade nate, mone.*] Ἀπορρᾷς ad Mercurium, ut sibi pandat Lemuralii nominis originem. Neapol.

447. *Virgâ venerandè potenti.*] In Gottorpiano erat, *lingua venerande potenti.* non male. eloquentiae enim Deum quis nescit Mercurium? vid. inf. vers. 668. *lingua* autem *potens*, ut *orator potentissimus.* Reines. Infer. III. 47. & Vopisc. Numer. I. ita eloquentiam *potentem omnium rerum reginam* vocat Martian. Capell. lib. II. & *vates potentes* Horat. IV. Od. VIII. & passim. vid. ad Petron. LXXXIX. quia tamen hic de Manibus & inferis agitur, non moverem *virga*, qua ducere & reducere Mercurium umbras est notissimum. *reverende* Petav. Burm.

448. *Tibi.*] *Cui* Vossian. & Mediceus. *tibi est* plurimi.

449. *Adoratus.*] *Adornatus* multi. *accipe crimen* Sarrav. pro varia lectione.

450. *Ex ipso cognita causa deo est.*] Ita meliores. Heins.

455. Sub-

Noluit hoc frater. pietas aequalis in illo eſt.
Quod potuit, lacrimas in mea fata dedit.
Hunc vos per lacrimas, per veſtra alimenta rogate,
Ut celebrem feſto ſignet honore diem.
Mandantem amplecti cupiunt, & brachia tendunt.
Lubrica prenſantes effugit umbra manus.
Ut ſecum fugiens ſomnos abduxit imago;
Ad regem voces fratris uterque ferunt.
Romulus obſequitur, lucemque Remuria dixit
Illam, quâ poſitis juſta feruntur avis.
Aſpera mutata eſt in lenem tempore longo
Litera, quae toto nomine prima fuit.
Mox etiam Lemures animas dixere ſilentum.
Is verbi ſenſus, vis ea vocis erat.
Fana tamen veteres illis clauſere diebus;
Ut nunc ferali tempore operta vides.
Nec viduae taedis eadem, nec virginis apta
Tempora. quae nupſit, non diuturna fuit.
Hac quoque de cauſſâ (ſi te proverbia tangunt)
Menſe malas Majo nubere vulgus ait.

Sed

potestates ſenſitivas. *Fertur enim*, ſcribit Plato de Legibus Dialogo IX. (omitto Graeca) *interfectum hominem, qui libere vixit, interfectori proximo ſtatim poſt mortem tempore iraſci; ac propter violentam mortem terrore turbationeque plenum, maximo, ſi viderit interfectorem inter ſuos more ſolito vivere, ipſius ejusque actiones, vim ad hoc ſuppeditante memoriâ, cunctis viribus terrere atque turbare.* Exempla paſſim tibi occurrent: Oreſtes & Nero exagitati à parentum umbris, à Marianis animis Sylla à Cleonice Pauſanias, & alia. Neap. *Per funera* duo ſcripti.

471. *Vitas aequalis in illo eſt.*] Putabam aliquando, *aqualis*. hoc eſt, *ab qualis*, vel, *at qualis*, vel, *Di, qualis*. ut dixi Epiſt. XVIII. ℣. 102. vel, *ea qualis*. mox pro *manibus ille* multi ex melioribus, *in mea fata*. &, pro *noſtro honore*, prim. Ambr. & Laeti codex, *feſto* Heins. *Noto* Mazar. alt. *reddas honore* Thuan. *quid potuit* Junian.

476. *Prenſantes.*] *Preſſantes* Maz. & duo. *prendentes* Junian. *praeſentes* Pernenſ.

476. *Effugit umbra manus.*] Homerus Iliade ψ.

Τὴ ἐξ φυχήσιν ἀρέξατο χερσὶ φίλησιν,
Οὐδ' ἴλασ' ψυχὴ ὑ ἀΐ χθονὸς ὤχετο κικλὶς
Ὤιχετο τετριγυῖα. ——

Neapol.

477. *Ut ſecum fugiens.*] *Viſaque confugiens* multi ſcripti & quidam editi. *viſa quoque eſt fugiens* unus. *viſaque cum fugeret* Putean. *tum fugiens* Junian.

478. *Uterque ferunt.*] Fauſtulus & Acca. Neap. *Vocem* novem codices.

481. *Aſpera mutata eſt in lenem.*] R. in L. à Remuriâ pronuntiarum Lemuria. Graeci ſunt, qui diſtinguunt δασὺ & ψιλὰ γράμματα. Neapol. *In laevum* Mazar. *in levem* Voſſian. *majorum tempore longo* unus. deinde, *plena fuit*, Bernenſ.

483. *Animas dixere ſilentum.*] Gloſſae, *Lemures, νυκτερινοὶ δαίμονες.* Neap.

484. *Hic verbi.*] *Verbis* prim. Ambroſ. Farnef. & duo alii. *Is verbi* duo. *hic ſenſus verbi* alii editi & ſcripti. *hinc* quatuor.

485. *Fana tamen veteres.*] Hanc habent lectionem octo libri ſcripti. Cior. *Tamen lemures* Marg. Gryph. deinde *operta vident* plurimi. ut ſupr. 444.

485. *Illis clauſere diebus.*] Vide nos de cauſſâ in Feralibus ad illud,

Di quoque templorum foribus celantur apertis;
Tenre vacent aures, flentque ſine igne foci.

Neapol.

487. *Nec viduae taedis.*] Plutarchus, poſt multa de hac conſuetudine expenſa, Οἱ γαμοῦντες οὖν, inquit, ἐν τῷ Μαΐῳ, περιφεύγουσι τὸν ἰόβολον, ὃς εἰδὸς ἐστι μετὰ τὸν Μάϊον. Neap.

489. *Proverbia.*] *Convivia* duo. Heinſius conjiciebat, *ne te convicia tangant.*

Sed tamen haec tria sunt sub eodem tempore festa
Inter se nullo continuata die.
Quorum si mediis Bocoton Oriona quaeres;
Falsus eris. signi caussa canenda mihi.
Juppiter, &, lato qui regnat in aequore, frater;
Carpebant socias, Mercuriusque, vias.
Tempus erat, quo versa jugo referuntur aratra;
Et pronum saturae lac bibit agnus ovis.
Forte senex Hyrieus, angusti cultor agelli,
Hos videt, exiguam stabat ut ante casam

At-

490. *Meosque malum Marte.*] Urs. Stat. Maffei & duo Vatic. *Meosque malos Marte.* placet. Crof. *Malas in malentibus.* Heins. Vid. Plutarch. Quaest. R. 86. Alexander Tardinus, in Miscellaneis, lingua Italica, lib. Titulo *di Peschieri diversi*, edidit lib. VIII. cap. 2. multa de hac superstitione, quam adhuc apud Ferrarienses observari scribit, agit. Burm.

491. *Sub eodem tempore.*] *Nomine* Mazar. & septem alii. & ita edidit Neapolis. sic 1. Met. 410. *sub eodem nomine mansit.*

492. *Inter se nulla continuata die.*] Nam hi sex continuis diebus. Primus, tertius, quintus sacri sunt Lemuralibus. hinc capies vetus Kalendarium, in quo sic illa notantur:

A. LEM. N
B C.
C. LEM. N.
D. NP. LVD. MART. IN CIRC.
E LEM. N.

Neapol. *Dies* vero hic pro nocte sumi, quia nocte Lemuria fiebant, monuit Fanensis. vid. Serv. ad Virg. I. Æn. 731. Burm.

493. *Quorum si mediis.*] Incidebant media Lemuralia in v. Idus Majas, ergo in idem tempus occidit Orion, non VI. ut scribit Gregorius Berfmannus: cujus error aperte venit ex non intellecto Fastorum nuper illustrato. Aliorum sensiles interpretationes non scribam, ne chartam frustra inquinem. Neapol.

493. *Bocoton Oriona.*] Ex partib. Nicandri in Theriacis. Neap. *Baeotum* omnes fere scripti. *si mediis* Junian. & Moreti. *quaeris* etiam plurimi. *quaeras* rec.

494. *Signi caussa fonanda mihi est.*] Lege ex novem libris scriptis, *canenda.* Crof.

496. *Mercuriusque vias.*] Tres etiam Varino sunt; sed hic pro Mercurio ponit Ἀπόλλωνα Tarchetius, Servius, Homeri Scholiastes, ut Naso. Sed de hac fabula variae sententiae praeterum. Vide Parthenium in Amatoriis affectionibus, Brumoium, Nicandri, Lycophronis, Arati Scholiastas, Hyginum, & apud eumdem Istrum & Aristonicum. Neap. *Solitas vias* Strozz.

497. *Tempus erat, quo &c.*] Περίφρασις Vesperae. Non dissimilis illa Virgiliana:

Et jam summa procul villarum culmina fumant,
Majoresque cadunt altis de montibus umbrae.

Crofan. *Referuntur* Arond. Putean.

498. *Et pronus.*] Maz. & Zulich. *pronum*; optime. unus Moreti, *promtum.* Heins.

499. *Forte senex Orieus.*] Ex iisdem lib. lege, *Hyreus.* Crofan. *Hyrthius* Mazar. *Hirtius* Zulich. unus Moreti, *Hyereus*, unus Putcani, *Hereus.* aliis aliter. Scaliger, *Jereus.* optimus Urfini liber tam hic quam infra, *Hyrius.* vere omnino. ne dubita. sic & ib. VI. *prolas Hyrius* scribendum. Τριὰς Graecis est, quem Orionis patrem facium Parthenius Eroticis cap. XX. Antoninus Liberalis Metamorphosi XXV. Palaephatus περὶ Μύθων. Scholia antiqua in Homeri Iliados lib. B. & Σ. & Nicandrum Ther. 15. ubi tamen perperam ἀμείς pro ἰμείς nunc legitur. Narrat quoque fabulam ex Anilomacho Scholiastes Germanici & Hyginus duobus locis poëtico Astronomico. sed utrique pro *Hyrio* est *Erythreus.* nescio an mendose. Hunc Neptuni & Halcyones filium facit Homeri Scholiastes & Palaephatus, ut & Hyginus poëtico Astronomico fabula Tauri. ubi tamen *Hyrea* pro *Hyriea* solenni errore scribitur. In Mythologia Hygini Fab. CLVII. inter Neptuni filios *Rias ex Alcyone Asteriis filia* memoratur. etiam corrupte pro *Hyrieus.* Scholiastes Statii Theb. IX. ubi agit de Driante Orionis filio, *Arnus enim Drias Neptuni filius fuit.* lege, *Hyrieus.* Apud Hyginum quoque Fab. CCXV. in hac narratione male omnino legitur, *Jupiter, Neptunus, Mercurius in Thraciam ad Byrsium regem in hospitium venerunt.* cum reponendum sit, *ad Hyrieum regem.* Cetera hujus fabulae foedis etiamnum modis illic corrupta sunt. Scholiastes Statii Theb. III. 27. *Neptunus cum ad Oenopionem regem in hospitium venisset.* ubi, cum vetustus codex *ad Oenia regem* exhibeat, *ad Hyrium regem* non dubito esse reponendum. Notetur autem in transcursu, Hyrieum quibusdam regem dici, quem Ovidius angusti agelli cultorem facit. Similiter variant auctores de Celeo, Triptolemi patre. Quidam Oenopionis filium faciunt Orionem, quos inter Servius ad lib. I. 548. & X. Æneidos, ac Scholiastes Statii Theb. III. sed de loco Statii mendoso vidimus, ut fortasse Servius pari etiam modo sit castigandus: alii enim rectius Oenopionis generum dicunt, cujus filiam Meropen duxerit uxorem. quamquam Apollodorus Sidonaei uxorem adsignet ante Meropes nuptias. Apud Parthenium de Orionis & Haerus Amoribus fabula minus nota occurrit. Noster ei Lyricen amicam dat lib. II. Art. Amat. si fama illic lectio est,

Pallidus in Lyrice sylvis errabat Orion.

sed *Threes sylvis* scribendum videri suo loco monui. Ceterum Scholiastes Statii ad lib. VII. Theb. 258. *Pelasgum* dat Orioni patrem. ubi vetus liber *Pelargum* agnoscit. Apollodorus è terra natum asserit, vel etiam ex Neptuno & Euryale, idque Pherecyde teste. Hesiodus apud Nicandri Scholiasten ex Neptuno & Gelone, Minois filia. Atque haec de Hyrieo & Orione. Heins.

500. *Nec tempora longa supersunt.*] Jam nox, inquit, adventat. Neap.

503. *Addidit & vultum verbis.*] Lib. IIX. Metamorph.

—— *super omnia vultus*
Accessere boni, nec iners, pauperque voluntas.

Crofan. Idem dixit in Metamorphosi de Baucide & Philemone, apud quos Jupiter & Mercurius diverterant. Neap.

504. *Dissimulantque deos.*] Fingunt se deos non esse. Crofan.

505. *Nigro deformia fumo.*] Ostendit pauperem & unam boni senectionis casulam; & forsan aliud, nondum cognita fumi emissaria. Neap.

506. *Ignis in extremo stipite parvus erat.*] Lege ex Stat. Urs. & quattuor Vatic. *Ignis in hesterno.* Idque agnoscunt interpretes. Crofan. Sic explicat; quod Graeci uno verbo Σκηπτον. In textu veteri, *in extremo stipite.* non displicet. Neapol. *Parvus erat* volebat Heinsius. *externo* Margo Gryphii & multi scripti.

Atque ita, Longa via est, nec tempora longa supersunt,
Dixit; & hospitibus janua nostra patet.
Addidit & vultum verbis; iterumque rogavit.
Parent promissis; dissimulantque Deos.
Tecta senis subeunt, nigro deformia fumo:
Ignis in hesterno stipite parvus erat.
Ipse genu posito flammas exsuscitat aurâ,
Et promit quassas comminuitque faces.
Stant calices. minor inde fabas, olus alter habebant:
Et fumant testu pressus uterque suo.

Dum-

507. *Ipse genu nixus flammas excussit ab aura.*] Exprimit gestum hominis ignem suscitantis. Crof. *Excussit ab aura.* Non reprobo lectionem: sed mihi sedet etiam illa ex anticuis, *flammas exsuscitat aurâ.* quâ locutione usus in Metamorphosi:

Inde foco tepidum cinerem dimovit, & ignes
Suscitat hesternos, foliis & cortice sicco
Nutrit, & ad flammas animâ producit anili. Neap.

Genu posito Lacti, unus Farnes. & prim. Ambros. utrumque rectum est. adi notas ad lib. III. Met. 240. deinde probe Zulich. Mazar. optimus Patav. prim. Farnes. & quatuor alii, *flammas exsuscitat aura.* cui verbo frequens apud Tullium usus est. Livius Belli Punici libro I. cap. 3. *Ne quandoque parvus hic ignis incendium ingens excitaret*, Turpilius Demiurgo, *aperias furat, brachia autem procera horrorem mihi ex corde exsuscitabant.* Furius in Annalibus apud Macrobium:

Confirmat dictis simul atque exsuscitat aeres
Ad bellandum animos.

sic *sopitos suscitare ignes* Virgilio duobus locis. *excitare foculum bucca* Juvenalis Satyra III. Lucanus libro VIII.

Excitat invalidas admoto fomite flammas.

Auctor Moreti, qui similem descriptionem dedit,

Excitat & crebris languentem flatibus ignem.

Flatibus, hoc est quod *bucca* Juvenalis. Noster *aura* dixit, quomodo alibi in his libris,

Ipse sui flatus ne foret aura cavet.

Inflagrare halitu ignem, dixit Solinus cap. V. *deinde nullo inflagrante halitu, ab ipso nomine sit accendium.* Noster lib. VIII. Met. de Philemone: *ignes Suscitat hesternos.* male ergo Neapol. amplectitur, *extremo stipite.* quod est in quibusdam scriptis. cum *hesterno* optime sese habeat. Adi Notas Met. IX. pl. 662. Amor. III. Eleg. VII.

—— *hesternâ languidiore rosâ.*

Trist. I. Eleg. III. ex vestigiis veterum librorum;

Dumque mora est, tremulâ dat vina rubentia dextrâ.
Accipit aequoreus pocula prima Deus.
Quae simul exhausit; Da nunc bibat ordine, dixit,
Juppiter. audito palluit ille Jove.
Ut rediit animus; cultorem pauperis agri
Immolat, & magno torret in igne bovem.
Quaeque puer quondam primis diffuderat annis,
Prodit fumoso condita vina cado.
Nec mora: flumineam lino celantibus ulvam,
Sic quoque non altis incubuêre toris.
Nunc dape, nunc posito mensae nituere Lyaeo.
Terra rubens crater, pocula fagus erant.

Ver-

Cottidie hesternus ere tremente focus.

HEINS. *Excussit ab ara* Vossian. malim etiam, *Inde, genu posito*, id est a stipite illo. *aura* autem pro flatu, spirita, anima, ut apud Valer. Fl. III. 308. uti vide Heinsium.

508. *Et promit quassat.*] *Profert* multi ex melioribus. nam *promat* mox sequitur,

Promit fumoso condita vina cado.

ubi tamen Mazar. *Prodit*, eleganti locutione, cum uno Petav. & Gottorpiano. Met. IV. ex optimo codice, 655.

—— *lavaque à parte Medusae*
Ipse retro versus squallentia prodidit ora.

Virgilius libro II. Æneid. 259.

—— *illos patefactis ad auras*
Reddit equus, laetique cavo se robore promunt.

ita monet in vetustissimo codice Longobardico legi Petrus Valerianus, non *promunt*. HEINS. Sic apud Martial. VIII. 18.

Sic tua, Cirini, prodas Epigrammata vulgo,

Vossianus codex Bibliothecae Leidensis. vulgo, *promas*. vid. Heins. ad Claudian. I. de Rapt. 3. & ad Val. Flac. VIII. 17. *sonis* unus.

508. *Quassat.*] *Sicca* Sarrav. & alius. *cassas* unus Medic. vid. III. Met. 505. *continuataque* duo.

508. *Communitque faces.*] Persimilis locus est in eo, quem modo adduxi, libro:

Inde foco tepidum cinerem dimovit, & ignes
Sopitos reperit, foliisque & cortice sicco
Nutrit, & ad flammas animam production anili:
Multifidasque facit, ramalibaque arida tecto
Detulit.

Virgilius lib. I. Æneid.

Suscitat ignem foliis, atque arida circum
Nutrimenta dedit, rapitque in fomite flammam.

CIOFAN.

509. *Mixtae inde fabae.*] Quid ponat praeter legumina? Haec apud veteres invenies in victu pauperum, aut Philosophorum. Nunc vide, quae parazit hospitibus in Metamorphosi Hyreo paullo ditior Philemon:

Quodque suum conjux rigua collegerat horto
Truncat olus foliis, furcâ levat ille bicorni
Sordida terga suis, nigro pendentia tigno;
Servatoque diu resecat de tergore partem
Exiguam, sectamque domat ferventibus undis.

Ne te, fodes, abstineas à reliquis. NEAP.

509. *Olus alter habebat.*] *Habebant* Strozzae liber. & paulo post pro *spumat uterque* multi, *fumant*. Laeti, prim. Ambros. & quinque alii, *fumat*. Lege, *fumant*. sic apud Juvenalem Satyra XIV. *grandes fumabant pulmenta ollae*. sed apud Martialem Xeniis Epigr. lib. XIII. 7. habes:

Si spumet rubra concheis tibi pallida testa.

conchis enim faba, ut notum. nisi & illic *fumet* reponis. HEINS.

510. *Et spumat testa pressus uterque sua.*] Optimus Vatic. Stat. & Urs. *testu suo*. ut etiam lupra: quam lectionem libentius amplexandam puto, veterum scriptorum testimonio confirmatam. CIOFAN. In aliis, *testu*. Utrumque receptum. VATIO: *In testu caldo coquebatur*. Petronius: *Cum animadverto Enothean cum testo ignis plenum venientem*. NEAPOL. Pro *testu* plurimi veteres, *tosta* alii, *testa*. minus bene. dixi lib. II. ℣. 611. HEINS. *Assa* Putean. *tectus uterque* Petav. & Bernens.

511. *Dat.*] *Dant* Mazar. & Moreti.

515. *Ut rediit animus?*] Haec vera lectio, quicquid turbant libri veteres. Vide Notas Epist. VI. ℣. 31. HEINS.

517. *Primis diffuderat annis.*] Juvenalis: *Copiatus diffusum Consule potat*. Vinum veteres aetate aestimabant. quis ignorat? hinc optimi, annosi calices. Seneca Epistola LXIV. *Quomodo in vino nimis vetere ipsa nos amaritudo delectat*. Hoc vitium in vino: seu melius, cùm illis deliciun longum temporum spatium cauffabat. Galenus Ex-

Verba fuêre Jovis; Si quid fert impetus, opta:
Omne feres. placidi verba fuêre senis:
Cara fuit conjux, primae mihi cura juventae
Cognita; nunc ubi sit quaeritis? urna tegit.
Huic ego juratus, vobis in verba vocatis,
Conjugio dixi sola fruere meo.
Et dixi, & servo, sed enim diversa voluntas
Est mihi: nec conjux, & pater esse volo.
Adnuerant omnes: omnes ad terga juvencae
Constiterant. pudor est ulteriora loqui.
Tum superinjectâ texere madentia terrâ.
Jamque decem menses; & puer ortus erat.

Hunc

gesser, Mid. 16. Μὴ μόνον πικρὸν τ' ἔχουσιν ἀλλὰ καὶ ἡδὺν τὸν παλαιότατον οἶνον. Idem *περὶ Ἀντιδ. α'. Καλῶν ἡ οἱ ἀρχαῖοι τοῦτο ἡδὺ πολιτικῶς, τὸ μετριάζειν ἐν ποίοις οἱ τὸν τοιοῦτον πεπότηνται τ' πολλαπλῶν. δεσμώτης δ' ἐν ὑπὸ γῆς ἢ διφθέρα τυφῶς, ἄνευρος ἢ κῷ πικρότης.* Ex eodem discimus veterem illum morem, in eisdem amphoris aetatem vini scriptam; quem & tritus ille locus Petronii expressit: *Statim allatae sunt amphorae vitreae diligenter gypsatae, in quibus pittacia erant affixa cum hoc titulo*: VINUM OPIMIANUM ANNORUM CENTUM. *Diffusum* vinum est *κατεχυμένον*. NEAPOL. *Defuderat* Heins. ad Epist. VIII. 61. ubi plura hîc adnotaturum promiserat, nec tamen praestitit.

519. *Lino celantibus ulvam.*] In Metamorphosi de lecto Philemonis:

—— *In medio torus est de mollibus ulvis.*

NEAP. *Lino celante dat ulvam* Pembroc.

520. *Intubuere thoris.*] *Discubuere* duo veteres. ut lib. VIII. Met.

Discubuere thoris Thesei comitesque laborum.

HEINS. Vide tamen I. 402. & X. Met. 281.

521. *Nituere.*] *Enituere* Sarrav. & Petav.

522. *Terra rubens crater.*] Vas vinarium erat figulinum. NEAPOL. Forte, *Testa rubens*. nam crateres ex aere solebant confici. sic & *testa rubens* Sedulio in praefatione carminis Paschalis,

At nos exiguum de paupere carpsimus horto,
Rubra quod appositum testa ministrat olus.

quod Ennodius est aemulatus carmine ad Olybrium,

At mihi vix tellus transmittit pauperis horti,
Rubra quid acceptum testa refutat olus.

rubrum catinum, dixit Persius Sat. V. & *rubra patella* apud Martialem lib. XI. Ep. 28. & libro XIV. Ep. 114. *rubicundam testam* habes. HEINS. Sed vulgata servari potest, *terra rubens*, id est fictilis, erat pro cratere, ex aere fieri solito. *erat* plurimi scripti.

522. *Pocula fagus erat.*] Ex poculo etiam ostendit curtam Hyrei supellectilem. Seneca in Hercule Oeteo:

Pectora pauper secura gerit;
Tenet è patulo pocula fago.

NEAPOL.

523. *Fert impetus ora.*] In meo est, *si quid fert impetus, opta*. NEAPOL. Francof. habet, *fert impetus, ede. feret* Bernens. Met. XIV. 135.

Elige ait, Virgo Cumaea, quid optes,
Optatis potiere tuis.

BURM.

525. *Cura fuit conjux prima mihi cura juventa.*] *Primae mihi cura juventae* Mazar. Zulich. prim. Farnes. & quinque alii. Lege,

Cara fuit conjux primae mihi cura juventae.

sed praestat vulgatum. Statius Epicedio Patris,

—— *una tibi cognita taeda*
Conjugia, unus amor.

vel, *prima juventa*, ut Strozzae liber & unus Moreti. multi alii, *prima mihi cara juventa*. Ursini codex,

Cara fuit conjux, carae mihi prima juventae.

pro *Cognita* Mazar. Zulich. prim. Farnes. & quatuor alii, *Condita*. ut ad unam referatur. HEINS. Nescio an satis Latine dicatur, *cara conjux fuit cura, cognita mihi primâ juventâ*. aliquid strabiginis mihi trahere haec verba videntur. ego, si per libros veteres liceret, legerem libentius,

Cara fuit conjux, primae mihi flore juventae
Cognita.

certe latet vitium. *cara mihi prima juventa* Bernens. & Putean. & duo alii. *primâ mihi grata* Junian.

530. *Sed pater.*] *Et pater* bene Zulich. Mazar. & alii quatuor. HEINS

532. *Constiterant.*] Unus Farnes. *Consliterunt.*

Hunc Hyrieus, quia sic genitus, vocat Uriona.
Perdidit antiquum litera prima sonum.
Creverat immensum: comitem sibi Delia sumsit.
Ille Deae custos, ille satelles erat.
Verba movent iras non circumspecta Deorum.
Quam nequeam, dixit, vincere, nulla fera est.
Scorpion immisit Tellus. fuit impetus illi
Curva gemelliparae spicula ferre Deae.
Obstitit Orion. Latona nitentibus astris
Addidit: &, Meriti praemia, dixit, habe.
Sed quid & Orion, & cetera sidera mundo
Cedere festinant, noxque coartat iter?
Quid solito citius liquido jubar aequore tollit
Candida, Lucifero praeveniente, dies?

Fal-

& tum *Auxerunt* quoque legendum. Scribe etiam, *juvencas*. vaccam ab iis initam describit. HEINS.

532. *Pudor est altercata Iovi.*] Corium juvenci mirantur. ut Euripidem: Λαθόντες δὲ οἱ βοὸς τὸν ἐκ διὸς τόκον ἐπὶ γῆθεσιν κλύουσι βοὸς δέρμα διπτυχούμενον ἐς αὐτὸ Hoc, puto, sic: Nilo. NEAP.

535. *Hunc Hyrieus quia sic genitus, vocat Uriona.*] Scaliger in superiori loco,

Forte fuit Hyrieus, angelli cultor agelli,
Hoc vidit, exiguam sfabat ut ante casam,

Irieus legebat. Quod si *Ureus* legas, patet ratio. hoc est, Oraeus, quemadmodum ὀρεὺς mulus, παρὰ τὸ ἐπὶ ὄρεσι γεύεσθαι λέγειν, dicunt Grammatici. Ut litera prima in Graecorum ε exiguum: quae, ut Poeta notat, antiquum sonum perdidit.

Perdidit antiquum littera prima sonum.
DAN. HEINS.

535. *Quia sic genitus.*] Ἐκ τοῦ ὕειος. NEAP.

536. *Vocat Uriona.*] Omnino sic legendum, non *Orionem*; ut adhuc multi. NEAP.

536. *Littera prima sonum.*] Ou scilicet verterunt in O: diversi tamen fuisse Strabo, qui de Orco monte ita ait lib. x. Ἔοικε δὲ καὶ ὁ Ὠρίων ἐντεῦθεν τὴν ἐπίκλησιν, οὐκὶ ἐναντίως. NEAPOL. *Prima locum* Thuan.

537. *Creverat immensum.*] *Crevit immensa* Bern. *crevit in immensum* quinque.

537. *Delia sumsit.*] *Fecit* Putean. & Sarravii & octo alii. pessim. *Iuno Deas* Sarravii.

538. *Scorpion immisit tellus.*] Aratus:

Ἦ ῥ' ἐπὶ οἱ πέμψασα γυναικὸς ἄπλετον ὄμμα,
Ἥρη ἀμειλίκτου μητρὸς ἐπιπρὸ κελεύσης,
Σκορπίου. ——
NEAPOL.

541. *Immisit.*] *Emisit* Moreti & duo alii.

542. *Curva gemelliparae.*] Antigit hunc locum lib. VI. Metam. 315. CIOFAN. *Gemelliferae* multi. *ferre* hic interpretantur auferre Dianae sua tela; sed sensus est, scorpion voluisse sua spicula curva, quae ipse gerebat, in Latonam immittere, solOriona obstitisse. *Gemellipara* non est Diana, sed Latona, quae Apollinem & Dianam edidit. Sapuisse Crispinus prae Marso & Fanensi; sic *ferrum jungi ferre* Sil. IX. 519 ubi vid. doctiss. Drakenb. BURM.

544. *Meriti.*] *Meritis* Mazarin. eadem varietas VIII. Met. 503. *cape praemia facti*, ubi alii, *facti*. BURM.

545. *Sed quid & Orion.*] Fictio poëtica de cita Orionis & siderum immersione, ut dies illa fieret, qua Caesar Octavianus in foro à se fundo templum Martis Ultoris consecravit. Hanc esse suspicor, quae notatur in veteri Kalendario IV. Idus Majas: NP. LVDI MARTI IN CIRC. NEAP.

545. *Mundo.*] *Coelo* Sarrav. & tres alii. vid. ad II. Met. 157.

547. *Liquido jubar aequore tollit.*] *Vitro* pro diversa lectione alter Maxarinianus. ut *vitreus aequor* Horatio. multi alii, *nitido*. mox pro *arma sonabant* malim, *sonarunt*. ut in Ibide, 126. *Larva sonarit avis*, non *volavit*, ex antiquis libris. HEINS. Vid. Cl. Bentl. ad Horat. I. Satyr. VIII. 41. *Lucifero praeveniente* Moreti alter.

550. *Dedit.*] *Dabat* Putean. *movet* ejusdem primus. mox *Victor* Sarrav.

552. *In Augusto conspicienda foro.*] Ipsemet Princeps in suo monumento Ancyrano: VLTORIS TEMPLVM, FORVM AVGVSTVM, ET TEMPLVM APOLLINIS IN SOLO MAGNAM PARTEM ::::: (in hoc semiexesо loco scribendum putat maximus ille Musarum sacerdos Lipsius, A ME EMPTO) FECI. Suetonius in eodem: ubi & votum, & quae in causa, & annum etiam habes. *Publica*, inquit cap. XXIX. *opera plurima exstruxit, ex quibus est*

Fallor? an arma sonant? non fallimur: arma sonabant.
Mars venit; & veniens bellica signa dedit.
Ultor ad ipse suos coelo descendit honores,
Templaque in Augusto conspicienda Foro.
Et Deus est ingens, & opus. debebat in Urbe
Non aliter nati Mars habitare sui.
Digna Giganteis haec sunt delubra tropaeis:
Hinc fera Gradivum bella movere decet:
Seu quis ab Eöo nos impius orbe lacesset;
Seu quis ab occiduo Sole domandus erit.
Prospicit armipotens operis fastigia summi:
Et probat invictos summa tenere Deos.
Prospicit in foribus diversae tela figurae;
Armaque terrarum milite victa suo.

Hinc

praecipua, forum cum aede Martis Ultoris, templum Apollinis in Palatio, aedem Tonantis Jovis in Capitolio. Fori exstruendi caussa fuit hominum & judiciorum multitudo, quae videbatur, non sufficientibus duobus, etiam tertio indigere. Itaque festinantius, necdum perfecta Martis aede, publicatum est; cautumque, ut separatim in eo publica judicia & sortitiones judicum fierent. Aedem Marti bello Philippensi pro ultione paternâ suscepto voverat. Sanxit ergo, ut de bellis triumphisque hic consuleretur Senatus: provinciis cum imperio petituri hinc deducerentur; quique victores redissent, huc insignia triumphorum inferrent. De Aëdituo hujus templi mentio in hoc lapide antiquo:

D. M.
T. PLAVIO AVG. LIB.
LIBERALI ÆDITVO
MART. VLTORIS
CLAVDIA EXOCHE
CONIVGI.
BENEMERENTI ET
SIBI FECIT.
VIXIT ANNIS LVII.

NEAP. Fabric. ad lib. IV. ex Pont. V. 10. citat, *in Augusto continuata foro*, vitio memoriae.

553. *Est Deus, est ingens.*] Optima membrana, *Et Deus est ingens.* haec Germana lectio. NEAP.

553. *Et opus.*] Docta sane sequens caussa. Sed festinat & arcu magnifice struxit, ut parentis etiam mortui desiderium aliquâ in parte adimpleret. de quo Suetonius Julii cap. XLIV. *Jam de ornandâ instruendâque urbe, item de tuendo ampliandoque imperio plura ac majora in dies destinabat; in primis*

Martis templum, quantum nusquam esset, exstruere, repleto & complanato lacu, in quo naumachiae spectaculum ediderat. NEAP.

555. *Tropaeis.*] *Triumphis*, adjecta permutatione, prim. Ambr. & Laeti. *vetustis* Patav. & alius.

556. *Bella movere decet.*] Et quid, nisi hoc illa superius praefati Historici adsignificant? *ut de bellis triumphisque hic consuleretur Senatus.* Idem antea in Capitolio agi solitum. Appianus in Punicis: Ἡ βουλὴ καὶ τὸν πόλεμον ἐχρῶντό τε καὶ ἀπηλλάσσοντο, πολλὰς ἐχούσης ἤδη καὶ ἀναμίξ ξυμμάχους, ἰδιώταις τοῖς γνώμῃ, καὶ ἐς τὸ Καπιτώλιον (ἔστιν οὐδαμοῦ ἄλλοθι πόλεμον ἀποδίδοται) συνῄεσαν, ἐψηφίσαντο, Καρχηδονίοις πολεμεῖν. NEAP.

557. *Lacessit.*] *Lacessat* plurimi. *lacessat* Strozzae. *nos impetus* l'embroc. *nos turpius* Putean. alter. *domandus erat* Arund. & Excerpta Dousae.

559. *Perspicit.*] Libri meliores tam hic, quam paulo post, *Prospicit*. HEINS. Vid. sup. ad. 393. quidam, *respicit*.

559. *Operis fastigia summi.*] Ergo Martis signum positum etiam in templi trichoro (solitum hoc in aedificiis sacris Romanis. Vitruvius: *Ornantque signis fictilibus, aut aereis inauratis earum fastigia.* imo hodiernis statuam illius, cui templum consecratum in ipso fastigio, conlocare.) hinc, inquit, videt operis summi fastigia, fores cum spoliis hostilibus, statuas, quae in utraque fori porticu erant. Fastigium Graecis ἀετός, ἀέτωμα, τρίγωνον, πτερὸν, πτερύγιον. Eustathius Iliade Ω: Ἰσέον ὅτι οἱ μὲν ἀετὸν ἢ ἀετὸν τὸ ὑπὸ τὸν ναὸν, ὃ μέση αἰτωμα ἐλέγετο, αὐλὸν δὲ αὐτὸν καὶ ῥάμφον ἀπὸ τοῦ ἐοικέναι φωνὴ πτηνοῦ αὐτῷ. Aristophanes in Avibus:

Εἶτα πρὸς ὕστατον, ὥσπερ ὀρνίθων ἀετόν.
Τὰς δ' ὑπὲρ οἰκίας, ἐφ' ὑψηλοῦ πρὸς αἰετόν.

Interpres: Διὰ τὸ ὁμοίως τοῖς πτηνοῖς αἰτώμασιν τὰς δὲ τῶν

Hinc videt Ænean oneratum pondere sacro;
Et tot Iüleae nobilitatis avos.
Hinc videt Iliaden humeris ducis arma ferentem:
Claraque dispositis acta subesse viris.
Spectat & Augusto praetextum nomine templum,
Et visum, lecto Caesare, majus opus.
Voverat hoc juvenis tunc, cum pia sustulit arma.
A tantis Princeps incipiendus erat.
Ille manus tendens, hinc stanti milite justo,
Hinc conjuratis, talia dicta dedit:
Si mihi bellandi pater est, Vestaeque sacerdos
Auctor; & ulcisci numen utrumque paro:

Mars;

ἱερὸν εἶχεν, τοῦτο καὶ αὐτὸς καλοῦσιν, ὥς φησιν Ἴων ἐν Ἀγαμέμνονι. Inde διστεγὴς ναὸς, aedes, quae uno & altero erat fastigio. Neap.

560. Et probat invictos illa tenere Deos.] Invictas summa tenere deas Ursini, prim. Ambr. Zulich. & tres alii. Mazar. Voss. Arondel. Laeti plurimique praeterea, invictos summa tenere Deos. quidam etiam, sola tenere. infra lib. II. 74.

Aurea possedit socio Capitolia templo
Mater, &, ut debet, cum Jove summa tenet.

Heins. Invictas cuncta tenere Deas Bernens. scripta tenere unus. arma duo.

561. Diversae tela figurae.] Hostium spolia; arma scilicet fabricata ex more devictarum gentium. Haeret menti, suspicor, illud Suetonii: Sanxit ergo inter alia, ut provincias cum imperio petituri hinc deducerentur; quique victores redissent, huc insignia triumphorum inferrent. Neap. Tela sagittae Sarrav. uela figurae Vatic.

562. Milite victa suo.] Nisi capiamus arma victa, pro armis victarum gentium, quae solebant templis & domibus praefigi, durius dictum mihi videtur. nam arma victa terrarum notare deberent, quas superavimus proeliis & bello. ut Vellej. lib. II. cap. 34. Effecit, ne quorum arma viceramus, eorum ingenio vinceremur. sic vincere bella dici ostendimus ad eundem Vellejum lib. I. cap. 8. victos etiam arcus mox 593. dicet, sed paullulum alio sensu. in Puteaneo erat, facta, unde conjiciebat Heinsius, fracta. non male: nam ita solebant praefigi. forte fixa posset etiam legi. Regnaque terrarum Vossian. Burm.

563. Hinc videt Æneam.] Idem auctor imaginum nomina non recenset: Statuas, inquit, omnium triumphali effigie in utraque fori sui porticu dedicavit. Adde his insignes Apellis tabulas, de quibus: Mirantur Romae Castorem & Pollucem cum Victoria & Alexandro Magno; item Belli imaginem, restrictis ad terga manibus, Alexandro in curru triumphante: quas utrasque tabulas divus Augustus in fori sui partibus celeberrimis dicaverat simplicitate moderatâ. Neapol.

563. Oneratum pondere caro.] Sacro prim. Medic. & Thuaneus. placet, ut ad patrem simul & Deos penates respiciat. Met. XIII. 625.

——— sacra, & sacra altera patrem,
Fert humeris venerabile onus Cythereius heros.

Fastorum I. 527.

Jam pius Æneas sacra, & sacra altera patrem,
Afferet.

lib. IV. 37.

Hinc satus Æneas (pietas spectata per ignes)
Sacra patremque humeris, altera sacra, tulit.

Dido Ænea,

——— nec quae mihi; perfide, jactas
Presserunt humeros sacra paterque tuos.

Heins. Ornatum Alter Mazar. Oner. pondere magno Moreti pr.

564. Iüleae.] Iüle tuos Mazar. a manu pr.

565. Hinc videt Iliaden.] Describit qualis erat Romuli statua, gerens scilicet super humeros Acronis spolia, Ceninensium Ducis. Nota historia. Neapol.

566. Acta subesse viris.] Ostendit quamque imaginem suum ἔλεγχον habuisse rerum gestarum; indicem quem vocat Tibullus in Panegyrico ad Messalam; Historici plerumque titulum. Livius lib. VIII. Vitiatam memoriam falsis imaginum titulis reor, dum familiae ad se quaeque famam rerum gestarum honorumque fallente mendacio trahunt. & lib. X. Cujus imaginis titulo consulatus censuraque & triumphus aequo animo legitur: si auguratum aut pontificatum adjeceritis, non sustinebunt legentium oculi. Neapol. Depositis Voss. & tres alii. arma tres. facta unus.

567. Praetextum nomine.] Id est insignitum; & bene: nam templo etiam ornamento erat inscriptum

Mars, ades; & satia scelerato sanguine ferrum:
Stetque favor caussâ pro meliore tuus.
Templa feres, & me victore vocaberis Ultor.
Voverat; & fuso laetus ab hoste redit.
Nec satis est meruisse semel cognomina Marti:
Persequitur Parthâ signa retenta manu.
Gens fuit & campis, & equis, & tuta sagittis;
Et circumfusis invia fluminibus.
Addiderant animos Crassorum funera genti;
Cum periit miles, signaque, duxque simul.
Signa, decus belli, Parthus Romana tenebat;
Romanaeque aquilae signifer hostis erat.

Isque

ptum nomen tanti Principis. Praetextum est Latinis quidquid adsutum ad ornamentum: unde sic dicti vestium limbi, clavi, fasciae. Glossae, παρυφὴ, praetextum. At de voce Graecanicâ Pollux: Αἱ δὲ παρὰ τοὺς ὤας παρυφαὶ καλοῦνται πέζαι καὶ πεζίδες, καὶ ἀθέντα τὰ οὕτω παρυφασμένα. Neap.

571. Adstanti milite justo In conjuratos.] Lege ex antiquis, Instanti milite justo. Neapol. Haec sunt nihili. Scribe cum optimis maxima ex parte libris,

——— hinc stanti milite justo,
Hinc conjuratis.

Heins. Instanti milite Thraco Bernens.

373. Si mihi bellandi.] Inemendata exemplaria habent, pellendi. Male. Neap.

373. Pater est.] Es Francof. Arond. & octo alii.

374. Nomen utrumque paro.] Patris & Pontificis maximi. Neap. Numen utrumque Ursini, Naugerii, prim. Farnes. Voss. Arond. plurimique alii. & placet. Vestam & Divum Julium innuit. sic supra libro III. 421.

Ignibus aeternis aeterni numina praesunt
Caesaris.

Heins.

577. Templa.] Tura plurimi. tela tredecim. mox, victor ab hoste, duo. ab hoste tulit Patav.

579. Nec satis est meruisse.] Ex praedictis sumit ansam dicendi de alio templo ejusdem cognominis, ab Augusto in Capitolio extructo, ob recepta signa Romana à Parthis jam cum dedecore Imperii retenta. Nec dubium, duo Romae fuisse templa Martis Ultoris, cum & in nummis totidem diversae ichnographiae appareant: sed de acde haec Dio lib. LIV. Ἀγῶνας καὶ θυσίας ἐπ' αὐτοῖς, καὶ νεὼν Ἄρεως τιμωροῦ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ κατὰ τὸ τοῦ Διὸς τοῦ Φερετρίου ζήλωμα, πρὸς τὴν τῶν σημείων ἀνάθεσιν, καὶ ψηφισθῆναι ἐκέλευσε, καὶ ἐποίησε. Neap. Nec satis est meruisse semel cognomina Martis meliores. nempe Marti scribendum. nam unus Patav. sui cognomina Marti. alius, sui Martem. Zulich. & Mazar. meminisse mei. mendose. alii, meruisse sibi, vel, sui, vel satis, vel, quidem, vel, viro. male omnia. Heins.

580. Signa retenta manu.] Quae M. Crasso ademerant. Haec Phraates, qui nihil eorum, quae pactus fuerat, perfecisset, veritus ne bello ab Augusto peteretur, anno Urbis conditae DCCXXXIII. signa militaria misit, & captivos omnes, paucis demtis; quòd se ipsos pudore moti interemerant, aut in Parthiâ occulte remanserant. Ea Augustus, quasi bello aliquo Parthum vicisset, accepit; jactabundus, quod in praeliis res amissas citra ullum certamen recuperasset. Videsis plura apud Vellejum, Florum, Orosium, Horatium & alios. Neapol.

580. Parthi manu.] Parthis Voss. Ursin. Maz. prim. Medic. & quinque alii. Lege, Partha manu. Remed. Amor.

Vince cupidineas pariter Parthasque sagittas.

sic & Partha tropaea Propertio. & Partha tellus & Parthi foci, Parthum aequor Prisciano in Periegesi, vs. 869.

Quae protenta diu cinguntur ab aequore Partho.

ita veterrimus codex Reginae Sueciae, quo sum usus, nam vulgati, aequore Perso. sic Maura jacula Horatio lib. I. Od. XXII. Non eget Mauris jaculis. ita enim meliores scripti; quomodo alibi Mauram undam & Mauros angues dixit Silius libro III.

——— juga Pyrenes venatibus acer
Metiri jaculove extendere praelia Mauro.

Maurae postes Statius Tiburtino Manlii Vopisci. & Maura rura Theb. IX. Maurum Abilam Festus Avienus Descriptione Terrae. Heins. Prosequitur Moreti & octo alii.

581. Et campis, & equis.] Nolo ad haec alium habeas interpretem praeter Dionem Cassium lib. XL.

Isque pudor manſiſſet adhuc, niſi fortibus armis
Cæſaris Auſoniae protegerentur opes.
Ille notas veteres, & longi dedecus aevi
Sustulit. agnorunt ſigna recepta ſuos.
Quid tibi nunc ſolitae mitti poſt terga ſagittae;
Quid loca, quid rapidi profuit usus equi?
Parthe, refers aquilas: victos quoque porrigis arcus.
Pignora jam noſtri nulla pudoris habes.

Rite

Rite Deo templumque datum nomenque bis ulto,
Et meritus votis debita ſolvit honos.
Sollemni Ludos Circo celebrate, Quirites:
Non viſa eſt fortem ſcena decere Deum.
PLeiadas adſpicies omnes, totumque ſororum
Agmen, ubi ante Idus nox erit una ſuper.
Tum mihi non dubiis auctoribus incipit aeſtas;
Et tepidi finem tempora veris habent.

Idi-

XT. Τὴν δ', inquit. Εἰ ἀπλῶς, ἢ τῷ ἐπιόντι ἀγῶνι χρῆσαι τοῦτο; ἀπιστῶ μὲν οὐδὲ ἀφροδισίων ἐπιθυμεῖν τοῦτό γε, ἢ ἐκκλησιάζειν, τὰ καλὰ κἀγαθὰ πραγματεύεσθαι· πῶς τι, ἔφην ἐγώ, ἢ οἰκονομεῖν τοῦτο ἐστὶ, ἢ οὐδὲν πάντως ἧττον ἢ τὸ ἄνδρα εἶναι; ἢ ἐμοῦ ἐν τούτοις πάντως σπουδῇ] πρὸς ἀφίστασθαι, πάντως τε τὸ μεῖζον ἀγαθὸν ἔσται, ἐφεῖσαι ἐμοὶ τοῦ λόγου δεῖ, ἢ ἐπιτρέπουσιν καθυπουλᾶς. Neap. Et duris Ucav.

583. *Addiderant animos Craſſorum funera genti.*] Anno V. C. occ. Julius Obſequens: *M. Craſſus ad Parthos profectus, cum Euphratem tranſiret, multa prodigia vidit. Cum etiam exercitu inſpecturus, ſignifero jugum tenentem interrogaſſet quidnam videret, & offendente animorum caligine prohiberetur tranſire, pertinaciter progredientem cum filio & exercitu interiit.* Cicr. *Craſſorum animos Parcae. alter. & dederant* Mozzi & Lud. alii.

583. *Craſſorum funera genti.*] Hoc etiam Noſter tangit peregrege in Arte:

Parthe, tibi poenas: Craſſe jacentis ſepulti;
Signa quoque barbaricas non bene paſſa manus.
Ultor adeſt, primoque ducem profligat in annis:
Ludibrio non ſuere tradita agenda puer.

Neapol.

585. *Signa, ducat belli.*] *Signa ducis miles* Excerpta Dominæ & Petean. *ducis belli* Rumpſii & Mediol. alii. mox, *Romanasque aquilas ſ. h. habet* Lugdun. unus.

589. *Ille notas veteres.*] Nam per XXXII. annos ſolidos poſiti non valuit haec macula in armis Romanis. Neap. Idem Pucan. alter.

590. *Sustulit.*] *Sibat & agnorunt unus. ſigna recepta* Junian. & duo alii.

591. *Quid tibi nunc ſolitae ſagittae.*] *Solitas ſagittas* Erfurt. quare legebam,

Quo tibi nunc ſolitas mitti poſſe terga ſagittas?

ut jam monui ad Ep. IV. Heins.

592. *Rapidi.*] *Profugi* unus Moreti.

593. *Parthe, refers Aquilas, victos quoque porrigis arcus. Pignora jam noſtri nulla pudoris habes.*] Lib. I. de Remedio:

Arcu fugax Parthus, magni nova cauſa triumphi,
Tum victa in campis Caeſaris arma ſuis.

Ciofan. Adde ad horum illuſtrationem nummos Auguſto cuſos; in quorum ſuperficie Parthus genu fixo ſigna Romana manu porrigens, in altera ſuosmet arcus & pharetras cum his litteris: CAESAR AVGVSTVS SIGNIS RECEPTIS DE PARTHIS. Neapol.

593. *Victos quoque porrigis arcus.*] Cl. Baſnagius, qui Hiſtoriam Judaeorum Francico ſermone edidit, legendum eſſe contendit, *victus*, vel, *capus quoque porrigis arcus*, quaſi Parthus ſimul cum ſignis a Craſſo & Antonio captis, arcus quoque, à Romanis olim captos, Auguſto remiſerit; quod cum vir exactiſſimae diligentiae & eruditionis multiplicis Joannes Maſſonius in Vita Horatii pag. 301. offendiſſet minime veritati Hiſtoricae convenire, idem Baſnagius in altera Hiſtoriae Judaicae editione tueri conatus eſt, ſed tam infeliciter, ut omnium, qui in veterum monumentis exactiorem operam excutiendis poſuerunt, riſui ſe expoſuerit. quare facillimum fuit doctiſſimo Maſſonio argumenta, quibus hanc vindicat emendationem, nulla codicum auctoritate ſubnixam, & quae aperte Hiſtoriae & rei geſtae veritati repugnat, refellere, edita diſſertatione, quae in Hiſtoria Critica Reip. Literariae tom. XIII. cap. 4. legi poteſt. quibus nihil ut addamus exquiſita Maſſonii opera & diligentia facit. mirari modo lubet, magnos illos ἀνεξέλεγκτους, qui dictatoria quadam majeſtate terrent hodie quoscumque, tam facile in ordinem redigi, ubi literas noſtras tractare incipiunt; & qui ſemper & ubique in Grammaticos & Criticos linguae petulantis tela vibrare ſolent, ubi ingentia illa ingenia ſe ad illas artes demiſerunt, ne tironibus quidem in iis comparandos eſſe, oſtendere. ſed aliter olent ſues, aliter catuli. in codicibus hic nulla eſt diſcrepantia, niſi quod in Mazarinizno a manu prima ſit, *victor*, quod explicari poſſit, qui olim victor, Craſſo nimirum & Antonio ſuperatis, erat, nunc humilis, propria ſua arma, arcus, Auguſto porrigit, ſed tunc malim, *victor modo*, id eſt paullo ante. in duobus aliis erat, *victos*. quod aliquis de ipſa Pharetra poſſet capere, quae pingi ſolent, ut apparet ex Noſtro Epiſt. XXI. 173. II. Met. 411. IV. 306. ſed fortaſſe librarii menti obviam fecerunt *picti Iridis arcus* ex lib. XIV. Met. 835. ſed tutius eſt vulgatam retinere, & *victos arcus* intelligere, quos, quaſi revera victi eſſent, porrigunt. nam non fuiſſe acie victos, ſed pro victis ſe geſſiſſe Parthos luce clarius Maſſonius evincit. & ita diſſerunt hi *victi arcus* ab *armis victis* ſupra Vſ. 562. ubi vera fuit victoria, quare ibi addit, *milite victa*. Ex Paullo Mario capitalis ingenii Gallus potuiſſet haec diſcere, qui explicat, *jam tu victus, ſupplex tua arma Caeſari Aug. porrigis.* ut enim poſt veram victoriam in triumpho arma & arcus ferebantur, ita hic Parthi cum ſignis ſinguntur arcus tradere. Propert. III. III. 17.

Tela fugacis equi, & bracati militis arcus.

praeterea perpetua fere loquendi conſuetudo & poëtici ſermonis elegantia (quam vix divini illi πνεύματα capiunt) exigit, ut dicamus, *victos porrigis arcus*, non *victus*, quia poëtae illa adjectiva rebus magis quam perſonis accommodare ſolent. ita *victae, ſubmiſſas manus porrigere*; de quo vid. ad lib. I. Amor. II. 20. & ſupr. lib. III. 688. & ſi *victus* in vulgatis legeretur, rectius criticus refcribendum eſſe cenſeret, *victos*. ſic apud Petron. cap. CXI. ubi in quibuſdam legebatur, *porrexit victa manum*, recte reſtituerunt viri docti, *victam manum*. ſic Noſter VII. Met. 73. *Victa dabat jam terga Cupido*, pro, *victus Cupido*. & II. Met. 185. *victa remiſit frena ſuus rector*. & innumera talia. de verbo *porrigere* vid. ad lib. I. 646. Burm.

595. *Rite.*] De hoc verbo ſupra. Ciofan.

595. *Nomenque Biſulter.*] Lege, *Biſulto* cum Zulich. Mazar. plurimisque aliis. nonnulli, *Biſultum*, minus bene. Urſini liber, *numenque biſulcum*. Sequenti etiam verſu, *Et meritus*, meliores, pro *Emeritus*. Heins. *Voti* multi ſcripti & editi. ſed & *Biſultor* ſe tueri poteſt, ut diſtinguatur, Deo fuit templum datum & nomen *Biſultor*. ut lib. I. XV. 96. *At vetus illa aetas, cui feſtimus aurea nomen*. vid. & lib. VI. Faſt. 139. Gell. VII. 14. *Nominaque eis fecerunt ἐφέρν* &c. vid. Comm. ad Auſon. Epiſcod. II. Vſ. 1. *Nomen ego Auſonius*. ita apud Tacit. IV. Hiſt. 28. vir. docti ſcribunt, *Gens Germanicae originis, ejurata patria Romanorum, nomen Agrippinenſes vocarentur*. Burm.

597. *Solemnes ludos Circi.*] Ergo eodem die ludi in Circo Marti fiebant: nec aliud ſibi volunt notae illae, quas ſupra citavi è Kalendario veteri. Junonem Jovem lapidem, illos, quos olim vovere Conſules in bello contra Caeſaris percuſſores, quotannis poſtea exhibitos. Dio lib. XLVIII. ſub finem anni DCCLXXIV. Καὶ τῷ αὐτῷ τούτῳ χρόνῳ τά, τε ἆθλα τὰ Ἴδεια ἀνομασμένα ἐς τὸν πέμπτον ἐνιαυτὸν ἄγεται, καὶ ἡ πανήγυρις ἡ ἐπὶ τῷ πολίτῃ τῷ ἀρίστῳ τοῦ σύμπαντος ἀνθρώπου Διὸς τοῦ Ἰουλίου ἐπωνύμῳ τά τε τοῦ ἔτους ἀπὸ ἐκείνου ἀνομασμένου ἀρξαμένου ἀ πανήγυρις, ἐπιδὴ μᾶλις ἐκείνων παῖδες, ἐτετέλεσαν. Repertur qui legat, *ludos circenſes*, ſed is λογολέσχης ille Antonius Fanenſis. Neap. *Circum* Voſſian. Arondel. & plurimi alii. ut ſit appoſitio: in qua aſiduus Noſter. ſic apud Livium lib. XXX. cap. II. libri meliores, *Cerealia ludos Dictator & Magiſter Equitum ex Senatus conſulto fecerunt*. & lib. XXXIX. cap. 22. *Ludi Taurilia faëli ſunt*. nec pauciores, *Circo*. Helmaeſt. *circa*. Sed ne quid diſſimulem, placet impenſe cum Mazar. Zulich. & Hamburgenſi legi, *Solemni ludos Circo*. Heins. Durior illa appoſitio, *circum ludos*. ſi, *Circenſia ludos*, dixiſſent veteres, ut *Megaleſia*, *Floralia* &c. *ludos*; de quibus vid. ad Quinctil. de Inſt. Orat. I. 5. nihil obſtaret, ſed legendum puto, *ſollemni circum ludo celebrate*. ita *celebrare theatra* &c. dicitur paſſim. & *ludos* aeque, ſi non rectius, *ſollemnes*, quam Circum dici credo. Burm.

599. *Adſpicies.*] *Invenies* Max. *adſpicias* Gyph. Edit.

600. *Ubi ante Idus.*] III. Idus Majas Πλειάδες oriuntur heliace. Neap. *Nox erat* Moreti alter.

601. *Non dubiis auctoribus.*] Agit de his, quos ipſemet vidit: nam Columellae incipit aeſtas die nonâ menſis, Ptolemaeo decimâ quintâ, fruſtra veteris Kalendarii vigeſimâ ſecundâ. ex eo haec verba:

ÆSTAS EX XI. K. MAII
IN. X. K. AVGVST.
DIES LXXXXIIII.

Sed adverte, quod ibi aut menſium nomina falſo ſculpta, aut XI. *Kalendas Maji* eſt hujus menſis dies vigeſima ſecunda; ut ejusdem Auguſt. dies; X. Kal. Auguſt. nam. dementia eſt cogitare voluiſſe, aliquem initium aeſtatis conjicere in diem vigeſimam primam Aprilis, cum ver alicui bipartitur. Neapol.

Dibus ora prior stellantia tollere Taurum
Indicat: huic signo fabula nota subest.
Praebuit, ut taurus, Tyriae sua terga puellae
Juppiter, & falsâ cornua fronte tulit;
Illa jubam dextrâ, laevâ retinebat amictus;
Et timor ipse novi causa decoris erat.
Aura sinus implet: flavos movet aura capillos.
Sidoni, sic fueras accipienda Jovi.
Saepe puellares subducit ab aequore plantas;
Et metuit tactus adsilientis aquae:
Saepe Deus prudens tergum demittit in undas;
Haereat ut collo fortius illa suo.

Lit-

603. *Tellus ora prior.*] Pridie Idus Tauri caput oritur ante solis ortum. NEAP.

604. *Nota.*] *Certa* unus Moreti.

605. *Praebuit, ut Taurus.*] Quid de hoc senserit Historiae Graecae parens supra notavi. Festus: *Alii eam à praedonibus raptam, & navo, quae Jovis nuncupatur, effigiem tauri, habuerit.* Vulgatos codices amo; nec aliter legendum censeo. *Tutela* est picturae aliqua numinis in puppe, à quâ nomen navis accipiebant: *tauri effigies* paralemon; quod in prora. NEAP.

607. *Jubam.*] *Jubas* Bernens. hujus loci non immemorem, cum ad III. Amor. v. 23. *jubas* tauro non tribui miramur. quare illic *jubas* retinere quis possit, licet nec *notas* nos speramus. BURM.

607. *Laeva retinebat amictus.*] Iisdem paene verbis Lucianus in Dialogo Ζεφὺς ἢ Νότος: Ὡς ἢ τὸν ἵππον, ἔφασκε, δρεπανῶν ἤδη ὁ Ζεὺς ὑφαίνει ἐπὶ τῶν ὤμων, ἐξαν πίπτοι, καὶ ἀναγκάζοι ἐμαυτὸν, ἢ ἢ μὴ ἐνδιδοίην, τῇ ἐπὶ θάτερα ἢ ἐπιφερόμενον τὸν πλοῦν ἐκπίπτειν. Aperte hic πτερῶν σπάθημα est, non ἱμάτιον: nam si primum, ad corpus prope haesisset, non laeva gestasset, ut pallium, quod nomine amictus continetur. Apud Graecos πέπλος & κάλυμμα pariunt pallii & tunicae. Pollux: Καὶ ἱστάμενα ἢ γυνὴ, πεπλῶσθαι ἐροῦμεν ἢ ἐπὶ δεξιὰ τὸν ὦμον, οὐ δεῖται τι ἢ ὑποζώσασθαι· καὶ ἐπὶ τῶν ἀνδρῶν ὡσαύτως. ἐπὶ ἢ γυνὴ, ἐπὶ ἀμφότερα, περιπεπλῶσθαι τὸν πέπλον ἀμφοῖν ἢ τοῖν ὤμοιν ἢ τὰ ἄκρα ἐπιβάλλεται. Vero, quae ut περίπλωμα, inter & Latini etiam dicere circumjecta. Varro lib. IV. de L. L. *Amictus ipse dictus amictorium, id est circumjectum: à quo etiam, quod vestes se involvunt, circumjectae ipsae quoque sunt; & quod amictui habent purpureum circum, circumtextum.* NEAPOL. Vid. I. Sect. in fine.

610. *Sic fueras accipienda Jovi.*] Tunc illi ora erat tranare Oceani fluctus. NEAP. *Accipienda* prim. Ambros. & duo alii. hoc est Jovis tergo. mox lege, *tergum demittit*, cum Mazar. Zulich. & multis aliis. Plures, *dimittit*. proxime verum. Vulgati, *demisit. dimittis* Farnes. & tunc seq. *sit. colla tua* legendum. HEINS. *Conspicienda* Thuan. & alius.

611. *Subducit.*] *Subducit* Putean. & Excerpta Dounae. recte. ut mox, *demittit*.

614. *Collo.*] *Tergo* Mazar. & duo alii.

615. *Sine cornibus ullis.*] Metamorphosi ut initio:

Jamque Deus posità fallacis imagine tauri
Se confessus erat, Dictaeaque rura tenebat.

NEAPOL.

617. *Taurus init coelum, te Sidoni Juppiter implet, Parsque tuum terrae tertia, &c.*] Minime huc facit quod scribit Hyginus de hoc Tauro. *Hic dicitur*, inquit, *inter astra constitutus, quod Europam incolumem transvexerit Cretam, ut Euripides dicit. Nonnulli autem cum Io in bovem sit conversa, ut Jupiter ei satisfacere videretur, inter sidera constituisse, quo ejus prior pars appareat, ut Tauri, sed reliquum corpus obscurius videatur. ejusdem autem ad exortum Solem, cujus oris effigiem quae continent stellae, Hyades appellantur.* Legendus est & Germanicus, qui alias narrat opiniones, sed hic minime conveniunt. CLOPAN.

619. *Hoc alii signum, &c.*] Sic est in lib. Urs. & aliis vetustioribus. vere. CLOPAN. *Hoc coeli signum* alii multi.

619. *Phariam dixere juvencam.*] Iisdem, illam Inachi filiam. NEAP.

620. *Quae bos ex homine est, ex bove facta Dea.*] Totum hoc carmen jam cecinerat in Epist. ad Lyncum. CLOPAN.

621. *Tunc quoque priscorum.*] Iisdem Idibus Sciroca funibulos ad Tiberim è ponte jacit. Dionysius

Litoribus tactis stabat sine cornibus ullis
Juppiter: inque Deum de bove versus erat.
Taurus init coelum, te, Sidoni, Juppiter implet:
Parsque tuum terrae tertia nomen habet.
Hoc alii signum Phariam dixêre juvencam;
Quae bos ex homine est, ex bove facta Dea.
Tum quoque priscorum virgo simulacra virorum
Mittere roboreo scirpea ponte solet.
Corpora post decies senos qui credidit annos
Missa neci; sceleris crimine damnat avos.
Fama vetus: tum cum Saturnia terra vocata est,
Talia fatidici dicta fuere Dei:

Fal-

Halicarnassensis libro primo: Τέτο ἢ τῷ μέχρι ἐμοῦ διετέλει Τυρσηνὸς θρῆνος ἔτι τι μικρὸν ὕστερον ἐμοῦ ἐπιόντος ἐπιμήκης, ὃν μέλος Μοῦσα, τοῖς καλαμαύλοις ἦδε, ἀγερωχίαν βαλλόμενα ταύτῃ ἐπὶ τὴν ἡμέραν. NEAPOL.

621. *Virgo simulacra virorum.*] Intellige Vestalem: non tamen una aderat, sed omnes, & cum his Pontifices, & Praetores, aliique mythae. Ipsius Halicarnassensis: Ἐν ἢ ἐφυλάττοντο ἐπὶ τὸ ἔτος τὸν χρόνον οἱ καλούμενοι ποντίφικες, ἐφίων οἱ ἀξιωθέντες ἀπὸ τὸ αὐτοῦ καὶ τὸ ἀδύνατον πᾶν ἀφυλάττητον παρῇσι, ἐρεσχηλεῖ τι ἢ ἕτερον ἄλλον πολίτων ἐς παρόντας τοὺς ἐφεξῆς ὄχλους, ἰδόντα μορφὰς ἀνδρῶν ἐπιφανῶν, τριάκοντα τὸν ἀριθμὸν, ἀπὸ τῶν ἐπὶ τῆς γεφύρας βαλόντων ἐς τὸ ῥεῖθρον ἀπ' Ἀγρίου αὐτὰ καλοῦντες. Habet numerum de scirpeis simulacris; & aliud certum, falso legi in antiquis codicibus Varronianis: *Argei fiunt ex scirpis. Simulacra sunt hominum XXIV. & quotannis à Ponte Sublicio à sacerdotibus publice jaci solent.* Adde numeris VI. alios: licet non repellat priscam editionem Galliae suae flos Hadrianus Turnebus. NEAP. *Vulgo simulacra deorum. Aliti solum* codex Politiani & Urlini, nisi quod in illo posteriori, *solet*; & pro *vulgo*, *virgo* cum vulgatis. optimus Patav. *Tu quoque prisc. virgo s. virorum Mit. rob. scir. pon. soles.* eo & septem alii alludunt, in quibus, *Tu solet. virgo* ad Vestales referendum, de quibus Festus in *Argei*. quae tamen non solae faciebant haec simulacra, sed pontifices etiam, ut Halicarnassaeus nos docet. quare *vulgo* magis arridet cum Politiani codice. Varro, *Argei fiunt ex scirpeis. Simulacra sunt in hominum XXIV. & quotannis à Ponte Sublicio facerdotibus publice jaci solent.* Praeterea pro *virorum* Gottorph. & septem alii, *deorum* pro *reorum*, ut puto. frequenti errore. sic Pont. lib. I. Eleg. IV. scribendum censeo:

I nunc & veterum nobis exempla reorum,
Qui forti casum mente tulere, refer.

& in Ibide, 189.

In te transferibat veterum tormenta reorum,
Manibus antiquis causa quietis eris.

Quibus locis *virorum* nunc legitur. Claudianus lib. II. in Rufin. *Vetustaque rerum ex ordine quaerit.* Hic tamen nihil censeo temere mutandum, cum totum distichon sic, ut nunc legitur, in vulgatis libris, à Lactantio citetur lib. I. Inst. Divin. cap. 31. HEINS. in antiqua Lactantii editione Romana An. 1470. est, *tum quoque* &c. *solet*.

622. *Roboreo ponte.*] Hic, ut vidistis, est *fabricius*: sic dictus à fabricis. His tantum fune aere aut ferro flexis; diutius sustinetur: inde ξυλίνην γέφυραν nominat Plutarchus. Scio etiam Graecos vocasse *lecton*: forte *quod eo*, inquit Varro, *sacra & ultra & eis Tiberim non mediocri ritu fiebant.* An ipse vere sacer habitus à populo? Dionysius lib. III. Ἦν ἄγχι ἢ πηγὴν ἀφιδρυμένον, ἐφ' ἣν ἅπαι πομίζοντες ὑδρίαις ἐπὶ δὲ τι πονήσαντες αὐτῇ ῥίψαι, οἱ μὲν ἀφίστασι βραπόντες, δυσίας τινὰς ἐπιτελοῦντες ἄκρα τῇ καταποθείσῃ κατοχῇ. NEAP. *Robusto* Bernens.

623. *Post decies senos.*] Sexagenarios; antiquâ & propriâ vocâ *cassares*. Varronis Sexagesimus: *Vix effatus erat, cum more majorum ultro cassares arripiant, de ponte in Tiberim disturbant. Cassar* est Festo senex, sed Oscorum lingua. NEAP.

623. *Credidit.*] *Condidit* Putean & Bernens. forte recte; ut respiciat aliquem auctorem, qui hoc memoriae prodidit. vid. ad Eleg. in Drus. *sit.* 343. BURM.

626. *Fatidici dictа fuisse Deis.*] Illa ipsamet verba:

Στείχετε μαίονιον Σαυλῶν Σαυγεῖον ἄλατ',
Ἢ εἰ Ἀβοριγίνων Κούλιον ἢ νέους ἱχθῦσι,
Ἂς ἀναμιχθίνης διὰλιθα ἰκαίφρατι Φοίβῳ,
Καὶ κἀβάλλης Ἄλθι, καὶ τῷ πατρὶ κέρασσι ῥίπτα.

NEAPOL. *Euere* meliores. pro *Deis* optimus Mediceus, *Dei*. ut de Apolline agatur. sic lib. II.

Falcifero libata seni duo corpora, gentes,
Mittite; quae Tuscis excipiantur aquis.
Donec in haec venit Tirynthius arva, quotannis
Triscia Leucadio sacra peracta modo.
Illum stramineos in aquam misisse Quirites.
Herculis exemplo corpora falsa jaci.
Pars putat, ut ferrent juvenes suffragia soli,
Pontibus infirmos praecipitasse senes.
Thybri, doce verum: tua ripa vetustior Urbe.
Principium ritûs tu bene nosse potes.
Thybris arundiferum medio caput extulit alveo;
Faucaque dimovit talibus ora sonis:
Haec loca defertas vidi sine moenibus herbas:
Pascebat sparsos utraque ripa boves.

Et

Et quem nunc gentes Tiberin noruntque timentque,
Tunc etiam pecori despiciendus eram.
Arcadis Evandri nomen tibi saepe refertur:
Ille meas remis advena torsit aquas.
Venit & Alcides, turbâ comitatus Achivâ.
Albula, si memini, tunc mihi nomen erat.
Excipit hospitio juvenem Pallantius heros:
Et tandem Caco debita poena venit.
Victor abit, secumque boves, Erythëida praedam,
Abstrahit. at comites longius ire negant.
Magnaque pars horum desertis venerat Argis:
Montibus his ponunt spemque Laremque suum.
Saepe tamen patriae dulci tanguntur amore;
Atque aliquis moriens hoc breve mandat opus:

Mit-

Fatidicum verbis fallere velle Deum.

cante *seni* proximo versu denuo sequitur. Sed Dodonaeum fuit Oraculum. ut ex Macrobio lib. I. cap. 7. & Lactantio lib. I. Institut. Divinar. 38. dictimus. quare scribendum, *fatidici Jovis*. prior Syllaba in *Jovis* ex ultimâ praecedentis vocis fuit repetita. quod errori causam dedit. & sic Ursurtanus à manu prima. Heins. Arnobius tamen lib. II. pag. 91. ex *Apollinis monitu* factum scribit. vid. Dion. Hal. lib. I. Ant. cap. 19. & Steph. in Ἀβορίγενες. Burm.

627. *Falcifero libata seni.*] In denariis antiquis Saturni imagini falcem videas subjectam, quod hujus deo inferiores sarculorum pomorumque educationes, & omnium cujuscemodi sertilium, tribuebant disciplinas. antiqui praeterea è stercore foecunditatem agris ab illo comparatam. unde *Stercutius* sit dictus. Cyrenenses quoque mellis ac fructuum reputorem cerebant Saturnum. Videntur Macrobius Saturnal. libro primo cap. 7. De falce tamen Saturni aliam rationem idem capite mox subsequem addit, κρόνον nempe & χρόνον eosdem esse, cui falcem ideo assignari, quod tempus omnia amoenia & incidat. probabili hanc argumento. Nec tamen refuienda prior ratio est. Nam & Saturni falcem in Siciliam decidisse fabulati sunt veteres, quod haec insula prae ceteris à fertilitate commendetur. Quid quod ipsum *Saturni* nomen a sacra grammatici deducunt? Heins.

629. *Doceat in haec venit.*] Hic varius oraculi sensum interpretatus, omnemque ἀνθρωποθυσίαν ab Italia rejecit. Sed quae cursu aevi non redeunt? Tum & vulgata ab sub aliquibus Caesaribus exisse pueris victimas. De antiquâ plura vide, si vacat, apud Eusebium lib. IV. τῆς Προπαρασκ. Neapol.

630. *Triscia Leucadio sacra peracta Deo.*] Sic omnes libri scripti. neque aliter apud Lactantium hodie legitur. Idque aperte & strenue confirmat Ovid. ipse lib. V. Trist. Eleg. III.

Hinc ego dum muter, vel me Zanclea Charybdis
Devoret, atque suis ad Styga mittat aquis:
Vel rapidae flammis urar patienter in Aetnae,
Vel freta Leucadii mittar in alta Dei.

Ciofan. In meo, qui vix legi potest, adeo tineis adrosus, *Leucadio ut sacra peracta Deo.* sed verum. Strabo lib. X. Ἦν δ' ἐν μέσῃ πάτριον τοῖς Λελεγᾶσιν καὶ Ἀκαρνᾶσι τὸ τῆς Ἀρτέμιδος, καὶ τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ τὸ τοῦ Ποσειδῶνος τοῦτο δ' ἐπὶ τῆς Ἀκτίου κεῖται, ἀπότομος χῶρος, ἐξεχόμενον ἐξ αὐτῆς παντελῶς ἄκρου· ἐν ᾧ ἱερόν, ἀκαταῤῥίζου δυνάμεως τῷ πλοΐῳ τὸ ἄκρον ὑποβρύχῳ δ' οὔσῃ μικρᾷ ἐλάτῃ κύκλῳ περιφυτεύουσι πολλοὶ τῶν ἀφικνουμένων εἰς ἄκρον τὸ ἱερὸν ἵνα τὸν ἀνάθημα. Neap. Imo *Lucadio modo* cum Naugerii, Urlini, Mazar. Zulich. & duobus aliis. nec aliter Lactantius. vide Strabonem lib. X. de hoc ritu. Heins. Quem vid. ad v. Trist. II. 76. Turneb. XIX Adv. 17. recte explicat, homines in aquam praecipitatos, ut aliqui se ex Leucadia petra praecipitare solebant. de quo vide ad Epist. XV. 165.

631. *Stramineos in aquam misisse Quirites.*] Similem fere ritum Lipsiae a meretricibus celebratum scribit Pfeiffer. Rerum Lipsiensium lib. III. 5. 18. illas scilicet solitas olim primis jejunii quadragenarii diebus imaginem stramineam deformis veri, longa pertica suffixam, sequente omni meretricum agmine, tulisse ad Parthum fluvium, inque, cum carminibus in pallidam mortem, praecipitasse; dicentes se lustrare urbem, ut sequenti anno a pestilentia esset immunis. Quam ille cerimoniam a Venetis Populis repetit. de hoc vero ritu vide late agentem Colum. ad Ennii fragmen. ex I. Annal. pag. 28. qui tamen nescio unde Dodonaeum Apollinem petierit, ex cujus responso sacra illa initium habuerat; Apollo enim ille *Dodonaeus* non vocatur ab Arnobio, sed simpliciter Apollo. metuo ne operae hunc errorem viro docto addiderint, vel memoriae ipsi imposuerit. Burm.

632. *Falsa.*] *Missa* duo.

633. *Pars putat, ut ferrent.*] Sententiam hujus loci nullam expedies sine Nonio Marcello. *Cum in quintum*, ille ait, *gradum pervenerant, atque habebant sexaginta annos, tum denique erant à publicis negotiis liberi atque expediti, & otiosi: ideo in proverbium quidam putant venisse, sexagenarios de ponte dejici oportere, id est, quod suffragium non ferant, quod per pontem ferebant.* His adde Festum in haec verba: *Exploratissimum illud causse est, quo tempore primum per pontem coeperunt Comitiis suffragium ferre, juniores conclamavere, ut de ponte dejicerentur sexagenarii: quia nullo publico munere fungerentur; ut ipsi potius sibi quam illis deligerent imperium.* idque ex Sinnio Capitone etiam firmat. Inde lux Ciceroni venit primo Rhetoricorum: *Pontes disturbat, cistas dejicit.* & his quoque alibi: *Tempore tu & populum suffragiis, & magistratum consilio privasti, cum pontes disturbasti*; & trecentis scriptorum locis. Neapol.

633. *Suffragia.*] Solatia Voss. mox, *praecipitare*, multi.

636. *Tu bene nosse potes.*] *Putes* Sarravian. forte, *te bene nosse putem.*

637. *Arundiferum.*] *Arundinosum* Moreti. *alveo* Petavian. deinde, *paucaque*, Putean. & unus Medic. Heinsius malebat, *glauca.*

637. *Mediis caput extulit undis.*] Libri vett. *medio caput extulit alveo.* Referibus ut placet. Neapol.

639. *Haec loca defertas.*] Multa hujus narrationis exstant apud Festum in voce *sexagenarios*, sub initium loci; cujus partem tempus edax absumpsit. Neapol.

639. *Vidi.*] *Vidi & sine moenibus herbas* Regius & Bernens.

640. *Sparsos boves.*] *Sparses* meliores. Heins. Vid. lib. VI. 80. *paucos* tres libri & Edit. prim. & Gryph.

641. *Et quem nunc gentes Tyberim noruntque timentque.*] *Tyberis* Urlini & unus Puteaneus. *Tyberin* prima editio. putabam aliquando, *Tyberinum horrentque timentque.* Heins. *Noscuntque* Moreti, Arund. & Petav.

646. *Albula.*] *Albida* Junian. *sic memini* Thuan.

646. *Tunc mihi nomen erat.*] Nondum in meas aquas immersus Rex Tiberinus. Noster in IV.

Cumque patris regnum post hunc Tiberinus habebat,
Dicitur in Tuscas gurgite mersus aquas.

Neapol.

648. *Caco debita poena fuit.*] *Poena venit* Mazz. Zulich. prim. Ambrof. prim. Medic. opt. Patav. Voss. & septem alii. bene. dixi ad Epist. IV. vs. 113. Trist. lib. II. vs. 126. ex veteri libro:

Cujus in eventu poenae clementia tanta est,
Venerit ut nostro lenior ira metu.

Non, *ut fuerit*, quod est in vulgatis. lib. IV. Eleg. V.

Dum veniat placido mollior ira Deo.

sic *Venit amor gravius* quo seriat Epistola IV. & alia his similia passim, de quibus vide Passeratium ad Propertii Eleg. V. lib. I. vs. ult. Heins.

649. *Erythëida praedam.*] Turneb. XIX. Adv. 17. legit, *boves Erithreidas ultor abstrahit.* & ita Vatic. & duo alii. vid. supr. ad lib. I. 543. *abstulit* Junian. Mazar. & Ambrof. *abjecit* Patav. unus.

650. *Et comites.*] Herculis scilicet. Vetus labet, *at comites.* Si intendis, verius: nam Herculi animus erat ulterius progredi, non vero comitibus. Neap. *Longius ire jubet* Vatic. & Patav.

651. *Magnaque pars horum desertis mansit in agris.*] Urlini liber, *arvis.* probabilius. Ciofan.

Pars-

Mittite me Tiberi: Tiberinis vectus ut undis
Litus ad Inachium pulvis inanis eam.
Displicet heredi mandati cura sepulcri:
Mortuus Ausoniâ conditur hospes humo.
Scirpea pro domino Tiberi jactatur imago,
Ut repetat Grajas per freta longa domos.
Hactenus: ut vivo subiit rorantia saxo
Antra, leves cursum sustinuistis aquae.
CLare nepos Atlantis, ades: quem montibus olim
Edidit Arcadiis Pleïas una Jovi.

Pacis

Venerat scribi Ursini, prim. Ambros. Mazar. Zulich. & tres alii. Scribe, *venerat Argis* hinc enim Argei dicti simulacra scirpea, quae in Tyberim jactata. de quibus Halicarnassens lib. I. Varro loco, quem supra adduximus, & Festus in *Argei*. Argis enim comitatum omnem Hercules in Latium excurrens adduxerat. sic Virgil. lib. X. 775.

Tercentum Anturus lanus inter & ilia figit,
Hercules Anteres comitem, qui missus ab Argis
Haeserat Evandro.

HEINS.

652. *Montibus his natum.*] Collem Saturnium occupavit, unde & *Saturni* dicti, & *Saturnalia* primi instituerunt comitatus hic Herculis. rem narrat Macrobius Saturnalium libro primo capite septimo. Malim etiam, *rumpat*. Porphyrius Panegyrico ad Constantium:

—— *fortior olim, mirabile dictu!*
Rumpit Larunzas jam.

HEINS.

653. *Torquentur.*] *Torquentur* Sarravii codex. dubito eirum Mosell.

655. *Mittite me in Tiberim.*] Nam Καπάνεις mortuus putabatur apud Graecos in alienâ terrâ situs. inde Sophocles Electra Orestis cineres in manibus vasculo aeneolis tenens:

Ὦναξ, ἔφασκε, ταῦτ' ἐκεῖνος τῇ νεᾳ ἡμέρᾳ,
Τῇδ' ἐστὶ πατρὸς κοῖτος ἐξεργὸς μάτην.
Νῦν δ', ὅστις ὢν κτείνει γὰρ ἄθλιος φυγάς,
Κἀκεῖ κέκευθε γῆς καταπρεπὴς ὄγκος.
Ἐγὼ δὲ χἠμεῖς χερσὶ κεδνοῖς τάλας ἐγὼ
Λάρνακα κλάουσ', ἣν καταφθίνοντα πατρὸς
Ἐκόμισα τἀκεῖ δεῦρο δόξαν ἄξιον.
Καὶ δὴ γὰρ χἠμᾶς κεδνὸς ἐν τάλαι χρόνῳ
Νομίσας ἀφῆκας ὡς θανόντ' ἐν οὐδενί.

Nonnulla. To *ne* illi quidem non agnoscunt. *ne Tyberis* Nazarae codex. Scribe, *Mittite me Tyberi*. Ita inde, *Tyberi jactatur imago*. uti non est audiendus Nonnius, qui *in Tyberim* ex antiquis codicibus reponat. sic apud Maronem lib. XI.

—— *spolia occisi direpta Latini*
Conjiciant igni.

pro in ignem. HEINS. *Me Tyberim* Bernens. vid. Gronov. ad Senec. Cons. ad Marc. cap. V.

655. *Vectus ut undis.*] *In undis* plurimi. *ab undis* duo.

656. *Pulvis inanis eam.*] Prius cremari volebant: non mirum; mandabant ex more suis gentis. Lycophronis interpres: Ἐνθ' ὧν τὰς ἀπαγχὸ τῆς σωτηρίου τηθυκόσμου κάλει, πρὶν τὰν τίφρην αὐτῶν ὁ τεφρωτὴς πρὶν λαμπάδι, ἢ ἀμφιφορῆσι ἐς τὸ πατρῷα κομίζειν, ἐσαῦ ἐξῆστο οὐ τῇ τῆς Ἰλιάδ' ἢ ἐπὶ Πατρόκλῳ καὶ Ἀχιλλεῖ. NEAP.

658. *Mortuus.*] *Hic tuus* plurimi. *hinc tuus* unus. *exsul humo* Ambr. pr.

659. *Scirpea pro domino.*] Paulo aliter originem hujus ritus persecutus est Macrobius Saturnal. libro primo capite 11. Epicadus *refert Herculem recepto Geryone cum victor per Italiam armenta duxisset, ponte, qui nunc Sublicius dicitur, ad tempus instructo, hominum simulacra, pro numero sociorum, quos casu peregrinationis amiserat, in fluvium dejecisse, ut aqua secunda in mare devecta pro corporibus defunctorum veluti patriis sedibus redderentur. & inde usum talia simulacra fingendi inter sacra manasse*: addit idem Macrobius deinde & aliam originis causam, quam nos exhibuimus Fastorum tertio pag. 339. de ambiguo oraculi praecepto, *nec cui mittere Phoebus*. HEINS. *Stupet* Noretti.

659. *Tiberi jactatur imago.*] Sic idem liber. sequor. CROFAN. Ex manuscriptis & meis omnibus antiquis legas, *in Tiberim*. NEAP.

660. *Ut repetant.*] *Repetat* Bernens. & tertius Junian. *ut repetat longas* pr. Ambros. & tres alii.

661. *Hactenus: ut subiit vivo.*] Duo optimi ex iisdem, *Hactenus & vivo subiit*. NEAPOL. *Ut vivo* Ursini. Mazar. Vossian. Arondel. plurimique alii. ut Epist. Sapphus:

Hactenus; ut media caetera nocte fluant.

HEINS.

662. *Lenes.*] Id est celeres, rapide fluentes, Broukh. ad Tibul. II. VI. 8. vid. ad Val. Flac. I. 389.

663. *Clare nepos Atlantis, ades.*] Mercurium intelligit ex adjunctis. sic prope lib. I. Metamorphol.

—— *Natumque vocat, quem livida partu*
Pleias enixa est.

CROFAN. Apostrophe ad Mercurium, cum de aede eidem sacrâ & sacrificio sit acturus. NEAPOL. *Care* Voss. & quinque alii.

664. *Pleias una.*] *Uda* volebat Cl. Bentlejus. sed vid. ad Epist. XV. 162.

665. *Superis imisque Deorum.*] Parissime Horatius Odâ X. libro primo:

—— *Superis Deorum*
Gratus, & imis.

NEAPOL.

667. *Lyrae pulsu.*] *Lyra pulsa* Thuan. & pro *nitidâ* Francof. *nuda*.

668. *Quo docente.*] *Favente* opt. Patav. Laeti, prim. Ambros. Mazar. Zulich. Voss. & duo alii. quod magis arridet. supra initio libri IV.

Alma fave dixi geminorum mater amorum.

Apulejus Metam. XI. *Sequabatur chorus carmen venustum iterantes, quod, Camenarum favore sollers poëta modulatus, edixerat.* HEINS.

669. *Templa tibi posuere patres.*] Iisdemmet Idibus, sub annum post Romam conditam CCLVIII. Livius lib. II. 21. *Eodem anno Signia colonia, quam Rex Tarquinius deduxerat, suppleto numero colonorum iterum deducta est, Romae tribus una & viginti factae, aedes Mercurii dedicata est Idibus Majis.* Per id tempus etiam collegium mercatorum institutum. Idem paullo post cap. 27. *Certamen Consulibus incidorat, uter dedicaret Mercurii aedem.* (Consules erant Appius Claudius Regillensis & P. Servilius Priscus: sed populus dedicationem aedis dedit M. Lectorio Primipili Centurioni) *Senatus à se rem ad populum rejecit. Utri eorum dedicatio jussu populi data esset, cum praesse annonae, mercatorum collegium instituere, solemnia pro Pontifice*

Pacis & armorum Superis imisque Deorum
Arbiter, alato qui pede carpis iter.
Laete lyrae pulsu, nitidâ quoque laete palaestrâ;
Quo didicit culte lingua favente loqui.
Templa tibi posuere Patres spectantia Circum
Idibus. ex illo est haec tibi festa dies.
Te, quicumque suas profitetur vendere merces,
Ture dato, tribuas ut tibi lucra, rogat.
Est aqua Mercurii portae vicina Capenae:
Si juvat expertis credere; numen habet.

Huc

jussit suscipere; id est Mercurialium. Sic dicti Sodales illi. Cicero in Epistolâ ad Fratrem, lib. II. cap. 5. *M. Furium Flaccum equitem Romanum, hominem nequam, Mercuriales & Capitolini de Collegio ejecerunt.* Sed quid supprimam, quod sentio? non memini legisse Pontificem pro principe hujus sodalitatis, sed Magistrum, ut habuit vetus illud collegium Saliorum. Vide hunc lapidem (apud Gruter. CCCXVII. 5.)

L. STATTIO II. PHILEROTI MAGISTRO
MERCVRIALI ET AVGVSTALI,
NOLÆ ET DIERLÆ D L. RVFÆ VXORI,
ET L. STATTIO L.L. AMPLIATO, EX
TESTAMENTO L. STATTI
PHILEROTIS. NEAPOL.

Pro *Pontifice* apud Livium est pontificis vice, loco. Nam plerumque Pontifices dedicationis solemnia peragebant. *Magistri* autem omnes dicebantur, qui in collegiis principes erant, & reliqui praeerant. quae ut notissima illustrare non puto necessarium. BURM.

669. *Spectantia Circum.*] Sed maximum ibi locant prisci Topographi; Mercurii unum, de quo Nostr. Aediculas, aras & alia ille habuit per urbem loca sibi consecrata. NEAP.

670. *Te, quicumque suas.*] Mercatores, negotiatores, qui quaestum faciebant aut permutandis pecuniis, aut foenerandis: his adde emptores à praefatis, ut statim venderent; qui forsitan olim crediti. Lege cum curâ doctissimum Carolum Sigonium in libris de Antiquo Jure civium Romanorum. Hinc Mercurius, cognomine *Negotiator*, legitur in priscis ruderibus, ut in hoc (Grut. LV. 1.)

MERCVRIO NEGOTIATORI
SACRVM
NVMISIVS ALBINVS
EX VOTO. NEAP.

Hùc venit incinctus tunicas mercator; & urnâ
Purus fussitâ, quam ferat, haurit aquam.
Uda fit hinc laurus: lauro spargunter ab udâ
Omnia, quae dominos sunt habitura novos.
Spargit & ipse suos lauro rorante capillos:
Et peragit solità fallere voce preces.
Ablue praeteriti perjuria temporis, inquit.
Ablue praeterità perfida verba die.

Sive

672. *Haec tibi fasta dies.*] Facta Mazar. Zulich. Urfin. prim. Ambr. & sex alii. An, *facta?* an, *sacra?* quod posterius in multis scriptis occurrit. sic & supra non semel *factis* pro *fossis* aut *sacris* legimus. mox, *professus & rogas* prim. Farnes. prim. Medic. Asconel. Gonzeph. & tres alii. Heins. *Tua facta dies* quatuor.

673. *Est aqua Mercurii.*] Hoc solum testimonio probant viri docti, extra portam Capenam viâ Appiâ aquam fuisse ita nuncupatam; qua populus, qui negotio & quaestui operam dabat, his diebus lustrari solitus. Neap.

675. *Hùc venit incinctus tunicâ.*] Cingulo; è quo marsupium auri monetalis propendebat. Hic vetus mercatorum habitus. Neap. *Tunicas* Max. Zulich. Lauti, opt. Medic. prim. Ambros. Voss. & duo Farnesiani, eleganti Graecismo. nisi malis, *tunicam*, quod pro diversâ lectione in uno Moreti erat notatum. mox pro *urna fussitâ* lege, *fussita*. nam Ursini praestantissimus, *fussitam*. optimus Medicens pro diversâ lectione, *fusitas*. Naugenii liber, *fusfecta*. Mazar. Zulich. & unus Vatic. *fussit aquam*, *fussit & haurit aquam*. quae turbatissima sunt. pro *quam ferat* idem Ursini codex, *ferit*. puto, *quam gerit*, unam nempe. Alveatia *thyma fussere* Virgil. IV. Geor. 141. Propertius libro IV. Eleg. IX.

Fussis & pura lumina sparsit aquâ.

sic scribo. Ceterum ut in hoc Nasonis loco *fussa* pro *fussa* legebatur; ita etiam apud Apuleium peccatur libro Milet. IX. quem locum non possum quin hac occasione & emendem & turpi liberem glossemate. *Ergo nostra repente turbata praesentia fabulario adhuc ebrio, exsilio, eundem illum subjectum contexit vimineam cavea, quae fussum flexu in rectum aggerato cumulum lacinias circumdatas fussitus fulgoris irrallabat.* vulgo, *fussatas candido fumo fulgoris*. Scioba aliquis, qui non satis intelligebat, quis fussus esset, credidit, fumum esse candidum, quo mellebat sequitur, idque pro glossemate adscripsit, quod contextum postea occupavit. Sequentia apud Apuleium sic castiganda: *Interea dum asternus gratiosa odore sulphuris juvenis fussatam aquas obnubilatas interfuso spiritu deficiebatur* (nisi mavis, *juvenis succurus*: nam sequitur, *non ut sulphuris letabili fumo negotio.*) cum nunc legitur. *Interdùm asterimo gravique odore sulphuris juvenis inefectus atque obnubilatas interfuso spiritu diffluebat. diffusare interfuso spiritu* parum proprie dictum, ut & *inefcari odore sulphuris*. cum is odor fit gravissimus. *defici spiritu* elegans, de quo ad Epistolam Oenones ℣. 150. Apulejus paulo post libro primo, *Et nunc etiam spiritu deficior*. atque ita passim. illae duae priores literae *vō* utique proxime sequentis absorpserunt duas posteriores in *deficiebatur*. Ceterum in priori loco Apulei, ut eo revertar, minime satisfacit, *tò fussitum flexu*. quippe qui *vimineam cavean* jam dixerat. multum autem interest inter *vimina* & *fussa*. Quare cum sciam exploratumque habeam, Apulejum esse admodum industrium & tantum non operosum in observandis verborum proprietatibus, opinor ab illo relictum esse, *quae fussigatius* (vel *fussigatum*) *in textum aggerata tumulum*. nam in optimis membranis Florentinis *interstum*. in Bertin: *intectum*. *texi* proprie de viminibus dici jam abunde demonstravimus supra ad libr. IV. ℣. 435. Heins.

675. *Mercator.*] *Venator* Moreti unus.

678. *Dominos sunt habitura novos.*] Plautus Captivis: *Vult te novus herus veteri domino ejeram dare.* Neapol.

680. *Incipit & solita fallere voce preces.*] Non licet: legas, *dicere voce preces*; ut habent multi Codices. Neap. Scripti fere omnes rectè,

Et peragit solita fallere voce preces.

nisi quod *solitas preces* est in nonnullis. *Peragit preces voce solita fallere*: ita construendum, quod decepit Neapolim impulitque, ut pro vulgata lectione pugnaret. Sic *peragere fontes* lib. III. 26. Heins. Vid. & IV. 316. *fallere* sine dubio mercatori convenientissimum; ideoque Poëta venalitatem hanc arripuit ex moribus & ingenio mercatorum. ita illa apud Virgil. XI. 781.

Haud Ligurum extremus, dum fallere fata sinebant.

sic Jurisconsultus in Leg. XVI. §. 4. de Minoribus dicit, *in pretio emtionis & venditionis naturaliter inesse contrahentibus se circumvenire*. ubi *naturaliter* ille ex consuetudine, ut Noster *solita* fallere voce, circumimus ad Vellej. Paterc. II. 128. Burm.

682. *Pre-*

Sive ego te feci testem, falsove citavi
Non audituri numina magna Jovis;
Sive Deum prudens alium Divamve fefelli;
Abstulerint celeres improba dicta Noti.
Et pereant veniente die perjuria nobis:
Nec curent Superi, si qua locutus ero.
Da modo lucra mihi, da facto gaudia lucro:
Et face ut emtori verba dedisse juvet.

Talia

682. *Praeterita perfida verba die.*] In Scaligeri antiquo codice legebatur, *praeterita die*. D. Heins. Non male: an rectius, ut in aliis, *praeteritâ perfida verba fide?* non servatâ, temeratâ. Neapol. *Die* scripti fere omnes paucis exceptis, iisque minus calligatis. Unde Scaliger & Gruterus, *praeteritas die*, pro *diei*. ut *fide* pro *fidei* passim apud Nostrum. *praeterito die* Mazar. & Zulich. Puto scribendum, *praeteritis perfida verba deis*. hoc est, neglectis, spretis. Met. VIII. 277.

— *solas sine ture relictas*
Praeteritas cessasse ferunt Latoïdas aras.

Epistola XXI. 179.

Praeterline tuas de tot coelestibus aras?

sequenti versu, *falsave*, pro *falsove*, Zulich. & alii tres scripti. sed nil mira. sic Art. Am. I. 635.

Per Styga Junoni falso jurare solebat
Jupiter.

Heins. Slichtenhorstius legebat, *ablue praeterea perfida verba fide*. locus est intricatus. *praeterita fide* si legas, conjungendum cum *verba*, ut sint *verba praeterita fide perfida*, quae non curant fidem; ut ita *praeteritus pudor* III. Am. I. 22. & II. Trist. 411. si vero legatur, ut in plurimis, *die*, capiendum praeteritam diem de vespera, quo videtur his factis operatus Mercator; quod confirmatur ex sequentibus, *& pereant veniente die perjuria nobis*. ut roget, sibi jam expiatis perjuriis praeteriti temporis vesperâ iteram perjurare licere poliero die. sin Scaligeri *praeteritae die* placeat, capiendum ut *tempus* & *dies* hic ponatur, ut Graecis χρόνος & ἡμέρα, de quo egimus ad Quinctil. III. de Instit. Orat. cap. 6. & Fanensis jam *diem* hic indeterminatum tempus esse notavit. Burm.

683. *Citavi.*] *Vocavi* Mazar. & alius. sed *citare* proprium in hac re. Phaedr. I. Fab. 17. *Lupus citatus tessis*. Petron. cap. 11. *Ne Poëtas quidem ad testimonium citem. falsumque citavi* Ambr. alter. etiam non male. *falsumque vocavi* unus. Burm.

684. *Non audituri numina vana Jovis.*] Vetus scriptura, *Non audituro numina vana Jovi*. Neap. *Numina magna* opt. Patav. prim. Farnes. Mazar. Vossian. aliique multi. & recte. sic Am. lib. II. Eleg. VIII. ubi etiam de perjurio agit,

Per Veneris foci numina magna fidem.

sic & *di magni* passim dicti. Heins.

685. *Sive Deum prudens.*] Nam id majus crimen. Antiqui apud Macrobium primo Saturnalium de his, qui opus aliquod feriis agebant: *Praeter multam*, ille inquit, *affirmabant, eum, qui talibus diebus imprudens aliquid egisset, porco piaculum dare debere; prudentem expiari non posse, Scaevola Pontifex asseverabat.* Neap.

686. *Improba verba.*] In quibusdam, *perfida verba*. Naug. Dicta Mazar. Zulich. Voss. prim. Farnes. opt. Patav. & duo alii. *verba* jam praeceferat. Heins. *Vota* Vatican.

687. *Et pereant veniente die.*] *Pateant* Zulich. Mazar. Urfini, Voss. prim. Farnes. & decem alii. Recte. Pateat ac detur, inquit, die veniente aditus ad nova mihi perjuria. Vulgatam lectionem si admittamus, bis idem dixerit. Heins. In Juniano & altero Puteaneo erat,

Et pereant veniente die perjuria noctis.

eleganter, ut puto. ut nec ipsa nocte fallere desistat mercator, qui vesperi pro perjuriis diei, mane pro noctis deos piare non erubescit. Burm.

688. *Si qua locutus ero.*] *Si qua locutus ego* Bon. sed illud *locutus* hic mihi frigere videtur; non enim omnium verborum veniam petit mercator, sed tantum, quibus fefellit emptores, citatis ad testimonia Deis per jusjurandum. quare cum illud genus hominum jusjurandum ut ludum jocumque habere solet, nec id deos curare credit, sed aeque ut amantium perjuria ridere, malim legere, *si qua jocatus ero.* millies vero *loqui* & *jocari* permutarunt librarii, ut notavimus ad III Art. 275. ubi & *jocari* cum quarto casu construi docuimus. hinc & *ludere* Deos toties occurrit, etiam in jocularibus his perjuriis. vid. ad III Amor. III. 4. Burm.

689. *Da modo lucra mihi.*] Hinc apte Agoraeoch apud Plautum respondet Milphio servus in Poenulo:

Ag. *Equid amare videor?* Mi. *damnum, quod Mercurius minime amat.*

Ag. *Namque, Edepol, lucrum amare nullum amatorem addecet.* Neapol.

Talia Mercurius poſcentem ridet ab alto,
Se memor Ortygias furripuiſſe boves.
AT mihi pande precor, tanto meliora petenti,
In Geminos ex quo tempore Phoebus eat,
Cum totidem de menſe dies ſupereſſe videbis;
Quot ſunt Herculei facta laboris, ait.
Dic, ego reſpondi, cauſſam mihi ſideris hujus.
Cauſſam facundo prodidit ore Deus.
Abſtulerant raptas Phoeben Phoebesque ſororem
Tyndaridae fratres, hic eques, ille pugil.
Bella parant, repetuntque ſuas & frater & Idas;
Leucippo fieri pactus uterque gener.

His

690. *Et face.*] *Et fac ut* Bern. & multi alii. & *fac capiari* Mercti & quatuor.

691. *Poſcentes riſit.*] Noſtro ineſt praeſenti tempore, *poſcentes ridet ab alto.* NEAP. *Poſcentem* Urſini, prim. Parrad. & quinque alii. omnino bene, nam ad mercatorem, de quo ſupra, eſt referendum. opt. Patav. Mar. & Zulich. *poſcenti.* HEINS. *Poſcenti* non facile rejecerim. Virgil. Ecl. IX.

Cui non riſere parentes.

Niſi vulgata lectio ex I. Art. 87. & aliis locis probaretur. BURM.

692. *Se memor Ortygias.*] Obſerva ſales mei Naſonis. Furti vero crebra mentio fit à Graecis. unde Homerus jure hunc vocat in Hymnis ἄγχιστα φιλάτων: quippe fraudes primus commentus & lucra illicita. Diodorus Siculus Βιβλιοθήκης lib. V. φασὶ δ' αὐτὸν καὶ μάντιν, καὶ ῥαψῳδὸν, καὶ τὰ διὰ τῆς (ſic manuſcript.) ἐμπορίας κέρδη πρῶτον ἐπινοῆσαι, καὶ τὸ λάθρᾳ τὰ τῶν ἄλλων ἀφαιρεῖσθαι. NEAP.

693. *At mihi pande precor, multo meliora petenti.*] *Tanto* liber Fratris & Maffei habent. CIOF. *Tanto meliora* Mazar. Zulich. Urſin. prim. Ambroſ. & ceteri fideliores plerique. recte. niſi quod pro *pande* in quibuſdam *parce*: perperam. ſic *tanto melior* apud Plautum & Phaedrum: vide Gronovii noſtri Obſervat. Eb. II. cap. 21. Seneca Epiſt. XXI. *Tanto melior ſurge & reſpira.* Apulej. IX. Metam. *Quanto melior Philetaerus adoleſcens formoſus.* HEINS. Vid. ad Phaedr. III. Fab. 5.

695. *Cum totidem de menſe dies.*] Quot facta Herculis: ergo XV. Kalendas Noſtro Sol in Geminis. in eamdem conjicitur à Columellâ. NEAP.

697. *Dic, ego reſpondi.*] Malim, *Dic ego.* nam *Ut ego* à manu recentiori erat in Zulichemiano, veteri lectione erafa. ita lib. I. 249. & ſequenti verſu, pro *reddidit ore*, prim. Amerſfoortianus & Lacianus cum uno Patav. *Prodidit.* bene. dixi lib. III. 1649. HEINS. *Reddit ab ore* Voſſ. *retulit* Sarrav.

cauſſas etiam Mazar. priori verſu, *cauſſam mihi ſideris* Sarrav. *nominis* tres alii.

699. *Phoeben Phoebesque ſororem.*] Phoeben & Elairam. unde Propertius libro primo Elegia II. 15.

Non ſic Leucippis ſuccendit Caſtora Phoebe,
Pollucem cultu non Elaira ſuo.

Harum proci antiqui, Idas & Lynceus fuere: cum quibus poſtea certamen initum. NEAPOL. *Eripuere Phoeben* duo.

700. *Tyndaridae fratres.*] Homerus in Hymniis:

Κάστορ καὶ Πολυδεύκη' ἀείδετε μῶσαι λίγεια.
Τυνδαρίδας. —— NEAP.

700. *Hic eques, ille pugil.*] Conſule quae dixi lib. III. Metamorphoſ. ad illud:

Tyndaridas gemini praeſtantes, caeſtibus alter;
Alter equo.

CIOFAN. Pugilatus arte callebat Pollux. hic apud Apollonium:

Τῷ κἰν μιν τὸν ἄεθλον ἀναιρεδὸν εἰν ἁμίλλῃ
Πυγμαχίῃ τίησθε. —
NEAPOL.

702. *Leucippo.*] *Leucippi* Sarrav. *Leucadio* Scriv.

704. *Ex cauſſa.*] *A cauſſa* prim. Ambroſ. Mar. Zulich. Lege, *è cauſſa.* HEINS.

705. *Pugnat uterque pari.*] Propert. II. II. 47.

Nunc, Pari tu ſapiens, & tu Menelae ſaliſti,
Tu quia poſcebas, tu quia lentus eras.

Ovid. III. 253.

Aut Helene, quam non ſtulte, Menelae repoſtis,
Tu quoque non ſtulte, Troïe raptor habes.

DOUZA.

708. *Conſtiterant illo nomina fida loco.*] *Conſiſterunt* unus Patavinus. Quantivis pretii lectio eſt, quam Zulichemianus exhibet,

Conſiſterant illic. nomen Aphidna loco.

neque aliter in Mazariniano fuiſſe videtur. nam *illic* diſertim apparebat, ceteris vocibus in mendâ cubantibus. Aphidnas Laconicas diſtinguit ab Atticis Stephanus περὶ Πόλεων, quas Dioſcori poſtraptam à Theſeo Helenam expugnarunt. Appoſite omnino Stephanus, Ἀφίδνα δῆμος Ἀττικῆς ἀπὸ Λευκίππου φυλῆς, ὡς Ἀφίδνα αὐτόχθονος, ἔστι καὶ πόλις Ἀφίδνα, ἔστι καὶ Λακωνικῆς, ἔθνος ἦσαν οἱ Λελεγοπαῖδες φασὶ καὶ Ἀφίδνας. Quanquam Theocritus in Dioſcuris & Pindarus Nemeis Od. X. qui hiſtoriam lucidis verſibus deſcripſerunt, ad Apharei tumulum pugnam hanc commiſſam fuiſſe aſſeverant. Aphareus autem cum Meſſeniis imperarit, ſit verſimile, monumentum ejus Meſſena in regione exſtitiſſe. Certe Apollodorus in hac fabula in Meſſeniorum tractu concurriſſe Dioſcuros cum Ida Lynceoque contendit. Habes & hiſtoriam apud Hyginum Fab. LXXX. ſed ubi pugna ſit commiſſa is non addit. apud quem perperam *Laïra* pro *Ilaira* appellatur altera Leucippidum. male & Ἤλαιρα pro Ἱλάειρα apud Scholiaſten Pindari. Ceterum Avienus in Arateis videtur innuere Leucippas fuiſſe raptas à Dioſcuris bello Athenienſi, quod ob raptam à Theſeo Helenam gerebatur. ſed quemadmodum bella duo confundit, ita etiam Atticas Aphidnas cum Lacedaemoniis. Locum ecce, ut in veterrimo codice Voſſiano legitur:

At capiti ſubierunt Gemini, prolesque Tonantis
Egregia, & patrio poſt reddita numina coelo.
Nam Lacedaemoniis cum Mars calueſſet Aphidnis,
Caſtora Cecropii tulit inclementia belli.
At frater lucamque & fata ſuperſtitis aevi
Protinus alternae germanos tempora vitae
Jupiter attollit, coelique in culmina receptans
Aeternae flagrare facis juſſit ignibus ambos.

Neque aliter Hyginus in Geminis: *Sed qui de Caſtore & Polluce dicunt, hoc amplius addunt, ut Caſtor in oppido Aphidnis ſit occiſus, quo tempore Lacedaemonii cum Athenienſibus bellum geſſerunt.* Ita emenda. Perperam vulgati, *in oppido Ariadnis.* HEINS.

709. *Pectora trajectus Lynceo Caſtor ab enſe Non expectato vulnere preſſit humum.*] Idem docet Apollodorus lib. III. his verbis: Λυγκεὺς δ' ἰδὼν Κάστορα, ἐμήνυσεν Ἴδᾳ· κἀκεῖνος αὐτὸν κτείνει. Πολυδεύκης δ' ἰδίωσεν αὐτὸν, καὶ τὸ μὲν λυγκείου κτεῖνε τὸν ἀστεροβρόμον, τὸ δ' Ἴδαν ὀξύτατον, βληθεὶς ὑπ' ἐκείνου πέτρᾳ κατὰ τὸ κεφάλαιον, πληγεὶς ἐστενάχησε· καὶ Ζεὺς Ἴδαν κεραυνοῖ, Πολυδεύκει δ' ὡς νεκροὺς ἀνέιρει· μὴ ἀθροήσας δ' Πολυδεύκης υἱὸν ἀθανασίας, ὀντ- νεκρὸν Κάστορ-, Διὸς ἀκροτόμους παρ' ἐκείνου, καὶ ὃν Διὸς ἴδιος, τὸ δὲ Διητὸς ἴδιος. id eſt: *Lynceus autem viſo Caſtore Idae fratri nunciavit, eumque ille interfecit. At Pollux ipſos inſecutus, Lynceum, cum telum jeciſſet, occidit. Poſtea Idam inſequens ſaxo ſecundum caput ab eo percuſſus, aborta oculorum caligine concidit. Tum Jupiter Idam fulminat; Polluceque in coelum refert. Pollux vero immortalitatem Caſtore mortuo recuſavit. Jupiter autem ambobus, aeternis diebus, inter Deos & mortuos eſſe conceſſit.* Multo aliter hanc rem narrat Theocritus Eidyllio XXIII. CIOF. Turneb. Adv. XIX. 17. vitio, ut puto, memoriae, vel operarum, haec ut Propertii laudat, & legit, *Lyncea perforat haſta.* quod ſequenti diſticho occurrit. ſed totus ille locus perturbatus eſt in Turnebi editione.

709. *Trajectus Lynceo Caſtor ab enſe.*] Theocritus in Dioſcuris ait, Lynceum à Caſtore interfectum; Apollodorus lib. III. Βιβλιοθήκης, Calloremab Idâ, à Polluce Lynceum. NEAP.

709. *Lynceo.*] Pro *Lyncëo*: ut *Cephea* Metrois, pro *Cephela*, & parra. NEAP.

711. *Ultor.*] *Victor* Sarrav. & Voſſian.

712. *Qua cervix humeros continuata tegit.*] Colligam ſignificat, ſic prope lib. I. Metamorphoſ.

Quae calle eſt conſuſae caput.

Et lib. XII. Metamorphoſ.

Qua jungitur eſt humero cervix facilis ſagis obſuta.

His amor, ut repetant, illis, ut reddere nolint,
Suadet: & ex cauſſâ pugnat uterque pari.
Effugere Oebalidae curſu potuere ſequentes:
Sed viſum celeri vincere turpe fugâ.
Liber ab arboribus locus eſt, apta area pugnae.
Conſiſterant illic: nomen Aphidna loco.
Pectora trajectus Lynceo Caſtor ab enſe
Non expectato vulnere preſſit humum.
Ultor adeſt Pollux; & Lyncea perforat haſtâ,
Quâ cervix humeros continuata premit.
Ibat in hunc Idas, vixque eſt Jovis igne repulſus:
Tela tamen dextrae fulmine rapta negant.

Jam

Jamque tibi cocium, Pollux, sublime patebat,
Cum, Mica, dixisti, percipe verba, Pater.
Quod mihi das uni, cocium partire duobus:
Dimidium toto munere majus erit.
Dixit, & alternà fratrem statione redemit:
Utile sollicitae sidus uterque rati.
Ad Janum redeat, qui quaerit Agonia quid sint:
Quae tamen in Fastis hoc quoque tempus habent.

Nocte

Livius lib. XXVII. *Quis jungitur capiti cervix.* Ciofan. *Premit* melliores. Heins. *Quo cervix* Moreti.

713. *Visaque est Jovis igne repulsus.*] Belle Theocritus:

Ἦ ῥ᾽ ἴρα νιόθαι Ἀφροδίτᾳ ἐξεκέχυτο
Τερπὰ ἀπειλήεσσ᾽ ὀαρίσδεν Μιτυσιν@ Ἴδας
Μηδὲ καταρρήξειν βαλιὸν σφιτέρων φρενῶν
Ἄκμα Διὸς ἐπαρωσι, χερῶν δὲ οἱ ἐκθορε τοκτὰ
Νέρκαρσε, κἀτὰ ῥ᾽ ἀλφεῖον ἐπιφλὰξ κέρασεν.

Neapol.

713. *Repulsus.*] *Retentus* duo scripti.

714. *Dextras.*] *Dextra* Moreti & Junian.

716. *Percipe.*] *Parce* Putean. *fuscipe* Ambr. & quinque alii. *praecipe* Junian. & mox, *quod dederas uni*, Petav. *Et isto numine* Bernens. de quo cogitandum.

719. *Dixit, & alterna fratrem statione redemit.*] Sic duo Vatic. Virg. VI. Aeneid.

Si fratrem Pollux alterna morte redemit.

Alii libri veteres habent, *recepit.* Ciofan. *Redemit* prose veteres plerique. Maronis illa cogitabat,

Si fratrem Pollux alternâ morte redemit.

sequenti versu, *sidus uterque*, Zulich. prim. Farnes. & lex aut leptem alii. non, *utrumque.* sic lib. III. 696. de Pico & Fauno,

Romani numen utrique soli.

Heins.

720. *Utile sollicitae sidus utrumque rati.*] Lib. I. Trist. Eleg. X.

Vos quoque Tyndaridae, quos haec colit insula, fratres,
Lista, precor, duplici numen adeste rati.

Ciofan.

721. *Ad Janum redeat.*] XII. Kalendas Junias Agonalia Urbis iterabat. Hoc die notantur haec festa in veteri Kalendario: nam illud, *hoc quoque tempus habet*, quod indavit interpretes, ut dicerent XIV. Kalendas, intelligendum, quod etiam mense Majo denuo fiant. De etymo ad Januarium te Naso meus rejicit. vide & ibi nostri labores plura. Neapol.

721. *Quid sint.*] *Quae sint* Mazar.

722. *In Fastis.*] *Infastos haec quoque tempus habet* Vatic. prim. & Patav. nisi quod in eo *hoc* sit, *sic habent.*

723. *Nocte sequente.*] XI. Kalendas Canis Nocte oritur. Neap.

725. *Proxima Vulcani lux est, quam Lustria dicunt.*] Assentior cruciatiss. Scaligero, qui in sua in Festum castigationibus praeclare emendat:

Proxima Vulcani lux est, Tubilustria dicunt.

Enim in lib. Ursini perspicue legitur; *Tubilustria* omisso, *T.* propter verbum, *est.* Librarios enim veteres, ubi similes litterae occurrerent, plerumque unam omisisse, aut frustra geminasse docui in meis in Metamorphosin observationibus, ubi nonnulla exempla collegi. Ciofan. Scaliger hic & ad Festum, *Tubilustria dicunt*, legebat. D. Heins. X. Kalendas Tubilustrium erat. de quo Varro lib. V. de Linguâ Latinâ: *Tubilustrium appellatur, quod eo die in atrio sutorio sacrorum tubae lustrantur.* idem Festus: in quo semirosae litterae in parte Varroniana probant. *Lustrum vero agnâ saliam.* Idem: *Tubilustria dies appellabant, in quibus agni tubas lustrabant.* addit, :::::: *is tubos appellant:* nam *tubi* in sacris solum dicebantur. observat Varro lib. IV. *Tubae à tubis, quos etiam nunc ita appellant tubicines sacrorum.* Quid etiam *tubus* Latinis, quid *atubus*, non hîc differendi locus. *Nam* hunc miscellaneum populum pro, *quam Lustria dicunt*, mavult βουκόλικος ἀνὴρ, *Tubilustria dicunt.* Assentior libens. Neap. Primus ad Festum incomparabilis Scaliger vidit, *Tubilustria* esse reponendum. Certe in veterrimo Ursini, Zulichemiano, Mazariniano, opt. Patavino, Helmaest. & tribus aliis, *ubilustria.* in optimo Medicco *tubilustria* ita emendatum, neque aliter in ora codicis sui Politianus. Scribe nulla mutatione,

Proxima Vulcani lux est: Tubilustria dicunt.

Heins.

727. *Quattuor inde notis locus est, etc.*] Intelligit O. R. C. F. id est, *Quando Rex comitio fasit.* Idem Scaliger in iisdem, quas dixi, in Festum castigationibus, ubi multa, quae sunt cognitu dignissima, differit, hoc ipso adducto loco, & poëtam nostrum, quem ignorantiae accusaverat Antonius Augustinus, meritissimo defendit. Ciof. Sequens Maji dies, id est IX. Kalendas, sic notatur in Kalendariis, Q. R. C. F. Anceps poëta de interpretatione, hinc ait: *Vel mos sacrorum, vel fuga Regis inest.* Docte reddidisti litterulas, vel renuente Onuphrio Panvinio in Commentariis ad Fastos Consulum: qui ausus scribere, te iguatum, vel incertum, quid hae notae significarent. Ille hercule ignarulus. Sciendum, Regi sacrorum neque Magistratum gerere, neque verba ad populum habere fas illi fuisse: propterea in Comitium ire non licebat, nisi hoc die, qui notatus est in Kalendariis. Ibat enim in Comitium sacrificii caussâ: quo properanter patrato, fugâ se è Comitio cripiebat. Hinc per breves quattuor litteras Q. R. C. F. interpretantur alii, QVANDO REX COMITIAVIT FAS: quidam, QVANDO REX COMITIO FVGIT. De more Plutarchus in libello τῶν Ῥωμαϊκῶν Ἐρ' οἷς νῦν τὸν ἀρχιερέα Διόνυσον πρὸς τῷ λογυρῷ Καμίλλῳ καθεζόμενον, ὧν Σύλλας ὁ βασιλεὺς, καὶ τυχὼν ἀπορρήτου φόνου ἐξῆρχε. Quid clarius ad Poëtae mentem? ut nos docuit illustris Scaliger in notis ad Festum. Quaeso, mi Lector, abstine te ad hunc locum commentariis Marsi & Antonii Fanensis; aut para exertum cachinnum. Neapol. *Locis* Zulich. Mazar. & unus Farnes. Heins.

727. *Lectis.*] Ducitis Patav.

730. *Cui templum luce sequente datum.*] Hoc est VIII. Kalendas. Jam liquidum, hanc publicam esse *Primigeniam.* Vide omnino, quae notavimus ad librum IV. Fastorum, 375.

Qui dicet, Quondam sacrata est colle Quirini
Hac Fortuna die Publica, verus erit.

Vovit hanc Primigeniae aedem se Consule P. Sempronius anno Urbis conditae DXLIX. Livius lib. XXIX. 36. *Consul principio pugnae, in Bruttiis adversus Annibalem, aedem Fortunae Primigeniae vovit, si eo die hostes fudisset: compositque ejus voti fuit, fusi ac fugati Poeni, supra quattuor millia armatorum caesa.* sed eadem post decennium dedicata. Idem lib. XXXIV. 53. *Aedem Fortunae Primigeniae in colle Quirinali dedicavit Q. Martius Ralla Duumvir ad idipsum creatus: vovorat eam aedem decem annis ante Punico bello P. Sempronius Sophus.* Ceterum quid sibi velit hoc Primigeniae δώρημα gratum tibi erit ex hisce Dionis Cassii lib. XLII. Λίμνη τε ἐξ ἐρχομένου σπουδῆ ἀφθονία ὕδατος πρὸς τῶν ἐπιόντων ἐτύχη, ἢ ὡς ἔ πάντα τὰ τε τῶν ἀθρόων μοίς, καὶ τὰ κατὰσπ καὶ ἰδιωτῶν καὶ ἐκλογιζόμ, χρόνου τινὰ μετὰ ἐπιλαβόμενος ἐξ ἐκατὸν ἐτῶν ἐγένετο, καὶ ἱδρύσατο τῇ ἐκκλήσιᾳ, τρόπον τινὰ ὅτε ὑπαφέγετο Ἔλπις. Vide quâ aperantologiâ voculam unam expresserit. Neapol. Vide. Boxhorn. Quaest. Rom. cap. IV. & forte haec est πρωτογένεια ab Orpheo Hymn. V. celebrata. à quo & Hymn. IX. *Φύσις πρωτογένεια* dicta. vid. Eschenb. ad Argonaut. XV. hoc nomine quoque Praenestinam Fortunam dictam fuisse docere videntur tot lapides ibi inventi, quos Gruterus dat pag. XXVI. & LXXV. LXXVI. & Fabrettus pag. 651. 668. & 694. & dedicationem statuae T. Caesii Taurini in templo Fortunae Praenestinae apud Gruter. LXXII. 5. ad *Primigeniam* refert Pontejus de prisca Caesiorum Gente lib. II. cap. 5. ubi admodum aestuat, quomodo lapis Praenestinae positus Fortunae, quae *Tarpejo tonanti vicina* colitur, esse possit; & *vicinam*, non quod proximo loco, sed honore Jovi proxima sit, exponit, & quod tanta religione colatur, atque ipse Jupiter. a Servio fuisse dedicatum Fortunae Primigeniae Templum, & in Capitolio positum Plutarchus docet, quia ex serva natus Fortunae munere ad regnum venerat. ita & Pertinax potiti post Commodi mortem, quasi restituta Imperii salute, *Fortunae Primigeniae*, Grut. XXVI. 4. licet nimis acute Pontejus explicat *Opi* & *Fortunae*, quia Opus ab Orpheo Πρωτογόνου filia dicitur; ita Fortunam Primigeniam cum Ope Protogeni filiam conjunxit. quae accuratius expendenda forent, quod nunc non permittunt aliae curae. haec autem Romae dedicata conspicitur in fragmento Fastorum apud Gruter. pag. CXXXV. ubi & *Agonalia* & *Tubilustria* memorantur, & FORTVN. PVBLIC. PR. IN. COLL. An vero ratio nominis, ex Dione addecta, vera sit nescio. nihil certe in ea video, quod potuerit Sempronium aut Romanos movere, ut eadem Fortunae Primigeniae eam ob caussam vovernt. ego potius id factum crediderim, quia rebus Romanorum

Nocte sequente diem canis Erigonëius exit.
Est alio signi reddita caussa loco.
Proxima Vulcani lux es; Tubilustria dicunt.
Lustrantur purae, quas facit ille, tubae.
Quattuor inde notis locus est; quibus ordine lectis
Vel mos sacrorum; vel Fuga Regis inest.
Nec te praetereo, populi Fortuna potentis
Publica; cui templum luce sequente datum.

Hanc

Hanc ubi dives aquis acceperit Amphitrite;
Grata Jovi fulvae rostra videbis avis.
AUferat ex oculis veniens Aurora Booten;
Continuàque die sidus Hyantis erit.

ante plane desperatis, nunc iterum Fortuna benignius respiceret Romanam rempubl. quae quasi ab integro adolescere & revirescere inciperet. nam in lapidibus apud Gruterum videmus jungi, *Jovem puerum*, & *Fortunam Primigeniam*, & in uno etiam *Fortunam Jovis pueri Primigeniam* vocari; per Jovem vero, in nummis veterum, titulo *Crescentis*, *Juvenis* &c. intelligi annum, quo incrementa sumunt res humanae, egregie, ut puto, ostendit doctissimus Franc. Blanchinus de Calendario & Cyclo Jul. Caesaris pag. 47. ita *Fortuna Primigenia* dici posset, quae senescenti & deficienti Reip. Romanae, ut ante videbatur, juventutem & vigorem reddebat novum; & cum videretur Fortuna, quae Urbi recens conditae omnia promiserat summa, mutata per Hannibalis in Italia haerentis prosperam fortunam, nunc rebus melius gestis prima illa auspicia, quibus condita erat Roma, redire cernebantur. Burm.

731. *Hanc ubi dives aquis.*] Eodem VIII. Kalendas Aquila oritur vesperi. Neap.

731. *Dives aquis acceperit.*] *Aquas* unus Patavinus. *susceperit* prim. Farnes. & prim. Medicens. Lege, *dives aquae susceperit.* Heins. *Amphitrites* multi.

732. *Grata Jovis.*] Legendum indubitato, *Grata Jovi.* Neapol.

733. *Auferet ex oculis veniens.*] VII. Arctophylax heliacè fertur in occasum; & VI. heliacus Hyadum ortus. Neap.

733. *Auferet.*] *Auferat* bene Zulichemianus & alii duo. nonnulli, *Aufert.* Heins.

P. OVI-

P. OVIDII NASONIS

FASTORUM

LIBER VI.

HIc quoque mensis habet dubias in nomine caussas:
Quae placeant, positis omnibus, ipse leges.
Facta canam; sed erunt, qui me finxisse loquantur:
Nullaque mortali numina visa putent.
Est Deus in nobis: agitante calescimus illo.
Impetus hic sacrae semina mentis habet.
Fas mihi praecipue vultus vidisse Deorum:
Vel quia sum vates; vel quia sacra cano.
Est nemus arboribus densum, secretus ab omni
Voce locus; si non obstreperetur aquis.
Hîc ego quaerebam, coepti quae mensis origo
Esset, & in curâ nominis hujus eram.
Ecce Deas vidi: non quas praeceptor arandi
Viderat; Ascraeas cum sequeretur oves.

Nec

1. *Dubias in nomine.*] *Varias* unus. *de nomine* Sarravii & octo alii. *sub nomine* Sarravii & Bernens.

2. *Ipse leges.*] *Lege* Ursini, Naugerii & unus Patavinus. Laeti & prim. Ambros. *legas.* mox *loquantur*, pro *loquentur*, meliores. Heins. *Erit* & *loquatur* unus Petavii; sed tunc mox *putet* etiam legendum.

3. *Facta.*] *Vera* duo. *acta* totidem. nihil muta Petron. cap. LXXVI. *Factum*, *non fabula.* vid. ad Quinct. Decl. X. 13. Burm.

5. *Agitante calescimus illo.*] Aptè Plato in Dialogo Ἴωνος & Socratis: Κοῦφον γὰρ χρῆμα ποιητὴς ἐστι, καὶ πτηνὸν, καὶ ἱερὸν· καὶ οὐ πρότερον οἷός τε ποιεῖν πρὶν ἂν ἐνθεός τε γένηται καὶ ἔκφρων, καὶ ὁ νοῦς μηκέτι ἐν αὐτῷ ἐνῇ. Neapol.

6. *Impetus hic.*] Elegantius, ut puto, *hinc* Moreti unus. *somnia mentis* Farnes. *nomina* Patavin.

7. *Deorum.*] *Dearum* Bernens.

9. *Secretus.*] *Securus* Regius.

10 *Obstreperetur aquis.*] Strozzae liber habet, *avis*, unde olim conjecerat Heinsius, *obstreperetis aves*, ut ita melius τῷ *voce* conveniret. quid si legatur? *obstreperetur avi.* similiter *aves* & *aquas* confuderunt librarii apud Claudian. VI. Cons. Honor. 208. ubi vid. Heins. *adstreperetur* Sarravii. *constreperetur* Moreti. Burm.

13. *Praeceptor arandi.*] Non Musas; quas vidit Hesiodus. Docuit hic agrorum culturam. unde illa Propertii:

Tu canis Ascraei veteris praecepta Poëtae,
Quo seges in campo, quo viret uva jugo.

Neapol. *Nec quas* Bern. *Spectator* Petav. *praeceptor amandi* Junian.

14. *Ascraeas cum sequeretur oves.*] Ascra, hujus patria. Strabo lib. IX. Ἐν δὲ τῇ τῶν Θεσπιέων ἐστὶ καὶ ἡ Ἄσκρη κατὰ τὸ πρὸς Ἑλικῶνι μέρος, ἡ τοῦ Ἡσιόδου πατρίς. Ibi fuit vati ovium cura. Ad hanc adspiciens Symmachus

Nec quas Priamides in aquosae vallibus Idae
Contulit. ex illis sed tamen una fuit.
Ex illis fuit una, sui germana mariti.
Haec erat, agnovi, quae stat in arce Jovis.
Horrueram, tacitoque animum pallore fatebar:
Cum Dea, quos fecit, sustulit ipsa metus:
Namque, ait, O vates, Romani conditor anni,
Aufe per exiguos magna referre modos;
Jus tibi feciti numen coeleste videndi,
Cum placuit numeris condere festa tuis.
Ne tamen ignores, vulgique errore traharis;
Junius à nostro nomine nomen habet.
Est aliquid nupsisse Jovi, Jovis esse sororem.
Fratre magis, dubito, glorier, anne viro.
Si genus adspicitur; Saturnum prima parentem
Feci. Saturni sors ego prima fui.
A patre dicta meo quondam Saturnia Roma est:
Haec illi à coelo proxima terra fuit.

Si

Si torus in pretio est; dicor matrona Tonantis;
Junctaque Tarpejo sunt mea templa Jovi.
An potuit Majo pellex dare nomina mensi?
Hic honor in nobis invidiosus erit?
Cur igitur Regina vocor Princepsque Dearum?
Aurea cur dextrae sceptra dedere meae?
An faciant mensem luces, Lucinaque ab illis
Dicar; & à nullo nomina mense traham?
Tunc me poeniteat posuisse fideliter iras
In genus Electrae, Dardaniamque domum.
Causa duplex irae. rapto Ganymede dolebam:
Forma quoque Idaeo judice victa mea est.
Poeniteat, quod non foveo Carthaginis arces;
Cum mea sint illo currus & arma loco.
Poeniteat Sparten, Argosque, measque Mycenas,
Et veterem Latio supposuisse Samon.
Adde senem Tatium, Junonicolasque Falisco;
Quos ego Romanis succubuisse tuli.

Sed

tantiam in Epistolis, *Ut illis pastor*, inquit, *Hesiodus, quem poetica laurea Camoenalis familia coronat.* intelligit hos versus in Theogonia:

Νύμφαι τε κοῦραι Διὸς, ἅσπινες ἀγρόται ἦσαν,
Δεῦρό μοι ἔκτοθεν δόμεναι ἐπὶ καλὸν ἀοιδὴν
Εἴπατε, ὅττι πλεῖστα τὰ γ' ἐστὶν ἐπὶ χθονὶ καὶ κατ' Ὄλυμπον.

Licet ex his buculum ex lauro, non coronam imaginar filii traditam à Musis; φάβδον scilicet, quo in manibus poetae sua carmina pronuntrabant. Neap.

12. *Cum.*] *Dum* Junian. & tres alii.

13. *Nec quas Priamides.*] Notum, de quibus fuit Paridi Judicium in Ida monte. Neap

15. *In aquosae.*] *Ter aquosas* Medic. prim. *non quas* etiam duo Farnesiani meliores.

17. *Ex illis fuit una.*] Juno videlicet, & soror & mutui mariti conjux. Neapol.

18. *Quae stat in arce Jovis.*] In maximo templo Capitolino: in quo tria delubra, medium Jovis, dextrum Minervae, laevum Junonis Neap.

21. *O vates, Romani conditor anni.*] *Operosi conditor anni* unus Vatican. ita *vates operose dierum* lib. 2. Ecl. III. 177.

23. *Numen coelestis.*] *Coelestia sacra* Putean. *numen* Aldi posterior edit.

24. *Condere festa tuis.*] *Festa Jovis* unus Farnes. & Med. cens. forte pro, *mensi*. sic apud Sil. Ital. lib. II. 496. pro,

Exilibus his reliquos Jovis succedere adegit,

Pelle Herculis reposuit, *tellique potiti*. & *novum* saepe cum *tuus* & *suus* in Ovidii codicibus commutatur. Burm.

26. *Nomine nomen habet.*] Macrobius primo Saturnalium, ex duobus antiquae & reconditae doctrinae viris: *Junius Majum sequitur, aut ex sorte populi, ut supra diximus, nominatus: aut, ut Caecina arbitratur, quod Junonius apud Latinos suus vocitatus, diuque apud Aricinos Praenestinosque hac appellatione in fastos relatus sit; adeo ut, sicut Nefas in commentariis Fastorum dicit, apud majores quoque nostros haec appellatio mensis diu manserit, sed post detritis quibusdam litteris, ex Junonio Junius dictus sit.* Reliqua, quae sequuntur, vana sunt & ridicula. Neapol. *Numinae* Ed. Gryph. *nomina mensis* habent tres.

27. *Est aliquid.*] Vide quae notavi in Observat. lib. XIII. Metamorph. Ciofan.

29. *Si genus adspicitur.*] *Arguitur* Lactii codex, quod forte librarius repetivit ex lib. II. 397. malem, *inspiciatur*. ut mox *ver.* 61. & saepe alibi. *Saturni pars* Regius & tres alii. vid. ad XIII. Met. 651.

31. *Quondam Saturnia Roma est.*] Terentius Varro de colle Capitolino: *Antiquum oppidum in hoc fuisse Saturniam scribitur. ejus vestigia etiam nunc manent tria: quod Saturni fanum in faucibus: quod Saturnia porta, quam Janius scribit, quam nunc vocant Pandanam: quod post eadem Saturni in aedificiorum legibus parietes vestigii muri sunt scripti.* Neapol.

32. *A coelo.*] *A* deest Bernensi. *expulso* Saturnian.

33. *Dicar.*] *Dicor* duo Putean. & Excerpta Douzae.

35. *Pellex dare nomina mensi?*] Pellicem vocat Majam Atlantis filiam, quae suo Jovi concubuit; & jure. Neap.

36. *Erit.*] *Eris* unus Mediceus.

39. *An faciant.*] *Faciunt* multi ex scriptis. at prim. Ambros. & octo alii, *faciam*. Heins. In uno Morelli erat, *An faciam pueris lucem*; quod quid sit cogitandum. nam Lucinam dictam esse, quod partus in lucem producat, constat; vid. lib II 450. nemo, quod sciam, quia *lucet* faciunt mensem, quod vix intelligo. explicant, quia menses ex lucibus, id est diebus, constant: sed & anni diebus constant. haec causa nulla est. in *menses* (ut est in Manzan. Morelli & duobus aliis) latet aliquid de gravidis, quae exactis mensibus, Lucina favente, pariunt. haereo. Burm.

43. *Causa duplex irae.*] Ganymedis raptus, adeo toro nostro exitialis; formae vero judicium Paridis. Hi homines uterque Trojani: à quibus Romani originem deducunt. Neap.

43. *Raptum Ganymeda.*] Tres MSS. *rapto Ganymede dolebam*. Ita & in meo legitur. Neapol. Et recte. nam *Ganymeda* repugnat Analogiae, licet ita editi etiam alii.

45. *Poeniteat quod non foveo Carthaginis arces.*] Cum haec scriberet Ovidius, Carthago plus minus centum quinquaginta ante annos solo aequata erat à P. Scipione juniore, anno V. C. DCVI. ut supputant, Eutropius lib. IV. Carthago DCC. anno postquam condita erat, deleta est. Scipio nomen, quod avus ejus acceperat, meruit, scilicet ut propter virtutem etiam ipse Africanus junior vocaretur. Idem tradit Epitomae Livianae auctor lib. LI. & Orosius lib. IV. cap. 23. Justinus lib. XIIX. ait, conditam fuisse Carthaginem LXXII. annos ante Romam, qui cum facit Appianum in Libycis. Quos si sequeris (nisi mavis illud numeri rotundandi causa dictum) perspicue colliges, Carthaginem, non ad DCC. sed ad DCLXXIIX. vix pervenisse. Ab his autem auctoribus discrepat (modo ejus locus mendo caret) C. Vellejus Paterculus lib. I. ubi ita est: *Haec tractu temporum ante annos* V. & LX. *quam urbs Romana conderetur, ab Elissa Tyria, quam quidam Didon autumant, Carthago conditur.* Aliter Servius lib. I. Aeneidos. cujus haec sunt: *Constat Carthaginem* LXX. *annos ante Urbem Romam conditam. Inter excidium vero Trojae & orium urbis Romae anni inveniuntur* CCCXL. Rursus ab his omnibus stabilit Solinus cap. XXIX. ubi ait Carthaginem post annos DCCXXVII. esse excisam. Ciofan. *Fovet* meliores. Heins. *Foveam* Farnes. prim. *Carthaginis arces* Bernens. in margine scriptum erat, *Asiae*.

46. *Currus & arma loco.*] Notum hoc de Marone. Neapol.

47. *Poeniteat Sparten, Argosque, measque Mycenas.*] Has tres urbes Junoni carissimas esse docui ex Homero libro sexto Metamorphos. Cui

Sed neque poeniteat: nec gens mihi carior ulla eſt:
Hîc colar, hîc teneam cum Jove templa meo.
Ipſe mihi Mavors, Commendo moenia, dixit,
Haec tibi: tu pollens Urbe nepotis eris.
Dicta fides ſequitur. centum celebramur in aris:
Nec levior quovis eſt mihi menſis honor.
Nec tamen hunc nobis tantummodo praeſtat honorem
Roma: ſuburbani dant mihi munus idem.
Inſpice, quos habeat nemoralis Aricia Faſtos,
Et populus Laurens, Lanuviumque meum:
Eſt illic menſis Junonius. inſpice Tibur,
Et Praeneſtinae moenia ſacra Deae:
Junonale leges tempus. nec Romulus illas
Condidit: at noſtri Roma nepotis erat.
Finierat Juno. reſpeximus. Herculis uxor
Stabat; & in vultu ſigna dolentis erant.

Non

Tres ſibi cariores urbes. Ipſamet apud Homerum Iunde Δ:

Τρεῖς δέ οἱ ἐκπρὸ πόλῃ φίλταται ἔσαν ἔμμεναι ἶσαι,
Ἄργεϊ τε, Σπάρτῃ τε, καὶ εὐρυάγυιαι Μυκήνῃ.
NEAPOL.

49. *Junonicalesque Faſtos.*] *Junonicalesque* cum ſcriptis. HEINS. *Romanis ſuppoſuiſſe* Mazar.

51. *Illa eſt.*] *Illa eſt* unus.

52. *Hîc colar, hîc teneam.*] *Colar* & *teneam* caſtigationes. HEINS.

52. *Templa.*] *Regna* unus.

55. *Centum celebramur in aris.*] Ἑκατόμβοιαι, Revera multa erant in Urbe Junonis fana, luci, delubra, aras, aedes, aediculae ſub cognomine *Caprotinae*, *Jugae*, *Juliae*, *Lucinae*, *Matutae*, *Martialis*, *Monetae*, *Sororiae*, *Soſpitae*, *Reginae*: & adhuc aliquot me fugiunt. NEAPOL. *In aras* Pithoeus. *ſatis celebramur in aris* Mazar.

57. *Nec praeſtat.*] *Praeſtat* Zulich. & unus Pithoeus. Lege, *Ne praeſtet*. HEINS.

58. *Suburbani dant mihi munus idem.*] Qui erant in pagis agri Romani, ſeu, ut melius dicam, qui in territorio degunt regione; quae ad centum circiter ſtadia hinc inde extendebatur. Caſtoboeus in Ionicella urbanae Praefecturae: *Divini muris non ſolum Roma cinxiſſe eſt, quamvis in illis moenibus maxima, verum etiam intra conſeptum urbanorum pomoerium se protendere, antiqua jura tenuerat, ne tantae civitatis judicum moralis aequo turbaretur, cum Roma omnia poſſideret.* Urbicum igitur & ſuburbicum regio ut ille tradit; hîc nulla circumjacebat & ab Italia ſeparabatur: nam inter annonariam regionem nullo modo urbicaria includebatur, haec etiam *Romana* nuncupata in veteri inſcriptione, nec certe diverſa: (Gruter. MXCV. 8.)

POLLIO IVLIO CLEMENTIANO
SVBVENTORI CIVIVM
NECESSITATIS AVRARIÆ,
DEFENSORI LIBERTATIS,
REDONATORI VIÆ POPVLI,
OMNIVM MVNERVM RECREATORI,
VNIVERSA REGIO ROMANA
STATVAM COLLOCAVIT,
CVRANTE CL. PLOTIANO.
NEAPOL.

59. *Inſpice quos habeat.*] Leges, inquit, interſem Junonium in Faſtis municipalibus, Aricino, Laurentinis, Lanuvinis, Tiburtinis, Praeneſtinis, nec cum harum urbium auctoribus ullum mihi ſanguinis vinculum. De Faſtis Praeneſtinis non ſilebo illud, publicatos olim ab inſigni libertino Verrio Flacco. Libellus de Illuſtribus Grammaticis: *Statuam habet Praeneſte in inferiore fori parte contra hemicyclum, in quo faſtos à ſe ordinatos & numereo pariſti inciſos publicavit.* Emendent ut volent locum Critici, ego calculum numquam addam. NEAP.

59. *Aricia faſtos.*] *Faſtus* prim. Medic. de quo egimus ſupra initio libri primi. HEINS. *Faſtes* unus codex.

60. *Et populus Laurens, Laviniumque meum.*] *Pro Laviniumque*, *Lanuviumque* emendabat magnus Scaliger. DAN. HEINS. Metri ratio exigit reponamus, *Lanuviumque*, pro *Laviniumque*, cum ſcriptis nonnullis. Urſini codex, *Laviniumque nemus*, pro *Lanuviumque*. eleganter. Fuit enim ingens illic lucus Junoni Soſpitae ſacer, quod ex Aeliani Hiſt. Animal. & Cicerone diſcimus. quamquam Aelianus Lanuvium cum Lavinio confundit. Apud Siliam quoque Italicum non ſemel pari modo peccatur. HEINS. Vide Sigon. ad Liv. VIII. 13. & 14. Pigh. Annal. tom. I. pag. 12. & ad Sil. VIII. 282. Cl. Drakenborchium.

60. *Lanuviumque meum.*] Ibi illi fuit aedes lucusque ſummae religionis: illuc Romani, Republicâ afflictâ, confugiebant. Livius lib. XXII. *Prae quibusdam urbis angustiis mandatum*, inquit, *ut Junoni Reginae in Aventino, & Junoni Sospitae Lanuvii majoribus hostiis sacrificaretur.* & lib. XXI. *Et donum ex auro pondo XL. Lanuvium Junoni paratum est: & signum Matronae Junoni in Aventino adificaverunt.* NEAPOL.

61. *Aſpice Tibur.*] *Inſpice* meliores. HEINS. Ut lib. III. 184. & alibi ſaepius.

62. *Deae.*] *Meae* plurimi.

63. *Junonisque leges tempus.*] Amplectere editionem priſci typi, *Junonale leges tempus*. NEAP.

63. *Illas.*] *Illos* Moreti.

66. *Signa dolentis erant.*] Scripti plerique, *vigoris*, vel *doloris*, quidem etiam, *decoris*, duo, *rubris*, unus, *pudoris*, nil muto. Faſt. IV. de Cerere, 586.

Maximaque in vultu signa dolentis erant.
HEINS. Vid. Remed. 510.

Non ego, ſi toto mater me cedere coelo
Juſſerit, invitâ matre morabor, ait.
Nunc quoque non luctor de nomine temporis hujus.
Blandior, & partes pene rogantis ago.
Remque mei juris malim tenuiſſe precando;
Et faveas cauſſae forſitan ipſe meae.
Aurea poſſedit ſocio Capitolia templo
Mater, & ut debet, cum Jove ſumma tenet.
At decus omne mihi contingit origine menſis.
Unicus eſt, de quo ſollicitamur, honor.
Quid grave, ſi titulum menſis, Romane, dediſtis
Herculis uxori, poſteritasque memor?
Haec quoque terra aliquid debet mihi nomine magni
Conjugis. huc captas adpulit ille boves.
Hîc male defenſus flammis & dote paternâ
Cacus Aventinam ſanguine tinxit humum.

Ad

67. *Non ego, ſi toto.*] Inſurgit primo pro ſe Hebe, ſive Juventas; & memorat antiqua officia conjugis in urbem collata: ſecundo, juvenum cauſſam tuctur. nam ſcripſit Macrobius: *Junius Majum ſequitur, aut ex populi parte, ut ſupra diximus, nominatus:* hoc eſt, juniorum. NEAP.

67. *Me cedere.*] *Decedere* Ed. Neap. & aliae, & ita prim. Farnef.

69. *Non luctor.*] *Cum luctor* Laeti codex: non male, ſi poſt *hujus* minor diſtinctio ponatur. *nunc ego non tres. hoc quoque non* Arond.

71. *Malim.*] *Mallem* Ed. Neap. & aliae, cum quatuor ſcriptis.

72. *Et faveas cauſſae forſitan ipſe meae.*] Alii, *faveat ipſa*, ut ad Junonem reſpiciat. HEINS.

73. *Socio.*] *Poſito* plurimi. & in Mazar. gloſſa erat, id eſt *aedificato*. ut lib. II. 63. *templorum poſitor.*

74. *Ut debet, cum Jove ſummâ tenet.*] *Templa tenet* in nonnullis. ſed nil mutandum, cum *ſocio templo* praeceſſerit. arcem Capitolinam intelligit, ubi Juno Moneta colebatur. Faſt. VI. 183.

Arce quoque in ſumma Junoni templa Monetae
Ex voto memorant facta, Camille, tuo.

& ita lib. V. 560.

Et probat invictos ſumma tenere Deos.
HEINS.

76. *Sollicitamur.*] *Sollicitemur* Bonon.

77. *Romane, dediſti.*] *Dediſtis* Voſſianus & duo Medicei. ut ad poſteritatem quoque referatur. HEINS. Sed & *Romani, dediſſe*, licet *poſteritas* non ſequeretur, fiare poteſt. vid. lib. IV. 257. *meritis mihi Roma dediſti* Bernenſ.

81. *Et dote paterna.*] Ipſe de eodem Caco in

Ad propiora vocor. populum digeſſit ab annis
Romulus, in partes diſtribuitque duas.
Haec dare conſilium, pugnare paratior illa eſt:
Haec aetas bellum ſuadet, at illa gerit.
Sic ſtatuit, menſesque notâ ſecrevit eâdem.
Junius eſt juvenum; qui fuit ante, ſenum.
Dixit: & in litem ſtudio certaminis iſſent;
Atque irâ pietas diſſimulata foret.
Venit Apollineâ longas Concordia lauro
Nexa comas, placidi numen opusque Ducis.
Haec ubi narravit Tatium, fortemque Quirinum,
Binaque cum populis regna coïſſe ſuis;

Et

primo operis, ubi deſcribit Herculis & hujus congreſſum:

——— *Patrias male fortis ad artes*
Confugit, & flammas ore ſonante vomit.

NEAPOL. *Et arte Paterna.* Manarin. male. vid. t. Ant. Adm. 56. puto *arte* eſſe gloſſam τοῦ *dote.* Superiore verſu, *attulit*, etiam Voſſian. & Moreti. *abſtulit* Manarin. vid. lib. t. 543. pf. 650. & inf. 519. *cepit* decies etiam unus Medic. vid. lib. v. 620. *raptos* duo. BURM.

83. *Populum digeſſit ab annis.*] In ſeniores & juniores. NEAP. *Ab armis* unus Heinſii.

84. *Diſtribuit.*] *Conſtituitque* prim. Ambr. Laeti & tres alii.

85. *Pugnare paratior illa eſt.*] Ratio apud Plutarchum in libello, An ſeni ſit gerenda Reſpublica: Ἔστι γὰρ τὸ, ἃ τοὺς νέους δεῖ πράττειν ἀσφαλῶς, ταῦτα τοὺς πρεσβύτας ἀκινδύνως ἐπιτηδεύειν, καὶ ὃ πάλιν τοῖς νέοις ἐστὶ μεγαλοπρεπὲς, τοῦτο τοῖς γέρουσιν ἀπράγμονας. NEAPOL.

86. *Bellum ſuadet.*] Bonum hoc, ſed an germanum: negat meus liber qui praefert, *bellum ſuadeat, illa gerat.* NEAPOL. Lege cum ſex ſcriptis, *ſuadet, at illa gerit.* vel, *ſuadet & illa gerit*, cum Urſini & nonnullis aliis libris praeſtantioris notae. Amor. lib. I. Eleg. IX.

Illa ſuos homines ferrae, at iſte ducit,
& mox,
Hic portas frangit; at illa foret.
HEINS. *Suadet ut illa gerat* duo.

88. *Junius eſt juvenum; qui fuit ante, ſenum.*] Sic diſtinguo. *Junius* hic Zulich. Puto,
Junius hinc juvenum; qui fuit ante, ſenum eſt.
qui fuit ante, qui praeceſſit, Majus videlicet. HEINS.

89. *In litem.*] *In partem* Helmaſtadienſis.

91. *Longa Concordia lauro.*] Haec, repulſa Tatiorum Dei, noſtro an docte & ſcite, probat à junctâ, Romulo & Tatio, Sabinorum Rege, menſem Junium ſic dictum, quaſi Unium, ſive Jungium. NEAP.

92. *Placidi numen opusque Ducis.*] Auguſtus hic, an Tiberius? utrique ſane laus propria. Sed cur te celem hanc mentem? malim Tiberium; cum & ſcribant de eo Hiſtorici, & Noſter in primo libro finem, templum hunc Divae poſuiſſe. NEAPOL. *Munus opusque* Hamburg. Junian. & alter Petavianus. ſic haec duo conjunxit etiam Pont. lib. IV. Eleg. prima:

Tutelaeque ſuae munus opusque tuae.

infra hoc ipſo libro, 774.

Ite Deam laeti Fortem celebrate Quirites,
In Tyberi ripâ munera Regis habet.

In obitum Druſi, 287.

Nec ſua conſpiciet (miſeram me!) munera Druſus,
Nec ſua pro templi nomina fronte leget.

Art. Amat. lib. I. de Concordiae Templo:

Aut ubi muneribus nati ſua munera mater
Addidit; externo marmore dives opis.

Triſt. lib. II. 241. ex antiquis libris:

Venerit in magni templum, tua munera, Martis.

ubi *numina* in vulgaris nunc circumfertur. HEINS. Vid. ad Vellej. Paterc. II. 48. *opusque dei* Sarravii liber.

94. *Regna.*] *Signa* duo ſcripti.

97. *Divae.*] *Nymphae* prim. Ambroſ.

98. *Res eſt arbitrio non dirimenda meo.*] *Lis dirimenda* ab Ovidio ſcriptum fuiſſe exiſtimo, ut Jurisconſulti paſſim. etſi vulgata lectio membranas omnes habet auctores. HEINS. Sic & *litem dirimere* dixit lib. I. Met. 21. ſed, cum *res* etiam litem ſapius notet, quid opus contra codices ſic quid novare? *judicio non d.* prim. Ambroſ. & Laeti.

99. *It*

Et Lare communi ſoceros generosque receptos;
His nomen junctis Junius, inquit, habet.
Dicta triplex cauſſa eſt. at vos ignoſcite, Divae:
Res eſt arbitrio non dirimenda meo.
Ite pares à me. pierunt judice formae
Pergama: plus laedunt, quam juvet una, duae.
PRima dies tibi, Carna, datur. Dea cardinis haec eſt.
Numine clauſa aperit, claudit aperta ſuo.
Unde datas habeat vires, obſcurior aevo
Fama; ſed è noſtro carmine certus eris.
Adjacet antiqui Tiberino lucus Helerni:
Pontifices illuc nunc quoque ſacra ferunt.

Inde

99. *Ite pares a me.*] Heinſ. conjecerat olim, *Ite pares ambae.*

100. *Pergama.*] Troja ſcilicet, ruinam paſſa ob judicium Paridis. NEAP.

100. *Quam juvat una.*] *Juvet* Arond. prim. Farnef. Gottorph. & undecim alii. HEINS.

101. *Dea Cardinis haec eſt.*] Hinc cuidam ex antiquis *Cardinea* haec dicta, ſive *Cardea*: prius, inquit Noſter, nominata *Crane*; quaſi dicas, ni fallor, κρανέη. nam ſtatim ſequitur:

Rura ſequi jaculisque feras agitare ſolebat.

Hujus feſtum, ut vides, erat Kalendis Junii: eamdem diem in ſequentibus dat templo Junonis Monetae, templo Martis extra portam Capenam, templo Tempeſtatis, quibus verus Kalendarium IV. Nonas, his notis, A. F. MART. CAR. MONET. NEAPOL. Macrobius Saturnal. lib. I. cap. 12. *Nonnulli putaverunt, Junium menſem a Junio Bruto, qui primus Romae conſul factus eſt, nominatum, quod hoc menſe, id eſt Kalendis Junii, pulſo Tarquinio, ſacrum Carnae Deae in Coelio monte voti reus fecerit. Hanc Deam vitalibus humanis praeeſſe credunt: ab ea denique petitur, ut jecinora & corda, quaeque ſunt intrinſecus viſcera, ſalva conſervet, & quia cordis beneficio, cujus diſſimulatione Brutus habebatur, idoneus rerumpublicarum ſtatus exſtitit, hanc Deam, quae vitalibus praeeſt, templo ſacravit, cui pulte fabacia & lardo ſacrificatur, quod his maxime rebus vires corporis roborantur. nam & Kalendae Junius vulgo fabariae vocantur, quia hoc menſe adultae fabae divinis rebus adhibentur.* in quibusdam Macrobii exemplaribus non *Carna*, ſed *Carna*, haec Dea nuncupatur. *Carda* eſt Tertulliano libro de Corona, qui eam cum *Foreulo* forium Deo conjungit cap. XIII. ubi tamen tres codices Vaticani *Carnam* agnoſcunt. quod a Pamelio non debuit damnari. at libro de Idololatria cap. XV. & in Scorpiaco adverſus Gnoſticos eidem Tertulliano haec Dea *Cardea* dicitur. item Cypriano de Idolorum vanitate & Auguſtino de Civitate Dei, lib. IV. cap. 8. ſi integri iſthic locorum ſint codices. certe Tertullianus is ipſe libro II. ad Nationes cap. 9. *Dii ſunt Publici & Advenitii dicti. Id enim aras decent, advenitiorum ad fanum Carnae, publicorum in palatio.* ita ſcribendum. fruſtra ediderunt ex S. Agobardi codice, cui libellos iſtos debemus, *ad fanum Carnae*: nam capite XV. ejusdem libri, ubi meminit denuo hujusce Deae, *Carna. Car* loco mutilo eſt ſcribendum, vel *Cardea*. HEINS.

101. *Unde datas habeat vires.*] Puto *ratas*. ſed pro vulgata lectione ſtant libri veteres. HEINS. Cl. Bentl. ad Horat. II. Serm. 2. 31. *datas* deſcendit, & nos jam ſaepe hanc vocis *datis* in *ratis* mutationem rejecimus.

104. *Sed è noſtro carmine certus eris.*] Sic liber Urſ. optima lectio. CIOFAN. *Fama, ſed è noſtro carmine doctus eris* Junian. *doctus* etiam quinque alii. *fama eſt, ſed noſtro* Gryph. & in margine *eſt è noſtro.*

105. *Tiberino lucus Helernae.*] Nihil mutandum cenſeo. Tres apud me veteres habent, *Tiberinas lucus Hilernae*: ac ſi ſenſus, prope lucum Hilernae adſidet alius, quo Pontifices ſacra ferunt. Sed ſimiles labeculae in hoc textu interſperſae à ſciolis aliquot, qui *Tiberino* hîc ſubſtantivo modo dici poſſe ſibi non perſuadebant: his bardis ſcribam exempla. Propertius:

Hac quondam Tiberinus iter faciebat.

& Noſter in IV.

——— *Qua ſe Tiburinus in altum*
Dividit, & campo liberiore natat.

Moneo etiam, varias eſſe Hilernae γραφὰς in vulgatis & antiquis: alii ſcribunt, *Helerni*, alii, *Illerni*. Onuphrius Panvinius vir magnus in Urbis Topographiâ, Regione XIII. ſcribit:

ÆDICVLA HYLERNÆ.
LVCVS HYLERNÆ.

Tar-

Inde fata est Nymphe (Granen dixere priores)
Nequicquam multis saepe petita procis.
Rura sequi, jaculisque feras agitare solebat;
Nodosasque cavâ tendere valle plagas.
Non habuit pharetram: Phoebi tamen esse sororem
Credebant: nec erat, Phoebe, pudenda tibi.
Huic aliquis juvenum dixisset amantia verba;
Reddebat tales protinus illa sonos;
Haec loca lucis habent nimis, & cum luce pudoris.
Si secreta magis ducis in antra, sequor.
Credulus antra subit. frutices haec nacta resistit:
Et latet, & nullo est invenienda modo.
Viderat hanc Janus; visaeque cupidine captus
Ad duram verbis mollibus usus erat.
Nympha jubet quaeri de more remotius antrum:
Utque comes sequitur, destituitque ducem.

Stul-

In Sexto Rufo & P. Victore nulla mentio vocum. Neapol. Malo, *antiqui Italorum*, cum prim. Amiccimo & duobus aliis. *antiquus Tyberini lucus* Mazar. Ceterum de *Helorus* & diversis hoc loco lectionibus vide quae notamus lib. II. fol. 67. Heins.

106. *Sacra ferunt.*] *Illic* Putean. *sacra canunt* Mazar. alter.

107. *Granen dixere priores.*] Ita legi supra, & ex meo. Duobus est, *Granen*; vulgato pessime, *Grauen*. Neap. *Granen* Moretti. *Grangen* alter. *Grauen* Mazar.

110. *Cava.*] *Vasta* unus Heinsii.

113. *Dixisset amantia verba.*] Idem liber & tres Vossii ita habent. vere. Crepan. Deest particula, *si*, *si dixisset*. Neap. *Huic si quis juvenum dixisset amantia* Amic. Lacet & duo alii. *aliquis juvenum si dixit* Thuan. Sic edito Gryph. *cum dixit* Putean.

114. *Secreta.*] *Deserta* duo. placet.

116. *Ducis in antra, sequor.*] *Sequor* meliores. sic apud comicos saepe, *I prae, sequor*. Trill. III. 2. 1. *Duc me: summae sequor*. sic & ibi veteres. Heins. Vid. ad Ster. IV. 527.

117. *Credulus antrit.*] *Ante* inire alii plurimi, *ante* subit. *ibi* alter. Sed recte, si quid judico, Regius & quat. Bunonienses, *antra subit*. lib. II. 343.

Ad sua, fallit ego, laquearia pendet ab ense,
Heins. Lib. V. 691.

Et sibi fallit ego, vocantia fata
Audit.

118. *Inveniendo loco.*] Vetus liber, *inveniendo modo*. Neap. Vid. ad I. Met. 628.

119. *Captus.*] *Tactus* duo. *formaeque cupidus* Thuan.

121. *Quaeri de more.*] *De more petat* Moreti & duo alii. sed tunc *remotius* legendum foret, vel *secretius*.

124. *Nil agis, & latebras respicit ille tuas.*] Lege, *Nil agis, en*, quomodo Arondellianus. Sequenti etiam versu censeo scribendum, *Nil agis, en. dixin?* cum scripti ac vulgati perperam *dixi* agnoscant. sunt enim non Jani, sed poetae interpellantis certe *dixi* est in Juniano, Erfurtensi & uno Vaticano. unus Patavinus, *dico*. Vide Notas ad Ibid. XII. fol. 71. Heins. *Latebras perspicit* Petr. alter.

125. *Occupat amplexu.*] Hui, hui, tu ille Janus, de quo Augustinus VII. Civitatis Divinae: *De Jano non mihi facile quidquam occurrit, quod ad probrum pertineat; & forte talis fuit, ut iam nimius vixerit, & à facinoribus & flagitiis remotus.* Neapol.

126. *Tegus petitus ait.*] *Stegus petitus* Ursini & unus Patav. probe. simile mendum in initio Elegiae primam lib. III. Pont. *Cupias, ut spe potiarii, spetet*. ubi re male legitur. sic Met. lib. XI. *Spe petitur taedam*. sic & *auso potiri* passim. & *votis* Stat. Achill. I.

Vi petitur voto.
& Nollet XI. Met. 265.
Et petitur votis, ingentique implet Achille.
Heins.

127. *Jus pro concubitu.*] Erat illud, ut à sponsis & omni limine noxia & infausta omnia depellerentur, tum nocturna spectra, tum alia infesta: ea vis infixa erat spinae albae, quam Janus ei dederat. hinc introducit Striges quondam illam abegisse, quae Procae infantis faciem in cunis laniarant. Interim tu legito genus volucrum tam belle & presse descriptum; sed prius quae sit haec alba spina. Neapol. *Concubitu, nostri tibi cardinis unus.*

129. *Spinam.*] *Virgam* fere omnes scripti. & ita edidit Neapolis. sed vide ad lib. II. 28.

130. *A foribus noxas.*] Dioscorides de Rhamno: *λεγεται δὲ καὶ αλλῶς αὐτὴς, βίτους ἢ βυβίστ πρὸς θύρας, ἀπὸ τοῦ τὰς τῶν φαρμάκων κακουργίας.* Rhamnus & alba spina synonyma. Glossae veteres, *spina alba, βάτος λεύκη, βάμνος*. Graeci tamen & Latini passim miscent & confundunt albam spinam, *ξυόκανθον, λευκάκανθον*, aquifolium, *πυκνὸς, λευκὴ, ἀκανθιὰ*. Quod observandum duxi, omnibus spinarum generibus veteres noxarum pellendi vim ingenitam credidisse: nam & aspalato (arbor est alba cum spinis) eamdem tribuunt potestatem. Excerpta Γεωπονικῶν lib. XV. *Ὁ κυπάρισσος λίαν κείμενος ἐν τῇ οἰκίᾳ πάντα φθόνον καὶ ἐπιβουλὴν ἐλαύνει τὰ δ' ἀπὸ πικρίας καὶ αἱ ῥίζαι τῆς ἀσπαλάθου.* De aquifolia Plinius: *in domibus & villis fata, venefícia arcet*. Et sic alii de reliquis, quas praedixi. Neapol.

131. *Non quae Phineia mensis.*] Tangit hîc Harpyias, quae cibos & mensas Phinei fraudarunt. Nota fabella. His, inquit, sunt striges haud multo dissimiles. Neap.

Stulta, videt Janus quae post sua terga gerantur.
Nil agis en: latebras respicit ille tuas.
Nil agis en, dixi. nam te sub rupe latentem
Occupat amplexu; speque potitus ait:
Jus pro concubitu nostro tibi cardinis esto.
Hoc pretium positae virginitatis habe.
Sic fatus, spinam, quâ tristes pellere posset
A foribus noxas (haec erat alba) dedit.
Sunt avidae volucres; non quae Phineïa mensis
Guttura fraudabant: sed genus inde trahunt.
Grande caput: stantes oculi, rostra apta rapinae:
Canities pennis, unguibus hamus inest.
Nocte volant, puerosque petunt nutricis egentes;
Et vitiant cunis corpora rapta suis.
Carpere dicuntur lactentia viscera rostris;
Et plenum poto sanguine guttur habent.
Est illis strigibus nomen: sed nominis hujus
Causa; quod horrendâ stridere nocte solent.

Sive

133. *Stantes oculi.*] *Grandes oculi* sex libri. *stantesque* quatuor.

134. *Canities pennis.*] Vere nascitur quae sit haec avis; & incerta, ut fatentur omnes. Q. Serenus pullis plumis eam vestit; ni causa epitheti sit volucris nocturnus incessus. Neapol. *Plumis* Vossian. & tres alii. *hamus erat* Putean. alter.

135. *Nocte volant.*] Statius lib. II. Thebaidum:

Nocturnaeque gemunt striges. ——

& Lucanus libro primo:

Quod trepidus bubo, quod strix nocturna queruntur.

Neapol.

135. *Puerosque petunt.*] Huc pertinent illa Isidori: *Haec avis vulgo anima dicitur, ab amando parvulos: unde & lac praebere dicitur nascentibus.* quid hoc? gerrae. Vespertilio tantum ex avibus mammas habet. Neap.

136. *Et vitiant.*] *Et jugulant* duo.

137. *Lactentia viscera.*] *Lactantia* Moreti, Bernens. & Petav. *pectora* tres. *corpora* Ambros. & undecim alii. mox, *plenum puro*, Mazar. *pectus habent* Moreti.

139. *Strigibus.*] Plautus producit Pseud. III. II. 31.

Non condimentis condiunt, sed strigibus.
Donza. *Est illis striges nomen* Junian. vid. lib. V. 595. *strigilis* quatuor.

140. *Stridere nocte solent.*] Isidorus: *Strix nocti-*

Sive igitur nascuntur aves, seu carmine fiunt;
Naeniaque in volucres Marsa figurat anus;
In thalamos venere Procae. Proca natus in illis,
Praeda recens avium quinque diebus erat.
Pectoraque exsorbent avidis infantia linguis.
At puer infelix vagit opemque petit.
Territa voce sui nutrix adcurrit alumni;
Et rigido sectas invenit ungue genas.
Quid faceret? color oris erat, qui frondibus olim
Esse solet seris, quas nova laesit hiems.
Pervenit ad Granen, & rem docet. illa, Timorem
Pone; tuus sospes, dixit, alumnus erit.
Venerat ad cunas: flebant materque paterque.
Sistite vos lacrimas, ipsa medebor, ait.

Pro-

Strix avis habens nomen de sono vocis: quando enim clamat, stridet. Ab eodem etymo dicitur & Graecis στρίγξ, καὶ στρίγγὸς ἀπὸ κλαγγῆς, καὶ στρυγός. unde & *ranca* illa ell Senecae Tragico in Medea. Hujus stridorem pro infausto & malo omine habuerunt veteres: iidem exsectis ejusdem viscetibus ad veneficia usi; idque colligo ex ipsomet Corinthi in Tragoedia citatâ Actu IV. NEAPOL. Lege, *horrenda voce*, vel contra libros veteres. lib. II. Artis Amatoriae 328. etiam *noctis* pro *vocis* legitur. Isidorus Etymolog. *Strix nocturna avis habet nomen de sono vocis, quando enim clamat, stridet.* Virgil. lib. IX. 112.

——— *tuae vox horrenda per auras*
Exciet.

Val. Flaccus lib. I. 209.

——— *vox reddita tandem;*
Vox horrenda viris.

Sic horrendi cantores apud Virgil. II. 222. Noster Fast. IV. 190. *horrendo luces adimenda sono.* & *horrendum movere* in Ibide. 75. Janus Vitrius, *horrendum fridere*, legebat: ut apud Virgilium lib. VI. *Stridet horrendum stridens.* sed de nocte jam praecellerat. HEINS.

141. *Nec carmine fiunt.*] An detur lycanthropia haud nobilem memere: sed passim legitur apud Talmudis, ut Apuleium & alios, de quadam Vitulo. Noster in horis nequitiarum:

Nunc ego mollitas fugiens volitare per umbras
Nocte, & planctus cernit amita tuos.

Strigem, nocturnas volucres; & Festus: *Strigem, sinistram nocturnam nominatam esse: quas Graeci [illegible] dicunt. Hinc ad opprobrium nos [illegible] dicimus, Parcunt prigi.* Glossarium, *[illegible]*, *[illegible]*. Sed *volatilia [illegible]*, ob *[illegible]* ipsum in animal volatile. Alioquin volatica ars est, quae ad augures spectat. Hoc verbo, si bene memini, usus Tertullianus sub Pallii finem: *Et Sophista*, inquit, *& Medicus, & Poëta, & qui musicam pulsat, & qui stellarem conjectat, & qui volaticam spectat, omnis liberalitas studiorum quatuor mitis angulis sepitur;* id est, sub pallio quadrangulari. NEAPOL.

142. *Naeniaque in volucres.*] Elegantissimeidem magnus Scaliger, *Naeniaque in volucres Marsa figurat anus.* Horat. Epod. Ode XVII. *Ergo negatum vincor ut credam miser, Sabella fictus increpare carmina. Caputque Marsa dissilire naenia.* Et ita in Aldina anni M. D. XXXIII. expressum. D. HEINS. Naenia hîc non carmen lugubre, sed verba, quae concipiebantur ad lycanthropiam. Quodvis dictum priscum saeculum dixit *naeniam.* Protritum illud, *Sorex indicio suo periit.* Ita appellat Plautus in Bacchidibus. *Falsa figurat anus* Noster. Liber vetus quidam, *saga*, alius, *marsa.* Utraque lectio ad verum; sed ultimam retineo. Horatius Epodon libro ad Canidiam:

Ergo negatum vincor ut credam miser,
Sabella potius increpare carmina,
Caputque Marsâ dissilire naeniâ.

Vide ad haec veteres & hujus aevi Nostri Scholiastes. NEAPOL. *Naenia Marsa* Ursini, Naugerii, unus Patav. & unus Mediceus. optime. dictum Art. Am. lib. II. Vs. 102. Hanc etiam lectionem in uno suo Neapolis invenit. in alio, *Nania saga.* etiam non male. HEINS.

143. *In Thalamos venere Procae.*] Proca ille Rex Albanus; sed purum figmentum. NEAP.

145. *Pectoraque.*] *Exsorbent avidis infantia pectora linguis* Moreti. mox, *Et puer*, plenquecisque.

147. *Nutrix.*] *Genitrix occurrit* Thuan. *occurrit* etiam Bernens.

148. *Sectas.*] *Fractas* Ambros. prim.

149. *Quid*

Protinus arbuteâ postes ter in ordine tangit
Fronde: ter arbuteâ limina fronde notat.
Spargit aquis aditus, sed quae medicamen habebant:
Extaque de porcâ cruda bimestre tenet.
Atque ita, Noctis aves, extis puerilibus, inquit,
Parcite: pro parvo victima parva cadit.
Cor pro corde, precor, pro fibris sumite fibras.
Hanc animam vobis pro meliore damus.
Sic ubi libavit, profecta sub aethere ponit:
Quique sacris adsunt, respicere illa vetat.
Virgaque Janalis de spinâ sumitur albâ:
Quâ lumen thalamis parva fenestra dabat.
Post illud nec aves cunas violasse feruntur;
Et rediit puero, qui fuit ante, color.

Pin-

149. *Quid faceret.*] *Faciat* Strozzae. mox, *esse solet tardis*, tres libri. male. vid. III. Art. 703. *laesit* etiam nonnulli. vid. III. Trist. VIII. 30.

152. *Tuus.*] *Pone tuam sospes* Ambros. & Patav. *sospes inquit* septem libri. mox, *flebat*, quinque. *flebant matresque patresque* unus Heinsii.

155. *Tangit.*] *Texit* unus, unde Heinsius faciebat, *tergit.*

156. *Fronde notat.*] *Tegit* duo libri, unde *Terit* olim faciebat Heinsius. *lumina* etiam Excerpta Dorvae.

157. *Spargit aquis aditus, & aquae medicamen habebant.*] Duo veteres, unus Vatican. alter Bononiensis, *& quae.* lege, *sed quae medicamen habebant.* Aquas lustrales intelligit. HEINS.

158. *Cruda bimestre tenet.*] Solita illa plerumque elixa Diis offerri. Servius: *Reddi exta dicebantur, cum probata & elixa aræ super ponebantur.* & alibi, *quae nonnumquam ablata, elixa etiam ipsa reddebantur.* Sed nec quod tangit Ovidius est mos inauditus. Arnobius lib. VII. *Averruncis stomachorum numina laborant? ut ad expellenda fastidia saporum varietas quaeratur? ut modo his assa, modo cruda ponantur, semicocta modo & semicruda?* & lib. II. *Cum, Romulo Pompilioque regnantibus, porcella plane & madida cremarentur Diis exta, nonne Rege sub Tullo semicruda coepistis & leviter animata porrigere, priscâ observatione contentâ?* Hoc tamen sacro nec cruda puto postea arae cremanda imposita; quia sub dio, ut vides, ea locat, quae rapere volatices illas credebat: unde jubet, ne praesentes exta respiciant; ut praecipit ille in Lemuralibus lib. V. post jactum fabarum, ut legumen, umbra sibi ipsi, legat. NEAP.

158. *Bimestre.*] *Bimatre* Peravii alter & Putean. pro varia lectione. *porco* etiam Regius.

160. *Pro parvo.*] *Pro puero* tres. vid. lib. II. 385. *parva datur* prim. Ambr. & Lacti. vid. I. 388.

161. *Pro fibris sumite fibras.*] Λοβὸς τοῦ ἥπατος Graeci dicerent. Hujus vero divortia notat Hesychius vocasse aruspices πύλας; eaque accurate solita ab iisdem inspici. O infaniam! bene ille: *Occidebatur pecus, ut quod vivum nihil foret, divinares occisum; & loqueratur è fibris mortuum, quod numquam locutum fuerat ore.* NEAP.

162. *Hanc animam vobis.*] Alieni fati vicariam. Videtur alludere ad eos, qui sponte mortem pro alio obibant: Graecis ἀντίψυχοι dicti. NEAP.

163. *Profecta.*] Sunt, quae nostri aliter dixere proficias, & praeficias, sive prosicia, exta secta jam in exiguas miculas. Glossae exponunt, *θυμάτων λπτυγάς.* Festus: *Prosicium, quod profectatum porricitur.* His opponuntur, quae vocat Arnobius, *solida animantium viscera.* NEAP.

163. *Sub aethera ponit.*] *Aethere* meliores. & sequenti versu, *quique sacris adsunt*, Voss. Helmaell. & sex alii, non *adsunt sacris.* HEINS. *Sub aëre* Edit. Neapol. & aliae.

164. *Respicere.*] *Respuere* prim. Farnef. *prospicere* Ambros. & duo alii. *respicere extа* Bernens.

165. *Janalis.*] Insolentius hoc nomen, neque quemquam novi, qui a Jano *Janalem* deduxerit. in Bononiensi erat, *Najalis* unde *Majalis*, vel *ramalis* conjecerat olim Heinsius, ut sit virga ex ramo arboris, ut lib. VIII Metam. 634. *ramalia arida.* & Pers. V. 59. *ramalia fagi.* neque movere debet, quod spinae albae vix rami possint tribui, cum Columella lib. VII 19. eam inter arbores recenseat, ut pinum, loton, juniperon, &c. in Salmas. Exercit. Plinian. pag 370. quem Neapolis ad Vs. 130. compilavit, offendit. ubi & Graecos *fagum* dixisse offendit. vid. Nicand Ther. 861. & ibi Schol. an forte hinc Nasonis *ramalem* formaverit? vix tamen credo. BURM

165. *De spina sumitur albâ.*] *Ponitur albâ* in nonnullis. NAUG. *Ponitur* Asond. Voss & plurimi praeterea

Pinguia cur illis guſtentur larda Kalendis,
Mixtaque cur calido ſit faba farre, rogas?
Priſca Dea eſt; aliturque cibis, quibus ante ſolebat:
Nec petit adſcitas luxurioſa dapes.
Piſcis adhuc illi populo ſine fraude natabat:
Oſtreaque in conchis tuta fuere ſuis:

Nec

terea veteres. recte, niſi cum Jano Vitio noſtro mavis, *fuiſſe*. Heins.

166. *Quae lanea thalamis.*] Huc vere pertinent illa Diofcoridis, quae ſupra citavi e lib. primo cap. CXXI. Λέγεται δὲ καὶ κλῶνας αὐτὲ, ὑφαι ἢ δεσμὸν πεποιῆσθαι, ἀπωρρόων τὰς τῶν Φαμάκων κακοτροπίας. Neap.

167. *Poſt illud.*] Francof. *poſt illam*.

167. *Nec aves cunas violaſſe.*] Fuere & alia antidota adverſus has. Scita carmina apud Feſtum, quibus ſoliti Graeci illas avertere. Juvit etiam album puero annexum, & utrique brachio hyenae viventis oculus erutus. Sed de allio Q. Serenus:

Praeterea ſi forte premit ſtrix aera puellos
Viroſa immulgens exeris ubera labris;
Allia praecepit Titinii ſententia recti,
Qui veteri clarae expreſſit more togatae.

Hic Titinius eſt ille praenomine C. qui fabulas togatas ſcripſit. Neap.

169. *Pinguia cur illis.*] De ſacrificiis, quae Divae Carnae, fiebant ita Macrobius primo Saturnalium: *Hanc*, inquit, *Deam vitalibus humanis praeeſſe credunt. Ab ea denique petitur, ut jecinora & corda, quaeque ſunt intrinſecus viſcera, ſalva conſervet. Et quia cordis beneficio, cujus diſſimulatione ſaepius laboratur, idoneus emendationi publici ſtatus exiſtit, hanc Deam, quae vitalibus praeeſt, templo ſacravit: cui pulte ſuillâ & lardo ſacrificatur; quod his maxime rebus vires corporis roborentur.* Naſo refert ad frugales antiquorum mores & cibos. Neapol.

170. *Mixtaque cum calido farre.*] Haec puls fabarea, ſeu tabata, de qua ſupra Macrobius. Unde *fabatarii* dicti vaſa, quibus hujuſmodi cibus conditus infundebatur. Mentio horum apud Aelium Lampridium in his de Heliogabalo: *Barbas ſaepe auratum tonſas jubet exhiberi, ut pro naſturciis, opiariis, & ſatelaribus, & foenograecis exhiberet plenis fabatariis & defixis.* Sed hic *fabatarium* pro quolibet amplo vaſe. Revertor ad pulmentarium ex faba & farre, quo puto Graecis ἔτυς dictum eximiuſſe eruditiſſimum Delecampium: nam hoc verbum in verſiculo Mneſimachi apud Athenaeum verſat, *ex fabâ freſſâ paſtum*. Neſcio, an docte: nam ἔτυς eſt nomen genericum, adſignificans quodvis pulmentarium ex leguminibus confectum. Unde Athenaeus lib. IX. vocat ἑτυσίαν δεῖπνα, prandium ex illis paratum: imo ibi nominatim exprimit ex piſo, fabâ, lente & araco. Solus Ariſtophanis Scholiaſtes ſcribit, eo nomine intelligi ἄθαρυν, decoctum etiam ex piſis, ſeu phaſeolis. Neapol.

170. *Sit faba farre rogas?*] Lege, *ſi rogas*. quamquam ſcripti cum vulgatis hic conſentiunt. Heins. *Sit faba* tres libri. unus Vaticanus etiam,

Mixtaque cur calido ſit faba farre rogas?

venuſtius, ut puto. ſic lib. I. 128. quidam codices, *mixtaque farra ſale*. vid. & Ep. VI. Heroid. 56. Burm.

172. *Adſcitas.*] *Accitas* Thuan. *adeitas* Regius.

173. *Piſcis.*] De luxuria veterum in piſcibus vide copioſe Athenaeum Deiphoſophiſticis, & Gell. lib. VII. cap. 16. Heins.

173. *Piſcis adhuc illi populo.*] Alii, *illi populi* vel *illic populi*. Putabam aliquando,

Piſcis adhuc illis populi ſine fraude natabat.

Heins.

174. *Oſtreaque.*] *Oſtra quoque* in Patav.

174. *Tuta fuere ſuis.*] Nihil his frequentius poſtea in coenis priſci ſaeculi, imo ante coenam: nam ad guſtationem & πρόποσιν, ut ita loquar, ille uſum. Vide Macrobium III. Saturnalium. Seneca in Epiſtolis: *Dii boni, quantum hominum unus venter exercet? Quid, tu illos boletos, voluptarium venenum, nihil occulti operis judicas facere, etiam ſi praeſentanei non furant? Quid, tu illam aeſtivam mensam non putas caillum jecinoribus obducere? Quid, illa oſtrea, inertiſſimam carnem, coeno ſaginatam, nihil exiſtimas livoſae gravitatis inferre.* Neap.

175. *Quam praebet Ionia dives.*] Ignoti Latinis, inquit, erant attagines; dixit, *Ionices*: non quod in reliquis Aſiae provinciis rarus hic ales; ſed quia Ionicus ſapore reliquos Aſianicos longe ſuperabat. Martialis:

Inter ſapores fertur alitum primus
Ionicarum paſtus attagenarum.

Hieronymus ad Salvinam: *Procul ſint convivii tui phaſidis avis, craſſae turtures, attagen lasciva, & omne aves, quibus ampliſſima patrimonia avolant. Attagenes* ex Graeco habemus; Latinis eſt *rupicula*, ſive *gallina ruſtica*. Gloſſae, *gallina ruſtica, ἀττυγών*. Nota vero, quod Graecis pluraliter non ἀττυγῆνες, ut nobis attagenes, ſed ἀττάγας, ut ceptum diſcimus ex Athenaeo lib. IX. De corpore &

Nec Latium norat, quam praebet Ionia dives,
Nec quae Pygmaeo ſanguine gaudet, avem.
Et praeter pennas nihil in pavone placebat:
Nec tellus captas miſerat ante feras.
Sus erat in pretio: caeſâ ſue feſta colebant.
Terra fabas tantum, duraque farra dabat.

Quae

& pennâ hujus aliis haec Alexander Myndius: Μικρῷ ῥᾳδίως ἂν τις εἰρήκοι ὅλῳ ὅτι κατεσκεύασται ἀπὸ τοῦ τόνου, τοσούτοις τοῖς χρώμασι, ποικιλίζουσα μᾶλλον. Neapol. *Quod praebet* Mazar. & ſex alii. *Aonia* Sarrav. & Bernenſ.

176. *Nec quae Pygmaeo.*] Gruibus & cygnis oculos conſuebant, & in tenebris ad victum faginabant. Plutarchus ἀφὶ Σαρκοβυσίας: Ἄλλοι γερανοὺς ὑφαντοὺς καὶ πτηνοὺς δουλεύσαντες καὶ δαπλάσαντες τὸ εἰδὸς παίσιον, ἀδοκήτοις μηχαναῖς καὶ παρυπίοις τισὶ τοῦτο τὸ σῶμα ἐξυπουδῆσι. Neap.

176. *Gaudet Avis.*] *Avem* Urſini, Voſſii, unus Vatic. & Mediceus. venuſte & vere. ſic apud Virgilium libri meliores Eclog. II.

Juvenes alium, ſi te hic faſtidit, Alexin.

ita apud Juven. X. 254. ex MSS.

— *cum quaerit ad omni,*
Quisquis adeſt, ſocio.

quod in *ſocius* in eo mutari non debuit. Heins. & ita lib. I. Art. 50. in quibusdam,

Ante frequens, quo ſit, diſce, puella, locum.

non *loco*. vid. & I Faſt. 368. V. Triſt. XII. 26. III. Amor. III. 46. & alibi ſimiles caſuum variationes. Burm.

177. *Nihil in pavone placebat.*] Stratis in Pauſaniâ:

Οὐ βοτοῦ· ὑμεῖς ὄπτα τε ζέοντ' ἤγαγε μᾶλλον
Σκάπτειν ἐν τῷ χρῆμα· πλαίσει δ' ἐπὶ τῷ τ' ἐρύσσαι.
Ἄρρεν ἀλεκτρυόνα δὲ γ' ἄνεις ἔτι μᾶλλον ἐχαῦν ἰδὴ,
Ὀφρα' ὁπ τοῦτ' ποικρὸς πέσει πολλὰς γεγαῶτας.

Neapol.

178. *Nec tellus captas miſerat ante feras.*] *Arte* pro diverſa lectione alter Puteaneus. Quid, ſilegatur, *tellus Afra*, vel *Inda*, ſi *arte* mavis, intellige de leonibus, tigribus, pardis, elephantis & ſimilibus, qui Romam capti mittebantur ad ſpectacula. Heins. De Leonibus, Tigribus &c. hic mihi non ſit veroſimile, cum recenſeat tantum animalia, quae gulones & erudito luxu homines ex peregrinis terris Romam magnis ſumtibus advehi curabant. neque etiam in vulgari ullum ſenſum ineſſe puto. quae enim *tellus* intelligitur? ſi vero univerſa Tellus, mater illa & benigna nutrix omnium ciborum, intelligatur, & ferae de carne ferina, venatu quaeſita, capiantur, ineptus erit Naſo, quod inter irritamenta gulae & luxuriae inſtrumenta eam ponat, cum pluribus populis ille unicus diu & ſimplex fuerit victus. ſed de peregrinis deliciis agi oſtendit verbum *miſerat*. ut ita Virgil. I Georg. 57.

India mittit ebur.

& alii centies. vid. II. Art. 213. quare ego vocem *tellus* corruptam eſſe, neque reliqua ſaniora eſſe arbitror. latere autem hic arbitror *Deliacas capes*, ſive *capones*, circa quos maximum fuiſſe luxum ad Petron. cap. XXIII. viri docti oſtenderunt. & Deli maxime caſtrari Gallinaceos & ſaginari ſolitos docuerunt Scaliger ad Varr. de R. R. lib. III. 9. & alii. hinc etiam *Graecum Caponem* vocat Pallad. de R. R. lib. XII. tit. I. & *capus* pro capone ex Varrone citat incertus auctor de Ortograph. pag. 2780. *Ex Gallo gallinaceo caſtrato ſit capus*. & Columella VIII. 2. *Semimares capi*. quare forte hic legi poſſet,

Nec Delus capos miſerat, ante feras.

Delus facilius certe in *tellus* mutari potuit, quam lib. XIII. Met. 313. pro *Vulcania Lemnos*, alii codices habent, *Vulcania tellus*. ſic etiam ferte apud Virgil. III. 73. *Sacra mari medio colitur, gratiſſima Delos Nereidum matri*, pro *tellus* legendum. *ante feras* autem capos dixit, quia antequam caſtrarent, feroces & pugnaces eligerent Deliaci. quod docet Columell. lib. VIII. 2. ubi, de Gallis agens, inquit, *Praecipue celebravere educandi ſecretum Deliaci. ſed & ii, quoniam procera corpora & animos ad proelia pertinates requirebant, praecipue Tanagricum genus & Rhodium probabant.* ſi *arte* quis velit, poſſet legi, *arte ferax*. qua cum ſit inſula ferdis & ſaxoſa Delos, quae nihil per ſe fere producit (vid. Spanh. ad Call. Hym. in Del. 268.) arte hac caſtrandi gallos magnum ſibi reditum facit. certe latet aliquid ulceris in hoc verſu, quod forte alii me feliciores ſanabunt. mihi indicaſſe ſufficiat ſuſpicionem. ſi quis cum Heinſio velit legere *Afra*, & intelligere de Africanis feris, ad quas capiendas & Romam perducendas magni ſumptus & infani fiebant, videat Petron. cap. XXXV. CXIX. ſed melius

Quae duo mixta simul sextis quicumque Kalendis
Ederit; huic laedi viscera posse negant.
Arce quoque in summâ Junoni templa Monetae
Ex voto memorant facta, Camille, tuo.
Ante domus Manli fuerant; qui Gallica quondam
A Capitolino repulit arma Jove.
Quam bene (Di magni) pugnâ cecidisset in illâ
Defensor folii, Juppiter alte, tui!
Visit, ut occideret damnatus crimine regni.
Hunc illi titulum longa senecta dabat.

Lux

tum de Africanis Gallinis caperetur, quae an *ferae* dici possent nescio. Burm.

179. *Festa celebant.*] *Carebant* Putean. an *celebent?* quod esset elegans admodum. vid. ad Val. Flac. II. 326. mox, *terra fabas populo*, Junii. *farra dabas* etiam unus Medic. de *Fabis* vid. Spanhem. de Usu & Praest. Numism. tom. II. pag. 539. Burm.

181. *Sextis quicumque Kalendis.*] Si numeres Kalendas à Januario, hae Juniae erunt VI. Frequens loquendi modus Jurisconsultis. Celsus in L. Liber LIX. §. Si ita. De hered. inst. *Titius, si intra tertias Kalend. navis ex Asiâ venerit, heres esto.* Ulpianus in L. primâ. §. Si qui. De verb. oblig. *Si ita interrogatus, Intra Kalend. quintas? responderis, Dabo Idibus; non obligatur.* Sed observa Junias ob hujusmodi cum dictas *fabarias*. In Kalendario Constantini magni prima dies mensis Junii sic notatur, FABARIC. Neap.

183. *Arce quoque ex summa.*] Nullus est sensus: scribe, *Arce quoque in summâ.* Neap.

184. *Ex voto memorant.*] Hujus nec verbum quidem in Plutarcho, sed tantum de dirutâ Manlii domo; quasi hanc ob causam in ejusdem aream à Senatu aedem Monetae collocatam. Neap.

185. *Ante domus Manli fuerat.*] Livius lib. VII. *Inter ipsam dimicationem eadem Junoni Monetae vovit: cujus dimicatus esset cum victor Romanus rediisset, Dictaturâ se abdicavit. Senatus Decemviros ad eandem aedem pro amplitudine Populi Romani faciendam creari jussit. Locus in arce destinatus, quae area aedium M. Manlii Capitolini fuerat.* Neapol.

185. *Fuerat.*] *Fuerant* Mazar. Zulich. Sarrav. & alii tres scripti. templa videlicet. Heins. *Manli* mulci.

187. *Quam bene.*] Illustravi hunc locum libro & elegia III. Tristium. Ciofan.

188. *Alte.*] *Altus* Arundel. male. vid. XV. Met. 866. *ante* Junian.

189. *Visit, ut occideret.*] Ut illud de se exule in Tristibus:

Integer hanc potui nuper bene reddere vitam;
Exul ut occiderem nunc mihi vita data est.

Neapol.

189. *Damnatus crimine regni.*] Ob id fano Tarpejo dejectus: locusque idem in uno homine, & eximiae gloriae monimentum, & poenae ultimae fuit. Neapol. *Crimine turpi* Putean. alter, *suspectus crimine Matri* Mazar.

191. *Lux eadem Marti festa est.*] Iisdem Kal. Junii Marti litabant extra portam Capenam, ubi templum habebat. Id in Livio lego: *Cum omnes extra portam Capenam ad Martis aedem convenire juniores armatos jussisset.* & idem hoc loco: *Semitamque saxo quadrato ad Martis aedem Capenâ portâ straverunt.* & hoc alio: *Viam Censores sternendam à portâ Capenâ ad Martis templum locavere.* Ex quo ultimo elicio verum illud docti viri, nullum templum Martis in hortis adjacentibus portae Capenae (ibi quidam unum constituebant) reperisse; sed ulterius in viâ Appiâ & longe à moenibus, à quibus ad templum spatium aliquod extenendi exstaret. de quo toties Livius. Haec aedes à Lucio Sullâ Felice restituta, aucta, ac supra ceteram columnas imposita; postea diruta precibus Stephani Pontificis Maximi, cum jussu Gallienidi cogeretur sacrificare. Lege latius tanti viri miraculum in Baronio anno Christiano CCLX. Neap.

192. *Tectae porta Capena viae.*] An Appia est *via tecta*, hoc est, lapide strata, quae à portâ Capenâ incipiebat? an nostro inhaerebis Codici, in quo *dextras?* (ac si bivium extra portam fuisset, dextràque viâ templum illud positum) an tribus veteribus, in quis est *rectas?* Quae via Romae sita prope Flaminiam. Martialis lib. VIII.

Dum repetit serâ conductos nocte penates
Linzonus, à rectâ Flaminiâque recens.

Seneca in Apocolocyntosi hujus etiam meminit: *Trahit*, inquit, *capite obvoluto, ne quis eum posset agnoscere, per campum Martium, inter Tiberim & viam rectam.* Sed, sodes, eligo τὸ ἀμφίβολον è duobus prioribus, quae magis fedeat, hanc rejice: nam porta Capena prorsus aversa est à rectâ & Flaminiâ. Neap. *Tectae viae* veteres plerique, nisi quod in nonnullis, *rectae*. sed *Via Recta* campi Martii hic locum non habet. Emenda Martialem lib. III. Ep. V.

Protinus hunc primae quaesitum limina Tectae,
Quas tenuit Daphnis, nunc tenet ille Lares.

In ex vestigiis membranarum scribendum, quicquid illi *tectae viae* viri docti obloquuntur. Heins. De hoc loco olim cum Amplissimo Cupero per literas agere me memini. Cui etiam nec Donatus lib. III. Romae Veteris cap. 13. nec Nardinus lib. III. cap. 2. satisfaciebant. nec tamen rationem nominis, quo *tecta via* dicebatur, excogitare poterat. interque nos conveniebat, fuisse semitam, a Capena porta ad Martis templum, cujus Livius X. cap. 23. meminit, diversam a via ipsa Appia, quae a Capena etiam incipiebat, sed in Campaniam ferebat. hanc autem semitam hic intelligi putabat, quae postea via facta fuerit per Censores. quare si *rectae* vellemus legere, intelligi posset, hanc semitam a porta Capena rectâ duxisse ad templum, cum via Appia, quae lata & regia erat, per plures anfractus esset. & ita distinguenda esset *a tecta* via in urbe prope Tiberim & Campum Martium, de qua Martialis lib. VIII. Ep. 75. & lib. III. Ep. 5. cujus etiam Poëtae verba de *tecta via* cepit Heinsius, & ante eum Gronov. ad Senecae Apocolynth. ut agnoscit Heinsius ad Claudian. III. Cons. Honor. 10. qui tamen rectius, quam Gronovius & Neapolis, viam *rectam* ab hac Ovidii *Tecta* distinguit. sed nondum ratio cur *tecta* dicta sit apparet: nam quod Donatus de porticibus aut fornicibus, quibus tecta fuerit, conjicit, refutatione indigere non puto. nec quia strata erat lapide peculiare sibi magis nomen poterat vindicare quam tot aliae. Si ostendi posset; per hanc viam sacram quondam pompam duci solitam, in quam ex aedibus despicere non licebat, posset tecta via capi ut *relatae viae* apud Nostrum III. Am. 13. sed nihil mihi de illa lectum est, nec fit verosimile, extra urbem tot aedificia viae apposita fuisse, aut pompam per eam ductam. quae omnia cum dubiam magis faciant sententiam, aut *dextrae* hic, aut *rectae* praeferrem, aut de nomine *tectae* amplius deliberandum censerem. *dextrae* citat Fabret. Diss. I. de aquaeductibus, ex cujus sententia cum Via Latina ex Appia initium ceperit paullulum a porta Capena, potuit hoc templum post devortium illud ita positum fuisse, ut appositum fuerit Viae Appiae, quam a dextrâ habebat, cum a sinistra esset Latina. sed haec adhuc luce clariore indigent. in Nardino vero Latine verso & Tom. IV. Thesaur. Roman. Ant. inserto, video hoc distichon corruptissime ita edi,

Lux eadem Marti festa est, quam profixit ipsa
Appositum rectae (al. *tectae*) *porta Capena viae.*

vide etiam Scriver. ad Mart. VIII. 75. *adjunctum* etiam Bernensis. Burm.

193. *Meritam delubra fatemur.*] Tempestatis aedem ajunt votam à M. Marcello, qui bello Punico secundo Syracusas vicit, ab Oceani periculo liberato, cum in Corsicam & Sardiniam navigaret. Situs aedis fuit in Appiâ etiam extra portam Capenam, ut illa Martialis. Neap. Haec illustrentur ex veteri lapide Romae ante XI. annos effosso, & de L. Scipione intellige, qui Corsicam expugnavit: non de M. Marcello, quod interpretes volunt. Heins. Lapis ille a Reinesio relatus in classem VI. 34. quem Simondum illustrasse dicit. vid. Gassend. vitam Peiresc. lib. III. pag. 157. & Selden. de Dea Syria Proleg. cap. 3. *fatentur* Putean. alter. *nostibi Tempestas merito d. fatemur* Bernens. mox, *errata dossit*, duo. *est illis obruta* Bernens. Burm.

195. *Patent.*] *Manent* Putean. alii, *patet*, *probet*, *probant.*

195. *Si quaeritis astra.*] *Quaeritis* Ursini & tres alii. ut saepe alibi Nostr. Heins. *Sed quaerimus* Ed. Gryph.

196. *Tunc oritur.*] Eisdem Kalendis ostendit ortum totius Aquilae vespertinum: cui adlipeatur Columella & Plinius. Neapol.

197. *Postera lux.*] IV. Nonas Hyades oriuntur heliace. Neap.

198. *Madefecit.*] *Madefacit* Morcti.

199. *Mane*

Lux eadem Marti festa est; quem prospicit extra
Adpositum Tectae porta Capena viae.
Te quoque, Tempestas, meritam delubra fatemur;
Cum pene est Corsis obruta classis aquis.
Haec hominum monumenta patent. si quaeritis astra;
Tunc oritur magni praepes adunca Jovis.
Postera lux Hyadas, Taurinae cornua frontis,
Evocat: & multâ terra madescit aquâ.
Mane ubi bis fuerit, Phoebusque iteraverit ortus;
Factaque erit posito rore bis uda seges;

Hac

Hac sacrata die Tusco Bellona duello
Dicitur: & Latio prospera semper adest.
Appius est auctor: Pyrrho qui pace negatâ
Multum animo vidit; lumine captus erat.
Prospicit à templo summum brevis area Circum.
Est ibi non parvae parva columna notae.

Hinc

199. *Mars ubi bis furit.*] Pridie Nonas Junii Bellonae aedes consecrata in circo Flaminio versus portam Carmentalem. In hac dabatur Senatus Legatis exterarum nationum, quas in urbem admittere nolebant; item Ducibus è bello revertentibus. Livius de M. Marcello è Siciliâ victore redeunte lib. XVI. *Ejusdem auspicatis exitu M. Marcellus à Siciliâ provinciâ cum ad urbem venisset, à C. Calpurnio Praetore Senatus ei ad aedem Bellonae datus est.* & sexcentis locis. NEAP.

200. *Faciaque erat posito rore bis uda foco.*] De hoc loquendi modo ad Ep. XX. vs. 82. hic tamen, *Taliaque rore*, malim reponi. ut supra, *taliae re-re quarentur aves.* vide notas lib. IV. vs. 740. HEINS.

201. *Tusco Bellona duello.*] In eo castra hostium ab Appio capta, imo direpta, praeda ingens parta, & militi concessa, septem millia & trecenti occisi, duo millia & centum viginti capti. Victoriae hujus mentio exstat in hoc lapide, in quo plura Appii gesta; quae sparsim per haec quatuor districha leguntur:

APPIVS CLAVDIVS
CENSOR. COS. BIS DICT. INTERREX III.
PR. II. AED. CVR. II. Q. TR. MIL. III. COMPLVRA
OPPIDA DE SAMNITIBVS CEPIT,
SABINORVM ET TVSCORVM EXERCITVM
FVDIT, PACEM FIERI CVM PYRRHO
REGE PROHIBVIT, IN CENSVRA VIAM
APPIAM STRAVIT, ET AQVAM IN
VRBEM ADDVXIT, AEDEM BELLONAE
FECIT. NEAPOL.

203. *Appius est auctor: Pyrrho qui pace negata Multum animo vidit; lumine captus erat.*] Val. Maximus lib. IIX. cap. II. *Appius Claudius senio jam gravando, lectica se in Curiam deferri jussit, ut cum Pyrrho deformem pacem fieri prohiberet. Hunc cum aliquis admiraret, à quo patria, quod honestum erat, sic te parum cavere, coecus es providere?* Hoc etiam mirifice pertinet, quod scribit Cicero in lib. de Senectute. *Appius*, inquit, *Claudius cum sententia Senatus inclinaret ad pacem cum Pyrrho faciendam, non dubitavit illa dicere, quae versibus persecutus est Ennius:*

Quo vobis mentes, rectae quae stare solebant
Antehac, dementes sese flexere viai?

Fuit autem annus post Romam conditam CDLXXIV. cum Appius in Senatu cum Pyrrho pacem faciendam dissuasit. CICERO.

203. *Appius est auctor.*] Habes hoc ex lapide: cui subjungo illud Livii lib. X. *Dicitur Appius in medio pugnae discrimine, ita ut inter prima signa manibus ad coelum sublatis conspiceretur, ita precatus esse: Bellona, si nobis hodie victoriam dues, ad ego templum tibi voveo.* NEAPOL.

203. *Pyrrho qui pace negata.*] Hic Pyrrhus Epirotarum Rex suppetias Tarentinis decit, indicto eis à Romanis bello; ipse in Italiam venit anno Urbis conditae CDLXXIII. sibique junxit Samnites, Lucanos, Brutios: Vastavit multam Italiae partem; deinde à Romanis petiit pacem eo pacto, ut oppida jam victa sas esset ei retinere: negatum hoc Appii caeci stimulis. Eutropii Breviarium: *Pax displicuit; remandatumque Pyrrho à Senatu est, cum cum Romanis, nisi ex Italia recessisset, pacem habere non posse.* Epitome Liviana lib. XIII. *Cyneas, Legatus à Pyrrho ad Senatum missus, petit, ut componendae pacis caussâ Rex in Urbem recipetur: de quâ re cum ad frequentiorem Senatum referri placuisset, Appius Claudius, qui propter incommodum oculorum jam diu à consiliis publicis abstinuerat, venit in curiam: & sententiâ suâ vicit, ut id Pyrrho negaretur.* Is postea victus & ex Italiâ pulsus anno Urbis conditae CDLXXVIII. NEAP.

204. *Multum animo vidit.*] Tunc enim captus utroque oculo, imo & surdus id temporis esse cupivit; ne quosdam in Senatu audiret ad foedam pacem inclinantes. Plutarchus in Pyrrho, de Claudio, qui haec locutus in Curiâ: Πρότερον μὲν (ἔφη) τὰ ἐμαυτοῦ τυχὸν ἀναρῶ ἰδίᾳ, ὁ Ῥωμαίων τῷ ϑ' ὅλῳ δήμῳ, περὶ τῆ πόλει ὄντα, μὴ καὶ κωφὸν ὦ, καὶ ἄπειρον βελτίωνα ἢ βέλτιστα ὑμῖν, παρήγγειλε τοῖς Ῥωμαίοις τὸ πλῆϑος. NEAP. *Malta* Sarrav. & quinque alii.

204. *Captus.*] *Caecus* ultra viginti codices *cassus* prim. Ambros. & Laeti. *quassus* unus. sed *captus oculis* Virg. I. Georg. 183. ita *pectore captae* inf. vs. 509. BURM.

205. *Prospicit à tergo summum brevis area Circum.*] *Summus Circus* pars anterior Circi. quid ergo *Prospicit à tergo?* si de tergo areae accipis, debet legi, *respicit. prospicare* enim à tergo nemo dicitur. si de tergo templi interpretaris, peccas in historiam. Area enim haec ante aedem Bellonae erat, ut ex Festo in *Bellona* & Pub. Victore in Regione IX. discimus. Optime igitur Ursini liber veterrimus & unus Patavinus, *Prospicit à templo.* Mutarunt nempe locum, qui Ædem Bellonae templum dici posse non opinabantur. HEINS.

206. *Est ibi.*] Verius, *est ubi.* NEAP.

206. *Parva columna notae.*] Optime: nam vere parva & columella. Festus Pompejus: *Bellona dicebatur Dea bellorum: ante cujus templum erat columella, quae bellica vocabatur; supra quam hastam jaciebant, cum bellum indicebatur.* & Publius Victor in Regione IX. *Ædes Bellonae versus portam Carmentalem: ante hanc aedem columna index belli inferendi.* NEAPOL.

207. *Belli praenuntia mitti.*] Idque ecce clarius è Dione de M. Antonino in Marcomannico bello: Τοῦτο τε οὖν, καὶ τὸ δόρυ τὸ αἱματοῦν ἀφῆκε τῆ Ἐνυοῖ ἐς τὸ πολέμιον (ὅτι γε ἐπ' ἀνοσιουργίαις αὐτῇ ἔνεστι) ἀκριτόμυθα, ἐξεφοίτα. NEAPOL. *Praefentia* Bernens.

208. *Capi.*] *Sequi* Moreti & tres alii.

209. *Altera pars Circi.*] In reliquâ parte Circi Flaminii erat aedes Herculis Magni Custodis: nec umquam haec fuit, ut blaterat Panvinius, in Circo maximo, qui in Regione XI. in eâ fine haec exstabant sacra Herculi aedificia; templum Herculis Victoris in foro Boario; aedes Herculis Olivarii ad portam Trigeminam; aedicula Herculis Triumphalis in Circo: non invenies certe aliquam cognomento *Custodis*; sed tantum in Circo Flaminio. Fragmentum veteris Calendarii: HERCVLI MAGNO CVSTODI IN CIRCO FLAMINIO. Auctorem hujus templi fateor me ignorare: nam si in Circo Flaminio unum tantum fuit Herculis templum, hoc certe constitutum à Fulvio Nobiliore: nec factum monitu Sibyllino; quod repugnat his Ovidii. Si duo, ut patet ex Topographiâ Urbicâ Onufrii Panvinii, bellum erit cum Sexto Rufo & P. Victore, qui tantum unum nominant in Circo: sed in horum exemplaribus multae lacunae. Et ego certe suspicor, duo in eodem fuisse, hanc aedem Herculis Custodis, à Senatu extructam jussu carminis Cumani; alteram à Fulvio, postea restauratam à Philippo Augusti vitrico: de quâ Noster sub metam hujus Libri. NEAP.

Hinc solet hasta manu, belli praenuntia, mitti;
In Regem & gentes cum placet arma capi.
Altera pars Circi custode sub Hercule tuta est:
Quod Deus Euboïco carmine munus habet.
Muneris est tempus, qui Nonas Lucifer ante est.
Si titulos quaeris: Sylla probavit opus.

Quae-

210. *Quod Deus Euboïco.*] Multi, *Qui.* Junianus, *Quam.* nempe alteram partem. sic in Trilibus ex antiquis libris,

Quam prius à miti Caesare munus habet,

nempe *vitam.* Art. Am. II.

Munus habe coelum; coelo spectabere sidus.

HEINS.

211. *Qui Nonas Lucifer ante est.*] Ursini, *quo.* Lege, *qui Nonas Lucifer anteit.* Sequenti versu, *Sylla probavit opus*, non est sollicitandum, nec mutandum in *rogavit*, quod Vlitio amico meo, viro doctissimo, videbatur. Censorum proprie est *probare.* Vide veterem inscriptionem apud Neapolim hoc loco. HEINS.

212. *Sylla probavit opus.*] Nulles mihi nec vetus nec novus scriptor, qui hoc probet. Tantum illud de Syllâ in Plutarcho invenio: Ἀνεῤῥίφη ϑ' ὑπὸ τῶν ϑείας ἀκούειν ὁ Σύλλας τῷ Ἡρακλεῖ δοκοῦντων, ἐστιάσεως ἐπιτίμιον τῷ ϑεῷ πολυτελοῦς. Sed *probavit* accipio eo sensu, quo veterem hunc lapidem:

M. MANILIVS M. F.
L. TVRPILIVS L. F.
DVOMVIR,
DE SENATVS SENTENTIA
ÆDEM FACIENDAM COERA
VERVNT, EIDEMQVE
PROBAVERE.

NEAPOL.

Quaerebam Nonas Sanco Fidione referrem,
An tibi, Semo pater: cum mihi Sancus ait:
Cuicumque ex illis dederis; ego munus habebo.
Nomina trina fero: sic voluere Cures.

Hunc

213. *Quaerebam Nonas Sanco, Fidione referrem.*] In optimo lib. Vatic. Urs. itemque altero contubernali scriptum est, sc'o. Ex quo postea, ut puto, factum est *Sancto*: quomodo legitur in aliis vett. In alio tamen lib. litteris Longobardicis exarato, quem Fulvius Ursinus quarto abhinc anno mihi ostendit, perspicue scriptum est *Sanco*. Utraque scriptura ex veteribus inscriptionibus comprobatur. Qua de re consulendus est ejusdem Ursini, quem de Familiis Romanorum inscripsit, liber; item Aldi janioris liber de Quaestis per Epistolam. Ciofan. Vide quae de Sancto Sabinorum Deo, quem *Sangum* alii, alii *Sanctum* vocant, Lilius Gyraldus accurate notavit. Quem eundem cum Hercule volunt. Quem & Ἡράκλεον, hoc est *Fidium*, vocabant. Notum est illud Silii:

——— *et lacti pars Sanctum voce canebant,*
Auctorem gentis: pars laudes ore ferebant,
Sabe, tuas, qui de patrio cognomine primus
Dixisti populos magna ratione Sabinos.

qui Lilius hoc loco *Sancto* legit. De Sanco Festus videndus. Dan. Heins. Hic Deus praecipue cultus a Sabinis: & *Fidius*, & *Sabus*, & *Sanctus*, & *Semipater* vocatus. Sed paro diversum Sanctum a Sabo; ex quo Sabinos nomen accepisse M. Cato in Originibus tradit his versis: *Nomen esse impositum ex Sabo Divi Sanci Genitilis filio.* Idem quoque Silius innuere videtur in VIII. 422.

Iuxta & lacti pars Sanctum voce canebant
Auctorem gentis; pars laudes ore ferebant,

Sabe, tuas: qui de patrio cognomine primus
Dixisti populos magna ditione Sabinos.

Sic legit & citat hos versiculos Aldus Manutius in Quaestis. Sed mallem ibi non *de patrio* legere, sed *de proprio*. Quomodo enim de Sancti patris nomine dixit Sabinos Sabus, ac non de suo potius, cum hoc Sabini etymon flagitet? Mens fane poëtae fuit, ut exilimaret, à Sancto originem Sabinos, sed à Sabo nomen traxisse: Sanctus enim fuit primus Sabinorum Rex, si Augustino fides adhibenda lib. XVIII. de Civitate Dei: *Sabini Regem suum primum Sanctum, seu, ut alii, Sanctum, retulerunt in Deos.* sic legendum, non corrupte *Xanthum*, vel *Xanthium*. Relatus ergo in Deorum synodum à Sabinis, imo à Romanis. Justinus Martyr locum in Urbe designat, ubi illi statua erecta, cum inscriptione & titulo *Sancti Dei*, ejus verba sunt in secundo pro Christianis Apologetico: Ὅτι ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος Δία καὶ τὸ ὑπηρετοῦν δαιμόνιον τιμῶντες δυνάμεως πυρίνης μαντικὴν ἐν τῇ πόλει ἡμῶν βασιλεῖ Ῥώμῃ, Θεὸς ὑπολαβὼν καὶ ἀνδρώπου παρὰ ἡμῶν ὡς Θεὸς τετίμηται· ὃς ἀνδρικὰς ἀποχρήσεις ἐν τῷ Τιβέρει ποταμῷ, μεταξὺ δύο γεφυρῶν ἔχων ἐπιγεγραμμένα Ῥωμαϊκὰ τοιάδε, SIMONI DEO SANCTO. Ubi *Simoni* nescio quomodo scriptum pro *Semoni*. Tertullianus quoque simile mendum habet, si mendum vocari potest, in Apologetico: *Cum Simonem magum statuâ & inscriptione Sancti Dei inauguratis.* nam I. pro E. saepe in inscriptionibus antiquis usurparum. Sed fere *Semoni* in pervetustis memini legisse; ut in hac:

SANGO SANCTO SEMONI DEO FIDIO SACRVM
DE CVRIA SACERDOTVM BIDENTALIVM
RECIPERATIS VECTIGALIBVS.

& in illa: SEMONI SANCO DEO FIDIO SACRVM SEXTVS POMPEIVS S. P. F. COL. MVSSIANVS QVINQVENNALIS DECVRIO BIDENTALIS DONVM DEDIT. Neapol.

Scribe *Sanco*, & *Sancum*, sequenti versu, cum optimo Ursini libro & duobus Mediceis. Adi praeterea Scaligerum hoc loco, pro *Semo pater*, libri veteres omnes, *Semi pater*, nisi quod in nonnullis mendose, *Semicaper*, et *Semipater*. Nihil muto tamen, nisi quod Neapolis ex Reatina inscriptione notat ac ad Reatinum Dullii Caecoaniti,

Semi Patri Sanco,

apud Gruterum pag. XCVI. alioque Semopatri legitur. sic in Sardinia locus, qui Σιρδοπάτορος ἱερὸν Ptolomeo dicitur, a Sardo herne nominatus. apud Propertium lib. IV. Eleg. X.

Sic Sancum Tatias composuere Cures.

quo loco videndus Passeratius. & apud Festum in *Praedia: In aede Sanci, qui Dens Fidius putatur.* Livius lib. VIII. cap. 20. *Semonem Sangum* vocat. sed & illic *Sancus* est scribendum, ut & Σάγκος, pro Σάγκτος, apud Halicarnassaeum & Plutarchum in Problematis Romanis, quanquam Augustinus utrumque nomen in libris de Civitate Dei videtur agnoscere. Nam in veteri inscriptione,

Sancto Sanco Semoni
Deo fidio Sacrvm.

τὸ Sancto titulis potius quam nominibus Semonis adscribendum. Ovidius certe non nisi terna ejus nomina agnovit. Si tamen à *sanciendo orbe* dictus est, utrumque nomen ex Augustini sententia possit admitti. apud Silium Italicum libro VIII. ubi nunc legitur,

Ibant & laeti pars Sanctum voce canebant.

codex Oxoniensis, *Sangum*, pro *Sanctum*. sed & apud Tertullianum lib. II. ad Nation. cap. 9. videtur corrigendum: *Est & Sancus propter hospitalitatem a rege Pisio fanum consecutus*, non *Sanctus*. apud Lactantium lib. I. de Fals. Relig. codex Bononiensis longe antiquissimus, *Summa veneratione coluerunt Aegyptii Isidem, Mauri Jubam, Latini Faunum, Sabini Sancum.* ubi *Sabum* aliasque lectiones inculcarunt. Heins.

214. *An tibi Semipater.*] In Urs. & quibusdam Vatic. sic legitur: in aliis vero, *Semicaper*. ut & manu recenti in eo, quod litteris Longobardicis exaratum fuisse dixi, exemplari emendatum est. pessime utroque modo. Rationem accipe, quam subjiciam. Anno ∞ LXXIV. de mense Quinctilis sub finem, reperta est vetus inscriptio in insula Tiberina ad S. Bartholomaei, quae est ejusmodi: (apud Gruter. pag. XLVI.)

SEMONI
SANCO
DEO. FIDIO
SACRVM
SEX. POMPEIVS S. P. F.
COL. MVSSIANVS
QVINQVENNALIS
DECVR
BIDENTALIS
DONVM DEDIT.

Hanc primùm domi suae mihi ostendit idem Ursinus, simulque hunc ipsum Ovidii locum, qui ex hac ipsa inscriptione mirifice illustratur & emendatur felicissime. Ego loco diligenter examinato videri mihi non *Semipater*, nec *Semicaper*, sed *Semopater* legendum ajo. tum ille, recte, inquit, putas. Hac autem ducebar ratione, quod videbam à Poëta secundo ab hoc versu subjici:

Hunc igitur veteres donarunt aede Sabini:
Inque Quirinali constituere jugo.
Est mihi (sitque, precor, nostris diuturnior annis)
Filia: quâ felix fospite semper ero.

Hanc

Nomina terna fero.

id est, *Sancum*, *Fidium*, & *Semonem*. *Semipatrem* vero & *Semicaprum* nomen non esse nemo non videt. Quid plura? Dubitari fane, inquit ille, non potest, quin prorsus ita, ut tu censes, legendum sit. Postea multo utrimque, ut inter amicos fit, habito sermone, inde discedens ad Muretum diverto, ut ipsi eam, quam feceram conjecturam, quamque ille tantopere probaverat, exponerem. qua expositâ, is, admoto ad os digito, illico ostendit mihi eam ipsam conjecturam se in ora T. Livii libri viginti ante annos, cum eum librum Venetiis à P. Manutio dono accepisset, annotasse. Locus autem Livii est hic è lib. IIX. *Bona Semoni Sanco consecrarunt consecranda.* Quo loco hoc amplius notaverat Dionysius lib. IV. Augustinus de Civitate Dei, Lactant. lib. I. Silius, Festus, Plutarchus, & Fulgentius. Hanc autem inscriptionem alteramque veteris nummi cum hoc ipso Ovidii loco, aliorumque auctorum, quae mirifice illustrevit omnia, idem Ursinus in suo, quem de familiis Romanorum inscripsit, & anno abhinc tertio edidit, libro adduxit. Ubi testatur, esse doctissimos quosdam viros, qui apud Ovidium eo, quo dixi, modo legendum arbitrentur. Uterque & Muretus & Ursinus Dei beneficio vivunt, qui me ne mendacii quidem suspicione redargui posse sciunt. Sed oblitus eram, id quod principio fere dicendum fuit, Ursinum multo ante quam librum publicaret suum indicasse mihi, hunc ipsum Ovidii locum à Josepho Scaligero in conjectaneis in Varronem de Lingua Latina fuis decem ante annos emendatum fuisse. Haec volui, ne esses nescius lector, ut ea, quam quisque debet, laude minime fraudetur. Ciofan. Josephus Scaliger ad Varr. de L. L. pag. 32. mallet, *An tibi Semo pater.* Non sunde Inscriptio Reatina:

SEMIPATRI SANCO.

Neapol. Multa de hoc numine commentati fuere viri docti, sed initio literarum renascentium quam infeliciter docebunt notae Merulae ad Lib. IV. Pont IV. 32. meliora dabunt Cassiod. III. Ost. 10. Trissan. tom. III. pag. 368. & alii. De Justini errore, qui nobilem hanc inscriptionem ad Simonem Magum retulit, omnia a viris doctis excussa sunt; quorum magnum numerum apud Voss. de Idololat. I. 12. Ittigium Dissert. de Haeresiarch. pag. 27. & J. A. Fabric. in codice Apocrypho N. T. tom. I. pag. 419. reperies. Burm.

216. *Nomina terna.*] *Trina* quinque scripti. ut lib. V. 146. *Vici numina trina colunt. Trinum forum* Sta-

Hanc ego cum vellem genero dare; tempora taedis
Apta requirebam, quaeque cavenda forent.
Tum mihi post sacras monstratur Junius Idus
Utilis & nuptis, utilis esse viris.
Primaque pars hujus thalamis aliena reperta est.
Nam mihi sic conjux sancta Dialis ait:
Donec ab Iliacâ placidus purgamina Vestâ
Detulerit flavis in mare Thybris aquis;

Non

Statius Silva quarta ad Gryphum. Plura diximus alibi. vid. ad lib. XIII. Met. 724. HEINS.

217. *Hunc igitur.*] *Hac* Bonon. & Ferrar. *hanc* Mazar. & Vatic. *Hinc* prim. Amborf.

217. *Denarunt aede Sabini.*] Hi ergo populi templi auctores. O si verum! Sed vereor ne verior Dionysius lib. IX. qui scribit, Spurium Postumium Consulem dedicasse anno Urbis conditae CCXCVIII. ultimum vero Tarquinium exstruxisse; gloriam tamen inscriptionis Postumio ex S. C. concessum. verba ejus haec sunt: Ἐπὶ δὲ τοῦ νεὼ τοῦ Διὸς τοῦ Ὑπατου Δαὶ Σπορίῳ Ποστουμίῳ ὁ συνάρτων αὐτῷ καθίστησι φιλίας ἕνεκα τῆς καλλιφρόνης τὸν ἐν, ἐπὶ δὲ Ἐπιφανῆ λέγω, κατασκευασθέντα μὲν ὑπὸ τοῦ τελευταίου βασιλέως Ταρκυνίου, τὸν δὲ ναοῦ ἐφέρεσε πρῶτ Ῥωμαίοις ἡμέρας ἐκ τυχόντος τῶν ὁποίων, τότε τῇ βουλῇ δόξαν ὁ Ποπλικόλας Οὐαλέριος αὐτὸν τὸν ἐπιγραφῆναι. Forte ob odium in Tarquinios. NEAP.

219. *Nostris diuturnior annis Filia.*] Hujus nomen non legi: hoc teneo, ex eâ nepotes Ovidium habuisse; idque ipsomet attestante in Trilibus:

Filia me mea bis primâ secunda juventâ,
Sed non ex uno conjuge, fecit avum.

Tangit filiae bigamiam. NEAP.

221. *Haec ego cum vellem genero dare.*] Optima codici Vossiano interpretatio adscripta: *Haec fuit uxor Fusi Cornelii Fabii.* recte. Seneca libro de Constantia sapientis cap. XVII. *In Senatu flentem miserunt Fabiam Cornelium, Nasonis generum.* Hinc Senatorem fuisse colligo. De Genero hoc Ovidii nihil nostrum ab illi, qui vitam ejus contexuerunt. HEINS.

222. *Quaeque cavenda.*] *Timanda* Bernens.

223. *Tum mihi post sacras monstratur Junius Idus.*] Macrobius Saturnalium primo cap. XV. *Nec hoc praetereundum, quod nuptiis celebrandis Kalendas, Nonas & Idus refugias, id est devitandas censuerunt.* plura idem ibi ad rem, id quoque inter cetera, omnes postridianos dies, seu post Kalendas, sive post Nonas Idusve, ex aequo atros esse. idque ad vi. & libri primi jam observavimus. Quomodo igitur dies post Idus Junias, utilis nuptiis hic dicitur? intelligit haud dubie diem ante XVIII. Kal. Julias. Idibus jam exactis, quaere etiam atque etiam videndum, ne Naso scripserit, *post actas Idus.* sequens vero versus ostendit diem esse intercisum. HEINS.

226. *Conjunx sancta Dialis ait.*] Non damno hanc lectionem, quam & membranae veteres tuentur; fors sit tamen, ut scripserit Naso, *conjunx cincta Dialis*, cujus conjecturae rationem ex Festo jam reddidimus supra libro III. VI. 397. *cinctum flaminem* pro veste posuisse Gellius videtur libro X. cap. 15 Noctium Atticarum. *Nodum in apice, neque in cinctu, neque alia in parte ullum habeto*, sic maio, quam *ullum habet.* & mox, *piaculum ejo.* HEINS.

227. *Donec ab Iliaca.*] Usque ad XVII. Junii diem. Festus: *Stercus ex aede Vestae* XVII. *Kalendas Julias defertur in antiportum medium fere divi Capitolini: qui locus clauditur portâ Stercoratiâ. eamdem sanctitatis majores nostri esse judicaverunt.* In veteri Kalendario scribitur haec dies, Q. ST. D. NEAPOL.

228. *In mare Tibris aquis.*] Cui credam, Festo, Varroni, an Nostro? Illi ajunt, delatum in locum certum, imo hunc portâ clausum ad veneration em: Naso vult jactum in Tiberim. Haereo. NEAPOL.

229. *Detonso crinem depectere buxo.*] Sic legas. Detonsus est rasilis. Inepte libri duo, *detonsum crinem.* His ergo diebus Flaminicae Diali veniae concubitus, ungues ferro secare, capillum depectere: quod ei etiam praecipue non fas per id tempus, quo ad Argeos itabat, ut XV. & XVI. Kalendas Apriles; Noster mense Martio:

Itur ad Argeos (qui sint, sua pagina dicet)
Hac, sicut memini, praeteritaque die.

Lex Flaminica: CVM EAT AD ARGEOS, NEQVE CAPVT COMITO, NEQVE CAPILLVM DEJECITO. NEAPOL. Velim videre, qui intelligat, & nos doceat quid sit, *detonsum buxum.* duo libri, *detonso.* tres, *detonsum.* duo, *detonsos crines.* prima editio, *detonsae.* Lacti codex, *detonsa.* Scribe omnino, *detonsa buxo*, hoc est pectine buxeo, qui Martialis *buxus multifido dente* Apophoretis, lib. XIV. 25.

Quid faciet nullos hic inventura capillos,
Multifido buxus quae tibi dente datur?

πύξινον πύξινος apud Graecos scriptores frequenter

Non mihi detonsos crines depectere buxo,
Non ungues ferro subsecuisse licet:
Non tetigisse virum; quamvis Jovis ille sacerdos,
Quamvis perpetuâ sit mihi lege datus.
Tu quoque ne propera: melius tua filia nubet,
Ignea cum purâ Vesta nitebit humo.
Tertia post Nonas removere Lycaona Phoebe
Fertur: & à tergo non habet Ursa metum.

Tunc

videas occurrere. idem Martialis lib. XII. 84. *dentem* pro pectine dixit,

Exiguos facito comentem dente capillos.
Tibullus lib. I. Eleg. IX.
Aut tenues denso pectere dente comas.

morsum numerosi dentis Claudianus Nuptiis Honorii. Apulejus Milef. II. *Pectinis arguti dente tenui dispriminatum capillum.* ita Graeci πύξινα ὀδόντια dixerat. *maxillam* pro pectine posuit Persius Satyra IV. ut recte est interpretatus magnus Casaubonus,

Tu cum maxillis balantum gausape pexas.

postea in Helmaestadiensi codice recenti quidem illo, sed notae haud protritae distertim inveni exaratum, *dentoso buxo Dentatus* & *dentosus*, ut *moratus* & *morosus*, *comatus* & *comosus*, similaque. Si cui *dentosa* vox insolentior videbitur, *dentata* licet reponat. sic apud Petronium, *Descendentes ab aure capillos dentatâ manu dacere. Assidis dentatum caudibus ensem* dixit Sidonius Apollinaris Panegyrico Aviti. sic & *dentata ferra.* de seira Noster Metam. VIII.

—— *Ferroque incidit aruto*
Perpetuos dentes.

ita *bidens*, *tridens* & *dentale* instrumentum rusticum, cujus Maro, Columella, Persius meminerunt. *buxus* aut *buxum* pro pectine buxeo frequenter apud poëtas occurrit. sic Juvenali Sat. XIV. *Caput mactum buxo*, pro capite impexo. *dentosus* autem non magis vox insolens quam apud Apulejum *gemmosa monilia*, *populosa familia*, *vaporosi fontes*, *sagmosi lapsi vasis corporibus*, *ubi farcinosi* ribiculae editiones occuparit. *silentiosa noctis secreta* eidem *salaciosa mulier. culmosi fratres* Sidonius Apollinari. *montosa ithone* apud Statium Theb. IV. *non montana*, in antiquis membranis. *morbosus* Gellio libro IV. cap. 2. apud eundem cap. 9. *facundiosus*, *vitiosus*, *conflictosus*, *disciplinosus*, aliique id genus plura. Libro XI. cap. 1 *armentosa terra.* libro XIV. cap. 1. *ambagiosa conjectatio & fallaciosa.* sic *bibosum* Publio Nigidio & Laberio. nove dictum & Gellius libro III. cap. 12. notat. HEINS. Sed mihi indigna nitore Ovidiano vox *dentosa* videtur, cujus nullum ex antiquitate exemplum prodiit potest. ideoque cum nonnullis scriptis lego, *detonsos crines depectere buxo.* vel, *detonsum crinem*, ut tres libri. nam postquam detonsi forcipe essent crines, tunc buxeo pectine depectebantur: *depectere* enim plus esse, quam simplex *pectere*, patet ex Gellii loco à Neapoli laudato, ubi dicitur, *neque comit capat* (quod & pectendo fit) *neque capillum depectit*, id est detonsum, depectit. non vero detonsi crines capiendi penitus abrasi, sed ornatus caussa tantum extrema parte detonsi, ne luxurient nimis, & ne intricati & densi nimis, vel ut hirta silva, caput deformet; ut ita Bacchus *detonsis crinibus* lib. III. Fast. 465. & *detonsi capilli* Martial. VIII. Ep. 52. aliter *detonsa*, vel *detonso*, *buxo* possit defendi, ut intelligatur pecten ex buxeo ramo detonso, sive amputato ex arbore, non vero, ut Neapolis, rasili: nam ita detonderi capi posse non puto. cum *tonderi* & *detonderi* arbores dicantur, quarum rami amputantur, velut lib. III. 237. *Detonsae frigore frondes.* ubi vid. Heinsium. sic Horat IV. Od. 4. *dies tonsa bipennibus.* &, *tonsa myrtus*, de qua ad Quinct. VIII. 3. sed prior lectio & interpretatio mihi verior videtur. BURM.

230. *Ferro subsecuisse licet.*] Diebus licitis segmina subter arborem filiquam terrâ operiebantur. Vide leges Flamini & conjugi impositas ex libris Sacerdotalibus apud A. Gellium lib. X. cap. 15. NEAPOL.

230. *Perpetua sit mihi lege datus.*] Quid illud est? ergo divortium Flaminicae vetitum fuit. ita: nam univira & unicuba esse debebat. Ad hunc ritum Tertullianus exhortatione ad castitatem: *Monogamia apud Ethnicos in summo honore est, ut & virginibus legitime nubentibus univira probatio adhibeatur, & si auspicii initium est. Item in quibusdam Solemnibus & Auspiciis, ut prior sit univirae lotus. Certe Flaminica non nisi univira est. quae & Flaminis lex est.* Dixi supra, *univira*; forte melius, *univiria.* Sed utraque vox ad verum. nam primae accommodo vetustum hunc lapidem: REX VVS VOLVSIE IVSTE MATRI CARISSIMAE, OMNIVM FEMINARVM SANCTISSIMAE VNIVIRAE. secundae, Trebellii Pollionis ista, de Calpurnia Titi conjuge: *Fuit*, inquit, *famula & venerabilis femina de genere Cassiorum, id est Pisanum* (lege *Cassennorum.* qui unguam Pisones? cur non?) *quam majores nostri univiriam. Sacerdotem inter sacratissimas feminas adorarunt.* NEAP.

234. *Ignea cum pura vesse nitebit humo.*] Idem magno

Tunc ego me memini Ludos in gramine Campi
Adspicere: & didici, lubrice Thybri, tuos.
Festa dies illis, qui lina madentia ducunt,
Quique tegunt parvis aera recurva cibis.
MEns quoque numen habet. Menti delubra videmus
Vota metu belli, perfide Poene, tui.
Poene, rebellaras: & leto Consulis omnes
Attoniti Mauras pertimuere manus.
Spem metus expulerat; cum Menti vota Senatus
Suscipit: & melior protinus illa venit.
Adspicit instantes mediis sex lucibus Idus
Illa dies, quâ sunt vota soluta Deae.

Vesta,

VEsta, fave: tibi nunc operata resolvimus ora:
Ad tua si nobis sacra venire licet.
In prece totus eram. coelestia numina sensi,
Laetaque purpureâ luce refulsit humus.
Non equidem vidi (valeant mendacia vatum)
Te, Dea; nec fueras adspicienda viro.
Sed quae nescieram, quorumque errore tenebar,
Cognita sunt nullo praecipiente mihi.
Dena quater memorant habuisse Palilia Romam,
Cum flammae custos aede recepta suâ est.
Regis opus placidi, quo non metuentius ullum
Numinis ingenium terra Sabina tulit.

Quae

magnus Scaliger legebat, *Ignea cum pura Vesta nitebit lucus*. D. Heins. Optime Scaliger, *Vesta nitebit lucus*. Neque aliter in uno Farnesiano & Marthusi Herculani libro erat emendatum, *pura humo*, aede purgata post stercus ablatum. similiter in voce *Vestae* peccarunt a librariis apud Silium lib. XIII. vs. 848. Codex praeterea Bononiensis, *virebit*, ut apud Horat. Epod. XVII.

—— *nec Sicana fervida*
Virens in Aetna flamma.

ita enim codices multi apud Martial. *virens flamma*, de quo vide commentatores. Heins. Hic memoriae vitio ex Martiale *virentem flammam* citaci, cum ille *aeruminirens* dixerit lib. XII. 15. notavit Bentl. ad Horat. Epod. XVII. vs. 33. sed Heinsii menti obversatus fuit *Focus virens*, quem Scriverius restituit Martiali XII. 32. ubi de hoc loquendi genere plura. Burm.

235. *Tertia post nonas.*] VII. Idus Arctophylax occidit mane. Neap.

235. *Lycaona.*] Heinsius se hoc non intelligere notaverat in codice, & varie tentabat locum. vel, *removerunt Lycaoni Phoebo Fervis*, ut de uria intelligatur. *Lycaon* erat in Patavino. vel, *removere Lycaonis urbem Fervis*. deinde nihil mutandum censebat, & de Arctophylace capiebat. sed recte Fanensis *Lycaona* pro *Lycaonidum* poni docet: Arcas enim est Lycaonis nepos. & hoc more Graecorum. ita Ἀμφιτρυωνιάδης, pro Ἀμφιτρυωνιάδαις, Pindar. IV. Nem. 32. ubi vid. Schol. & IX. Olym. 42. Μελάνιππ, pro Μελανίππαι. ubi vid. Schmid. Burm.

237. *Me memini.*] *Commemini* unus Mazarin. malit. vide ad III. Amor. VI. 26.

237. *Ludos in gramine campi.*] De his ita Festus: *Piscatorii ludi vocantur, qui quotannis mense Junio circa Tiberim fieri solent à Praetore urbano pro piscatoribus Tiberinis: quorum quaestus non in macellum pervenit, sed fere in cenam Volcani: quod id genus piscatilium vivorum datur ei Deo pro animis humanis.* Neap.

238. *Et didi, lubrice Tybri, tuos.*] *Didici* meliores. & mox, *rebellarat*, pro *rebellabat*. Heins.

240. *Aera recurva.*] Ἐυκαμπέα quoque ὄργυια dixit Homerus in Odyssea. Neap.

240. *Parvis cibis.*] *Pravis* Francof. sed nihil muta, & vide VIII. Met. 855. & hic *parâs* volebat Heinsius; ut saepe alibi. Burm.

241. *Mens quoque numen habet.*] Post infelicem illam Romanorum cladem ad lacum Trasymenum. Neap. Lactantius lib. I. de Falsa Religione cap. 20. *Mentem quoque inter Deos collocavit senatus, quam profecto si habuisset, ejusmodi sacra numquam suscepisset.* Vovit, ut puto, hanc Menti aedem Atilius praetor anno ab v. c. DXXXVII. quo anno & Q. Fabius Maximus aedem Veneri Erycinae vovit, teste Livio libro secundo decadis tertiae. Heins. Haec jam Betulejus ad Lactantii locum observavit, & hic Fanensis: sed praetoris, & voventis, & dedicantis, nomen fuit non Atilius, sed Otacilius, ut ostendit Pighius in Annal. ad A. DXXXVI. vid. & Sigon. ad Liv. XXII. 10. Burm.

241. *Delubra videmus Vota.*] Suasu Decemvirûm. Post inspectos libros Fatales aedem vovit Atilius Praetor, dedicavit T. Otacilius Crassus. Vide Livium lib. XXII. & XXIII. Neap.

243. *Leto Consulis.*] C. Flaminii. Neap. *Principis* Ambros. prim. *eximunere* idem.

245. *Spem metus expulerat.*] Alii, *abstulerat*. ut infra,

Abstulerat vires corporis ipse timor.

Heins. Ita editiones quaedam. *extulerat* ultra viginti scripti.

246. *Suscipit.*] *Excipit* prim. Ambr. an dictum? ut apud Propert. IIXX. 10.

Quae tum ego Neptuno, quae tunc cum Castore Fratri,
Quaeque tibi excepi tum Dea Leucothoë.

Burm.

247. *Mediis sex lucibus Idus.*] Ostendit quo die consecrata: hoc est, eodem VII. Idus. In Kalendario statim post hunc legitur: MENTI IN CAPIT. Puto verius, & credo, Nostro haud dubie alibi sibi mentem, cum haec scriberet: nam VII. Idus adsignificavit supra in illis, *Tertia post Nonas*. Quod si eodem fuit dies consecrationis, superfluum sane hoc iterum uno disticho adnotare: idcirco suspicor, VI. Idus his duobus versiculis exprimere voluisse, non VII. ut ex iisdem colligo. Neap. *Ex lucibus* prim. Vatic. & duo alii. *post lucibus* unus.

241. *Tibi nunc operata resolvimus ora.*] V. Idus erant sacra Vestalia, ut monent Kalendaria. de festo M. Varro lib. V. *Dies Vestalia, ut virgines Vestales Vestae sacrificent.* In Kalendario Constantini Magni, VII. Idus VESTA APERIT: V. Idus VESTALIA: XVII. Kalendas Julias VESTA CLUDITUR. Prima & ultima verba capio de penu Vestali: qui, cum Vestalium dies aderat, aperiri solitus; claudi puto post illa praeterita. Vide an ad hanc mentem hic Festi Pompeji locus: *Penus vocatur locus in aede Vestae intimus tegetibus saeptus: qui certis diebus aperitur Vestalia aperitur.* Neap. *Operosa* Jun. Bern. & quatuor alii. male.

252. *Resulsit.*] *Resolvit* Regius.

253. *Non equidem vidi (valeant mendacia vatum) Te, Dea.*] Sic lege ac distingue. Terentius in Andria: *Valeant qui inter nos discidium volunt.* & infra hic Noster:

—— *Valeat, mea tibia, dixi.*

Ciofan. *Pereant mendacia* tres libri. *tu Dea, non fueras* multi scripti & Gryph. Edit. *conspicienda* prim. Amb. & Laeti.

255. *Quorumque errore tenebar.*] *Trahebar* prim. Farnes. & Ambros. & Laeti, cum quatuor aliis. ut lib. V. 25.

Ne tamen ignores, vulgique errore traharis.

Metam. II. 79.

Usque viam tenras, nulloque errore traharis.

sed & alterum rectum est. Heins.

256. *Nullo.*] *Nulla* Voss. Farnes. & sex alii. *Ilia* Patav. quod olim probabat Heinsius. *agnita* etiam Laeti.

257. *Dena quater memorant.*] Annus erat XL. Urbis conditae. Neap.

257. *Palilia Romam.*] De his Festis vide quae notavi sub finem lib. XIV. Metamorphos. Ciofan. *Denaque ter* prim. Vatic.

258. *Cum flammae custos.*] Non placet liber, in quo, *Dum flammae custos*. Neap.

258. *Aede recepta Dea est.*] Veteri inest, *Urbe recepta*. Credo & faveo vulgato Codici, non isti: nam sequitur, hanc aedem *Regis opus placidi*; id est à Numâ templum conditum. Neapol. *Recepta sua est* rectius prim. Ambros. & Laeti liber. pro *Palilia* superiori versu *Parilia* Ursini codex. dixi lib. IV. vs. 721. pro *Romam* eodem versu, *nomen*, Mazar. Zulich. aliique plurimi. Voss. Arondel. Erfurt. duo alii, *numen*. Forte,

Dena quater memorant abiisse Palilia, numen
Cum flammae custos aede recepta sua est.

Heins. Forte scripserit, *fide recepta sua est*, ut passim *aedes* & *fides* permutantur. vid. ad Quinct. IV. 2. & ita mox 268. ubi, pro *fidem*, *aedem* habet Mediceus. vid. & vers. 366. & 380. infra, & alibi. Burm.

258. *Recepta Dea est.*] Et ubi antea sacra haec Vestae? Ibum certe habuit primitus; postea ab Aenea Lavinii constituta: inde in Albam longam transtulit Ascanius, Numa vero in Urbem. Sed Alba haud remansit sine sacris. Vetus interpres ad illud Satyrici,

Ignem Trojanum & Vestam colit Alba minorem:

Romanos, ait, Tullo Rege movere ea sacra & transferre voluisse, sed magnam lapidationem de coelo factam; & jussos ex libris Sibyllinis Pontifices ex S. C. sacra Albae renovare. Fuerunt quoque & Tiburi Virgines Vestales; sed puto post translationem Romanam, non antea. haec quidem inscriptiones testantur:

SAV-

Quae nunc aere vides, stipulâ tunc tecta videres:
Et paries lento vimine textus erat.
Hic locus exiguas, qui sustinet atria Vestae,
Tunc erat intonsi regia magna Numae.
Forma tamen templi, quae nunc manet, ante fuisse
Dicitur: & formae causa probanda subest.
Vesta eadem est, quae Terra: subest vigil ignis utrique.
Significant sedem terra focusque suam.
Terra pilae similis, nullo fulcimine nixa,
Aëre subjecto tam grave pendet onus.
Ipsa volubilitas librarum sustinet orbem:
Quique premat partes, angulus omnis abest.

Cum-

SAVFEIAE ALEXANDRIAE
VV. TIBVRTIVM
CAPLATORES TIBVRTES.
alteri:
C. SEXTILIVS
VV. TIBVRTIVM
LIB. EPHEBVS
HERCVLANEVS AVGVSTALIS.
NEAPOL.

259. *Placidi.*] *placidum.* NEAPOL. Ambros. & Bernens. *opus, quo non placidi* Junian.

261. *Quae nunc aere nitent, stipula tunc tecta virebant.*] *Aëre virent* plurimi veterum. *aere videt, stipula tunc tecta virebant* Mazar. Arondel. ac itidem plurimi alii. At vere Ursini, Naugerii & tres alii,

Quae nunc aere vides, stipula tunc tecta videres.
HEINS.

262. *Lento vimine textus erat.*] Hic in ipsâ novâ aede, ni fallor, postea servatus eâdem religione quâ vetus illa Romuli casa: & hunc puto Festi *penum*, nam idem de eo supra: *Tegetibus*, inquit, *septus.* NEAPOL. *Tellus* nonnulli.

263. *Qui sustinet atria Vestae.*] Atrium erat, ubi illae degebant. Plinius: *Virgines cum vi morbi atrio Vestae cogantur exsidere, matronarum curae custodiaeque mandantur.* Illud igitur fuerat pars regiae, quam *parvum* alicubi vocat, hic *magnam:* NEAP. *Qui nunc tenet* Petav. & Mazar.

265. *Quae nunc manet.*] Rotunda scilicet est: nec alia dicitur fuisse antiquae aedis forma, monent id passim prisca numismata. NEAPOL. *Nunc tenet* Thuan. & Voss. *creditur* Francof.

266. *Formae causa probanda subest.*] Malim, *sua est*, quia *subest* denuo occurrit versu proximo. mox, *Vesta eadem est quae terra*, Ursini codex & duo alii, non *& terra* cum vulgatis. HEINS.

269. *Terra pilae similis.*] Quis non trahat huc illa Festi Pompeji, licet prurita? *Rotundam aedem Vestae Numa Pompilius Rex Romanorum construxit videtur; quod eamdem esse terram, quâ vita hominum sustentaretur, crediderit, eamque in pilae formam esse, ut sui simili templo Dea coleretur.* NEAP.

270. *Tam grave.*] Heinsius malebat, *quam grave.*

271. *Ipsa volubilitas.*] Hic versus & sequentes quinque in nullis vetustis exemplaribus reperiuntur. NAUGER. Hoc carmen cum sequentibus quinque non legitur in novem, quibus in hoc postremo libro utor, exemplaribus. Idque ubi tellus sunt, qui hoc opus cum antiquis libris contulerunt. CIOFAN. Hi sex versus in Ursini libro & sex aliis leguntur. à ceteris absunt. HEINS. Desunt & in Bernensi codice & priscis editionibus. in uno Mediceo leguntur post vs. 280. *subjectimus sublime* Edit. Gryph.

273. *Locata.*] *Locatum* Laeti; & mox, *cauvea*, Vatic. & duo Patavini.

276. *Terrae mundus haberet onus.*] *Terram haberet onus* elegantius Ursini, Laet & duo alii. unus Mediceus, *terras.* HEINS.

277. *Arte Syracusiae.*] *Syracosia* lege. nam in *Syracusia* tertia syllaba producitur. à Syracusis Συρακόσιος, & poëtice Συρηκόσιος. sic *versa Syracosio* Virgilius Ecloga sexta, ut habent vetustissima exemplaria. apud Claudianum quoque in Epigrammate de hac Archimedis Sphaera *Syracosius* semper scribendum, & apud Priscianum de Poëtis bus,

Prima Syracosii mens prodidit alta magistri.

& apud Nostrum in Ibide,

Utque Syracosio praestricta fauce poëtae.

Cumque sit in mediâ rerum regione locata,
Et tangat nullum plusve minusve latus;
Ni convexa foret, parti vicinior esset:
Nec medium terram mundus haberet onus.
Arce Syracosiâ suspensus in aëre clauso
Stat globus, immensi parva figura poli.
Et quantum à summis, tantum secessit ab imis
Terra. quod ut fiat, forma rotunda facit.
Par facies templi: nullus procurrit in illo
Angulus. à pluvio vindicat imbre tholus.
Cur sit virgineis, quaeris, Dea culta ministris?
Inveniam causas hac quoque parte suas.

Ex

& Pont. lib. IV. Eleg. III.

Illa Syracosia modo formidatus in urbe.

neque aliter apud Silium Italicum passim in vetustissimo codice exaratur. pro *Arte* etiam *Arce* reponendum cum optimo Patavino & duobus aliis. Achradinam intelligit, editiorem Syracusarum partem, ubi servatam fuisse hanc Sphaeram ex Athenaeo docemur. lib. V. in descriptione navis illius celeberrimae, quam Archimedes Hieroni Regi construxit: Βελτιόφιλλα λέγει τὸ αὐτὸ καὶ ὁ τὰ ὑπομνήματα γράψας, ὃν καὶ τὰ περὶ Ἀρχιμήδους καταμεμιμημένον ἐλέγχει. Silius lib. XIV. quatuor partes urbis Syracusanae *quatuor arces* vocat:

Nunquam hostis intratos muros, & quatuor arces.

idem ibidem *arces* non addito numero:

Inde Syracosias castris circumdedit arces.

Florus *tres arces totidemque muros* Syracusis assignat. Ceterum locum Athenaei de hac Sphaera esse intelligendum vox πλέον satis evincit, nam ἑλικοειδέστερον dixit, quod cursum per duodecim signa solarem exprimeret. scio aliter interpretari viros doctos. Claudianus de hac Sphaera:

Percurrit properum mentitus signifer annum,
Et simulata novo Cynthia mense redit.

Ita lego. vulgati, *proprium annum.* Paulo ante etiam scribendum:

Jura poli, rerumque fidem, legesque dierum
Ecce Syracosius transtulit arte senex.

Nam vetustiores libri, *legesque Deorum.* Vulgata exemplaria, *virorum.* HEINS.

278. *Stat globus, immensi parva figura poli.*] Archimedes Syracusanus sphaeram vitream sibi confinxerat, in qua Solis Lunaeque globi proprio incessu, & sponte diversas mundi oras commearent. Qua de re sic Claudianus quoque cecinit:

Jupiter in parvo cum cerneret aethera vitro,
Risit, & ad superos talia dicta dedit:
Huccine mortalis progressa potentia curae!
Jam meus in fragili luditur orbe labor.
Jura poli, rerumque fidem, legesque dierum,
Ecce Syracosius transtulit arte senex.
Inclusus variis famulatur spiritus astris,
Et vivum certis motibus urget opus.
Percurrit proprium mentitus signifer annum,
Et simulata novo Cynthia mense redit.
Jamque suum volvens audax industria mundum
Gaudet, & humana sidera mente regit.
Quid falso insontem tonitru Salmonea mirer?
Aemula Naturae parva reperta manus.

CIOFAN. Significat illam solidam Archimedis sphaeram. Solidae opponitur κοίλωσις, quae intus aërem non claudit. NEAP.

279. *Tantum secessit ab imis Terra.*] In ejus, inquit, medio puncti instar haerebat tellus. Scias illam è vitro fabricatam: ut id perspici posset, motus etiam ipsi coelestes, siderum ortus & occasus, mentitus Signifer, simulacra Cynthia, ut cum Claudiano loquar. Salve magne Archimedes, patriae nostrae decus, ingenium supra humanum. heu! ubi jam insignia Sicula illa capita? videtur hodiernum coelum prorsus aliud ab antiquo. Ubi Theocriti, ubi Lyssae, & quorum pleraque scripta nobis aetas invidit? Dabimus ante biennium, si Deus volet, Bibliothecam Siculam, ut mireris, quos viros ea tellus emiserit; imo ut lugeas, quas gemmas orbis amiserit. NEAP.

282. *A pluvio vindicat imbre tholus.*] Graeci hujusmodi templum dicerent ναὸν ὁλοειδῆ. sic apud Athenaeum lib. V. Ναὸς Ἀφροδίτης ὁλοειδής. Tholi forma est ὁμοιοειδὴς propterea scripsit Dio lib. LIII. Pantheum, quod Romae condidit Agrippa, ὁλοειδὲς ὂν τῷ σχήματι προσεοικέναι. Inepte Marsus, ut solet, θόλον vult esse telludinem; cum haec eadem, quae Graecis χελώνη. NEAP.

283. *Cur*

Ex Ope Junonem memorant Cereremque creatas
Semine Saturni: tertia Vesta fuit.
Utraque nupserunt; ambae peperisse feruntur:
De tribus impatiens restitit una viri.
Quid mirum, virgo si virgine laeta ministrâ
Admittit castas in sua sacra manus?
Nec tu aliud Vestam, quam vivam intellige flammam.
Nataque de flammâ corpora nulla vides.
Jure igitur virgo est, quae femina nulla remittit,
Nec capit: & comites virginitatis habet.
Esse diu stultus Vestae simulacra putavi:
Mox didici curvo nulla subesse tholo.
Ignis inexstinctus templo celatur in illo.
Effigiem nullam Vesta, nec ignis, habent.

Stat

283. *Cur sit virginibus.*] Duplicem assignat caussam, cur Vestae virgines inserviant. Prior est, quod inter sorores tantum ipsa remanserit viri impatiens: altera, quod Vesta sit eadem cum igne, a quo nihil generatur. Cicero duas alias retulit: *Vestae colendae*, inquit, *virgines praesunt, ut advigilatur facilius ad custodiam ignis, & sentiant mulieres in naturâ seminarum omnem castitatem poni.* Neapol.

283. *Virginibus.*] *Virginis* meliores. Heins.

283. *Dea culta ministris.*] *Dea lauta* codex Laet. ut lib. v. 667.

Lacta Lyrae pulsu, nitida quoque lasta palaestra.

sed repetita hic vox videtur ex versu 289. Burm.

284. *Inveniam causas.*] *Invenies* Bernens. mox, *trentam*, Pucean. alter.

286. *Semine Saturni.*] Hesiodus in Theogonia:

Ρέη δ' αὖ ἐμίγη Κρόνῳ εἶτα θαλερὰ τέκνα,
Ἱστίην, Δήμητρα, καὶ Ἥρην χρυσοπέδιλον,
Ἠδὲ βίηφιν ἐὺν Ἀίδην, ὃς ἐκὼν χόλον ἔδμαρτα πάτρι.

& Orpheus:

Ἑστίη αἰθερίοις Κρόνου ἔνδοθεν ἔσχατος ἕδραις.

Neapol.

287. *In sua sacra.*] *In sua castra* Ambr. prim. Laeti & duo alii. *jura* unus. *ad sua sacra* Moreti.

291. *Nec tu aliud.*] Haec quattuor carmina citat & exponit Lactantius libro primo cap. 12. cujus haec sunt verba: *Idcirco enim virginem putant Vestam, quia ignis inviolabile sit elementum, nihilque nasci possit ex eo: quippe qui omnia, quae corripuerit, absumat.* Cic.

291. *Vivam.*] *Castam* unus. *puram* alius. *miram* idem unus.

292. *Corpora nulla vides.*] Veriorem sententiam hic Noster secutus. Placuit enim Sophis quibusdam, ignem nostrum & elementarem sua quoque creare animalia. in quorum numero recenseo Senecam: *Ignis*, hic inquit, *qui omnia consumit, quaedam etiam creat: &, quod videri non potest simile veri, animalia igne generantur.* Aristoteles lib. v. Historiarum enarrat naturam quorundam animalculorum, quae in nive & in igne generantur in Cypriae insulae fornacibus aeratis: eadem quoque Strabo commemorat. Quae nugae semper mihi visae: nam quae potior ratio est, quod in hisce, non in aliis similia ἔμψυχα generentur? in ix. quoque idem inquit Philosophus, auctores quosdam esse, qui clorionem avem ex incendio nasci putent, sed ipse meram fabulam censet; imo manifeste testatur, ex hoc nostro igne nullum omnino creari animal: Πῦρ, ait, οὐδὲν ἔμψυχον ζῷον, οὐδὲ φυόμενον συναύξεται πυρφόροις· οὔτε τὸ ὑγρὸν, οὔτε τὸ ξηρὸν ἔδει. in eo tamen generari non negat: quod Seneca fatetur; & facit ad hoc ignem agentem, cum ait, *quaedam etiam creat.* Non scripsit id Philosophus: diversum est πῦρ γενέσθαι ἀ γενόμενον ἐν πυρί. Neapol. Isidorus lib. viii. cap. ult. citata hos versus habet, *corpora nuda.*

294. *Comites virginitatis amat.*] *Habet* Urlini, Laeti, prim. Ambros. & novem alii. Alteram lectionem Lactantius Firmianus libro primo de Falsa Religione cap. 2. procit, hoc & tribus praecedentibus versibus in medium allatis. Heins.

297. *Ignis inexstinctus templo celatur in illo.*] Hunc locum declaravi in Observationibus in Metamorphoseis libro decimoquinto ad illud:

—— —— *neve*
Caede Sacerdotis flammas extinguite Vestas.

Ciofan.

297. *Celatur.*] *Celebratur* quinque. forte non male, quia perpetuus est.

298. *Habent.*] *Habet* Jun. & Vossii & multi alii.

300. *Par Graji nominis.*] Nam Ἑστίαν Graeci dicunt ἀπὸ τοῦ ἑστάναι. Neap.

303. *Hinc quoque vestibulum dici reor.*] Primorem illam domus partem à Vestâ, hoc est igni: nam in vestibulo erat focus. Sed de etymo hujus vocabuli aliud sentit Nonnius, aliud Varro, hoc Ovidianum nemo. Servius: *Vestibulum, ut Varro dicit, etymologiae non habet proprietatem, sed sit pro captu ingenii.* Neap.

303. *Inde precando Dicimus, ô Vesta, quae loca prima tenes.*] Ita legendum ex uno libro scripto & veteri editione. Ciofan. Legendum sic hoc reliquum carminis:

—— *Inde precando*
Dicimus, ô Vesta, quae loca prima tenes.

Neapol. Hic denuo discrepant libri veteres. Ursini, prim. Ambros. Zulich. Mazar. aliique nonnulli, *inde precando Quae samur Vesta.* alii plures, *unde precando Quae samur vestra est*, vel, *Vestam.* unus, *Quaeramus Vesta.* alius, *Quaeramur.* tres, *unde precando Adsamur Vestam.* non male. Latere incudum certus sum. sed medicina non est in promtu. Scribendum videtur tamen,

—— *inde precando*
Praefamur Vestam, quae loca prima tenes.

vel, *inde precamur Praefati Vestam.* nam *precamur* est in plurimis antiquis. Tibullus libro iii. Eleg. 11.

Praefatae ante meos manes, animamque precatae.

ubi male, *animamque rogatae*, multi codices antiqui, quod tamen approbatores suos invenit. nec melius magnus Scaliger, *animamque rigatae.* ut *rigatae cum manus* construuntur. Virgil. lib. xi.

Ut primum placati animi & trepida ora quierunt,
Praefatus Divos solio Rex infit ab alto.

veniam praefari saepe occurrit apud Apulejum. sic *praefari Janum & Jovem* Macrobrio Saturnalibus lib. i. cap. 16. videantur quae Fast. i. vs. 171. annotamus. Symmachus libro iii. Ep. 41. *An si nobis scribenda sit forensis oratio, Jovem Deosque ceteros Catonis lege praefabimur?* ubi plura Juretus de *praefandi* verbo & *religiosis praefationibus.* Heins. Forte, *inque precando Adfamur Vestam.*

305. *Olim scamnis considere.*] Athenaeus lib. ix. Ὅθεν καὶ παροιμιῶδες παρὰ τοῖς ἀρχαίοις ἦν, ἀλλὰ διὰνυξ ἐξέρπει, ἢ δὶς εἰς μᾶλλον κνᾷ. & Isidorus ex libris Varronis de vitâ Populi Romani: *Majores nostri sedentes epulabantur; quem morem habuerunt à Lacedaemoniis & Cretensibus.* sed mos ille abiit, tantum retentus in militiâ. Neap.

305. *Scamnis longis.*] Haec, si memini, alibi dixit *cava.* Compacta ergo tribus tabulis, aut quattuor, si subtus aliam habebant in arcuatae formam. Usi hac voce Graecobarbari sacpicule; sed raro iisdem litteris: nam σκαμνὸν, ὃ σκαμνίον scribebant. Neapol.

307. *Antiquae sacra Vacunae.*] Haec Dea multis visa; quae otio & vacantibus praeesset: sed Varroni libro primo Rerum divinarum Minerva est. *Quod eâ maxime his gaudent, qui sapientiae vacant.* Annua sacra Romae habuit, ut vides, & templum, in quo illa sacrificata. Adi Urbis Topographos. Neapol. Vid. Scholiast. Horat. i. Epist. x. vs. 49. *Lacunae* & *Lacunales* Putean. & Excerpt. Dorvae. *Vacanales* Junian.

309. *Aliquo de more vetustas.*] An rectius meus codex, *aliquid de more vetusto?* Neap. *Aliquo de more vetusto* Ed. Gryph. ex hoc vero loco lectio

Stat vi terra suâ: vi stando Vesta vocatur.
Caussaque par Graji nominis esse potest.
At focus à flammis, & quod fovet omnia dictus:
Qui tamen in primis aedibus ante fuit.
Hinc quoque vestibulum dici reor: inde precando
Adfamur Vestam, Quae loca prima tenes.
Ante focos olim longis considere scamnis
Mos erat; & mensae credere adesse Deos.
Nunc quoque, cum fiunt antiquae sacra Vacunae,
Ante Vacunales stantque sedentque focos.
Venit in hos annos aliquid de more vetusto:
Fert missos Vestae pura patella cibos.
Ecce, coronatis panis dependet asellis;
Et velant scabras florida serta molas.

Sola

Sola prius furnis torrebant farra coloni;
Et Fornacali sunt sua sacra Deae.
Suppositum cineri panem focus ipse parabat;
Strataque erat tepido tegula quassa solo.
Inde focum servat pistor, dominamque focorum,
Et quae pumiceas versat asella molas.
Praetereram, referamne tuum, rubicunde Priape,
Dedecus? est multi fabula plena joci.
Turrigerâ frontem Cybele redimita coronâ
Convocat aeternos ad sua festa Deos.
Convocat & Satyros, &, rustica numina, Nymphas.
Silenus, quamvis nemo vocarat, adest.
Nec licet, & longum est epulas narrare Deorum:
In multo nox est pervigilata mero.
Hi temere errabant in opacae vallibus Idae:
Pars jacet, & molli gramine membra levat.

Hi

vera, lib. I. 537. *Nostros descendit in annos*, vindicari potest.

310. *Pura patella.*] Purum omne aptum sacrificiis: sed vere, purum hic nihil aliud quam detersum. Persius Satyrâ III.

—— *Purum & sine labe salinum.*

Plautus in Amph. Actu IV. Scenâ III.

Tu purgari jusseras vasa, ut rem divinam faceret.

& in Capt. reis:

Vasa tibi para appararier ad rem divinam cito.

Hinc verbum *purare*, pro purgare, passim Varroni & Catoni usitatum. Neap. Tres Vaticani, *cernua*. an *cruta*? de quo lib. II. Fast. vs. 645. sed bene vulgatam lectionem interpretatur Neapolis. Heins. *Parva* Medic. *Ter justos* duo.

311. *Ponis dependet asellis.*] In honorem Vestae hoc tempore nisi molitores coronabantur à pistoribus. Inter cautas recenset fabulosam quamdam, quae apud Lactantium quoque exstat his verbis: *Lampsaceni asellum priapo quasi in ultionem mactare conjurarunt: cum cum hic Deus Vestae dormienti vim inferre conaretur, asinus intempestivo clamore eum excitavit. Hinc ibidis inimicitiis detecta. Apud Romanos contra asellum Vestalibus sacris in honorem peculiarium conservatos panibus coronant.* Quod attinet ad formam panis, quae asinario collo imponebatur, in modum coronae fuisse crassiore; veluti olim distribuit populo Romano Aurelianus Imperator, ut testatur Flavius Vopiscus: *Non praetermittendum videtur, coronas eum fecisse de panibus, qui nunc siliginei vocantur, & singulis quibusque donasse; ita ut siligineum suum quotidie toto anno sua & unusquisque reciperet, & posteris suis dimitteret.* Hae coronae sunt, quae Valentinianus & Valens in Lege V. Codicis Theodosiani De annonis civicis & pane gradili vocant *buccellas*. ψωμία hoc verbum Graece reddit Constantinus Porphyrogenitus. Soli Siculi hanc vocem hodie retinent, qui materna linguâ hujusmodi panes dicunt *buccellato*. Castellani vocant *rosquillas*. Quo nomine apud eam gentem intelligitur & circulus è panno in coronae modum aptatus epomidi, quam gestant collegiorum alumni. Redeo ad meum conjectaneum, quod cave putes è cortinis Phoebeis. Mentio quoque apud Aristophanem in Pluto alterius è panibus coronae, forte his multis filo perforatis contextae. sic infit quadam ibi, quae inducitur:

—— Κἀγὼ γ' ἀναβᾶσα βέλεμνα
Ἐπιρρῖψαι τὸ τὸ κεφαλαυτῶ ἐγαυδῶ
Τοιοῦτ' ἀπαγχόνιτον. ——

Neapol.

312. *Florida farra.*] *Florea* tres. *mollia* unus. *florida farra* tres. *scabras comas*: quatuor. male. vid. III. Art. 290. Med. Fac. 58. Burm.

314. *Sunt sua sacra.*] Veteres pleraque, *sunt stata sacra Deae.* Neap. Primae editiones & quatuor scripti, *stata sacra*, quod & in suis Neapolis invenerat. id tamen metuo, ut ferri possit. cave libro II. 528.

Curio legitimis tunc Fornacalia verbis
Maximus indicit, nec stata sacra facit.

forte,

Hinc Fornicali sunt data sacra Deae.

Heins. *Sua templa* Gottorph.

315. *Ite*

Hi ludunt, hos somnus habet; pars brachia nectit,
Et viridem celeri ter pede pulsat humum.
Vesta jacet, placidamque capit secura quietem,
Sicut erat positum cespice fulta caput.
At ruber hortorum custos Nymphasque Deasque
Captat; & errantes fertque refertque pedes.
Adspicit & Vestam; dubium, Nymphamne putarit,
An scierit Vestam: scisse sed ipse negat.
Spem capit obscaenam, furtimque accedere tentat;
Et fert suspensos, corde micante, gradus.
Forte senex, quo vectus erat, Silenus asellum
Liquerat ad ripas lene sonantis aquae.
Ibat, ut inciperet longi Deus Hellesponti;
Intempestivo cum rudit ille sono.
Territa voce gravi surgit Dea. convolat omnis
Turba. per infestas effugit ille manus.

[Lam-

315. *Focus ipse parabat.*] Olim, inquit, furnus farri torrendo inserviebat, at pani coquendo ipsi foci cineres. Meritò ergo pistores festum agunt Vestae focorum Dominae. Neapol.

316. *Sola.*] *Foco* multi. *erant* etiam Regius.

318. *Pumiceas.*] *Pumicas* plurimi.

318. *Versat asella.*] Ipsa quoque sertis redimita; & laboribus vacua significat, quantum potest, debitum numini cultum. Neap.

319. *Praetereram? referamne? &c.*] Ita omnino legendum est. Ciofan. *Praeterea* alii.

320. *Fabula plena joci.*] *Parva joci* libri meliores magno numero. Heins. *Multo joco* Petav.

321. *Turrigera.*] *Turrigeram* omnes fere scripti & quidam editi. *thuriferam* Bernens.

322. *Convocat.*] *Evocat* duo. II. Art. 581. *Convocat ille Deos.* infr. vs. 672.

324. *Nemo vocarat, adest.*] Silenus creditus musca dialium conviviorum. Neap. *Votaret* Ambros. pr. & octo alii. *vocavit* tres.

325. *Nec licet, & longum est.*] Scribo, *Nec libet.* ita saepe peccatum, ut monuimus ad Epist. Sapphus. Heins. Nihil mutа. respicit enim Tantali labellum, qui epulis admotus, cum ibi acta narrasset, poenam sensit.

326. *Pervigilata.*] *Pervigil acta* duo libri. *evigilata* Nogareti.

327. *Hi temere errabant.*] *Ili* cum melioribus nam de Diis agi satis liquido superiora evincunt. Heins.

327. *In opacae vallibus Idae.*] Fingit festum in Phrygiâ apud dilectos Cybelae colles. supra Naso:

Dindymon & Cybelen, & amoenam fontibus Idem,
Semper & Iliacas mater amavit opes.

Neap. *Collibus* Excerpta Douzae & infiniti scripti. sed *Valles Idae* dixit & supr. vs. 15. & I. Art. 289. & alibi. vid. ad I. Met. 689.

328. *Levat.*] *Levant* Puteau. alter, quinque alii. & Edit. Gryph. & Micylli.

329. *Pars brachia nectit.*] Statius primo Achilleidos:

Horne inter simulare choros, & brachia ludo
Nectere nate grave est? ——

quod *implicare manus* dixit alicubi Propertius. Neapol. *Jactat* Moreti. *vertit* Puteau. *nectunt* sex scripti & edit. prim. Gryph. & aliae.

330. *Et viridem.*] *Pars viridem* editi quidam & quinque scripti; sed male: chorea enim nexis brachiis saltat.

332. *Positum.*] *Posito* Pembroc. & Junian.

335. *Dubium est.*] Tollo *vò est.* ita praestantiores libri. Heins.

336. *Scisse sed ipse negat.*] Nam grave illi visum, turpe aliquod concepisse in ipsum, si dici posset, pudicitiam. idem Priapus in Catalectis:

Licebit ipsa sis pudicior Vestâ.

Neap. *Neget* Regius. *quod ipse negat* Junii.

338. *Corde micante.*] *Ore* unus. *corde tremente* Puteau.

340. *Ad ripas.*] *Ad ripam* prim. Ambros. & Lacti & Bern. & quidam alii.

341. *Inciperet.*] Huc refert reste illa Petronii cap.

[Lampsacos hoc animal solita est mactare Priapo:
Apta asini flammis indicis exta damus.]
Quem tu, Diva memor, de pane monilibus ornas,
Cessat opus: vacuae conticuere molae.
Nomine, quam pretio celebratior, arce Tonantis,
Dicam Pistoris quid velit ara Jovis.
Cincta premebantur trucibus Capitolia Gallis:
Fecerat obsidio jam diuturna famem.
Juppiter ad solium superis regale vocatis,
Incipe, ait Marti. Protinus ille refert:
Scilicet ignotum est, quae sit fortuna meorum,
Et dolor hic animi voce querentis eget?
Si tamen, ut referam breviter mala juncta pudori,
Exigis: Alpino Roma sub hoste jacet.

Haec

cap. xcii. *Credo illum pridiè incipere, postero die finire, Pithoeus. longi decus* Petav. Burm.

343. *Surgit.*] *Fugit* duo libri.

344. *Ille.*] *Illa* Neap. Edit. *confugit* Junian.

345. *Lampsacus.*] Urbs in Hellesponto ad dexteram ingredientibus, inter Abydum & Cyzicum. de qua sic Plinius lib. IV. cap. II. *Hellespontus, septem stadiis Europam ab Asia dividens, quatuor illic inter se contrarias urbes habet, in Europa Callipolim & Sestum; in Asia Lampsacum & Abydum.* Vide etiam Strabonem lib. XIII. Marcellinum libro XXII. & Melam libro primo. Ciofan. *Lampsacos* nonnulli. & sequenti versu, *Apta asini*, pro *Hinc asini*, meliores omnes. Sed emunctae naris quilibet facile odoretur hoc distichon ab aliquo homine male sciatо hic praeter rem esse inculcatum, ut & alibi non raro factum. Heins. Forte ita reflictum posset reponi:

Lampsacos hinc animal solita hoc mactare Priapo:
Utue asini flammis indicis exta damus.

Hinc asini est in Putean. Sarrav. & multis editionibus. si enim omittatur distichon, quo referas sequentia, *Quem tu &c.* non video. nam *ille* praecedens Silenum, ut puto, respicit. nam *infestas* manus pepetisse Silenum, non asinum. Burm.

345. *Solita est mactare Priapo.*] Hinc carmen illud incerti auctoris:

Lampsacos melior non imbuet hostia cultros.
Neapol.

346. *Apta asini flammis.*] Male; & bene vetus, *Hinc asini flammis.* Et nota ex his, hujus exta quotannis oblata aræ Vestali. Neap.

347. *Quem tu, Diva memor.*] Risit id Lactantius: *Et quid turpius, scripsit, quid flagitiosius, quod si Vesta beneficio asini virgo est? aut Poëta fabulam finxit.* de Nostro Publio loquitur. Neap.

349. *Nomine quam pretio celebratior.*] Silecpotius haec debuit Noster quam dictis praetexere; nam parum aut nihil spectant ad ritus & sacra Vestalia. Fungar ego meo munere. Romani aram in Capitolio Jovi Pistori erigi curarunt, sed modicam, cum soluti obsidione Gallica ob similitudinem panis jactum in hostium stationes. hoc qui tritius in Historiâ? sed eadem aram dicatam mox praeteriit. Neap.

350. *Dicant Pistoris.*] Discrepant membranae veteres: aliae scripturam hanc probant; aliae habent, *Dicam Pistoris.* Neap. Libri veteres, *dicam pistores*, vel *dicant.* Quidam etiam, *dicam pistoris.* Lego, *Die jam*, vel *dicite.* Heins.

351. *Cincta.*] *Cinctа* Voss. & Bernens. mox, *nam diuturna*, Excerpta Douzae, Putean. & Moreti.

355. *Quae sit fortuna malorum?*] Lege, si placet, ex nostro codice, *quae sit fortuna meorum.* Neap. *Malorum* scripti meliores constanter magnâ copiâ. Trist. IV. Eleg. prim.

Nec tamen, ut vemi, levior fortuna malorum est.

vetus, *locorum*, alius, *deorum.* tertius, *viarum.* Vulgatae lectioni non temere moverim controversiam. Marti enim sacra Roma. Heins. In Francofurtensi erat pro varia lectione, *Quo sit Romana loco res.* quod unde venerit nescio. an dictum ut illud à Virgilio lib. II. 322. *Quo res summa loco.* & Terent. Adel. III. II. 46. *Pejore res loco non potis est esse.* & ita alii. *Res Romana* etiam infra occurrit vs. 433. & alibi centies. Burm.

357. *Breviter.*] *Pariter* Petav.

358. *Jacet.*] *Fuit* Mazar. forte, *ruit.* ut Claudian Rufin.

Haec est, cui fuerat promissa potentia rerum,
Juppiter? hanc terris impositurus eras?
Jamque Suburbanos, Hetruscaque contudit arma,
Spes erat in cursu. nunc Lare pulsa suo est.
Vidimus ornatos, aerata per atria, pictâ
Veste, triumphales occubuisse senes.
Vidimus Iliacae transferri pignora Vestae
Sede. putant aliquos scilicet esse Deos?
At si respicerent, quâ vos habitatis in arce,
Totque domos vestras obsidione premi;
Nil opis in curâ scirent superesse Deorum,
Et data sollicitâ tura perire manu.
Atque utinam pugnae pateat locus! arma capessant;
Et, si non poterunt exsuperare, cadant.

Nunc

—— tandem succurre ruenti
Hesperiae, Stilico.
Heins.

359. *Promissa.*] *Permissa* Thuaneus. vid. II. Met. 259.

361. *Contudit.*] *Perculit* Ambros. vid. lib. IV. 618. *concutit* Petav.

362. *Spes.*] *Speque* Bern. *spes erat in Cressо victa repulsa suo* prim. Ambros.

363. *Aerata per atria.*] Lipsius in Electis rescribendum censet, *cerata per atria*; non ego, qui non cereos solum, sed & aereos legi thoraces illos antiquorum; idque ex duobus locis Papinii: quorum uni vir ille mendam ineptе credit; in alterum non incidit. Neapol. *Cerata* Lipsius Epilolicis Quaestionibus lib. IV. cap. 5. quod jure improbat Neapolis. & Barthius ad Claudianum Cons. Olybii, vs. 19. sed nec *aerata atria* propter statuas aeneas in iis dispositas rectè opinor dici. quare refugo, *referata per atria.* sic lib. IV. Met. 761.

—— referatis aurea valvis
Atria tota patent.

confirmat conjecturam Livius lib. V. cap. 41. in narratione hujus historiae: *In forum ac propinqua fori loca conglobati redibant. ubi eos, plebis aedificiis obseratis, patentibus atriis principum, major prope cunctatio tenebat, aperta quam clausa invadendi. adeo haud secus quam venerabundi intuebantur in aedium vestibulis sedentes viros, praeter ornatum habitumque humano augustiorem, majestate etiam, quam vultu praeferebant, Diis similimos.* utitur autem Livii auctoritate ac fide in plerisque Naso, adeo ut etiam verba ejus nonnumquam mutuetur, ut in Lucretiae historia aliisque narrationibus est videre. Florus quoque libro primo cap. 13. *Patentes passim domos adeunt, ubi sedentes in curulibus suis senes praetextatos mactant.* quamquam Plutarchus senes hosce triumphales in ipso foro mactatos fuisse adseverat, in Camilli vita. Heins. *Aurata* unus Patavin. & alter Petav. *errata* Bernens. *reserata* Heinsii firmat Val. Maxim. III. 117. qui *apertis januis* considisse dicit. mox *succubuisse* quatuor. alii, *accubuisse*, *procubuisse*, *concubuisse.* Burm.

363. *Picta Veste.*] Clare subdit hanc fuisse triumphalem. de eâdem Ausonius: *Namque iste habitus, ut in pace Consulis est, sic in victoriâ triumphantis.* Prodeat & Plinius lib. VIII. cap. 78. *Apud Homerum*, inquit, *pictas vestes inveni; unde et triumphales natae.* Purpura in triumphali miscetur auro; sed antiquitus nullum in eâ. Dionysius de Romulo triumphante: Τελευταῖον δὲ τὸ πομπεῖον αὐτὸς ἐστεφάνου, ἐσθῆτα μὲν ἁλουργῆ, βάδην δὲ καταγόμενος τοὺς ἵππους. En simplicem ἁλουργίδα: cujus postea cum Auctores meminere, addiderunt χρυσόπαστον. Plutarchus de Paulo Æmilio: Ἁλουργίδα χρυσόπαστον ἀμπεχόμενος. Appianus vero hanc cixit, Πορφυρᾶν ἐσθῆτα χρυσῷ ἐνυφασμένην. Neap.

364. *Triumphales senes.*] Hi sunt, quos θριαμβευτὰς ἄνδρας appellat Plutarchus in Camillo, cum enarrat hanc Urbis calamitatem. Neap.

365. *Transferri pignora Vestae.*] Idem in Camillo: Τὰ δὲ τῶν τῆς Ἑστίας καὶ συμβόλων μὴ τὰ ἱερὰ ἀποκεκρύφθαι ἔφυγον. Lege & quae sequuntur. Neap.

366. *Sede.*] *Aede* quidam. reliqui fere mendose, *Code. putent* praeterea unus Petav. Mox, *Nil opis*, legendum cum scriptis. Heins *Sede* rectum est. vid. supr. vs. 258. *Iliacae gentis* Sarrav. *pectora* vel *praemia Vestae* Mazar. & duo alii.

369. *Cura.*] *Curas* duo Mazarin. Bernens. & alii multi.

371. *Cu-*

Nunc inopes victus, ignavaque fata timentes,
Monte suo clausos barbara turba premit.
Tum Venus, & lituo pulcher trabeàque Quirinus,
Vestaque pro Latio multa locuta suo.
Publica, respondit, cura est pro moenibus istis,
Juppiter: & poenas Gallia victa dabit.
Tu modo, quae desunt fruges, superesse putentur,
Effice: nec sedes desere, Vesta, tuas.
Quodcumque est Cereris solidae, cava machina frangat;
Mollitamque manu duret in igne focus.
Jusserat: & fratris virgo Saturnia justis
Adnuit; & mediae tempora noctis erant.
Jam ducibus somnum dederat labor. increpat illos
Juppiter: & sacro, quid velit, ore docet:
Surgite, & in medios de summis arcibus hostes
Mittite, quam minime perdere vultis, opem.
Somnus abit, quaeruntque novis ambagibus acti,
Perdere quam nolint, & jubeantur, opem.

Ecce

371. *Cappessent.*] *Capessant* & *cadant* meliores. Heins.

372. *Potuerunt.*] *Poterint* prim. Vatic. & quinque alii.

373. *Inopes victus.*] Heinf. in ora codicis, *inopes victus*, *victuque*, certe in vulgata lectione dubium est, an intelligat Romanos, *inopes victus*, id est egentes victûs, an ipsos *victus inopes* vocet, ut 1. Met. 512.

Illos longa domant inopi jejunia victu.

sic & *irae inopes* dixit Val. Flac. v. 147. deinde elegantius foret, *monte tuo*: Jovi enim Tarpejo & Capitolino vocato haec dicit. *ignavaque fata* quinque libri, unde Heinsius incitebat, *facta*. mox *impia turba* Ambr. & Laet. Bunn.

374. *Turba premit.*] *Premunt* unus Vatic. Heins.

377. *Publica cura.*] Scaliger ad Manil. iv. 136. exponit *curam* pro curatore. vid. ad Epist. 1. 38. 102. causa Pucem. *pro moenibus urbis* Mazar. alter. *Gallica turba* duo libri. *poenam* etiam Junian. Bunn.

382. *Sedes tuas.*] *Latium tuum* prim. Ambros. & Laet. mox *Mollitamque* malim, quam *Mollitamque*. &, *Jusserat*, *at fratris*, quam *et*; &, *tempora mediae noctis erant*, quam *erant*. de quo postremo vide Notas lib. II. pag. 149. sed per libros veteres vix licet. Heins.

383. *Quodcumque est Cereris solidae.*] Quidquid Panem habet mollem indicit. Neapol. *Quod figuris fabris* Laet.

385. *Increpat.*] *Excitat* Moreti unus. *increpat omnes* Mazar. & Voss.

388. *Tradere vultis.*] *Mittere* Ursini, Vossii & unus Patavinus. non invenustâ repetitione. Heins. At ego multo venustiorem lectionem primae editionis & quatuor scriptorum, *perdere*, puto. uti & sequenti pentametro legendum. Heinsius ibi *perdere* conjecerat. *mittere vultis* Pembroc. & Vatican. *credere vultis* unus.

391. *Este Ceres visa est.*] *Ecce* Ursini, Naugerii & octo alii. Heins.

391. *Jaciunt Cerealia dona.*] Dûce verum Livio libro v. Decadis primae. Neap.

392. *Scutaque longa sonant.*] Ut signet Gallicana. Diodorus de hac gente: Θυρεοὺς χαλκοῦς ἐκπεπωκότες, παραπλησίους ἱππεῦσι θυρεοῖσιν. Livius: *Scuta longa, caterum ad amplitudinem corporum parum lata, & ea ipsa plana, male tegebant Gallos.* Neapol.

393. *Posse fame vinci.*] *Vincere posse fame* unus Medic.

394. *Ponitur ara Jovi.*] Alia tunc eidem ab hanc caussam & in Capitolio posita cognomento *Soteris*. Animadverti ex Servio ad VIII. magn. Operis. Neapol.

395. *Forte revertebar.*] In meo est, *Fors revertebar*. Neapol.

395. *Festis Vestalibus illa.*] *Illac* plerique. Heins. Non placet κακόζηλον illud, *Festis Vestalibus* tres codices, *sacris Vestalibus*. tres alii, *Festis Cerealibus*. & duo alii, *festis natalibus*. primum placet, & ita centies in his Libris *sacra* & *festa* permutantur. elegans quoque lectio, quam Neapolis in suis reperit, *revocitabar*. quod reciperem, nisi sequeretur, *jussumque sedere*, unde pede iter feciffe colligitur. Burm.

396. *Nunc Nova juncta foro est.*] Prope hanc Novam erat sacra illa Vestalis aedes. Livius lib. v. *Eodem anno M. Caeditius de plebe nuntiavit Tribunis, se in Novâ viâ, ubi nunc sacellum est, supra aedem Vestae vocem nocte silentio audiisse clariorem humanâ, quae Magistratibus dici juberet, Gallos adventare.* Neap.

397. *Huc.*] *Hoc* Moreti & duo alii. *hic* Junian.

397. *Nudo descendere vidi.*] Caussam positi calcei censet ex antiquâ necessitate in eos annos perduraffe (nam olim ad templum euntibus paludes aliquot transeundae) non ex numinis reverentiâ: ad quam respexit etiam apud antiquos nudipedis incessus. Neap.

398. *Obstupui tacitus sustinuique gradum.*] Octo aut decem veteres, *gradus*. Puto,

Obstupui, tacitos sustinuique gradus.

Val. Flaccus lib. III. 441.

Ter tacitos egere gradus.

sic *incessa tacito progredi* apud Virgilium, & *passu tacito praeterire* apud Claudianum. Noster Art. Am. *Tacito pede labitur aetas*. mox, *vicina loci*, pro *loca*. Heins.

Ecce, Ceres visa est. jaciunt Cerealia dona.
Jacta super galeas scutaque longa sonant.
Posse fame vinci spes excidit. hoste repulso
Candida Pistori ponitur ara Jovi.
Forte revertebar sacris Vestalibus illac,
Quâ Nova Romano nunc Via juncta Foro est.
Huc pede matronam vidi descendere nudo:
Obstupui, tacitus sustinuique gradum.
Sensit anus vicina loci: jussumque sedere
Adloquitur, quatiens, voce tremente, caput.
Hoc, ubi nunc fora sunt, vdae tenuere paludes:
Amne redundatis fossa madebat aquis.
Curtius ille lacus, siccas qui sustinet aras,
Nunc solida est tellus, sed lacus ante fuit.
Quà Velabra solent in Circum ducere pompas;
Nil praeter salices cassaque canna fuit.
Saepe suburbanas rediens conviva per undas
Cantat, & ad nautas ebria verba jacit.

Non-

401. *Hic, ubi nunc fora sunt, udae tenuere paludes.*] *Hoc* liber. plerumque omnes, *Haec ubi*. Neapol. *Hoc* Urfin. Zulich. Mazar. & quatuor alii. *novem*, *Haec*, utrumque bene. Voss. & duo alii, *Hae*. & sic passim Nofler. vide Notas lib. III. pag. 219. Heins. Pro *tenuere* nonnulli, *trenuere*, vel, *tumuere*.

402. *Redundanti aqua.*] Tres apud me veteres membranae, *redundatis fossa madebat aquis*. Neap. Plurimi ex vetustioribus,

Mane redundanti fossa madebat aqua.

quos cave audias. Trist. lib. II. 51. Eleg. X.

Sive igitur nimii Boreae vis saeva marinas,
Sive redundatas flumine cogit aquas.

sic & *singultat fonti* Trist. III. El. V. Heins.

403. *Siccas qui sustinet aras.*] Quorum erant hae aras in lacu Curtii? nescio, nisi *aras* Poëta dixit pro *aram*; ut toties in hoc Opere, *templa* pro *templum*: illud est haud dubie; & illam Saturni significat P. Victor in Regione VIII. *Ara Saturni in lacu Curtii*. Ad nugas interpretum quis te mittat? Neap.

406. *Nil praeter salices.*] Tibullus:

At quà Velabri regia patet, ire solebat
Exiguus pulla per vada linter aquâ.

His subjungo verba Varronis, quae mire huc faciunt, licet subobscure: (differit de Aventini collis etymo) *Ego maxime*, inquit, *ab advectu*: *nam olim paludibus mons erat ab reliquis disclusus. Itaque*

Nondum conveniens diversis iste figuris
Nomen ab averso ceperat amne Deus.
Hic quoque lucus erat, juncis & arundine densus,
Et pede velato non adeunda palus.
Stagna recesserunt, & aquas sua ripa coërcet:
Siccaque nunc tellus. mos tamen inde manet.
Reddiderat causam. Valeas, anus optima, dixi:
Quod superest aevi, molle sit omne, tui.
Cetera jam pridem didici puerilibus annis:
Non tamen idcirco praetereunda mihi.

Moenia

ejus e. ex urbe qui advehebantur vasibus, quadrantem sibi debent: cujus conjecta, quod ea quae vannitur (probe Scaliger). *Velabrum, & unde deducebant ad Romam, Nova via: lucus & facellum lauri. Velabrum dictum à vehendo. Velatum* facere etiam nunc dicuntur, qui id marcido fa-ciunt. NEAP.

406. *Crassaque tamen.*] *Cassaque* duo meliores Parisini & Marcianus a manu prima. elegan-ter. *Ita crassum mutum*, p. o vacca, dixit Plautus. & *cassis ejus rei*: Serenus Sammonicus cap. x. *cassus au-rium* apud Gell. x. 15. apud Silium libro VII. Sl. Cap. *Cassa fenestrae exteriora umbra* scribendum. ubi *crassa* perperam legitur. sic *cassa flamma* Remed. Fannon. & *cassa terrae fertilitas* lib. v. Met. ex anti-quis libris, & *cassa cinnama* lib. XV. sed & *cassum*, quod caret pondere. Solinus cap. II. de Diomedeis avibus. *Si forte lignorum cassa venti auferunt hanc ferilium comprimunt terra, quam egesserat.* Sic & *palearum cassa* apud eundem cap. LII. HEINS. v. Rumel. 246.

408. *Ibris verba jacit.*] Propertius lib. II. El. 8. *Murra jacet verbis facundae.* NEAP. Malim, *dicta*, si per libros licent. vide Notas lib. III. El. 695. Propert. lib I. Eleg. XVI.

Te non ulla magae linxit petulantia linguae,
Quae solet ustato dicere verba loco.

Ubi vetares libri, *tesca loca*. Scribo, *petita joca*. jocum ratione vocat dicteria & sconmata. nisi ma-vis, *verba jocu*. HEINS. *Facit* prim. Amb. & tres alii. Vid. lib. II. 572.

410. *Averso.*] *Adverso* plurimi. *averso* unus.

411. *Citerat amnis Deus.*] Cum non erat nomen hoc Verumni: cui fit dictus ab amnis cursu mu-tato. Vide ejusdem Auctii Propertii Elegiam II. libri IV. NEAPOL.

412. *Juncis.*] Virgil. Nisi unus.

413. *Velato.*] *Nudato* Puteam. & Excerpta Dousae.

414. *Siccaque nunc.*] *Sed* prim. Bononiens. bene. Heins.

415. *Valeas, anus optima, dixi.*] Videtur Tibullianum illud lib. I. VII.

Vive diu, mi dulcis anus, proprios ego tecum,
Sit modo fas, annos contribuisse velim.

NEAP. *Valeas inde optima* prim. Ambros. & Lacti.

421. *Signum coeleste.*] Τὸ ἄγαλμα Παλλάδος. Ferunt hoc fuisse igneum veteres Grammatici: Παλλάδιον τοῦτο ἐν ζώδιοις μικρὸν ξόανον, ὃ ἔλαχε τοῖς τιτιλιτθοις, φυλάττειν τὸν βασιλέα τῆς Τροίας. NEAPOL. Prim. Ambros. & Lacti, *vitale*. Puto pro *fatale*. HEINS.

421. *Caelestis Minervae.*] Hoc signum vetustus credidit nulla mortali elaboratum industria; inde dictum διοπετές. Clemens Alexandrinus, Ἐν τῇ λόγῳ κατηγορικῷ πρὸς Ἕλληνας· Παλλάδ' εἰ, ὃν παρὰ Τρωσὶν ἐσώσαμεν, εἰ μάθοιμεν τὸ Παλλάδιον, τὸ διοπετὲς καλούμενον. Quo nomine donata ab eidem simulacra antiquissima, quorumve auctores incogniti: ut illud Dianae Ephesiae, quod Graecis quoque διοπετές quia forte ἀχειροποίητον. Quod verum e Plinio lib. XII. capite primo: ubi Mucianum me-rito deridet, qui artificem hujus statuae nominat. Signum vero stantis, an sedentis effigie conspice-retur, res adhuc in incerto. Strabo tamen lib. XIII. auctor est, Palladium, quod sua aetate Ilienses ha-bebant, rectum stetisse: unde colligit, non esse primum illud antiquorum Iliensium. hoc enim fe-disse probat ex Homeri versu Iliadis Z. ubi peplum jubet

Θεῖναι Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν. ——

Sed de his, qui legebant, ἐπὶ γενύσιν, agentes causam Ilienium, ea ejusdem auctoris judicium: Καὶ εἰ τὸν πτισσόμενον δὲ διαφθείροντες, γονάτων, ἐς ὄνειρα ἐκπίπτομεν; ἂν δέξωνται ἀπατεωνίζεσθαι. Si igitur vera ait Strabo, & Romanum Palladium erat antiquissimum Ilienſe, necesse erat, ut rectum, etiam sedisse. NEAPOL.

422. *Juga.*] *Jugo* alii multi. *jugum* Dousa. Pater ad Propert. lib. IV. Eleg. IX. *Jugis* quamvis alii.

423. *Vidi templumque locumque.*] Fragmenta Sex-

Moenia Dardanides nuper nova fecerat Ilus:
Ilus adhuc Asiae dives habebat opes.
Creditur armiferae signum coeleste Minervae
Urbis in Iliacae desiluisse juga.
Cura videre fuit: vidi templumque locumque.
Hoc superest illi: Pallada Roma tenet.
Consulitur Smintheus: lucoque obscurus opaco
Hos non mentito reddidit ore sonos:
Ætheriam servate Deam; servabitis Urbem:
Imperium secum transferet illa loci.

Ser-

cet & templi rudera: nam ante Ovidii natalem à Fimbriâ incensum. Appianus in Mithridatico: Ἐτελεύτα δ' αὐτὸς ὑπὸ πάντας ἔτεσιν, ἡμᾶ πάντα ἐπτακαίδεκα· καὶ τοὺς περιβόλους τε τοῦ Σεβαστοῦ ἐλυμήνατο πολλὰ· ὅτι δ' ἱερὸν Φοβοῦμαι, ὅτι δ' ἐς τὸν τῆς Ἀθηνᾶς κατέφυγον, οὐ αὐτὸν νῦν κατίχουσι. Sed fortassis postea refectum. Ibi autem semper asservatum signum aliquod Minervae certo certius: nam Strabo lib. XIII. ut vidisti, agit de Palladio suae aetatis. NEAPOL. *Vidi*; cum nempe in Asia iter olim facerem. vid. I. Trist. II. 77. & II ex Pont. X. 19. deinde lego, *hoc superest illi*, pro *illi*: locus & templum tantum Mi-nervae, à Lysimacho instauratum, superest; & postquam à Fimbria incensum fuisset, iterum, ut Neapolis recte suspicatur, restitutum. sed Palla-dium Roma tenet. Romani vero stantis effigie ha-buerint Palladium, ut infiniti docent nummi, quod melius mihi convenire videtur, *Armiferae Miner-vae*, & quae ex coelo delilit in Urbis Trojae juga. & ita Bellicam Minervam, Phidiae opus, *flare* Noster dicit IV. ex Pont. I. 32. & ita in loco Homeri ex Iliad. Z. 92. Scholiastes capit. ἐπὶ γούνατα, pro *παρὰ τοῖς γόνασιν*, *παρὰ τοὺς πόδας*· Ὀρθὸν γὰρ τὸ Παλλάδιον. vel quia pepla non sole-bant poni in genibus, sed iis simulacra velari. vid. Schol. ad Æsch. Sept. contr. Theb. 101. sicque posset εἶναι ἐπὶ γόνασιν capi, pro *ἐπιθεῖναι γόνασιν imponere genibus*, id est eo velare genua. neque video, quo alter Homeri locus ex Iliad. I. 455. a Strabone adducatur, qui non de genibus Mi-nervae, sed Patris, cui infans natus imponendus esset, agit, nisi ut velit inde colligere εἶναι ἐπὶ γόνασιν esse idem, & valere atque ἐφέσασθαι (Strabo ἐφίζεσθαι) γόνασιν. Sed cum id ultimum verbum magis habitum rei, cui aliquid impona-tur, exprimat, & ille ritus, infantes gremio impo-nendi, hoc exigat, alterum verbum ἐπιθεῖναι ex-plicari debet ex more illius ritus, scilicet peplo vestiendi simulacra, non imponendi peplum in ge-nibus. praeterea non tam male illos capere, qui ἐπὶ γόνασι capiunt pro *παρὰ τοὺς πόδας*, probat, alter ritus supplicum, qui etiam *in statua sedere* dicuntur, cum ad eam sedentes arctissime illam complectuntur, ut apud Æschyl. in Eumen. 412. ubi ξένος ἱδρύσας βρέτας, recte veri posse de nudo amplexu docet Stanlejus, neque inde colligi, statuam Palladis aut Trojanae aut Athe-nienſis fuisse sedentis figura. Virgilium etiam ut stantem Pallada describisse puto lib. II. 174.

—— *terque ipsa solo* (*mirabile dictu*)
Emicuit, parmamque ferens hastamque trementem.

ubi recte Servius *Exiluit*. *Quasi quae invita consi-stebat, locum damnaret*: non dicit, *consistebat*, sed *consistebat*. unde apparet, frustra laborare Germa-num, qui *emicuit* explicat, quo sedens statua for-rexerit, & in pedes se erexerit. quod immane fo-ret prodigium, cum sufficiat prodigio stantem sta-tuam exiliisse, neque loca alia Virgilii, ubi *emi-care* dicuntur homines, indicant eos sedisse, sed jam rectos steriisse, antequam saltum darent. ita lib. VI. 5.

—— *juvenum manus emicat ardens*
Litus in Hesperium.

& passim. Ceterum alias Minervae statuas, ut & Strabo docet, fuisse sedentes manifestum est; ita Lanificae, domifedarum matronarum numeris, Mi-nervae, quae ex Ægypto repetenda, fedebat. vid. Eustath. Iliad. A. 31. & ita Romae sedentem Mi-nervam fuisse aliquis colligeret ex Sueton. Calig. 25. ubi *infantem Juliam Drusillam* dicitur *Miner-vae gremio imposuisse*: ubi credo Capitolinam Miner-vam intelligi, quam cum Jove & Junone cathe-drae insidentem ex nummo Antonini Pii exhibet Ryckius de Capitolio cap. XIII. ubi & alios num-mos adducit, in quibus eadem numina stantia conspiciuntur. nisi & ibi ex Homerica locutione, de qua modo egimus, capiamus pro *ad pedes*, *ad genuinum posuit*. sed parum sibi constant veteres in figuris Deorum. de quo egi latius in Jove Ful-geratore cap. XIII. & XIV. BURM.

426. *Hoc superest illi.*] Ursini codex, *illi*. HEINS. Ita & Francof.

426. *Mentito reddidit.*] *Mentitos edidit* alter Pu-tean.

Servat, & inclusam summâ tenet Ilus in arce:
Curaque ad heredem Laomedonta venit.
Sub Priamo servata parum. sic ipsa volebat;
Ex quo judicio forma revicta suo est.
Seu genus Adrasti, seu furtis aptus Ulixes,
Seu pius Æneas, eripuisse datur.
Auctor in incerto. res est Romana: tuetur
Vesta, quod assiduo lumine cuncta videt.
Heu quantum timuere Patres, quo tempore Vesta,
Arsit, & est adytis obruta pene suis!

Flagrabant sancti sceleratis ignibus ignes:
Mixtaque erat flammae flamma profana piae.
Attonitae flebant, demisso crine, ministrae:
Abstulerat vires corporis ipse timor.
Provolat in medium, & magnâ, Succurrite, voce,
Non est auxilium flere, Metellus ait.
Pignora virgineis fatalia tollite palmis:
Non ea sunt voto, sed rapienda manu.
Me miserum! dubitatis? ait. dubitare videbat,
Et pavidas posito procubuisse genu.

Flu-

Hauriè

427. *Asseruam servate Deam.*] Διασωτῆ, ut recte Scaliger. D. HEINS.

430. *Cura venit.*] Redit idem liber & unus Patavinus. HEINS.

431. *Sic ipsa volebat; Ex quo judicio forma revicta suo est.*] *Volebat* melioris, & *suo est*, vel *sua est*. HEINS.

432. *Ex quo judicio forma revicta suo est.*] De Paridis judicio consulendus est Ludovicus Caelius Rhodog. lib. & cap. XIX. Antiquarum Lectionum. CIOF. *Revicta* quidam. vid. ad IX. Met. 512. *relicta* Cantabr. & alius. *relata* two Bernens.

433. *Seu genus Adrasti.*] Ex Diomedem & Ulyssem utrumque simul ominatur. Clemens in Protreptico: Ὁ Διομήδης ἡ Ὀδυσσεὺς ἱερεῖδ᾽ μὲν ὑφιᾶσ᾽ ἀλλ᾽ Ἄλλα, θεμιτολογοῦσ᾽, ἡ Δημοσθένης, ὅτι τὸ Πλουτάρχου ἱερὸν κατεπέλασ᾽, κλέπτειν τὸ Ὀλύμπιον ἐξ ἄκρου ἐπιχειροῦντε. Hinc Statius Papinius in Epicedio ad patrem vocat Palladium *furtum Diomedeum*. NEAPOL. *Genus* plurimi, eadem diversitas lib. IV. 76. vid. ad lib. II. Metam. 743.

433. *Seu furtis aptus.*] *Notus* Tiuan. unde pronum est facere, *natus*. ita de Ulixe Met. XIII. 819.

Hic cupiens vasti cultatui imagine mundi
Convenire timidae, nataque ad furta sinistra.

vide ad Quinct. V. 12. *notus* vero & *natus* passim confunduntur. vid. III. Pont. 1. 123. & Broukh. ad Propert. IV. 12. 40. BURM.

434. *Eripuisse fertur.*] Vix Latinitatis ratio conflabat hoc verbum, nisi cum Sarraviano codice, *eripuisse datur*, referebas. unde Farnesianus, *eripuisse enim est*, *eripuere deam?* HEINS. Recte *datur*, id est *traditur*, tradunt Claudian. III. Rapt. *adversisse datur*. uni Pithoei. & Bart. sic Val. Flac. V. 508. *Talem te femina dabat*. ubi plura. vid. Periz. ad Sanctii Minerv. IV. XII. num. 9. BURM.

435. *Auctor in incerto: res est Romana; tuetur Vesta, quod assiduo lumine cuncta videt.*] Sic veteres non, *in incerto est*. Nihil lite fana. Primo scribendum videtur, *res est Troiana*, hinc passim *Troica* & *Ilias Vesta* dicitur. Cetera expedire possem variis conjecturis, quae perplexa valde & intricata sunt, sed ne quid te, Lector, morer, verum utrumque ab interpolatoris illâ manu, quam Ovidius passim est expertus, fuisse procuum censeo. doctissimus Gronovius ad Statium in Diatrib. cap. XLII. & omissis & Livium lib. XXII. cap. 20. *juncta videt* velit reponi. Sed potius est ut corrigamus,

Auctor in incerto. praestes Romana tuetur
Vesta; quod assiduo lumine juncta videt.

quod videt junctum Vestae Palladium, nempe quod eodem templo est sub Romanae praeside Vestae tutela. In antiquis nummis, VESTA PO. RO. QVIRITIVA. Curtius libro IV. cap. 13. *Expetere praestites Persarum imperii Deos debitas a vecordibus poenas.* Verius tamen videtur, *praestes Romana tuetur Vesta* esse scribendum, quomodo *Lares praestites* apud Nostrum initio Maji mensis. *Minores praestites* apud Festum. *Jupiter praestes* in vetustis apud Gruterum marmoribus pag. XXII. 1. & 2. ita enim posterior est supplenda. & pag. 1065. 2. HEINS.

435. *Auctor in incerto est.*] Nam alii volunt, raptorem fuisse Demophontem, & ob furtum occisum ab Agamemnone. Hoc vero scitu dignum, centumvirale judicium Athenis tunc primum & ad hanc causam institutum. Harpocration: Ἔγραψε δὲ τὸ δημόσιον τῶν ἐν Παλλαδίῳ ἱερωσυλίαν, ἐξ οὗ καὶ κατ᾽ ἐκεῖνο τὸν Ἕλληνα συνέβη. Ἀγαμέμνων μὲν γὰρ ἐν Ἀργείοις φησὶν ἐν τῷ Παλλαδίῳ ἀσεβοκτονῆσαι Λάδικον ἐξ Ἴλιδος, Δημοσθένης δ᾽ ἐμπρῆσαι τὸ Παλλάδιον, ἐξ οὗπερ ἐπὶ δικαστήριον ἀναχθῆναι. Ἀγαμέμνονα δ᾽ ὑποτρέχοντα ἀναιρεῖν, ἐξ οὗπερ τὸ κρητήριον ἐκεῖ κεῖσθαι τῆς Ἀργείων, ἐξ Ἕλληνες ὠμόλησαν, παρὰ τὸ ἀμφίστομον ἰδρῦσθαι αὐτοῖς τὰ τῆς κρίσεως. Vide Eustathium & Apostolium. NEAP.

435. *Res est Romana.*] Non adeo certe id profiteris: nam, prô, quot urbes Palladia Iliaca sibi vindicarunt! ecce apud Strabonem lib. VI. Πλὴν δὲ τοιαύτην τὸ τοιοῦτον τοῦτο ἐξ Ἴλιον κινοῦμεν ζῆτημα ἐστι Ῥωμαῖοι εἰ συγγραφεῖς καὶ ὁ Ῥώμης ἐξ ὁ Λατίνος, ἐξ ὁ Λαυινίου, ἐξ ὁ Σκαμβρίου Ἴλιος Ἀβδηρὰ καὶ Ἄβδηρα, ἐξ οὐκέθεν κομιδῆσθαι. Καὶ τὸ Ἑρμιόνη ἐξ τὸν Τρωϊκὸν ἐξ τὸν Παλλάδιον, ἐξ ἐκεῖθεν κομισθὲν ὑπὸ Τρώων, ἐξ ἄλλοι Φασὶν, καὶ πῶς ἐκομίσθη ὅτι. NEAP.

435. *Tuetur.*] Scaliger, incertum an ex Mf. codice, *vetusique Vesta, quod assiduo lumine cuncta videt*. DAN. HEINS. Salmasius Epist. CII. ad Gronovium vulgatam tuetur.

437. *Quo tempore Vesta Arsit.*] Contigit incendium hoc anno Urbis DCXII. Q. Lutatio & A. Manlio Consulibus. Arsit iterum Vestae templum sub Commodo Braduâ secundum & Aproniano Consulibus, cum fere tota urbs corruerat: tunc flammis consumptum templum Pacis illud clarum, aedificiaque paene innumera. de quâ strage fuse Herodianus libro primo. Qui scriptor in hoc ibi lapsus, quod incendium Vestae sub Commodo primum, non secundum putarit; cum dicat expresse Palladium, ex quo in Italiam advectum, hac vice tantum mortali oculo visum: Ἐπιμένειν γάρ, inquit, τὰ πλεῖστα τῇ πόλει καὶ κάλλιστα ἔργα, ὅτι καὶ τὸν Ἑστίας ἐξ πῦ κατεφλέχθησαν· ἐπεὶ ἐξ πυρὲς, γυμνὸν ἄφθη τὸ τῆ Παλλάδος ἄγαλμα (ὃ σέβουσί τε καὶ κρύπτειν Ῥωμαῖοι) κομισθὲν ὑπὸ Τρώας, ὡς λόγος, ἐ τε πρῶτον καὶ μέχρ τῆς ὑπ᾽ Ἴλιον ἐς Ἰταλίαν ἀφίξεως, ἴδιον ἐ καθ᾽ ἡμᾶς ἐπέφανεν. & lib. V. cum dementiam Elagabali recenset, in domum hujus Principis scribit ejusdem jussu Palladium translatum, quod immotum exstiterat, praeterquam cum templum conflagravit sub Commodo, quasi non alias Vestae aedes incensa. haec verba: Ἐπειδὴ ἐ γάμος ἐ μόνον ἀθρόπινος, ἀλλὰ καὶ τῶν θεῶν, ἐ ἱερέων, γυναῖκα ἴζεται καὶ τὴν τε Παλλάδος τὸ ἄγαλμα, ὃ κρυπτὸν καὶ ἀόρατον σέβουσι Ῥωμαῖοι, ὡς τ᾽ ἀυτῆ δύναμιν μεγίστην, καὶ μὴ κινδύνου ἐξ ἄνευ κλῆσιν λαὶ Ἴλιὸ (ὃ μὲ ὅτι πυρὲ κατεφλέχθη ὁ ναὸς· ὑπάρχον ἐντός, καὶ πρὸς γάμου δὲ ἐς τὸν βασιλικὸν παλλάδιον τῷ Διῒ ἀνάγκη. NEAP.

438. *Tectis obruta paene suis.*] *Adytis suis* elegantius prim. Ambros. & Laeti. HEINS.

439. *Sancti sceleratis ignibus ignes.*] Sic Insit in illomet casu Manilius lib. IV.

——— *Captisque ex ignibus ignem,*
Cedentemque viro flammam, qui templa ferebat.
NEAPOL.

440. *Profana.*] *Proterva* Moreti.

441. *Flebant.*] *Stabant* Mazarin. alter.

441. *Demisso crine ministrae.*] Hic locus luci est iis, qui dubitant, an Vestales comam aluerint. NEAP. *Demisso* quinque. vid. lib. VI. Met. 289. *Magistrae* Putean. alter.

443. *Provolat in medium.*] Divinitus quasi missus: nam pridie ei evenit, quod ita his scribit Valerius Maximus libro primo cap. 4. de Auspiciis: *Cum Metellus Pont. Maximus Tusculanum peteret, corvi duo in os ejus, adversum veluti iter impedientes, advolaverunt: usque extendentibus, ut dominum rediret. Insequente noctu aedes Vestae arsit: quo incendio Metellus inter ipsos ignes raptum Palladium incolume servavit.* Quis haec crederet? vel duo, vel nemo, nisi ipsa Vides referret. NEAPOL. *Pervolat* quinque & Franc. *praevolat* tres.

443. *Magnâ succurrite voce.*] *Vivâ voce* optimus Farnesianus & tres alii. ut apud Horatium Arte Poëticâ, 317.

Respicere exemplar vitae morumque jubebo
Doctum imitatorem, & vivas hinc ducere voces.

Guntherus Ligurini libro VI.

Quem cum Legati viva quoque voce furorem
Adstruerent.

& libro VII.

——— *praemittere virum*
Pauca jubet cautela fuit.

A. Gellius libro XIV. cap. 2. *Ut rem judiciariam, quoniam vivae vocis penuria erat, ex mutis magistris cognoscerem. vivam humum* paulo post Nostri dicet. Sic codex Vossianus veterrimus. mox, *effrium*, pro *auxilium*, & *flammis*, pro *palmis*, plurimi ex antiquis. sed frustra. HEINS.

444. *Metellus ait.*] Hac de re praeter Dionysium lib. II. Valerius lib. I. cap. 4. GRONAN.

445. *Pignora virginis fatalia tollite flammis.*] Eripite, inquit Metellus, Palladium imperii no-

Haurit aquas: tollensque manus, Ignoscite, dixit,
Sacra: vir intrabo non adeunda viro.
Si scelus est; in me commissi poena redundet.
Sit capitis damno Roma soluta mei.
Dixit, & irrupit: factum Dea rapta probavit;
Pontificisque sui munere tuta fuit.
Nunc bene lucetis sacrae sub Caesare flammae:
Ignis in Iliacis nunc erit, estque, focis.
Nullaque dicetur vittas temerasse sacerdos
Hoc Duce: nec vivâ defodietur humo.
Sic incesta perit: quia quam violavit, in illam
Conditur: & Tellus Vestaque numen idem est.

Tum

dii pignus ab igne; qui Vestae aedem absumit. Atque hic optimus sensus mihi videtur. Nam alii legunt, *palmis*, non *flammis*; quae lectio est in duobus Vatic. In aliis vero illo modo, quo legendum arbitratus sum & exposui. De hoc ipso L. Metello, deque hoc facinore sic Plinius libro septimo, cap. 43. *Metellus orbam luminibus exegit sanctum, amissis incendio, cum Palladium raperet ex ade Vestae, memorabili causa, sed eventu miserо. quo fit, ut infelix quidem dici non debeat, felix certe non possit. Triduit ei Populus R. quod nemini unquam alii ab condito aevo, ut quoties in senatum iret, curru veheretur ad Curiam. Magnum & sublime pro oculis datum.* Crotan. Lege, me judice, *palmis*. Neap.

447. *Dubitatis? ait.*] Strozzae liber, *dubitatis adhuc?* ut τὸ *ait* subintelligatur. Heins.

450. *Vir intrabo.*] *Ait, intrabo* Mazar.

450. *Non adeunda viro.*] Nam vetitus maribus ingressus in adyta Vestae. quis haec nescit? Appianus libro primo Belli civilis, ubi de morte Asellii Praetoris: Πεσὼν τι ἐς διωθοῦσι, ἐς τὸν περιβόλου αὐτὸν ἐγκύψαι παταφυγὼν, ἐνίδρυται τῶδε μὴ θέμις ἐν ἱερῷ ἐπιβῆναι. Ibi erat ignis, Palladium & alia arcana urbis praesidia. hac formulâ junctim haec omnia invocabant. lapis priscus urbicus:

SAECVLO FELICI
PHISIAS SACERDOS ISIDI SALVTARI
CONSECRATIO.
PONTIFICIS VOTIS ANNVANT DII ROMANAE
REIP. ARCANAQVE VRBIS PRAESIDIA ANNVANT,
QVORVM NVTV ROMANO IMPERIO REGNA CESSERE.
Neapol.

453. *Et breviat.*] Variant admodum codices: quidam, *crepat*, alii, *arripuit*, quidam, *irripuit*. omnes inepta: *irrumpere* enim proprium in hac re verbum. lib. II. Trist. 305.

Quaecumque irrumpit, quo non fuit ire sacerdos.

Lamprid. Elagab. cap. VI. *In penum Vestae, quod ipsae virgines felices pontifices adeunt, irrupit pollutus: ipse sanguine mersus, cum iis, qui polluerant.* quae ultima verba scelus continent, cum aliter, ut Pontifici Maximo, ipsi intrare liceret, Lipsius de Vesta cap. IX. vid. ad Quinctil. II. I. Bunn.

453. *Factum Dea rapta probavit.*] Imo & jure Senatus: nam, praeter alios titulos honorum, concessum, ut curru veheretur ad curiam. quintivis pretii res apud Romanos. Testatur hoc marmor antiquum sculptum in ejus elogium. attende qui vir & quantus fuerit:

L. CAECILIVS L. F. METELLVS
PONT. MAX. COS. II. DICTATOR MAG. EQ.
XV. VIR AGRIS DANDIS, QVI PRIMVS
ELEPHANTOS PRIMO PVNICO BELLO DVXIT
IN TRIVMPHO, PRIMARIVS BELLATOR,
OPTIMVS ORATOR, FORTISSIMVS IMPERATOR;

AV

Tum sibi Callaïco Brutus cognomen in hoste
Fecit, & Hispanam sanguine tinxit humum.
Scilicet interdum miscentur tristia laetis;
Ne populum toto pectore festa juvent.
Crassus ad Euphraten Aquilas, natumque, suosque
Perdidit: & leto est ultimus ipse datus.
Parthe, quid exsultas? dixit Dea. signa remittes:
Quique necem Crassi vindicet, ultor erit.
AT simul auritis violae demuntur asellis,
Et Cereris fruges aspera saxa terunt;
Navita puppe sedens, Delphina videbimus, inquit;
Humida cum pulso nox erit orta die.

Jam,

AVSPICIO SVO MAXVMAS RES GESSIT,
MAXVMO VSVS HONORE, SVMMA SAPIENTIA:
MAXVMVS SENATOR PARTAM EX ÆQVO
PECVNIAM MAGNAM SINGVLIS LIBERIS RELIQVIT;
CLARISSIMVS IN CIVITATE FVIT. TRIBVTVM
EI VT, QVOTIENS IN SENATVM IRET, CVRRV
VEHERETVR AD CVRIAM: QVOD A CONDITO
ÆVO NVLLI ALII CONTIGIT.

Pulcra igitur repensa; sed juvit uterque oculus amissus. Ad hujus caecitatem alluſit Seneca de Providentiâ: *Detestabilis*, inquit, *erit cecitas, si nemo oculos perdiderit, nisi cui eruendi sunt. Itaque tarent luce Appius & Metellus.* & lib. IV. Controversiarum: *Habes Vesta duplex Pontificis tui meritum: servavit sacra, nec vidit*; saltem in reditione: nam in itione quî potuit absque visu tollere? nec valuit ignis in ipso ingressu eum subito excaecare. Hoc certum, luminibus in eâ flammâ captum; quâ de causâ sacerdotium illi negatum. Sic Lex jubebat; quae ea: SACERDOS INTEGER SIT. cui sic respondet idem Seneca: *Lex integrum ad animum refert, non ad corpus. Lex aestimari hoc voluit, cum quis peteret, non cum haberet sacerdotium.* Lege Declamationem integram, si avidus Metellianae justitiae. Neapol.

455. *Sacro sub Caesare flammae.*] Vide beneficia collata ab Augusto in Vestales apud Suetonium libro primo cap. 21. Neapol. *Sacrae* in melioribus. & *temerasse* mox, pro *temerare*. Sarravianus, *temerata*, ut sit Graecismus. Heins.

459. *In illa Conditur.*] Sic puniebatur probrum virginis Vestalis. Juvenalis interpres: *Haec Virginibus Vestae poena fuit decreta: si vitiatae fuissent, vivae in parietibus strubantur, aut sub terrâ obruebantur.* Neap. *In illam* melliores. & sequenti versu τὸ *est* non agnoscunt. mox lego, *ut Tellus Vestaque numen idem est.* non *&* jam supra dixerat, *Vesta eadem est quae Terra.* Heins. *In illa* potest satis defendi. vid. ad lib. XIV. Met. 176.

460. *Vestaque numen idem est.*] Apposite Euripides:

Καὶ Γαῖαν μητέρ', Ἔρεχθ' ὃ τ' ἐκ σοφᾶς
Βροτῶν κατέκρυν', ἐμβόλου τὸ πλέθρ.

Neapol.

461. *Tum sibi Callaico.*] Eodem Vestalium die, anno urbis DCXVIII. D. Junius Brutus sexaginta Gallaecorum millia, qui Lusitanis ex Oceani montibus auxilio venerant, aspero & difficili bello oppressit: unde Callaici cognomen retulit. Adi Strabonem, Livium, Florum & alios. Sed heus! meus liber habet, *Tum sibi Gallaeco.* an male? non hercle. Vellejus Paterculus lib. II. *Gallaici cognomen meruit.* Hos populos dicunt Hispani hodie *Gallegos*. Neapol.

461. *Cognomen ab hoste Fecit.*] *In hoste* liber Ursini & Zuschemianus. quod arridet. Heins. Supra lib. IV. 338. pro *nomen perdit in amne*, Heinsius *ab amne* probabat.

464. *Nec juvant.*] Ingeniose Scaliger, *Nec populum toto tempore festa juvant.* D. Heins. *Ne juvent* meliores. Heins. Met. X. 443.

— — non toto pectore sevit
Laetitiam virgo.

& I. Met. 495. *Pectore toto uritur.* Sarravii codex tamen, *tempore*. Bunn.

465. *Susque perdidit.*] Relege me in v. ad templum Martis Ultoris: illud in Capitolio positum. Neapol.

469. *Demuntur asellis.*] Veteres libri veteres, *demetur asellis*. Neapol. *Demuntur* & *terunt* iidem. Heins. *Auratis* Putean. & Arond. vid. ad Phaedr. I. II.

471. *Delphina videbimus, inquit.*] Statim post Vesta-

Jam, Phryx, à nuptâ quereris, Tithone, relinqui;
Et vigil Eoïs Lucifer exit aquis.
Ite, bonae matres, (vestrum Matralia festum)
Flavaque Thebanae reddite liba Deae.
Pontibus & magno juncta est celeberrima Circo
Area: quae posito de bove nomen habet.
Hac ibi luce ferunt Matutae sacra parenti
Sceptriferas Servî templa dedisse manus.
Quae Dea sit: quare famulas à limine templi
Arceat, (arcet enim) libaque tosta petat;

Bacche,

Nefalia, & ante Matralia, ut vides, hoc est IV. Idus, facit Delphini ortum vespertinum. idem sentit Columella. NEAPOL.

472. *Pulsa.*] *Pulsa* Mazar.

473. *Jam Phryx a nupta.*] III. Idus erant Matralia, sacra matris Matutae eodem die Kalendario vetere & Constantiniano. NEAPOL.

473. *Relinqui.*] *Relicta* Gottorp.

474. *Exit aquis.*] *Exit equis* Pembroc. Putean. Francof. & tredecim alii. perperam. vid. ad IV. Met. 92.

476. *Thebanae reddita liba Deae.*] Offerebantur illa in his sacrificiis. M. Varro: *Libum, quod liberetur priusquam esset, ut erat, coctum. Testuatium, quod in testu calido coquebatur; ut etiam nunc Matralibus id faciunt matronae.* Sic in vulgatis codicibus exstat hic locus: at ita mutat & expungit Scaliger: *Libum, quod liberatur, priusquam essent, coctum*; ego vero in hunc modum: *Libum, quod liberatur ut erat, priusquam esset coctum.* Varro enim inquit id esse libum, quod in sacrificiis daretur antequam igni admoveretur; testuatium autem, quod coquebatur in testu, & sacris Matutae interveniebat: ac si in reliquis crudum oblatum. Nec libum fieri poterat aliter nisi in testu. Cato capite LXXV. *Libum hoc modo facito: Casei P. II. bene disterat in mortario: ubi bene distriverit, farinae siliginae libram, aut, si voles tenerius esse, selibram similaginis: solam eidem indito, permisceto que cum casco bene: ovum unum addito, & una permisceto bene: inde panem facito: sub fornacem facito: in foco calido sub testu coquito leviter.* Quare autem totum in his sacrificiis dari mos fuit explicat hisce pollex, licet fidei:

Hospita Carmentis fidos intrasse penates
Diceris, & longam depositisse famem.
Liba fica preferea manu Tyrrhenia sacerdos
Tradidit, & jussit tacta dedisse foco.
Hanc quoque liba juvant festis Matralibus: illa
Pasticia fedulitas gratior arte fuit.

NEAPOL.

477. *Pontibus.*] *Pontibus* plenimi. *celeberrima Rarchi* Patav.

480. *Sceptriferas.*] *Sceptrigeras* Putean. & Jun. *templa indisse* duo Moreti.

480. *Servi templa dedisse manus.*] Hae ipsa die à Servio Tullio matri Matutae aedes sacra dicta; postea, captis Vejis, à M. Furio Camillo refectae. nec alia Plutarchi mens in ejus Vitâ: Πρῶτον μὲν, inquit, ἐκ τῆς ἐπιδόσεως τοῖς ἰδίοις, ἐπὶ τῷ πλείστῳ τέλους εὐκλεὴς λαβόντι τὰς μεγάλας θεὰς ἄγειν, καὶ νεὼν θεᾶς, ἣν μητέτα Ματοῦταν καλοῦσι Ῥωμαῖοι, καθιερῶσαι. sic enim Livius lib. V. *Ludos magnos ex Senatusconsulto vovit Vejis captis se facturum, aedemque Matutae matris refectam dedicaturum, jam ante ab Rege Servio Tullio dedicatam.* Hanc iterum reperio restitutam anno DXLI. Q. Fulvio Flacco, Appio Claudio Pulcro Coss. Idem lib. XXV. *Creati sunt Quinqueviri muris turribusque reficiendis: & Triumviri bini, qui sacris conquirendis donisque persiguandis; alteri reficiendis aedibus Fortunae & matris Matutae intra portam Carmentalem, sed & Spei extra portam, quae priore anno incendio consumptae fuerant.* Vetus Sigonii liber habet, *Fortunae & Martis.* ut suspicandum videatur viro doctissimo, ne vox *Matutae* efficta sit ab iis, qui *matris* pro *Martis* legerunt. Sed jurarem falli Sigonium; nam in regione VIII. ubi porta Carmentalis, habeo aedem matris Matutae & Fortis Fortunae, utramque in foro Boario. Neque in eâ Urbis parte exstat aliqua Martis aedes, ut videmus in accuratissimis Topographiis, praeter templum unum cognomine *Ultoris*, cujus minime fieri mentio hic potest; nam illud ab Augusto multo postea dedicatum. Approbo igitur vulgatam lectionem, quae hoc uno etiam firmari potest argumento, quod alibi eaedem aedes junctim à Livio nominantur: *L. Sterninius*, inquit lib. XXXIII. *Ex ulteriore Hispaniâ, ne tentatâ quidem triumphi spe, quinquaginta millia pondo argenti in aerarium intulit: & de manubiis duces fornices, in foro Boario ante Fortunae aedem & matris Matutae; unum in maximo Circo fecit, & his fornicibus signa aurata inposuit.* id factum anno DLVII. L. Furio Purpureone & M. Claudio Marcello Coss. NEAP.

482. *Arcet enim.*] Imo unam admittit; quam iterum matronae pugnis caesam à templi limine ejiciunt. Plutarchus praefato loco: Ταύτην δὲ τὴν ὑπὸ τῶν δημοσίων ἱερῶν μάλιστα λελοιδόρηται τύπτουσαι γὰρ αἱ Ῥωμαίων ἱερὰς αἱ ἐκ τῶν ἱερῶν ἀπάγουσαι χαπίζουσι, καὶ ἐξελαύνουσι. causa & fabula nota. Mossi haud dubie petitus è Graeciâ: nam Chaeroneae Boeotiae ubi situm hunc observatum meminit legisse; quem & suggerit in libello τῶν Καβειρικῶν· Τοῦ δὲ δήμου Ἑλλάνιος Αἰτωλὸς ἔφασκε εἶναι, καλεῖσθαι δ' ὑπ' αὐτῶν διὰ τὴν παρ' ἡμῖν εἰς Χαιρώνειαν πρᾶξιν. ἔστι δὲ ἐν τῷ τῶν Λελεγίδων ὁ νικήσας λαὸς μάχην, κεφαλὰς, μὴ ἔχων ἑτέρας, μὴ ὕδωρ, μηδὲ Αἰτωλὸν μηδὲ Αἰτωλάν. Dixit, παρ' ἡμῖν, quia Chaeronea ipsius patria. NEAPOL.

482. *Libaque tosta petit.*] *Petat* cum Mazar. Zulich. prim. Ambrof. opt. Patavino, Voss. & duobus aliis. HEINS.

484. *Domus illa.*] *Domus alta* Bernens.

484. *Dirige vatis opus.*] *Iter* Thuan. *navis iter* Junian. & unus Medicaeus. ut alibi Noster. sic libri primi initio:

Excipe pacato, Caesar Germanice, vultu
Hoc opus; & timide dirige navis iter.

Remed. Am.

Reliquae cum sociis me duce navis erat,

&:

Navigat hinc aliâ jam mihi linter aquâ.

sed quid moramur in re protrita? pro *redimite capillos* superiori versu Mazar. Zulich. prim. Farnes. & opt. Patav. *distincte.* neque aliter Scholiastes Statii Theb. VII. pf. 150. HEINS. Vid. ad XI. Met. 167.

485. *Arserat obsequio.*] Haec breviter tota fabula. Ferunt, ustâ Jovis operâ Semele, Dionysium ex incenso fere utero à Mercurio sublatum; infantulum statim Ino excepit & nutrit: id cum graviter Jovis conjux tulisset, quòd natum ex pellice educandum accepisset, fecit, ut Athamas, vir Inus, furore percitus Learchum filium occideret: tum uxor, arrepto Melicertâ, ob Athamantis ti-

Bacche, racemiferos hederâ redimite capillos,
(Si domus illa tua est) dirige navis iter.
Arserat obsequio Semele Jovis. accipit Ino
Te, puer; & summâ fedula nutrit ope.
Intumuit Juno, raptâ quod pellice natum
Educet. at sanguis ille fororis erat.
Hinc agitur furiis Athamas & imagine falsa:
Tuque cadis patriâ, parve Learche, manu.
Moesta Learcheas mater tumulaverat umbras;
Et dederat miseris omnia justa rogis.

Haec

morem, in mare proximum se cum filio projecit. Hinc post varios casus in Latium abducta, ibi à Nicostratâ, Evandri parente, comiter accipitur; & una cum filio ab incolis Arcadibus in Deorum numerum referuntur, mutato nomine Ino in Matutam, Melicerta in Portunnum. Graeci dixere matrem Λευκοθέαν, filium Παλαίμονα, sed post immortalitati donatos. NEAP.

485. *Accipit Ino Te, puer.*] Apollonius Argonauticôn lib. IV. Bacchi nutricem facit quamdam nomine Matrin, Aristaei filiam: sed aliter, & cum Nasone, Orpheus in Hymnis:

Λεοκοθέαν καλέω Καδμηΐδα δαίμονα σεμνὴν,
Εὐβοίνην, ἀγέλειαν ὑποχθονίων Διονύσου.

NEAPOL. *Excipit* prior Ambrof. & Laeti; ut obstetrix cadentem quasi de matre excipit. deinde *fedulitate fovet*, vel, *fedula fovit ope*, Moreti.

487. *Rapta quid pellice natum Educet.*] *Raptum* veteres magno numero. Scribe, *partum quod pellice natum Educet.* partum ex pellice natum. ὀθνεῖον Σεμέλης Tragoediam scripsisse perhibetur Timotheus poëta sub Olympiade XCV. HEINS.

489. *Hinc agitur furiis Athamas, sed imagine falsa.*] Sic legendum, hunc autem locum contuli lib. IV. Metamorph. CIOFAN. Lege, *Furiis & imagine falsa*, cum Ursini, Vossii, Mazar. Zulich. prim. Ambrof. Laeti, fere aliis. quicum, *sub imagine.* Scholiastes Statii Theb. VII. 150. *Hinc igitur furiis Athamas, in imagine falsa.* HEINS. *Sub imagine* etiam Douza volebat. & ita in Gryph. prima editione & scriptis duodecim. sic Epist. XVII. 45. *Falsa sub imagine lusa.* & XVI. 45. *Visa est sub imagine somni.* II Met. 37. *Et falsa Clymene culpam sub imagine celat.* mox, *Tu cadis a patria*, Regius & unus Heinsii. ut mox 564. *ab hoste cadet.* vid. ad Metam. V. 192. *tuque cadens* Schol. Statii. BURM.

491. *Tumulaverat.*] *Turbaverat* duo libri.

492. *Omnia justa.*] Perperam Caeterus Novar. Lect. lib. I. cap. 8. *omina* legit, ut monuimus Trist. IV. Eleg. X. pf. 80. HEINS.

Haec quoque, funestos ut erat laniata capillos
Prosilit; & cunis te, Melicerta, rapit.
Et spatio contracta brevi, freta bina repellit;
Unaque pulsatur terra duabus aquis.
Huc venit insanis natum complexa lacertis;
Et secum è celso mittit in alta jugo.
Excipit illaesos Panope centumque sorores;
Et placido lapsu per sua regna ferunt.
Nondum Leucotheë, nondum puer ille Palaemon
Verticibus densi Thybridis ora tenent.
Lucus erat: dubium Semelae Stimulaene vocetur;
Maenadas Ausonias incoluisse ferunt.
Quaerit ab iis Ino, quae gens foret. Arcadas esse
Audit; & Evandrum sceptra tenere loci.
Dissimulata Deam Latias Saturnia Bacchas
Instimulat fictis insidiosa sonis:
O nimium faciles, ô toro pectore captae,
Non venit haec nostris hospes amica choris.

Frau-

493. *Et spatio contracta brevi.*] *Concreta* Scholiastes Statii Theb. VI. vi. 10. *contacta brevi* prim. Ambrosf. *constricta* Berm. *contacta* Helmst. *contenta* Sarravii. quod non displicet; ut sit a *contineo*. ita II Met. 131.

Zonarumque trium contentus fine.

Fior. III. 4. *Eoque fine contenti, quasi interveniente natura*, sic vir doctissimus G. Canterus lib. IV. Novar. Lect. cap. 2. duobus in locis Horatii haec verba commutata in codicibus reperit. ut lib. III. Od. XVI. pro,

Centratis melius parva cupidine
Vectigalia parigano,

ejus codex MS. habebat, *contenta cupidine*. & lib. II Od. X. pro *contrahes vento nimium secundo turgida vela*, MS. *continens*. primo vero loco aliqua specie admitti posset, sed minime altero. usus vero hujus verbi frequens est in situ locorum eorumque finibus describendis. ut Caes. I. Bel. Gal. I. *Pars una continetur Garumna flumine, Oceano, finibus Belgarum*. & cap. 2. *Quod undique loci natura Helvetii continentur*. & alibi. Burn.

498. *Et secum è summo mittit in alto jugo.*] Quatuor Vatic. *Et secum excelso*. In aliis, *E celso*. Ciofan. *Et se de celso* Putean. alter. *secum ex celso* quatuor. *excelso* plurimi.

498. *Mittit in alta jugo.*] E petra Moluride. vide Antica Pausaniae. Neap.

499. *Illaesos.*] *Illaesum* plurimi. *illaesam* sex.

501. *Nondum Leucotheë.*] Per mare ergo vehitur mortalis adhuc illa Ino, & nondum relata in Deos; verso primo nomine in Leucotheën. Horatius Od. II.

Τὸν ἦτοι Κάδμου θυγάτηρ κεκλῆσθαι Θρῃκὶ Διὸς
Λευκοθέαν, ἣ πρὶν ῥᾴδιον βροτοῖς ἀνθρώπου,
Νῦν δ' ἐκ θεᾶς ὁ πελάσαντος ἔσθ' ὑπέρμορα τιμᾶς.

Aspexit item ad hanc apotheosim Propertius lib. II. XX. 90. de Cynthiae naufragio:

Quae tum ego Neptuno, quae tunc tum Castoris fratri,
Quaeque tibi excepti tum Dea Leucothoë.

Neapol.

502. *Verticibus densis Tybridis.*] Rectius legas, *densi*. Met. lib. IX. 106.

Verticibusque frequens erat atque imperviis amnis.

Heins.

503. *Semele Stimulene vocetur.*] De luco Semeles vetus memoria est in Sexto Rufo Regione XI. & in hoc antiquo marmore:

DIIS MANIBVS
M. CÆCILIO SP. F. SVO RVFO
SOLIARIO AB LVCO SEMELES
EX TESTAMENTO EIVS
CALVISIA ZOSIME ET
M. CÆCILIVS CALIPPVS
HEREDES FECERE.

Ego tibi affirmo scribendum, *Stimulene*, ex melioribus membranis. Neapol. *Stimulene* vetustiores. & recte. contra Neapolis. *Stimulae lucum* vocat Scholiastes Juvenalis ad Sat. II. ad illum versum, *Qui Bacchanalia vivunt*. ubi ille, *Sacra Bacchanalia ex S.C. damnata sunt, cum probatum esset sonatis, honestissimas feminas ad Stimulae Deae lucum fede adulterari. Stimulae* quoque Deae fit mentio apud

Fraude petit; sacrique parat cognoscere ritum.
Quo possit poenas pendere, pignus habet.
Vix bene desierat; complent ululatibus auras
Thyades effusis per sua colla comis:
Injiciuntque manus, puerumque revellere pugnant.
Quos ignorat adhuc, invocat illa Deos:
Dique, Deaeque loci, miserae succurrite matri.
Clamor Aventini saxa propinqua ferit.
Adpulerat ripae vaccas Oetaeus Iberas.
Audit; & ad vocem concitus urguet iter.
Herculis adventu, quae vim modo ferre parabant,
Turpia femineae terga dedere fugae.
Quid petis hinc, (cognorat enim) matertera Bacchi?
An numen quod me, te quoque vexat, ait?
Illa docet partim; partim praesentia nati
Continet: & furiis in scelus isse pudet.
Rumor (ut est velox) agitatis pervolat alis:
Estque frequens, Ino, nomen in ore tuum.

Hospi-

apud Augustinum de Civitate Dei. *Semelae lucus* potest intelligi *lucus Faunae Fatuae*, sive *Bonae Deae*. Semelen enim Bacoti Fauni filiam dicunt, teste Macrobio Saturn. I. cap. 12. huc illud paulo post alludit, *Latias Saturnia Bacchas Instimulat*. in veteri inscriptione apud Gruterum occurrit Lucus Semeles, ut & apud R. Sextum Rufum de Regionibus Urbis. *Similae lucus* est in scriptis exemplaribus. & apud Livium lib. XXXIX. cap. 12. & Marcianum Capellam. pro *vocetur* Voss. Max. Zulich. tres alii, *vocatur*. Puto, *vocatus*: vel quod malim, *dicatus*, vel *dicatur*.

Lucus erat, dubium Semelae Stimulaene dicatus,

Heins. Apud Graecos locum sacrum fuisse, qui σηκὸς τῆς Σεμέλης dicebatur, docuimus in dissertatione de Jove Fulgeratore cap. VII. & quem *Semelae bustum* vocat Hygin. Fab. IX. licet, *semeustum* propugnet Jac. Gron. tom. I. Ant. Graec. in Zetho. ideo tantum, quia omnes viri docti repudiarunt vocem inconditam, & cujus nullum exemplum aut ratio dari potest. an ad hujus loci in agro Thebano respectum Romae ille *lucus Semeles*, vel *Semelae*, dictus fuerit videndum nam in Excerpt. Dousae & Francof. erat, *Semeles Stimulene*. alii quidam, *Semeles Stimuleme*. quod ferri potest. nam *Stimules* vel *Stimulas* lucus a vulgo corrupta pronuntiatione pro *Semeles* appellabatur. vid. J. F. Gron. ad Liv. XXXIX. 12. & Barth. ad Stat. Theb. II. 74. Burm.

504. *Ausoniae.*] *Ausonidas* Moreti.

505. *Arcadas esse Audit.*] In uno Patavino, *Arcadas audit*, venusta repetitione. Heins.

509. *Pectore captae.*] *Captas* in nonnullis. utrumque recte. Nauger. *Captas* etiam unus Moreti pro varia lectione. *raptae* aliquot scripti. *caeco pectore* etiam Sarravii.

510. *Vestris choris.*] *Nostris* meliores. & mox, *effusis in sua colla comis*, non, *per sua*. minimum refert. Heins. *Infusis in sua* omnes fere scripti.

512. *Pendere.*] *Solvere* Sarravii & tres alii.

515. *Puerumque avellere tentant.*] Quatuor prisca exemplaria, *pugnant*. Ciofan. Membranae habent, *avellere*. Neapol. *revellere* iidem. Heins. Vid. ad lib. III. 307. de *tū pugnant*.

517. *Dique virique loci.*] *Dique Deaeque* Mazarinianus. quod praetulerim omnino. Virgilius Georgicis:

Dique deaeque omnes, studium quibus arva tueri.

Propertius lib. III. Eleg. X.

Dique deaeque omnes, quibus est tutela per agros,

sed nihil necesse. Met. lib. II.

Inde Deos hominesque voco, nec contigit ullum
Vox mea mortalem.

Heins.

518. *Saxa propinqua.*] *Proxima saxa* Petav. & Moreti.

519. *Oetaeus Iberas.*] *Oetaeus heros* Petav. *Tiryntius heros* alius.

523. *Cognorat.*] *Agnorat* Medic. melius *cognovit* tres.

524. *Te quoque vexat? ait.*] Belle: nam uterque patiuntur Junonis flagellum. In omni Herculis laude addunt illud Poëtae, *Quamvis obstantes noverca*. Neap.

525. *Docet.*] *Dolet* plurimi.

Hospita Carmentis fidos intrasse penates
Diceris, & longam deposuisse famem.
Liba sua properata manu Tegeea sacerdos
Traditur in subito cocta dedisse foco.
Nunc quoque liba juvant festis Matralibus illam.
Rustica sedulitas gratior arte fuit.
Nunc, ait, ô vates, venientia fata resigna,
Quà licet: hospitiis hoc, precor, adde meis.
Parva mora est: coelum vates ac numina sensit,
Fitque sui toto pectore plena Dei.
Vix illam subito posses cognoscere; tanto
Sanctior, & tanto, quam modo, major erat.
Laeta canam: gaude, defuncta laboribus, Ino,
Dixit; & huic populo dextera semper ades.
Numen eris pelagi: natum quoque pontus habebit.
In vestris aliud sumite numen aquis.
Leucotheë Grajis, Matuta vocabere nostris.
In portus nato jus erit omne tuo.

Quem

527. *Parvulas edit.*] Malim, *provolat.* ut supra, *Provolat in medium.* Sequenti versu male turbant libri veteres. Sensus est, Nomen tuum, ô Ino, frequens ciet in ore omnium. mox, *Carmentae*, pro *Carmentis*, Laeti codex. HEINS.

530. *Famem.*] *Fugam* Petavian.

532. *Traditur & subito.*] *In subito* meliores. & etiam pro illa sequenti versu mutatâ distinctione. lapsus hic est Neapolis, qui aliter sentiendum convincit. Urfini exemplar & alii nonnulli, *gratior ausa*, pro *arte*. HEINS.

533. *Matralibus illam.*] Apponenda post Matralibus bipuncta, ex optimis codicibus; & *illa* legendum. Ita scilicet cum parva liba Ino gratiora fuisse quovis nectare. NEAP.

535. *Nunc, ait, ô vates.*] *Protinus, ô vates* prim. Ambros. & Laeti.

537. *Venientia fata resigna.*] Eadem Carmentem rogat, quae sibi & filio sint ventura vaticinetur. NEAPOL.

538. *Quà licet.*] *Quà libet* Voss. & tres alii. vetus, *Quae libet*. Forte, *Quamlibet*, de quo ad Epistolam VI ℣. 149. HEINS.

539. *Hospitiis.*] *Officiis tuis* Medic. *off. meis* alius. *hospitio tuo* unus etiam.

541. *Sensit.*] *Sensit* Putcaneus. ut III. Art. Am. 15.

Sensimus: accetis omnes quoque.

eadem permutatio verborum *sumere* & *sentire* lib. I. Met. 370. EURM.

542. *Huic populo prabeas semper adas.*] *Dextera* quatuor veteres, quod magis arridet. sic ad Janum libro primo, *Dexter ades ducibus. in vestris aquis*, non *nostris*, meliores. HEINS. Ita Quinct. lib. IX. procem. *dexteraque ac volens adfer.* ubi vide. *Apolline dextro* frequenter apud Statium in Silvis. ut lib. IV. Silv. VII. 47.

Signa frenatae moderatus alae
Castore dextro.

prosfera numen ades prim. Vatican. & Petavian. BURM.

545. *Leucotheë Grajis.*] De Leucothea Athamante, Inone & Learcho plura Apollodorus lib. III. sub principium, & Ovidius ipse lib. IV. Metamorphos. CROFAN. Cicero Tusculanarum Disputationum primo: *Quid Ino, Cadmi filia? nonne Λευκοθέα nominata a Graecis, Matuta habetur a nostris?* Nonius Marcellus: *Manum dicitur dare, unde etiam mane post tenebras noctis dici pars prima. inde Matuta, quae Graece Leucothea.* HEINS.

546. *Jus erit omne tuo.*] Vide Festum Pompejum in *claudere*. NEAP.

547. *Quem nos Portunum.*] Vetus nostra membrana habet, *Portumnum*. Quis nunc erit hac de re arbiter? nemo: adeo ex effatu prisco invenit receptum utramque scripturam. Sic *Portumnus* leges & *Portumnum*, *Neptunum* & *Neptunnum*, & similia. NEAPOL. *Portumnum* veterrimi libri tam hic quàm apud Virgilium aliosque. etiam in veteri Inscriptione apud Gruterum pag. XCV. *Jano Portumno*. sic *Neptunus*, *Maturus*, *Tutunus* Romanorum Deorum nomina. HEINS. Portumnum Palaemona Melicertam & Herculem esse unum & idem numen, a Tyriis cultum, & inde ad Grae-

Quem nos Portunum, sua lingua Palaemona dicet:
Ite, precor, nostris aequus uterque locis.
Adnuerant: promissa fides: posuere labores.
Nomina mutarunt: hic Deus, illa Dea est.
Cur vetet ancillas accedere, quaeritis? odit.
Principiumque odii, si finat ipsa, canam.
Una ministrarum solita est, Cadmëi, tuarum
Saepe sub amplexus conjugis ire tui.
Improbus hanc Athamas furtim dilexit: ab illâ
Comperit agricolis femina tosta dari.
Ipsa quidem fecisse negat, sed fama recepit.
Hoc est cur odio sit tibi serva manus.
Non tamen hanc pro stirpe suâ pia mater adoret.
Ipsa parum felix visa fuisse parens.
Alterius prolem melius mandabitis illi.
Utilior Baccho quam fuit ipsa suis.
Hanc tibi, Quo properas, memorant dixisse, Rutili?
Luce meâ Marso Consul ab hoste cades.

Exi-

cos venisse, contendit Fullerus lib. III. Miscell. 17. BURM.

547. *Sua lingua Palaemona dicet.*] Idem in IV. Metamorphosi:

Annuit oranti Neptunus; & abstulit illis
Quod mortale fuit, majestatemque verendam
Imposuit, nomenque simul faciemque novavit:
Leucotheëque Deum cum matre Palaemona dixit.

NEAPOL.

548. *Laeti.*] Conjecerat *socii* Heinsius. *esse precor* Edit. Gryph. Neap. & aliae.

549. *Annuerat: promissa fides.*] *Annuerant* tres libri. unus Patav. *promissa fide*. Puto, *Annuerunt promissa fide*, vel, *Adfuerat promissa fides*. sic *fides pollicita* lib. III.

Pollicitam dixit, Jupiter, adde fidem.

Met. XI.

Pollicitamque fidem tangendo singula tentat.

HEINS.

552. *Si finat illa.*] *Ipsa* meliores. & mox pro *Cadmi* codex Laeti, *Cadmei*. & sic à manu prima fuisse videtur in Mazariniani libro. tres alii, *Cadmia*. quomodo *Cadmeis Agave* Virgilio in Culice. HEINS.

555. *Furtim dilexit.*] *Furto* Moreti. vid. ad VI. Epist. 43.

557. *Fecisse negat, sed.*] Tibull. I. VII. 7.

Illa quidem tam multa negat, sed credere durum est.

DOUZA. *Se fecisse negat* Moreti unus. quod repetitum ex ℣. 336. mox, *sit fili*, duo libri.

559. *Pia mater adoret.*] Nam ipsa parum fortunata parens, felicior matertera. vidit id etiam Plutarchus in libello τῶν Καβειρικῶν Διὸς νὶ παρὰ τῇ Θεσσαλονίκῃ τοὺς μὲν ἰδίους νἱοὺς ὡς ὑγροῦ τινος ὑποφυῆ, τοὺς δὲ τῆς ἀδελφῆς; πότερον ὅτι Φιλαδελφῶν μᾶλλον ἢ Ἰωὼ τῇ τοῦ Ἄρεως ἡ ἀδελφὴ ἐπιδείκνυται ἢ ὅτι θᾶττον τοῖς ἐκείνης παισὶν ἐβοήθουν; Habes, in matris Matutae sacris liba tosta offerri solita, ancillas ab ejus templo repulsas; pro quibus matronae eo festo precabantur. Mos alius restat, quem ex eodem scriptore ex vitâ Camilli: Καὶ θῦσαι μέχρι νῦν Θυσίαν ἀ ταῖς Δυσὶν ταμίαις, ἣν ταῖς Δημήτρου παιδαγωγοῖς πάθοντι ἐν Ἰνῷ πεφήνασι. NEAP.

562. *Ipsa suis.*] *Illa* plerique meliores. & pro *illi* versu superiori Urfini, Laeti & duo alii, *inquam*. prim. Ambros. & Junian. *inquit*. Videtur aliquid latere. HEINS.

563. *Quo properas.*] *Proposito* omnes fere scripti, nisi quod quidam, *praeposito*.

563. *Memorant dixisse, Rutili?*] Eodem die festo matris Matutae anno Urbis DCCXLII P. Rutilius Lupus in bello Marsico occisus. Unus Florus ex omnibus Historicis falso scribit, L. Caesarem, non Rutilium in eâ pugnâ occubuisse. praeter multos Vellejus Paterculus lib. II. *Tum varia atque atrox fortuna Italici belli fuit, ut per biennium continuum duo Romani Consules, Rutilius atque deinde Cato Porcius, ab hostibus occiderentur.* Bene, deinde. nam hic Cato in alio praelio anno sequenti (tunc fuit illius Consulatus) occisus: superiori enim Rutilius collegam habuit L. Caesarem, Catone vero Cn. Pompejum Strabonem. testes Tabulae Graecae & Capitolinae. Causa & principium Jus-

Exitus acceſſit verbis: flumenque Tolenum
Purpureo mixtis ſanguine fluxit aquis.
Proximus annus erat: Pallantide caeſus eâdem
Didius hoſtiles ingeminavit opes.
Lux eadem, Fortuna, tua eſt, auctorque, locusque.
Sed ſuperinjectis quis latet aede togis?
Servius eſt: hoc conſtat enim. ſed cauſſa latendi
Diſcrepat; & dubium me quoque mentis habet.

Dum

Dum Dea furtivos timide profitetur amores;
Coeleſtemque homini concubuiſſe pudet;
(Arſit enim magnâ correpta cupidine Regis,
Caecaque in hoc uno non fuit illa viro)
Nocte domum parvâ ſolita eſt intrare feneſtrâ:
Unde Feneſtellae nomina porta tenet.
Nunc pudet, & vultus velamine celat amatos:
Oraque ſunt multâ regia tecta togâ.

An

---

tuque belli quod fuerit vide latius in Appiano libro primo Bellorum Civilium: ubi & ſcribit Rutilii multorumque illuſtrium virorum cadavera in eo conflictu caeſa Romani delata, quò ſepulcro mandarentur. Scripſit ex antiquiſſimis hoc bellum L. Siſenna, vir Praetorius: hujus hiſtoria ſaepe citatur a Nonio. hominis doctrina ſummè laudatur à Tullio: *Siſenna*, hic inquit, *ejus amicus omnes adhuc noſtros ſcriptores, niſi forte qui nondum eſſe dicerent, de quibus exiſtimare non poſſumus, facile ſuperavit.* Hoc opus amiſſum, ne nunc quidem ſuſtinent litteratores. NEAP.

564. *Marſo conſule ab hoſte cadet.*] Miror cur potius Marſo, non Lucano, non Vergilio dixerit: cum, praeter Marſos, Malini, Veſtini, Marrucini, Picentes, Ferentani, Hirpini, Pompejani, Venuſini, Japiges, Lucani, Samnites, & aliae propinquae gentes contra urbem Romam conſurrexerint. Magis bellum ipſum *Marſicum* à ſcriptoribus nominatum. ita hac de re Strabo lib. v. Μαρσικὸν δὲ ὀνόματος τὸν πόλεμον, ἀπὸ τῶν ἀρξάντων τῆς ἀποστάσεως, καὶ μάλιστα ἀπὸ Πομπαίδιος. Hic exilis unus, qui praefuit Italico exercitui cum T. Afranio, Vettio Catone & aliis: quos ſi vis, adi Appianum praefato libro. Ait igitur, à Marſis belli auctoribus denominatum. Acquieſcerem, ni alter Epitome Liviana, quae initium hujus tumultus Picentibus aſcripſit. Nec ejusdem opinionis Velleius, qui in haec verba lib. II. *Cum id malum in univerſa Italia ab Aſculanis eſſet (quippe Servium Praetorem Fontejumque legatum occiderant) ac deinde à Marſis exceptum, ita omnes penitraſſe regiones.* Unde igitur impoſitum nomen hoc *Marſicum* huic bello? ita inſcribitur, quod non minimum in Faſtis Capitolinis. Verum certe ſuſpicor Strabonem; & credim hac vice potius exoticis quam Latinis. Diodorus Siculus: Ὁ Μαρσικὸς πόλεμος ἐν τοῖς ἀρξάντων τῆς ἀποστάσεως ὠνόμασται. NEAP.

565. *Flumenque Toleni.*] Sic ſcriptus hic amnis apud Orolii quaedam & Frecolfi exemplaria, ubi de hac clade: in aliis, *Teloni*. NEAP. *Tolvi* Zulich. & ceteri plerique vetuſtiores. alii, *Teloni*. Voſſ. & deo alii, *Telonum*. unus, *Telonum*. apud Appianum, Oroſium, Paulum Diaconum & Frecolfum etiam variatur in hoc nomine. *Purpureo* etiam codex Bononienſis, ut ſcribendam putem, *flumenque Tolenum Purpureo miſtis ſanguine fluxit aquis.* Eſt autem hic amnis tam *Tolenus* quàm *Tolenias* dictus. *flumen Tolenum*; ut apud Horatium IV. Od. IV. *Teſtis Metaurum flumen, & flumen Hasdrubal* alibi. HEINS. Vid. Claver. Ital. Ant. II. x. pag. 706. ex quo ſua Neapolis depromſit.

567. *Proximus annus erat.*] Id eſt DCLXIV. Timeo immanem procharonifmum. NEAP.

567. *Pallantide caeſus.*] Sic legendum è ſeptem veterum exemplarium auctoritate & conſenſu. CIOFAN. *Vitius* Excerpta Duzae & quatuor codices.

568. *Didius hoſtiles.*] De Tito Didio mentio crebra in bello Marſico. Fuit unus ex Praetoribus L. Sexto Caeſari annexis. Appianus libro primo: Ὑπεστρατήγει τοῖς ὑπάτοις συνάπτουσι τὴν τῶν ἀφ' ἑσπέρας, τότε μὲν Ῥουτιλίῳ Γναΐῳ τε Πομπαίῳ, ἔτι πατρὶ Πομπηίου τοῦ Μάγνου παραμαχουμένου, καὶ Καίσαρι Κατίνῳ, καὶ Γαΐῳ Πομπηίῳ, καὶ Γαΐῳ Μάγνῳ, καὶ Θεοφίλῳ Ματιήνῳ· ὕστερον δὲ Σίξτῳ Καίσαρι Ἰουλίου Λιούλλῳ, ἀδελφῷ αὐτοῦ Καίσαρος, καὶ Τίτῳ Διδίῳ, καὶ Λικιννίῳ Κράσσῳ, καὶ Κορνήλιος Σύλλαι, καὶ Μαρκέλλῳ ἐπὶ τούτοις. Velleius lib. II. in Atavi ſui digreſſione celà: *Tantam hoc bello Romanis fidem praeſtitit, ut leviore, quam ipſe in Hirpinis conſcripſerat, Herculaneum ſimul cum T. Didio caperet, Pompejos cum L. Sullâ oppugnaret, Coſamque occuparet.* Felix hucuſque T. Didius, ni victus in primis tribus conflictibus belli Italici; in quibus ſuperati ſemper Romani exercitus: ſed id tum ex eo parum conſtat, quod hi congreſſus ante Rutilii mortem initi: ipſe vero, ut ait Noſter, proximo anno poſt Rutilium ab hoſtibus profligatus; neque is tam homuncio fuit, ut ejus mors retineri debuerit; imo fatalis hic Romani imperii ſucceſſus. Unde ſuſpicor loqui Naſonem de ſtrage, quam Didius accepit à Sertorio juxta Baetim in Hiſpaniâ, cujus meminit Plutarchus in eodem: Δίδιον δ', ὃν ἄρχοντα τῆς Βαιτικῆς, ἐξέβαλε τῆς ἐπαρχίας, διώκοντες ἐλαυνόμενοι Ῥωμαῖοι. Sed haec fuit anno DCLXXIII. totoque decennio, ni fallor, decipitur Ovidius. Fatemur, ni illa, *Proximus annus erat*, ab aliena manu eſſe arbitremur; at à verâ, *Annus erat decimus*. NEAP.

568. *Didius.*] Non hic ſeſe expedit Neapolis & merito. is videatur. Voſſii & Mazarini codex, *Vidius*, in altero Ambroſiano pro diverſa lectione, *Tullius*. Exſortatus, *Dilius*. Forte *Julius* legendum. ut L. Julium Caeſarem innuat, qui A. V. C. DCLXIII. cum Rutilio conſul fuit. hunc enim Florus lib. III. cap. 18. bello Marſico in praelio vulneratum & poſt mortuum ſcribit. Quanquam lapſum fuiſſe Florum plerique contendunt, qui pro Rutilio Caeſarem ſupponat. Amplius cogitandum. HEINS. Sed cum ſequenti anno L. Porcius Cato conſul bello Marſico interierit, an non reſcribendum, *Porcius?* vid. Livii Epit. LXXV. & Vell. Paterc. II. 16. videant eruditi. BURM.

568. *Hoſtiles opes.*] Sic lib. II. Triſt.

—— *nec hoſtiles eſſe ſecutus opes.*

Quid autem ſint *opes* dixi in ſcholiis in lib. de Ponto. CIOFAN.

569. *Lux eadem* (quae Matralium) *Fortuna, tua eſt.*] Non illius cognomento *Sejae*, ut blaterat Fanenſis; non *Fortis*, in quo allucinatur Berſmannus (nam hujus feſtum & mentio ſit à Noſtro paullo poſt VIII. Kalendas Julias) ſed *Virilis*, cujus auctor etiam Servius Tullius. Dionyſius lib. IV. cap. 27. Ταῦτα διανοηθεὶς ὁ ὑφ' ἑτέρου τι καὶ οὐ πολλοῦ, καὶ τοῦ δήμου κατακολουθοῦντος Τύχῃ, ἣ παρὰ πάντα τὸν βίον ἐδόξαν ἀγαθῇ τυχεῖν τοὺς μὲν ὑπὲρ τῆς πολιτικῆς βουλῆς, τοὺς δ' ἕτερον ὑπὲρ τοῦ ἄστεος ἱδρύσασθαι ἱερὰ Τύχης, ἃ νῦν τοῦτ' Ῥωμαῖοι καλοῦσι. In hac erat ſimulacrum ligneum illius Principis, ſed velato togâ capite: hoc quam ob cauſſam multis differit. NEAP. Non puto Fortunae virilis aedem hic intelligi, quae erat in ripa Tiberis, ut Dionyſii verba indicant. vid. lib. IV. 27. & hoc requirunt verba Ovidii, *auctorque locusque*, ſcilicet idem, qui aedis Matutae; illa vero erat in foro Boario. Intelligenda ergo aedes *Bonae Fortunae*, Ἀγαθῆς τύχης quae in eodem erat foro, teſte Dionyſio: & miror ita caecutiiſſe Neapolim, qui *blaterantes interpretes* reprehendit. plures vero aedes diverſis ſub nominibus Fortunae condidiſſe Servium docet Plutarch. Quaeſt. Rom. 74. hic vero intelligi *Bonae Fortunae* patet praeterea ex ipſo Dionyſio, qui deinde lib. IV. cap. 40. Statuae ligneae inauratae Servii meminit, quae hîc dicitur fuiſſe togâ velatâ. de qua & Plinius lib. VIII. cap. 48. an & ad hanc Fortunam referri debeat lapidis apud Reinef. claſ. I. inſ. 138. titulus neſcio; quem *Fortunae Tulliae* poſuit inſularius aedium *Tugurii*, vel *Tugurini*, Liberti Tib. Auguſti, ut malo explicare quam cum Reinefio, *Fortunae Tulliae inſulae aedium*. BURM.

570. *Quis latet aede togis?*] Nec reprobo veterem editionem, *quis latet iſte togis?* NEAPOL. *Quid iſte* quatuor libri. codex Laeti & prim. Bonon. *quis latet aede*, quod & Neapolis eſt ſecutus. Plinius Hiſtoriae Naturalis libro VIII. cap. 48. *Togas Servii Tullii regiae undulatae* meminit, quam in aede Fortunae ſervatam fuiſſe, Varronis auctoritatem ſecutus, prodit. Locus Varronis, quem Plinius videtur deſignare, ex libro primo de vita PR. apud Nonium Marcellum exſtat, ſed parum integer: *Et à quibusdam dicitur eſſe Virginis Fortunae, ab eo quod duabus undulatis togis eſt operium, proinde ut tum reges noſtri undulatas & praetextatas togas ſoliti ſint habere.* verba illa, *ab eo quod duabus undulatis togis eſt operium*, ad ſignum Servii Tullii, quod in aede Virginis Fortunae exſtiterit, videntur eſſe referenda. HEINS. *Super ingeſtis* pr. Bonon. *ſuperinvectis* pr. Medic.

571. *Servius eſt, & conſtat tum, ſed cauſſa latendi Diſcrepat.*] Ita male legitur & diſtinguitur in libris vulgatis. Tu diſtingue ac lege è ſex libris ſcriptis: *Servius eſt (hoc conſtat enim) ſed*, & quae ſequuntur. CIOFAN.

573. *Tum Dea furtivos.*] Sex libri ſcripti, *Dum Dea*. CIOFAN.

575. *Arſit enim magna correpta cupidine Regis.*] Lib. Urſ. *Arſit enim magno*, generis maſculini, placet. Duo alia loca in lib. Variarum Lectionum notavit & animadvertit Muretus. CIOFAN. Sic vulgo creditum. Plutarchus in libello Αἱ τῶν Ῥωμαίων Τύχαι· Ὅτι δὲ τοπικὴν ἔκτισε αὐτῇ τὸν τύχαν, δῆλόν ἐστιν ὑπὸ τοῦ κατακεῖσθαι τὸ ἄγαλμα, ὃ νῦν ἔνιοι καλοῦσιν. NEAPOL. *Magna* plurimi. *magni* quatuor. *libidine* Thuan.

578. *Unde feneſtralis.*] Iidem libri & Urſ. *feneſtellae*, rectè. CIOFAN. Moneo in alio legi, *Unde Feneſtellae*. De hac lege quae ſcribit idem fuſius in Livio, & judicium praeſtantiſſimi viri Onuphrii Panvinii in Urbe Româ. NEAPOL. *Feneſtratae* Voſſ. & tres alii. alii, *feneſtrile*, *feneſtrale*, *feneſtralis*, *etc.*

584. Do-

An magis eſt verum, poſt Tulli funera plebem
Conſulam placidi morte fuiſſe ducis?
Nec modus ullus erat: creſcebat imagine luctus;
Donec eam poſitis occuluere togis.
Tertia cauſſa mihi ſpatio majore canenda eſt:
Nos tamen adductos intus agemus equos.
Tullia, conjugio, ſceleris mercede, peracto,
His ſolita eſt dictis exſtimulare virum:
Quid juvat eſſe pares, te noſtrae caede ſororis,
Meque tui fratris, ſi pia vita placet?
Vivere debuerant & vir meus, & tua conjux,
Si nullum auſuri majus eramus opus.

Et

Et caput & regnum facio dotale parentis.
Si vir es, i, dictas exige dotis opes.
Regia res ſcelus eſt, ſocero cape regna necato:
Et noſtras patrio ſanguine tinge manus.
Talibus inſtinctus ſolio privatus in alto
Sederat, attonitum vulgus ad arma ruit.
Hinc cruor, hinc caedes: infirmaque vincitur aetas.
Sceptra gener ſocero rapta Superbus habet.
Ipſe ſub Eſquiliis, ubi erat ſua regia, caeſus
Concidit in durâ ſanguinolentus humo.
Filia, carpento patrios initura penates,
Ibat per medias alta feroxque vias.

Cor-

583. *Donec eam poſitis occuluere togis.*] In quibuſdam, *donec eam.* Nauger. *Eam poſitis melioret.* in ſignem ſollicet. Sic inſra:

Signave erat in ſella reſidens ſub imagine Tulli.

quidam, *exemplo.* medicoſe. *exolvere* Voſſianus pro *Convolvi lectum.* Libens legam,

Donec eam poſitis occuluere togis.

de quo vid. Epiſt. ſi. 120. & Ep. ix. ſi. 86. Heins.

Donec eam poſitis occuluere Bernani.

584. *Adducti.*] *Adductis* Pembroc. & non adl. *Intus.* Ambr. Lect. *inter agamus duo. agamus* ejus.

585. *Conjugio, ſceleris.*] Imo, *ſceleris.* quod libri complerique agnoſcunt. Heins.

588. *Exſtimulare.*] *Stimulare* unus. *ſollicitaſſe* alii.

591. *Vivere debuerant.*] Sic iidem libri. ſequor. Ciofan. *Vivere fuerant* alii. prima editio & duo Longi. *pro fuere.* quod tenuit Nev. vers.

Vivere nec noluerunt eſſe, nec jure pia jura perimentes?

ſic & in noſtra pro *vita* libri meliores. Heins. In aliis Gryphius.

593. *Et caput, & regnum facio dotale parentis.*] In uno Vat. *facies.* in duobus alias, *facio.* Ciofan. Editio Ulitii & quinque alii. ego. Faber. *facio, quia.* Antiqui *facis* ſi. Nevel. Multi multique alii, *facio.* quod placet unus, *facias.* alii, *faciam.* Pulm.

Et caput, ut regnum, facias dotale parentis.

vel,

Et caput, ut regnum, factum dotale parentis.

vel,

Et caput, ut regnum, facio dotale parentis.

Heins.

——— *patrio cedat mihi munera ſanguis.* Heins.

594. *Infirmaque vincitur aetas.*] Cornut. legit *infirmaque victa aetas.* Ciofan. Lego, *infirmaque victa aetas.* & ita Ovidius. Tacitus Hiſtor. lib. v. *Infirmae aetatis.* Tranſeamus Hiſtor. lib. v. *Infirmae aetatis* Sinam, & quae alibi dicta, ſi erunt Nonnulli legunt

Pratiuxere faces, eclarent flammea coelum,
Nec tua defuerunt carmina, Thalaſſe, tibi.
Dos etiam dicta eſt.

Cicero pro Flacco, *Quaecunque ſine hoc auſtore dicta dos, nulla eſt.* Apulejus Apologia. *Quid ea (ſic lego, non ea) commodum caperem, ut deum mihi medicam potius quam amplam diceres?* Martianus Capella libro IX. *Quo dicto arcanae illi triſtis juris aſſertor magna nefarium obſeratione conjicitur, reſpondentique regiarium etiam matrimonia optulat, dotem dicere feminam viro nullis legibus prohibet.* ſic & *dos dicere* paſſim apud Juriſconſultos. & *dotis dictae.* Servius ad Vſ. 31. lib. 1. Georg. *Servii. Quia quandecunque in manum conveniebat, omnia ſecundum, quae dotis dicebantur, marito ſervabant.* ſic & ibi ſcribendum. Val. Flaccus lib. VI.

——— *ea cujus thalamis Aetia virgo*
Dicta manet.

Virgilius in Ciri:

Illa ego ſum, Minos, ſervato foedere conjux
Dicta tibi.

de tauro in Georgicis, *pueri dixere marinum.* literas pro pellicere & adducere. *quamquam* Juriſconſulti veteres *dotem dictam a promiſſa* dote diſtinguunt. *dotemque dicere* dicunt certis verbis nulla praecedente interrogatione promittere, *ut dicere* ſolutione confiſtere. Cujus Inſtit. Lib. II. tit. 21. & aliae obligationes, *quae nulla praecedente interrogatione contrahi poſſunt, ut ſtipuler, fide mihi ſupra futura, fide tua mihi dotem dicis.* Comitabat enim Nero vita Britannici, *fide tuetur dicis eſt Tacitus Caligulae, fide jubes dicere* nam vere in hiſtoria erat *jurabat.* Vide plura apud Nevelium Diſſert. Dicta dos etiam ex Varrone Nonio & Festo Pompeio notatum. *Ea dies dicta,* ſponſalia dicere, *ſponſa* continuare, adigere. eodemque Pan. III

Conveniunt nuptae dictam Junonia ad aedem.

hoc eſt ad conſiſtoria *venire* Ciceroni & Juvenali,

Hic ubi noſtrorum Numa conſtituebat amicos.
In Catulenis Pithoei, capite de Vox nuncupata, ſcribe dicta.

dicta. Sed locus eſt peſſime affectus, quem ſic emendo:

O litus vita mihi dulcius! o mare felix,
Cui licet ad terras ire ſubinde meas.
O formoſa quies! hoc quondam rure ſolebam
Phyllidos armatas ſollicitare manus.
Hic fons, hic lacus eſt. Illic ſinus egerit algas,
Hic ſtatio eſt taciris dicta Cupidinibus.

nunc quatuor poſtremi verſus hoc modo leguntur:

O formoſa dies, haec quondam rure ſolebam
Iliadas armatas ſollicitare manus.
Hic fontis lacus eſt. Illic ſinus egerit algas,
Hic ſtatio eſt taciris victa Cupidinibus.

Pithoeus, *fida Cupidinibus.* etiam non male. poſſet & *tua* legi. quomodo apud Virgilium:

Statio tutiſſima nautis.

Noſter Metam. IV. Fabula Thyſbes:

Pervenit ad tumulum dictaque ſub arbore ſedit.

hoc eſt ſub conſtituta arbore, ad quam pacti erant ſeſe eſſe conventuros. apud Maronem Aeneidos X. ex optimis codicibus ſcribendum:

Unum etiam donis iſtis, quae plurima mitti
Dardanidis dicique jubes, unum, optime regum,
Adjicias.

& libro V. ex vetuſtiſſimo exemplari:

Protinus Aenas celeri certare jubebat
Invitat qui forte velint, & praemia dicit.

Poſſet & legi, *ex dictas.* ſimile mendum expunximus Epiſtola XIV. vſ. 126. ubi, pro *inſuper adde,* reponendum, *i, ſuperadde.* apud Maronem, pro *Tyrrhenas, i, flamma aciet,* multi ex veterrimis libris, *inſerne,* lib. IV. Faſt. ſupra, cum in membranis praeſtantiſſimis eſſet:

Die ter, & in vivo perlue rore manus,
i, perlue reſtoximus. poſſis tamen, *& hinc vivo.* Martialis lib. X. Epigr. XX.

Si tibi mens eadem, ſi noſtri mutua cura eſt,
I quocunque loci: Roma duobus erit.

ſic iſta autumo eſſe conſtituenda. ſi paria mecum, inquit, facis amando, quocunque demum iveris,

ubicunque fueris pedem, Romanos nobis ipſis praeſentes praeſtabimus. hoc eſt, mutuae conſuetudinis voluptas nihil votorum ſummae abeſſe aut ultra à nobis deſiderari patietur. Vulgati libri, *in quocunque loco.* ſatis frigide. Heins. *Exige dotis* Gryph. *exige matris opes* Bernenſ.

595. *Regia res ſcelus eſt.*] Dictum impium: & fere par vulgato illi Atrei apud L. Annaeum Senecam in Thyeſte, Actu II.

——— *Sanctitas, pietas, fides*
Privata bona ſunt; quo juvat Reges eant.

Neapol.

596. *Tinge manus.*] Unus Vat. & Urſ. *Tingue.* Ciofan.

597. *Talibus inſtructus.*] Sic tres Vatic. alii tres & Urſ. *inſtinctus,* idque ſequendum puto. Ctof. *Inſtructus* tres Vaticani. totidem, *Talibus inſtinctus.* Elige quos velis. Livius, *Tarquinium,* inquit, *inſtinctum nucleoribus furiis.* Neapol. *Inſtinctus* Francof. & optimus quisque veterum. ſimilis varietas apud Sil. Ital. VIII. 244. & alibi.

598. *Ad arma ruit.*] *In arma* Tulich. Urſini, Voſſii multique alii. quod placeret, niſi *vò in* ſuperiori verſu praeceſſiſſet. Vide Notas Epiſt. III. vſ. 136. Heins.

599. *Hinc cruor & caedes.*] *Hinc caedes* Voſſ. Arondel. & quinque alii. ut Faſt. II.

Hinc tonat, hinc miſſis abrumpitur ignibus aether.

Heins.

600. *Socero rapta.*] Οὐ καιρὸν σίγησις. Neap.

601. *Ubi erat ſua regia.*] *Suberat ſua regia* prim. Vatican. & Patav. *In Eſquiliis ſupra Clivum Oppium habitaſſe Servium* teſtatur Solin. Polyh. cap. 2. aliae Editiones habent, *Clivum Urbicum,* vel *Urbium.* vid. M. Delrii notas & Salmaſ. Exercit. Plin. Tom. 1. pag. 12. forte ſcripſit, *ſupra Clivum Oppium.* nam Oppius mons fuit in Eſquiliis, vicinus domui Serv. vid. Nardin. Rom. lib. IV. cap. 2. qui *Oblium,* auctore Feſto, vicum vocat lib. IV. cap. 3. ſed nomen ejus clivi adhuc incertum eſſe, & litem de eo

Corpus ut adſpexit, lacrimis auriga profuſis
Reſtitit. hunc tali corripit illa ſono:
Vadis, an exſpectas pretium pietatis amarum?
Duc, inquam, invitas ipſa per ora rotas.
Certa fides facti, dictus Sceleratus ab illâ
Vicus, & aeternâ res ea preſſa notâ.
Poſt tamen hoc auſa eſt templum, monumenta parentis,
Tangere: mira quidem, ſed tamen acta loquar.
Signum erat in ſolio reſidens ſub imagine Tulli:
Dicitur hoc oculis oppoſuiſſe manum.
Et vox audita eſt, Vultus abſcondite noſtros,
Ne natae videant ora nefanda meae.
Veſte datâ tegitur: vetat hanc Fortuna moveri:
Et ſic è templo eſt ipſa locuta ſuo:

Ore

ſub judice eſſe pronuntiat Gronov. ad Liv. I. 48. habitaſſe tamen Servium & in Palatio ſupra Jovis Statoris templum dicit Martian. Topog. Urb. Rom. II. 15. Burm.

602. *In dura humo.*] *In duram humum* Sarravii. *cecidit in dura* unus Moreti: *conditur in dura* unus Petavii. ſed omnes pro variis lectionibus: ſed Maz. a manu prima.

603. *Vadis, an exſpectas.*] Addit Halicarnaſſenſis: Ἢ σὺ ὑπομενεῖς ἔτι, καὶ δὸς τὴν τιμὴν τὰ βαθέα ἀμείψασα, βαθέα τὴν ἐμοὶ λέγων. Βαθέα τὴν ποδῶν dixere uno verbo Graeci ὑποπέδιον, Poëtae, ὕδατον, & ὕδωρ: hi, Homerus in Iliade & Ariſtophanes in Plato. Barbam πεδηκέλιον, & σωπεδίον. His vocibus utitur, ni fallor, Nicetas de Rebus poſt excidium urbis. Neap. *An aſpectas* Bernenſ.

604. *Pietatis amarum.*] Liber Urſini, *iniquum*. Crofan. Habent libri priſci, *iniquum*, ſed illud propium magis. *Amarum* eſt grave, moleſtum. Eodem ſenſu legitur, *amara ſarcina*, apud Valer. Maximum, *Tanquam amaram ſarcinam celeriter abjecit*. Neapol. *Iniquum* etiam unus Moreti & Vaticanus unus. vid. ad Epiſt. XII. 48. *amaras* Lacti codex.

605. *Certa fides facti.*] In plerique, *facti eſt*. alter Putean. *factis*. deinde, *Poſt tamen hoc*, non *haec*, meliores. Heins. Malim, *Certa fides, facto d. ſ. ab illo Vicus*.

606. *Sceleratus ab illa Vicus.*] Varro lib. IV. de L. L. *Proto hunc* (regem de Cyprio) *vicus Sceleratus; dictus à Tullia Tarquinii Superbi uxore; quod, ibi cum jacens pater occiſus, ſupra eum ut misteret carpentum nullo, traxit*. Dionyſius lib. IV. ipſum vicum Κέρκωπα (ſeu rectius Ὄλβιον, licet idem ſit: ita tamen lego, ut ſequar veteres editiones) ait nominatum. Differat à Varrone & Livio: id poſtea vidi animadverſum à πολυμαθεστάτῳ Frid. Sylburgio. Neapol.

612. *Acta loquor.*] *Loquar* Urſin. Arond. multique alii. prim. Ambroſ. & Lacti, *acta canam*: lib. VI. 3.

Facta canam, ſed erunt qui me finxiſſe loquantur. Heins.

Lib. VII. Met. 549. *mira loquor*, ubi & alii codices, *loquar*, ut & variant XIV. Ep. 45. & Amor. III. 6o. & alibi. Burm.

615. *Noſtros.*] *Veſtros* Mazar. & duo alii.

617. *Moveri.*] *Videri* Sarrav.

618. *Ipſa locuta.*] *Illa* multi & editiones quaedam. *Veſta* prim. Vatic. *ipſa notata* Mazar.

620. *Prima.*] *Plena* Sarrav. & alius.

620. *Prima pudoris erit.*] Id eſt, pudere illud antiquum videndi ſceleratae filiae vultus, ob quod caput togâ operuit; tunc demum à ſigno ponetur, cum detectum apparebit. hic verus ſenſus. Quid elicies ex interpretum vulgo, niſi deliria? Neap.

622. *Solemnes preces.*] *Solenni voce* meliores. Heins.

622. *Movere preces.*] Heus! Servius Tullioshibitus ut Deus & numen aliquod? nunc primum audio. Neap. Sed illae preces ad Fortunam poſſunt referri.

624. *Qui Rex in noſtra ſeptimus Urbe fuit.*] Haec eſt omnium veterum exemplarium lectio, quae mihi non diſplicet. Septimum vocat regem Tullum Hoſtilium & Solinus cap. 11. lib. annumerans Romanis regibus Tatium. Crofan. Non unus aut duo codices, ſed plerique habent, *ſextus in urbe fuit*. Sublatum diſſidium, ſi numeres Tatium; ut Solinus in Polyhiſtore. Neapol. Sic & D. Hieronym. Chronico Euſebiano ad Annum MD. *Romanorum reges ſeptem à Romulo usque ad Tarquinium Superbum*, immo cum Tarquinio Superbo. niſi Tatium regibus accenſes. Idem D. Hieron. comment. in Haggaeum: *Quo tempore apud Romanos ſeptimus a Romulo regnabat Tarquinius Superbus*. Heins.

Ore revelato quâ primum luce patebit
Servius, haec poſiti prima pudoris erit.
Parcite, matronae, vetitas attingere veſtes:
Sollemni ſatis eſt voce movere preces:
Sitque caput ſemper Romano tectus amictu,
Qui Rex in noſtrâ ſeptimus Urbe fuit.
Arſerat hoc templum: ſigno tamen ille pepercit
Ignis: opem nato Mulciber ipſe tulit.
Namque pater Tulli Vulcanus, Ocreſia mater,
Praeſignis facie, Corniculana fuit.
Hanc ſecum Tanaquil, ſacris de more paratis,
Juſſit in ornatum fundere vina focum.
Hic inter cineres obſcaeni forma virilis
Aut fuit, aut viſa eſt: ſed fuit illa magis.

Juſſa

Sed illa Hieronymi verba commode de communi enumeratione ſeptem regum, omiſſo Tatio, poſſunt capi. in uno Moreti & Farneſiano erat, *qui Rex Romana ſextus in urbe fuit. Semper in urbe* duo.

625. *Signo tamen ille pepercit.*] In ipſo incendio non exarſit Tullii effigies: non marmorea, ſed lignea, ut mireris. Dionyſius lib. IV. Ἐπ᾽ ἐμοῦ τοῦ τῶν τῆς Τύχης, ὃ αὐτὸς κατεσκεύασεν, ἐκεῖνο μόνῳ κεφαλὴν ξύλῳ κατέχουσι (illud mihi ſuſpectum & tibi eſt, ſi ſedulo haec Livii examinas è lib. XL. de aede Pietatis in foro Olitorio: *Eam aedem dedicavit M. Acilius Glabrio Duumvir, ſtatuamque auratam, quae prima omnium in Italiâ ſtatua aurata eſt, patri Glabrioni poſuit*) ἐμφερεστάτη ἡμιφθείρῳ, τῷ ἄλλων πάντων ἀμελῶς ἐχόντων, μόνη δίκαιον εἶδε λαβεῖν ἔλεον ἐκείνη δ᾽ ἐκ πυρὸς καὶ ὅτι μὲν ὁ ῥῖς καὶ τὸ οὖς αὐτῆς πάντα ὅσα ξύλῳ ἐπιφερόμενον ὑπὸ δεχαίων πάντων ἀπωλέσθη, ὅμοιά ἐστι ὁρᾶσθαι καὶ νῦν· ἐκ τούτου, ὡς πρώτιστον τῶν, ἀρχαίοις τοῖς καταλοίποις ἀξιωθεῖσα ἐν εὐωχίαις τυγχάνουσα ὑπὸ Ῥωμαίων. & Valerius: *Poſſunt & illa miraculorum loco poni, quod deuſto ſacrario Saliorum, nihil in eo praeter lituum Romuli integrum repertum eſt: quod Servii Tullii ſtatua, cum aedes Fortunae conflagraſſet, inviolata remanſit.* In baſi hujus ſtatuae ſcripta puto aliqua de primordio & fine Servii Tullii, ni fallor: & alia illa, de quâ ſic idem Maximus lib. III. cap. 4. *Ad ſummam, aut unde proceſſerit, aut quo pervenerit, ſtatuae ipſius titulus abunde teſtatur, ſervili cognomine & regiâ appellatione perplexus.* Neapol. *Ipſe* Ambr. & duo.

626. *Mulciber ipſe tulit.*] Fragmentum priſci marmoris:

VOLKAN MILIT.
SIVE MVLCIBERO. Neap.

627. *Pater Tulli Vulcanus.*] Narratur haec etiam fabella ab Hiſtoricis: ſed olim plebeis animis credita ex ſucceſſu in illis flammis. Hujus verus pater fuit princeps quidam vir in Corniculi expugnatione occiſus. Neap.

627. *Ocriſia mater.*] Libri veteres, *Creſia*, vel *Creſſia*. Scribe, *Ocreſia*. Ὀκρησίαν vocat Plutarchus. Tabula aenea Lugduni, quae orationem Claudii Imp. continet de civitate Gallis dandâ, Servivs. Tvllivs. si Nostros. Sequimvr. Captiva. Natvs. Ocresia. in veteri ſaxo apud Gruterum opere Inſcriptionum p. DCCCCXCIV. OCRESIA. APATE. Ὀκρησίαν vocat ſemper Halicarnaſſaeus. & Plin. lib. XXXVI. cap. 8. Auctor libelli de Viris Illuſtribus, edit. Aldina, vocat *Ocretiam*; proxime verum. In vulgatis Arnobii exemplaribus lib. V. *Ocriſia eſt*. apud Feſtum, in voce *Nathum*, *Ociſia* perperam dicitur. *Ocris* nomen militis Latini eſt apud Silium Ital. lib. X. Heins.

628. *Praeſignis facie.*] *Praeſigni faciem* Mazar. & Zulich. Lege, *Praeſignis ſacium*. familiaris Naſonis Graeciſmus. lib. XII. Metamorph. ex veteri codice:

Cinctaque adeſt virgo matrum numerumque caterva
Praeſignis facium.

Heins.

629. *Sacris de more paratis.*] Rectius, *paratii*, alter Bonon. & unus Farnel. quomodo enim peractâ ſacra, ſi vinum foco poſt affunderetur. unus Moreti, *ſacris litatis*. ut apud Virgil.

——— *ſacrisque litatis*
Indulge hoſpitio.

ubi Servius, *Diis litatis debuit dicere, non enim ſacra, ſed Deo ſacris litamus, id eſt, placamus. ergo nove dixit.* Met. XIV.

——— *ſacrisque ex more litatis*
Littora adit nondum nutricis habentia nomen.

lib. XIII.

Jussa loco captiva fovet. conceptus ab illâ
Servius à coelo femina gentis habet.
Signa dedit genitor, tum cum caput igne coruſco
Contigit, inque comâ flammeus arſit apex.
Te quoque magnificâ, Concordia, dedicat aede
Livia, quam caro praeſtitit illa viro.
Diſce tamen, veniens actas, ubi Livia nunc eſt
Porticus, immenſae tecta fuiſſe domus.

Urbis

—— ſiberis de more litatis
Regia tecta patent.

Sic & ibi veteres nonnulli. hinc *victima litalis* apud Lactantium libro primo de Falſâ Religione cap. 21. *Apud Lampſacum Priapo litalis victima eſt aſellus.* ita enim omnium veterrimus liber Bononienſis. vere, ut eximio ceteri cum vulgatis, *litabilis hoſtia.* Mitratus Felix, *Litabilis hoſtia, bonus animus, & pura mens, & ſincera conſcientia.* nili & illic *litalis* reponendum. Heins.

633. *Jussa loco captiva fovet.*] *Fovet* duo Farneſiani & unus meus quod arridet. *fovet*, nempe membrum illud virile. Heins. Recte *fovet* recepit Heinſius, ſed quid notat *fovere foco?* nimirum ad ignem calefacere. At hoc minime fecit Ocrelia; ſed membrum illud virile inſerviſſe ſuo genitali Arnobius dicit. vid. Salmaſ. Exercit. Plin. pag. 46. quare legendum cum Regio, Moreti & quatuor aliis ſcriptis, *jussa loco captiva fovet*; *locus* enim eſt pars illa, quae feminae ſexum indicat; obſcenorum mulierum. ita III. Art. 799.

Infelix, cui torpet hebes locus ille, puella.

inde *loca muliebria* paſſim Medicis dicuntur. vid. Erhard. & alios ad Petron. cap. LXXIX. qui tamen in Petronio explicando erraut. ſuperiori diſticho erat, *obſcaeni forma Priapi*, in Farneſ. *ornati f. virilis* prim. Vatic. *ornatus* Patav. omnes fruſtra. nam *obſcaenum virile* eſt, pars virilis, quae etiam elegantior *obſcaenum* abſolute dicitur. Obſequens de Prodig. cap. LXXXIV. *Puer duplici obſcaeno natus.* Lactant. I. Inſtit. cap. 21. *Inter eum Priapumque certam eſſe certamen de obſcaeni magnitudine.* ita a prima ſcripti & edit. in aliis additum, *obſcaeni* tuendae; perperam. *obſcaena* etiam in plurib. ut Notae in Met. 347.

Turpius obſcaena Priapi.

Ex quo loco & hic Farneſiani codicis liberalius vitium repetitum, *obſcaenae forma Priapi.* & Seneca. Ep. LXX. *Vis tu quam id, quod ad commendandas obſcaenas adhibere ſpongia, pejorem eſt.* Suet. Calig. 58. *Quae ſecum ex obſcaenarum adegerat.* vid. & ad Rutil. 457. Burm.

635. Signa dedit genitor, tum cum caput igne coruſco.] Ignem ter ſibi micare, *bella ajax* ter ſe evertit? lectione ſatis ravianus. Plurimi veterum, *exit apex.* perperam. Heins. *Inque comas* quinque.

636. *Flammeus haeſit apex.*] Res nota: quod & finxit Maro Mantuanus in Alcanio. Neap.

637. *Te quoque magnifica.*] Eodem IV. Idus Junias templum Concordiae Virilis dedicatum à Liviâ prope ejusdem nominis porticum, ſive in porticu, ut volunt Topographi: in marmore, ſuſpicor, Concordiae maritalis; nam ſubdit:

—— Quam caro praeſtitit illa viro.

Auguſtum enim ſibi devinxit hac arte. Dio Caſſius: Ὅτι αὐτός τε ἀκριβῶς σωφρονοῦσα, καὶ πάντα τὰ ἐκείνου αὐτῷ ἤθους πεῖσαι, καὶ μετ' ἄλλου τι ἢ σοφὸν πολυπραγμονῆσαι, καὶ τὰ ἀφροδίσια αὐτῷ ἀπράγμονα μᾶλλον διοικῆσαι, μᾶλλ' ἀεὶ δόξαντα σωφρονεῖν. Neapol. *Claro viro* Mazar.

639. *Ubi Livia nunc eſt Porticus.*] Hanc περίπατον vocavit Strabo lib. V. quam ſcriptores Graeci fere omnes τὴν Ἰδίαν οἶδ, inquit, καὶ τὸ Καπιτώλιον, καὶ τὸ ὁπλοθήκιον ἰσχύ, καὶ τὰ ὁ τῷ Διὸς πεντάστυλον, μᾶλλον ὀλολύζαι δὲ τὴν Ἥβην. Sane credibile, in eâ ſtatuas adaptatas toto paene orbe ſelectas: quin antiquiſſimas tabulas habuerit non addubito. teſtis erit fidus & oculatus Ovidius noſter libro primo Artis:

Nec tibi victetur, quae priſcis ſparſa tabellis
Porticus, auctoris Livia nomen habet.

Hic fere fuit proprius harum porticuum ornatus: Athenis fuit celebris illa, quae prius dicta Ποικίλη πανσταγίτης: poſtea, à varietate picturarum paricibus incruſtatâ, ἡ Ποικίλη. Diogenes Laërtius in Zenone lib. VII. Ἀνακάμπτων δὲ εἰς τὴν Ποικίλην, τὴν ἡ Πεισιανακτείου καλουμένην, λόγῳ ἦν τῆς ἡμέρας τὸν Πολυγνώτου, Ποικίλης, διδοὺς τοῖς λόγοις. Pinxit in eâ Polygnotus Marathonium pugnam, ut obſervavimus in Aemilio Probo in Miltiade. *Namque ante Miltiadi, qui Athenas totamque Graeciam liberavit, talis honos tribuitur eſt in porticu, quae Poecile vocatur, cum pugna depingeretur Marathonia, ut in decem Praetorum numero prima eius imago poneretur, isque hortaretur militem proeliumque committeret.* Lege ſis Plutarchum in Cimone, Pauſaniae Attica, Aristidis Scholiaſtem. Neap.

640. *Impenſae tecta fuiſſe domus.*] Pulcherrimi

Urbis opus domus una fuit: ſpatiumque tenebat,
Quo brevius muris oppida multa tenent.
Haec aequata ſolo eſt, nullo ſub crimine regni,
Sed quia luxuriâ viſa nocere ſuâ.
Suſtinuit tantas operum ſubvertere moles,
Torque ſuas heres perdere Caeſar opes.
Sic agitur cenſura, & ſic exempla parantur;
Cum vindex, alios quod monet, ipſe facit.

Nulla

hic locus à fortiſs Pauli Marſi & Antonii Panenſis, ſed meo periculo. Has aedes faciunt, quas in viâ ſacrâ habitavit Julius Caeſar, relictâ ſuburrâ: addunt, ab Auguſto poſtea dirutas, & in aream porticum Liviam ab eodem exaedificatam. non video quo ſenſu, quo auctore haec effutiunt. Noſter hîc agit de ſuperbâ illa domo Vedii Pollionis, quam defunctus Auguſto legavit. Dio Caſſius lib. LIV. Τοῦτο δὲ δὴ τὸ ὁ Πολλίων ὢν ἱππεύσιμος ἄλλως τε καὶ πολὺ πλοῦτον, καὶ τῷ Αὐγούστῳ τότε κλῆρον συχνὸν μέρος, καὶ τὸ Παυλείνου, τὸ χωρίον τὸ μεταξὺ τῆς τε Νέας πόλεως καὶ τῆ Πυτιόλων ὄν, κατελιπεν· τῷ τε δήμῳ ἀφειλόμενος ἔργον ἀνοικοδομήσαντα πολυτελῶς· ὁ δὲ Αὔγουστος τὸν οἶκον αὐτὸν ἐς ἑαυτὸν, ἀφῄρητο τὰς οἰκίας κατασκάψας, ὅπως μηδὲν μνημεῖον τοῦ τῷ πλέθρῳ ἴσχῃ, κατεβάλετο, ἀφεστῶσι γοῦν μέρεσι· καὶ τὰ ὕστερα τὸ ἓξ Πολλίωνος, ἄλλα τὰ δ' Λιβίας ἐπιγεγράφθαι ἔστιν οἷς ἐν ὕστερα ἐπίσης. Ideo Suetonius lib. primo cap. XXIX. ubi enumerat Auguſti aedificia; *Quaedam*, inquit, *etiam opera ſub nomine alieno, nepotum ſcilicet & uxoris, fecit, ut porticum baſilicamque Lucii & Caji, item porticus Liviae & Octaviae, theatrumque Marcelli.* Dedicata haec Liviana anno Urbis DCCLXIV. Vide Dionem lib. XVI. Neap. Jam Lipſius ad Tacit. I. Ann. 12. docuit ex Pollionis domo porticum factam: ex eo Donatus & alii.

640. *Tecta fuare domus.*] *Fuiſſe* meliores. & paulo ante *primo viro*, non *caro*, Urſini codex & unus Patavin. *ſacro* Erfurtanus. alius, *claro.* Heins.

642. *Brevius.*] *Brevibus* Putean. *oppida lata* Petav.

643. *Sub crimine regni.*] *Diſcrimine regni* Putean. Heinſius conjeceret, *nullius crimine regni*, ſed nihil mutandum. dejecta eſt illa, non quia arcis ſpeciem praebebat, & ita affectati regni reum poſſet poſſeſſorem facere; ſed quia aliis exemplum luxuriae praebere poſſet. ita ſupra VI. 189. *Damnatus crimine regni.* de illa locutione *ſub crimine* vide ad Quinctil. Decl. CCCLXXIX. ſequenti hexametro mallem cum uno Heinſii codice, *ſubmittere moles*, quod convenientius deſtructioni non violatae, nec qualis in urbibus captis fieri ſolet, ſed quae fit operis fabrorum. ita Florus lib. I. cap. 9. de Valerio Poplicola. *Et ne ſpecie arcis offenderet, eminentes aedes ſuas in plana ſubmiſit.* eadem varietas apud Lucan. III. 436. ubi optimi codices,

Jam ne quis veſtrum dubitet ſubmittere ſilvas.

vulgo editur, *ſubvertere. inſtituit tantas* etiam Putean. alter. Burm.

646. *Torque ſuas heres.*] Τὸ *heres* noſtros Scholiaſtas induxit, ut de bonis Julii Caeſaris, quorum aditio ad Octavianum pertinebat, carmen exponerent: ac ſi lege cautum foret, ne Principi à privato hereditas aut legatum mandari poſſet. De Auguſto haec legimus in Suetonio cap LXVI. Quoties ei aliquid relictum ex ignoti teſtamento, capere quidquam non ſuſtinuiſſe: at legata, vel partes hereditatum, à quibuscumque parentibus relicta ſibi, aut ſtatim liberis eorum conceſſiſſe; aut, ſi pupillari aetate eſſent, die virilis togae vel nuptiarum cum incremento reſtituere conſueviſſe. O magnum Principem! Neap.

647. *Sic agitur cenſura.*] Cenſor ergo perid tempus Auguſtus, quo domum Pollianam ſolo aequavit. Suppetemus. Mors & legatum Vedii incidit in annum DCCXXIX. M. Livio Druſo & L. Calpurnio Piſone Coſſ. Auguſto poſt reditum Syriae, qui fuit anno DCCXXV. Praefectura morum cum Cenſoriâ poteſtate (notum, illum aeque Cenſoris nomen ac Dictaturam refugiſſe) ad quinquennium decreta. Dio Caſſius: Ἐκμισήσας τε τὴ τριάκοντα ἢ πάντ' ἔτη ἐνδημήσασι διηκριβωκέναι, καὶ τὸν ἱππέων τὸν μὲν τῆ τριακοντῆς ἢ τὰ αὐτὸν χρόνον, τὸν δὲ ἐνιαυτὸν, ἀλλ' ἐπὶ πλεῖον. Clare ergo vides, anno legati Polliani populi moribus Caeſarem praefuiſſe. Sed ne te turbet idem Hiſtoricus ſupra praefato loco, cum de everſâ illâ domo & Livianâ porticu, Τοῦτο μὲν, inquit de Auguſto, ὅτι ὕστερον ἐνόθησε, ut putes in alium annum translatam; cum ille Cenſoriâ poteſtate jam uti non poſſet. Scias, peracto eo quinquennio, à Senatu decennium aliud decretum. Hinc colligo, quod cenſum ter egerit. Suetonius lib. II. cap. 27. *Recepit & morum legumque regimen aeque perpetuum. Quo jure quamquam ſine cenſoriae honore, cenſum tamen populi ter egit, primum ac tertium cum collegâ, medium ſolus.* Poteſtatem hanc ſecuti Principes non recuſarunt: eamque Domitianus recepit cum antiquo Cenſo-

Nulla nota est veniente die, quam ducere possis.
Idibus invicto sunt data templa Jovi.
Et jam Quinquatrus jubeor narrare minores.
Nunc ades ô coeptis, flava Minerva, meis.

Cur

Cur vagus incedit totâ tibicen in Urbe?
Quid sibi personae, quid stola longa, volunt?
Sic ego: sic positâ Tritonia cuspide dixit.
Pace velim doctae verba referre Deae.

Tem-

is nomine. Fasti Consulares: IMP. CAESAR DOMITIANVS AVGVSTVS P. M. TR. POT. XI. XII. COSS. XVI. CENS. P. P. P. Cassius Noster lib. LIII. [illegible] Habes hic quid sub Commodo ac aevum Alexandri Severi observatum: quod tempus ad finem operis magnus hic vir sibi vendicat; quod rebus, cum gererentur, interfuerit, &, uti gestas viderat, memoriae mandarit. NEAP.

648. *Cum judex.*] *Vindex* Voss. prim. Farnes. Maz. Zulich. & nonnulli alii. bene. sic de eodem Augusto, Trist. V. Eleg. XI. ex vestigiis veterum membranarum,

Eripiat cum me vindicis ira tibi.

lib. III. Eleg. VI.

Fortunamque meam metuens, non vindicis iram.

lib. II. Eleg. IX.

Quicquid id est, habui moderatam vindicis iram.

lib. III. Eleg. XII.

Non gravior merito vindicis ira fuit.

Pont. I. Eleg. VII.

Judicium nobis igitur cum vindicis adsit.

HEINS. *Judex alios commonet, ipse facit* Bernens.

649. *Nulla nota est veniente die, quam ducere possis.*] *Ducere* Vossian. & decem alii libri veteres. Legendum puto, *quam ducere possim.* sic apud Horatium IV. Od. II. *qua notam duxit niveus videri.* Propertius lib. I. Eleg. V.

Et timor informem ducet in ore notam.

Tibull. lib. I. Eleg. VI.

—— *& mensae ducat in orbe notam.*

Noster Trist. II.

Et tabulam mensae ducat in orbe notam.

Claudianus Bello Getico,

—— *compti tellis immane relatu*
Prodigium, miramque notam ducere futuri.

Noster Epistola Acontii,

—— [illegible] *malum,*
Verba [illegible] *noris.*

Sic scribendum, cum dictis notis illic legatur, *diserte* Thuaneus. *ducere possim* in Zulichemiano & Mazariniano. HEINS.

650. *Invicto sunt data templa Jovi.*] Adeo rara memoria, imo nulla hujus templi apud patres nostros; ut credam, *invictum* pro epitheto hic positum, non pro cognomine: sub quo aedes revera sacrata. Et bene meus codex perantiquus scribit *invictum* litterâ minusculâ. Fit igitur hic mentio de templo aut Jovis Sponsoris, aut Latialis. sed hoc divinare est. NEAP.

651. *Et jam Quinquatrus.*] De majoribus diximus in Martio sub finem: de minusculis Varro lib. V. de L. L. *Quinquatrus minusculae dictae Juniae Idus ab similitudine majorum: quod tibicines tum feriati per urbem vagantur & conveniunt ad aedem Minervae.* Festus Pompejus: *Minusculae Quinquatrus appellabantur Idus Juniae; quod is dies festus erat tibicinum, qui Minervam colebant.* Corrupte apud Plutarchum in libello τῶν Κεφαλαίων legitur: Διὰ τί ταῖς Ἰανουαρίαις εἰδοῖς περιϊέναι ἐφεῖται τοῖς αὐληταῖς τὴν πόλιν ἐσθῆτας γυναικείας φοροῦντας; omnino emenda, διὰ τί ταῖς Ἰουνίαις εἰδοῖς. In nemine reperimus tale quid celebratum mense Januario. NEAP. *Quinquatrus minusculae* Varroni, Festo & Plutarcho in Quaestionibus Romanis dicuntur. De tibicinum personatorum discursatione per urbem res etiam a Censorino tangitur cap. XII. Commentarii de Die Natali, ubi agit de musica: *Nam nisi grata esset immortalibus diis, qui constant ex anima divina, profecto ludi scenici placandorum deum caussa instituti non essent: nec tibicen omnibus supplicationibus in sacris aedibus adhiberetur; non cum tibicine triumphus ageretur; non Apollini cithara, non Musis tibiae ceteraque id genus essent attributa; non tibicinibus, per quos numina placantur, esset permissum aut ludos publice facere, aut vesci in Capitolio, aut Quinquatribus minusculis, id est eidibus Juniis, urbem vestitu quo vellent personatis temulentisque pervagari.* distinctius aliquanto quam Varro, qui tamen docet, eos ad Minervae aedem convenisse, libro V. de L. L. *Quinquatrus minusculae dictae Juniae eides ab similitudine majorum: quod tibicines tum feriati per urbem vagantur & conveniunt ad aedem Minervae.* Porro codices scripti omnes vetustiores, *Quinquatres minores*, non *quinquatrus*, exhibent. & fortassis vere. nam utrumque dicebatur. Carisius libro primo: *Magistratus & magistratus invenimus, pugillares, primores, proceres, penates, Quirites, quinquatres.* Priscianus libro VII. *Notandum, quod nomina semper pluralia quae in es desinunt, quae ex se non habent singularia, genitivum in ium faciunt, ut vires virium, penates penatium, Quinquatres quinquatrium.* Quinquatribus majoribus ancilia lustrata fuisse discimus ex Carisio pag. 62. Editionis Putschianae. *Quinquatria* dicuntur hoc festum Suetonio vita Domitiani. etiam in Glossis antiquis, *Quinquatria*, πενθήμερα. sic & Priscianus libro VII. apud Diomeden libro primo perperam *Quinquatriae* pro *Quinquatres* scribitur. de masculinis cum agat, quae singulari carent numero. *Optimates, pugillares, primores, proceres, posteri, penates, Quirites, Quinquatriae, sentes, lemures, sales.* Ex quibus locis videtur posse colligi, *Quinquatres* ut masculini, sic faeminini generis *Quinquatrus* enunciatas fuisse, neutrius *Quinquatria*. *Quinquatrus* solum agnoscit A. Gellius Noct. Atticar. libro II. cap. 21. ubi de eo vocabulo nonnihil differit. HEINS.

651. *Narrare minores.*] Ita in Panathenaeis apud Athenienses lego majora & minora: sed haec non agnoscit Scholiastes Aristophanis; quod miror. ad hunc,

Καὶ σοὶ τὰ μεγάλ' ἡμεῖς Παναθήναι' ἄξομεν,

illa notat: Οὐκ ὡς καὶ μικρῶν ὄντων τοῦτό φησιν, ἀλλ' αὔξων τὴν χάριν. Iterum miror. nam clare Harpocration: Διττὰ Παναθήναια ἤγετο Ἀθήνησι, τὰ μὲν καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν, τὰ δὲ διὰ πεντετηρίδος, ἅπερ καὶ μεγάλα ἐκάλουν. Anonymus in argumento Midianae Demosthenis: Διάφοροι παρ' Ἀθηναίοις ἤγοντο ἑορταί, ἐν αἷς ἦν τὰ Παναθήναια, ἅπερ ἦν διπλᾶ, μικρά τε καὶ μεγάλα· καὶ τὰ μὲν μεγάλα διὰ πενταετηρίδα ἐτελεῖτο· τὰ δὲ μικρὰ, διὰ τριετηρίδα. Lis haec ambigua scriptorum, an annua fuerint minora, an triennalia, aliis linquo: satis superque evagatus sum extra meas oleas. NEAPOL.

654. *Quid toga longa volunt?*] Hac lectione quid melius potest esse aut certius? & optimus quidam historiae Romanae vindex pol adulterat, qui sic legit, *quid stola longa*; ne forte abiret à Plutarcho. Cujus ista: Ἐντυγχάνειν δὲ οἱ πολλοὶ διὰ τὴν παννυχίδα καὶ τὸν οἶνον ἐν ἐσθῆσιν ἀνθιναῖς καὶ γυναικείαις ὄντες· [illegible] διὰ τῆς πόλεως. *Stola* visum igitur illi rectius quam *toga*: quae virorum, inquit, propria. Stola sane vestis matronalis, cur negem, teste Vulpiano in L. Vestis. D. De auro & arg. leg. *Muliebria sunt*, inquit, *quae matris familias caussâ comparata sunt, quibus vir non facile uti potest, veluti stolae, pallia, tunicae.* Ita est. Sed & toga etiam antiquitus vestis feminea. Varro de Vitâ P. R. *Praeterea quoque in lecto togas ante habebant: ea enim olim fuit commune vestimentum; & diurnum, & nocturnum, & muliebre, & virile.* Cur ergo, indignante omni membranâ, emendem scripturam, quae feliciter defendi potest? imo *longam* addidit, ut has matronales adsignificaret: nam viriles haud erant trans crura prodigae; muliebres ad talos usque demissae. NEAPOL. *Stola* Zulich. Mazarinian. opt. Patav. Vossian. duo Farnesiani; probe. quomodo scribendum Pigius quoque viderat in Annalibus ad An. U. C. CCCCXLII. frustra ergo illust. Neapolis eam lectionem in antiquis libris negat occurrere. *Stola* vestis tam virorum quam mulierum apud Graecos. distincta tamen, ut opinor. Nam Herodotus lib. IV. apud Sauromatas notat stolam viris mulieribusque communem fuisse. certe apud Romanos solis mulieribus erat in usu. Quare Plutarchus Problematis Romanis in hac historia ἐσθῆτας γυναικείας pro stolis dixit. & Val. Maximus lib. II. cap. 5. *varia veste velatas* describit. Plutarchus ibidem, ἐντυγχάνειν δὲ οἱ πολλοὶ διὰ τὴν παννυχίδα καὶ τὸν οἶνον ἐν ἐσθῆσιν ἀνθιναῖς καὶ γυναικείαις ὄντες. apud Macedonas stola purpureae usus, illis, qui intimae apud reges esset admissionis. unde *purpurati* dicti. sic Alexander Syriae rex, Antiochi Epiphanae filius, stolam purpuream & coronam auream Jonathae Judaeorum duci munus mittit: rem narrat fusius Josephus, qui & Epistolam à rege Jonathae missam operi inseruit. in qua prae ceteris, ἀπεστάλκαμεν δέ σοι δωρεὰς στολὴν πορφυρᾶν καὶ στέφανον χρύσεον. Stola igitur vestis tam virorum quam mulierum apud quasdam nationes, sed & tibicinum aut citharoedorum. Aelianus. lib. III. cap. 43. Ποικίλης ἱστορίας, de citharoedo à Sybaritis occiso, φοβηθεὶς ὁ κιθαρῳδὸς σὺν αὐτῇ στολῇ κατέφυγεν εἰς τῆς Ἥρας βωμόν. Halicarnassaeus lib. II. Ῥωμαίων δὲ τῶν αὐθιγενῶν οὔτε μητραγυρτεῖ τις, οὔτε καταυλούμενος πορεύεται διὰ τῆς πόλεως, ποικίλην ἐνδεδυκὼς στολὴν, οὔτε ὀργιάζει τὴν θεὸν τοῖς Φρυγίοις ὀργιασμοῖς. Vide Nonium in *Stola*. HEINS.

656. *Possem utinam doctae verba referre deae.*] *Pace deae* plurimi veterum. Probe Vaticanus unus, *Pace velim doctae verba referre Deae.* Met. VII. 709.

—— *liceat mihi vera referre*
Pace Deae.

sic Trist. V. Eleg. XII.

Pace novem vestra liceat dixisse sorores.

Senec. Troad.

Pace dixisse hoc tuo Argiva tellus liceat.

ita

Temporibus veterum tibicinis usus avorum
Magnus, & in magno semper honore fuit.
Cantabat fanis, cantebat tibia ludis:
Cantabat mœstis tibia funeribus.
Dulcis erat mercede labor: tempusque secutum,
Quod subito Grajae frangeret artis opus.
Adde quod Ædilis, pompam qui funeris irent,
Artifices soles jusserat esse decem.
Exsilio mutant Urbem, Tiburque recedunt:
(Exsilium quodam tempore Tibur erat:)

Quae-

ita frequenter praestantissimi scriptores. quid si dederit tamen hic nobis Naso, *Posse eclim.* HEINS. Vid. ad Petron. cap. II. *placitas* Pembroc. *cassae* Moreti.

659. *Cantabat fanis.*] Vetus inscriptio:

TIBICINES ROMANI
QVI SACRIS
PVBLICIS PRÆST. SVNT.

Spondalus intelligit M. Victorinus de Spondeo: *Dictus a tractu cantus, qui per longas tibias in templis a supplicantibus editur: unde spondaulas appellantur, qui hujusmodi tibias inflare consueverunt.* PERIZON.

660. *Mœstis tibia funeribus.*] Uberrime & optime de hoc more jam viri docti: addo hos ῥαψῳδοὺς dicti a Dione Chrysostomo Oratione XLIX. Ἔχει δέ τι καὶ ἄλογον κρῖμα φιλοῦσι γὰρ ἀκούειν ῥαψῳδῶν ἐν θεάτροις, οὐ πολλοὶ δὲ ἐθέλουσι τοὺς ῥαψῳδοὺς. Ad verbum expressit Apulejus primo Florid. cum eodem vocabulo *monumentarios cerastas*, usitato vocabulo auctoris: quae restituenda in eodem, in libello de Deo Socratis. haec ille de sacris barbaricis: *Barbara autem gaudia strepitu Cymbalistrum, Tympanistrarum & Choraulorum,* Lege omnino, *Cerastarum.* NEAP.

661. *Tantaque secutum.*] Fuit annus urbis CCCXLI. M. Valerio & P. Decio Coss. Per id tempus collegium tibicinum prohibitum a Censoribus Appio Claudio & C. Plautio in aede Jovis vesci. *Quod traditum*, inquit Livius, *antiquitus erat.* & Valerius: *Quondam vetiti in aede Jovis, quod prisco more faciliarant, vesci.* Sed haud haec prima caussa tibicis edendi; alia praecesserat, quae sequitur. NEAPOL.

662. *Grajae frangeret artis opus.*] *Grajae* optimus Petav. prim. Fland. Mezar. Arund. aliique nonnulli. & recte. quod ex dolae ars praeter morem Romanum liquet. de quo supra. *artis opus* etiam Gifan. optimus Petavianus & quatuor alii. sic lib. V. 228.

Ipse meae movi callidus artis opus.

ubi male *opem* substituunt libri quidam. HEINS.

663. *Adde quod Ædilis.*] Huic scilicet honori sublato, eumdem Appium Claudium eâ tempestate, quâ Ædilitatem agebat (exercuit hanc anno CDXI. cum P. Cornelio Arvinâ) tibicines damnoso quodam edicto irritasse, quo sumptus funebres coarctavit & in duodecim tabulas praescriptam reduxit: statuitque, ne quis plures quam decem ex iis in exequiis adhiberet. Hinc scriptor de Viris Illustribus, *epulandi decantandique jus tibicinibus ademisse* unum Claudium, refert cap. XXXIV. Vinandus Pighius inter hoc & superius difficilium multa desiderari censet: quibus Poëta eccinit praecipuam caussam, quare exsulatum tibicines sponte abierint. fallitur: quid enim haec significant, *Dulcis erat mercede labor?* ac si diceret, Praemium antiquitus levasse laborem. quod praemium? nisi jus vescendi in aede Jovis, quod publica illis ereptum. Quae expositio si Pighio non sedet; & suspicatur intelligenda de numero tibicinum coarctato; superflua haec ista: *Adde quod Ædilis.* Supponendum igitur, ac si duo ista carmina non essent: nam hic numerus diminutus jus ademtum praecesserat. Quid aliud sibi vult *τὸ jusserat?* Bene jam sequitur, *Exsilio mutant urbem.* Nec mutilus est ullo modo sensus. NEAPOL. Magni nominis fcios Jacobus Gothofr. ad Leg. XII. Tabular. Tabulae decimae inferunt hanc legis Decemviralis partem, *Tibias Ricinii, & duam Tibicinibus foris ejferre jus esto.* & ex Cicer. II. de Leg. cap. 23. prodiit hoc de decem tibicinibus fuisse lege XII. Tabularum sanctum. ideoque hoc dilectum ita constituit,

Adde quod ædilis, pompa qui funeris irent,
Artifices soles jus erat esse decem.

quae deinde in notis pag. 253. adfluxit. cui ne subscribamus facit, quod numquam *edicti* nomen legibus tribui XII. Tabularum legerim, neque ille probet, nisi quod Plinium lib. II. 37. *interdictum* XII. Tabular. dixerit, quod apud eum reperire nondum potui. quare si jam lectio ejus placeret,

660

Quaeritur in scenâ cava tibia; quaeritur aris:
Ducit supremos naenia nulla toros.
Servierat quidam, quantolibet ordine dignus;
Tibure: sed longo tempore liber erat.
Rure dapes parat ille suo; turbamque canoram
Convocat. ad festas convenit illa dapes.
Nox erat; & vinis oculique animique natabant:
Cum praecomposito nuntius ore venit.
Atque ita, Quid cessas convivia solvere? dixit:
Auctor vindictae jam venit, ecce, tuae.

Nec

non de lege XII. Tabularum intelligi posset, cum illa lata fuerit A. V. C. 302. neque hoc offendisse tibicines umquam legatur; sed edictum magistratus alicujus, qui legis hanc partem male observatam revocaverit & exercuerit: quem Pighius Ap. Claudium Ædilem Curulem A. V. C. CCCCXL. (male Neapol. CCCCXI. vitio operarum) fuisse censet. quod si verum sit, & *Ædilis* retineri potest, sed cum haec omnia sint incerta, & Ovidio constiterit ratio horum omnium, tutius est MSS. codices sequi, quam docte delirare. vide etiam Pigh. Ann. T. I. pag. 361. BURM.

663. *Pompa qui funeris irent.*] *Pompam* veterrimus Ursini & Strozzae codex. vernuste. sic *exsequias ire*, de quo dixi Amor. lib. II. Eleg. VI. *Pompa funeris*, ut apud Apulejum II. Metam. *Pompa funeris publice ductabatur per forum.* Quintil. Declam. CXXIX. *Ducatur ingens funeris pompa.* Sed forte dederit Naso, *pompae*, ut ipsi tibicines dicantur *pompae.* HEINS.

664. *Artifices soles.*] Ii pariter & Graecis τεχνῖται: commune nomen musicis, thymelicis & histrionibus. NEAPOL.

665. *Exsilio mutant urbem.*] Sed ἀνυπάρκτως. Livius lib. III. *Tibur uno agmine abierunt: adeo ut nemo in urbe esset qui sacris praeiret.* Valerius: *Tibur irati se contulerunt.* NEAP.

666. *Quodam tempore Tibur erat.*] Queritur hîc aperte de suo, quod tam distans ab urbe Româ. Similem dolorem expressit Ruffino libro Ponticо I.

Quid referam veteres Romanae gentis, apud quos
Exsilium tellus ultima Tibur erat?

NEAPOL.

667. *Quaeritur in scena.*] Baburrus ille Marsi legit, *Quaeritur in coenâ.* Ad quae? *Tibicines*, inquit, *postquam abierunt, quaerebantur in conviviis; & non inveniebantur.* Demus, soles, perbello Grammatico perbellum bolum: sitque *πανταπάσῃ* Strepsiadis Aristophanei. NEAPOL. *In coena* etiam Demiferus ad Rosin. lib. III. cap. 31.

668. *Nulla toros.*] *Choros* multi veterum. HEINS. *Ducere* quidem *choros* recte dicitur, & passim occurrit. vid. Heins. ad Claud. praef. lib. II. de Rapt. vs. 52. sed cum *supremos* & *naenia* addantur, ostendendum erat saltatum in funeris pompa fuisse, & Praeficas choros egisse, quod non puto. sed Praeficas & tibicines in pompa funerea praeisse ferretrum, in quo cadaver; quare retineo *toros*, & de lectis, in quibus mortui efferebantur, intelligo. de quibus obvia omnia. vide ad Petron. cap. XLII. & Heinsium ipsum ad II. Amor. XIV. 39. unus Vaticanus habebat, *ducit funereos naenia nulla toros. ducis supremos* Bononiens. BURM.

669. *Servierat quidam.*] Sic duo Vaticani. sequor. CIOFAN. Duo Vaticani, *Serviverat quidam.* Ergo jam erat libertus: sic ordo postulat. nam ad quid illa? *Tempore liber erat.* Plutarchus: Ἀπὸ ἀπολύσεως μόνον τοῖς ἄρχουσιν ὑπηρέτησαν πολλοῖς καιροῖς. Livius vult restitutos Legatorum operâ: *Legatos*, inquit, *Tibur miserunt, ut darent operam, ut hi homines Romanis restituerentur. Tiburtini benigne polliciti, primum accitos in curiam, hortati sunt ut reverterentur Romam: postquam parebant nequibant, consilio haud abhorrente ab ingeniis hominum eos aggrediuntur. Die festo alii alios per speciem celebrandarum cantu epularum caussa invitant: & vino, cujus avidum ferme genus est, oneratos sopiunt; atque ita in plaustra somno vinoque consicium ac Romam deportant: nec prius sensere, quam plaustris in foro relictis, plenus crapulae eos lux oppressit. Tunc concursus populi factus; impetratoque ut manerent, datum, ut triduum quotannis ternati cum cantu, atque hac, quae nunc solemnis est, licentiâ per urbem vagarentur: restitutumque in aede vescendi jus iis, qui sacris praeirent.* Tridium ait eis licitum fuisse tali habitu per Urbem uti. Fallo Plutarchus supra scripsit, τὴν ἐμφάνειαν ἐκείνην. NEAPOL. *Servus erat* plurimi.

672. *Convenit illa dapes.*] *Convocat* unus Mediceus. unde Heinsius faciebat, *convolat*, quod egregie aviditatem Tibicinum, qui genio libentissime indulgent, ostendit. hinc & adagio notati, *Tibicinum vitam vivere.* sic supr. 343. *Convolat omnis turba.* BURM.

674. *Nuntius ore venit.*] De hac re simulatâ haec quo-

Nec mora; convivae valido titubantia vino
Membra movent: dubii stantque labantque pedes.
Ad dominum, Discedite, ait, plaustroque morantes
Sublicit in plaustro serpea lata fuit.
Dixerat: illi somnos tempus, motusque, merumque;
Perque sè Tibur turba redire putat.
Jamque per Esquilias Romanam intraverat urbem;
Et media in media plaustra fuere Foro.

Plau-

Plautius, ut possent specie numeroque Senatum
Fallere, personis imperat ora tegi.
Admiscetque alios: &, ut hunc tibicina coetum
Augeat, in longis vestibus ire jubet.
Sic reduces bene posse tegi: ne forte notentur
Contra collegae jussa rediisse sui.
Res placuit: cultuque novo libet Idibus uti;
Et canere ad veteres verba jocosa modos.

Haec



51. de lectiçis. *Stratus a sternendo dictus, in eis solis antiqui ad dormiendum cubabant, nondum lanei stramentis reperti.* hoc igitur vult Naso, serpeam in plaustro stragulae vestis loco fuisse instratam. postea & lecticas instrebebant stragulis pinneis, hinc Juvenali Satyra prima, *Vobatur pensilibus plumis*; ubi Schol. *lectica plumis strata.* Pepius, *Basterna vehiculum est itineris, mollibus stramentis compositum, quasi Vesterna*, Glossarium Mf. *Basternae dicuntur quaedam matronarum in itinere vehicula, quae desuper cooperta, & mollioribus stramentis composita a duobus equis trahuntur.* Paria fere & Isidorus de *Basterna* Originum libro XII. cap. 12. Heins.

681. *Allicium.*] *Allacuit* Putean.

682. *Turba redire putat.*] *Putant* unus liber. Heins. *Laetaque* alter Petav. & Mazar. *totaque se* plurimi scripti.

685 *Claudius ut posset.*] Variant & scripti, & cuſi. in quibusdam, *Callidus ut posset*; in aliis, *Cautius ut posset.* Sed mihi istorum ullus nec probus, nec filius; & Pighio assentior, qui scribit, *Plautius ut posset.* Hic collega fuit Appii Claudii, ut diximus: quem verisimile operam dediſſe, ut tibicines levatis gravaminibus in integrum restituerentur; non Appium Claudium, qui tibicines non semel offenderat, quidpiam illis indulsiſſe. Advertè obiter, Nasonem hic facere unum è Censoribus vultorem reditus; cum Livius scribat, *Ejus rei religio tamen senatum, Legatosque Tibur miserunt, ut darent operam, ut hi homines restituerentur.* Nead. *Callidus ut posset specie numeroque Senatum Fallere.* Ita libri scripti, quos videre mihi contigit, conſtanter. Editiones nonnullae, *Claudius*, quomodo manu recentiori erat scriptum in Ursini libro & in codice Pomponii Laeti pro diversa lectione. Muzarin. *Callidus.* libri veteres Neapolis, *Cautius*, quare is Pighio assentitur lib. 1. Annal. *Corrigendi Plautius.* A. V. C. CDXLII. de lectione *Cautius* Neapolis non sua, sed Pighii fide usus est. cujus emendationem amplector. Idem *possent*, pro *posset* reponit, & pro *Senatum*, *Senatum.* feliciter. Vide Festum in *Sanates. Sanatum* & meminit Gellius CP XII. Tabulis lib. XVI. cap. 10. Ursini tamen codex, prim. Med. & quatuor alii, *Senatus.* Maz. Zalich. opt. Patav. prim. Farnes. Arondel. *Paratus.* Pighii emendationem rejicit Vossius Grammatici operis lib. II. cap. 17. quod *Sanates* tanquam *sanitate mentis* Festo dicantur. atque ita prima repugnet syllaba. sed quid si nugatus sit Festus? certo *ex Senatum* ferri non potest. quanquam etiam Livius, Val. Maximus ac Plutarchus in nonnullis à se invicem hic dissentiant, in eo tamen conveniunt, quod tibicines repetitos à Tiburtibus per Senatum Romanum asseverent. ut opus non fuerit Senatum falli. Heins. *Ut posset* etiam tres, & versu seq. Putean. *ora tegant.* forte, *ut possint. Numeroque deorum* Putean. an personati deorum figuram gesserunt?

688. *In longis vestibus esse jubet.*] Sic veteres libri. vere. male aliter in quibusdam excusis. Ciof. *Ire* Gryphius & duo veteres. recte. & mox, *redisse*, pro *redire*, meliores. nisi quod codex Ursini, *venire.* Heins.

689. *Reduces.*] *Reducem* unus Heinsii, ut *eo tum* intelligat. *ne forte putentur* alius.

690. *Contra Collegae.*] Appii Claudii. Nead.

690. *Jussa rediisse sui.*] Hoc placuit Plautio; ne populus haud unanimi amborum consensu in urbem restitutos animadverteret: non quod uni eorum plebiſcita collegae rescindere potestas ademta. Passim videmus, ut Censorum alter è Senatu aliquem ejiciat, retineat alter: tribu alter moveat, vetet alter. exemplum in Livio lib. XL. sub finem: *Censores fideli concordiâ Senatum legerunt. Primceps lectus est ipse M. Aemilius Lepidus Pontifex Maximus; tres ejecti de Senatu: retinuit quosdam Lepidus à collegâ praeteritos.* Hinc quorundam Censorum concordia pro re singulari notata ab Historicis: ut illa Q. Fulvii Flacci & L. Postumii Albini. de quâ idem lib. XLII. sub initium: *Censores è Republicâ Censura fuit: omnes, quos Senatu movarunt, quibusque equo ademerunt, aerarios fecerunt, & tribu moverunt: neque ab altero notatum alter probavit.* Nead.

691. *Licet Idibus uti.*] Malo, *libet*, cum Hamburgensi. vel, *juvat*, cum Oxon. & uno Vatic. Heins. *Placet* alius Vaticanus.

Haec ubi perdocuit, Supereſt mihi diſcere, dixi,
Cur ſit Quinquatrus illa vocata dies.
Martius, inquit, agit tali mea nomine feſta:
Eſtque ſub inventis haec quoque turba meis.
Prima terebrato per rara foramina buxo,
Ut daret effeci tibia longa ſonos.
Vox placuit: liquidis faciem referentibus undis
Vidi virgineas intumuiſſe genas.
Ars mihi non tanti eſt; valeas, mea tibia, dixit.
Excipit abjectam ceſpite ripa ſuo.
Inventam Satyrus primum miratur: at uſum
Neſcit, & inflatam ſentit habere ſonum.

Et

693. *Perdocuit.*] *Monſtrauit* Moreti. *dicere* Puteanus. & ſex alii. *quarere* cito.

695. *Habet tali mea nomine feſta.*] *Agit* meliores. quidam, *ait*. proxime verum. Met. XI. 95.

——— *feſtum gentilibus agis*
Et bis quinque dies.

HEINS. *Habet tali ſua nomina feſto* Patavin. *habes* Bonon.

697. *Rara.*] *Parua* Laeti codex.

700. *Vidi & virgineas.*] Delent meliores τὸ &. HEINS.

701. *Ars mihi non tanti eſt; valeas, mea tibia, dixit.*] Voſſ. & duo alii cum Naugeriano, *valeas, ars optima, dixi.* & tum legam, *Ars mihi non tanti eſt, mea tibia, dixi.* prim. Bonon. ut autem alloquitur, quomodo Phocas Grammaticus: *Ars mea tenuiorum & quas ſecula priſca tulerunt, Sed noua ut breuitas aſpicit iſta ſcatet.* HEINS.

701. *Valeas, mea tibia, dixit.*] Nil aliud hic valeat, quam Graecum ἔρρε, ſeu ἄπιθι: quod uſurpatum a Menandro in hoc etiam Palladis dicto: Τὸ μὲν Ἀθηνᾶς ὄργανον ἔρρειν τε φησὶ καὶ χαίρειν, ὅτι τε, ἔλεγεν, αὐτὸν ἐμίσησαν λαμπρὸν ἐν ἑορταῖς ὄντα καὶ θεῖον. NEAPOL.

701. *Excipit abjectam.*] *Ejectam* Puteanus. Dourae Exercitus hinc eſt, aqua ejectam. lib. II. de Campo Martio:

Quid tamen ejecti ſpectas tentoria mundi.

HEINS. *ejectum*, non ♂, Laeti codex. prius. HEINS.

703. *Inventam ſatyrus.*] Pro Marſyä fuit ex his unus Nollius in Metamorphoſi ſe ait, qui laxarunt ejus nervos: *Et Satyri, inquit, Patres.* Hygin. Fab. CLXV. *Quos illius Marſyas tibiarum ſibi patrem, quasi ab Euterpe, inuentas gaudens effulsit erumpentibus ſe-cum medullis in duo flumina, quae ex Apollinem & Marſyam nomina perceperunt.* Sic non iniuria ut alia, ita Satyrorum inuentum tibia, cum pecora cum eadem pascerent: quâ formâ ficta & omnis Satyrorum πάτρας. NEAPOL.

704. *Afflatam ſenſit habere ſonum.*] Inde doctior, geminas tibias inflavit. Primus fiſtulam, πολυκάλαμον, ſive σύριγγα, invenſſe dicitur; cupiſcum etiam, quo tibicines os ſibi ſubſtringebant. de quo Scholiaſtes Ariſtophanis & alii. NEAP.

704. *Afflatam ſenſit habere ſonum.*] *Inflatam* Reſius Mazar. Zulich. Arond. Laeti & ſex alii. nonnulli, *effiatum*, vel *effiatam*; fruſtra. lib. IV. *Furioſaque tibia flatur.* &, *Inflexo Berecynthia tibia cornu Flabit.* lib. XI. Met. *Inflare Berecynthia tibia cornu.* A. Gellius lib. XV. cap. 17. *Alcibiades traditur ſibi ticias cum ad os adhibuiſſet inflaſſeque, abjeciſſe.* Emenda Propertium lib. III. Eleg. XII.

Nec tibi ſit rauco praetoria claſſica cornu
Flare, nec Aonium cingere Marte nemus.

uel perperam *Flere* nunc circumfertur. quod & ſinum Douzam video deprehendiſſe. Apulej. Met. V. *Subet citharam loqui, Pſallitur, tibiae ſtari, ſonatur, chorus canere, cantatur.* ita ſcribo. *tibia agere* nunc legitur. Scaliger tamen ad Manilium, *ſtare.* vide Feſtum in eo verbo, & Salmaſ. in Solinum. Idem Apuleius libro VI. *Scena ibi ſe concinnauit, ut Muſae quidem chorum canerent, tibiae inſtarent Satyrus, & Paniſcus ad citharam diuerſi.* qui locus adhuc mendoſus. forte, *tibiarum inſtarent, Satyrus & Paniſcus ad fiſtulam adſtarent.* *tibiae* enim Muſarum. idem in Floridis libro I. *Non indigna ſe dariculo haberi, priuſquam tibias ceperit inſtare.* apud Sidonium Apollinarem Panegyrico Maioriani, *Ad ſiſtrum rebrat nec tibia ſtatum.* Claud. Conſ. Mallii,

——— *cui tibia ſtata,*
Cui plectro paſſanda chelys.

Varro Triſtocilo,

Primusque in orcheſtra ſitharaedus inſtat tibiis.

HEINS.

Et modo dimittit digitis, modo concipit auras:
Jamque inter Nymphas arte ſuperbus erat.
Provocat & Phoebum. Phoebo ſuperante pependit:
Caeſa receſſerunt à cute membra ſuâ.
Sum tamen inventrix auctorque ego carminis hujus.
Hoc eſt cur noſtros ars colat iſta dies.
Tertia lux veniat, quâ tu Dodoni Thyene,
Stabis Agenorei fronte videnda bovis.
Haec eſt illa dies, quâ tu purgamina Veſtae,
Tibri, per Etruſcas in mare mittis aquas.
Si qua fides ventis; Zephyro date carbaſa, nautae:
Cras veniet veſtris ille ſecundus aquis.

At

705. *Et modo dimittit digitos.*] *Digitis* Naugerii Mazar. Zulich. Urſini, Arond. opt. Patav. & ſex alii. vete. Elegans eſt deſcriptio tibiam inflantis apud Paulinum Natali nono Felicis:

Ut citharis modulans unius verbere plectri
Diſſona fila movens: reliqui perſtantia textis
Labra teris calamis, licet unum carmen ab uno
Ore ferat, non una ſonat, variosque magiſtra
Temperat ante ſonos; arguta foramina flatu
Mobilibusque regit digitis, clauditque aperitque,
Ut rapida vice dulcis eat redeatque cauernis
Currens Aeolio modulabilis aura meatu,
Explicet irruptos animata ut tibia cantus.

ſed de choraulis vide Magnum Scaligerum ad annum MDCCCXIII. Chronici Euſebiani. HEINS.

705. *Modo concipit auras.*] Totam hanc artem mire expreſſit elegans, cum voluit, Cyprianus in libello de Spectaculis. *Alter, inquit, cum choris & cum hominis canorâ voce contendens, ſpiritu ſuo, quem de viſceribus ſuis ſuperioribus nitens hauſerat, tibiarum foramina modulans; nunc effuſo, & nunc intus recluſo, nunc certis foraminibus emiſſo atque in aërem profuſo, item in articulos ſonum frangens, loqui digitis elaboret, ingratus artifici, qui linguam dedit.* NEAP. Mallem, ſi per libros liceret, *modo continet auras.* ut digitis modo foramina claudens auras contineat, modo dimitteret ſublatis digitis. nam *concipere auras* eſt aliud quid. ut cum aves *pennis concipimus auras* XII. Met. 569. & ita velis & velibus ventum concipimus. vid. Od. III. Art. Am. 301. & ita *continere & emittere ventos* dicitur Aeolus lib. XI. Met. 431. poſſet & legi, *comprimit.* BURM.

707. *Provocat & Phoebum.*] Sed victus. NEAP.

708. *Caeſa receſſerunt a cute.*] Pependit illa Celaenis. Herodotus de hac lib. VII. Ἐν τῇ χώρῃ ἡ Φρυγίη Μαρσύου δεικὸς ἐν τῇ πόλι αἰκισθέντος ὑπὸ Ξέρξεω λέγεται ἐξ ἐωυτοῦ ἀναπνέειν ὑπὸ τοῦ ἔτι ἐόντος ἐν τῇσι φλεβῇσι. NEAPOL.

710. *Ars colet.*] *Colat* meliores. HEINS. *Iſta Dea* Arond.

711. *Tertia nox veniat.*] Ita legitur in tribus antiquis: verius, quam in aliis, *Tertia lux.* CROFAN. Erit tertia, ſi includas Idalim. nec alia mens Naſonis: nam Hyadum ortum conjicit in diem, quâ ſtercus ex aede Veſtae defertur in Tiberim. id ſolemniter actum à veteribus XVII. Kalendas Julias. *Thyene* una Hyadum: cujus mentione indicat earum ἐπιτολήν. Sic legendum manifeſte liquet, non ut in plurimis, *Dodona Dione.* Quos ſecutus Fanenſis, ſcripſit meras nugas. NEAPOL. Pro *nox* legit *lux* Berſmannus, atque ita Mazar. à manu prima & plurimi alii. pro *veniet* Naugerii codex, *venit.* Lege, *Tertia lux veniat.* ſic paſſim Noſter in his libris loquitur. HEINS.

711. *Quâ tu Dodona Thyene.*] *Dodoni*, ut in quibusdam rectius. ait autem Hyginus Phereçydem Athenienſem Hyadas dixiſſe Liberi nutrices fuiſſe, & antea *Dodonidas Nymphas* appellatas. atque ipſe nomina earum ponit: inter quas eſt & *Thyene.* NAUGER. Urſ. *Dodona Thione.* in aliis vet. *Dodoni Dione.* CIOF. *Dodoni* meliores. & mox, *Agenorei bovis*, pro *Agenoreas.* Reſpicit enim taurum, à quo Europa capta eſt. Statius Sylva tertia Propemptico Metii Celeris:

Doris Agenoreî furtis blandita juvenci.

Beda de XII. Signis in Catal. Pith. pag. 177. *Majus Agenorei miratur cornua Tauri.* ita legendum ex V. C. vulgo, *cancri.* vid. Schol. German. pag. 105. Ed. Commel. Serv. ad Virg. I. Georg. vſ. 138. Grot. ad German. pag. 5. HEINS. *Fronte legenda* unus. *regente* Purcan.

713. *Haec eſt illa dies.*] Lege nos paullum ſupra ad illud:

Donec ab iliacâ placidus purgamina Veſta
Deuexeris flaui in mare Tiberis aquis. NEAP.

716. *Cras veniet veſtris.*] XVI. Kalendas. Vetus parapegma, ſed die ſequenti: *Favonius cum Auſtro ſpirat, Orionis humeri apparent.* NEAP.

At pater Heliadum, radios ubi tinxerit undis,
Et cinget geminos stella serena polos;
Tollet humo validos proles Hyriea lacertos:
Continuâ Delphin nocte videndus erit.
Scilicet hic olim Volscos Æquosque fugatos
Viderat in campis, Algida terra, tuis.
Unde suburbano clarus, Tuberte, triumpho,
Vectus es in niveis, Postume, victor equis.
Jam sex, & totidem luces de mense superfunt:
Huic unum numero tu tamen adde diem.
Sol abit è Geminis, & Cancri signa rubescunt:
Coepit Aventinâ Pallas in arce coli.
Jam tua, Laomedon, oritur nurus: ortaque noctem
Pellit, & è pratis uda pruina fugit.
Reddita, quisquis is est, Summano templa feruntur,
Tum, cum Romanis, Pyrrhe, timendus eras.

Hanc

725. *At tuus Heliadum.*] Eâdem luce cum Sole Orion signa emergit: nec est cur amaigas, an agat de orta comitis. Neap.

725. *At pater Heliadum.*] Hinc difficho in plenique fasti abjungitur,

Hinc duo sunt: Auctis hic est, Aquilonibus ille
Peritus, a tanto nomine uterque venit.

Heins. Quæ sunt ab uno codice & optimo hactenus fluxerunt, & dicere non sunt admodum necessitatis explicandi sit, hæc illis inesse ex his Autoris in Arati Diosemeiis Phænomenis: Τότε δ' ἐ μὲν ἐν ἀρχῇ ἐστὶν ἀνατολῆς, ἡ μέση τῶν ἀνατολῶν ἐστὶν, ἐ δ' ἐν τέλει ἐστὶν ἀνατολῆς, ἡ δὲ τελευτὴ ἐστὶν ἀνατολῆς. Nam cum.

727. *Hyrieis.*] Hyrieis Junian. *dumeris* Nazar. *tenuibus* Lucadio.

728. *Delphin.*] Post hæc Ellichium plurimi fulgeri & quidem citra dubii incrementi, repetitum ex lib. III. 671.

Nunc duo sunt: Auctis hic est, Aquilonibus ille
Peritus, a tanto nomine uterque venit.

Bubr.

730. *Pallas laverna.*] Lavernæ dicti olim Aventini. Neap.

731. *Reddita Phœa lanetur.*] Hippolytus: Καὶ ἐν τῇ ἀνατολῇ χαίρει, ἐν τῇ δύσει γαίρει. Ingerendo Scalig. Nam.

731. *Reddita Phœa.*] Hyginus Urfini & opt. Pithœanus: *Et ea Martis.* Lego, *Hyrtia.* Heins.

732. *Quisquis is est.*] an *Veiens*? Delphinus vere appetet. Nam.

721. *Scilicet hic olim Volsci.*] Omnium optimus & antiquissimus liber Vatic. & Urf. *Vulsci*, per duplex u. Ciof.

721. *Volsci Æquosque fugatos.*] Eodem xv. anno Urbis CCCXXII. A. Posthumius Tubertus insignem victoriam adeptus in Algido, ex expugnatis uno tempore Æquorum Volscorumque castris. Adi Livium. Neap. *Fugaces* Moreti. *in campis suis* Jun. Heinsius malebat, *è tantis.*

723. *Unde suburbano clarus, Tiburte, triumpho Vectus es in niveis, Postume, victor equis.*] Vide quæ scripsi lib. II & IV. Trist. Crofas.

723. *Clarus Tyburte.*] Malim, *Tuberte*, ut scribunt Fasti Capitolini. meo est, *Tiburte.* Neapol. *Tuburte* Læti codex. tertius Mediceus & Pith. *Tuberes.* quod verum est. pro *Postume* veteres plerique, *postumo.* Heins. Intelligit A. Posthumium Tubertum, de quo præter alios A. Gell. lib. XVIII. Noct. Attic. cap. 21. & Liv. IV. 26.

724. *Vectus es in niveis.*] Meminit & triumphi Diodorus Siculus libro XII. Neap.

724. *Postume, victor equis.*] Duo apud me veteres, *postumo victor equi.* Neap.

725. *Jam sex & totidem.*] XIII. Kalendas Sol transit in Cancrum. Neap.

725. *Superfunt.*] Malim, *superfint.* Heins.

727. *Abit è.*] *Abiit Geminis* Putean. *à Geminis* Vatic. & quinque alii. lib. IV. 715. *E duce Iasiger pavus, fol abit.* deinde, *in urbe coli*, Putean.

728. *Aventina Pallas in arce coli.*] Priscum hic ædem illi inferam de hac nede Minervæ: sed hem in parte vetustas nobis obfuit! nam fere totus ruit. fragmentum est marmoris Tiburtini erecti in ruinis Diæ Aventinensis:

LA-

Hanc quoque cum patriis Galatea receperit undis,
Plenaque securae terra quietis erit;
Surgit humo juvenis, telis adflatus avitis;
Et gemino nexas porrigit angue manus.
Notus amor Phaedrae, nota est injuria Thesei:
Devovit natum credulus ille suum.
[Non impune pius juvenis Troezena petebat.
Dividit obstantes pectore taurus aquas.]
Solliciti terrentur equi; fustraque retenti
Per scopulos dominum duraque saxa trahunt.
Exciderat curru, lorisque morantibus artus
Hippolytus lacero corpore raptus erat:
Edideratque animam, multum indignante Dianâ.
Nulla, Coronides, caussa doloris, ait.
Namque pio juveni vitam sine vulnere reddam;
Et cedent arti tristia fata meae.

Gra-

LAPIS AVSP. S. Q. CÆCILIO METELLO
PONT. MAX. SOLLEMNI CVM
PRECATIONE PAL. POP. ROM. CONIECTVS
IN FVNDAMENTA PORTICVS MINER.
AVENTINENS. AB LATER. COLL.
VIC. ARMILVSTR. DE
IN NVNC D. AVGVR. AVSPI.
TEMPLVM CONSECRA.
M. CASCELL. Æ. CVR. Neap.

729. *Jam tua Laomedon.*] XII. Kalendas erat Summani sacrum: eodem die in fragmento veteris Kalendarii, in quo tantum pars Maji & Junii his literis, CC. SVMMANO AD CIRC. MAX. Topographi hunc *Diem patrem* appellant. Sextus Rufus Regione XI. *Ædes Ditis patris.* P. Victoria eâdem: *Circus maximus, qui capit loca* CCCXXV. XII. *carceres, alias portas, templum Mercurii, aedes Ditis patris.* Hinc vetus inscriptio: PLVTONI SVMMANO ALIISQVE DIS STYGIIS. & in fragmentis Fratrum Arvalium, mactant SVMMANO PATR. VERR. ARIETES II. Nigra pecus inferis immolabatur. Neap.

730. *Cana pruina fugit.*] Arond. multique alii ex antiquis, *ima*, vel *una*. Sed recte Ursini, Vossii & sex alii, *uda*. quamquam vulgatam lectionem non damno. vid. ad Claud. Epith. Honor. 52. *duo*, *orta*. totidem, *vana*. Heins.

731. *Quisquis is est.*] Creditus ergo umbrarum pater & noctis praeses: sic ejus apparitiones fictae eodem tempore. Lapis: HAEC NOCTV SVMMANO VISO ADMONITA. Cioffac de fulminibus: Κεραυνοβόλων ἐκατόν, *fulgur dium*: κεραυνοβόλων γνησίων. *Summanum.* Neap.

732. *Pyrrhe, timendus eras.*] Anno secundo belli Tarentini. Sed cultus antiquior, & à Tatio Rege, ut volunt prisci Annales apud M. Varronem. Neap. *Cavendus* Junian. & alius.

733. *Hanc quoque cum patriis.*] Eodem XII. nocte incunte oritur Ὀφιοῦχος. Stolide ait Berlmannus XXI. Junii. Non ea mens Nasonis; Columella id voluit: cui mane occidit. & est indicium tempestatis. Neap.

733. *Hunc quoque.*] Imo, *Hanc*, id est, Auroram, cum Voss. Sarrav. & quatuor aliis. Heins.

735. *Telis.*] *Flammis* Voss. Putean. & sex alii. *Stellis* quinque. *acutis* prim. Vatic. & Patav.

736. *Et gemino nexas.*] Ex schedographiâ. Neap.

736. *Porrigit angue manus.*] Primo siniistram. Hipparchus: Καὶ πρῶτοι μὲν ἀστρῳ ἀνατέλλει Ὀφιοῦχος οἱ ὁ τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ, ἀπὸ μέσου τοῦ οἱ ὁ τῇ ὀφθαλμῷ· ἔπειτα δὲ ὁ τῇ δεξιᾷ πολὺ πάντα ὁ, ἐ βόρειος ὄντως. Neap.

737. *Notus amor Phaedrae.*] Hoc μυθολόγημα nihil moror. Vide Hyginum lib. II. Poët. Astron. Neapol.

739. *Non impune pius.*] Hoc distichon agnovit Ursini codex cum duobus melioris notae Pinarinis. Idque Naugerius ex suo in posteriorem editionem admittere non dubitavit. Cave tamen credas Nasonis esse. Heins.

741. *Terrentur equi.*] *Turbantur* codex Laeti. ita lib. XV. Met. 917. in hac fabula, *monstrique metu turbantur.* eadem varietas in his verbis Epith. XIX. 145. & apud Virgil. III. Georg. 412. & alibi. Burm.

743. *Lorisque morantibus.*] *Loris retinentibus* Mazar. & duo alii.

745. *Rededideratque animam.*] *Edideral* Francof. vide

Gramina continuo loculis depromit eburnis:
Profuerant Glauci manibus illa prius:
[Tunc, cum obſervatas augur deſcendit in herbas;
Uſus & auxilio eſt anguis ab angue dato.]
Pectora ter tetigit, ter verba ſalubria dixit:
Depoſitum terrâ ſuſtulit ille caput.
Lucus eum, nemorisque tui, Dictynna, receſſus
Celat: Aricino Virbius ille lacu.
At Clymenus Clothoque dolent, haec fila reneri,
Hic fieri regni jura minora ſui.

Jup-

vide ad Epiſt. IX. 61. & mox ſequitur, *reddam*. *perdideratque* Moreti & alius.

747. *Namque.*] *Jamque* quatuor. *ſine crimine* Mazar. & alius. *& cedant* idem Maz. & tres.

749. *Loculis.*] *Loculo eburno* Junian. *depromſit* alter. *demiſit* alius. *Glauci piſcibus* itidem unus.

750. *Glauci manibus illa prius.*] Hunc etiam vult vitae redditum ab Æſculapio: quod factum a Polyido ſcribit Apollodorus. quem omnino vide lib. III. Bibliotheces ſub initium. NEAP.

751. *Tunc, cum obſervatas.*] Nullum commodum ſenſum elicueris ex hoc diſticho. Quare certus ſum, id quoque ſpuriae eſſe notae. HEINS. Pro *augur* alii habent, *augris*. *obſervandas* Gloſſae Rumphi. *cum* docti Bernenſ. *ad umbras* Moreti & duo. *undas* Moreti. Vltius volebat, *tum coacervatas*. Heinſius etiam tentabat, *anguis deſcendit*; & ſeq. *Vſi augur*, vel *Glaucus ab angue*.

753. *Ter verba ſalubria dixit.*] Apulejum in Apologia ita ſcribentem non legiſſe? *Veteres quidem medici, etiam carmina remedia vulnerum norant*; *ne omnis veritatis certiſſimus auctor Homerus doceat: qui factis Ulyſſi de vulnere ſanguinem profluentem ſiſti carmine, nihil enim quod ſalutis ſerendae gratiâ fit criminoſum eſt.* Miſereamur cacoëthi ethnici. NEAPOL. *Precantia* Petav.

755. *Lucus eum, nemorisque tui Dictynna receſſus Celat.*] Attamiſium Dianae Tauricae, de quo ſupra lib. III. & lib. XIV. Metamorph. ubi quaedam, non indigna ſcitu, dixi, quae alias imprimamus. de Dictynna vide quae ex Lutatio collegi libro ſecundo Metamorphoſ. CIOFAN. Vel, *tui*, Sarav. Scribe:

Lucus eum nemoribuſque tui; Dictynna, receſſus
Celat.

item in Zulichemiano, *receſſus*. HEINS.

755. *Dictynna.*] De hoc cognomento Dianae alii Diodorum Siculum βιβλιοθήκης lib. V. quae & Britomartis dicta. NEAP.

756. *Aricino eſt Virbius ille lacu.*] De Virbio Ovid. lib. XV. Metamorph. & Virgilius lib. VII. Æneid. CIOF.

756. *Virbius ille lacu.*] Inde Flamen Virbialis, cujus ex omnibus antiquorum ſcriptis ſolam meminit marmor vetus Romanum:

PRÆF. IVVEN.
EQVO PVBLICO
ADIECTO IN V. DECVR.
ORNATO MILITIÆ
PRÆF. COH. AFRICÆ
FLAMINI VIRBIALI.
AVGVRI ÆDILI.
AVGVSTALI Q. Q. IVVENVM.

NEAPOL.

757. *At Lacheſis, Clotho.*] Duae Parcae, filiae Jovis ex Themide, Coeli filia. Apollodorus lib. I. CIOFAN. Pro *Lacheſi* in uno Farneſ. Regio, meo eſt, *Limenus*. Putean. *Limens*. aliis, *Liminens*. Erfurtanus, *Climenes*. in Mazar. Zulich. prim. Farneſ. aliisque nonnullis erasa vetus lectio. etiam in Voſſiano. ubi relicta ad marginem priſcae lectionis interpretatio ridicula, *Limines, ſive Limnus Deus dicitur eſſe liminis*. deinde meliores omnes, *haec fila teneri, Hic fieri regni*. Latet haud dubie mendum. Scribe:

At Clymenus Clothoque dolent; haec fila reneri;
Hic fieri regni jura minora ſui.

Poſſet & *Clymenos* legi. ſingula videamus. Cur Pluto *Clymenus* dicatur cauſam dat Auctor Etymologici: Κλύμενος· ὄνομα κύριον ἔρρ. παρὰ τὸ κλύω, τὸ δέχομαι. ἐπὶ γὰρ ἐκείθεν ἄδε. πυνθάνου ἀπὸ τινὸς πολλῶν περὶ ἑνοτῆ, ἢ ὁ τοῦτο πάντων ἀκούσῃ. in Anthologia Graecorum Epigrammatum libro tertio, capite εἰς ὕπνους, Epigrammate Anytes:

ὑπὸ

Juppiter exemplum veritus direxit in illum
Fulmina, qui nimiae moverat artis opem.
Phoebe, querebaris. Deus eſt. placare parenti.
Propter te fieri quod vetat, ipſe facit.
NOn ego te, quamvis properabis vincere, Caeſar,
Si vetet auſpicium, ſigna movere velim.
Sint tibi Flaminius Thraſymenaque litora teſtes;
Per volucres aequos multa monere Deos.
Tempora ſi veteris quaeris temeraria damni;
Quartus ab extremo menſe bis ille dies.

Poſte-

Οὐκ ἔτι πλησιάσει σε κατ' ἀφνειὸν ἀκλειῶς οἶκον
Ἄκαρη μελιζομένων ὄφρ' ἀλιτ[ρ]ῶν.
Ἦλθε δ' ἀναιδὴς ἐπὶ Κλυμένῳ πικέτευσε,
Καὶ δεσποτὰ χρυσέας ἐπέβη Περσεφόνας.

& eodem libro, capite εἰς πτώτας Antipatri Epigrammate εἰς Ὀρφέα·

Ὃς τῷ ἀμειλίκτοιο Βαθὺ Κλυμένοιο κόρην
Καὶ τὸν ἀκήλητον θυμὸν ἔθελξε λύρῃ.

apud Hephaeſtionem libello de Metris ex Hymno Philici in Cererem verſus iſte producitur:

Τὸ χθόνιον μύσταιν Δημητρείτ τῷ Περσεφόνῃ
Καὶ Κλυμένῳ τὸ θοῦρος.

qui Lexica Graeca conſarcinarunt homines eruditi, ſola Etymologici magni auctoritate nituntur, ut oſtendant Platoni attributum fuiſſe Κλυμένου cognomentum. *Clymenus* igitur Pluto, quod paucis haſtenus fuiſſe notum opinor. quapropter & recte additur, dolere illum, *regni ſui jura fieri minora*; cum Clothio doleat *reneri ſua fila*. nam *reneri* legendum eſſe vidit ad Herodis Attici inſcriptionem Salmaſius. Adi Notas noſtras Epicedio in mortem Druſi, ſ. 444. Ceterum & *Summanus* Plutus antiquis, & *Vedius*, & *Veiovis*, teſte Marciano Capella aliisque. vide Papiae Lexicon in *Vedius*. ſed & *Serapis* Plutus, qui Deus Sinopenſium ab Ægyptiis poſtea adſcitus eſt. ut Plutarchus de Iſide & Oſiride, Clemens Alexandrinus in Protrepico, Epiphanius, Theophilus ad Autolycum, & alii teſtantur. HEINS. *Limenus* etiam in Francof. erat. vid. Heſych. in Περίκλυμος.

757. *Dolent ſua fila teneri.*] Quattuor Vatic. Fratris, Maffeianus & Urſini, *haec fila*. CIOF.

760. *Moverat artis opem.*] *Movorat* Zulich. opt. Patav. Laeti & tres alii. bene. niſi *foverat* ope mavis. nam tres ſcripti, *voverat*. ſuperiori verſu, *exemplo veritus*, Urſin. prim. Patav. & Max. *extemplo* Zulich. HEINS. *Moverat* firmatur ex lib. I. 268. unde & *opus* poſſet legi, ut hic unus Patavin. *mirae artis* etiam Petav. unus.

762. *Propter te fieri quod vetat, ipſe facit.*] Duo Vatic. *Propter te fari, quod facit, ipſe vetat*. Non mala prorſus ſententia, & carmen. CIOFAN. In duobus Vaticanis, *quod vetas ipſe facit*. Utram ſcripturam mavis, per me tibi libet: ſemper idem ſenſus, dummodo pancta mutes. NEAPOL. *Fleti* Mazar. *fari* Sarrav. & multi alii. quidam, *quod facit ipſe vetat*. duo, *facit*. HEINS.

763. *Non ego te, quamvis.*] IX. Kalendas occubuit ad lacum Thraſimenum C. Flaminius Conſul clade inſigni: ob ſpreta auſpicia putarant illi caeci; ideo haec Caeſari modo commendat. Arnobius lib. IV. non in auſpiciis, ſed in Pelloniam ſuam ita luſit: *Et ubi, quaeſo, jam dudum Pellonia haec fuit, cum apud furculas Caudinas decus publicum ſubjugatum eſt, cum apud lacum Thraſimenum ſanguinei cucurrere fontes?* & poſt pauca his paria: *Dormiebat, floribat, aut, quod vilia facere conſueta ſunt capita, in hoſtilia caſtra defugerat?* NEAPOL.

764. *Si vetat.*] *Voret* meliores. & *ſint teſtes*, pro *ſunt*. HEINS. *Si moves* Bernenſ.

765. *Sunt tibi Flaminius Thraſymenaque litora teſtes.*] Auctor Epitomae Livianae lib. XXII. *Caius Flaminius conſul homo temerarius, contra auſpicia profectus, ſignis militaribus effoſſis, quae tolli non poterant, & ab equo, quem conſenderat, per caput devolutus, inſidiis ab Hannibale circumventus ad Thraſymenum lacum cum exercitu caeſus eſt.* Eutropius lib. III. *Inde ad Tuſcianos veniens Hannibal, Flaminio conſuli occurrit; ipſum Flaminium interemit, Romanorum viginti quinque millia caeſa ſunt, ceteri diffugerunt.* Hac de re plura Livius lib. XXII. Polybius lib. III. Florus lib. II. cap. 5. Plutarchus in Fabio. Nepos in Hannibale. Oroſius lib. IV. cap. 15. alii. Accepta autem eſt haec clades ſecundo bello Punico, anno ab urbe condita DXXXV. ipſo Cajo Flaminio & Cn. Servilio Coſſ. CIOFAN. *Sint tibi* Junian. & tres alii, cum editis quibusdam.

766. *Monere.*] *Movere* multi.

768. *Quartus.*] *Quintus ſex* libri. *eſſe dies* Gryph. Editio.

Postera lux melior. superat Masinissa Syphacem;
Et cecidit telis Hasdrubal ipse suis.
Tempora labuntur, tacitisque senescimus annis;
Et fugiunt, freno non remorante, dies.
Quam cito venerunt Fortunae Fortis honores!
Post septem luces Junius actus erit.
Ite, Deam laeti Fortem celebrate, Quirites:
In Tiberis ripâ munera Regis habet.
Pars pede, pars etiam celeri decurrite cymbâ.
Nec pudeat potos inde redire domum.
Ferte coronatae juvenum convivia lintres;
Multaque per medias vina bibantur aquas.
Plebs colit hanc: quia, qui posuit, de plebe fuisse
Fertur, & ex humili sceptra tulisse loco.

Con-

769. *Postera lux melior, superat Masinissa Syphacem.*] Orosius libro superius citato, cap. 18. Syphacem fugientem Laelius & Masinissa ceperunt, cetera multitudo Cirtam confugit, quam Masinissa oppugnatam in deditionem recepit. Syphacem ad Scipionem catenis vinctum deduxit, quem Scipio cum ingentibus spoliis plurimisque captivis Romam producendum Laelio tradidit. De Masinissa mirabile quiddam narrat Cicero in Catone Majori: ubi ita est: *Arbitror te audire, Scipio, hospes tuus Masinissa, quae faciat hodie, nonagesimo anno natus, cum ingressus sine fulcimine sit, in equum omnino non ascendere; cum equo, ex equo non descendere: nullo imbre, nullo frigore adduci, ut capite operto sit.* Et Eutropius lib. IV. De tertio bello Punico, quod anno V. C. DC. IV. vel, ut alii, DC. VI. motum est. *Per idem*, inquit, *tempus Masinissa, amicus Populi R. anno vitae suae* XCVII. *mortuus,* XLIV. *filii relictis. Scipionem diviserem regni inter filios esse jussit.* De quo etiam Valerius Max. lib. III. cap. 13. & lib. IX. cap. 14. CIOFAN. *Proxima* Morti.

769. *Postera lux melior.*] VIII. Kalendas Syphax ille a Scipione Africano secundo praelio deletus; tertio victus & captus à C. Laelio & Masinissa Rege: nec multo post, Cyrta regni caput, Sophonisba uxor, & regia familia, anno Urbis DI. NEAPOL.

769. *Masinissa Syphacem.*] Syphax, ut ex Livio narrat idem Valerius lib. V. cap. I. in custodia Tiburi mortuus est; quem Senatus publico funere efferendum censuit. CIOFAN. *Masinissa* omnes fere scripsi.

770. *Hasdrubal ipse suis.*] Id fuit antea, anno Urbis DXLVI. C. Claudio Nerone & M. Livio Salinatore Coss. NEAP.

771. *Fortunae Fortis honores.*] Nam sunt eodem VIII. Kalendas Julias. De hac celebritate M. Varro lib. V. de L. L. *Dies Fortunae appellatus ab Servio Tullio Rege, quod is fanum Fortis Fortunae secundum Tiberim extra urbem Romam dedicavit Junio mense.* NEAP.

772. *Remorante.*] *Revocante* tres. *retinente* duo.

774. *Post.*] *Per* Putean. & Sarrav.

776. *In Tiberis ripa.*] *Secundum Tiberim* ait Varro; nimirum ultra flumen: nam Fortis Fortunae templum situm in Transiberinâ regione; vel ex eo patet, quod Naso subdit, vel ponte vel naviculâ illud adeundum. NEAP.

777. *Decurrite.*] *Discurrite* tres libri.

779. *Ferte coronatae juvenum convivia lintres, Multaque per medias vina bibantur aquas.*] Coronabantur naves apud Romanos mense Junio in Fortisfortunae celebritate, & per medium amnem convivia ducebant. Observavit L. Georgius in lib. de Navigiis. CIOFAN. *Coronati* Sarravii. Vide ad lib. II. fast. ult.

781. *Plebs colit hanc.*] Inde ad olitores Columella:

Et celebres Fortis Fortunae dicite laudes.
NEAPOL.

782. *Et ex humili sceptra tulisse loco.*] Sed idcirco Plutarchus Fortunam cognominat *μαχὰν, ἢ βέβαιαν*, inquit, *καλοῦσι*, sacrasse commemorat; multaque ibi fana scribit à Servio eidem exstructa: attamen illud Fortis Fortunae silentio praeterit, nisi includat in his, Καὶ τὸ ἐν τῇ ἐπεξῆς τῆς Ἕλλης ἐπωνυμίας. in libello vero περὶ Τυχ. ejus meminit; vertitque *Fortunam*. NEAPOL.

Convenit & servis: servâ quia Tullius ortus
Constituit dubiae templa propinqua Deae.
Ecce, suburbanâ rediens male sobrius aede,
Ad stellas aliquis talia verba jacit.
Zona latet tua nunc, & cras fortasse latebit:
Dehinc erit, Orion, adspicienda mihi.
At si non esset potus; dixisset eâdem
Venturum tempus solstitiale die.
Lucifero subeunte Lares delubra tulerunt,
Hîc ubi fit doctâ multa corona manu.
Tempus idem Stator aedis habet, quam Romulus olim
Ante Palatini condidit ora jugi.
Tot restant de mense dies, quot nomina Parcis,
Cum data sunt trabeae templa, Quirine, tuae.

Tem-

783. *Serva quia Tullius ortus.*] Ex captivâ Ocriculanâ: unde Manilius in Apotelesmatico vocat hunc Regem *de capto sanguine.* NEAP.

785. *Rediens.*] *Residens* Putean. & tres alii. *venines* Bernens.

786. *Talia verba jacit.*] *Ebria verba* unus. *facit* quatuor.

787. *Zona latet tua nunc.*] Eodem VIII. Kalendas, subdit & VII. etiam latere: VI. ergo heliace oritur. Aëtius vult VII. id est die XXV. verba sunt: *Μικρὸν τῷ αὐτῷ καὶ Ὠρίων ἐπιφαίνεται] ἀνατέλλων· ἤτοι ἐξ ἑωθινοῦ δυομένου· περὶ ἡλίου ἀνατολὴν] σφόδρα ὁ ἀὴρ περιφαὴς ἐστιν.* NEAPOL.

789. *At si non esset potus.*] Lib. Ursini & Maffei, *fulsus.* CIOFAN. Ita & quatuor alii. *pulsus*, vel *fulsus*, Putean.

790. *Tempus solstitiale die.*] Non VIII. Kalendas, & eodem die festo Fortis Fortunae, ut male sensum & verba fiexit caecior Tirefiâ Fanensis: nam manifesto solstitium eodem die Naso facit, quo exortum Orionis, ut Aëtius & alii; Plinius tamen exortum hujus sideris scripsit, ut Nostet, VI. Kalendas. locus exstat lib. XVIII. cap. 28. sed solstitium capite praecedenti ejusdem libri VIII. Kalendas. Columella lib. XI. cap. 2. octavo, & septimo, & sexto Kalendas Julias solstitium fieri reliquit. Nescio an ipse ita vere sentiat, an hic varias antiquorum parapegmatum opiniones referat. NEAPOL.

791. *Lucifero subeunte.*] V. Kalendas dicata Larum & Jovis cognomento Statoris aedes. res protitae. NEAPOL.

793. *Tempus idem Statoris erit, quod Romulus olim.*] Ex hoc loco persuasum habuerunt viri etiam in his literis praecipui nominis, ut crederent in *Statore* Syllabam primam posse produci, atqui *Stator* à *sistendo* dictus Juppiter. Florus libro primo capite primo: *Adeunt Romulus Jovem orare, foedam fugorum fugam sistere. Hinc templum, & Stator Juppiter.* Codices vetusti vulgatae scripturae controversiam movent. *Tempus idem Statoris habet* Zulichemianus. quatuor alii, *Stator aedis habet.* Scribe ex Ursiniano optimo & uno Patavino:

Tempus idem Stator aedis habet, quam Romulus olim
Ante Palatini condidit ora jugi.

nec aliter in ora Sarraviani. uti jam monuit in Observationibus libro IV. cap. 15. vir summus Johannes Fredericus Gronovius. qui illic adeundus. Varro libro octavo Rerum Divinarum apud Macrobium Saturnal. libro IV. cap. I. *Delubrum alios aestimare, in quo praeter aedem sit area adjuncta dictus caussa: ut est in Circo Flaminio Jovis Statoris.* corripitur etiam in *statum* prior syllaba, ut in *stato tempore*, *statis diebus.* ut turpiter sit lapsus Solinianis Exercitationibus Salmasius pag. 643. dum in Manilii versibus reponi jubet:

Quum spatium non sit statum pugnantibus horis.

pro quo *spatium tantum* nunc circumfertur. illud *tantum* ex *pugnantibus* generatum videtur. Putabam antiquitus exaratum fuisse, *Quum spatium non sit par.* omisso *sibi* ob cognationem literarum praecedentis proximae vocis *sit.* hinc, quod viderent claudicare versum, solstitiale, *tantum*, cum reponi deberet,

Quum spatium non sit sibi par pugnantibus horis.

de quo loquendi modo egi copiose ad Epistolam Aconii fol. 61. HEINS.

TEmpus Iülcis eras eſt natale Kalendis:
Pierides, coeptis addite ſumme meis.
Dicite Pierides, quis vos adjunxerit illi,
Cui dedit invitas victa noverca manus.
Sic ego: ſic Clio, Clari monumenta Philippi,
Adſcicis: unde trahit Marcia caſta genus.
Marcia ſacrifico deductum nomen ab Anco;
In quâ par facies nobilitate ſuâ.

Par

796. *Templa, Quirine, tua.*] Loquitur de antiquo illo templo, quod ſacrum Romulo poſuerunt in colle Quirinali, poſt relata Julii Proculi: illud poſtea ſex ſupra ſeptuaginta columnis ornavit Cæſar Octavianus, iterumque dedicavit. Vide Dionem lib. LIV. NEAP. *Condita fuit* Bernenſ. & tres alii. *turbae templa* quatuor.

797. *Crat eſt natale Kalendis.*] Relinquit vacuum diem unum: & ſumus, inquit, in ultimâ menſis luce; quâ refecta aedes Herculis Muſarum: eras erunt Kalendae Juliae. Explicui Naſonis implicatam mentem. Joſephus Scaliger in Notis ad Faſtoſi annum M. D. CCCLXXIII. male exponens verſiculum hunc de Julii Caeſaris natali, ſic emendavit:

—— *Crat eſt natale Camenis.*

Ferat in eo etiam, cum rationem reddens, *Netum*, inquit, *Camenas in aede Herculis conſecratas ad portam Capenam.* Nempe ſanae mentis haec probet: unum fuiſſe aedis fuit in regione IX. NEAP. *Camenis* Scaliger. In ora codicis ſui & ad annum DCCCCLXXIII. Chronici Vaſcſiani. Natus enim Divus Julius a. d. IV. Id. Quintil. teſte Macrobio, ita cujus rei ſidem menſis ille Julii poſtea nomen obtinuit. *Camenas* vero *Nolas* innuit in aede Herculis ad portam Capenam conſecratas. ſed aedem Herculis Muſarum a Divo Julio fuiſſe inſtauratam reſtituamque legiſſe me non memini. HEINS.

799. *Quis vos addixerit illi.*] Eſt & vetus ſcriptura, *Quis vos addaxerit illae.* NEAP. *Adiunxerit* Sarravii codex & quinque aut ſex alii. Pluſimi, etiam ex melioribus, *adduxerit.* Sed *adjunxerit* placet: ſic *conſors adjunctio Tonanti Roma* Claudiano Conſul. Olyb. ubi pari modo variant libri veteres. HEINS. *Adduxerit ipſum* Bernenſ. & Putean.

801. *Clari monumenta Philippi.*] Tacet antiquum templi auctorem, & nominat juniorem. Antiquus fuit Fulvius Nobilior. de quo ſic Eumenius Rhetor in Oratione de Scholis Clavenſibus apud Gallias Praeſidem habitâ: *Eadem Herculis Muſarum in Circo Flaminio Fulvius ille Nobilis ex praeda Cenſoria fecit, non modo id ſecutus, quod ipſe literis & famâ Pelagi amicitiae ducerentur; ſed quod in Graecia cum eſſet Imperator, acceperat Herculem Muſagetem eſſe, id eſt comitem ducemque Muſarum: idemque primus ſigna novem, id eſt omnium Camenarum, ex Ambracienſi oppido tranſlata, ſub tutelâ fortiſſimi nominis conſecravit; quia imutuis operis & praeceptis juvari ornarique deberent, Muſarum quies defenſione Herculis, virtus Herculis voce Muſarum.* Habes primum. Habes ſecundum: is fuit Philippus Auguſti vitricus, qui jam vetuſtate collapſum reſtituit: tale nihil apud antiquos. promptum exemplum Suetonii in Auguſto: *Multaque à multis exſtructa ſunt, ſicut à Marcio Philippo aedes Herculis Muſarum, à L. Cornificio aedes Dianae, ab Aſinio Pollione atrium Libertatis.* qui omnes non auctores horum aedificiorum, ſed reſectores. Philippus tantum tunc norâ operâ Herculis aedi adjunxit porticum, de quâ Martialis lib. V. Epigrammatum:

Vites cenſo Porticum Philippi;
Si te viderit Hercules, periſti.

NEAPOL.

802. *Martia caſta genus.*] Haec illa eadem, quae ſemme dilexit Noſtri conjugem. de iſtâ ipſe in Ponto libro primo:

Hanc probat, & primo dilectam ſemper ab aevo
Eſt inter comites Martia cenſa ſuas;
Inque ſuis habuit maternra Caeſaris aute:
Quarum judicio ſigna probata, proba eſt.

NEAPOL.

802. *Marcia.*] Lege, *Marcia*, & hîc & alibi. Idque cum Urſini libro & duobus aliis, hinc *aqua Marcia* a Marcio Philippo. & *Narbo Marcius* quod eam coloniam deduxerit Q. Marcius Cos. cum collega M. Porcio. in veteri marmore videtur mendoſe ſcriptum eſſe, NARBO MART. HEINS.

804. *Nobilitate ſuâ.*] Membrana vetus, *nobilitate ſuâ eſt.* Neſcio quam cligam: nam ſcriptura una dicit extinctam, altera ſuperſtitem. Ex citato ſupra loco vix elici poteſt, nec ex hoc alio in eodem Ponto lib. III. Eleg. primâ ad Martiam:

Hoc domui debes, de quâ cenſeris, ut illam
Non magis officiis quam probitate colas.
Cautâ licet facias, niſi eris laudibilis uxor,
Non poterit credi Marcia culta tibi. NEAP.

805 Par animo quoque forma ſuo reſpondet in illâ:
Et genus, & facies, ingeniumque ſimul.
Nec quod laudamus formam, tam turpe putaris.
Laudamus magnas hac quoque parte Deas.
Nupta fuit quondam matertera Caeſaris illi.
810 O decus, ô ſacrâ femina digna domo!
Sic cecinit Clio: doctae adſenſêre ſorores.
Adnuit Alcides, increpuitque lyram.

Tua meliores magno numero. & mox, *reſpondet*, pro *reſpondit.* recte. Nam erat etiamnum in vivis Marcia. eſt enim de uxore Maximi intelligendum, de qua in Ponticis agit Noſter non ſemel. deinde *nobilitate ſua*, pro *nobilitati ſuae*, inſolenter dictum, nec tamen ſine exemplo. Auct. Architonium Meſſium de Exemplis Elocutionum, li'ello hactenus inedito: *Par his. Cicero pro Cluentio: ingenio & virtute par his, quos ante memoravi. Par hac re. Salluſtius Hiſt.* IV. *Scalas pares nocenium altitudine. Par cum his. Salluſt. Jugurth. Parem cum liberis ſuis regnique participem feciſti. Par hoc facere. Virgilius bucol. Et comtare pares.* Secrum caſum ſaepe pro tertio ponebant, qua de re in opere Grammatico vir ſummus Gerardus Johannes Voſſius. HEINS. Vid. Erudiriſſimi Maffonii vitam Ovidii ad A. V. C. DCCLXVII. ubi de hac Marcia late agit. *par* vero cum ablativo conſtrui vidimus ad lib. IV. 396. BURM.

806. *Et genus, & facies.*] In Francof. erat adſcriptum: Haec adulterina ſunt: nam jam ante idem dixerat, & ita cenſebat Broeckhuſius.

810. *Sacra domo.*] *Sacro thoro* Thuan.

812. *Increpuitque lyra.*] *Lyram* Urſini, Sarravii & tres alii. Ep. Briſeidis:

Threiciam digitis increpuiſſe lyram.

quem verſum repetit Amor. lib. II. El. XI. In Ibide:

Teque crucntatas increpuere manus.

Trift. I. Eleg. III.

Increpuit quantis viribus unda latus.

increpat ſonitum tuba apud Virgil. *Aen.* IX. Propertius libro III.

Increpat abſumtum nec ſua mater Iryn.

Calpurnius Ecloga V.

At ſimul argutae nemus increpuere cicadae.

Ennius in Thyeſte:

Sed ſonitus aures meas pedum palſa increpat.

vid. Non. Marcel. in *crepare.* ſic & *concrepare* ſupra lib. V.

Rurſus aquam tangit, Tenefactaque concrepat ara.

Atque hactenus, quae ad Faſtos Naſonianos obſervavi. Ceterum in Urſini veterrimo codice & literis Longobardicis ſive Saxonicis, quas vocant, exarato, tum etiam in duobus Patavinis melioribus, uno praeterea Vaticano, ac Sfortianae bibliothecae codice, quem obiter Romae inſpexi, ſubjungebantur verſus hi quatuor:

Si novus à Jani ſacris nuncupabitur annus,
Quintilis falſo nomine dictus erit.
Si ſacris; ut fuerant, primus à Marte Kalendas,
Tempora conſtabunt ordine dicta ſuo.

Vaticanus hoc initium libri ſeptimi conſtituebat. at amiciſſimus Gronovius monuit, inſpectum ſibi fuiſſe in Norico vetuſtam Naſonis editionem, cui Celtes Protacius, is nempe, qui primus poſt renatas literas poëſin in Germania inſtauravit, manu ſua adſcripſiſſet, reliquos ſex Faſtorum libros ſervari apud Presbyteram in pago prope Ulmam, principiumque ſeptimi libri in illo codice tale exaratum fuiſſe:

Tu quoque mutati cauſas & nomine menſis
A te qui ſequitur, maxime Caeſar, habes.

Sed ut dicam ingenue quod res eſt, opinor Celtem Protacium non tam deceptiſſe, quam fuiſſe ab aliis, qui viſum ſibi atque inſpectum hunc codicem affirmarent, deceptum. Nam Lactantius in Divinis Inſtitutionibus, Priſcianus in Grammatica, aliique veterum cum locos complures ex Faſtis Naſonianis proferant in medium, ex libris tamen ſex poſterioribus deperditis nihil prorſus producunt, et certum ſit, alteram hujus poëmatis partem jam ante ſaecula complura intercidiſſe. HEINS.

P. OVIDII NASONIS

TRISTIUM

LIBRI V.

PUBLII
OVIDII NASONIS
TRISTIUM
LIB. V.

EX PONTO LIB. IV.

CUM INTEGRIS

JACOBI MICYLLI, HERCULIS CIOFANI,
ET
DANIELIS ET NICOLAI HEINSIORUM,

ET EXCERPTIS ALIORUM

NOTIS,

QUIBUS SUAS ADIECIT

PETRUS BURMANNUS.

TOM. III. PARS II.

AMSTELODAMI,
APUD JANSSONIO WAESBERGIOS.
M. D. C. C. XXVII.

P. OVIDII NASONIS

TRISTIUM

LIBER I.

ELEGIA I.

PArve, (nec invideo) ſine me, Liber, ibis in Urbem:
(Hei mihi!) quò domino non licet ire tuo.
Vade, ſed incultus; qualem decet exſulis eſſe.
Infelix, habitum temporis hujus habe.

Nec

Inſcripſit hosce Triſtium libros Ovidius à materia, quam continent: neque hi ab illis, quos de Ponto à loco appellavit, quidquam differunt, niſi quod in his amicorum nomina, ut in illis, non poſuit. Idque teſtatur Ovidius ipſe Elegia & lib. I. de Ponto, ubi ita eſt, ad Brutum:

Invenies, quamvis non ſit miſerabilis index,
Non minus hoc illo triſte, quod ante dedit.
Rebus idem, titulo differt, & epiſtola, cui ſit
Non occultato nomine miſſa, docet.

Ciofan. Horum librorum exemplaria etſi praeſto fuere non pauca, nullum tamen inter illa, quod multum ſenii aut vetuſtatis prae ſe ferret, praeter Vaticanum unum & Hamburgenſe Cathedralis eccleſiae; cum Vaticano Politiani ſchedae ut plurimum conſpirant. quanquam ne illi quidem codices ad aetatem ſexcentorum annorum adſurgant. reliqui recentioris ſunt notae, qui ſuo loco deſignabuntur. eos inter Combii codex Venetus & unus Palatinus palmam facile ferunt. inſcribendi autem libri *Triſtium*, non *de Triſtibus*, ut Scaliger Arte Poët. lib. III. pag. 397. adnotaverat, & adſcripſerat locum Martialis lib. VII. 46.

Perdiderant jam vota metum, ſecuraque flebant
Triſtia, cum lacrimis jamque peractus eras.

& ita Claudian. Bel. Get.

Feſtae doleant ne triſtibus aures.

Heins. Vid. Scriver. ad Martial. d. l. Barth. ad Claud. Conſ. Olybr. ℣. 3. Editionis prioris, defendebat, *de Triſtibus*.

1. *Parve liber.*] Primum hujus operis librum ſignificat. Singulos enim quosque libros à poeta Romam miſſos fuiſſe perſpicue cognoſcitur, cum ex aliis locis, tum ex libro V. ubi principio ipſo ita eſt:

Hunc quoque de Getico, noſtri ſtudioſe, libellum
Littore praemiſſis quattuor adde meis.

Hanc autem Elegiam poſt reliquas hujus primi libri ſcriptam fuiſſe crediderim, quae & tabellarii munere fungitur, &, quid in ipſo libro contineatur, edocet. Ciofan.

1. *Nec invideo.*] Id eſt, non obſiſto. ſic verbum *invidia* apud Virgilium lib. IV. Æneid.

Quae tandem Auſonia Teucros conſidere terra
Invidia eſt? Ciofan.

2. *Quod domino.*] In nonnullis, *quò domino*: utrumque recte. Naug. Multi codices, *quod domino*. Atilius Fortunatianus in Arte, inter Grammatic. veteres, pag. 2696. citat, *cum domino non licet ire tuo*. ſed vulgata recta eſt. Burm.

2. *Domino.*] Πωνητῇ. Sic lib. III. Eleg. I.
Erubui domino cultior eſſe meo. Ciofan.

3. *Vade.*] Sic & Martialis item ad lib. Ep. IV. lib. III.
Romam vade, liber. Ciofan.

3. *Qualem decet exſulis eſſe.*] Nam exſules & rei multam barbam & hirtum capillum ferebant. Ciofan.

4. *Hujus temporis.*] Hujus calamitatis, aerumnae, cladis, &, ut ipſe infra dicit, ruinae, Noſtro idi-

Nec te purpureo velent vaccinia fuco:
Non est conveniens luctibus ille color.
Nec titulus minio, nec cedro charta notetur:
Candida nec nigrâ cornua fronte geras.

Fe-

idiomate, *Di questo travaglio*, quo modo verbum *tempora* in multitudinis numero non semel usurparit Cicero, & hic Noster lib. III. Eleg. I.

Carmine tempurivus conveniente fuit.

CIOFAN.

5. *Nec te purpureo velent vaccinia fuco.*] Mart. lib. III. Ep. II.

Cedro nunc licet ambules perunctus,
Et frontes genuino decens honore,
Pictis luxurieris umbilicis,
Et te purpura delicata velet,
Et cocco rubeat superbus index.

CIOFAN. *Fuco* Polit. Hamburg. Vatic. & alii octo aut novem ex castigationibus recte. ut ad Claudianum jam monui lib. I. in Rufinum ℣. 208. abdonem enim prorsus illud, *velare fuco*. Sequenti hexametro, *charta notentur*, pro *notetur*, venuste Rorendorphianus liber. in uno Mediceo pro diversa lectione, *ligetur*, pro *linatur*. quale mendum quoque sublustimus è lib. III. Artis Amator. ℣. 232. ubi plura de *limendi* verbo notamus. Horatius Arte poëtica 330. ad rem:

—— speramus carmina fingi
Posse linenda cedro, & lævi servanda cupresso.

Minii quoque *minio* habes apud Plinium lib. XXIII. cap. 7. *Enumerat actores Verrius, quibus credere sit necesse, Jovis ipsius simulacri faciem diebus festis minio illini solitam, triumphantiaque corpora.* Martianus Capella libro II. *Cernere erat, qui libri quantaque volumina, quot linguarum opera ex ore virginis diffluebant. alia ex papyro, quae cedro perlita fuerat, videbantur, alii carbasinis voluminibus complicati libri ex ovillis quoque multi targoribus, rari vero in phibyrae cortice subnotati.* Columella libro VI. cap. 31. *Scabies si levis est, inter initia candenti sole vel cedria, vel oleo lentisci linitur.* ubi veterrimus codex, quo sum usus, *vel cedro*; & hoc pro *cedria*. quomodo tam in Nasonis quam in Horatii locis jam prolatis. cedrino enim oleo ungebantur libri, ut carici resisterent ac tineis. Vitruvius libro II. cap. 9. *Quemadmodum ex cupressu & pinu resina, sic ex cedro oleum, quod cedrium dicitur, nascitur, quo reliquae res, cum sint unctiae, uti etiam libri, à tineis & à carie non laedantur. cedratos libros* dixit Plinius libro XIII. cap. 13. cedri oleo perunctos. *Et libros cedratos fuisse, propterea erobrari & tineas non tulisse.* Idem Plinius libro XVI. cap. 39. *Cedri oleo pervenêta maturies nec tinearum, nec carie sentit*, quod igitur Vitruvio ac Plinio *cedri oleo ungi* seu *perungi*, id Horatio ac Nostro *limi cedro* dicitur. *cedro perungi* Martiali lib. III. Ep. II. ad librum suum:

Cedro nunc licet ambules perunctus.

ubi plura ad rem habes. Scholiastes Persii, *Carmina digna cedro*, ideo dicit, *quòd mos apud veteres erat, ut chartae, in quibus nobilia carmina scribebantur, oleo cedrino inungerentur.* adeundus Casaubonus ad Persium I. Sat. 42. HEINS.

7. *Purpureo.*] Contra Martialis libro III. Ep. II. ad libellum:

Et te purpura delicata velet.

Idem libro V. Ep. VI.

Quae cedro decorata purpuraque,
Nigris pagina crevit umbilicis.

Statius Lusu Saturnalitio ad Plotium Grippum: *Noster purpureus novusque charta.* Lucianus libro de Philosophis Mercenariis: Ὅμοιος τοῖς καλλιγράφοις βιβλίοις, ἂν χρυσοῖ μὲν αἱ ἐμφαλαὶ, πορφυρᾶ δὲ ἐκτεθῇ τὰ διφθέρια. *Similes pulcherrimis libellis, quibus aurei umbilici & purpurea extrorsus pellis.* Idem ad imperitum libros emturientem: Βιβλίον κεχρυσωμένον πορφυρᾶν μὲν ἔχον τὴν διφθέραν, χρυσᾶς δὲ τὰς ὀμφαλάς. *Libellus pulcherrimus, purpuream pellem habens & aureum umbilicum.* ita rectius vertas, quam *purpuream membranam.* velamen enim & vellitus librorum ex pelle. Huc refer illud Martialis,

Pellibus exiguis artatur Livius ingens.

tum quod Tibullus dixit,

Lintea nec niveum involvat membrana libellum.

non ad libelli velamentum referri debet, sed ad ipsum volumen, quod ex membrana constabat. Ceterum Nasonis hoc exordium aemulatus est Publilius Optatianus Porphyrius praefatione Panegyrici, quem Constantino Augusto dixit. HEINS.

7. *Nec titulus.*] *Titulus* quare sit dictus doctorum hominum varia est opinio, quorum nulla mihi probatur. Quare ego, quid super hac re in mentem venit, in medium adferre non gravabor. *Titulum* cum *tutulo* unum & idem esse censeo: i in u mutato. ut *optime*, *optume*: *maxime*, *maxume*: *lacrima*, *lacruma*. *Tutulus* autem, ut Festus ait, vocabatur *Flaminicarum capitis ornamentum, quod fiebat vitta purpurea, innexa crinibus, & extructum in altitudinem.* Ut enim tutulus mulierum capiti, sic titulus librorum frontibus imponebatur. CIOFAN. Santora videbis apud Vossium in Etymolog. ceterum veteres per *titulum* non in-

Felices ornent haec instrumenta libellos;
Fortunae memorem te decet esse meae.
Nec fragili geminae poliantur pumice frontes:
Hirsutus passis ut videare comis.

Ne-

intellexisse, ut hodie, primae paginae solummodo inscriptionem, quae *index* etiam dicitur, sed titulos vocasse majores operum partes, ut *capita* minores, docet Barth. ad Claud. praefat. Bell. Get. ℣. 9. Plura de varia vocis hujus & olim & deinde significatione vid. apud Munker. ad Hygin. Fab. LXXX. & Stephan. ad Saxon. Gramm. praefat. pag. 2. & alios. BURM.

7. *Cedro.*] Oleo *cedrino*. Chartas contra cariem illinebant veteres. Quem morem ostendit Ausonius Gallus, cujus haec sunt ad libellum suum:

Si times cariemque pati te, charta, necesse est,
Incipe versiculis ante perire meis.
Malo, inquit, tineat. sapis, aerumnose libelle,
Perfungi mavis qui leviore malo.
Aſt ego damnosae nolo otia perdere Musae,
Jacturam somni quae parit, atque oculi.
Utilius dormire fuit, quam perdere somnum,
Atque oleum; verum, causa sed ista mihi est.
Irascor Proculo, cujus facundia tanta est,
Quantus honor; scripsit plurima quae cohibet.
Hinc studio ulciscî, & prompta est haec ultio Vati,
Qui sua non edit carmina, nostra legat.
Hujus in arbitrio est, seu te juvenescere cedro,
Seu jubeat duris vermibus esse cibum.
Huic ego, quod nobis superest ignobilis oti,
Deputo, sive legat, quae dabo, sive tegat.

Hoc autem loco ad librorum ornatum eo oleo usos esse indicat Poëta noster. & Martialis lib. I.

Cedro nunc licet ambules perunctus.

Rursus hic Noster libro III. Eleg. I.

Quod neque sum cedro flavus, nec pumice levis.

CIOFAN.

8. *Candida nec nigrâ cornua fronte geras.*] Optime hunc locum declarat politiss. vir Paulus Manutius in Comment. in Epist. VII. lib. III. Familiar. Cujus haec verba sunt: *Extremae partes, quod extra volumen eminentes, cornuum similitudinem praeferrent, cornua vocabantur: quibus ornamentum aliquod addi solitum ostendit Ovidius, cum librum suum Elegia I. Trist. sic alloquitur:*

Candida nec nigra cornua fronte geras.

Nec geras candida cornua, quas fortunae sunt indicia laetioris, cum sit atrata frons, qualem in calamitate nostra decet esse. Est enim frons libri exterior voluminis pars. Itaque dixit idem proximo superiore versu:

Nec fragili geminae poliantur pumice frontes.

Haec ille. Huc etiam pertinet locus Ausonii;

Quas legis à prima deductas membrana libri,
Doctores patriae scito fuisse meas.

Super quo haec notat doctiss. Turnebus lib. XXII. cap. 10. Adversar. *Veteres*, inquit, *ut in calce librorum coronidem appingebant, ita, ut suspicor, in fronte lunulam ad ornatum designabant. Manus autem lunula est, quae cum curvulata sit, idcirco & cornua Latini ea ornamenta librorum vocavere.* CIOFAN.

11. *Poliantur pumice frontes.*] *Libellum arida pumice expolitum*, & *chartam pumice aequatam* Catullus dixit. Martialis, *Aspero libellum Morsu pumicis aridi politum.* Tibullus libro III. Eleg. I. *Tonsum pumice canas comas.* HEINS. Voss. ad Catul. Carm. I. frontes in voluminibus ut bases in Cylindris esse docet, contra Muretum, qui pellibus tegi, & eas pumice poliri credebat, ut hodie fieri solet. idem putat ut gemina cornua, ita geminas frontes fuisse. quod vix intelligo, nam si involuta duo habeant cornua, quae extra volumen eminebant, frontes illae quaenam fuerint non capio: ille vero ibi, & latius ad Carm. XIX. pag. 51. margines, sive partes, quae circumcidebantur, intelligit, ut hodie tres frontes, quia a totidem partibus charta vel pergamena incidatur, nostros libros quadratos habere putat. sed ego puto *frontes* librorum esse primam membranam vel paginam, quae titulum habebat. ut ex ℣. infr. 109. apparet:

Cetera turba palam titulos ostendit apertos,
Et sua detecta nomina fronte gerit.

gemina erat illa frons, quia & in voluminis parte exteriore titulus obvoluto libro inscribebatur; & deinde cum evolveretur in prima parte iterum index vel titulus ibi legebatur. & hinc *prima frons* saepe etiam de aliis rebus dicitur. vid. ad Phaedr. IV. I. & ad Quinctilianum multis locis. Illae ergo frontes geminae poliebantur pumice, licet Vossius membranaceam tabellam adglutinatam velit, quae exterius habebat indicem, seu titulum, interius inscriptionem vel dedicationem. Illae autem frontes geminae, id est exterior & interior pars, pumice poliebatur & aequalatur, ne hirsuta esset, ut Noster indicat. BURM.

12. *Sparsis comis.*] *Possis* editiones antiquae & inter scriptos codices multi. probe. nihil frequentius occurrit apud Nasonem. Hafniensis, *comas*, pro diversa lectione. ut usitato Graecismo videntur reponendum:

Hirsutus passas ut videare comas.

mox etiam *sanities* meliores. HEINS. *Ne videare* volebat Douza.

Neve liturarum pudeat. qui viderit illas,
De lacrimis factas sentiet esse meis.
Vade, Liber, verbisque meis loca grata saluta.
Contingam certe quo licet illa pede.
Si quis, ut in populo, nostri non immemor illic,
Si quis, qui, quid agam, forte requirat, erit;
Vivere me dices: salvum tamen esse negabis.
Id quoque, quod vivam, munus habere Dei.
Atque ita te tacitus, quaerenti plura, legendum,
Ne, quod non opus est, forte loquare, dabis.

Pro-

23. *Neve liturarum pudeat, qui viderit illas; De lacrimis factas sentiat esse meis.*] Libro III. & Eleg. I.

Littera fossuras quod habet maculosa liturat,
Lusit opus lacrimis ipse poëta suum.

Et Eleg. IIX. hujus libri.

Hic status, haec rerum nunc est fortuna mearum,
Debeat ut lacrimis nullus inesse modus.

Et lib. & Eleg. V.

Qui velit fieri, dixit.

Ibidem:

Liber quoque me scripsit, nec qua signabar, ad ora est
Ante, sed ad tristes gemma relata genas.

Ciofan.

24. *Sentiat.*] *Sentias* Fragm. Revii, Bern. & septem alii.

26. *Contingam certe quo licet illa pede.*] Quonam pede? libet videlicet. nam suo non poterat Poëta. & vide quo pacto illa membra, quae homines habent, omnia libro attribuat. Ciofan. *Quilibet* alii edit. & quidam scripti.

27. *Si quis, ut in populo, nostri non immemor, illo, Si quis, qui, quid agam forte requiret, erit.*] Ibidem, *immemor exter.* duo cum primâ editione, *Ibi. Scribe, illic. requirat* etiam caltigatores. pro *Si quis* posteriori versu, quae repetitio inconcinna est, si quid video, *Civis* rectius reponatur, utcunque membranis omnibus invitis,

Si quis, ut in populo, nostri non immemor illic
Civis, qui, quid agam, forte requirat, erit.

ut in populo. Pont. lib. IV. Eleg. V.

Si quis, ut in populo, qui fuis & unde requirat.

& lib. Trist. II. 157.

Per patriam quae te tuta & secura parcate est,
Cujus, ut in populo, pars ego nupar eram.

Pont. lib. I. Eleg. VII.

Cetera sit sospes cultorum turba tuorum,
In quibus, ut populo, pars ego parva fui.

Horatius lib. I. Sat. VI.

—— *vestem famulosque sequentes,*
Ut magno in populo, si quis vidisset.

Virgilius I. 148.

Ac veluti magno in populo, cum saepe coorta est
Seditio.

Heins. Ita Curtius VIII. 3. *Hyrcani egregii, ut inter illas gentes, sex millia implaverant.* Florus I. 26. *Cures, ut in magno & indies majore populo, interim perniciosi cives existerent.* Eleg. in Drus. 66.

Luctus, ut in Druso, publicus ille fuit.

vid. & Rentl. ad Horat. I. Sat. VI. 70. Simili modo Thucydid. lib. II. cap. 65. Ἐξ ὧν ἄδικα τε πολλὰ, καὶ ὑπὲρ μεγάλης πόλεως τῷ ἀσχόλῳ ἔχοντες, ἁμαρτάνετε. *illis* etiam Tiraqu. Promull. cap. 20. *illi* Edit. Gryph. *exstat* Leid. Putean. & tredecim alii. *Et si qui quid*, Palatin. Burm.

19. *Vivere me dices.*] Lib. III. Eleg. 7.

Vivere me dices, sed sic, ut vivere nolim,
Nec mala tam longa nostra levata mora.

Ciofan. *Me dicas* pr. Edit. & duo scripti. *negabis* etiam Vatican. *sanum tamen* Excerpta Vossii, Bernens. & tres alii: quae eadem diversitas Eleg. II. 72. *negato* Vatican.

20. *Id quoque, quod vivam, munus habere Dei.*] Lib. & Eleg. V.

Denique quod vivat, munus habere Dei.

Et Elegia II. h. libri:

Quamque dedit vitam violentissima Caesaris ira,
Hanc finire infelix in loca jussa fera.

Et lib. & Elegia IV.

Ipsaque delictis victa est clementia nostris,
Nec tamen errori vita negata meo est.

Et lib. V. Elegia IIX.

Cae-

Protinus admonitus repetet mea crimina lector;
Et peragar populi publicus ore reus.
Neu, cave, defendas, quamvis mordebere dictis.
Causa patrocinio non bona pejor erit.
Invenies aliquem, qui me suspiret ademtum,
Carmina nec siccis perlegat ista genis:
Et tacitus secum, nequis malus audiat, optet,
Sit mea, lenito Caesare, poena minor.
Nos quoque, quisquis erit, ne sit miser ille, precamur,
Placatos misero qui volet esse Deos.

Quae-

Caesaris est primum munus, quod ducimus auras,
Gratia post magnos est tibi habenda Deos.
Ille dedit vitam, tu, quam dedit ille, tueris.

Lib. IV. De Ponto Eleg. V.

Vivat adhuc, vitamque tibi debere fatetur,
Quod prius à mitti Caesare munus habet.

Et Eleg. XV.

Caesaribus vitam, Sexto debere salutem.

Ciofan.

21. *Atque ita tu tacitus quaerenti plura; legendum Ne quod non opus est, forte loquare, cave.*] Sic distingue: id est, Cum dixeris me vivere, sed salvum tamen non esse, tace. si te ulterius interrogabit, cave ne verbum ullum facias de eo opere, quod legendum non est: neve illud nomines. Intelligit autem libros de Arte Amandi. Ciofan. In hoc loco exprimendo codd. mss. quorum meminit Berlmannus, secuti sumus. Nam vulgata certe lectio impedita est:

Atque ita tu tacitus quaerenti plura legendum
Ne, quae non opus est forte loquare, cave.

E qua tamen optime Ciofanus fecisse videtur,

Atque ita tu tacitus quaerenti plura, legendum
Ne quod non opus est forte loquare, cave.

Quam, faventes modo habeat codices, genuinam lectionem existimamus. Ut sit sensus, Atque ita tu, apud eum, qui plura ex te quaeret, tace. Ne opus forte, quod legendum non est, loquare. Hoc est, τὰ Ἐρωτικὰ, quorum causa haec patior, prodas. Dan. Heins. Scripti, *atque ita tu*, vel *te*. codex Barberinus praeterea, qui inter meliores est, *cautus* agnoscit. de quo mox videbimus. *tacitus* enim dici vix potest, quem loquentem inducit. & eadem vox paulo post iteratur initio concionis. deinde *cave* veteres Nostri. & plerique *quod*, pro *quae*. primae editiones, *Ne quod opus non est*. Puto,

Atque ita te cautus quaerenti plura legendum,
Ne, quod non sit opus, forte loquare, dato.

Heins. Ego putem *tacitus* esse retinendum, nam etsi loquentem induceret Poëta librum, recte tamen *tacitus* dici posset, cum illa vox saepe notet sine arbitris, sine teste. ut mox vs. 29. & Justin. I. 10. *Austoremque tam foedae lacerationis tacitus, quo proposito fecerit, edocet*, id est secreto. & XVI. 4. *Primo tacitus cum Mithridate colloquitur.* & ita ille saepe. sed non opus est eo, si legatur,

Atque ita te tacitus, quaerenti plura, legendum,
Ne quod non opus est forte loquare, dabis.

deinde, dicit, si plura quis quaerat, tu tacebis, sed dabis te legendum, ne forte loquaris, quod opus non est. id est quod nocere posset tibi & mihi, domino tuo. *quod non opus est*, πῦρ ψυχρὸν non opus est, passim veteres dixisse notum est. vide Vossium ad Just. XI. 7. *quod* vero est in omnibus fere scriptis. Burm.

23. *Admonitus.*] Nostra lingua, *messo per la strada, imbeccato, avertito.* Ciofan. *Forsitan admonitus* unus.

23. *Mea crimina.*] Libri veteres, *carmina*. placet. Ciofan. Et ita multi scripti. sed *crimina* verum est, & convenit τῷ *reus. repetas* etiam tres libri. *ut peragar* Excerpta Vossii.

24. *Populi publicus.*] Est fere alliteratio. Nam *publicus* à populo dicitur. Ciofan.

24. *Peragar reus.*] Livius lib. IV. *Vos autem, si reum perago, quid acturi estis?* Est autem *peragere reum* usque ad condemnationem prosequi. Ciofan.

25. *Mordebere.*] *Moderabere* Palatin.

26. *Causa patrocinio non bona major erit.*] *Pejor* sex scripti, argute. & paulo ante, *Neu cave defendas*, scribendum, pro *Tu*. quidam enim veterum, *Me*. alii, *Te*. Heins. Similis varietas in Ibi 418. ubi *major* & *pejor* permutantur.

27. *Invenies aliquem.*] *Invenies illic* Morell: *qui me lugebit* Putean. qui & mox *perleget*, ut & tres alii. *qui legat* Politiani & duo alii. & mox, *qui tacitus*. Bonon.

30. *Poena levis.*] *Minor* quinque veteres. ut lib. III. Eleg. VI. 24.

Mutatoque minor sit mea poena loco. Heins.

Quaeque volet, rata sint; ablataque Principis ira
Sedibus in patriis det mihi posse mori.
Ut peragas mandata, Liber, culpabere forsan;
Ingeniique minor laude ferere mei.
Judicis officium est, ut res, ita tempora rerum
Quaerere. quaesito tempore tutus eris.
Carmina proveniunt animo deducta sereno:
Nubila sunt subitis tempora nostra malis.
Carmina secessum scribentis & otia quaerunt:
Me mare, me venti, me fera jactat hiems.
Carminibus metus omnis abest: ego perditus ensem
Haesurum jugulo jam puto jamque meo.
Haec quoque quod facio, judex mirabitur aequus;
Scriptaque cum venia qualiacumque leget.

Da

31. *Ne sit miser ipse.*] *Ille* scripti. & *misero*, pro *superis*, in versu proximo. Heins.

33. *Quaecunque volet, rata sint.*] Quaecumque optabit, ex animi sui sententia contingant. Alibi, *Quae, precor, ut fiant.* & IV. Fastor. *Quae, precor, cecinere.* Ciofan. Malim, *Quae vovet, i rata sint.* vel, *ab rata sint.* Heins.

33. *Ablataque Principis ira.*] Ne dubitandum quidem est, quin Latinius sit quod in aliis legitur, *parataque principis ira.* Dan. Heins. In uno Vatic. multo melior, immo vera genuinaque est lectio: *placataque.* Probat opinionem meam eruditissimus & ingeniosissimus P. Horatius Torsellinus R. Non enim satis Latine dici puto, *auferre iram*, contra *placare.* Cic. *Ablata ira* immerito offendit Ciofanum, ut parum Latine dictum. nam *auferre* iram elegans non minus est, quam *auferre jurgium* apud Terent. & apud Virgilium, *metum auferre.* Posset tamen & *sublata* legi, vel *sedata*, vel denique *placata*, cum *placata* sit in nonnullis, quod superiori versu praecesserat. mox scribendum, *Ut peragas mandata, Liber.* dum peryges. Vulgati & latini, *peragas.* Heins. Ego *ut* pro quamvis hic, ut mihi, capio: *hoc peragas*, quae mando, culpabere tamen forte, & in te requirent ingenium deesse mihi. *Ablata ira* etiam non murem contra omnes libros, nam *placata* ex priore versu invecta. Paulo ut Virg. VI. *Auferte frivolam infelicitatis vim*, vid. Scheffer. Horat. II. Serm. VII. 43. *Auferre me vobis terrere.* ubi Schol. *desine, cessa.* pro *placabilis* etiam in libris Propert. Revii. Burm.

35. *Culpabere forsan.*] Lib. & Eleg. III.

Quaerere erat, i magis, culpare parcere, Dirce,
Et jubam saeva temperandae frena.

Et Trist. VIII. de parca loquens in re navali fuit:

Quae nisi crudelis nobis non saeva fuisset,
Illa tuae vitae summa fuisse potest.

Ciofan. *Culpabere* Bernens.

37. *Judicis officium est.*] Digressio, qua sua carmina, quae nulla animi tranquillitate, nulloque satis commodo loco scripta esse ait, excusat. Eadem utitur excusatione lib. III. Eleg. ult.

Aequus eris scriptis, quamvis cognoverit esse
Exilium tempus, barbariumque locum.

Ciofan.

39. *Carmina proveniunt.*] Haec ex Euripide sumsisse Nasonem docet Muret. IV. Var. Lect. 10. *animo dictata* Palatin.

40. *Nubila sunt subitis tempora nostra malis.*] Imo, *pectora.* quicquid libri veteres dissentiunt. *nubem animi* dicet infra Eleg. III. familiaris est ingenio librariis hic error. sic infra Eleg. VIII. *Vl.* 39. hoc libro, *pectora serena.* ubi *tempora* hactenus legebatur. *animum serenum* dixerat superiori versu. Heins. Ego contra libros nihil muto. *tempora* enim millies Cicero & alii pro statu rerum, in quo quis versatur, ponunt. vid. ad lib. IV. Met. 692. *carmina nostra* quinque libri. *tempora facta* Palatin. *fures foliis* Bernens. Burm.

42. *Fera hiems.*] Aspera tempestas. Deceptus est Merula, qui aliter accepit. Hunc enim librum in itinere scriptum esse conflat. Ciofan.

43. *Omnis abest.*] *Obest* legebat Francius. ego nihil muto. oppositio enim melius procedit vulgatae lectioni.

44. *Jamque meo.*] *Jamque meri* Palatin.

45. *Haec quoque quae facio.*] *Hoc quoque quod facio* vetustiores. Lege, *Haec quoque quod facio.* Heins. *Haec ego* Junii & Moreti.

47. *Et tot circumspice casus.*] Nil mutant libri veteres. Censeo minisonius scribendum, *circumjice.* quo verbo Tullius ac Livius non semel utuntur. Heins. Forte legendum, *circumsipice casus*, quod verbum saepe transiit culpa librariorum in *circumspicere.* vid. Heins. ad Prudent. Apoth. *Vl.* 489. & Abr. Gronov. ad Julian. XXI. 5. Burm.

49. *Se-*

Da mihi Maeoniden, & tot circumspice casus;
Ingenium tantis excidet omne malis.
Denique securus famae, Liber, ire memento;
Nec tibi sit lecto displicuisse pudor.
Non ita se nobis praebet Fortuna secundam,
Ut tibi sit ratio laudis habenda tuae.
Donec eram sospes, tituli tangebar amore;
Quaerendique mihi nominis ardor erat.
Carmina nunc si non studiumque, quod obfuit, odi,
Sit satis. ingenio sic fuga parta meo.
I tamen, i, pro me tu, cui licet, adspice Romam.
Di facerent, possem nunc meus esse liber.
Nec te, quod venias magnam peregrinus in Urbem,
Ignotum populo posse venire puta.

Ut

49. *Securus famae.*] Contemptor laudis nominisque celebritatis, famam neglige: ne tuere famam. Ciofan.

51. *Fortuna secundam.*] In prima editione erat, *feram.* forte pro *serenam* conjiciebat Heinsius; ut inf. Eleg. IV. *Vultu ridet fortuna sereno. praebet f. secunda* Palat. & *praestat* etiam duo. &, *ut mihi sit*, Bernens. Putean. & quinque alii.

53. *Donec eram sospes, tituli tangebar amore, Quaerendique mihi nominis ardor erat.*] Lib. V. Eleg. XII.

Et faecunda facit pectora laudis amor.
Nominis & famae quendam fulgore trahebar,
Dum tulit antennas aura secunda meas.

Ciofan. *Tangebar honore* Junii & tres alii. *titulis tangebar amoris* Bernens. mox, *& mihi quaerendi*, Patav.

55. *Carmina nunc simulo.*] Insimulo nunc, & accuso, ac criminor carmina. aut fingo haec esse carmina, quum non sint. quasi dicat: Non possum facere optima carmina, & tamen ea in lucem emitto tanquam bona. In aliis exemplaribus ita legitur, *Carmina nunc si non, studiumque quod obfuit, odi.* ut sit ordo: odi quod obfuit mihi, id est ingenium, si non odi carmina & studia. Merul. Vel sic: Sit satis, quod non prorsus odi carmina & studium, quod obfuit: quandoquidem ingenio meo, id est studio tali, fugam atque exilium mihi ipsi peperi. Micyll. Vetusta omnia exemplaria, *Carmina nunc si non*, habent. recte. Sensit mecum nobilissimus adolescens, Scipio Belpratus: sensit & Fulgentius Thomassitus. Carmen autem sequens in uno Vatic. ita legitur:

Sit satis ingenio quod fuga parta meo est.

Ciofan. Vir doctissimus Heumannus in supplementis Actor. Lipsi. tom. VI. sect. 2. pag. 77. legebat:

Sit satis, ingenio nec fuga parta meo.

ut sit sensus, ingenium Poëtae non esse exsilio damnatum, sed illo frui Poëtam & comitari, ut dicit lib. III. Eleg. VII. 47. Sed tunc *ingenio* in dativo casu sumendum foret. ego mallem:

Sit satis. Ingenio sit fuga parta meo.

& ita editio prima, ut omnia sint concedentis, si nunc non carmina facio, ut olim, quibus ingenium meum probabam, & quibus famam peperi, si satis, si nunc non odio prosequar illa, quae obfuerunt, & licet sit ingenio meo, id est, ingeniosis carminibus fuga parta, nunc tamen liber meus qualiscumque i Romam, quamquam non ita laudabunt te, ut olim a me composita carmina. *Si fuga* Palatin. Burm.

56. *Fuga.*] Exsilium. Eleg. sequenti, & lib. III. & Elegia. Ciofan.

57. *Tamen, & pro me ito, cui licet, adspice Romam.*] Lib. & Eleg. V.

Qui mihi flens dixit, tu, cui licet, adspice Romam,
Heu quanto melior sors tua sorte mea est.

Ciofan. *Tu tamen i pro me* Polit. Vat. & tres alii. alter Politiani, *I nunc & pro me.* Scribe, *i tamen, i pro me.* de venusto hoc loquendi modo vide quae ad Remedia Amoris noto *Vl.* 213. Heins.

58. *Di facerent, possem non meus esse liber.*] Quidam legunt, *possem nunc meus esse liber*, & fortasse rectius. Naug. Ne hic quidem dubitandum, quin altera lectio, *possem nunc meus esse liber!* magis pro venustate & genio Poëtae nostri. D. Heins. Ita est in lib. scriptis. hoc est, Utinam non esset liber meus, qui tristia & macilenta continet: utinam is liber non esses, quem ego trilis atque exsul scribo. Ciofan. Probe meliores libri magno nume-

10,

Ut titulo careas, ipso noscére colore:
Dissimulare velis; te liquet esse meum.
Clam tamen intrato; ne te mea carmina laedant.
Non sunt, ut quondam plena favoris erant.
Si quis erit, qui te, quia sis meus, esse legendum
Non putet, è gremio rejiciatque suo;
Inspice, dic, titulum. non sum praeceptor Amoris.
Quas meruit, poenas jam dedit illud opus.
Forsitan exspectes, ut in alta palatia missum
Scandere te jubeam, Caesareamque domum.
Ignoscant augusta mihi loca, Diique locorum.
Venit in hoc illà fulmen ab arce caput.
Esse quidem memini mitissima sedibus illis
Numina: sed timeo, qui nocuere, Deos.

Ter-

10, *possem nunc meus esse liber.* eleganter. quod & in suis invenerat Naugerius. Vulgati perperam, *possis non meus esse.* Heins. Recte. & ita etiam Mentel. Martial. VIII. Ep. 71.

Quem vellem fieri meus libellus.

& Noster II. Amor. 15.

Utinam fieri subito mea manus possem.

Burm.

59. *Quod venias.*] *Venies* praestiterit. Heins. *Qui venias* Bonon. & Patav. deinde, *puto*, Servii codex. forte, *putem.*

62. *Te liceat esse meum.*] Inepte in quibusdam excussis ita legitur. tu vero emenda, non modo ex veteribus, sed & ex opt. impressis libris, *te liquet.* id est, manifestum sit te esse librum meum. Cloe. *Liquet* etiam Francof. & alii nonnulli, & id recepit Dan. Heinsius.

63. *Carmina.*] *Crimina* Moreti & Fragm. Revii; quae & *laedent.* leg. Nl. *carmina quae quondam* Servii codex. *non nunc ut quondam* alius.

65. *Quod sis meus.*] *Quia sis* melliores, & recte. de quo alibi est dictum. Trist. lib. II. ex antiquis libris:

Utque suus gaudet miles, quia viderit hostem.

Heins.

67. *Rejiciatque.*] *Projiciatque* Putean. & alius. *projiciatque* Moreti. *ejiciatque* Fragm. Junian.

68. *Iterum.*] *Meum* Fragm. Rev. *dedit ille liber* Moreti.

69. *An in alta palatia.*] Lib. IV. Eleg. II. *Altaque vulgantur fortasse palatia furit.* Ciofan. *Ut in alta* Junianus. placet. sic lib. III. Artis Amatoriae 749.

scilicet expellar, ut te in convivia ducam.

Heins. Sic & Francofurtensis. Epist. XVI. 9.

si tamen exspectas, veterem quisque rebus ut addam

Juven. Sat. XI. 162.

Forsitan exspectes, ut Gaditana canoro
Incipiat prurire choro.

& ita passim. Burm.

72. *Venit in hoc illa fulmen ab arce caput.*] Causam adfert, quare non jubet librum in Palatium ascendere. lib. III. Eleg. IV.

Saevum praestaturi fulmen ab arce venit.

Ciofan.

72. *Caput.*] Καθ' ἐξοχήν. sic Elegia II.

Sin minus alta cadent obruat unda caput.

Et lib. & Elegia III.

Sed sine funeribus caput hoc, sine honore sepulchri,
Indeploratum barbara terra tegit?

Ciofan.

73. *Esse quidem memini mitissima sedibus illis Numina.*] Laudat Augustum tamquam mitem ac placabilem. sic lib. II.

Spes mihi magna subit, cum te, mitissime Princeps,
Spes mihi, respicio cum mea facta, cadit.

Lib. V. Eleg. II. ad uxorem:

Ille Deus, bene quo Romana potentia nixa est,
Saepe suo victor lenis in hoste fuit.
Quid dubitas? & tuta times? accede, rogaque:
Caesare nil ingens mitius orbis habet.

Rursus sub principium lib. II. ad Augustum ipsum:

His prece exemplis tua nunc, mitissime Caesar,
Fiat ab ingenio mollior ira meo.

Ciofan.

75. *Terretur minimo &c.*] Ex his, quae subjecit, exemplis colligit, cur Augustum omnium hominum mitissimum sibi timendum ducat. Ciofan. *Minimae* unus Heinsii.

76. *Columba Unguibus accipiter saucia facta tuis.*] Lib. & Eleg. II. de Ponto:

Asci-

Terretur minimo pennae stridore columba,
Unguibus, accipiter, saucia facta tuis.
Nec procul à stabulis audet secedere, si qua
Excussa est avidi dentibus agna lupi.
Vitaret coelum Phaëthon, si viveret; & quos
Optârat stulte, tangere nollet equos.
Me quoque, quae sensi, fateor Jovis arma timere:
Me reor infesto, cum tonat, igne peti.
Quicumque Argolicâ de classe Capharea fugit;
Semper ab Euboïcis vela retorquet aquis.
Et mea cymba, semel vastâ percussa procellâ,
Illum, quo laesa est, horret adire locum.
Ergo, care Liber, timidâ circumspice mente;
Et satis à mediâ sit tibi plebe legi.

Dum

Accipitrem metuens pennis trepidantibus ales
Audet in humanos fessa venire sinus.

Ciofan.

77. *Si quae.*] *Si qua* veteres. pro *discedere, secedere* etiam Thuaneus liber. duo alii, *decedere.* Heins.

80. *Optavit stulte.*] Ita legendum, non autem *optarat*, aut *optaret.* Ciofan.

80. *Tangere nollet.*] *Jungere* fragmentum Boxhornianum. ut Met. II. 118.

Jungere equos Titan velocibus imperat Horis.

Heins. Mihi tamen *tangere* magis placet. si viveret, expertus casum illum, jam ne tangere quidem, multo minus jungere (quod non Phaëtonti, sed Horis tribuit Ovidius) vellet equos. confirmatur vulgata ex lib. II. Met. 182.

Et jam mallet equos numquam tetigisse paternos.

Burm.

82. *Jovis.*] Augusti. Eleg. IV. ubi se cum Ulixe confert.

Cumque minor Jove sit, tumidis qui regnat in undis,
Illum Neptuni, me Jovis ira premit.

Et lib. IV. Eleg. III. ad uxorem:

Nec tibi, quod saevis ego sum Jovis ignibus ictus,
Purpureus molli fiat in ore rubor.

Quare quae Jovis propria sunt, Augusto tribuit, ut & capitis concussionem, qua universum terrarum orbem indignatus commoveat. lib. II. de Ponto & El.

Cumque serenus erit, vultusque remiserit illos,
Qui secum terras imperiumque movent.

Quo loco cùm Homerum lib. I. Iliad. imitatus est, tum se ipsum lib. I. Metamorphos.

Terrificam capitis concussit taque quatergue
Caesariem, cum qua terram, mare, sidera, movit.

Ciofan. *Qui sensi* quinque libri, & *arma cavere* Servii codex.

82. *Igne peti.*] *Premi* tres libri. male. vid. ad III. Amor. III. 37.

85. *Et mea cymba semel &c.*] Eadem Metaphora utitur Eleg. XV. IIX. lib. II. lib. III. Eleg. IV. lib. V. Eleg. II. VI. & IIX. lib. II. de Ponto, & Eleg. III. & VII. lib. IV. Elegia III. & IIX. Ciofan. *Percussa* Vatican.

87. *Ergo care, Liber, & timida.*] Redde suos numeros Nasoni, & scribe vel invitis membranis:

Ergo age, care Liber, timidâ circumspice mente.

Ergo age usitata passim Nasoni formula. infinita sunt in promtu exempla. tale illud Maronianum:

Ergo age, care pater, cervici imponere nostrae.

Combianus codex proxime verum, *Ergo, care Liber.* quod nec damno. Posset & *cauto Liber* reponi. pro *Ut satis* idem Combianus & Boxhornii fragmentum, *Non.* Forte pro *Num.* alii octo. *An* videtur *Et satis* scribendum. Heins. De *vō ergo* vidimus jam saepe, & ei adjici *age* vel *ego* vid. I. Amor. II. 49. II. VII. 1. de ultima producenda syllaba vide ad Propert. Broukh. lib. III. vs. 1. Heinsius vero induxit ea verba, quibus numquam corrupisse Nasonem tradiderat in primis curis. Burm.

88. *Ut satis in mediâ.*] In nonnullis, *Et satis in media.* Naug. Etiam hic praeferenda, quae in aliis exstat lectio, *Et satis.* quam expellit Bersmannus. Dan. Heins. *Et satis è media* Micyll. Edit. *an satis à media* Excerpt. Voss. Bernecf. & octo alii. cum Bersm. libro. *non satis* Combi & alius. *quod* unus.

Dum petit infirmis nimium sublimia pennis
Icarus, Icariis nomina fecit aquis.
Difficile est tamen, hic remis utaris an aurâ,
Dicere. consilium resque locusque dabunt.
Si poteris vacuo tradi; si cuncta videbis
Mitia; si vires fregerit ira suas;
Si quis erit, qui te dubitantem & adire timentem
Tradat, & ante tamen pauca loquatur; adi.
Luce bonâ, dominoque tuo felicior ipse
Pervenias illuc; & mala nostra leves.
Namque ea vel nemo, vel qui mihi vulnera fecit,
Solus Achilleo tollere more potest.

Tan-

38. *A media sit tibi plebe legi.*] Lib. III. Eleg. I.

Sumite plebeiae carmina nostra manus.

CIOFAN.

90. *Icariis nomine fecit aquas.*] *Icariis nomina fecit aquis* scribendum cum Moreti libro, quod & Gryphianam editionem occupavit. *aequoreas aquas* Septem vetustiores, unde Politianus, *aequoreis nomina fecit aquis.* & sic Vossianus pro diversa lectione. sed cum in uno Vaticano *signat aquas* offenderim, id pro vera amplecti lectione non dubito. Trist. lib. III. Eleg. IV.

Quid fuit, ut tutas agitaret Daedalus alas,
Icarus immensas nomine signet aquas?

quo loco etiam *fecit* in multis veterum. & pro *immensas*, in tribus, *aequoreas*. in quatuor, *Icarias*. Ep. Paridis:

Nec qui Myrtoas crimine signet aquas.

HEINS. Prima correctio optima est. ita enim saepe tamquam ex formula Ovidius. lib. III. Fast. 870.

Quae de se nomina fecit aquae,

IV. 284.

Vastae nomina fecit aquae.

Met. VII. 381.

Stagnumque suo de nomine fecit.

XIV. 615.

——— *in Tusci demersus fluminis undis*
Nomina fecit aquae.

XIII. 617.

Protulit illius fabitis nomen fecit auctor.

VI. Fast. 561.

Tum sibi Callaicus Brutus cognomen ab hoste
Fecit.

Auson. Epist. XIV.

Audax Icaris qui fecit nomina Ponto.

Graeces etiam ἴσχειν κτείνειν, sed paullum alio sensu, dicere docuit Muret. VII. Var. Lect. cap. 16. BURM.

91. *Remis utaris an aura.*] Lib. II. de Ponto Eleg. VI. eadem, quae à navi est, utitur metaphora: *remo tamen utar & aura.* CIOFAN. *Hinc remis* octo meliores. quidam etiam, *in aurâ*, ut Pont. lib. II. Eleg. VI. ex antiquis exemplaribus, *remo tamen utor in aurâ.* sed hic aliud vult Noster. *an ala* codex Petri Servii, quo me donavit. Scribe:

Difficile est, remis tamen hic utaris an ala
Dicere.

ala pro *velo*. sic apud Virgil. *Velorum pandimus alas.* & apud Claudianum, *Scissis velorum debilis alis*, de navi. HEINS. Dubito, an *ala* simpliciter pro velo dici posset, cum semper addant poëtae, *velorum alas*; & vulgata lectio, *remis utar an aura*, sit satis elegans. Epist. XVI. 330.

Jam facient celeres remus & aura vias.

ita passim, *velis remisque currere*, quod *gemina ope currere* dixit Noster III. Met. 663. quod autem *ala* hic pro *aura* suppositurit librarius, non novum est; ita enim & variant codices inst. Eleg. III. 119. BURM.

92. *Consilium resque locusque dabunt.*] Lib. I. Amor. Eleg. IV.

Consilium nobis resque locusque dabunt.

CIOFAN.

94. *Si vires fregerit ira suas.*] Lib. II. de sua familia:

Atque ea sic lapsa est, ut surgere, si modo liceat
Ematuruerit Caesaris ira, queat.

Et lib. III. Elegia IIX.

Forsitan hic olim, cum jam satiaverit iram,
Tutae quoque sollicita mente rogandus erit.

CIOFAN.

96. *Pauca loquatur.*] Terentius in Andria: *Petit te volo.* CIOFAN. Etiam hic aliquid, quod ar-

Tantum ne noceas, dum vis prodesse, videto.
Nam spes est animi nostra timore minor.
Quaeque quiescebat, ne mota refaeviat ira,
Et poenae tu sis altera causa, cave.
Cum tamen in nostrum fueris penetrale receptus,
Contigerisque tuam, cornia curva, domum;
Adspicies illic positos ex ordine fratres,
Quos studium cunctos evigilavit idem.
Cetera turba palam titulos ostendet apertos;
Et sua detectâ nomina fronte geret.
Tres procul obscurâ latitantes parte videbis.
Hi quoque, quod nemo nescit, amare docent.

Hos

res elegantes offendat. neque plane satisfacit, quod è suis codd. expressit Bersmannus, *& ante tamen pauca locutus.* quamvis hoc à vera lectione abiit propius. Quae fortasse est:

Si quis erit, qui te, dubitantem & adire timentem,
Tradat (at ante tamen pauca locutus) adi.

ante pauca locutus πτελεσμόσως. modo paucis ante verbis iram mitiget Caesaris, ac viam ad Principem offensum tibi sternat. D. HEINS. *At ante tamen pauca locutus, adi.* vel *loquatur* per parenthesin. mox *felicior ipse* cum melioribus. HEINS. *Ut ante tamen* volebat Francius. *adire volentem* etiam Jan. Leidens. Bernens. & quinque alii.

97. *Felicior ipse.*] *Ipse* Servii, Moreti & tres alii.

100. *Tollere.*] *Pellere* Combii codex. vid. ad Remed. 115.

101. *Videto.*] Animadvertito. Nostra lingua, *Fa che consideri.* CIOFAN. *Cavato* duo. *memento* plurimi.

102. *Nam spes est animi nostra timore minor.*] *Animo* multi veteres. an, *magno timore?* HEINS. Conjecerat &, *spes exanimi.* vel, *spes est omni. animo* Merula legit.

103. *Quaeque quiescebat, ne mota refaeviat ira, Et poenae &c.*] Lib. & Eleg. IV.

Neve retractando nondum coëuntia rumpe
Vulnera, vix illis proderit ipsa quies.

Unde proverbium, *Obducta cicatrix non est refricanda.* In ibm etiam tale quippiam:

Vulneraque immitis requiem quaerentia vexat.

CIOFAN.

104. *Et poenae tu sis.*] *Ne sis* Fragm. Revii, Bernensis & octo alii cum prima editione. *altera caussa meae* Vossian. Excerpta.

105. *In nostrum penetrale.*] Olim volebat Heinsius, *in notum*, non male. vid. ad Met. VII. 576. *vestrum* Vatic. & Barberin.

106. *Cornia curva.*] Lib. Aldinus & Vatic. *parva.* CIOFAN. *Curva* libri meliores magna ex parte. Placebat olim reponi, *curta*. de qua voce copiose egimus ad Fastos II. 408. nunc nil muto. HEINS.

107. *Fratres.*] Libros. Hunc autem locum exposui in meis in Metamorphesin observationibus sub finem lib. VI. CIOFAN.

109. *Cetera turba palam titulos ostendet apertos, Et sua detecta nomina fronte geret: Tres procul obscura &c.*] Lib. III. Eleg. I.

Quaerebam fratres, exceptis scilicet illis,
Quos suus optarat non genuisse pater.

Et XIV. ad amicum, ut libros tueatur suos:

Saepe per extremas profugus pater exsulat oras,
Urbe tamen natis exsulis esse licet.
Palladis exemplo de me sine matre creata
Carmina sunt, fiunt haec progenies mea.
Hanc tibi commendo, quae quo magis orba parente
est,
Hoc tibi tutori sarcina major erit.
Tres mihi sunt nati contagia nostra secuti,
Cetera sic omnes sit tibi turba palam,
Sunt quoque mirandae ter quinque volumina formae,
Carmina de domini funere rapta sui.
Illud opus potuit, si non prius ipse perissem,
Certius à summa nomen habere manu.
Nunc incorrectum populi pervenit in ora,
In populi quidquam si tamen ore manet est.

CIOFAN. *Ostendet* Vatic. & sex alii meliores. Idem cum opt. Palat. aliisque quatuor, *gerit*, pro *geret*, sequenti versu. duo, *gerunt*. unus, *gerent*. HEINS. *Ferent* Leidens. *Feret* Junian.

112. *Hi quoque, quod nemo nescit, amare docent.*]

Hos tu vel fugias, vel, si satis oris habebis,
Oedipodas facito Telegonosque voces.
Deque tribus, moneo, si quae tibi cura parentis,
Ne quemquam, quamvis ipse docebit, ames.
Sunt quoque mutatae ter quinque volumina formae,
Nuper ab exequiis carmina rapta meis:
His mando dicas, inter mutata referri
Fortunae vultum corpora posse meae.

Nam-

sent.] Tanaquillus Faber ad Lucretii librum quartum pag. 459. corrigendum censet:

Hos, qui, quod nemo nescit, amare docent.

Heins. Placent ejus auribus, nostrae magis vulgata capiuntur. praeterea sententiam hanc Ovidii esse putat; qui docent amare, quod cunctis fere magistrorum opera noverunt. quod non puto. sed detestatur librum suum, ut fugiat fratres suos, nec illos, qui, ut omnes norunt, amare docent, amet, ut mox apertius declarat. haesit Faber in vocula illa *quoque*. quasi inferret etiam alios artem amandi docere. in uno Moreti erat, *Hi tres, quod &c.* in Servii, *Hi qui*, quod Fabri emendationi favere posset. forte scripserit Naso:

Hic (vel sic) quoque, quod nemo nescit, amare docent.

licet latitent obscura parte, & velint notitiam hominum effugere, tamen omnes norunt illos docere artem amatoriam, quia fuere causa exilii mei, quae omnibus nota est. de illis particulis *sic quoque* vid. ad III. Art. 265. ubi *sic* & *hic*, *haec* &c. communari docuimus. Burm.

113. *Hos tu.*] Malo, *quos*. Heins.

114. *Telegonosque voces.*] Similes Telegoni, ac per hoc parricidas. Telegonus autem Ulixis ex Circe filius fuit, qui cum adolevisset, & patrem videndi ac cognoscendi mire studio esset accensus, Ithacam, quo ille jam reverterat, petens, à matre jaculum, in quo Paltinacae marinae spina fixa erat, ne inermis proficisceretur, accepit. Cum vero Ithacam pervenisset, ibique sui patris pecudum praedam faceret, Ulixem, qui eo accurrit, ut damnum repararet, illo jaculo infelix interfecit. Hoc ita narrat Scholiastes Homeri in Odyssea A. Aliter Eustathius ibidem, qui Oppianum auctorem laudat; cujus carmina Latinitate donata hic ponere non me taedet; eaque, ut res magis intelligatur, ex alto repetam:

Nascitur extrema cauda penetrabile telum
Trygoni, quae telo vivit, terumque venenum:
Non vivum quidquam, non quidquam morte prementem
Trygones, Gladiique vorant, ni spicula figant
Antea, purpureo laniatque cadavera telo.
Cum Gladii gelidos dissolvit spiritus artus,
Corruptus subito languet fortissimus ensis,
Cum domino pereunt vires, telumque relinquunt.
Nil tam pestiferum, saevo nil vulnere majus,
Trygonis quaecunque viri mavortia tela
Sunt fabrefacta manu, vel dura incude polita
Spicula, quae à Persis nigro sunt tincta veneno:
Nec tales faciunt plagas, nec vulnera tanta,
Trygonis vivae quantum est horrenda sagitta.
Est nobis audire timor, vel dicere versu.
Indomitas servat vires Trygone perempta,
Invictumque tenet robur, non corpora solum
Mortalis capiit ipsa lues, sed saxa peredit.
Et virides laetis ramos, si comminus illos
Attigerit, pereunt plantae ramique virentes,
Gramina vere novo contacta labe necantur,
Arboreique cadunt auctumni tempore foetus,
Si radix saevo fuerit mucrone notata:
At primo virides labuntur stipite frondes,
Siccatur truncus, flaii & velut aegra labascit
Arbor, corrupti languent cum robore rami.
In jaculo mater donavit Daedala Circe
Telegono nato telum, ut prosterneret hostis.
Ille Ithacae appulsus magni genitoris abegit
Armenta, & clarum belli virtute parentem
Latifero incautus misit mucrone sub Orcum:
(Hunc quaerens Ithacae lustrabat pascua laeta)
Emensum terra, & mille pericula ponti,
Et passum duros longo sub Marte labores,
Et multa expertum Trigon maclavit Ulixem;
Atque ducem solo prostravit vulnere tantum.

Quibus ex locis distichon illud ex eruditissimo poëmate, quod Ibis inscribitur, *Vs.* 567. facillime intelligetur:

Ossibus inque tuis teli genus haereat illud,
Traditur Icarii quo cecidisse gener.

Vulnus autem ex ejusdem Paltinacae aculeo medicinam nullam, praeter Achillis hastam reperire, lib. I. cap. 58. de Animalium Hist. scribit Aelianus. Hujus etiam Telegoni, qui, interfecto patre, in Italiam reversus Tusculum condidit, meminit Ovidius ipse lib. IV. Fast. sub principium, & lib. III. de Ponto Elegia 1. ubi ita est de Circe loquens:

Telegonive parens vertendis nata figuris.

Me-

Namque ea dissimilis subito est effecta priori:
Flendaque nunc, aliquo tempore laeta fuit.
Plura quidem mandare tibi, si quaeris, habebam;
Sed vereor tardae caussa fuisse morae.
Quod si, quae subeunt, tecum, Liber, omnia ferres;
Sarcina laturo magna futurus eras.
Longa via est: propera. nobis habitabitur orbis
Ultimus; à terrâ terra remota meâ.

ELE-

Meminit & Horatius lib. III. Carminum Oda XXIX. Propertius lib. II. Eleg. XXXI. Hygious cap. CXXVII. & Euripides in Rheso sub finem. Memorat praeterea hujus nominis Telegoni duos alios Apollodorus. Clofan. Pro *Telegonas*, quod nihili est, cum melioribus repone, *Telegonos*. *Telegoniam* Cinaethon Poëta Lacedaemonius sub Olympiadem quintam conscripsit, quo gesta Telegoni & errores videtur complexus. Laudatur & Opetia ejusdem, poëma rerum Orestae, ut opinor, complexum. *Telegonos* & *Oedipodas* pro parricidis ponit. Notum illud Horatianum de Tusculo:

Telegoni juga parricidae.

scripsit & Telegoniam Eugamon Cyrenaeus sub Olympiadem LIII. utriusque poëtae meminit Eusebius in Chronico. Eugamonis tamen non meminere, qui veterum poëtarum vitas conscripsere. Heins.

115. *Si qua est tibi cura.*] *Si quas tibi cura* cum tribus scriptis. quod mollius. Heins. *Si sit tibi cura* Bernens. *cura precantis* Lovanien.

115. *Parentis.*] Mei Ovidii. Metaphora ab homine, qui filios gignit. Clofan.

117. *Sunt quoque mutatae ter quinque volumina formae, Nuper ab exequiis carmina rapta meis.*] Metamorphoseos opus, in quindecim libros digestum, significat, quod exilii praeventu emendare non potuit: immo vero in ignem conjecit. Elegia VI. hujus libri:

Grata tua est pietas, sed carmina major imago
Sunt mea, quae mando qualiacunque legas;
Carmina mutatas hominum dicentia formas,
Infelix domini quod fuga rupit opus.
Haec ego discedens, sicut bona multa meorum,
Ipse mea posui maestus in igne manu.

Lib. II. ad Augustum:

Inspice majus opus, quod adhuc sine fine reliqui,
In non credendos corpora versa modos.

Et mox:

Dictaque sunt nobis, quamvis manus ultima coepto
Defuit, in facies corpora versa novas.

Et lib. III. Eleg. XIV. quem quidem locum paulo superius adduxi. Clofan.

118. *Nuper ab exequiis carmina rapta meis.*] Sic Eleg. VI. hujus libri:

Sed quasi de domini funere rapta sui.

Clofan.

120. *Fortunae.*] *Fortunae vultum posse referre meae* Bernens.

121. *Namque ea.*] *Nam quae* Hamburg. mox, *grata fuit*, Leidens. & duo alii.

122. *Aliquo tempore.*] Olim, quondam. dixit enim, *Flendaque nunc.* Clofan.

124. *Tardae causa morae.*] *Tardae viae* Polit. Vat. & Rottendorph. paulo ante malim, *alio tempore*, quam *aliquo*. Heins. Contra mox *Vs.* 127. *longa mora est* Bernens.

125. *Sed si quae subeunt tecum, Liber, omnia ferres, Sarcina laturo magna futurus eras.*] Magnum profecto onus es, qui te ferendum capiet, impositurus eras, si, quae mihi in mentem veniunt omnia, tecum ferres. Clofan. *Quod si* cum uno Medic. & Hafniensi. mox pro *laturo* opt. Vatic. Polit. Palat. & quatuor alii, *latori*. nescio an satis Latine pro Augusti saeculo. Sueton. tamen in Caligula *latorem* pro tabellario dixit. Heins. *Et si quae* multi editi & scripti.

127. *Nobis habitabitur orbis Ultimus.*] Nondum enim in Scythiam pervenerat. *Orbis ultimus*, paene ultimus. lib. III. Eleg. IV.

Ulterius nil est, nisi non habitabile frigus:
Heu quam vicina est ultima terra mihi.

Et Elegia III.

Aegre in extremis ignoti partibus orbis,
Inertesque meae paene salutis eram.

Lib. II. ad Augustum:

Haec est Ausonio sub jure novissima, vixque
Haesit in imperii margine terra tui.

Lib. V. Elegia II.

Barbara me tellus orbisque novissima magni
Sustinet, & saevo cinctus ab hoste locus.

Lib. IV. Elegia IX.

Sim licet extremum, sicut sum, missus in orbem.

Clofan.

128. *A terrâterra remota meâ.*] *Tua est* liber Servii. Lege, *à terrâ tuâ*. quo tu properas. nisi *tò patria* excidit. *à patriâ terra remota meâ*. quod verum puto. nam suam terram Pontum vocat alibi non semel. Heins. Zinzerl. Promul. cap. II. *Mea est*, & ita Bernensis & plures alii.

ELEGIA II.

Di maris & coeli, (quid enim nisi vota supersunt?)
Solvere quassatae parcite membra ratis:
Neve, precor, magni subscribite Caesaris irae.
Saepe, premente Deo, fert Deus alter opem.
Mulciber in Trojam, pro Trojâ stabat Apollo:
Aequa Venus Teucris, Pallas iniqua, fuit.
Oderat Aenean propior Saturnia Turno;
Ille tamen Veneris numine tutus erat.
Saepe ferox cautum petiit Neptunus Ulixem:
Eripuit patruo saepe Minerva suo.
Et nobis aliquod, quamvis distamus ab illis,
Quid vetat irato numen adesse Deo?
Verba miser frustra non proficientia perdo:
Ipsa graves spargunt ora loquentis aquae.

Ter-

1. *Di maris & caeli, quid enim nisi vota supersunt.*] Solent homines, ubi spe se destitutos esse vident, ad Deos atque ad vota confugere, & ad coelum manus tollere. Ideque fecisse Ovidium saeva actum tempestate manifesto hic apparet. Sic lib. XI. Metamorph. de Ceycis naufragio:

—— *hic votis manum adorat,*
Erectisque ad coelum, quod non videt, irrita tollit.

mox in hac ipsa Elegia:

Pro superi, viridesque Dei, quibus aequora curae,
Ventaque jam vestras sistite turba minas.

CIOFAN.

1. *Quid enim nisi vota supersunt.*] Rarior confructio pro *superest*; sed non sine exemplo esse docuimus ad lib. XIV. Met. 356. *superfunt* Lovan. BURM.

3. *Mulciber.*] *Vide* Servii.

3. *Aequa.*] Magnae Junian. & duodecim alii. & ita Colph. & nunc Edit. *fubfidite* olim Barberin. *succumbite* Combii. *subscribere iram* Moreti. elegans vero alias vocis *subscribere*, pro confirmare, ratum habere, illustrari potest illis, quae modo summus Cuperus in Manilii Poeninae Veteris pag. 453. fic. saepe usurpat hoc vocabulo Manilius de Astris, lib. II. 854.

Talibus hellum subscribitur astris.

lib. 834.

Utque adversis subscribant viribus astra.

& alibi. BURM.

5. *Mulciber.*] *Jupiter* Junianus & unus Regius. fruftra: Jupiter enim medius & arbiter hujus rixae & factionis coelestis sedebat. sed Vulcanum infestum Trojanis fuisse propter occisum Achillem lepide Lucianus in Dialogis Deorum Marinorum, Xanthi & Maris, ostendit. *Mulciber* quatuor scripsi, ut saepe alias. BURM.

6. *Aequa Venus Teucris.*] Lib. IV. Fast.

Pro Troja, Romane, tua Venus arma feribat.

CIOFAN.

7. *Propior Saturnia Turno.*] Id est magis favens, ejus tutelam & curam gerens. ut ita apud Plautum Mostel. II. I. *Plumbum haud interest patronus an alius propior Sit homini.* legendum & explicandum esse docuit Gron. I. Observ. 24. & ita *adesse* mox 56. 12. quod passim de patronis dici norum est. BURM.

8. *Veneris numine.*] Alii, *munere.* HEINS. *Ille quidem* Fragm. Revii.

9. *Saepe ferox cautum petiit Neptunus Ulixem, Eripuit patruo saepe Minerva suo.*] Elegia IV. de Ulixe & Minerva:

Bellatrix illi Diva ferebat opem:
Cumque minor Jove sit, tumidis qui regnat in undis,
Illum Neptuni, me Jovis ira premit.

CIOFAN. *Casta Minerva* unus.

10. *Irato deo.*] Augusto. Infra, *Placato possim non miser esse Deo.* CIOF.

11. *Proficientia perdo.*] *Prodo* Junianus & multi alii: fruftra. vid. Epist. VII. 6.

12. *Quis vetat.*] *Quid vetat* cum Thuano & Berlmanni codice. Vide Notas ad Epist. Ariadnes. HEINS. *Quis vetet* Vatic. *quis neget* alius. praecedenti versu, *nobis aliquid*, Bernf. Junian. & Moreti. *distamus* alius. *ab illo* Bernens.

15. *Jactat mea verba.*] *Dicta* cum Polit. & octo aliis: nam *et verba* praecesserat. HEINS. Codex Voffii, *jactat mea vota precesque.* ut saepe *vota* & *preces* junguntur. & tunc mox cum omnibus fere scriptis legendum, *verbaque nostra ferunt.* ut Epist. II. 25.

Demophoon ventis & verba & vela dedisti.

& VIII. Met. 134.

—— —— *inania venti*
Verba ferunt, idemque tuas, ingrate, carinas,

& alibi. pollet & legi cum Juniano & alio:

Jactat mea vela, precesque &c.

quod conveniret sequentibus, *velaque & vota* BURM.

19. *Me miserum, quanti montes volvuntur aquarum!*] Hyperbole, Elegia III.

Monte nec inferior prorae, puppique recurvae
Insilit, & pictos verberat unda Deos.

Et Elegia X.

Inque modum tumuli concava surgit aqua.

CIOFAN.

19. *Volvuntur.*] Ut respondeat sequenti *subsidunt*, mallem hic, *tolluntur*, sed non addicunt manuscripti codices. BURM.

21. *Quantae diductae.*] Unus Vatic. & Maffei, *deductae*, per *e.* CIOF. *Deducto* vel *diducto* plurimi scripti. editi fere omnes, *diducto*, & recte. *diductae* Moreti. credo librarios in notis Ciofani erraffe. *aequore puppes* Leidens.

23. *Quocumque aspicis.*] Buffidianus & Combii, *aspicies.* Scribe, *Quocunque aspicias.* Pont. lib. I. Eleg. IV.

Quocunque aspicias, campi cultore carentes,
Vastaque, quae nemo vindicat, arva jacent.

15 Terribilisque Notus jactat mea dicta; precesque,
Ad quos mittuntur, non sinit ire Deos.
Ergo idem venti, ne caussa laedar in unâ,
Velaque nescio quo, votaque nostra ferunt?
Me miserum, quanti montes volvuntur aquarum!
20 Jam jam tacturos sidera summa putes.
Quantae diducto subsidunt aequore valles!
Jam jam tacturas Tartara nigra putes.
Quocumque adspicias, nihil est nisi pontus & aër,
Fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax.
25 Inter utrumque fremunt immani turbine venti.
Nescit, cui domino pareat, unda maris.
Nam modo purpureo vires capit Eurus ab ortu:
Nunc Zephyrus sero vespere missus adest:

Nunc

infra Eleg. III:

Quocunque aspicerem, luctus gemitusque sonabant.

& Eleg. X.

Quocunque aspicias, nihil est nisi mortis imago.

ut ibi legendum credimus. *aër* etiam pro *aethere* plerique. & *tumidis*, pro *tumidus*, sequenti versu Polit. Palat. Hamburg. & quatuor alii. HEINS. *Tumidus* nobis magis arridet, quia ita elegantior est oppositio. aër minax nubibus, pontus tumidus fluctibus. *Hic* vero ad remotius *pontus* referendum. ut saepe solent veteres. BURM.

23. *Pontus & aër.*] Ita legendum è bonis exemplaribus scriptis. CIOFAN.

25. *Fremunt immani murmure venti.*] *Turbine* duodecim veteres. ut apud Virgilium Aeneid. VI.

—— *praecipitemque immani turbine adegit,*

in Catalectis Pithoei pag. 178. Carmine de ventis legendum:

Hinc saevus Boreas glaciali turbine mugit.

vulgo, *lasvus*, & *mulgit.* HEINS. *Immania murmura* Servii. hinc vero Lucanus videtur sua hausisse lib. V. 602.

Et dubium pendet, vento cui concidat, aequor.

ubi, *cui pareat*, legendum, esse docuit Broukh. ad Tibul. I. X. 9. BURM.

27. *Nam modo purpureo vires capit Eurus ab ortu, Nunc Zephyrus sero vespere missus adest: Nunc gelidus &c.*] Quattuor cardinales, ut Vitruvius loquitur, ventos optime eruditissimeque describit. & in Ibin:

Parique eadem coeli Zephyrus emittat & Eurus:
Et tepidus gelido flabit ab axe Notus.

Mari-

Nunc gelidus ſiccâ Boreas bacchatur ab Arcto:
Nunc Notus adverſâ proelia fronte gerit.
Rector in incerto eſt: nec quid fugiatve petatve
Invenit. ambiguis ars ſtupet ipſa malis.
Scilicet occidimus, nec ſpes, niſi vana, ſalutis:
Dumque loquor, vultus obruit unda meos.
Opprimet hanc animam fluctus: fruſtraque precanti
Ore necaturas accipiemus aquas.
At pia nil aliud quam me dolet exule conjux:
Hoc unum noſtri ſcitque gemitque mali.
Neſcit in immenſo jactari corpora ponto:
Neſcit agi ventis: neſcit adeſſe necem.
Di bene, quod non ſum mecum conſcendere paſſus:
Ne mihi mors miſero bis patienda foret!

At

Manilius lib. IV.

Aſper ab axe ruit Boreas: fugit Eurus ab ortu;
Auſter amat medium ſolem; Zephyrusque profundam.

Ciofan. In uno Vaticano erat, *vires rapit.* elegantcr.

28. *Sero veſpere.*] *Sacro v.* Junian.

29. *Sicca Arcto.*] Id eſt, *aequoris experte*, ut alibi loquitur. vel revera ſicca. ut *ſiccos Aquilones* dixit lib. III. Eleg. X. Manilius lib. I.

Alter ab exceſſo decurrens limes Olympo
Suſpenſis candam, ſiccas & dividit Arctos.

tres tantum antiqui, *Scythica Arcto*, quomodo apud Sidonium Panegyrico Aviti:

—— *Scythica nutriſte ſub Arcto*
Qui furis, & caeſo tantum qui fidis inermi.

Heins.

30. *Adverſa fronte.*] E regione Boreae. Ciof. *Averſa* Lovan. *adverſa mente* Pucan. alter.

31. *Rector.*] Navis. ſic loquitur M. Tullius. Ciofan.

31. *In incerto eſt, nec quid fugiatve petatve invenit, ambiguis ars ſtupet ipſa malis.*] Elegia III.

Navita confeſſis gelidum pallere timorem,
Jam ſequitur victus, non regit arte ratem.

Et Elegia X.

Ipſe gubernator, tollens ad ſidera palmas,
Expoſcit votis immemor artis opem.

Et lib. XI. Metamorphoſeos:

Ipſe parat, nec ſe, quis ſit ſtatus, ipſa fatetur
Scire ratis rector, nec quid jubeatve, videre.

Ubi bene ipſum quoque locum & alia contulimus, quae poſſes conſulere. Ad horum alterum locum reſpexiſſe videtur Lucanus lib. V.

Artis opem vicere meae, naviſque magiſter
Cygnum frangat, cui cedat aquae.

Perſimilis locus eſt & lib. III. Faſtorum:

Aſſiliunt fluctus: imoque à gurgite pontus
Vertitur: & canas alveus haurit aquas.
Vincitur ars vento: nec jam moderator habenis
Utitur: at votis is quoque poſcit opem.

Ciofan.

32. *Ars ſtupet.*] *Mens ſtupet* Lovanienſis. an legendum, *mens ſtupet ictta malis.* ut II. Faſt. 818. *Quove ſit icta malo.* Gerardus Mauritius Hiſtor. Dominorum de Romano pag. 2. habet, *Ambiguis obſtupet ipſe malis.* ſed *ars* non moverem. Senec. Agam. 3007.

Nil ratio & uſus audet. ars ceſſit malis.

Burm.

33. *Nec ſpes eſt ulla ſalutis.*] *Nec ſpes, niſi vana, ſalutis* Combianus liber, multo numeroſius. Legebam aliquando, *nec ſpes ſuper ulla ſalutis eſt.* Heins.

37. *At pia.*] *At mea* Fragm. Revii.

38. *Scitque gemitque.*] *Fletque* Regius liber. Heins.

39. *Jactari corpora.*] Lib. III. Eleg. II. *Dum tamen, & venti dubius jactabar, & undis.* Ciof.

41. *O bene, quod non ſum mecum conſcendere paſſus!*] Elegia, quae proxime ſequitur, de uxore:

Accedam profugae ſarcina parva rati:
Te jubet à patria diſcedere Caeſaris ira,
Me pietas, pietas haec mihi Caeſar erit.
Talia tentabat, ſunt tentaverat ante,
Vixque dedit victus utiliate manus.

Ciofan. *Di bene* octo aut novem ex melioribus. ita Statius, Claudianus, Auſonius, alii. quomodo & *Di meliora*, & *Di meliora.* Heins. *O bene* Heinſius ipſe ad lib. II. Art. 605. Simpliciter *bene* habet Quinct. Decl. XV. 1. *Bene, quod & terribilis & minax eſt pauper.* & *bene quidem*, Decl. II. 13. *Bene quidem, quod neſcit juvenis.* & ita paſſim alii. *O bene quod non ſum navem c. paſſus* Bernenſ.

At nunc, ut peream, quoniam caret illa periclo,
Dimidiâ certe parte ſuperſtes ero.
Hei mihi, quam celeri micuerunt nubila flammâ!
Quantus ab aetherio perſonat axe fragor!
Nec levius tabulae laterum feriuntur ab undis,
Quam grave baliſtae moenia pulſat onus.
Qui venit hic fluctus, fluctus ſupereminet omnes:
Poſterior nono eſt, undecimoque prior.
Nec letum timeo: genus eſt miſerabile leti.
Demite naufragium; mors mihi munus erit.
Eſt aliquid, fatove ſuo ferrove cadentem
In ſolidâ moriens ponere corpus humo:
Et mandare ſuis aliquid, ſperare ſepulcra,
Et non aequoreis piſcibus eſſe cibum.

Fin-

42. *At nunc, ut peream, quoniam caret illa periclo, Dimidia certe parte ſuperſtes ero.*] Quamvis naufragio mihi vita adimatur, incolumi mea uxore vivere mihi quidem videbor. Ciof.

45. *Hei mihi.*] Unus Vatic. *Et* ſine adſpiratione. recte: deducitur enim ab ejulandi verbo. Vide quae notavi in Eleg. II. lib. I. de Ponto. Ciof. *Heu* alii.

45. *Nubila.*] *Sidera* quatuor. *lumina* unus. *fulgura* codex Bernenſ. & Medonii: quod praeferrem; niſi cum Excerptis Voſſianis praeſtat legere, *rubuerunt nubila.*

46. *Quantus ab aetherio perſonat axe fragor.*] Lib. III. Faſt.

Et gravis aetherio venit ab axe fragor.

Ciofan.

48. *Baliſtae.*] Erat Baliſta genus tormenti, qua veteres in jaciendis faxis, dum oppugnarent, utebantur. Seneca in Hippolyto:

Nec torta clauſas fregerat ſaxo gravi
Baliſta portas.

Ciofan.

49. *Qui venit hinc fluctus, fluctus ſupereminet omnes.*] Lib. veteres, *Qui venit hic*, ſequor. Ciof. *Hinc* volebat Francius; ut erat in Servii codice.

50. *Poſterior nono eſt, undecimoque prior.*] Non poterat prudentiſſis decimum numerum ſignificare. ita ut qui ejuſmodi proferunt ſententias, ſummo peraeque ingenio praediti ſint oportet. De decumano fluctu plura doctiſſimus Politianus in Miſcellaneis, & nos lib. XII. in Metam. obſervationibus. Ciof. Vid. ad Val. Flac. II. 54.

51. *Nec letum timeo.*] Quidam lib. *Non letum.* paulo ſuavius. Ciofan. *Nec letum* ſcripti. Heins.

51. *Genus eſt miſerabile.*] Scaligerum legiſſe, *genus aſt*, notavit Heinſius.

52. *Mors mihi munus erit.*] Seneca in Agamemnone:

Mors mihi erit ſecuritas.

Ciofan.

53. *Eſt aliquid, fatoque ſuo ferroque cadentem in ſolida morientem ponere corpus humo.*] Praeclarum eſt & morte ſua obire, & gladio interfici, commodo in ſtabili ac firma terra cadaver ponatur. Ciofan. *Cadenti* duo vetercs. Forte, *cadentis.* Reliqui fere, *cadendum*, pro *cadentum.* Mortui enim non ponunt ſe in terra, ſed ponuntur. Lege etiam, *fatove ſuo ferrove*, quae eo ſpectant, ut mortem ſpontaneam à violentâ diſtinguat. Sequenti verſu in plurimis, *ſolita humo*, pro *ſolida.* hoc eſt, quod Triſtium lib. III. Eleg. IV. dicit, *taſſam naſcenti humum.*

Et cinis in tumulo poſitus jaceſſet avito,
Taſſaque naſcenti corpus haberet humus.

Virgil. Aen. IX.

Sit qui me raptum pugna pretiove redemtum
Mandet humo ſolita; aut, ſi qua id fors vetuerit,
Abſenti ferat inferias, decorique ſepulcro.

ſed & altera ſcriptura optime ſe habet. ut *ſolidam tellurem* dixeris, reſpectu maris. Statius Prepemptico Metii Celeris:

Quis rude & abſciſſum miſeris animantibus aequor
Fecit iter? ſolidaeque pios tellaris alumnos
Expulit in fluctus, pelagoque immiſit hiantes?

& Epicedio Glauciae:

—— *abeunt muſtesque diesque*
Aſtraque, nec ſolidis prodeſt ſua matelina terris.

Heins. Recte correxit priores curas vir illuſtris, non enim

Fingite me dignum tali nece: non ego solus
Hic vehor. immeritos cur mea poena trahit?
Prò Superi viridesque Dei, quibus aequora curae!
Utraque jam vestras fiflite turba minas.
Quamque dedit vitam mitiffima Caesaris ira,
Hanc finite infelix in loca jussa feram.
Si, quam promerui, poenam me pendere vultis;
Culpa mea est, ipso judice, morte minor.
Mittere me Stygias si jam voluisset ad undas
Caesar; in hoc vestrâ non eguisset ope.
Est illi nostri non invidiosa cruoris
Copia: quodque dedit, cum volet, ipse feret.
Vos modo, quos nullo certe puto crimine laesos,
Contenti nostris, Di, precor, este malis.

Nec

enim hic tam sollicitus erat Naso de morte in patria obeunda, quam ut, modo naufragio vitato, ubicumque in terram obiret; etiam in Scythica, vide Pl. 62. & qui terra cadunt, id est bello, plerumque extra patriam mortem obeunt. *solida* vero *terra* passim Poëtae dicunt. vid. II. Fast. 638 III. 442. VI. 404. & *solidus cruis* I. Metam. 31. Burm.

53. *Et mandare fuis alienâ & sperare sepulchrum.*] Scripti fere omnes, *aliquid sperare*. vel, *aliquid & sperare*. tres, *aliquod*. Combianus, *aliquo*. Unus Vaticanus, *aliqua sperare sepulcra*. Scribe,

Et mandata fuis aliquid sperare sepulcra.

ita & numeri, qui duriores erant, constabunt versus, & sensus. *mandata sepulcra* ut Fastor. lib. v. 637.

Illiusque karissi mandati cura sepulchri.

Martialis lib. I. Epig. LXXVII.

Cum mihi supremos Lachesis pervenerit annos,
Non aliter cineres mandet ipsa meos.

Heins. Metuo ut nimis audax sit emendatio, cum sine copula recte procedat versus:

Et mandare fuis aliquid, sperare sepulchra.

Et non spe. Mandabant enim non tantum sepulchra, sed alia supremis vocibus. vel posset legi:

Et aliquid mandare fuis, sperare sepulchrum.

ut mandare absolute ponatur. ita Justin. lib. XXIV. 2. licet alio sensu: *Neque non credenti mandat.* Burm.

58. *Hic vehor.*] *Hinc* plenius scripti & editi. Ita ms. Ed. Ven. MDXXVI. mihique est, unum noxium, in eandem sententiam, eadem navi vectis, creditum esse a poëta. vid. ad Horat. III. Od. XXVI. *hinc vehor* Harmuth. Burm.

61. *Mitiffima.*] *Justissima* unus Heinsii; ut & alibi hae voces commutatae. vid. I. Pont. II. 99. mox, *in loca jussa trahar*, Leidensis. *ad loca* Putean.

63. *Si quoniam merui poenam, me perdere vultis.*] *Pendere* unus Mediceus pro diversa lectione. Rottendorphianus, *prendere*. praeterea prim. editio & duo scripti, *si quam promerui*. lex, *si quoque quam merui*. totidem, *quamquam merui*. opt. Vatican. *si merui poenam quamquam*. duo, *quia quam merui*. alia vetustima editio, *quia commerui*. Scribe:

Si, quam commerui, poenam me pendere vultis.

Trist. lib. II. 4.

An semel est poenam commeruisse parum?

pendere poenam familiaris locutio Nasoni Fast. III. 845.

—— *capitis quae pendere poenas*
Ex illo jubeat furta reperta loco.

atque ita passim. Heins. *Si quam promerui* nescio cur non aeque bene dicatur, ac *commerui*, cum in malam aeque partem *promereri* dicamus ac *commereri*. & ita Gryphius, Frellonius & alii ediderunt. & in uno Mediceo erat, *si quam promerui me poenam pendere*. Burm.

65. *Si jam voluisset.*] Heinsius malebat, *nam si*: sed nihil muta. vid. II. Art. 597. *in undas* plurimi.

68. *Quodque dedit.*] *Quamque* Junian. & sex alii.

69. *Puto crimine laesi.*] *Laesos* concinnius septem veteres. & sequenti versu, pro *jam precor*, Combianus & Medicaei codex, *vos precor*. Servii liber, *Di precor*, etiam bene. Heins. *Laudi* Bern. *nullo certe* Fragm. Revii.

71. *Ut cunctis miserum servare velitis.*] *Servare aliquem* est in totum locum aliquem perducere; ali-

Nec tamen, ut cuncti miserum servare velitis,
Quod periit, salvum jam caput esse potest.
Ut mare considat, ventisque ferentibus utar;
Ut mihi parcatis; num minus exsul ero?
Non ego, divitias avidus sine fine parandi,
Latum mutandis mercibus aequor aro:
Nec peto, quas petii, quondam studiosus, Athenas:
Oppida non Asiae, non loca visa prius.
Non ut, Alexandri claram delatus in urbem,
Delicias videam, Nile jocose, tuas.
Quod faciles opto ventos, (quis credere possit?)
Sarmatis est tellus, quam mea vota petunt.
Obligor, ut tangam laevi fera litora Ponti;
Quodque sit à patriâ tam fuga tarda, queror.

Nescio

alicui salutem adferre, vel, ut loquitur Sosia apud Terentium in Andria, auxilium ferre. Simo enim dixerat: *Quae sese voluit in ignem injicere, prohibui, servavi.* Hic Noster Elegia & lib. II. de Ponto ad Messalinum, quem rogat, ut sibi in mitiori ac quietiori loco ex ejus patris fratrisque sententia exsulare liceat:

Hoc pater ille tuus, primo mihi cultus ab aevo,
Si quid habet sensus umbra diserta, petit.
Hoc petit & frater, quamvis fortasse veretur,
Servandi noceat ne tibi cura mei.

Cicero in prooemio orationis pro Archia poëta: *Quod si haec vox, hujus hortatu praeceptisque conformata, nonnullis salutî fuit: à quo id accepimus, quo censeri optimari, & alios servare possumus, huic profecto ipsi, quantum est situm in nobis, & opem & salutem ferre debemus.* sic verbum *servator* usurpavit Ovidius ipse, suo finem lib. Metamorphoseos, de Perseo, qui Andromedam ex ingenti illo monstro marino, cui devoranda exposita erat, liberaverat:

—— *Gaudent, generumque salutant,*
Auxiliumque domus, servatoremque fatentur
Cassope Cepheusque pater.

Cioran. *Numerum servare* Bernens.

72. *Salvum.*] *Sanum* Putean. vid. Eleg. I. 19. *non caput* Excerpta Vossii.

73. *Ut mare subsidat.*] *Considat* meliores omnes. & mox, *num minus*, pro *non*, repone. de quo ad Epistolam Canacis. Heins. *Sit placidum* unus Heinsii. *faventibus* Bernens. & duo. alii, *furentibus*, *feracibus*, *frequentibus*.

74. *Et mihi.*] Lib. unus Vatic. & Aldinus, *Ut mihi*. probo: lusce & similibus repetitionibus frequentissime uti solet poëta noster. Cioran.

75. *Parandi.*] *Parando* Putean. alter. *latum mutatis* idem & tres alii.

78. *Oppida non Asiae, non mihi visa prius.*] Quomodo autem, cum diserte ad Macrum lib. II. de Ponto Eleg. X. dixerit?

Te duce magnificas Asiae perspeximus urbes.

Quid si igitur scribamus? *non Asiae, nunc mihi visa prius.* Hoc est:

Nec peto, quas quondam petii studiosus Athenas,
Oppida non Asiae nunc, mihi visa prius.

Nam, *quae mihi visa prius*, ut simplicius ac magis pro Ovidio, ita longius à lectione abit. Sed verius est, nihil mutandum esse. Ut τὸ *non*, sic, non negativum, sed ἐφεκτικὸν. *Non ignota cano, non cano non nota. Non peto oppida Asiae, non prius visa*, hoc est, *non peto oppida Asiae prius invisa mihi*. quasi ea antea non viderim. Οὐκ ἄπειρα πάλαι ἀθέατους ἐμοὶ τὸ λέγω ἄρτιον ἐμοί. hoc est, *quod ante dixi*. Dan. Heins. *Non loca visa prius* cum castigationibus. Asiam enim viderat cum Maximo Pont. lib. II. Eleg. X.

Te duce magnificas Asiae perspeximus urbes.

Notavit hanc quoque lectionem ex suo codice in Observationibus lib. II. cap. 3. doctissimus Gronovius. Heins.

79. *Alexandri urbem.*] Alexandriam, quae urbs est in Aegypto. de qua sic Justinus lib. XI. de Alexandro loquens: *Revertens ab Hammone Alexandriam condidit, & colonias Macedonum caput esse Aegypti jubet.* Cior. *Pulchram urbem* unus Heinsii.

81. *Quod facile est opto ventos.*] Lege, *faciles ventos*, vel sine assensu veterum librorum. *possit*, pro *possent*, scripti. Praeterea forte scribendum, *quos faciles*. Amor. lib. III. Eleg. II.

Vis tamen interea faciles arcessere ventos?

Heins.

82. *Vota.*] *Vela* omnes fere & editi nonnulli. & certe mox *vota* sequuntur.

Nescio quo videam positos ut in orbe Tomitas,
Exilem facio per mea vota viam.
Seu me diligitis, tantos compescite fluctus;
Promaque sint nostrae numina vestra rati:
Seu magis odistis, jussae me advertite terrae.
Supplicii pars est in regione mei.
Ferte (quid hic facio?) rapidi mea carbasa venti.
Ausonios fines cur mea vela vident?
Noluit hoc Caesar: quid, quem fugat ille, tenetis?
Adipiciat vultus Pontica terra meos.

Et

83. *diligite.*] *Diligunt* Palatin. male. *obligo* nimirum vocis, cum pro felici appulsu ad Sevthicam terram. incipio. hic *obligatam dapem reddere* Horat. in Od. VII & *obligare caput sertis* II. Od. VIII. *fecere etiam ponti* Putean. Lodeni. & octo alii. utramque recte: *pontes* enim & laevus. Burm.

84. *Jam juga tarda.*] *Tam tarda* cum quinque scriptis. & mox cum pleriseque, *Exilem viam*, non *Exilii. Exilem viam* pro brevi & compendiosa dixit. Heins. Sed *exilem viam* pro *angusta*, tenui dici nulle puto, ut *exilis vox* apud Sever. de Arte 58. 67. sed pro *compendiosa* dici posse non puto. quare legerem,

Exilis facio per mea vota viam.

precor & voveo ut via mihi sit facilis & prona ad Tomitas, ubi exulare debeo. *facere viam* est per obvia quali perrumpere, & obvium apud Nostrum mox Eleg. seq. vi. 83.

Et nulla facta via est.

Epist. xvi. 332.

Jam facilem ulteri ventus & aura viae.

via Gronov. ad Liv. xxxvii. 11. hanc lectionem manus certe violatam puto illi, quam vir doctus in Supplem. Actor. Lipsi. tom. vi. Sect. ii. pag. 72. velut divinare:

Exilis jam facilem per mea vota viam.

Exilium vates Francius corrigebat. Burm.

87. *Seu me diligitis.*] *Si me* edidit Gryphius, Micyllus & quidam alii. vide ad iv. ex Pont. i. 3.

88. *Adverte.*] *Advoca* Moreti.

90. *Supplicii pars.*] *Hae regiones* quidquid veteres. Suspicatur puto Ovidius:

Supplicii pars est in regione mei.

haec ut quidem ille Eleg. x. dixit:

Et quo longa parens cum maximus orbis obiret,
Ultima pars terrae regnaque nostra fuit.

pro vulg. *vela* Ursinus *alas*, ut rursum hinc *Ausonios fines, quae mihi vela*. Vulg. Trist. lib. iii. Eleg. 13.

Et quae vela tibi mihi tulit unda.

non dissimili modo dixit Trist. iii. Eleg. viii.

Sive mei causa est in regione mali.

& Pont. iii. Eleg. i. ad Ponticam regionem:

—— *tu pessima duro*
Parte es in exilio: tu mala nostra gravas.

Auget exilii poenam locus, in quem sum relegatus. Heins.

91. *Ferte rapidi mea corpora venti.*] Diu est quod *carbasa* conjeci legendum, quam mihi postea lectionem confirmavit Gottorphianus. Hamburgensis, *cornua* etiam non male. ut mali cornua intelligat, de quibus Met. xi.

Cornuaque in summa locat arbore.

Heins.

92. *Ausonios fines cur mea vela vident?*] Insta:

Jam procul Illyrici laeva de parte relictis,
Interdicta mihi cernitur Italia.

Crofan. Variant MSS. qui, pro *vident*, habent, *tenent, juvant, vovent, volant, petunt.* vel, *vota solvunt, vota volunt. quid mea* etiam Strozzae.

94. *Adspiciat.*] *Aspicias* unus Mediceus.

96. *Parve pinumve.*] *Fas* est idem quod *pium*, ideoque Regii codicis scriptura placet, *jungas pinumque.* vid. ad Petron. cap. cviii. Burm.

98. *A culpa facinus scitis abesse mea.*] Lib & Eleg. v.

Conscius in culpa non scelus esse sua.

Et iix.

Sed quia peccato factinus non adfuit ullum,
Nil, nisi me patriis jussu abesse foris.

Et lib. iii. Eleg. vi.

Absque ita, si nullum scelus est in pectore nostro;
Pectoris insanae crimatis error habet.

Et lib. i. de Ponto, Eleg. iix.

Et tamen ut culpam quaque posse negari,
Sic facinus nemo nescit abesse mihi.

Crofan.

99. *Me meus ita si scitis, si me meus abstulit error.*] Ele-

Et jubet, & merui. nec, quae damnaverit ille,
Crimina defendi jusve piumve puto.
Si tamen acta Deos numquam mortalia fallunt;
A culpâ facinus scitis abesse meâ.
Immo ita; vos scitis; si me meus abstulit error,
Stultaque mens nobis, non scelerata, fuit:
Quamlibet è minimis, domui si favimus illi;
Si satis Augusti publica jussa mihi;
Hoc Duce si dixi felicia secula; proque
Caesare tura pius Caesaribusque dedi;

Si

Plurimi, *vos sciitis.* Posset & legi, *Di scitis.* Medoniarus, *malus error.* similis diversitas lib. ii.

Illa namque die, qua me malus abstulit error.

alii enim, *meus.* sed Virgil.

Ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit error.

Met. x. ex antiquis libris:

—— *retinet malus error amantem.*

Arondel. *meus impulit error.* Heins. *Immo ita* esse voventis formulam notavimus ad lib. vii. Met. 512. illa, *vos sciitis*, malim parenthesi includere. *sic me* Bern. & quatuor alii. *sed me* Excerpta Vossii. Burm.

99. *Me meus abstulit error.*] Elegia, quae hanc sequitur:

Caelestique viro, quis me deceperit error
Dicite.

Lib. iii. Eleg. i.

Nec facinus causam, sed sunus error habet:

Et Elegia ix.

Omnia vera puta mea crimina, nil sit in illis
Quod magis errorem, quam scelus esse putet.

Lib. iv. Eleg. i.

Scit quoque cum perii, quis me deceperit error,
Et culpam in facto, non scelus esse meo.

Crofan. *Stultaque, non nobis m. i. f.* Putean. Vatic. & Politiani.

101. *Quod licet è minimis.*] Lege, *Quamlibet*, cum tribus scriptis. & vide quae notamus ad Epistolam vi. pag. 140. tres alii, *Quamlicet.* quinque, *Qualicet.* alii aliter. Heins.

102. *Si satis Augusti publica jussa mihi.*] Locus haud dubie corruptus. *jussa tuli* quatuor veteres. Gottorph. *jussa mei.* an, *Augusti Dei?* quomodo *Augustos Deos* dixit Pont iii. El. vi. Politiani prior, *visa mihi.* fragmentum Boxhornii, *cura fuit.* Non me expedio ex hac Charybdi. opinor tamen hoc loco eum errorem esse commissum a librariis officitantibus, quem alibi saepenumero castigamus. ut una syllaba ob similitudinem proxime praecedentis sit omissa. pro *jussa* recte *visa* optimus Politiani codex. deinde *tuli*, pro *mihi*, à vero minime abest. scriptum enim antiquitus *vsalus*, pro *visa salus.* sed & pro *satis* reponendum, *laris.*

Si laris Augusti publica visa salus.

Si in domus Augustae salute mihi visa est consistere salus Reipublicae. Heins. Egit de hac emendatione Illustris Heinsius per epistolas cum J. F. Gronovio, cui non potuit approbare: is enim ita vulgatam capiebat. *si Augusti jussa mihi satis publica*; id est, si pro republica mihi satisfecerunt Augusti jussa, si non optavi vetera, contentus praesentibus. nam qui priora malebant, iis non *publica*, quae Caesarea. Lucanus vii. 164. *Usque ad Thessaliam Romana & publica signa.* Tacitus: *Postquam nulla jam publica arma.* haec Gronovius, addens, *obsecro te, ne lomento & utero nimis utamur, & dum sordes eluimus, venas ac viscera auctorum aperiamus.* Sed & dura explicatio Gronovii videtur. Pontanus, qui legit, *sint satis*, explicat, essote contenti edicto publico Augusti de me: quod quid velit nescio; ego Heinsii conjecturam minime absurdam puto. sed pro *laris* legerem,

Si patris Augusti publica visa salus.

patris enim nomen Augusto quasi proprium. idem vero dicit, quod illi adulatores apud Horat. i. Ep. 16.

Tene magis salvum populus velit, an populum tu.

Messalae tamen apud Sueton. Aug. lviii. adulatio confirmare posset Heinsii conjecturam: de publica Salute vid. ad lib. iii. Fast. 882. Francius volebat, *si sacra Augusti p. j. m.* quod non capio. minime vero, credo, auribus, Ovidianae elegantiae numeris adsuetis, placebit conjectura viri docti in Supplement. Actor. Lipsiens. tom. vi. Sect. 2. pag. 78.

Sique rata Augusti publica jussa mihi.

quae & longius a scriptis recedit; neque eleganter dici puto, *publica jussa Augusti*, pro legibus ab eo latis, quibus adquieverit Poeta. Adde quod non ea erat auctoritas & dignitas Ovidii, ut hoc meritum jactitaret Augusto, se leges ejus ratas habuisse,

Si fuit hic animus nobis; ita parcite, Divi.
Sin minus; alta cadens obruat unda caput.
Fallor? an incipiant gravidae vanescere nubes,
Victaque mutati frangitur ira maris?
Non casus, sed vos sub conditione vocati,
Fallere quos non est, hanc mihi fertis opem.

bello, quasi potuisset, si voluisset, eas oppugnare, & Augusti Imperium turbare. haec, si Pompeji filii aut Antonius loquerentur, possent tolerari, sed Naloni pio erat proinde, mentem suam favide Augusto, & vota & preces diis pro salute ejus & Gentis Juliae facile; nam ille si ratas leges habere se diceret, exprobrare Augusto, aliquid in iis fuisse, non toleranda Quiritibus. & ipsa vox rata non convenit humilitati Nasonis. Majorem enim rata habet à minore inita vel optata. ut in exemplo à viro docto adlato ex Eleg. x. 33. *Quaeque volet rata sint*, id est, Dii ea firment, quae ille vovet & optat. *Sint satis* edidit Gryph. & Vincent. Burm.

103. *Hoc duce si dixi felicia saecula.*] Forte simplicius est, *duce*. ut sit *ex sententia*. Quanquam ne illud quidem displicet. Ut sit sensus, Si hoc Principe felicia haec saecula saepe praedicavi, ac pro inclumitate ejus rem sacram feci. Dan. Heins. *Duce* major veterum pars. nil mutandum. Met. XII.

—— *felicem diximus illi*
Conjugi Pirithoum.

Heins. Vid. ad VIII. Met. 519. Merula intelligit Pisos, & inprimis Augustum mentem. sed Mycillus simpliciter dicit sub Augusto saeculum. & recte. vid. Spanhem. de Usu & Praest. Num. Diss. XII. Tom. II. pag. 442. Burm.

105. *Propter Caesare tura pia Caesaribusque dedi.*] Urso Varic. & Mafei, *Caesare tura, piisque*. alter, *Caesare tura dedi, Caesaribusque pii*. In cujus ora adscriptum est; alias, *pia*. Mihi legendum videtur, ut est in duobus excusis, quorum alter annis abhinc LXX. impressus est, *Caesare tura pius, Caesaribusque dedi*. Ciofan. *Pius* meliores. quidam, *prius*, vel *Deis*, vel *pia*. Heins. Behotius lib. II. Apoph. 4. ex vetusto codice:

Caesare tura dedi Caesaribusque pius.
Caesare tura pii Bernens.

106. *Alta cadens obruat unda caput.*] Duo, *alta maris*. totidem, *alta ruens*. unus, *alta meum*. Putabam aliquando, *alta nocens obruat unda caput*, nisi quod id paulo longius abit à vulgata lectione. Heins. *Subruat* Bernens.

107. *Evanescere.*] *Vanescere* meliores. Heins.

108. *Ira maris.*] *Ira Dei* Bernens. *unda Dei* plurimi. vid. ad Epist. XVIII. 2.

109. *Non casus vos, sed sub conditione vocati*] Nihil turbarius hisce numeris. Primo *casus* scribendum cum vetustis quinque; ut Met. XIV.

—— *quis te casusve Deusve*
Servat, Achaemenide?

deinde plurimi, *sed vos sub conditione*. longe rectius. fragmentum meum, *sed o vos sub conditione*. ut Phaedr. lib. II.

Harum autem Matrem fecit haeredem senex
Sub conditione.

Scribe,

Non casus, sed ea vos conditione vocati.

Heins. *Sed vos mihi cond.* Moreti.

ELEGIA III.

Cum subit illius tristissima noctis imago,
Quae mihi supremum tempus in Urbe fuit;
Cum repeto noctem, qua tot mihi cara reliqui,
Labitur ex oculis nunc quoque gutta meis.
Jam prope lux aderat, qua me discedere Caesar
Finibus extremae jusserat Ausoniae.

Nec

2. *Quae mihi.*] Omnes fere scripti, *qua*. unus aliam, *quae*.

3. *Repeto.*] Ratelo Servii codex.

3. *Tot mihi cara reliqui.*] Patriam, uxorem, domum, amicos denique. Ciofan.

4. *Labitur ex oculis nunc quoque gutta meis.*] In plu-

Nec mens, nec spatium fuerant satis apta paranti:
Torpuerant longâ pectora nostra morâ.
Non mihi servorum, comitis non cura legendi:
Non aptae profugo vestis opisve fuit.
Non aliter stupui, quam qui Jovis ignibus ictus
Vivit; & est vitae nescius ipse suae.
Ut tamen hanc animo nubem dolor ipse removit,
Et tandem sensus convaluêre mei;
Adloquor extremum moestos abiturus amicos,
Qui modo de multis unus & alter erant.
Uxor amans flentem flens acrius ipsa tenebat;
Imbre per indignas usque cadente genas.
Nata procul Libycis aberat diversa sub oris:
Nec poterat fati certior esse mei.

Quod-

Masseiano lib. & quibusdam aliis multo rectius legitur; *nunc quoque*. id est, nunc cum scribens haec recordor. Qua in sententia est & ingeniosissimus vir, Paulus Melissus Schedius Francus. Ciof. *Nunc quoque* Rottendorpii. rectius. Heins. *Humida gutta* Mediceus.

5. *Jam prope lux aderat.*] Narratio, qua singillatim recensere omnia incipit, quae sibi extremo suae in urbe profectionis tempore contigerunt. Ciofan. In tribus libris erat, *nox aderat*. & certe ex tota Elegia patet, Ovidium ante lucem profectum ex urbe. Vide ℣. 27. & 50. repetit ergo hic quae contigerunt sibi ab die ultimo, qui praecessit ultimam noctem, qua coactus fuit discedere: nisi dicamus, illa, quae usque ad versum 27. praemittit, die adhuc fuisse acta, & inde narrare, quae adveniente nocte gesta sunt. Burm.

7. *Fuerat satis apta parandi.*] *Fuerant* eleganter Barberin. *paranti* liber Petri Servii. *pianti* pro diversa lectione Combianus. Richelianus, *paratu*, pro paratui. quod verum puto. Heins.

9. *Comites non cura legendi.*] *Comitis* Barberin. & pro diversa lectione Gottorphianus. optime. *comes* pro comites. Dixi Fast. III. ℣. 565. Heins.

11. *Ictus.*] Juret. ad Symmach. III. Ep. 6. in aliis codicibus esse *actus* testatur. & lib. IV. III. 69. *Jovis ignibus ustus*. & *ustus* hic erat in Moreti.

13. *Ut tamen hanc animi nubem dolor ipse removit, Et tandem sensus convaluere mei.*] Idem infra significat in hac ipsa Elegia de sua uxore:

Illa dolore amens, tenebris narratur obortis,
Semianimis medio procubuisse domo.
Utque resurrexit foedatis pulvere turpi
Crinibus, & gelida membra levavit humo.

In Epistola Laodamiae, quae propter viri in bellum Trojanum, in quo eum periturum audierat, profecti dolorem exanimata est:

Lux quoque tecum abiit, tenebris exsanguis obortis
Succiduo dicar procubuisse genu.
Vix soror Iphiclus, vix me grandaevus Actaeus,
Vix mater gelida maesta refecit aqua.
Officium facere pium, sed inutile nobis:
Indignor miserae non licuisse mori.
Utque animus rediit, pariter redivere dolores:
Pectora legitimus casta momordit amor.

Ciofan. Malim, *animo*, ut Puteaneus. lib. VIII. Met. ex antiquis membranis:

Destinat hunc Minos thalamo removere pudorem.

Heins. Mox, *ut tandem sensus*, unus codex.

16. *Qui modo de multis unus & alter erant.*] Eleg. IV. hujus libri:

Vix duo tresve mihi de tot superestis amici;
Cetera fortunae, non mea turba fuit.

Inter eos autem, qui in amicitiae officio manserunt, Carum, Celsum & Maximum enumerat his versibus, Eleg. V. lib. III.

Idque recens praestat, nec longo cognitus usu,
Quod veterum misero vix duo tresve mihi.

Lib. I. de Ponto, Eleg. X.

Adfuit ille mihi, cum me pars magna reliqui,
Maxime, fortunae nec fuit ille comes.

Et lib. II. Eleg. III.

Cumque alii nolint vitam me nosse fateri,
Vix duo projecto tresve tulistis opem.

Quorum tu princeps.

Summa movetur misericordia, cum quis ab amicis deseritur. Aristoteles lib. II. Rhetoricorum. Ciofan.

17. *Flent aerius.*] Ita conjunge haec duo verba. Ciofan. *Ipsa movebat* unus. *dolebas* Gottorp. Heinsius conjiciebat, *fovebat*.

19. *Libycis sub oris.*] *Libycis sub oras* Junian. quod

Quodcumque adſpiceres, luctus gemitusque ſonabant:
Formaque non taciti funeris intus erat.
Femina, virque, meo pueri quoque funere moerent:
Inque domo lacrimas angulus omnis habet.
Si licet exemplis in parvo grandibus uti;
Haec facies Trojae, cum caperetur, erat.
Jamque quieſcebant voces hominumque canumque:
Lunaque nocturnos alta regebat equos.
Hanc ego ſuſpiciens, & ab hac Capitolia cernens,
Quae noſtro fruſtra juncta fuere Lari;
Numina vicinis habitantia ſcdibus, inquam,
Jamque oculis numquam templa videnda meis,
Dique relinquendi, quos Urbs habet alta Quirini;
Eſte ſalutati tempus in omne mihi.
Et quamquam ſero clypeum poſt vulnera ſumo;
Attamen hanc odiis exonerate fugam;
Coeleſtique viro, quis me deceperit error,
Dicite; pro culpâ ne ſcelus eſſe putet.

Ut

quod ſibi non diſpiceret Heinſius notaverat. ſed *ſuo* idem eſſe quod *in* vidimus ad I. Metam. 689.

21. *Luctus gemitusque.*] Unus, *gemitus lacrimaque.* forte, *planctus gemitusque.*

25. *Si licet exemplis in parvis grandibus uti.*] Eleg. 1. lib. III. de Ponto:

Si locus eſt aliquis magno inter nomina parvis.

Lib. V. Metamorph.

——— *quod ſi componere magnis*
Parva mihi fas eſt.

& lib. III. de Arte:

Quid vetat à magnis ad res exempla minores
Sumere?

CIOFAN. *Si licet in parvis* ex. Bernenſ. Leid. & multi alii. *in parvos* ex. Putean. alter.

29. *Et adhuc Capitolia cernens.*] In quibuſdam, *& ab hac capitolia.* NAUG. *Et ab hac* repone cum plerique antiqui. hoc eſt, poſtquam hanc aſpexi. ſic frequenter loqui amat Noſter. HEINS. Vid. ad Epiſt. V. 132. *& ad hanc* Edition. Micyl. & Vincent. *haec & cap.* Politian. alter Putean. & duo alii. *& ad hanc* Polit. prim. Servii & tres.

31. *Dique relinquendi, quos urbs habet alta Quirini, Eſte ſalutati tempus in omne mihi.*] Praeſagit fore, ut Romam nunquam reviſuros ſit. ſic in fine ſequentis Elegiae:

At mihi perpetuo patria tellure carendum eſt,
Ni fuerit laeſi mollior ira dei.

CIOF. *Di quoque linquendi* Barber. *quos urbs tenet* Leidenſ.

33. *Urbs alta.*] Roma, quae in ſeptem collibus ſive montibus poſita erat. Virgilius lib. I. *Aeneid.*

Albanique patres, atque altae moenia Romae.

vel, alta propter imperium. Idem Virgil. Eclog. I.

Verum haec tantum alias inter caput extulit urbes.

Martialis:

Terrarum Dea gentiumque Roma,
Cui par eſt nihil, eſt nihil ſecundum.

Hic Noſter Elegia IV.

Sed quas de ſeptem totum circumſpicit orbem
Montibus imperii Roma, deumque locus.

Et lib. I. Faſt.

At poſtquam fortuna loci caput extulit hujus,
Et tetigit ſummos vertice Roma Deos.

CIOFAN.

34. *Eſte ſalutati.*] Hujusmodi locutio lib. I. Triſtium:

Eſſe bonis avibus viſi natoque, mihique.

Et lib. IV. Metamorph.

Eſſeque rogati.

CIOF. *Tempus in omne meum* Moreti & duo. *mei* quinque.

35. *Poſt vulnera.*] *Puncra* quinque ſcripti cum editione prima.

37. *Quis.*] *Qui* Gottorph.

39. *Ut quae ſentitis poenae quoque ſentiat auctor.*]

Ut, quod vos ſcitis, poenae quoque ſentiat auctor.
Placato poſſum non miſer eſſe Deo.
Hac prece adoravi Superos ego: pluribus uxor;
Singultu medios praepediente ſonos.
Illa etiam ante Lares paſſis proſtrata capillis
Contigit exſtinctos ore tremente focos:
Multaque in averſos effudit verba Penates,
Pro deplorato non valitura viro.
Jamque morae ſpatium nox praecipitata negabat,
Verſaque ab axe ſuo Parrhaſis Arctos erat.
Quid facerem? blando patriae retinebar amore:
Ultima ſed juſſae nox erat illa fugae.
Ah quoties aliquo dixi properante, Quid urgues?
Vel, quo feſtines ire, vel unde, vide.
Ah quoties certam me ſum mentitus habere
Horam, propoſitae quae foret apta viae.
Ter limen tetigi; ter ſum revocatus: & ipſe
Indulgens animo pes mihi tardus erat.

Saepe;

Ut quod vos ſcitis plerique veteres. & *poſſum* pro *poſſim.* Legendum fortaſſe,

Ut, quod vos ſcitis, poenae quoque ſi ſciat auctor,
Placato poſſim non miſer eſſe Deo.

ſuperiori Elegia, ubi Deos alloquitur,

——— *Imo ita vos ſcitis.*

HEINS. In Francof. erat, *Utque ea vos ſcitis poenae quoque ſentiat auctor.* forte ſcripſerit,

Utque ea vos ſcitis, poenae ne noſciat auctor.

adſcripſerat & Heinſius aliam conjecturam,

Ut quod vos ſcitis, poenas quoque reſciat auctor.

mox, *placato poſſim* Bernenſ. & alii ſcripti & editi. BURM.

42. *Impediente ſonos.*] Barbarin. *praepediante.* ut Epiſt. Hypermneſtrae, ℣. 18.

Et ſubitus dextrae praepedit oſſa tremor,

HEINS.

43. *Illa etiam ante Lares paſſis proſtrata capillis.*] Prim. Polit. *intracta.* alter cum duobus aliis, *abſtracta.* unde Politianus ipſe, *atrata.* Corte Hamburg. *attrata.* at prim. Vatic. *attacta.* Barber. *projecta.* duo, *aſtrata* pro *adſtrata.* ut Met. IX. *adſternunturque ſepulcro.* alii, *abjecta, abſtructa. attracta,* vel *adſtracta,* vel *aſtracta,* & ſimilia HEINS. *Diffuſa* Bernenſ. alii, *accincta, ablata, contracta, portracta. ante aras* etiam Vatic. prim. & quatuor alii. & *ſparſis capillis* plurimi, & quidam editi.

44. *Exſtinctos focos.*] Quidam ſcripti cum editis nonnullis, *exſtructos*: *aeternos* prim. Vatic. & ſex alii. unus Vatican. *externos.* lege, *heſternos.* & vide Notas Faſt. ℣. 506. Virgilius lib. VIII.

Et primum Herculeis ſopitas ignibus aras
Excitat, heſternumque larem, parvosque Penates
Laetus adit.

quanquam in nonnullis vetuſtiſſimis libris, *externumque larem* illic legitur. quam ſcripturam damnat Servius, & *heſternum Larem* interpretatur, *cui pridie ſacrificaverat.* ſed & *exſtincti ſoci* recte ſe habent. nam *ignis extinguebatur* in exilium iturus. Voſſianus, *antiquos.* ut lib. IV. Faſtorum, 410.

Deis & in veteres thurea grana focos.

lib. IV. Triſt. VIII. 24. *antiquos lares.* & Epiſt. XIV. 26. in quibusdam codicibus. HEINS.

44. *Ore tremente.*] *Ope premente* Lovanienſ.

45. *In averſos effudit verba Penates.*] Scribe, *in averſos.* Horatius lib. III. Od. XXXIII.

Mollibit averſos Penates
Farre pio & ſaliente mica.

HEINS. Vid. ad Epiſt. VII. 4. *in offenſos* Bernenſ.

48. *Verſaque.*] *Viſaque.* vid. Heinſ. ad Val. Flac. VII. 457.

49. *Retinebar.*] *Tangebar* unus

50. *Juſſae fugae.*] Juſſi exſilii. Eleg. ultima lib. IV.

Errorem juſſae, non ſcelus eſſe fugae.

CIOFAN. *Juſſae morae* tres Junii & duo alii. male.

52. *Quo feſtinas.*] *Feſtines* meliores. HEINS.

55. *Ter limen tetigi, ter ſum revocatus.*] Adeo ſinistrum omen putabant veteres limen offendere, cum

Saepe, Vale dicto, rursus sum multa locutus;
Et quasi discedens oscula summa dedi.
Saepe eadem mandata dedi: meque ipse fefelli,
Respiciens oculis pignora cara meis.
Denique, quid propero? Scythia est, quo mittimur, inquam:
Roma relinquenda est. utraque justa mora.
Uxor in aeternum vivo mihi viva negatur:
Et domus, & fidae dulcia membra domûs.
Quosque ego fraterno dilexi more sodales;
O mihi Theseà pectora juncta fide!
Dum licet, amplectar: numquam fortasse licebit
Amplius. in lucro, quae datur hora, mihi est.
Nec mora; sermonis verba imperfecta relinquo,
Complectens animo proxima quaeque meo.
Dum loquor, & flemus; coelo nitidissimus alto,
Stella gravis nobis, Lucifer ortus erat.

Di-

Dividor haud aliter, quam si mea membra relinquam:
Et pars abrumpi corpore visa suo est.
[Sic Priamus doluit, tunc cum in contraria versus
Ultores habuit proditionis equus.]
Tum vero exoritur clamor gemitusque meorum;
Et feriunt moestae pectora nuda manus.
Tum vero conjux humeris abeuntis inhaerens,
Miscuit haec lacrimis tristia dicta suis.
Non potes avelli. simul ah, simul ibimus, inquit!
Te sequar; & conjux exsulis exsul ero.
Et mihi facta via est: & me capit ultima tellus.
Accedam profugae sarcina parva rati.
Te jubet è patriâ discedere Caesaris ira;
Me pietas. pietas haec mihi Caesar erit.
Talia tentabat: sic & tentaverat ante:
Vixque dedit victas utilitate manus.

Egre-

ciam domum ingrederentur, domove egrederentur, ut id, quod cum fieberi erant, prospere fieri contingere non posse crederent, lib. I. fine tristis Eleg. XII.

Cuncta simul fuerat dicturus, modo cuncta videre vellet,
Ad finem digitis reddidit ista Nape.

Ciceron.

55. *Et ipse.*] *Revocatus ab ipso* Regius. Heinsius conjiciebat, *& ipse indulgens animo pes.*

57. *Multa.*] *Plura* Bern. & alius Heinsii. mox, *oscula multa* Junian. & decem alii male. vid. Epist. XV. 101. mox, *rejiciens o. oscula cara meis.* Fragm. Burm.

61. *Quid propero.*] Quo plurimi ex veteribus. *quid properas* Junii, Bernens. & sex alii; ut supra VI. 31. *quid urgues.* Sed Heinsius malebat etiam, *quo mittor*, ut sic alloquatur. *mittimur* Vatic. & Putean. Burm.

62. *Scythia est quo mittimur, inquam; Roma relinquenda est: utraque justa mora est.*] In talibus laudatissimus est Ovidius. lib. I. De Ponto Eleg. IV.

Quid moliar Roma? Scythico quid frigore pejus?

Et in Epist. Hypsipyles ad Jasonem:

Perdidit illa ratem, rapuit de cuspide Thoanta;
Dejecit Cadmi; me mea Lemnos habet.

Et Laodamiae ad Protesilaum:

Quae tenuit fugiens; fugiens amat illa proterve;
Quae sequitur segnis; num vir amare potest?

Ciceron.

Ut [ita mea est] Scribuntur quidam. Heinsius conjiciebat, ut.

65. *Quosque ego dilexi fraterno more sodales, O mihi Theseà pectora juncta fide.*] Divelli ab amicis, atque à propinquis miserabile esse tradit Aristoteles lib. II. De arte dicendi, & III. Ethicorum cap. IV. Hunc autem locum ita, uti ego enarravi, expositit vir optimus, amicus meus, qui à communis praeceptoris M. Antonii Mureti vestigiis ac praestantia non degenerat, P. Franciscus Bencius in commentariis, quos in tres Aristotelis de Arte dicendi libros scribere exorsus est, aut potius absolvit. Cror. *Quosego* plurimi. *pignora juncta* etiam unus.

67. *Amplectar.*] *Amplector* Putean. Vatic. & quatuor alii.

69. *Sermonis.*] *Sermoni* Barber.

70. *Amplectens animo.*] Meliores, *Complectens.* Heins. *Singula quaeque* Moreti & alius. *dulcia quaeque* Junian.

72. *Gravis nobis.*] Molesta propter meam in exsilium profectionem. Cror.

74. *Visa fuo est.*] *Me* plurimi. & ita Gryph. Micyll. & alii.

75. *Sic doluit Priamus, tum cum in contraria versus.*] Reliqui fortasse sit ea lectio, quae à nonnullis substituitur,

Sic doluit Mettus, tum cum in contraria versus
Ultores habuit proditionis equus.

sed nusquam invenitur. neque ideo ego ausus non sum immutare, & tamen recte il fortasse sentiant, qui eam probent. Nave. Locus, qui non parum eruditos, & nos quoque, exercuit. Notum fuisse qui legerent, *Sic doluit Attius, tum cum in contraria versus Ultores habuit proditionis equus.* Qui cerne equi, (ut omittam nullum codicem adduci, in quo extet ea lectio) non versi in contrarium, sed acti. Equus Durateus in contrarium versus est: quia à Trojanis magno primum exceptus gaudio; detecta postea Graecorum fraude, eos quos minime expectabant, hoc est, hostes advexit. Ut *proditio*, quemadmodum non semel alias in scriptis veterum, sit *fraus.* Dan. Heins. *Sic doluit Mettus* Combianus & unus Bononiensis, quod Naugerius quoque videtur probasse in priori editione, secutus illos qui legunt praeterea, *in contraria versos equos.* Si de Priamo intelligamus, malim, *in contraria versae proditionis* legi. ut ad raptum Helenae alludat. nam *rapto* est in uno codice. Sed comparatio parum ad rem facit, quocunque modo legas. Metii autem injecta mentio plane praeter rem est. quid quod prima syllaba in *Mettio* producitur? *Metius* enim per duplex *tt* scribendum. Quare certus sum hoc distichon ab illa manu esse, quae saepius apparet per hos libros, parum temperiva. habebat autem in mente superiora ista,

Haec facies Trojae, cum caperetur, erat,

quisquis hos versus confixit, Salmasius curis secundis ad Florum libro I. cap. III. castigabat,

Sic doluit Mettus, tum cum in contraria versus
Ultores habuit proditionis equos.

de quo A. Gellius lib. XX. cap. primo Noctium Atticarum, *bimis quadrijis in diversa nitentibus evinctus & lacceratus est.* Heins. Hunc quoque locum tentat sanare Vir eruditus in Supplement. Actor. Lipsi. tom. VI. sect. 2. legens,

Sic primus doluit, tunc, qui in contraria versos
Ultores habuit proditionis equos.

duriuscula constructionis ita posse emolliri ratus, si *qui* ponatur pro *ille qui*, & *tunc* pro olim. Sed haec non levia, sed plane Genio Ovidiano non convenientia. praestat talia ulcera non tangere; certe ego nihil hic extrico. Burm.

77. *Tum vero.*] Hoc distichon abest à Bernensi, quod accidit, credo, quia sequens ab eadem vetus bis incipiens Librarium decepit.

80. *Dicta mea.*] *Suis* quinque scripti. rectius. Vide notas Epist. XVII. 251. nonnulli etiam, *verba.* Heins.

81. *Simul hinc, simul ibimus ambo.*] *ibimus inquit* plerique veteres. & *simul ab* nonnulli. Scribo praeterea, *Num potes avelli?* de quo ad Epist. XVI. 364. Val. Flaccus lib. V.

—— *Micyae clamore morantur,*
Avellique negant.

Heins.

82. *Te sequar.*] *Et sequar* Servii.

83. *Et me capit ultima tellus.*] Quam mare alluit. Incipit prorsus Meroë, qui Septentrionalem regionem interpretatur. tum primum ex Italia discedebat poëta. eo enim in loco uxor una cum Ovidio in navem conscendere tentavit. Cror. *Ultimus orbis* Moreti.

84. *Parva.*] *plena* Bonon.

85. *Te jubet à patriâ.*] *E patria* mihi. Heins.

85. *Caesaris ira.*] Irasus Augustus. Cror.

86. *Me pietas, pietas haec mihi, Caesar erit.*] Summam atque incredibilem movet commiserationem. quo in genere hic Noter excellit. Cror.

87. *Sic ef.*] *Sicut* quidam scripti & editi.

Egredior (sive illud erat sine funere ferri)
Squalidus immissis hirta per ora comis.
Illa dolore gravis, tenebris narratur obortis
Semianimis mediâ procubuisse domo.
Utque resurrexit, foedatis pulvere turpi
Crinibus, & gelidâ membra levavit humo;
Se modo, desertos modo complorasse Penates;
Nomen & erepti saepe vocasse viri:
Nec gemuisse minus, quam si nataeve meumve
Vidisset structos corpus habere rogos:
Et voluisse mori; & moriendo ponere sensus:
Respectuque tamen non posuisse mei.
Vivat: & absentem, quoniam sic fata tulerunt,
Vivat, & auxilio sublevet usque suo.

ELE-

89. *Sine funere.*] *Cum funere* Servii codex.

91. *Illa dolore gravis.*] Multi, *gemens*. in uno, *gravis*. in Combiano & tribus aliis, *dolore mei*. quod sequor. proximo versu, pro *mediâ domo*, duo mss. Scripserat puto Ovidius, *Viduâ domo*. nam *vè mediâ* prorsus otiosum ac superfluum est. narrat quae post digressum suum facta sunt. HEINS. An dicatur latine, *dolore mei*, ut *desiderio mei* & similia, vehementer dubito. quare ego praetuli, *Illa dolore gravis*, quod cum verbo *procubuisse* optime concordat. Dictum autem ut *vino, somno, vulnere, aevo gravis* & similia: sic illa, cum non amplius pondus doloris ferre posset, procubuit semianimis. nec *amens* damno. in Bernens. erat mendose, *cavens*. nec illud *media domo*, absurdum; cum enim post digressum viri vellet in cubiculum suum redire, non potuit eo usque venire, sed media domo procubuit, antequam in interius conclave penetrabat. BURM.

91. *Tenebris obortis.*] Examinatio, vel animi defectio, significatur. Plautus in Curculione: *Tenebras obortas, genua media facimus*. exemplum item Epist. ad Pisonem. *Supernus* adduxi. CRUQ. *Lacrimis rebus* libri. male: vid. Epist. XIII. 23.

93. *Gelida.*] *Madida* tres. *media* unus. *gelida* Ovidius.

95. *Desertos Penates.*] *Consternasse* plurimi veterum. quemadmodum etiam ad Sylvas Statii Genethliac. cap. XLVIII. Florus libro II. cap. XV. *Compararunt igitur publici funus*. A. Gellius in descriptione tempestatis libro XVIII. cap. I. *Ventus a latere faciens undis navem compleverat, tam postea complerantibus nostris omnibus, atque in femina fatigantibus dies illuxit*. HEINS. *Se modo desertam, modo* &c. Leidens.

99. *Moriendo.*] *Et moriendo* Junian. & Moreti; rectius. *moriendoque* Bernens. quod verificatorem infelicis aevi auctorem habet.

100. *Non potuisse mei.*] Quatuor, *voluisse*. unus Gallicus, *posuisse*: bene. nisi *voluisse* malis. HEINS.

101. *Vivat, & absentem, quoniam sic fata tulerunt, Vivat.*] Hoc est, Vivat sane: vivat, ut absentem, siquidem ita fatis visum, auxilio foleatur suo. Quo sensu altera copula videtur redundare. Scaliger, *Tutet*, nescio an ex codice, legebat. Quod fortasse, esset, *Jutet*. DAN. HEINS. Non placet repetitio *vè Vivat*. Nec juvant tamen libri veteres. an *Jutet* pro adjutet scripserat Noster? an

Di dent auxilio sublevet usque suo,

vel, *Di facite auxilio*. vel *date ut auxilio*. Scaliger, *Tutet*. Sed non persuadet. HEINS. Corruptum locum esse constat: neque enim *vivat* illud secundo loco positum sensum facit commodum. desiderari vero verbum, quod *amat* notet, vel simile, ex loco plane gemino, lib. V. Eleg. V. 23. colligo,

Vivat ametque virum, quoniam sic cogitur, absens.

forte scripserit, *Servet, & auxilio* &c. Francius, volebat, *Illa virum auxilio* &c. BURM.

I. *Tin-*

ELEGIA IV.

Tinguitur Oceano custos Erymanthidos Ursae,
Aequoreasque suo fidere turbat aquas:
Nos tamen Ionium non nostrâ findimus aequor
Sponte: sed audaces cogimur esse metu.
Me miserum, quantis increscunt aequora ventis;
Erutaque ex imis fervet arena vadis!
Monte nec inferior prorae puppique recurvae
Insilit, & pictos verberat unda Deos.
Pinea texta sonant; pulsi stridore rudentes:
Adgemit & nostris ipsa carina malis.

Na-

1. *Tinguitur Oceano custos Erymanthidos Ursae, Aequoreasque suo fidere turbat aquas.*] Per custodem Erymanthidos Ursae Arcturum intelligit Ovidius: is occidit chronice cum tertia decima parte (quam recentiores vocant gradum) Sagittarii, hoc est, circiter IV. Id. Decembris in finiente (Horizontem vulgo dicunt) Romano, cum hac tempestate Sol in XIII. parte Sagittarii existat circiter VII. Kal. Decembris. & quia signa sedes suas diebus quatuordecim anticiparunt, fit, ut Ovidii tempore Sol in eadem XIII. Sagittarii parte prope IV. Id. Decembris exsiterit: quo die infelix poëta in exsilium proficiscens Roma discessit. In hoc explicando loco, magno mihi auxilio fuerunt, P. Christophorus Clavius Bambergensis, è societate Jesu Sacerdos, & Petrus Angelius Bargaeus, viri cum aliarum artium, tum praecipue astronomiae intelligentissimi. Plinius tamen lib. XVIII. cap. 31. IV. nonas Novembris Arcturum vesperi occidere scribit. Utraque supputatio convenit sententiae ipsius in Elegia ult. hujus lib.

Aut hanc me gelido tremerem cum mense Decembri,
Scribentem mediis Adria vidit aquis.

Credibile tamen est Ovidium, invite in exsilium abeuntem diutius, quam ratio ferebat, in itinere esse commoratum. Ex hoc autem loco intelligitur illud lib. II. Eleg. VII. De Ponto:

—— *projectus in aequor*
Arcturum subii, Pleiadumque minas.

CRUQUIAN.

1. *Tinguitur.*] Hinc exordium faciendum novae Elegiae, idque ex fide castigatiorum codicum, quod nescio quomodo typographicae operae neglexerunt. monuit quoque Tanaquillus Faber. lib. I. Ep. 22. HEINS. Turbatum Elegiarum ordinem esse facile apparet. nam cum primam Elegiam ut praefationem praemisisset, sequi decebat eam, quae nunc tertia est, quae ultimam in urbe noctem, & quae eâ gesta sunt, narret; deinde succedere debebat haec, *Tinguitur*, &c. quae narrat quid primum acciderit postquam navem conscenderit, ut ventis adversis in litus Italicum rejectus fuerit. & tunc sequi debebat, quae nunc secunda est. *Di maris & terrae*, quae tempestatem, qua jactatus fuit, describit miserabiliori carmine, quam ut verosimile sit in navi tam quassata, de ea facienda potuisse cogitare, nisi Nasonem Eumolpo Petroniano similem fingamus, cui vacabat in vicinia mortis versus facere. pro *tinguitur*, *turgitur* erat in duobus. vid. ad lib. II. Met. 172. & II. Art. Am. 410. BURM.

3. *Findimus.*] *Scindimus* Putean. & Servii.

5. *Me miserum, quantis increscunt aequora ventis, Erutaque ex imis fervet arena fretis.*] Supra Eleg. II.

Quantae deducto subsidunt aequore valles,
Jamjam taciturnas tartara nigra putes.

CRUQUIAN. *Increscunt* rectius multi veterum. HEINS. *trebescunt* duo. *turgescunt* vel *horrescunt* alius. deinde, *arena fretis* Putean. & sex alii.

9. *Pinea texta sonant.*] Tabulae è pino, quibus compacta erat navis sic lib. I. Fast.

Pinea non sano ter pede texta ferit.

Et lib. XIV. Metamorphoseos:

—— *Fert acie avidas in pinea Turnus*
Texta faces.

Ita enim è veteribus libris legendum ibi docui; adduxique hunc Catulli locum ex carmine de Nuptiis Pelei & Thetidos:

Pinea conjungens inflexae texta carinae.

quem nuper valde illustravit eruditiss. vir Josephus Scaliger: cujus verba (sunt enim non vulgaria) huc adferre operae pretium me facturum sum opinatus. Certe *Texere naves* veteres dicebant, à quo loco

Nauta, comes illius pallore timorem,
Ipse regendi vitam, non regit arte, ratem.
Utque ipsum validis non prosciendia rector
Cornibus rigidae flena remittit equo:
Sic nos quo voluit, sed quo rapit impetus undae,
Aurigam video vela dedisse rati.
Quod mihi mutatas emiserit Aeolus auras;
In loca jam nobis non adeunda ferar.
Nam procul Ilyris laeva de parte relictis,
Inter dicta mihi cernitur Italia.
Detinat in veritus quaeso contendere terras,
Et mecum magno pareat aura Deo.

Dum

Dum loquor, & cupio pariter timeoque revelli,
Increpuit quantis viribus unda latus!
Parcite, caerulei, vos parcite, numina ponti;
Infestumque mihi sit satis esse Jovem.
Vos animam saevae fessam subducite morti.
Si modo, qui periit, non periisse potest.

Exsilii facio per mea vota viam.
Quamque dedit vitam mitissima Caesaris ira,
Hanc finite infelix in loca jussa feram.
Noluit hoc Caesar, quid quem fugat ille tenetis?
Adspiciat vultus Pontica terra meos.

CIOFAN.

22. *Pareat illa deo.*] Quae *illa*? plurimi veterum, *unda*. Sed probo & sequor *tò aura*. quod in decem castigationibus offendi. HEINS. *Magna pareat unda maris* Bernens.

23. *Timeoque revelli.*] Barberin. & unus Patav. *revelli*, ab Italiâ scilicet. HEINS. Sed *Repelli* eodem sensu capi debet. nauta enim tendebat in Illyricum litus, Naso optabat ad Italiam appelli.

25. *Parcite caerulei vos saltem numina ponti.*] Prim. Polit. prim. Vatic. & unus Bononiensis cum Rottendorphiano,

—— *Vos parcite numina ponti.*

HEINS.

ELEGIA V.

O Mihi post ullos numquam memorande sodales,
O cui praecipuè fors mea visa sua est;
Attonitum qui me, (memini) carissime, primus
Ausus es adloquio sustinuisse tuo;
Qui mihi consilium vivendi mite dedisti,
Cum foret in misero pectore mortis amor;
Scis bene, cui dicam, positis pro nomine signis;
Officium nec te fallit, amice, tuum.

Haec

1. *O mihi post ullos numquam memorande sodales, O cui praecipuè fors mea visa sua est!*] Laudat amicum à fide, & à dolore. sic prope lib. IV. De Ponto:

O mihi non dubios inter memorande sodales!

Et IV. hujus operis:

O mihi dilectos inter fors prima sodales,
Unica fortunis ara reperta meis.

Hunc paene versum usurpavit Martial. lib. I. *O mihi post nullos Juli memorande sodales.* CIOFAN. *Memorande* veteres plerique. Scribe praeterea, *nusquam memorande*. Pont. IV. *O mihi non dubios inter memorande sodales.* Martialis, *O mihi post nullos, Juli, memorande sodales.* HEINS. Post *nullos nunquam* editi quidam. mox, *Et cui* Gryph. & Vincent. deinde *fors mea* unus Vatic.

5. *Consilium vivendi mite dedisti.*] *Fuisti* unus Mediceus. elegantet. Trist. IV. El. II.

Hortator pugnae, consiliumque fuit,

Ep. Helen.

Quae mihi sunt comites, consiliumque duae,

HEINS.

6. *Cum foret in misero pectore mortis amor.*] Cum me ipsum interficere exoptarem, lib. III. Eleg. IIX. de Patria, ac suorum desiderio, ubi gladio mori expetens de Augusto queritur, quod suas offensas, ut ipse ait, non ulcisceretur.

Tantus amor necis est, querar ut de Caesaris ira,
Quod non offensas vindicet ense suas.

Celsus, quem inter paucissimos illos enumerat; qui ab ejus amicitia non discesserant, effecit, ut manus à seipso abstinuerit. lib. I. De Ponto Eleg. II.

O quoties vitae custos invisus amaree
Continuit promptas in mea fata manus.

CIOFAN.

7. *Positis.*] *Petoris* Bernens.

8. *Fallit amice tuum.*] *Meum* multi codices.

Et

Haec mihi semper erunt imis infixa medullis;
Perpetuusque animae debitor hujus ero.
Spiritus & vacuas prius hic tenuandus in auras
Ibit, & in tepido deseret ossa rogo;
Quam subeant animo meritorum oblivia nostro;
Et longâ pietas excidat ista die.
Dî tibi sint faciles, & opis nullius egentem
Fortunam praestent, dissimilemque meae.
Si tamen haec navis vento ferretur amico;
Ignoraretur forsitan ista fides.
Thesea Pirithoüs non tam sensisset amicum,
Si non infernas vivus adisset aquas.
Ut foret exemplum veri Phoceus amoris,
Fecerunt Furiae, tristis Oresta, tuae.
Si non Euryalus Rutulos cecidisset in hostes;
Hyrtacidae Niso gloria nulla foret.
Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum,
Tempore sic duro est inspicienda fides.

Dum

an, *sinis?* quod saepe in *meum* & *tuum* a librariis mutatum. *officium mox te* Bernens.

9. *Haec mihi semper erunt imis infixa medullis.*] Sic Tullius lib. XV. Epist. IV. ad Attic. *Quae mihi sunt inclusa medullis.* CIOFAN. *Consissa* Vatic. *confixa* Polit. prim.

10. *Animi debitor.*] *Animae* plerique meliores. HEINS. Et ita emendatores editiones.

11. *Spiritus & vacuas.*] *Spiritus hic vacuas p. extenuatus in auras* Bernens. & alii multi, nisi quod *extenuandus* Gryph. & aliorum editiones. *in tepidos rogos* unus codex.

14. *Longa.*] *Longo* unus Heinsii.

15. *Opis.*] Vide quae dixi lib. & Elegia 1. De Ponto. CIOFAN.

17. *Si tamen haec navis.*] Metaphora, & inductio. CIOFAN.

17. *Ferretur amico.*] *Feruretur* tres scripti. quae eadem diversitas apud Stat. II. Achill. 332.

Tu patris dum lene fretum, Zephyrisque fruuntur
Carbasa.

ubi Gevartius edidit, *feruntur.* & hoc, ut puto, rectius: laxe enim *ferentes venti* passim. *frui* & *fieri* etiam apud Maronem saepe confudisse librarios video. BURM.

19. *Thesea Pirithoüs &c.*] Tria amicorum paria enumerat Eleg. XIV. hujus libri. plura nos de his in observationibus in Metamorph. quae secundo exhibemus. Et Manilius lib. II. Astronom.

Unus erit Pylades, unus qui mallet Orestes
Ipse mori, levis urna finit per saecula mortis,
Alter quod raperet fatum, non cederet alter.
CIOFAN.

21. *Phoceus.*] Ita passim scribi video; sed perperam. nam recte Scaliger ad Euseb. MCCCCXVII. ostendit *Phoceos* esse Phocaeae urbis incolas; hic autem de Pylade agitur, qui Strophii, Phocidis regis, filius fuit. *Phoceus* vero etiam Graece Φωκεὺς, ut *Phocaeus* Φωκαιεὺς. quare hic legendum, *Phoceus*, ut & inf. IV. 4. 71. & II. Pont. III. 45. XI. Met. 348. II. Amor. VI. 15. & ubique. posset etiam peculiari denominatione Pylades *Phoceus* dicia Phoco proavo ejus. vid. Schol. Eurip. Oresl. 12. *exemplum veteris* etiam Junian. BURM.

22. *Oresta.*] Ita plerique scripti & Editi. sed rectius, *Oresta*; vid ad Epist. VIII. 9. & V. Met. 248.

23. *Cecidisset.*] Francius malebat, *incidisset.* sed ex Virgilio notum, Euryalum incidisse in hostes, cum Nisus ei opem ferre volebat.

24. *Hyrtacidae Niso.*] Hyrtaci filii. Virg. lib. IX. & ipse in Ibin. CIOFAN. *Niso* tres libri. HEINS.

25. *Dum juvat, & vultu ridet fortuna sereno,*
Indelibatas cuncta sequuntur opes.] Infra Eleg. XIX.

Donec eris felix, multos numerabis amicos;
Tempora si fuerint nubila, solus eris.
CIOFAN. Opt. Vatic. *juvet*, puto *fovet.* HEINS.

26. *Inspicienda.*] *Conspicienda* Bernens. & Heinsii unus codex: & ita laudare Vincent. Bellovac. Specul. Hist. VI. CXIX. notavit Heinsius. qui & mox

Dum juvat, & vultu ridet Fortuna sereno,
Indelibatas cuncta sequuntur opes.
At simul intonuit; fugiunt: nec noscitur ulli,
Agminibus comitum qui modo cinctus erat.
Atque haec exemplis quondam collecta priorum,
Nunc mihi sunt propriis cognita vera malis.
Vix duo tresve mihi de tot superestis amici.
Cetera Fortunae, non mea, turba fuit.
Quo magis, ô pauci, rebus succurrite lapsis,
Et date naufragio litora tuta meo:
Neve metu falso nimium trepidate, timentes,
Hac offendatur ne pietate Deus.
Saepe fidem adversis etiam laudavit in armis;
Inque suis amat hanc Caesar, in hoste probat.
Causa mea est melior, qui non contraria fovi
Arma; sed hanc merui simplicitate fugam.
Invigiles igitur nostris pro casibus oro;
Diminui si quâ numinis ira potest.

Scire

mox, *vultu secundo*, ut itidem Bernens. & ita supra Eleg. I. 51. *fortunata secundam* dixit, ubi & alii *feretram.* vide I Fast. 681. BURM.

28. *Sequuntur.*] *Sequentur* Bernens. & Putean.

29. *Fugiunt.*] *Fugitur* Moreti. *nec noscitur ullus* Bernens.

31. *Collecta.*] *Collata* duo libri. vid. lib. V. Fast. 311. *exemplis nobis inducta* Bern. a manu prima, superscriptum vero, *collecta.*

32. *Nunc mihi sunt.*] *Nae mihi* fragmentum Revii. ut ita Eleg. VI. 16. duo libri,

Nae tibi pro vili sub pedibusque jacet.

vid. ad Quinctil. Decl. VII. 9. BURM.

35. *Quo magis ô pauci rebus succurrite laesis, Et date naufragio litora tuta meo.*] Lib. V. Eleg. II.

Quo ferar? unde petam lapsis solatia rebus?
Anchora jam nostrum non tenet ulla ratem.

CIOFAN. Alii, *lassis*, meliores, *lapsis*, quod sequor. quanquam & alterum potest admitti. sic Trist. V. El. II. 41.

Quo ferar, unde petam lapsis solatia rebus?

ubi similis diversitas in scriptis exemplaribus. & Pont. II. El. II.

Nunc tua pro rebus nitatur gratia lapsis.

ubi veterrimus Sarravianus, *lassis.* ut & Eleg. III.

Rescivit antiquum lapsis in rebus amicum.

Gratius Cynegetico:

Te primum Vulcane loci pacemque precamur
Incola sancte tuam, des lapsis ultima rebus
Auxilia.

perperam *ipsis rebus* nunc legitur. Neque aliter Virgilius IV. Georg. 448. aliique ex optimis scriptoribus passim. HEINS. *Fessis* unus Bonon. nec hoc caret exemplo vid. Savar. ad Sidon. Carm. V. pf. 670. & Elmenh. ad Arnob. lib. I. pag. 19. & ubique fere *res laesae*, *lapsae*, *lassae*, *fessae* confusae à librariis. BURM.

37. *Trepidate.*] *Properate* Junian.

41. *Causa mea est melior, quia non contraria fovi Arma.*] Conjurationem & conspirationem contra Augustum intelligit: de qua lib. II. his verbis:

Divitiis etiam multos, & honoribus: auctos
Vidi, qui tulerant in caput arma tuum.
Causa mea est melior, quia non contraria dicor
Arma, nec hostiles esse secutus opes.

Et lib. III. Eleg. V.

Non mihi quaerenti pessundare cuncta, petitum
Caesareum caput est, quod caput orbis erat.

Tu Suetonium lege in Augusto. CIOFAN. Qui optimi scripti & ita Ald. Gryph. & alii. metuebant scilicet, qui *quia* rescripserunt, ne feloccillaret Ovidius, quia *causa mea* praecesserat. sed ita & III. ex Pont. IV. 91.

Nec mea verba leges, qui sum submissus ad istum.

sic & lib. XIII. Met. 237.

Meum est, qui dantem terga retraxi.

Scire meos si quis casus desideret omnes;
Plus, quam quod fieri res finit, ille petat.
Ter mala tum passus, quot in aethere sidera lucent:
Parvaque quot siccus corpora pulvis habet.
Multaque credibili tulimus majora: ratamque,
Quamvis acciderint, non habitura fidem.
Pars enim mecum quaedam moriatur oportet:
Maesta velim possit dissimulare tegi.
Si vox infragilis, pectus mihi ferreus aere,
Plenaque cum linguis pluribus ora forent;
Non tamen hoc omnes potuissem exprimere verbis:
Materiae vires exsuperante meae.
Pro duce Nervio docti mala nostra Poënae
Scribite: Nerviо nam mala plura tuli.
Vt bene (pudet heu) multis erravi in armis
Inter Dulichias Ithacasque domos.

Nos freta sideribus notis distantia mensos
Sors tulit in Geticos Sarmaticosque sinus.
Ille habuit fidamque manum, sociosque fideles:
Me profugum comites deseruere mei.
Ille suam laetus patriam victorque petebat.
A patriâ fugio victus & exsul ego.
Nec mihi Dulichium domus est, Ithaceve, Sameve:
(Poena quibus non est grandis abesse locis.)
Sed quae de septem totum circumspicit orbem
Montibus, imperii Roma Deumque locus.
Illi corpus erat durum patiensque laborum:
Invalidae vires ingenuaeque mihi.
Ille erat adsuetus saevis agitatus in armis:
Adsuetus studiis mollibus ipse fui.
Me Deus oppressit, nullo mala nostra levante:
Bellatrix illi Diva ferebat opem.

Cum-

63, *Sociosque fideles.*] Tres, *fidosque sodales*: tantundem est. Ne bis idem dicat, videtur scribendum, *certosque sodales*. ut apud Martialem,

—— *fidis homo certus amicis.*

HEINS. Ego mallem, *firmosque sodales*, quia *fidus* & *firmus* saepe commutantur. ita apud Virg. II. Æn. 281.

Spes o fidissima Teucrum.

quidam codices, *firmissima*: BURM.

66. *Fugio.*] *Fugi* plurimi. *exsul ero* Lovan.

67. *Ithaceve Sameve.*] *Samove* prim. Vatic. reliqui, *Samove*, utrumque probum. de quo Remed. Amor. vs. 264. HEINS.

68. *Poena non est grandis.*] Non magna molestia, sed putilla est abesse Ithaca, & Samo. Etenim non urbes sunt, quae comparari possint cum urbe Roma, quae est totius orbis imperium, decorumque sedes ac domicilium: à qua abesse summam capio molestiam, & vitam ipsam instar mortis mihi esse duco. & vide quam venuste contraria contrariis, in universa hac sui & Ulixis collatione, referat: quae plurimum artis & eloquentiae habent. CIOFAN.

71. *Laborum.*] *Laboris* Bernens.

72. *Invalidae vires ingeniumque mihi.*] Melius fortasse, *invalidae vires ingenuaque mihi*. Quamquam *ingenium* pro mente poni aut indole, nihil novum. DAN. HEINS. Lege cum plerisque scriptis, *ingenuaque*, ut apud Martialem, X. 47.

Vires ingenuae, salubre corpus.

Idem lib. III. Epigr. XLVI. haec duo quoque conjunxit.

Invalidum est nobis ingenuumque latus.

Idem lib. XII. Epigr. IV. *ingenuam pigritiam* quoque dixit. HEINS. *Exiguaeque* Bernens. Moreti & quidam alii, quod gloss atoris. sed *ingenuas* rectum est. servi enim viribus corporis censentur, & quo validiores, eo carius emebantur. sed in ingenuo homine moderatae sufficiebant. vide egregie Cl. Graevium ad Cicer. de Senectut. cap. X. & ita recte ceperat Capelanus, cui acquiescere noluit Jo. Mosint. Briosius in Epistolis pag. 33. qui hic *ingenium* tuetur, quia *ingenuas vires* vult significare *robur ingenitum*: ut *ingenui fossiet, crines* &c. dicuntur; quod notissimum, & a Lexicographorum turba jam productis locis firmare contendit. sed in Martialis certe loco, de quo praecipue agitur, *ingenuas vires* ita capi, docet alter ab Heinsio adductus, ubi sibi *invalidum & infirmum* latus esse dicit. non ergo habebat, *unc natura vigorem*. Et ita *ingenuam* sibi esse *gulam*, non minus ac Mario, dicit lib. IV. Ep. II. id est, delicatam, ut ingenuis esse solet, non servis, qui de demenso suo victitant. eodem fere modo, quo Vercenarius ille apud Petron. cap. CXVII. sub injusto fastidio deficiens, dicit, *hominis operas locavi, non taboralli, nec minus liber sum, quam ego hic ingenuam, ancillam & liberinam* opponit Lib. III. Ep. 23. & si *bona fide*, vel ut Terentius *liberali*, sit ancilla, hanc quoque sibi *ingenuam* fore ait. Ammian Marcell. lib. XIX. cap. 8. *Cum ire protinus pergeremus & incedendi nimietate jam superaret, ut ingenuus ingenuus, offendi dirum adspectu.* ubi se, ut ingenuum, insuetum pedestri & longo itineri dicit. ut Nofter mox se *adsuetum mollibus studiis* dixit. Ita apud Nostrum Ep. XX. 6. *ingenuae genae* opponuntur servilibus, quibus omnis perit pudor. & ita passim, neque de hoc, puto, quisquam dubitabit. BURM.

74. *Adsuetus studiis.*] *Assiduus* fragmentum Re-

Scire meos si quis casus desideret omnes;
Plus, quam quod fieri res sinit, ille petat.
Tot mala sum passus, quot in aethere sidera lucent:
Parvaque quot siccus corpora pulvis habet.
Multaque credibili tulimus majora: ratamque,
Quamvis acciderint, non habitura fidem.
Pars etiam mecum quaedam moriatur oportet:
Meque velim possit dissimulante tegi.
Si vox infragilis, pectus mihi firmius aere,
Pluraque cum linguis pluribus ora forent;
Non tamen idcirco complecterer omnia verbis:
Materiâ vires exsuperante meas.
Pro duce Neritio docti mala nostra Poëtae
Scribite: Neritio nam mala plura tuli.
Ille brevi spatio multis erravit in annis
Inter Dulichias Iliacasque domos.

Nos

vide quae notavimus ad Quinctil. Decl. IX. 2. eadem ratio in illis, *meum absentis nomen*, & similibus, de quibus vid. Scal. Auson. Lect. II. 12. Zinzerl. Promul. cap. 35. pro *foci* Regius etiam, Bernens. & octo alii, *moeni*. sed *movere arma* non erat Nasonis. Burm.

44. *Diminui.*] *Deminui* edidit. D. Heins. & ita Grevium in Suet. Aug. 41. exhibuisse notavi, & saepe in Livio Gronovium, & alios. *Caesaris ira* etiam Bernens. Burm.

45. *Desiderat omnes.*] *Desideret* tres meliores. & *petat* pro *petit* proximo versu. Heins.

47. *Lucent.*] *Fulgent* Bernens. & tres alii.

51. *Pars etiam.*] Merula ingenium, vel famam Poëtae, quam ex arte Poëtica consecutus est, intelligit, quae nihil componendo in Scythia debet mori, inepissime: intelligat arcanum illud, quod veram exsilio causam dedit, quod etiam post mortem suam velit posse celari. cujus voti compos factus: cuanta enim cura & labore in veram exsilii causam inquirunt viri docti? Burm.

53. *Si vox infragilis, pectus mihi firmius esset.*] Longe melius, quod in aliis, *pectus mihi firmius aere*. rerum illud, γηλκείν δὲ μᾶ. ἤτερ ἔνειε. D. Heins. *In fragili mihi pectore firmior* Iunian. prim. Vatic. & alii quinque. duo praeterea ex nostris & Berlm. *pectus mihi firmius aere*. Scribe,

Si vox in fragili mihi pectore firmior aere.

Homeri illa respexit Ilias, Β. 489.

Ὡς δ' ὅτ' ἀν ἄνδρες ἐπὶ γλήνεον ἄνδρα δαῆται ἔξης ἑζόμενοι, γλήνεον δὲ μέσ' ἤτορ ἔκηλε.

quod jam alii viderunt. Haec vox aerea apud Lucretium. *ferream* Virgilius maluit dicere. Cerberum Hesiodus in Theogonia vocat, Ἀΐδεω κύνα χαλκεόφωνον. ubi vide annotata Graevii nostri cap. XXXIII. Heins. Homeri locus stabilit vulgatam lectionem,

Si vox infragilis, pectus mihi firmius aere.

non fragilis habet Francof. & quinque alii. ut saepe pro compositis ex *in*, *non* posuerunt librarii. sed *infragilis* recte. ita Plinius lib. XX. I. *Adamantem infragilem omni vi & invictum* dicit. Burm.

55. *Verbis.*] *Dictis* Vossian.

56. *Meas.*] *Suas* Lovan. & tres alii.

57. *Neritio.*] *Naritio* multi scripti & editi. perperam. vid. IV. Fast. 69.

59. *Multis erravit in annis.*] Variant codices: quidam, *undis*; alii, *arvis*; alii, *armis* habent. ego libenter scriberem, *Ille brevi in spatio multis erraverit annis*: sed sequentia vetant.

61. *Nos freta sideribus notis distantia.*] *Natis* Combianus & unus Bononiensis. Heins.

62. *Sors tulit in Geticos Sarmaticosque sinus.*] *Detulit in Geticos Caesaris ira sinus*, Junii & quatuordecim alii. *distulit* Leidensis & duo alii. An, *Depulit? Detulit Sarmatis ora* prim. Polit. & prim. Vatic. ut infra,

Sarmatis est tellus, quam mea vota petunt.
Trist. IV. El. X.

Junctaque pharetratis Sarmatis ora Getis.
lib. V. Eleg. III.

Junctaque tenat crudis Sarmatis ora Getis.
sic & *Sarmatis umbra* Pont. lib. I. El. II. Pont. II. Eleg. VII.

Frigore perpetuo Sarmatis ora rigat.
unus Vatic. *Fors tulit.* Heins.

63. *Se-*

Nos freta sideribus notis distantia mensos
Sors tulit in Geticos Sarmaticosque sinus.
Ille habuit fidamque manum, sociosque fideles:
Me profugum comites deseruere mei.
Ille suam laetus patriam victorque petebat.
A patriâ fugio victus & exsul ego.
Nec mihi Dulichium domus est, Ithaceve, Sameve:
(Poena quibus non est grandis abesse locis)
Sed quae de leprem totum circumspicit orbem
Montibus, imperii Roma Deumque locus.
Illi corpus erat durum patiensque laborum:
Invalidae vires ingenuaeque mihi.
Ille erat adsidue saevis agitatus in armis:
Adsuetus studiis mollibus ipse fui.
Me Deus oppressit, nullo mala nostra levante:
Bellatrix illi Diva ferebat opem.

Cum-

63. *Sociosque fideles.*] Tres, *fidosque sodales*: tantundem est. Ne his idem dicat, videtur scribendum, *certosque sodales*. ut apud Martialem,

— *fidis homo certus amicis.*

Heins. Ego mallem, *firmosque sodales*, quia *fidus* & *firmus* saepe commutantur. ita apud Virg. II. Aen. 281.

Spes o fidissima Teucrum.

quidam codices, *firmissima*: Burm.

66. *Fugio.*] *Fugi* plurimi. *exsul ero* Lovan.

67. *Ithaceve Sameve.*] *Samove* prim. Vatic, reliqui, *Samosve*. utrumque probum. de quo Remed. Amor. vs. 264. Heins.

68. *Poena non est grandis.*] Non magna molestia, sed pusilla est abesse Ithaca, & Samo. Etenim non urbes sunt, quae comparari possint cum urbe Roma, quae est totius orbis imperium, deorumque sedes ac domicilium: à qua abesse summam capio molestiam, & vitam ipsam instar mortis mihi esse duco. & vide quam venuste contrahit contrariis, in universa hac sui & Ulixis collatione, referat: quae plurimum artis & eloquentiae habent. Ciofan.

71. *Laborum.*] *Laboris* Bernens.

72. *Invalidae vires ingenium que mihi.*] Melius fortasse, *invalidae vires ingenuaeque mihi*. Quamquam *ingenium* pro mente poni aut indole, nihil novum. Dan. Heins. Lege cum plerisque scriptis, *ingenuaeque*. ut apud Martialem, X. 47.

Vires ingenuae, salubre corpus.

Idem lib. III. Epigr. XLVI. haec duo quoque conjunxit.

Invalidam est nobis ingenuumque latus.

Idem lib. XII. Epigr. IV. *ingentem pigritiam* quoque dixit. Heins. *Exiguaeque* Bernens. Moreti & quidam alii. quod glossatoris. sed *ingenuas* rectum est. servi enim viribus corporis cenlentur, & quo validiores, eo cariis emebantur. sed in ingenuo homine moderatae sufficiebant. vide egregie Cl. Graevium ad Cicer. de Senectut. cap. X. & ita recte ceperat Capelanus, cui acquiescere noluit Jo. Molant. Briosus in Epistolis pag. 33. qui hic *ingenium* tuetur, quia *ingenuas vires* vult significare *robur ingenium*: ut *ingenii fontes, crimen* &c. dicuntur; quod notissimum, & a Lexicographorum turba jam productis locis firmare contendit. sed in Martialis certe loco, de quo praecipue agitur, *ingenuas vires* ita capi, docet alter ab Heinsio adductus, ubi sibi *invalidam & infirmo* latus esse dicit. non ergo habebat, *une nature vigoureuse*. Ita ita *ingenuam* sibi esse *gulam*, non minus ac Mario, dicit lib. IV. Ep. II. id est, delicatam, ut ingenuis esse solet, non servis, qui de demenso suo victitant. eodem fere modo, quo Mercenarius ille apud Petron. cap. CXVII. sub injusto fasce deficiens, dicit, *hominis operas locavi, non caballi, nec minus liber sum, quam vos. Sic ingenuam, ancillam & libertinam* opponit Lib. III, Ep. 33. & si *bona facie*, vel ut Terentius *liberali*, sit ancilla, hanc quoque sibi *ingenuam* fore ait. Ammian. Marcell. lib. XIX. cap. 8. *Cum ire protinus perperemus & incedendi nimietate jam superaret, ut injustus ingenuus, offensi dirum adspectu.* ubi se, ut ingenuum, infuetum pedestri & longo itineri dicit. ut Nofter mox se *adjutum mollibus studiis* dixit. Ita apud Nostrum Ep. XX. 6. *ingenuae genae* opponuntur servilibus, quibus omnis perit pudor. & ita passim, neque de hoc, puto, quisquam dubitabit. Burm.

74. *Assuetus studiis.*] *Assiduus* fragmentum Re-

Cumque minor Jove sit tumidis qui regnat in undis;
Illum Neptuni, me Jovis ira premit.
Adde, quod illius pars maxima ficta laborum est;
Ponitur in nostris fabula nulla malis.
Denique quaesitos tetigit tamen ille Penates;
Quacque diu petiit, contigit arva tamen.
At mihi perpetuo patriâ tellure carendum est,
Ni fuerit lacsi mollior ira Dei.

vii antiquissimum, & codex Bernens. cum quinque aliis; eleganti repetitione, & cujus glossa videtur *adjecisse*. vid. ad lib. I. Fast. 442. *ipse fesi* etiam Lovan. Burm.

75. *Ide Deus oppressit nullo mala nostra levante.*] Hoc est quod superius ait:
Saepe premente Deo, fert Deus alter opem.

Significat autem se à quoquam suorum non adjuvari: neminem de se, deque sua salute sollicitum esse, ut mitem ac placabilem sibi Augustum reddere enitatur. Ciofan. *Nostra juvante* Lovan.

82. *Quaeque.*] *Quidque diu petiit, contigit illi tamen* Bernens.

84. *Ni fuerit.*] *Ni modo sit* unus. *mitior* alius.

ELEGIA VI.

Nec tantum Clario Lyde dilecta poëtae,
Nec tantum Coo Battis amata suo est:
Pectoribus quantum tu nostris, Uxor, inhaeres;
Digna minus misero, non meliore viro.

Te

1. *Clario poëtae.*] Lyde amica fuit Callimachi, quam ardentissime amavit: de qua etiam Elegias scripsit. *Clario*, Callimacho Apollinis vati. &c. Marula. Clarium poëtam accipe Antimachum, Colophonium patria. Fuerunt enim vicina inter se Colophon, & Clarii Apollinis oraculum. Unde & Nicander, cum esset Colophonius, de se ipse inquit: Τὸν ἰδιοπὸ Κλάριον ὑφήσατο πολίτην. Quod autem Antimachus Lyden amarit, & ejus obitum etiam carmine prosecutus fuerit, indicat Crinitus ex Politiano, Epist. XXII. lib. XII. Micyll. Antimacho, ut recte docuit doctiss. Parrhasius in Claudianum lib. I. de Rapt. 136. Hunc autem versum memoria ipsius eruditiss. vir Adrianus Turnebus in suis adversariis Propertio attribuit. Ceterum recte interpretatus est. Ciofan. Recte castigavit ignorantiam Micylli. Antimachus enim insano amore Lyden prosecutus, & poëma in ejus honorem *Lydes* scripsit. v. Kuster ad Suid. in *Antimachus*. Athenaeus vero lib. XIII. 7. non uxorem, sed amicam fuisse scribit, nam inter nobiles meretrices eam recenset, & capite 88. Elegiam adfert Hermesianactis, qua Poëtas, qui amicas decantarant, enumerat, inter quos & Philetam cum Bathyde sua habet. vid. Turneb. XI. adv. 3. qui non, ut Ciofanus adfirmat, Propertio, sed Ovidio tribuit. certe in mea editione. Burm.

4. *Non meliore viro.*] Sum enim ex antiquissima & nobilissima Nasonum familia, ex qua innumerabiles equites exierunt: fuit poëta summo ingenio, & eruditione praestanti: quo conjuge ante hanc meam calamitatem, te jactare solebas. Eleg. III. lib. IV.

Tempus ubi est illud, quo te jactare solebas
Conjuge? nec nomen dissimulare meum.
Tempus ubi est, quo te, nisi non vis illa referri,
Et dici memini, juvit & esse meam?
Utque proba dignata est, omni tibi dote placebam,
Addebat veris multa faventis amor.

Lib. II. ad Augustum de sua familia:

Illâ nostra die, qua me malus abstulit error,
Parva quidem periit, sed sine labe domus.
Sic quoque parva tamen, patrio dicatur ut aevo
Clara, nec ullius nobilitate minor.
Et neque divitiis, nec paupertate notanda est,
Unde sit in neutrum conspicienda eques.
Sit quoque nostra domus vel censu parva, vel orta,
Ingenio certe non latet illa meo.
Quo videar quamvis nimium juveniliter usus,
Cir anda tamen tuto nomen in orbe fero.

Tur-

Te mea, suppositâ veluti trabe, fulta ruina est:
Siquid adhuc ego sum, muneris omne tui est:
Tu facis, ut spolium ne sim, neu nuder ab illis,
Naufragii tabulas qui petiere mei.
Utque rapax, stimulante fame, cupidusque cruoris
Incustoditum captat ovile lupus:
Aut ut edax vultur corpus circumspicit ecquod
Sub nullâ positum cernere possit humo:
Sic mea nescio quis, rebus male fidus acerbis,
In bona venturus, si paterêre, fuit.
Hunc tua per fortes virtus submovit amicos,
Nulla quibus reddi gratia digna potest.
Ergo quam misero, tam vero, teste probaris:
Hic aliquod pondus si modo testis habet.
Nec probitate tuâ prior est aut Hectoris uxor,
Aut comes extincto Laodamia viro.
Tu si Maeonium vatem fortita fuisses;
Penelopes esset fama secunda tuae.

Sive

Turbaque doctorum Nasonem novit, & audet
Non fastidiis annumerare viris.

Ciofan.

5. *Suppositâ veluti trabe fulta ruinâ est.*] Non damno quidem hanc lectionem, quam libri veteres agnoscunt, veriorem tamen auguror fore, si *carina* reponas. Intelligit trabes illas quae subductis in litus navibus subjiciebantur. Hae Graecis Φάλαγγες vel Φυλάγγια, de quibus Pollux & Hesychius: Nonius quoque in *Palangae*. Varro de vita Pop. Rom. *Cum Poenus in fretum obviam venisset nostris, & quosdam cepisset, crudelissime pro palangis carinis subjecerat, quo natu debilitaret nostros.* Isidorus lib. XIX. cap. 2. Etym. *Pulvinos* videtur appellare. Minucius Octavio *Et cum ad id loci ventum est, ubi subductae naviculae substratis roboribus à terrenâ labe suspensae quiescebant.* Heins. Nihil mutandum censeo. mea ruina, id est fortuna mea lapsa, fulta est te, velut trabe, suppositâ. sic & lib. Eleg. v. 13.

Quippe mea est humeris fulta ruina tuis.

& II Pont. III. 60.

Restat adhuc humeris fulta ruina tuis.

nec *Carinae* proprie palangis fulciebantur, sed subjiciebantur illae, cum subductae in litore quiescebant, & per quas, cum deducendae essent, devolvebantur in mare. Burm.

7. *Ut spolium non sim.*] *Ut ne sim* tres veteres. Heins.

9. *Cupidusque cruoris.*] *Sitiensque* unus Mediceus. venuste. vide Notas nostras ad Claudianum lib. III. de Raptu Proserpinae. pf. 282. Heins.

12. *Sub nulla.*] *Sub nuda* Scaliger & editiones nonnullae. perperam. corpus sub nulla tellure positum, est inhumatum corpus. Heins. *In nuda* volebat Francius. Sed *sub* est pro *in*. vid. ad I. Met. 689.

13. *Male fidus.*] An non rectius, *male fisus*: credens & confidens se ideo facilius invadere posse mea bona, quia acerbam fortunam experior. sed & vulgata servari potest, ut sit in rebus meis acerbis, quibus fides ejus debebat se ostendere, infidus. Burm.

15. *Tua virtus.*] Nostro idiomate, *il tuo valore*. Sic Cicero item ad uxorem: *Ex litteris multorum, & sermone omnium perfertur ad me, incredibilem tuam virtutem & fortitudinem esse.* Plautus in Prologo Amphitruonis:

Virtute ambire oportet, non sacrificulos.

Ciofan.

17. *Quam misero tam vero.*] Videtur color ex illo Sinonis apud Virgil. II. Aeneid. 79. ductus:

——— *nec si miserum fortuna Sinonem*
Finxit, vanum etiam mendacemque improba finget.

tam misero, quam vero quinque codices. vid. ad XII. Met. 220. Burm.

19. *Probitate.*] Francius *pietate* malebat. non video cautam. castitatem enim uxoris laudat. & *probus* Noster passim, Terentius & alii, castas vocare solent. omnes autem, quibus suam conferi, pudicitiae laude fuere memorabiles, & hoc praecipuum Liviae decus. Burm.

21. *Tu si Maeonium vatem fortita fuisses, Esset Penelopes fama secunda tuae.*] Si Homerum laudum

Sive tibi hoc debes, nullâ pia facta magistrâ;
Cumque novâ mores sunt tibi luce dati:
Femina seu princeps, omnes tibi culta per annos,
Te docet exemplum conjugis esse bonae:
Adsimilemque sui longa adluetudine fecit:
Grandia si parvis adsimilare licet.
Hei mihi, non magnas quod habent mea carmina vires,
Nostraque sunt meritis ora minora tuis!
Si quid & in nobis vivi fuit ante vigoris,
Extinctum longis occidit omne malis:
Prima locum sanctas heroïdas inter haberes:
Prima bonis animi conspicerêre tui.
Quantumcumque tamen praeconia nostra valebunt;
Carminibus vives tempus in omne meis.

tiarum praeconem invenisses, Penelope tuae famae, tuique nominis celebritati concederet. Homerus enim is fuit, qui omnium sectarum hominibus scribendi materiam solus dedit. De quo sic Quinctilianus lib. x. *Homerus (quemadmodum ex Oceano dicit ipse amnium vim, fontiumque cursus initium capere omnibus eloquentiae partibus exemplum & ortum dedit.* Quibus verbis non dubito quin respexerit ad locum poëtae nostri lib. III. Amor. in Elegia de morte Tibulli:

Adspice Maeoniden, à quo ex fonte perenni
Varium Pieriis ora rigantur aquis.

Ciofan. Sub Penelopae persona, suos amores occultavisse Homerum, canit Hermesianax in dicta apud Athenaeum Elegia. *fama secunda tibi* Bernens.

23. *Nullo pia facta magistro.*] *Nulla magistrâ* multi ex melioribus. Heins. *Tibi debes* Junian. *haec debes* Putean. & sex alii.

26. *Te docet exemplum conjugis esse bonae.*] Lib. IV. Eleg. III.

Exemplumque mihi conjugis esto bonae.

Ciofan. *Docet* omnes fere scripti & editi.

27. *Sui.*] *Sibi* Leid. Bern. & novem alii.

31. *Si quid & in nobis vivi fuit ante vigoris, Extinctum longis excidit omne malis.*] Ibidem:

Ingenium fregere meum mala.

A luminibus metaphora. Ciofan. *Κατεφθαρται* est *extinctum, excidit.* etsi minime ignoro *excidere* hac significatione usitatum esse Ovidio, de quo Remed. Amor. vs. 348. est dictum. primus tamen Politiani, prim. Vatic. & sex alii, *occidit*, quod sequor. Heins

33. *Prima locum sanctas Heroïdas inter haberes.*] Lib. v. Eleg. VI.

Edidit haec mores illis Heroïbus aequos,
Queis erat Eurytion, Icariusque pater.

Ciofan.

35. *Quantumcumque tamen praeconia nostra valebunt, Carminibus vives tempus in omne meis.*] Lib. v. Eleg. IX.

Quanta tibi dederim nostris monumenta libellis,
O mihi me conjux carior, ipsa vides.
Detrahat auctori multum fortuna licebit,
Tu tamen ingenio clara ferere meo.
Dumque legar pariter mecum tua fama legetur;
Non potes in maestos omnis abire rogos.

Ciofan.

ELEGIA VII.

Si quis habes nostri similes in imagine vultus;
Deme meis hederas, Bacchia ferta, comis.

Ista

1. *Si quis habes nostri.*] Ad amicum, qui sui ipsius effigiem auro sculptam habebat, ac gestabat. Ciofan. *Nostri* sex meliores. & mox, *Bacchia ferta*, pro *Bacchica*. Adi Notas Met III. 517. Heins.

2. *Deme meis ederas, Bacchica ferta, comis.*] Quare velit poëta è suo capite coronam demi, causa est sequenti versu. Coronabantur autem poëtae corona ex edera, tamquam Baccho sacri, qui Bacchantium more insanirent. quod & Horatius affirmat lib. I. Epist. his verbis:

— *ut male sanos*
Adscribit Liber Satyris, Faunisque poëtas.

Et hic Noster lib. v. Eleg. IV. De Ponto, ait poëtas esse in Bacchi tutela, cui edera consecrata est:

Tu tamen è sacris ederae cultoribus unum
Numine debuerat sustinuisse tuo.

Libro III. De arte, cum aetate sua nullius aestimationis apud locupletes homines poëtas esse videret, ederas pro ipsis poëtis ponit his verbis:

Nunc ederae sine honore jacent.

Ubi poëtas edera coronari solitos ostendit. Et lib. IV. Eleg. I.

Utque suum Baccho non sentis saucia vulnus,
Dum simpet Idaeis exululata jugis:
Sic ubi mota calent sacro mea tempora thyrso,
Altior humanos spiritus ille malo est.

Libro VI. Fastorum:

Bacche racemiferos edera redimite capillos.

Propertius lib. IV. Eleg. I.

Ennius hirsuta cingat sua dicta corona,
Mi folia ex edera pocrige Bacche, tua.

Seneca in Oedipo:

Ederave mollem Baccifera religare frontem.

Libro III. Fast. reddit rationem poëta noster, cur edera sit Baccho gratissima: ubi ita est:

Cur edera cincta est? edera est gratissima Baccho.
Hoc quoque cur ita sit, dicere nulla mora est.
Nysiades Nymphas, puerum quaerente noverca,
Hanc frondem cunis opposuisse ferunt.

Degens igitur Ovidius in exsilio è suo capite coronam dempsit; postea vero à Tomitis, quibuscum septem ipsos annos vixerat, ob vitae candorem, cum alii hospites interficerentur, invitus publice coronatus est. Elegia XIV. lib. IV. De Ponto.

Tempora sacrata mea sunt velata corona,
Publicus invito quam favor imposuit.

Infra autem, ut hoc quoque notem, non ex edera, sed ex lauro & myrto coronam se gessisse ait. lib. II. De Ponto Eleg. V.

Thyrsus enim vobis, gestata est laurea nobis;
Sed tamen amborbus debet inesse calor.

Tibullus lib. II.

Ipse triumphali devinctus tempora lauro,
Dum tumulant aras, ad tua sacra veni.

Hic Noster lib. IV. Fast. sub principium:

Mota Cytherea leviter mea tempora myrto
Contigit.

& lib. I. Amor. Eleg. I.

Cingere litorea flaventia tempora myrto
Musa per undenos emodulanda modos.

Et Elegia ult.

Suffitamque coma matutinum frigora myrtum.

Ciofan.

4. *Temporibus meis.*] Meo capiti, à parte totum κατὰ συνεκδοχήν. Falsus est hic Merula, qui alio modo exponit. Ciofan.

5. *Sentis tamen optime, dici.*] Male habent ita libri vulgati. unus Vatic. *Senti tamen omnia.* tres alii ex eadem bibliotheca, *Senti tamen optime.* Atque haec lectio magis placet cruditiss. viro, optimoque poëtae, Paulo Melisso, cui ego libenter assentior, eoque magis quod in alio omnium antiquissimo Vatic. legitur, *Hoc tibi dissimula, senti tamen optime, dici*, non *haec*, ut est in aliis lib. Ciofan. Puto distinguendum,

Haec tibi (dissimula) sentis tamen omnia dici,
In digito qui me sersque refersque tuo.

D. Heins. Scripti plerique cum primis editionibus, *senti tamen optime dici*, & *hoc* pro *haec*. Lege,

Hoc tibi dissimulas, sentis tamen optime, dici.

optime ut Metam. XIV. vs. 761. ex antiquis codicibus,

— *quorum memor, optima, lentos*
Pone precor fastus.

Virg. Aeneid. XII.

Quam pro me curam geris, hanc precor, optime pro me
Deponas.

Lucanus Panegyrico ad Pisonem:

— *juvat optime tecum*
Degere.

pari Graecis significatione ἀρίστως in usu. Adi Forcu-

Quae quoties ſpectas, ſubeat tibi dicere forſan,
Quam procul à nobis Naſo ſodalis abeſt!
Grata tua eſt pietas: ſed carmina major imago
Sunt mea; quae mando qualiacumque legas.
Carmina mutatas hominum dicentia formas:
Infelix domini quod fuga rupit opus.
Haec ego diſcedens, ſicut bene multa meorum,
Ipſa meâ poſui moeſtus in igne manu.
Utque cremaſſe ſuum fertur ſub ſtipite natum
Theſtias, & melior matre fuiſſe ſoror;
Sic ego non meritos, mecum peritura libellos,
Impoſui rapidis viſcera noſtra rogis.
Vel quod eram Muſas, ut crimina noſtra, peroſus:
Vel quod adhuc creſcens & rude carmen erat.
Quae quoniam non ſunt penitus ſublata, ſed exſtant;
Pluribus exemplis ſcripta fuiſſe reor.
Nunc precor ut vivant, & non ignava legentum
Otia delectent, admoneantque mei.

Nec

Joannis Pricaei doctiſſimos commentarios ad Lucae cap. I. ℣. 3. Heins. Meurſius Exercit. Critic. part. II. lib. II. cap. 9. citat hoc modo, ut & in multis ſcriptis erat,

Haec tibi diſſimula, ſenti tamen, optime dici.

ubi illuſtrat morem illum gestandi abſentium amicorum imagines in annulis.

6. *Forſque reſorſque.*] *Forasque* ſcribendum videtur, ſic Trift. III. Eleg. VIII. pro *ſortaque ſoratque*, ſcripti fere omnes, *ſortque, reſorique.* Pont. IV. Eleg. I. *Auxilium vitae ſortaque reſorique meae.* ubi cenſeo reponendum, *ſoratque*, quod ſequentia ibi requirunt. Heins.

8. *Quae poteſ.*] Tres itidem ſcripti, *qua poteſ.* Heins. *Clara* quatuor ſcripti.

9. *Forſan.*] *Saltem* Putean. Bernenſ. & ſeptem alii.

10. *Naſo ſodalis abeſt.*] In Francof. erat, *abes*, eleganter, ut verba haec ſint ad ipſam imaginem, quam contemplans amicus ita alloquitur, *Tu Naſo, quam procul abes.* Burm.

11. *Grata tua eſt pietas.*] Lib. III. De Ponto Eleg. II.

Grata tua eſt igitur pietas.
Ciofan.

12. *Sunt mea.*] *Dent mea* Servii codex. ego malim, *ſint mea.*

13. *Hominum dicentia formas.*] *Narrantia* tres ſcripti. Heins.

14. *Infelix domini quod fuga rupit opus.*] Utrum infelix opus, an infelix fuga? rectius hoc poſterius. ut ſit verborum ſenſus: Quod opus, hoc eſt Metamorphoſin, infelix fuga (exſilium) domini rupit. Quid autem id ſit, his aperit verſibus:

Haec ego diſcedens, ſicut bona multa meorum,
Ipſe mea poſui maeſtus in igne manu.

Vide quae notavi Eleg. I. hujus libri. Rurſus Elegia XIII. lib. V. ſe, quidquid componeret, combuſſiſſe ait:

Scribimus, & ſcriptos abſumimus igne libellos:
Exitus eſt ſtudii parva favilla mei.
Ciofan.

15. *Sicut bona multa meorum.*] Diu eſt quod vidi ſcribendum, *bene multa*, quod prim. Vatic. Hamburg. & tres alii confirmant. In Catalectis:

Triga mihi paucos inter dilecta ſodales,
Triga ſodaliüm pars bene magna mei.

atque ita paſſim veteres. *bene* enim pro *valde* ponitur. ut *bona pars* pro magna pars. Trebonian. Inſtitut. lib. IV. Tit. VI. §. 12. *actiones bene multas* dixit. Cicero Arateis:

—— *bene tempeſtate ſerena.*

vide Salmaſ. ad Solin. pag. 36. Similis error apud Propertium commiſſus lib. III. El. XXII. ubi legendum,

An tibi neſcio quae viſa eſt formoſior? an tu
Non bene de nobis crimina ficta facis?

Heins. *Bene multa* etiam Pontanus legebat.

19. *Sic ego non meritos.*] *Sic non mentitos* prim. Vatican.

25. *Le-*

Nec tamen illa legi poterunt patienter ab ullo;
Neſciet his ſummam ſi quis abeſſe manum.
Ablatum mediis opus eſt incudibus illud:
Deſuit & ſcriptis ultima lima meis.
Et veniam pro laude peto: laudatus abunde,
Non faſtiditus ſi tibi, Lector, ero.
Hos quoque ſex verſus in primâ fronte libelli
Si praeponendos eſſe putabis, habe.
Orba parente ſuo quicumque volumina tangis;
His ſaltem veſtrâ detur in Urbe locus.
Quoque magis faveas, non ſunt haec edita ab ipſo,
Sed quaſi de domini funere rapta ſui.
Quidquid in his igitur vitii rude carmen habebit,
Emendaturus ſi licuiſſet, eram.

25. *Legentem.*] Scaliger emendabat, *& non ignava legentum Otia delectent.* Quod & mihi probatur. carmina enim otioſis ſcripta. ſic Virgil. III. Georg. initio:

Cetera, quae vacuas tenuiſſent carmina mentes,
Omnia jam vulgata.

niſi ibi quis cum Mss. quibusdam malit, *carmine.* Heinſ. *Legentum* etiam Douza. *legentes* Putean. & Vatican.

27. *Non tamen.*] *Nec* veteres, & *neſciet.* Heins. *Ab illo* Putean. prima Edit. & Gryph.

30. *Scriptis meis.*] *Certis* Gottorph. lege, *teris.* Heins.

33. *In prima fronte libelli.*] Scribe, *primi libelli.* Inepte enim Metamorphoſes *libellas* vocentur, quas ipſe lib. II. 64. *Majus opus* ſit appellaturus. ſic alibi:

Sex ego Faſtorum ſcripſi totidemque libellos.

&:

Qui modo Naſonis fuerammus quinque libelli,
Tres ſumus. —— ——

de Amorum libris. atque ita paſſim alibi. malim praeterea, *proponendos*:

—— *in primi fronte libelli*
Si proponendos eſſe putabis.

nam alterum minus Latinum. ſic *aedes proponi venales* dicuntur. quarum fronti titulus id deſignans adfigitur. Heins. *Ego prima fronte* non moverem contra libros ſcriptos. nam cum ſinguli libri volumen facerent, libellum vocat primum volumen. ita *ter quinque volumina* Metamorphoſeon lib. III. Triſt. XIV. 19. poſtea VI. 25. vocat *libellos*, ut omnia ſua opera. ſic poſſet, & hic, *libellis ſi praeponendos* legi. ut diſtinguatur:

Hos quoque ſex verſus in prima fronte libellis
Si praeponendos eſſe putabis, habe.

& ita velle virum doctum, qui in uſum Scholae Etonenſis edidit electa ex Poëtis, nunc deprehendo. *prima* vero *frons* ſollemnis eſt locutio. vid. ad Nucem ℣. 139. Burm.

35. *Tangis.*] *Cernis* multi ſcripti & Edit. Berſmanni. videtur peculiari ſignificatione, quam habet hoc verbum de adeunda hereditate, cepiſſe. eadem varietas mox Eleg. IX. ℣. 1.

36. *Veſtra.*] *Dextra* Palatin.

37. *Non ſunt haec edita ab illo.*] Ita lege non autem, *non haec ſunt.* Ciofan. *Ipſo* meliores. pro *faveas* etiam *foveas* agnoſcunt quatuor. Heins.

40. *Emendaturus erat.*] *Eram* ſcripti potiores Heins.

ELEGIA VIII.

IN caput alta ſuum labentur ab aequore retro
Flumina: converſis Solque recurret equis.

Ter-

1. *In caput alta ſuum labentur ab aequore retro flumina.*] Expreſſiſſe videtur Euripidis ſententiam in Medea, ubi loquitur Chorus:

Ἄνω ποτ' ἀρῶν ἱερῶν χωροῦσι πηγαὶ,
Καὶ πάλιν, καὶ πάντα πάλιν στρέφεται.
Tom. III.

In caput, ortum, originem: &, ut lib. III. amorum loquitur, patriam. ubi ita eſt:

Ille fluens dives ſeptena per oſtia Nilus,
Qui patriam tantae non bene cauſat aquae.

Alio modo in Epiſt. Oenones:

Ciofa-

Terra feret ſtellas: coelum findetur aratro:
Unda dabit flammas: & dabit ignis aquas.
Omnia naturae praepoſtera legibus ibunt:
Parsque ſuum mundi nulla tenebit iter.
Omnia jam fient, fieri quae poſſe negabam:
Et nihil eſt, de quo non ſit habenda fides.
Haec ego vaticinor; quia ſum deceptus ab illo,
Laturum miſero quem mihi rebar opem.
Tantane te, fallax, cepere oblivia noſtri?
Adſlictumne fuit tantus adire pudor?
Ut neque reſpiceres, nec ſolarere jacentem;
Dure? neque exſequias proſequerere meas?
Illud amicitiae ſanctum ac venerabile nomen
Re tibi pro vili ſub pedibusque jacet?
Quid fuit, ingenti proſtratum mole ſodalem
Viſere, & adloquii parte levare tui?
Inque meos ſi non lacrimam dimittere caſus,
Pauca tamen ficto verba dolore queri?
Idque, quod ignoti faciunt, vale dicere ſaltem;
Et vocem populi publicaque ora ſequi?

Deni-

Cum Paris Oenone veteris ſpirare relicta,
Ad ſuetum Xanthi verſa recurret aquas.

Priore illo modo Horatius lib. & Oda 1. carm.

Nunc ad aquas lene caput ſacras.

Eſt autem hoc loco argumentum ἀπὸ τοῦ ἀδυνάτου, id eſt, ab impoſſibili, ut in ſcholiis loquuntur. ſic lib principium libri XIV. Metamorphoſeos:

— — *prius, inquit, in aequore frondes,*
Glaucus, & in ſummis naſcentur montibus algae. CIOFAN.

1. *Ilia.*] Francius malebat, *alta*, ſed recte *ilia*, quae, rapidioris curſu & majori agitatum vi, minus commode eſt ipſum tetro. BURM.

3. *Findetur.*] *Scindetur* Leidenſis Bernenſ. & duo alii.

11. *Cesare oblivia.*] *Tenuere* Pithoian.

12. *Adſlictumne.*] Ad tantam adactum. CIOFAN. *Adſlictumne.* HEINS. Ego, dubitare enim poſſit, *Nonne*, an *adſlictumne*, an pudor prohibuerit. nam ita, verbi legitimum potius cum planioris ſcripti, *adire tantus*, placebat enim infelicis amici; ut ſolet dici *mens tanta virgo.* Revii. BURM.

14. *Nec reſpiceres.*] Editi plurimi, *neque*, quod exclusit *nec reſpiceres* Pragm. Revii & Bernenſ.

15. *Amicitiae ſanctum ac venerabile nomen.*] *Sanctum ac venerabile quidam veteres.* & *numen* liber Petri Servii. ut Pont. lib. II. Eleg. III.

Illud amicitiae quondam venerabile numen
Proſtat, & in quaeſtu pro meretrice ſedet.

ſic & ibi vetterimus Codex Sarravianus. HEINS.

16. *Re tibi.*] *Nunc tibi* Edit. Gryph. & aliorum. *nec tibi* duo ſcripti. vide ſupr. Eleg. IV. 32.

17. *Quid fuit.*] *Quid fugis* Vatic. Sed *quid fuit*, dictum, ut *quantum erat*, IV. Met. 74. & alibi: paulo aliter lib. III. Trift. IV. 21. *Quid fuit* utetur. BURM.

18. *Alloquii.*] *Alloquio parte levare tua* Leidenſ.

19. *Lacrimas dimittere.*] *Lacrymam* meliores; ut, paſſim alibi Noſter. & mox *queri* pro *logui* Colotophianus. HEINS. In Juniano erat etiam, *ficto pauca dolore*; quod elegantius. *ficus dolor*, fraudulentus. & hoc Vir doctus in Electis ex Ovidio in uſum Scholae Etonenſis in textum recepit ex his membranis, quas Juniano codici congruere, ſicubi eaedem ſint, puto. nam ſequenti verbi pro *ignoti* etiam *ingrati* habet, quod ex Juniano codice Heinſius adnotaverat. & paſſim inter ſe vitio congruere. BURM.

21. *Valedicere.*] Quia mox XI. 25. *dicendum vale* ſequitur: Francius hic malebat, *bene dicere.*

24. *Supremo.*] *Supremae* unus Petauſ.

26. *Ac.*] *Hoc* Putean. & Lovan.

29. *Niſi*

Denique lugubres vultus, numquamque videndos
Cernere ſupremo, dum licuitque, die?
Dicendumque ſemel toto non amplius aevo
Accipere, & parili reddere voce, Vale?
At fecere alii nullo mihi foedere junĉti;
Et lacrimas animi ſigna dedere ſui.
Quid, niſi convictu cauſſisque valentibus eſſem,
Temporis & longi vinctus amore tibi?
Quid, niſi tot luſus & tot mea feria noſſes,
Tot noſſem luſus feriaque ipſe tua?
Quid? ſi duntaxat Romae mihi cognitus eſſes,
Adſcitus toties in genus omne loci?
Cunctane in aequoreos abierunt irrita ventos?
Cunctane Lethaeis merſa feruntur aquis?
Non ego te placidâ genitum reor urbe Quirini,
Urbe, meo quae jam non adeunda pede eſt.
Sed ſcopulis, Ponti quos haec habet ora ſiniſtri:
Inque feris Scythiae Sarmaticisque jugis.
Et tua ſunt ſilicis circum praecordia venae;
Et rigidum ferri ſemina pectus habent.

Quae-

29. *Niſi convictu.*] Ita lege ex libris ſcriptis & ratione. CIOFAN. *Conjunctus* alii. praeterea *eſſes* excepta Junii.

30. *Junctus amore.*] Bene opt. Palat. & unus Mediceus, *vinctus amore*. nam *foedere junĉti* paulo ante praeceſſerat. Vide Notas Faſt. IV. 224. HEINS. *Amore mihi* alii. *tui* prim. Edit. *longo* Leidenſ.

31. *Quid, niſi tot luſus, & tot mea feria noſſes? Tot noſſem luſus, feriaque ipſe tua?*] Communicare alterum alteri res ferias, & jocos, ſummum benevolentiae & conjunctionis eſſe indicium docet Ariſtoteles in Rhetoricis. ſic infra lib. III. Eleg. VI.

Nil ita caelabas, ut non ego conſcius eſſem,
Pectoribuſque dabas multa tegenda meis.
Cuique ego narrabam ſecreti quidquid habebam,
Excepto, quod me perdidit, unus eras.

Lib. II. de Ponto & Eleg.

Seria multa mihi tecum collata recordor,
Nec data jucundis tempora parva joci.

Et IV. Eleg. III.

Ille ego, qui primus tua feria noſſe ſolebam,
Qui tibi jucundis primus adeſſe jocis.

CIOFAN. *Toi plauſus* Bernenſ.

34. *Adſcitus toties in genus omne joci.*] Lege, *loci*, cum multis veterum. de jocis & feriis jam ante egerat. HEINS. *Adſcriptus* unus, *accinctus* alius. *Accitus* Bernenſ. & duo alii.

35. *In aequoreos abierunt irrita ventos?*] Lib I. De Remedio:

Irrita cum velis verba tulere Noti.

CIOFAN. *In Æolios* Rottendorphianus pro diverſa lectione. HEINS.

36. *Merſa.*] *Miſſa* Bernenſ. *mersa leguntur* malebat Francius.

37. *Placida.*] *Placita* Putean. *reor eſſe Quirini Urbe* quatuor.

38. *Urbe, meo quae jam non adeunda pede eſt. Sed ſcopulis Ponti.*] Hic quoque Scythiam Romae opponit, quamvis paulo copioſius. Vide ſupra Elegia III. CIOFAN.

40. *Sarmaticisque.*] Douza malebat, *Sarmaticoque*, & ita Francius in ora codicis ſui. idem ſeq. verſu, *Et tua ſunt* volebat.

41. *Et tua ſunt ſilicis circum praecordia venae? Et rigidum ferri ſemina pectus habet.*] Sammum in eo, qui ante poëtae exilium cum eo conjunctè verſabatur, duritiam ineſſe ſignificat. Sic propeſlib. III. Eleg. XI. in maledicum:

Natus es è ſcopulis, nutritus laſte ferino:
Et dicam ſilices pectus habere tuum.

CIOFAN. *Silices circum praecordia nati* Polit. Palat. & Vatic. *ſilicum venae* ſeptem.

42. *Semina pectus habet.*] *Habent* unus Gallicanus,

Quaeque tibi quondam, tenero ducenda palato,
Plena dedit nutrix ubera, tigris erat.
At mala noſtra minus, quam nunc, aliena putaſſes;
Duritiaeque mihi non agerere reus.
Sed quoniam accedit fatalibus hoc quoque damnis,
Ut careant numeris tempora prima ſuis;
Effice, peccati ne ſim memor hujus; & illo
Officium laudem, quo queror, ore tuum.

rus. ſic *poſſura ſomnus*, *terror*, *moeror habet*, & ſimilia paſſim apud Noſtrum. Adi Notas ad Epiſt. XII. Vſ. 170. HEINS. *Rigida* etiam Regius.

43. *Ducenda.*] *Sugenda* Bernenſ. male. vid. ad II. Faſt. 419. Francius corrigebat, *tenero ducenda palato Praebuerat nutrix.* mihi vulgata elegantior videtur. BURM.

45. *At mala noſtra minus quam non aliena putaret.*] *At mala*, & *putaſſes* meliores. Deinde, *quam nunc* unus Vaticanus. vere. quomodo etiam doctiſſimus Tanaquillus Faber vidit ſcribendum, lib. I. Epiſt. 23. Combianus pro diverſa lectione, *quia nunc.* Senſus eſt. At ſakem mala noſtra minus à te aliena putaſſes, quam nunc putas. HEINS. Forte ſcripſerit,

At mala noſtra prius, quam nunc, aliena putaſſes.

non hoc demum tempore debuiſſes oſtendere mea nihil ad te attinere, ſed jam olim. quod ſi feciſſes, nunc non agerem te reum duritiae, ſed quia hoc praeter alia etiam mihi accidit, ut te perdam hoc infelici tempore, qui antea amicus fuiſti, effice &c. deinde, *duritiae mihi nunc non agerere reus* Excerpta Kloekhovii. BURM.

47. *Accedit hoc.*] *Accedunt haec* Regius, Bern. & ſex alii, cum editis quibusdam. *cecidit fatalibus hoc* Putean.

48. *Numeris.*] *Muris* Leidenſ. *meritis* P. Servii Cod.

49. *Ne ſim.*] *Non* Junian.

50. *Laudem.*] *Ut laudem* pr. Edit. & Berſm. ſed nihil opus. timebant enim ne, quia praeceſſerat *ne ſim*, hic ſi *ſit* abeſſet, ſenſus planus non etiet. BURM.

ELEGIA IX.

DEtur inoffenſae metam tibi tangere vitae;
Qui legis hoc nobis non inimicus opus.
Atque utinam pro te poſſint mea vota valere,
Quae pro me duros non tetigere Deos!
Donec eris felix, multos numerabis amicos:
Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris.

Ad-

Elegia IX.] Hanc P. Servii codex *Severo* inſcribebat, ut Heinſius putabat, decepto librario per Vſ. 57.

1. *Detur inoffenſae vitae tibi tangere metam.*] Concinnius quatuor antiqui, *metam tibi tangere vitae*. & mox, *poſſent* pro *poſſent* meliores. HEINS. *Cernere vitae* unus Heinſii. vid. ſup. Eleg. VII. 35. Ziraſel. cap. 51. ex Mss. *detur inoffenſam vitae tibi tangere metam*, quod ille illuſtrat ex Horat. I. Od. 1. *meta ſervidis evitata rotis.* ſed ibi alia res eſt. itebantur enim in circo ſpatia, ſed in hac Metaphora à ſtadio deſumta, ſemel modo decurrere licet, & ubi metam attigimus, nullus locus offenſae relinquitur. optat ergo, ut ſine offenſa vitae ſtadium decurrens ad metam perveniat. ſic *inoffenſum curſum honorum* dixit Tacitus I. Hiſt. 48. non *inoffenſam metam.* hinc *inoffenſus* coepit uſurpari pro continuo, ſine intervallo, vel interruptione ſic; Tacitus dixit *inoffenſum navium ordinem* lib. II. Hiſt. 32. & Quinct. I. de Inſt. Orat. I. *Inoffenſam literarum inter ſe conjunctionem.* & cap. 10. *In canticis eligitur ſtructura quaedam & inoffenſa copulatio vocum.* eadem metaphora dixit Cicero pro Lege Manil. cap. X. Pompeji *adoleſcentiam non offenſionibus belli, ſed victoriis eruditam*; Bernenſ. & Junian. habent, *mihi tangere.* BURM.

3. *Pro te.*] *Per te* Servii codex. *verba valere* Leidenſ. *poſſent* etiam quatuor libri.

5. *Donec eris felix, multos numerabis amicos: Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris.*] Hoc diſtichon

Adſpicis, ut veniant ad candida tecta columbae;
Accipiat nullas ſordida turris aves.
Horrea formicae tendunt ad inania numquam:
Nullus ad amiſſas ibit amicus opes.
Utque comes radios per Solis euntibus umbra,
Cum latet hic preſſus nubibus, illa fugit;
Mobile ſic ſequitur Fortunae lumina vulgus:
Quae ſimul inductâ nocte teguntur, abit.
Haec precor ut ſemper poſſint tibi falſa videri:
Sunt tamen eventu vera fatenda meo.
Dum ſtetimus, turbae quantum ſatis eſſet, habebat
Nota quidem, ſed non ambitioſa, domus.
At ſimul impulſa eſt; omnes timuere ruinam:
Cautaque communi terga dedere fugae.
Saeva nec admiror metuunt ſi fulmina, quorum
Ignibus adflari proxima quaeque vident.
Sed tamen in duris remanentem rebus amicum
Quamlibet inviſo Caeſar in hoſte probat.
Nec ſolet iraſci (neque enim moderatior alter)
Cum quis in adverſis, ſi quid amavit, amat.

De

chon multi imperiti ſic invertunt, &, quod pejus eſt, Ovidio adſcribunt:

Tempore felici, multi nominantur amici;
Dum fortuna perit, nullus amicus erit.

Ut & carmen illud prorſus ineptum:

Gutta cavat lapidem non vi, ſed ſaepe cadendo.

Ovidius enim ita cecinit lib. IV. de Ponto El. X.

Gutta cavat lapidem; conſumitur anulus uſu.

Sed hac de re plura lib. IV. in obſervationibus in Metamorphoſin meis. CIOFAN. *Donec eris ſoſpes* unus codex. *dum fueris* alius.

8. *Accipiat.*] *Aſpiciat* Junian.

10. *Nullus ad amiſſas ibit amicus opes.*] *Currit* exemplar vetus Berſmanni. Ego *viſit* reponendum cenſeo. Adi Notas Amor. lib. II. El. II. Vſ. 21. HEINS. *Tendit* unus Heinſii.

13. *Lumina.*] *Munera* duo. *numina* Leid.

14. *Inducta nube.*] *Nocte* optimi quique ex veteribus. & rectius. nam *nubibus* praeceſſit, & opponitur nox luminibus. deinde *nox* etiam pro infeſti tempore ſuroi poteſt, multo elegantius, quam nubes, quae modo inſtans periculum notet. BURM.

16. *Fatenda meo.*] Malim, *mihi.* HEINS. *Multa fatenda* Lovan.

17. *Habebat.*] *Habebam* Jun. & Leidenſ. & quatuordecim alii.

18. *Nota quidem, ſed non ambitioſa domus.*] Claram dicit lib. II. quem locum nos adduximus Eleg. V. CIOFAN.

19. *At ſimul impulſa eſt, omnes timuere ruinam, Cautaque communi terga dedere fugae.*] Lib. III. Eleg. V.

Ut cecidi, cunctique meu fugere ruinam,
Verſaque amicitiae terga dedere meae.

Lib. III. de Ponto Eleg. II.

——— *ignoſcimus illis,*
Qui cum fortuna terga dedere fugae.

Mox in eadem Eleg. cauſam refert, quare ab amicis ſit deſtitutus:

Me quoque amicorum vimio terrore, metuque,
Non odio quidam deſtituere mei.

CIOFAN. *Ut ſemel*, plerique veteres. vid. ad VI. Met. 511.

20. *Cautaque.*] *Cunctaque* Leidenſ. Lovan. & quinque alii. Francius volebat, *verſaque.*

22. *Quaeque ſolent.*] Efficacius Leidenſis, *videnti*: hoc enim magis terret.

24. *Quelibet inviſo.*] *Quamlibet* ſex veteres probe. Dixi Notis ad Epiſt. VI. Vſ. 140. HEINS.

25. *Nec ſolet iraſci, neque enim moderatior alter.*] Laudat Auguſtum à clementia. lib. II. Eleg. IV.

De comite Argolici poſtquam cognovit Oreſtae,
Narratur Pyladen ipſe probaſſe Thoas.
Quae fuit Actoridae cum magno ſemper Achille,
Laudari ſolita eſt Hectoris ore fides.
Quod pius ad manes Theſeus comes iſſet amico,
Tartareum dicunt indoluiſſe Deum.
Euryali Niſique fide tibi, Turne, relatâ,
Credibile eſt lacrimis immaduiſſe genas.

Et

Nostrum in Augusto est clementia, sequis ab illo
Haec petere pro me, forsitan illa dabit.

Lib. I. Eleg. V.

Sacpe refert sit quanta Dei clementia, cujus
Se quoque in exemplis annumerare solet.

Et lib. I. Eleg. III. de Ponto:

Sed piger ad poenas Princeps, ad praemia velox,
Quique dolet, quoties cogitur esse ferox.
Qui mihi seruato, victus ut parcere posset,
Clausit ut aeterna civica bella fera.
Multa mea poenas, poena qui passa coëret,
Et jacit invita fulmina rara manu.

CROPIUS.

26. *Cum quis in.*] *Si quis in* Jun. Leid. Bern. & quidam alii. *cum quid* novem alii & Berlm. cod. *donat* etiam tres libri & Glyph. & Vincent.

27. *De comite Argolico poſtquam cognovit Oreſtam.*] *Greſſe* plurimi veteres. Scribe, *Argolici Oreſtes*. Nam Pylades Phocus, non Argolicus. Amor. lib. II. Eleg. VI.

Quod fuit Argolico juvenis Phocteus Oreſtae.

vide Notas ad Epiſt. VIII. 56. 9. *Haemonium* Pyladem facit Statius in Silvis, ſed Librariorum, ut opinor, culpa. HEINS.

31. *Quae fuit Actoridae cum magno &c.*] Summam ac ſolidam eſſe laudem, cum quis ab hoſte laudatur, docet Ariſtoteles lib. I. Rhetoricorum. CROPIUS.

31. *Thoſen comes iret amico.*] *Iſſet* multi veteres. unus Mediceus & Barberinus pro diverſa lectione, *comitavit amicum*. Puto *comitaret*. Pont. libro II. Eleg. III.

Parthenium Theſeus Scyrias comitavit ad undas.

Met. XIII. ex optimis exemplaribus:

Ille tamen vivit, quia non comitavit Ulyſſen.

Pont. I. El. X.

Fuerat non ſatis comitare,

lib. II. Eleg. II.

Quem vix veliſſem proles comitaſſet eunti:

Trift. V. Eleg. IV. ex veteri libro:

Teque Menoetiaden, te qui comitaſti Oreſten,
Te vocat Aegiden Euryalumque ſuum.

atque ita paſſim Noſter. Propertius lib. II. Eleg. VIII.

Quod mea ſi tenerae comitarent caſtra puellae,
Non mihi ſat magnus Caſtoris iret equus.

Ita ſcribo verſus mendoſiſſimos, à Scaligero aliisque fruſtra tentatos. Nam codices veteres magna ex parte,

Quod ſi vera mea comitarent caſtra puellae.

turbato ordine litterarum. *veneras puellas* perpetuum epitheton Noſtro plurimis locis. Paſſeratius aliique conjecturam Scaligeri de *Romanis puellis* approbarunt. Apulejus Metam. IX. *Edidit pullam, quae maerem ſuam continuo coepit comitari.* ita legitur in veteri libro. Plinius de margaritis, *ſed in duo quoque comitantur canibus marinis.* qui locus à viris eruditis non fuit ſollicitandus. HEINS. Ita Juſtinus lib. XXX. 2. *jam ſalutantur, jam comitantur*, quod Scheffero non debebat eſſe ſuſpectum. *iſſet* etiam Francof. *eſſet* Bernenſ. *ivit* Palatin.

32. *Indoluiſſe.*] *Non doluiſſe* Politiani & tres alii. unde Heinſius, *num doluiſſe?* Francius, *obſtupuiſſe.*

35. *Eſt etiam miſeris pietas.*] *In miſeris* veteres nonnulli. Puto ſcribendum:

Iſta etiam in miſeris pietas vel ab hoſte probatur.

aut,

——— *miſero pietas vel in hoſte probatur.*

Hoc videtur vella Noſter. *Eſt etiam miſerisque fidei*, Aiondel. HEINS. Parum refert an *in* addatur, vel à ſequentibus retrahatur. vid. ad I Art. 333. pietas *in miſeris* & *hoſte*, pro in *miſeros*. vid. IX. Met. 274. BURM.

37. *Nunc eſt fortuna meorum.*] Duo veteres, *non eſt*. & tum ſequenti verſu legendum, *illius* pro *nullus*. quomodo Patavinus unus. Met. XIII.

Non haec eſt Fortuna domus. ———

HEINS. Ita infr. lib. II. 1. 5. *Nec dominî fortuna mei eſt, ut debeat illam Infelix aliis diſſimulare jocis.* vid. & VII. Met. 43. & I. ex Pont. X. 17. BURM.

38. *Adeſſe.*] *Iuſſe* Mſs. Bersmanni. *adeſt* prim. Edit. quod tolerari poſſet, ſi in praecedenti legas, *non eſt.*

35 Eſt etiam miſeris pietas, & in hoſte probatur.
Hei mihi, quam paucos haec mea dicta movent!
Hic ſtatus, haec rerum nunc eſt fortuna mearum,
Debeat ut lacrimis nullus adeſſe modus.
At mea ſunt, proprio quamvis moeſtiſſima caſu,
40 Pectora proceſſu facta ſerena tuo.
Hoc eventurum jam tum, cariſſime, vidi,
Ferret adhuc iſtam cum minor aura ratem.

Sive;

39. *Ut mea ſint propria.*] Sunt qui hanc Elegiam cum ſuperiore conjungant, ſunt qui etiam ſeparent: mihi omnino videtur disjungenda. Amico enim gratulatur, quod ſtudio & doctrina magnam ſit laudem conſecutus: quod ita fore olim ſe nulla divinandi peritia, ſed ratione & conjecturis cognoviſſe dicit. Simul oſtendit eum ſibi rectius conſuluiſſe, quod gravioribus diſciplinis operam dederit. At è contra dolet ſibi ſtudia poëtica & lasciviorem muſam nocuiſſe. Poſtremo eum rogat, ut ſe excuſet, ſi quis damnaverit libros de Arte amatoria compoſitos, quandoquidem ejus vita ab illis artibus aliena, ei ſemper nota fuerit. Legendum vero eſt *Ut*, pro quemadmodum, non *at*: ut ſit adverbium qualitatis. Vergil. *Ut vidi, ut perii.* Erit autem ordo talis: Ut mea pectora ſunt facta ſerena pro tuo ſenſu, quamvis ſint. & reliqua. Fit plerumque unius literae immutatione, ut & ſenſus & ordo turbetur: quemadmodum in Apuleji Met. principio. Vulgo enim fere ita legitur, *At ego ſermone iſto Mileſio fabulas conferam*: quum legendum ſit, *Ut ego ſermone iſto Mileſio.* MERULA. Quae hoc loco ſequuntur; quidam à ſuperioribus ſejungunt, & ſeorſum Elegiam faciunt. Ego vero nihil video cur hac ſeparatione opus ſit, &c. vulgarem editionem recte habere exiſtimo, quae & ſuperioribus ſequentia haec nonnectit, & pro *ut*, quam particulam Merula hic aſſerit, *at* habet; ut ſit ſenſus horum verſuum cum ſuperioribus collatione quadam junctis, hoc modo: Hic quidem meorum rerum ſtatus eſt, ut eas lacrymis proſequi fatis non poſſim: ſed tamen ut ut illae ſe habent, & quamvis moeſtiſſimus ipſe ſim, tamen poſteaquam de tuis ſucceſſibus, tuoque *profectu* (hoc enim verbum magis probo, quam quod quidam legunt, *pro ſenſu*) ſequantum exhilaratus ſum, &c. MICYLL. *Tempora* libri quidam, quod falſum puto, & *pro ſenſu facta*, quod erat in Mſs. & editis plerisque ex habitr. & Naugerii calligatione repoſuimus, *profectu* ſenſu commodiore. BRUNK. Nihil hic ſani eſt. prim. Vatic. & quinque alii, *At mea ſunt.* deinde veteres plerique cum primis editionibus, *Pectora pro ſenſu.* Lege,

At mea ſunt, proprio quamvis moeſtiſſima caſu,
Pectora pro ſenſu facta ſerena tuo.

aliquid diximus de hoc loco ſupra Eleg. I. 56. 40. Excerpta Voſſii tamen, *pro ſenſu. pro ventu* Combianus pro diverſa lectione. Sed puto, *poſt ſenſus tuos*, ea ſignificatione, qua lib. IV. Eleg. VI. 22.

Menſque mali ſenſum noſtra recentis habet.

Et Ponticis, ut quidem ſcribendum:

Felicem Nioben, quamvis tot funera vidit,
Quae poſuit ſenſum ſaxea facta mali.

Epiſtola Paridis, *ſentis mea vulnera, ſentis.* HEINS. Incipit hic etiam novam Elegiam Francofurtenſis, Leidenſ. Bernenſ. & quidam alii. Criſpinus vero novam Elegiam inchoat a diſticho praecedenti, quo auctore, neſcio. illa autem *pro ſenſu*, nullum mihi videntur habere ſenſum. Merula explicat, pro intelligentia tua & doctrina. quosdam etiam ait legere, *pro ſenſu tui.* ut ſit pro auditu nominis tui, omnia vana, & ſine lepore & gratia. agit enim de incremento amici ſui, quod olim jam auguratus erat, & nunc opponit ſuae calamitati, & decremento propriae fortunae. quare legerem:

Pectora proceſſu facta ſerena tuo.

proceſſus, eſt incrementum, gradus, cujus gloſſa eſt *provectus, proventus.* in Voſſiano erat, *pro cauſa*, quod proxime accedit ad *proceſſu.* infr. lib. IV. Eleg. V. 25.

Sic tua proceſſus habeat Fortuna perennes.

Juvenal. Satyr. I. 38.

In coelum quos evehit optima ſummi
Nunc via proceſſus, vetulae veſta beatae.

vid. ad Quinct. decl. III. 9. *Procedere*, ita Terentius, Cicero, Livius. & alii paſſim uſi ſuere. BURM.

41. *Hoc tibi venturum.*] *Hoc eventurum* prim. Polit. prim. Vatic. unus Mediceus. & Rottendorph. bene. alii, *ego venturum*, vel, *mihi venturum.* Pont. III. Eleg. IV.

Di quorum nomen ſumus eventura locuti.

Epicedio Druſi, *Inventura ferar.* mox, *minor aura*, pro *minus* meliores. HEINS. *Cum levis* duo unus.

Sive aliquod morum, seu vitae labe carentis
Est pretium; nemo pluris habendus erit.
Sive per ingenuas aliquis caput extulit artes;
Quaelibet eloquio sit bona causa tuo.
His ego commotus, dixi tibi protinus ipsi;
Scena manet dotes grandis, amice, tuas.
Haec mihi non ovium fibrae, tonitrusve sinistri,
Linguave servatae, pennave, dixit avis.
Augurium ratio est, & conjectura futuri:
Hac divinavi, notitiamque tuli.
Quae quoniam vera est; totâ mihi mente tibique
Gratulor, ingenium non latuisse tuum.
At nostrum tenebris utinam latuisset in imis!
Expedit in studio numen abesse meo.
Utque tibi prosunt artes, facunde, severae;
Dissimiles illis sic nocuere mihi.
Vita tamen tibi nota mea est: scis artibus illis
Auctoris mores abstinuisse sui.
Scis vetus hoc juveni lusum mihi carmen: & istos,
Ut non laudandos, sic tamen esse jocos.

Er-

44. *Nemo pluris emendus erat.*] *Habendus erat* prim. Vatic. & prim. Palat. *habendus erit* alter Polit. Rottendorph. & duo alii. probe. Sic Cicero Philippica VI. *Pluris hic habetur, quam alibi.* pro aestimatus. Juvenalis Satyra X. ex antiquis codicibus:

Vires salutari sicut Sejanus, haberi
Tantundem.

ubi in vulgatis est, *habere.* HEINS. Vid. ad Epist. XII. 228.

47. *Protinus ipse.*] *Ipse* editiones multae.

49. *Scena manet dotes grandis amice tuas.*] Similis locus lib. III. de Ponto Eleg. I. ad uxorem:

Quidquid agas istic, scena fretabere magna:

Quo sensu *theatrum* dixisse videtur Cicero lib. XIII. Epistolar. familiarium. CIOFAN.

49. *Haec mihi.*] *Haec* meliores. HEINS. *Senisve* duo libri.

51. *Ratio est & conjectura.*] *Ratio, & tunc conjectura* Gryph. & Vincent. & eaedem Edit. mox, *Et quoniam vera est, tota tibi mente, mihique.* Heinsius conjiciebat,

Augurium ratio est, haud conjectura futuri.

Ac conjectura legebatur in Vatican. *conjectura futura* Bern. *hoc divinavi* duodecim. vulgata non est sollicitanda. *ratio & conjectura* est, cum quis prudens de futuris recte conjicit. ita Just. I. 9. *Vir in conjecturis sagacissimus*; & saepe Cicero; vid. II. de Divin. II. Rep. Themist. I. Ordo vero est, ratio & conjectura est augurium futuri. BURM.

53. *Quae quoniam vera est.*] Prim. Polit. prim. Pal. & Rottendorph. *rata est.* in Vatic. pro *est* erat emendarum, *sunt.* vere. aiter Palatinus, *rata sint.* supra Elegia prima, *Quaeque voves, rata sint.* Epist. Paridis,

Quae rata sint, nec te frustra promiserit opto.

Met. IX. *rata sint sua visa precatur.* sic & passim alibi. HEINS. Nihil muto: quae (sc. conjectura) quoniam vera est, &c.

56. *Studiis meis.*] *Studio meo* scripti. HEINS.

58. *Mihi.*] *Meae* Bern. & unus Heins.

59. *Vita tamen tibi nota mea est, scis artibus illis Auctoris mores abstinuisse sui.*] Eodem modo excusat se lib. II. ad August.

Crede mihi, distant mores à carmine nostro:
Vita verecunda est, Musa jocosa mea est.

Ibidem:

Deme mihi studium, vitae quoque crimina demes. CIOFAN. *Nosa mei. scis* Servii codex. *abstinuisse tu* duo.

63. *Mea,*

Ergo ut defendi nullo mea posse colore,
Sic excusari crimina posse puto.
Quà potes, excusa: nec amici desere caussam.
Quo bene coepisti, sic pede semper eas.

63. *Mea.*] *Mihi* Servii codex.

65. *Qua potes excusa.*] Multi veteres, *Quam potes.* de quo Remed. Amor. Vs. 325. dixi; malim etiam, *amicam causam*, quam *amici.* sic *amicum nomen* Art. Am. I. Vs. 585. ubi plura. & *amica lima* Pont. II. El. IV. sic *ungues amici* Juvenali Sat. V. ex antiquis codicibus,

——— *custos affixus ibidem,*
Qui numeret gemmas unguesque observet amicos.

ubi *acutos* nunc legitur. *fessos opibus solatur amicis* apud Maronem Aceates, Aeneid. V. & ibidem ex vetustissimo codice Mediceo,

Emicat Euryalus, & munere victor amico
Prima tenet.

& *dictis solatur amicis* eodem libro. HEINS. In Francof. a manu prima erat, *amicam. desere caussas* Lovan.

66. *Quo bene coepisti.*] Satis haec cohaerere videntur praecedentibus, si transpositis verbis haec Elegia in votum de processu & incremento honorum amici desinat, & legatur,

Sic, bene coepisti quo pede, semper eas.

vel,

Sic, pede coepisti quo bene, semper eas.

ut Mss. plurimi positum *vim bene*, & *pede* variant. BURM.

ELEGIA X.

Est mihi, sitque, precor, flavae tutela Minervae
Navis; & à pictâ cassida nomen habet.
Sive opus est velis; minimam bene currit ad auram:
Sive opus est remo; remige carpit iter.

Nec

1. *Est mihi, sitque precor flavae tutela Minervae.*] Continet haec Elegia breve quoddam Hodoeporicum, sive Itinerarium poëtae, non quidem totius profectionis ejus à Roma in Pontum, sed quantum ejus ab Hellesponto ad locum exilii reliquum fuit. Orditur autem à laude navis ejus, quâ è sinu Corinthiaco in Hellespontum usque vectus fuit. quam & à celeritate commendat, & ad id tempus, eumque locum, à quo ipse descriptionem hanc incipit, incolumem ac salvam mansisse dicit. Optat igitur ut & reliquum itineris eadem prosperitate peragat. Idque deos, praecipue autem Castorem & Pollucem, precatur. Caeterum dubitari circa hanc Elegiam solet, utrum de una navi, ac sua tantum agat Poëta, an de duabus, propterea quod circa finem inquit,

Altera namque parat Symplegadas ire per altas,
Altera Bistonias scindere puppis aquas, &c.

Ac Merula quidem in ea opinione est, ut putet de duabus intelligendum esse. Altera scilicet, qua ipse poeta vectus, primum quidem in Thraciam, deinde in sinistra maris parte secundum litus Beticum in Pontum & Tomon pervenerit: Altera autem, quae ipsum ad Hellespontum usque, & in Samothraciam comitata, postea in dexteram partem rursus deflexerit, suum ac proprium dominum secuta. Sed de hac, quia neque in hac Elegia, neque alibi clarius ac certius aliquid traditur, ego descriptionem hanc simpliciter accipio de una, eaque sola navi, qua Poëta è portu Corinthi in Thraciam usque delatus fuerit, quae deinde per angustias Hellespontii in Propontidem, indeque rursus per Bosphorum Thracium in Pontum, atque ita sinistro mari Tomon abierit. Versus autem de duabus navibus supra citatos metaphorice accipio, ut puppis altera, pro cursu, serie, itinere terrestri ponatur, eo scilicet de quo ipse infra dicit,

Nam mihi Bistonios placuit pede carpere campos, &c.

Nam & alibi de diversis profectionis suae viis meminit, ut infra lib. III. Eleg. II.

Ultima nunc patior, nec me mare portubus orbum,
Perdere diversas nec pepulere vias.

Et lib. 4. Eleg. I.

Jure deas igitur veneror mala nostra levantes,
Sollicitae comites, ex Helicone, fugae,
Et partim pelago, partim vestigia terra,
Vel rate dispositas, vel pede nostra sequi.

Item de Ponto lib. IV. Eleg. V.

Te sibi cum fugeret, memori solet ore referre,
Barbariae tutas exhibuisse vias.

Sae-

Nec comites volucri contenta est vincere cursu:
Occupat egressas quamlibet ante rates.
Et patitur fluctus, ferique adsilientia longe
Æquora, nec saevis icta fatiscit aquis.
Illa, Corinthiacis primum mihi cognita Cenchris,
Fida manet trepidae duxque comesque fugae.
Perque tot eventus, & iniquis concita ventis
Æquora, Palladio numine tuta fuit.

Nunc

Sanguine Pistonium quod non refecerit ensem,
Effectum curae pectoris esse tuae, etc.

Sive totum illud iter reliquum ex Thracia in Pontum pedibus confecerit, sive partem ejus solum. Nam sequens Elegia, etiam de navigatione ejus in littore Asiatico mentionem facere videtur, cum inquit,

Nunc quoque contenti stridere Aquilone rudentes,
Inque modum tumuli concava surgit aqua.

Et mox infra,

Attigero portum, portu terrebor ab ipso,
Plus habet infidi terra timoris aquâ.

& quae sequuntur. Nisi dicamus, eam Elegiam scriptam fuisse, antequam in Thraciam pervenisset. Sed de hac re suo loco agemus. MICYLL.

1. *Est mihi, sitque precor.*] Idem numerus apud Martialem lib. I. 109. *Est tibi, sitque precor.* CIOFAN.

1. *Flavae tutela Minervae.*] Locus singularis, qui manifeste distinguit παράσημον, quod erat in prora, & nomen navi dabat, à tutela, quae erat in puppi. παράσημον erat nunc Deus, nunc heros, nunc animal, nunc aliud quid, ut hoc loco cassis, apud Maronem Centaurus, pistrix, apud Silium Io, Perseus, & id genus alia, capricornus in veteri inscriptione apud Gruterum. Tutelam semper Deus aut Dea sibi vindicabant. quod primus ad Silium Italicum lib. XIV. 543. observavit parens meus. sed quandoque tutela & παράσημον ejusdem fuit. quod si fieret navis ipsa à tutela non minus quam parentis nomen mutuabatur. Vide de totare inter alios magnum Scaligerum ad annum DCXXXIV. Chronici Eusebiani editionis iteratae, Seldenum de Diis Syris, Salmasium exercitationibus Solinianis pag. 570. quod addit à picta casside nomen habuisse navem, *Galeam* denominatam prodit. HEINS. Vid. ad Petron. CV. *Galeam* dictam fuisse putat etiam Vossius de Vitiis Sermonis I. cap. I. & hinc *Galeras* esse naves postea dictas. vid. Meneg. Diction. Etym. in *Galera*. BURM.

4. *Remo.*] *Remis* Leidens. *captat iter* idem. in praeced. etiam, *velo* prim. Polit. & duo alii, &, *cano curris* idem.

5. *Volucri.*] *Celeri* tres.

6. *Occupat egressas quamlibet ante rates.*] Rectius in aliis lib.

Occupat egressas quamlibet ante rates.

Verbo autem *quamlibet*, id est, quamvis, utitur infra, & lib. x. Metamorphoseos, in lib. Elegiar. Epist. VI. & lib. IV. Fast. & Lucretius lib. III. & C. Vell. Paterculus lib. posteriore. CIOFAN. *Quamlibet* Leid. & prima Edit.io.

7. *Et patitur.*] *Et pariter fluctus* omnes ferescripti. *ferit assilientia* Mss. Berismanni.

8. *Nec saevis victa madescit aquis.*] *Icta fatiscit* duo veteres. quod & in Erfurtano Zinzerlingus Promuls. cap. 51. invenerat. multi alii, *icta madescit*. minus bene. Valerius Flaccus de Halcyonum nido lib. IV. 58.

Illa fatiscit aquis donec domus, hausta que fluctu
est.

dubito tamen an non & illic *victa* sit legendum. Certe apud Maronem lib. I. 129.

Jam validam Ilionei navem, jam fortis Achatae
Vicit hyems.

Guntherus Ligurini libro X.

Assiliunt fluctus: validis agitata procellis
Verberat unda latus: nexu tabulata soluto
Rapta gemunt; hausteque mari rimosa fatiscit.

Dracontius Hexamero:

Cujus ab aspectu montes & saxa fatiscunt
In cineres.

Insulse *fluiscunt* nunc legitur. Tibullus libro I. Eleg. VI.

Hen canimus frustra: nec verbis victa fatiscit
Janua.

sic codices duo vetusti, non *parescit*. Virg. Æn. I.

—— *laxis laterum compagibus omnes*
Accipiunt inimicum imbrem, rimisque fatiscunt.

Idem Æn. X.

—— *saxis solida aera fatiscunt.*

*fatiscit chely*s Statius libro IV. Sylvarum ad Marcellum. & libro V. pierate Abascantii,

—— *prius exsectata fatiscet*
Mater Achilleis hyemas affringere bustis.

ita scribendum ex veteri codice. non *exsecrata, clamore fatiscere* apud eundem Sylv. V. Epicedio Vernae. HEINS. Vid. ad Valer. Fl. IV. 58.

9. *Per*

Nunc quoque tuta precor vasti secet ostia Ponti;
Quasque petit, Getici litoris intret aquas.
Quae simul Æoliae mare me deduxit in Helles,
Et longum tenui limite fecit iter;
Fleximus in laevum cursus: & ab Hectoris urbe
Venimus ad portus, Imbria terra tuos.
Inde levi vento Zerynthia litora nactis,
Threïciam tetigit fessa carina Samon.

Sale

9. *Primum mihi cognita terris.*] Non *terris*, sed *Cenchris* legendum est. MERULA. Sed tamen & *Terris* non usque adeo incommode legetur, pro *Oris* scilicet acceptum. In *Cenchris* autem etiam figura Synizesis admittenda est: ut *Cenchreis* trissyllabum, pro dissyllabo in scansione veniat. MICYLL. *Terris* legendum ex duobus Vatic. non *Cenchris*, ut placuit Merulae, qui id primum mutare ausus est: rationem mox reddam. CIOFAN. *Terris* & *Teneris* & similia in libris scriptis. legendum *Cenchreis*. vide notas Metam. VII. ỳl. 224. Κεγχρέαι Graecis. *Cenchreae* etiam appellat, cum alii, tum Apulejus Metam. x. sub finem, qui optimum illic portum esse nos docet. HEINS.

11. *Perque tot eventus.*] Non placet ille rhythmo proximus sonus, *eventus* & *ventis*, neque quid hic per *eventus* intelligat, satis capio. quare legerem, si codices faverent,

Perque tot adversis & iniquis concita ventis
Æquora.

adversi venti diversi sunt ab iniquis, qui sunt vehementes, procellam & tempestatem ferentes. vid. ad Epist. II. 35. Francius, etiam non ferens rhythmicum illum sonum, legebat, *perque tot anfractus*. non male, si codices juvarent. nam verbi ejus usus in navigationum curvis & flectuosis ambagibus est frequens. vid. Barth. ad Stat. V. Theb. 510. BURM.

12. *Tuta fuit.*] Immo, *fugit* cum melioribus. HEINS. *Palladio munere* prim. Vatic. & quinque alii cum prim. Edit. illud *fugit* vero, sequentibus *nunc quoque* non satis apte congruere videtur, nisi in praesenti capiatur, quod versus ratio respuit: quare *fuit* mihi magis arridet. BURM.

14. *Petit.*] *Petet* Polit. uterque.

15. *Æoliae Helles.*] Æolia ab Æolia regione, quondam Mysia appellata, quae Hellesponto adjacet; vel ab Æolo avo, qui regioni nomen imposuit. MERUL. Et quod Æolus Athamantis pater fuit, quae vel potissima ratio est. MICYLL. *Æoliae* Moreti & Leidens.

16. *Tenui limite.*] Id significari puto, quod nostra lingua dicimus *terra a terra*. CIOFAN. *Tramite* Gottorph. quae eadem diversitas est, lib. II. Trist. 477.

Discolor ut recto grassetur limite miles.

& apud Claud. II. in Ruf. 350.

—— —— *nam caetera pontus*
Circuit, exiguo dirimi se tramite passus.

ubi & *limite* Mss. & alibi. hic vero nihil mutemus. intelligit enim navigationem per mare Ægaeum, ut Eleg. seq. ỳl. 8. quod cum plenum insulis esset, inter quas cursus dirigendus erat, non poterant lato aequore navigare, sed tenui limite currebant. ita *gracili limite* de Formica dicit, lib. V. Eleg. VI. nondum vero Hellespontum attigit, ut ex sequentibus apparet. & ipse Ovidius antequam eo veniret, in terram ingressus est. ita ut hic Hellespontus capiatur latiori denominatione pro parte Matris Ægei proxima Hellesponto, quo postquam venisset navis, non recta transiit Hellespontum, sed in laevum flexit iter. quare etiam aptius legeretur, *mare me deduxit ad Ilellas*. BURM.

17. *Ab Actoris urbe.*] In quibusdam exemplaribus legitur etiam, *Hectoris*: quae lectio non placet. Ego legendum emendatè arbitror, *Ab Herculis urbe*, ut Heracleam intelligas, quae urbs fuit in ora sinistri littoris Propontidis; ut autor est Ptolomaeus. Verum si intelligimus, Poëtam nondum venisse in Hellespontum, sed adhuc fuisse in Ægeo illi propinquo, quod ipse videtur Hellespontum nominare, leges emendate, *Ab Hectoris* urbe: id est Ilio, quae ex Ægeo Hellespontum ingredienti erat à dextra. ut sit sensus: Quum primum in Ægeo adhuc navigans habui Samum à fronte, flexi iter in laevam partem, ubi erant loca illa, quae statim subjungit. Ceterum illud ausim affirmare, aut carmina aliqua deesse, aut hanc navigationis descriptionem falsam esse. Ab omnibus enim scriptoribus plurimum dissentit Ovidius, ut manifeste inclinis apparebit infrà. MERULA. Vulgo quidem *Actoris* legitur. Alibina autem editio, *Hectoris* habet. Ceterum *Actoris* an *Hectoris* rectius legatur, non facile affirmaverim. Nam de Actore, qui in Asiatico littore habitarit, aut urbem condiderit, alibi nihil traditur. Et quam Hectoris urbem hic Poëta vocet, Trojanne, quae nulla tum erat, an Ilium à posteris instauratum, an etiam aliam quampiam, dici certo non potest, praesertim quando ipse posta de littore Asiatico mentionem non facit, neque eo se appulisse omnino dicit. Quare ut expositionem Merulae hoc loco non

Saltus ab hac terrâ brevis est Tempyra petenti.
Hac dominum tenus est illa secuta suum.

Nam

rejicio, ita rursum tamen dubitare soleo, num idem locus de Lemno potius accipiendus sit, cujus regem aliquando fuisse Actorem Hyginus Fab. 102. dicit. qui de Philoctete loquens, à Graecis, cum tetrum odorem vulneris illius ferre non possent, in Lemno relictum ait, ibique à pastore regis Actoris Phimacho Dolopionis filio nutritum, &c. Ut sit sensus: Postquam ad Hellespontum venimus, in laevam flexinus cursum. & ab Actoris urbe, in insula Lemno, in Imbrum (hanc enim per Imbriam terram accipio) proxime navigavimus, inde in Samothraciam, &c. Neque etiam à tabulis Cosmographicis dissentit haec expositio, quam tamen eo hic adjeci, non ut omnino asseverem eam, sed ut aliis cogitandi materiam suppeditarem. Mihi autem recensentur passim Actores, quorum tamen reliqui, quia vel in littore Thessalico, vel Locrensi, vel etiam Peloponneso habitarunt, de eorum nemine hoc loco accipi potest. Micyll. Ab Hyrmine, urbe in Elaca, quam ex matris suae nomine Actor aedificavit. Pausanias in Eliacis sub principium. Quae lectio vera omnino mihi videtur, clarissimi viri Petri Angeli Bargaei judicio comprobata. Nam, ut notum est, Ovidius navim suam in sinu Corinthiaco (idcirco multo minus convenit Cenchris, quae extra hunc sinum sunt, ex Athenarum regione) habebat. Discedens igitur poëta ab Actoris urbe praeter Peloponnesum in Imbrum pervenit. De Actore sic Hyginus cap. xiv. ubi enumerat Argonautas; *Actor Hippasi filius ex Peloponneso.* Quae verba, eam, quam posui, sententiam valde confirmant. Ciof. Absurda, ut jam notavit eruditissimus Massonus in vita Ovidii, navigatio si ex portu Cenchrearum solvens ut versus Hellespontum tenderet. Herminen urbem praeteriret, quae in Elide ad alteram Peloponnesi partem prope montem Cyllenen erat olim sita, & nunc forte periit. certe Strabo non extare suo tempore dicit lib. viii pag. 341. ego vero hic nihil me videre fateor, nec *Actoris* vel *Hectoris urbem* scio, quae fuerit verosimillima mihi Micylli expositio de Lemno videtur. Burm.

18. *Imbria terra.*] Terram Imbriam eam dicit, quam *Selymbriam* Plinius, Ptolomaeus, caeterique appellant: ita enim & Perinthus in Propontidis littore fuere. Nam si Imbron insulam acceperis, non procedet: siquidem ea sita est haud longe à Thraciae Cherroneso, in mari Ægeo Thraciae adjacenti. Poëta vero jam in Propontidem pervenerat. Nisi malis intelligere, illum non ingressum fuisse Hellespontum, sed Ægeum ei vicinum appellasse Hellespontum, ut diximus. Merula. Error gravissimus inde ortus, quod male *aquas Hellespontiacas* pro ipso proprie dicto Hellesponto sumsit, cum pars maris Ægei, Hellesponto vicina intelligatur. nam Hellespontum non transiit Noster, sed flectens in laevam ad Imbrum, & inde in Samothracen, ubi hanc Elegiam scripsisse recte ostendit Massonus, navigavit. quis vero umquam *Selymbriam* dictam fuisse Imbriam somniavit? in Mss. est *Umbria*, *Umbrica*, *Imbrica*, *Cimbria*. Burm.

19. *Levi vento.*] Eodem modo Caesar lib. iv. de Bello Gall. *Naves octodecim, quae equites sustulerant è superiori portu, levi vento solverunt.* Alii tamen *leni* legunt, quod sensu est idem. Ciofan. Vid. ad Epist xiv. 39.

19. *Zerinthia littora nacta.*] Legendum esse quibusdam placet, *Perinthia*. Perinthus enim urbs fuit in Propontidis littore: quam scribit Herodotus primam ex Hellespontiis Dario subesse recusasse. Sed haec lectio mihi non probatur: nam in Pontum navigantibus primo se offert Perinthus, deinde Selimbria, ut docet Ptolomaeus. Quare ut cum sequentibus hoc conveniat, Poëtam in Ægeo Thraciae adjacenti fuisse credamus necesse est. Et leges aut, *Peparethia*. Nam (ut Plinius docet) Athos ante se habet insulam Peparethum cum oppido, quondam Evonum dictam, à qua parum abest Samothrace. Aut certe *Zerinthia*. i. ipsius Threciae. Nam in Thracia Zerinthum fuisse, scribit Lycophron, sacram Hecatae. Fuit & Zerinthum (ut quidam scribunt) in Samothrace insula, unde fortasse regioni nomen dedit Ovidius. Merula. Libri scripti omnes, *Serinthia* per *s*, ut repperit & Merula. alii legunt, *Corinthia* per *c*. à Cerintho urbe Euboeae insulae. Ego valde in hoc loco haereo. Etenim ab Imbro in Euboeam frustra rediret poëta. praesertim cum dicat, *levi vento*. Itaque quid hic probem, ac cogitem, non habeo. In Maffei lib. *Selebentia littora*. depravate. Erunt, ut spero, alii viri docti, qui ex Stephano, Dionysio, Strabone, Apollonii scholiaste, aliisque auctoribus, hoc, & si qua in hac Elegia supersunt, menda auferent. Ciofan. *Nacti* prim. Vatic. *nactis* Junianus. hoc est, postquam nacti fuimus. Unus, *vela*. Combianus pro diversa lectione, *natat*. Hermolaus Barbarus in Plinium iv. 11. legit *Perinthia*, cui conjecturae non est temere subscribendum. de Perintho accurate inter alia, Scaliger ad Chronicon Eusebianum anno 1414. Heins. Zerynthum fuisse in Thracia ostendit Berkelius ad Stephan. in Ζήρυνθος. litus ergo Thracium legit navis Ovidii, ab Imbro ad Samon Thraciam. Crispinus Zerynthum oppidum Samothraces facit, vellem adduxisset auctores suos. sed Merulam, ut semper, sequitur. vid. ad lib. i. Fast. 390. & Merula, qui hic de Zeryntho Thraciae primum recte sentit, quomodo hanc notam cum praecedenti de Selymbria conciliet nescio, nisi dicat,

post-

Nam mihi Bistonios placuit pede carpere campos:
Hellespontiacas illa relegit aquas.

Dar-

postquam Selymbriam venerit, iterum per Hellespontum rediisse in Samothraciam. Burm.

21. *Saltus ab hac terra brevis est Stentyra petenti.*] Sic quidem legitur in quibusdam exemplaribus, in aliis *Epira* scribitur: sed neutram lectionem probamus, quoniam nullam urbem ita appellatam in Thracia fuisse legimus. Quare *Stentora* emendate scribendum esse affirmo, pro *Stentoria*, & subaudies *littora*. In Thracia enim ad os Hebri fuit portus Stentoris, cujus meminit Plinius. Herodotus libro 7. ejusdem nominis in Thracia lacum etiam fuisse scribit. *Oppidum*, inquit, *Ænon & lacum Stentoridem praetereunt.* Merula. Varia hujus loci lectio est, eoque & sententia obscurior. Cum enim de loco quem hic poëta intelligi velit, non constet: neque de iis, quae deinceps sequuntur, certior ac plenior expositio aliqua afferri potest. Ac Merula quidem *Stentora* legit, pro portu Stentoris. Aldina autem editio *Tentyra* habet. Quibusdam etiam *Assyra* placet. Sed quod ad posteriora duo attinet, verbis non est opus. Nam *Tentyra* Ægypti locus est, ut quidem Stephanus & Plinius docent. *Assyra* autem in littore Trojano, sive Æolio sita. Quare cum poëta dicat, se deinceps per Bistonios campos iter facturum, saltumque sive transitum ex Samothracia in eum locum, de quo hic agitur, brevem esse: neque Asiae neque Ægypti loca descriptioni huic recte conveniunt. Superest igitur tertium illud, quod Merulae placet. Verum neque hoc poni hoc loco potest. Primum enim repugnat syllaba, quae in *Stentora* media est. deinde figura ista, ut *Stentora* pro *Stentorea*, & idipsum rursum pro *Stentoris* portu accipiamus, insitata omnino, & ab Ovidiana facilitate aliena est. Proinde aut locus hic inter incertos & obscuros relinquendus, aut ulterius aliquid quaerendum. Ac mihi quidem videtur, pro ea sententia, qua de una navi agi hoc carmine, ipsumque Ovidium in Thraciam egressum terrestri itinere ulterius profectum dicimus, pro *Stentora*, vel *Tentyra*, non incommode *Abdera* legi posse, plurali scilicet casu, quomodo & Stephanus & alii quidam idem nomen ponunt. Est enim civitas Abdera, in littore Thracio, è regione fere Samothraciae sita. Id quod ex tabulis Geographicis tam veterum quam recentiorum patet. Et huc facit etiam, quod statim sequitur de Bistoniis campis. Nam Bistonum lacus, à quo campis ipsis nomen, Abderis vicinus est. Consentaneumque est, Ovidium per Bistonios campos proficiscentem, non longe ab Abderis in litus egressum fuisse. Sed haec tamen perinde valere debent, atque à Criticis admittantur, vel rejiciantur. Micyll. In nostro codice Ms. legitur, *Saltus ab hac terra brevis Epyrrhea petenti.* cujus vestigia secuti, restituimus, *Epirea petenti.* hoc est per terram iter ingresso τὸ κατ' ἤπειρον. Homer. Odyss. Γ. οὐδ' ἐπ' ἠπείρου, quam germanam putamus esse lectionem, nam terrestri itinere Poëtam deinceps esse profectum liquet ex eo quod sequitur, *Nam mihi Bistonios* &c. de quo statuat unusquisque quod velit; nos haec indicanda hoc loco putamus. Bersman. *Est Epira petenti* habent duo lib. scripti: sic etiam in aliis veteribus repperisse se testatur hic Merula, & tamen aliter maluit legere: sed imperite. ἤπειρος enim continentem significat. Ideo statim subdit:

Nam mihi Bistonios placuit pede carpere campos:

id est, pedibus iter facere per Thraciam. in quo loco explicando falsus & quidem turpiter est idem Merula, qui secus accipit. Ciofan. *Ab hac terra* plerique veterum. quod amplector. nisi quod *ab hac ora* rectius scribetur. pro *Tentyra* veteres plerique, *Epira* vel *Empyra*. Combianus pro diversa lectione, *Tempyra*. quomodo & duo alii. recte. Livius lib. xxxviii cap. 12. *Inde Æniorum fines, praeter Apollinis, Zerinthium quem vocant incolae, templum superant. Aliae angustiae circa Tempyra templum superant. Aliae angustiae circa Tempyra* (*hoc loco nomen est*) *non minus confragosae excipiunt*, Faciat ergo Ortelius, qui cum Merula *Stentora* emendandum censet. uti & Pintianus ad Plinii lib. iv. cap. 2. Arondel. *Temira*. Heins. *Saltus ab hac contra brevis est tentira* Bernens. *Saltus ab hac brevis est contra* alius. *Tentira* Leidens. *Tentara* Lovan.

22. *Hac dominum.*] Quisnam dominus hujus navis? an Ovidius? qui certe non emerat, sed mercede conduxerat. cognitam sibi primum Cenchreis dicit ℣. 9. Merula duabus navibus a Cenchreis venisse, in quarum una Ovidius, in altera dominus navis erat utriusque. Vir doctissimus Massonus statuit navi prima a Cenchreis Ovidium in Samothraciam venisse, inde nova navi trajecisse in Thraciam. cujus sententiae facile accedere possumus, ut Ovidius suam navem ex Samothrace ad cursum peragendum remiserit versus Hellespontum. nam illa fessa, id est quassata tempestate & undis, ut ex praecedentibus Elegiis satis patet, Samothraciam cum venisset, ibi debuit reficere armamenta sua, & deinde relegit iter versus Hellespontum. Ovidius vero in litore Samothraces consistens hanc Elegiam votivam scripsit, ut illa navis, quae ejus instrumenta & comites ferret, salva Tomos veniret, & in fine Elegiae etiam pro altera, quae se trajiceret, in Thraciam vota concipit. Dominum ego ipsum Ovidium intelligo, sive emerit navem, sive improprie se ita vocet, quia totam suo comitatui & instrumentis transvehendis, conduxerat. *Hac tantum tenus est* prim. Vatic. Burm.

23. *Pede.*] Velo. Est enim pes funis, qui è velo-

Qqq 3

Dardaniamque petit auctoris nomen habentem,
Et te ruricola, Lampface, tuta Deo.
Quàque per angustas vectae male virginis undas
Sestion Abydenâ separat urbe fretum.
Hincque Propontiacis haerentem Cyzicon oris;
Cyzicon, Haemoniae nobile gentis opus:

Quà-

Quàque tenent Ponti Byzantia litora fauces.
(Hic locus est gemini janua vasta maris.)
Haec precor evincat, propulsaque fortibus Austris
Transeat instabiles strenua Cyaneas:
Thynniacosque sinus, & ab his per Apollinis urbem
Acta, sub Anchiali moenia tendat iter.

Inde

vero declinet dum vellicant navi alligatus. Sed hic ponitur pro toto. Catullus: *Simul secundas tibicen tibias dedit.* & Maro: *Una omnes fecere pedem.* Merula. Hunc locum Merula, cum sententiae haec de duabus navibus, de qua à principio mentionem fecimus, repugnare videret, pedem pro rune, quo vela navium regebantur: campos autem pro aequore sive mari expositi. Utrumque duriore figura. At si alteram expositionem recipias, de una navi, eaque sola quae Poëtae fuit, qua hoc in loco relicta, in terram egressus ille, reliquum iter, aut partem saltem, per Thraciam itinere terrestri fecerit: sua ac propria significatio verbis manet, neque versus ipse quicquam difficultatis habet. Quamquam alias circa hunc locum elegia ipsa maxime perplexa atque impedita est, id quod statim infra patebit. Micyll.

24. *Hellespontiacas illa reliquit aquas.*] Non parum difficultatis etiam hic versus habet, praesertim in verbo *relinquendi*. Nam quo modo dicamus, navem, quae Dardaniam petebat, in ipsis faucibus Hellespontiacis fluxam, Hellespontum reliquisse? Aut igitur dicamus, deesse loco huic aliquid, hoc est, verbum unum atque alterum desiderari: aut ipsi verbi huic vitium inesse. & pro vetero *Reliquit*, *relegit* aut simile aliquid reponendum esse, ut sit sententia: Ego equidem per campos Bistonios equitandi exercere consueui: illa autem (navis scilicet) Hellespontiacas relegit sive repetivit aquas, transeundo scilicet in dextrum latus, & petendo Dardaniam in ipsis faucibus fluxam, &c. Aut certe Hellespontiacas nomen ita accipiendum, ut eam tantum maris partem significet, quae circa fauces est. Et sic recte intelligitur reliquisse Hellespontiacas navis, quae eo jam ingresso, ipsas fauces ingressa fuit. Nam ut verbum *Reliquit*, figurate exponamus, pro eo quod est, Coepit fugere velis: conatumque sic pro ipsa actione accipiamus, duriusculo aliquanto, opinor, fuerit. Caeterum hunc versum Merula, ad navem illam alteram, comitem poëtae referit: quemadmodum & superiorem illum, *Hoc dominum tenuis est illa secuta suum.* Hic, ut videtur, imperite refellitur, & quod litus dexterum reperi vetitur, admodum: illic persona verbi deceptus opinor, quod pro prima persona, Poëta de se ipso tertia usus sit, hoc est, pro eo quod dicendum erat. Hactenus me navis mea profecuta est, dicit. *Ipsum dominum fuisse illa secuta est.* Burm. Scholiastes, *Abigit.* pro, *pergit*, aut quid simile. nam quomodo reliquit Hellespontum, quae Dardanum & Lampsacum & Abydum, in ipsis Hellespont: faucibus itas, aditura sit? Heins. Ego non dubito, *relegit* esse legendum, nam antea cum venisset ad urbem sive Hectoris, sive Actoris, quae non longe ab Hellesponto debet statui, flexit in laevum versus Samothracen, inde trajiciente Ovidio in Thraciam, illa navis relegit iter versus Hellespontum. cave autem *relegit*, & *petit* mox reponas, ne in Legem Pediam Naio peccet. Burm.

26. *Lampface.*] Lampsacus, ut scribit Marcellinus libro XXII. Themistocli dono data est à rege Persarum. Vide praeterea quae collegi in lib. Fastorum. Ciofan.

26. *Tuta.*] *Culta* Moreti & quatuor alii.

27. *Quaque.*] *Quodque* Servii & Hamburg. *quique* Leidens.

29. *Cyzicon oris.*] Puto scribendum, *Propontiacis surgentem Cyzicon.* nam in adscensu collis sita erat. Val. Flaccus lib. II.

Nec procul ad tenuis surgit confinia ponti
Urbs placidis demissa jugis. rex divitis agri
Cyzicus.

Sed & Apollonius Rhodius in ejus descriptione:

Ἔστι δέ τις αἰπεῖα Προποντίδος ἔκδυτα νῶτα,
Τυρσὸν ἀπὸ ψαμάθοις πολυλίστιον ἐστήριον,
Ἧς ἄλα κεκλιμένον, ἔσσω τ' ἐπιμάρτυρα λοιπὰ
Χέρσου ἐπιπρηνὴς κατατείνεται· ἐν δὲ οἱ ἴσθμὸς
Ἀμφίδυμος. κέκτηνται δ' ὑπὲρ ἤματος Ἀλκήνου.

Recte autem addit, *Haemoniae gentis opus.* nam ab Aeneo Thessalo Cyzici parte extructam fuisse nos docet Scholiastes Apollonii. quamvis alii ab argonautis extructam fuisse contendunt, uti & Noller hoc loco. Euseb. in Chronico conditam refert ad annum DCCXL. Possel & *vergentem* legi in Nasone. Nam declivem Valerius describit. quomodo apud Lucanum:

Illyris Ionias vergens Epidaurus in undas.

apud Sidonium Panegyrico Majoriani:

At se Lucrinus qua vergit Gaurus in undas.

Caesar lib. primo Belli Civilis, *ab oppido autem declivis locus tenui sestigio vergebat.* Sic & Plinius de Atlante monte, *aster & squalens qua vergit ad litora Oceani.* Sic & *vergere & decurrere flumina* dicuntur apud agrimensores, ut illic scholiast Excerptae, *cum summo loco aqua in inferiorem partem de-*

decurrit. hinc *decursia aquarum*, & *aquivergia.* Livius lib. XXVIII. cap. XXV. *Naves accitae erant, quae vergentem ad mare urbis partem oppugnarent.* Heins. Ego nihil muto. nam in loco plano & humili fuisse docet Mela, qui dicit lib. I. 19. in *cervice peninsulae sedere.* quod vindicat simul τὸ *haerentem*: nam in Isthmo illo posita Cyzicus *adhaeret oris.* immo Strabo lib. XII. pag. 575. insulam facit duobus pontibus continenti συναπτομένην quod *haerentem* vertere licet. ubi vid. Casaubonum. vid. ad Valer. Flac. II. 636. Idem Strabo lib. XIV. pag. 635. Cyzicum Milesiorum coloniam facit. *inque Propontiacis* prim. Polit. Vatic. & duo alii. *inde* duo & Edit. Berlin. *hicque Prop.* alius Heinsii. Burm.

30. *Cyzicon.*] Cyzicum, *Aemoniae gentis*, hoc est, Thessalorum *opus*, vocat, non quod Cyzicus ipse ex Minyis sive Thessalis unus fuerit, ut Merulae videtur: sed quod pater Cyzici Aeneus Thessalus natione fuit, qui in Pontum ex Thessalia profectus, uxorem ibi Aeneten Eusori, sive ut Orpheus, Aenippen Eudori, regis Thracum filiam duxit: unde Cyzicus hic natus; à quo urbi postea nomen factum: cum antea, ut Plinius ait, Arctonnesis, & Dolionis, & Dyndimis vocaretur. Vide Comment. Apollonii lib. I. Micyll. In hac urbe fuit religiosum magnae matris delubrum. Idem Marcellinus ibidem: colebatur Proserpina:

Raptam Cyzicos ostrosa Dioam.

Hodie Turcarum vulgus *Mirabilia* vocat, à maximis aedificiorum ruinis. Ciofan.

31. *Quaque tenent.*] Omnes fere codices, *quaque*. & ita edidit Berlmannus. ut forte legendum sit,

Quaeque premunt Ponti Byzantia litora fauces
(Hic locus est gemini janua vasta maris.)
Haec precor evincat.

& litora Byzantia, quae premunt fauces Ponti, haec evincat. non enim insolens est, pronomina *hic*, *is*, *ille* &c. minime, ut videtur, necessaria, ponere, cum jam praecesserit, *quae*. ita III. Met. 303.

Nec qua centimanum dejecerat igne Typhoea,
Nunc armatur eo.

Terent. I. I. 82. *Gnatum unicum, quem pariter uti his decuit, vos. cum ego ejeci.* Liv. I. 19. *Cultrum, quem sub veste habebat, cum in corde defixit.* & ita passim veteres. *premere* vero & *tenere* centies in his libris confusa, & *premere fauces* propria locutio; ita autem litora Byzantia prominent, ut angustissimus sit Bosporus, & longe videntibus non videatur transitus in Euxinum esse. Burm.

31. *Byzantia.*] A Byzantio, urbe Thraciae. de qua sic idem Marcell. eodem loco: *Constantinopolis vetus Byzantium Atticorum colonia.* Ciofan.

33. *Haec, precor, evincat, propulsaque fortibus Austris.*] In uno Vatic. *pulsatoque flatibus Austri.* Ciofan. *Flatibus Austri* veteres magna ex parte. Medonianus, *flatibus Austris.* Scribe, *flantibus Austris.* ut apud Statium Theb. XI.

—— *seu circumflantibus Austris*
Alternus procumbit ager.

Sidonius Panegyr. Major.

Campanum flantibus Austris
Ingrediens terram.

Claud. IV. Conf. Hon.

—— *nec flantibus Austris.*
Neu pluviis cedas.

si quis *flatibus Austri* malit, ecce paria Met. VII.

Letiferis calidi spiravunt flatibus Austri.

Ita enim codices nonnulli antiqui. lib. XI.

Auster & ingenti jactatam flamine sobolt.

Cicero Cornificio lib. XII. Epist. *Auster adversis maximo flatu me ad tribulos tuos Rhegium retulit.* Heins. Si Medonii codex sequendus, qui habet *Flatibus austris*, *Auster* adjective sumendus esset, sed mihi vulgata, *fortibus* satis placet. Vento enim vehementiori opus erat ut cito Cyaneas transiret, ut supra contra *leni vento* litora Thraciae contingit. ita II. Amor. XI. 38.

Implent illa tuos fortior aura sinus.

& hoc Epitheton *strenua* exigit. alludens ad navem Argo, quae ita strenuo & veloci cursu transiit; praeterea, *haec precor ut vincat* octo libri. Burm.

35. *Heniochosque sinus.*] Heniochi fuere in ora maris Euxini, in Colchia regione montosa & imporuosa: quam eorum ora Caucasi pars sit, latrociniis maritimis vixere. Dicti autem sunt ab Heniochis, id est, ab aurigis. Nam (ut scribit Strabo) Lacones Heniochiam tenuere. Quorum duces Rhecas & Amphistratus fuere, Castoris & Pollucis aurigae. Unde Heniochi (ut par est) ex his sunt nominati. Lucanus: *Me marte feroces Heniochi.* Notandum autem hic, Ovidium à caeteris dissentire, qui statim post Thraciam Bosphorum ponit sinus Heniochos, quum Heniochi fuerint à dextra Euxini in Colchica regione, quasi in extremo ipsius Ponti. Ovidius vero finistrum tenuerit Getici littoris, ubi sunt civitates omnes quas nominat, praeter Heniochos. Quare magis legendum

Inde Mesembriacos portus, & Odessον, & arces
Praetereat dictas nomine, Bacche, tuo:
Et quos Alcathoi memorant à moenibus ortos
Sedibus his profugum constituisse Larem.
A quibus adveniat Miletida sospes ad urbem,
Offensi quo me compulit ira Dei.
Hanc si contigerit, meritae cadet agna Minervae.
Non facit ad nostras hostia major opes.

Vos

dem videtur, *Thynniacosque sinus*, quam *Heniochos*. Tyrambus enim oppidum fuit in ora Ponti finitima inter Cyaneas & Apolloniam, cujus meminit Plinius, Ptolomaeus, ac etiam Pomponius. Thynniam etiam promontorium eodem in loco fuisse, idem memorat, à quo *Thynniacos sinus* Poëtam fortasse potius crediderim, quam *Heniochos*. Strabo scribit. *Ex Apollonia ad Cyaneas insulas fluvia sunt* 1500. *In eo autem intervallo Thynnia Apolloniatarum ager*. Est praeterea Thynnias promontorium Mysiorum, de quo Propertius: *Grata ducis nymphis humida Thynniacis*. MERULA. Tyrambumque Salmasius castigandum monet ad Solinum pag. 215. *Thyniades sinus, ut κόλπους τῆς Θυνιάδος χώρας*. idem citat, *vicina sub Anchiali moenia fundat iter*. HEINS. *Thrinacriorque* Ms. Berismanni & Leid. alii codices, *Thunnatos*, *Tynacios*, *Thinnas*, *Tinnarios*, *Tuenarios* & similia.

35. *Per Apollinis urbem.*] Apollonia urbs fuit Africae regionis, Anthium olim appellata, sita in littore Getico, ut docet Plinius & Ptolemaeus. Fuit & Apolloniatarum insula citra Istrum 80. millia passuum a Bosphoro Thracio, ex qua M. Lucullus Capitolium Apollinem advexit. autor Plinius. Videtur tamen hic Ovidius non eam urbem designare, sed Isulae eidem designate per Apollinem, de qua ita scribit Strabo: *Posita Apollonia a sacro ostio Istri fluvii mille trecentis Milesiorum stadiis: cujus major unius partis quodam in exilii condita insula est: ubi Apollinis facellum exstitit, quo ex loco M. Lucullus Colossum extulit, & in Capitolio collocavit*. Fuit autem Apollinis statua Calamidis opus. MERULA. Apolloniam inselige, quam *magnam* appellat Mela, proxime supra Thynnium promontorium sitam. Ita enim & librarii mihi polliciti: & eodem ordine, haec eadem loca etiam ab autoribus Plinio, Strabone, Mela, & Ptolomaeo item recensentur. MICYLL. Idem Marcellinus loco citato: *Istros quondam potentissima civitas, & Tomi & Apollonia, & Achiabor, & Odessos: aliae praeterea multae, quas litteris continent Thraciarum*. CIOFAN. Sed quomodo Ovidius navigans tendebat iter per Apolloniae? An circuitu ipsam quidem Apolloniae civitatem contemnit extructam, sed illi conterminam insulam ab Apolloniatis quoque habitatam fuisse, ac Ovidium inter hanc & illam iter fecisse. Ita fane necesse est. Et sane Strabo, Apolloniam majore sui parte in insula exstructam fuisse testatur. quem Salmasius loco jam dicto immerentem propterea carpit. Solines quoque meminit insulae Apolloniatarum. etiam Plinius. HEINS.

36. *Sub Anchiali moenia.*] *Anchiala*, seu *Anchialos*, castellum fuit ab Apolloniatis conditum, quae & Pollonia dicebatur. Fuit autem in ora Geticae littoris. Getae autem hi dicebantur, qui ad Pontum in orientem vergunt: Daci vero, qui in oppositum versus Germaniam, & ad Istri fontes. Getas enim Graeci Thraces opinati sunt, qui utrumque Istri latus incolebant. autor Strabo. MERULA.

36. *Alta sub Anchiali moenia fundat iter.*] *Tendat iter* sex meliores. pro *Alta* primae editiones. prim. Polit. prim. Vatic. prim. Pal. & tres alii, *Vecta*. septem, *Apta*. quinque, *Alta*. unus, *antra*. alius, *arcta*. Latet mendum. Forte, *Lecta*. ut *legere litus*. HEINS. *Acta* etiam Francof. & alii plurimi, quod cum Berismanno praefero, si ita distinguatur,

—— *& ab his per Apollinis urbem*
Acta, sub Anchiali moenia tendat iter.

BURM.

37. *Et Opesson.*] Legendum est, *Odessον*. Nam Strabo, Pomponius, Plinius, Appianus, & Ptolomaeus ita appellant eam urbem Milesiorum. MERULA. Unus Vatic. duo alii, *Odessον*. recte, ex Marcellini, quem modo recitavi, loco. CIOFAN. *Inde Mesabriacos portus & Ephesonis aras* Ms. Iterum. *Mesambriacos* multi scripti. *Epheson* nonnulli, *Opeson* prim. Edit. & Gryph. & aliae. sed *Odessον* vera est lectio, ut ex nummis probat Illustris Spanhem. Differt. IX. pag. 902. Editionis secundae. BURM.

39. *Alcathoi moenibus.*] Septem, *Alcathoë*. de qua dictum Art. Amat. alii *Alcathois*. HEINS. *Alcathoës* Gryph. *Alcathoae* Micyll.

40. *Profugum constituisse Larem.*] *Lares* plurimi veterum. Sed lego, *profugum Larem*. Met. IV.

Hac Tyron, hac profugos posuisti sede penates.
HEINS.

41. *Miletida urbem.*] Malo, *Milesida*. nam à Miletо *Milesius* deducitur. HEINS.

42. *Offensi quo me compulit ira dei.*] Unus Vatic.

Vos quoque Tyndaridae, quos haec colit insula, fratres,
Mite, precor, duplici numen adesse viae.
Altera namque parat Symplegadas ire per artas,
Scindere Bistonias altera puppis aquas.
Vos facite, ut ventos, loca cum diversa petamus,
Illa suos habeat, nec minus illa suos.

tic. & Mascianus, *compulit*. placet. CIOFAN. Melius, quod alii libri habent,

Offensi quo me compulit ira Dei.

DAN. HEINS. *Compulit* ex quinque scriptis. & sequenti versu, *contigerit* pro *contigerint*. probe complures. quidam, *Hoc*, vel *Istic*. Lege, *Hanc si contigerit*. HEINS. Berismannus ex Micylli auctoritate legit, *Haec si contigerit*. cum in Micylli tamen editione sit, *haec si contigerint*, ut omnes Editiones priores habent.

43. *Meritae cadet agna Minervae.*] An hic falsus, sibique contrarius est Ovidius, qui se Minervae agnam mactaturum ait, cum in IV. Metamorphos. eidem Deae, non agnam, sed vaccam mactari solitam esse doceat? minime vero. Nam, cum in exilium proficisceretur, nec eam pecuniae, qua vaccam emere posset, vim haberet, Minervae agnam se mactaturum pollicetur. Idque ex sequenti carmine liquide apparet:

Non facit ad nostras hostia major opes.

Attigeram & hunc ipsum locum in meis in Metamorphosin observationibus. CIOFAN.

46. *Duplici numen adesse rati.*] Ita rectius legitur, quam ut est in aliis libb. *vise*. id est, utrique navi. CIOFAN. *Viae* optimi codices. *fugae* Putean. pro diversa lectione.

47. *Ire per alta.*] Uterque Politiani, prim. Vatican. multique alii, *per arctas*, optime. Priscianus Periegesi, *hic sunt Symplegades arctae*. & postea:

E regione jacet locus hic Symplegades arctas.

Seneca Hercule Furente:

—— —— *quae pontum Scythen*
Symplegas arctat.

Statius Theb. v. 356. *ora Cyaneis arctata vadis*. Sequenti versu, *Bistonidas aquas*, pro *Bistonias* primus Vaticanus. sic lib. II. El. IX.

Bistonis ingenio terra superba tuo est.

Adi Notas Art. Amat. lib. I. pag. 172. mox malim, *loca cum diversa petantur*, quam *petamus*. HEINS. *Per artas* habet Francof. ut scripsisse veteres docet Broukhusius ad Tibul. I. v. 53.

48. *Scindere.*] *Findere* Bernens. *Bistonidas* prim. Vatic. ut II. ex Ponto IX. 54. *Bistonis terra*.

50. *Nec minus ista.*] *Nec minus illa* nonnulli veterum; recte, vid. ad Epist. VII. ult.

ELEGIA XI.

Littera quaecumque est toto tibi lecta libello,
Est mihi sollicitae tempore facta viae.
Aut hanc me, gelidi tremerem cum mense Decembris,
Scribentem mediis Hadria vidit aquis:

Aut,

2. *Est facta.*] Est exarata, composita. CIOFAN. Vid. ad Epist. V. 2. *Sollicito tempore* plurimi scripti & Ald.

3. *Aut haec me, gelido tremerem cum mense Decembri.*] *Hanc* meliores. *Decembris* etiam prim. Vatic. Barberin. & Rottendorph. Lege, *gelidi Decembris*. sic lib. II. bene codex vetus:

Talia luduntur fumoso mense Decembris.

ubi *fumoso Decembri* nunc circumfertur, recte *mense Decembri*, si adjectivum *fumoso* abesset. quomodo & Martial. lib. V. Ep. 17.

Decembri mense quo volant mappae.

HEINS. *Aut haec ingelido* Medon *Gelidus* unus. *aut ego cum gelido* Gottorp. *Getico* unus. *tremulam* Regius. Vir doctus, auctor Electorum ex Poëtis in usum Scholae Etonensis legebat,

Aut hanc me gelidas, tremerem cum mense Decembri,
Scribentem mediis Hadria vidit aquis.

vel, *aut hanc me, gelido tremerem cum mense, December* &c. Ceterum *Adriam* hic pro Jonio mari poni notat Scalig. lib. VI. de Emendat. Temporum pag. 536. & saepe confundi haec nomina solent. vid. Bochart. Canaan. lib. I. 26.

Aut, poſtquam bimarem curſu ſuperavimus Iſthmon;
Alteraque eſt noſtrae ſumta carina fugae.
Quod facerem verſus inter fera murmura ponti,
Cycladas Ægeas obſtupuiſſe puto.
Ipſe ego nunc miror, tantis animique marisque
Fluctibus ingenium non cecidiſſe meum.
Seu ſtupor huic ſtudio, ſive eſt inſania nomen;
Omnis ab hac curâ mens relevata mea eſt.
Saepe ego nimboſis dubius jactabar ab Haedis:
Saepe minax Steropes ſidere pontus erat.
Fuſcabatque diem cuſtos Erymanthidos Urſae;
Aut Hyadas ſaeris auxerat Auſter aquis:

Saepe

5. *Aut poſtquam bimarem curſu ſuperavimus Iſthmon, Alteraque eſt noſtrae ſumta carina fugae.*] Videndum num haec contraria ſint iis, quae ſuperiori Elegia annotavi. *Carina* vero, navis à parte totum. CIOFAN. Multi libri, *caſu ſuperavimus*, ſed perperam. prima navi ex Italia pervenit Lechaeum, inde pede Cenchreas petiit, ubi alteram ſumſit navem, quae Samothracen usque vexit. *curſu* autem pro pedeſtri vel terreſtri itinere, & ſimul celeri paſſim ponitur. ita Juſtin. XL. 8. *Quingenta ſtadia curſu fecit.* Lucan. I. 183.

Jam gelidas Caſar curſu ſuperaverat Alpes.
BURM.

6. *Noſtrae fugae.*] Mihi in exſilium proficiſcenti. CIOFAN.

7. *Quod facerem.*] Malo, *quid*; & à fine praecedentis abſolutae ſententiae notam ſuſtuli. nam diſtichon ſuperius neceſſe eſt ut intelligatur cum hoc ſubtecto. nonulla ſane ineſt ἀνακολουθία. *puto obſtupuiſſe*, pro *obſtupuerat*, *ut puto*, AUCTOR ELECTOR. ETON.

7. *Fera murmura.*] *Minaces* Micyll. Gryph. & Vincent.: quod unde habuerit, nescio. Francius volebat, *inclita inter murmura.* ſed languet hoc.

9. *Ipſe ego nunc.*] *Ipſe etenim* unus Heinſii. *etiam* quaerunt.

11. *Seu ſtupor.*] Hic verſus legitur in antiquo lapide apud Gruterum pag. DCXXXVIII. 5 hoc modo,

Seu ſtupor huic ſtudio eſt, ſive eſt inſania nomen,
Omnis ab hac cura cura levata mea eſt.

in Moreti libro eſt, *ſive huic inſania nomen*, quod placuit Heinſio; non mihi. *mens relevata* ſuit Francof. *hic & ab hac cura* Leid. BURM.

13. *Saepe ego nimboſis.*] Explicit hoc diſtichon Nicol. Lecuſis Miſcel. Epiphyl. lib. VIII. cap. 21. *Saepe ego mendoſis* quatuor ſcripti. & prim. Edit. *jactatus ab undis* Servii. *ab horis* Junian.

14. *Steropes.*] Ms. *Meropes*, non male: nam & Merope una ex Pleiadibus fuit, ut apparet ex lib. IV. Faſt. BERSMAN. *Steropis* ſcripti quidam & editi. *Meropis* duo libri.

15. *Erymanthidos.*] *Atlantides* multi ſcripti.

16. *Aut Hyadas ſaeris hauſerat Auſter aquis.*] *Hauſerat aquis* expono, pro exhauſerat, & quaſi evacuaverat aquis, ὑπερβολικῶς. Aut certe κατ' ἐναλλαγήν, ut ſit dictum, pro, Hyades hauſerant, hoc eſt attraxerant, & concitatant auſtrum & pluvias. MICYLL. *Auxerat* libri nonnulli. quomodo & Adrianus Behotius in Apophoretis è veterrimo codice cap. I. ſed fruſtra. Videtur enim Naſo ad nomen Auſtri alludere. Statius libro IV. de Inacho:

— — Perſea neque enim violentior exit
Amnis humo, cum Taurum aut Pliadas hauſit equoſas.

Idem de Tempeſtate, Theb. IX.

— — cum Pliadas haurit,
Aut nigrum trepidis impingit Orionа nautis.

In Catalectis Pithoei, pag. 178.

At Notus è medio ſolis dat flamina curſu,
Auſtrum ritè vocant, quia nubila ſtatibus haurit.

pro *ſeris aquis* plerique veteres, meliores certe, *jaevis*. Scribi aliquando placebat,

Aut hyadas pluviis hauſerat Auſter aquis.

ſive *auxerat*. Sic Arte Amat.

Et tepidas pluvias concitat Auſter aquas.

hinc *pluviae Hyades* Senecae Medea:

— — nondum pluviis
Hyadas poterat vitare ratis.

Ita optimus Mediceus. quomodo viri docti conjecerant. nam Hyades ἀπὸ τοῦ ὕειν dictae. plura ad Matronem lib. III. pag. 506. Noſter in Faſtis:

Na-

Saepe maris pars intus erat; tamen ipſe trementi
Carmina ducebam qualiacumque manu.
Nunc quoque contenti ſtridunt Aquilone rudentes;
Inque modum tumuli concava ſurgit aqua.
Ipſe gubernator tollens ad ſidera palmas
Expoſcit votis, immemor artis, opem.
Quocumque adſpicio, nihil eſt, niſi mortis imago:
Quam dubiâ timeo mente, timensque precor.
Attigero portum, portu terrebor ab ipſo.
Plus habet infeſtâ terra timoris aquâ.
Nam ſimul inſidiis hominum pelagique laboro;
Et faciunt geminos enſis & unda metus.

Ille

Nascita quas Hyadas Graijs ab imbre vocat.

humores pluvii Solino in vetuſtis codicibus, ubi agit de Olympo monte. *rores pluvii* Horatio. apud Noſtrum ſub finem lib. X. Met. *pluvium coelum.* Sed & *ſaevas aquas* pro procelloſis. hinc *nimboſa Hyas* Claudiano, *Hyas inſerena* dicta Statio. ſic praecedenti Elegia de nave, *nec ſaevis victa fatiſcit aquis.* ſic & *ſaevi venti, turbines, procellae ſaevae* ac *tempeſtates* apud Poëtas paſſim. Putabam aliquando, *paveras auſter.* Rutilius ſub finem lib. I. de Oceano, ubi & Hyadum mentio:

Sive alio reflexus noſtro colliditur orbe,
Sive coruſca ſuis ſidera paſcit aquis.

Statius Thebaid. VII.

— — Oceano vetitum qua Parrhaſis ignem
Nubibus hybernis, & noſtro paſcitur imbri.

creditum enim antiquis humoribus ac pluviis ſplendorem ſiderum acui atque accendi: qua de re Tullius libro II. de Natura Deorum. Sed aliud hic loci voluit Naſo noſter. HEINS. Aut probandae hic voci *ſaevis* (quam ab Ovidii manu profectam nemo umquam non probaſſet) aut commendandae pro ea *pluviis*, aut *paveras* pro *hauſerat*, ſine libris utrique, loci nihil eſſe, ſi quis τὸ *ſeris* clare fuerit interpretatus, judicatum iri confido. Columel. lib. XI. cap. 2. *Pridie Idus April. ſiculae ſe lautur. hiemat.* Mox, XIV. *Cal. Majas ſiculae ſe veſperi celant. pluviam ſignificat.* Aliquanto inferius, XII. *Cal. Junias ſiculae exoriuntur: Septentrionales venti: nonnumquam Auſter cum pluvia.* En tibi imbres ab Hyadibus πρόδηλος. vide iterum Columellam (cui Geminus in Εἰσαγωγῇ, & Ptolomaeus in Φάσεσιν non multum abſimilia recenſent) medio fere eodem capite, *Quartodecimo Calendas Decembris Sol in Sagittarium tranſitum facit. ſiculae maxe oriuntur. tempeſtatem ſignificat.* Deinde, *undecimo Calendas Decembris ſicula mane occidit. hiemat.* & ſtatim, *Pridie Calendas Decembris totae ſiculae occiduni. Favonius aut Auſter: interdum pluvia.* Cernis, opinor, ὑάδων quocne ſeu *ſeras Hyadum* aquas, easque nihilo plus abhorrentes à tempore hujus navigationis, quam quantum Poëtis ſemper licuit aberrare. AUCTOR ELECTORUM ETONENSIUM. *Traxerat* unus codex.

18. *Carmina ducebam.*] Ad exemplum Petroniani Eumolpi. DOUZA. *Dictabam* Putean.

19. *Contenti ſtrident Aquilone rudentes.*] *Stridunt* meliores ἀρχαϊκῶς. Faſt. VI.

Cauſa quod horrenda ſtridet: nec ſolvit:

diſtenti etiam *rudentes* eſt in Barberiniano. & mox tres codices, *cumuli* pro *tumuli*. HEINS. In Regio erat, *Suadent Aquilone*, quod pro *ſudant* poſitum olim conjecerat Heinſius. haec verba certe commutari vidimus ad Quinctil. VIII. de Inſt. Orat. 3. *diſtenti* Barberin. *conſtricti* Lovan. *nunc etiam tunsi* alius. *Cumuli* & *Tumuli* ſaepe confuſi. vid. II. Amor. XI. 48.

21. *Tollens.*] *Tendens* duo libri.

23. *Quocumque aſpexi.*] *Aſpicio* nonnulli. Forte, *aſpiciar.* ut ſupra Notis ad Eleg. II. vſ. 23. HEINS. Ego repoſui vulgatum, *Aſpexi, hoc quo* capiendum. ſed & ſic gratior exoritur ſonus. Vide an placeat, *Quo, aſpicio, imago, timeo.* Nam ad conjecturam, *aſpiciar*, quod attinet, in hoc loco parum probatur, quia per ſecundam perſonam otioſe & frigide niſis, tanto quidem pro terrore, mihi Poëta locutus exiſtimaretur. AUCTOR ELECTORUM ETONENSIUM minorum. Sed praeſens tempus hic debet neceſſario exhiberi, quia praeceſſit *nunc quoque*, & reliqua omnia, quae non praeterita, ſed praeſens naufragii periculum monſtrant, unde majorem miſericordiam moveat Poëta, quam ſi ſe *aſpexiſſe*, & ita praeteriiſſe periculum diceret. o vero litera geminata nihil officit auribus delicatis, cum ejus ſonitus intermediis aliis diſtinguatur & interrumpatur. BURM.

25. *Contingam portum.*] Alius, *attigero portum:*

Ille meo vereor ne speret sanguine praedam:
Haec titulum nostrae mortis habere velit.
Barbara pars laeva est, avidae succincta rapinae,
Quam cruor, & caedes, bellaque semper habent.
Cumque sit hibernis agitatum fluctibus aequor;
Pectora sunt ipso turbidiora mari.
Quo magis his debes ignoscere, candide lector,
Si spe sunt, ut sunt, inferiora tuâ.
Non haec in nostris, ut quondam, scribimus hortis:
Nec consuete meum, lectule, corpus habes.

Ja-

pro si attigero. Micyll. Unus Vatican. *Attingam.* Ciofan. *Attigerim* duo. *attigeram* totidem. *terrebar* septem. *attigeram* & *terrebar* Bersmanni Ms.

29. *Ille meo, vereor, ne speret sanguine praedam.*] *illum* pro aliquo posuit. Merula. Imo relativum est, & ad ensem refertur: ut sit, *Ille ensis*, Et tumulum, *Eusis*, pro interfectore dictum. Unde & per diaeresin mox sequitur, *Haec titulum nostrae mortis habere velit* (sic enim alii legunt.) Ut sit sensus: Metuo ut ille, scilicet ensis, speret praedam: haec autem, id est unda, sibi petat titulum ex morte mea. Micyll. *Neu titulum* Editiones veteres.

31. *Barbara pars laeva est.*] Designat Thraciae litus, quod Ponto alluitur: quod scribit Strabo desertum esse, perrosum, importuosum, ad Aquilonis flamina late patens, & apertum: ad quod naufragio ejecti, ab oppidanis spoliantur, Thracia gente superhabitante. Idem alibi etiam docet, mare Euxinum nulli patuisse navigationi, & proinde *Axenum*, id est inhospitalem pontum appellari, propter tempestuosa, & per hyemes intercluſa loca, & accolarum immanitatem, maxime Scytharum, hospites immolare solitorum, & humanis vescentium carnibus, & pro pateris calvarias usurpantium. Merula. Hunc locum Merula ad eam sententiam refert, de qua superiore Elegia diximus: videlicet ut accipiamus, Ovidium finistro ac Getico littore ex Hellesponto in Pontum, atque inde Tomos navigasse. Contra illud quod in eadem Elegia dicitur, scilicet, *Nam mihi Bistonios placuit pede carpere campos, &c.* Quanquam autem hic locus de Barbarico littore satis manifeste dicit, exponi tamen idem etiam hoc modo videtur posse, ut intelligamus, hanc Elegiam statim post superiorem scriptam, cum ex Samothracia in ipsam Thraciam veheretur Poëta: Barbarosque dici eos, qui in ora Thraciae ad laevam habitarint. Aut certe, ut ponamus, per Thraciam parte saltem aliqua fecisse pedibus iter Poëtam, posteaque ad navem reversum: atque ita tamen Elegiam hanc scripsisse. Nam de perpetua illius navigatione, hoc est, quod sola navi totum iter peregerit, dici aliquod certo non potest: quando etiam in hac ipsa Elegia, *Nam simul insidiis hominum* (inquit) *pelagique labore, Et faciunt gemines ensis & unda metus.* Neque enim à nautis aliquid adversi metuebat, praesertim in ea navi, quam tantopere ipse supra laudavit: sed insidias hominum, incursiones praedonum & latronum intelligit, quales tum in Thracia, utpote terra barbariore, etiam aliunde accipimus fuisse. Micyll.

31. *Avidae substructa rapinae.*] Rectius in nonnullis, *avidae instructaque rapinae.* Naugerius. Tres libri scripti, *substrata.* Ciofan. *Avidaeque instructa* quidam libri. nos ex Ms. retinuimus, *avidae submissa*, id est dedita & quasi mancipata. Bersm. Uterque Palatinus multique alii, *substrata.* prim. Vatic. atque septem praeterea, *subtracta.* totidem, *subjecta*, ut forte sit scribendum, *avidaeque objecta rapinae*, vel *instructa*, ut Naugerius edidit. Heins. Vossiana Excerpta habent, *avidae succincta.* quod maxime placet, *succincta* enim est pro parata, prompta ad praedas agendas. *avidaeque intenta* duo? etiam non male. Auctor Electorum Etonensium *substrata* retinet. *avidaeque instructa* est in Herculan. deinde Palatinus cum prima editione, *bellaque semper agunt*, etiam non male. agunt praecipites, impellunt ut feros & furiosos. nisi malis, *alunt*, ut sit idem quod, *vivitur ex rapto.* ita *habere* & *alere* centies confusa. vid. III. Pont. III. 7. & alibi. Burm.

35. *Quo magis his.*] *Quoque magis debes* Putean. Jun. Moreti & Bersmanni. *quo magis hic* alius.

36. *Si spe sunt, ut sunt.*] *Si spe sunt, ut sunt*, meliores. & mox, *scripsimus*, pro *scribimus.* Puto,

Si spe sunt, ut erunt, inferiora tua.

infra,

Si qua meis fuerint, ut erunt, vitiosa libellis.
Heins.

37. *Non haec in nostris, ut quondam, scribimus hortis.*] Hortos dicit eos, quos Romae habebat inter

Jactor in indomito brumali luce profundo:
Ipsaque caeruleis charta feritur aquis.
Improba pugnat hiems, indignaturque, quod ausim
Scribere, se rigidas incutiente minas.
Vincat hiems hominem. sed eodem tempore, quaeso,
Ipse modum statuam carminis; illa sui.

inter viam Claudiam & Flaminiam. lib. II. de Ponto Eleg. IX.

Nec quos pomiferis positos in collibus hortos
Spectat Flaminiae Claudia juncta viae.

Ciofan. *Scripsimus* Leidensis & omnes fere scripti.

38. *Nec consuete meum lectule corpus habes.*] Lib. & Eleg. III.

Nec mea consuetis languescunt corpora lectis.
Ciofan.

39. *Brumali luce.*] Lovaniensis, *nullo*; nescio an melius, *in immenso* etiam tres libri.

41. *Pugnat.*] *Perflat* unus.

41. *Hiems.*] Tempestas, & sic saepe; & supra. *Saeva hiems.* Ciofan.

42. *Se rigidas incutiente minas.*] Opinor a Nasonis manu esse, *se rigidas injiciente manus.* Heins. Ego mallem, si *manus* sit recipiendum, *concutiente*, vel *impediente manus. solidas minas* est in uno codice.

P. OVIDII NASONIS

TRISTIUM

LIBER II.

ELEGIA I.

QUid mihi vobiscum est, infelix cura, libelli,
Ingenio perii qui miser ipse meo?
Cur modo damnatas repeto, mea crimina, Musas?
An semel est poenam commeruisse parum?
Carmina fecerunt, ut me cognoscere vellent
Omine non fausto femina virque, mea.

Car-

2. *Ipse meo.*] Heinsius malebat, *este meo.*

3. *Damnatas.*] *Damnosas* Lovan. & Moreti. *meae carminis* Micyll. Gryph. & Vincent. Edit. & novem libri, *quid modo* etiam Richel. & alius.

5. *Cognoscere vellet.*] *Vellent* meliores. nisi quod in Hamburgensi, *Vellet.* quinque alii, *possent.* Proximo recte pro *mea* reponendum, *mea.* Videlicet carmina, atque ita Puteanus codex. Patavinus, *meos*, Dilucidius hoc, ne quid dissimulem, genuinae notae non esse habeo persuasum. Heins.

7. *Carmina fecerunt, ut me moresque notaret Jampridem invisa Caesar ab arte mea.*] Duas ob causas Augustum odiosum sibi reddidit poëta; altera, quod libros de arte amandi edidit; altera, quod eum in re turpi atque obscena inscius deprehendit. lib. IV. de Ponto Elegia XIII.

Carmina nil prosunt, nocuerunt carmina quondam,
Primaque tam miserae causa fuere fugae.

Lib. III. Eleg. V. hujus operis:

Inscia quid crimen viderunt lumina, plector:
Peccatumque oculos est habuisse meum.

Et Eleg. VI.

Haec breve, nec tutum, quae sint mea dicere casus
Lumina funesti conscia facta mali.

Vide quod dixi in ipsius poëtae vita. Ciofan.

8. *Jampridem invisa.*] *Jampridem*, cum adolescens essem. Ciofan. *Jampridem visa* multi veteres. quatuor meliores, *Jam demum visa*, quod sequor. Heins. *Summa Caesar ab arte* unus Vatic.

10. *Esse nocens.*] Est Graecismus, pro *esse nocentem.* Micyll.

11. *Hoc pretium vitae.*] Melius, quod in aliis, *Hoc pretium curae.* D. Heins. *Curae* rectius unus Bononiensis, Arondelianus, & tres alii pro diversa lectione; nam *vitae* praecesserat paulo ante. neque aliter Berismanni liber. Infra:

Hoc pretium curae dulce recentis erat.

Atque ita jam in notis suis meus parens. Heins. *Studii* Lovan.

14. *Cultori suo.*] Mihi Ovidio, qui eas colui, ac feclatus sum. In fine hujus libri:

Inter tot populi, tot scripti millia nostri,
Quem mea Calliope laserit, unus ero.

Lib. III. Eleg. XIV.

Colligis excaptis ecquid mea carmina telis
Artibus, artifici quae nocuere suo?

Lib. IV. Eleg. I.

Sed nunc quid faciam? vis me tenet ipsa sacrorum:
Et carmen demens carmine laesus amo.

Mox:

Nos quoque delectant, quamvis nocuere, libelli:
Quodque mihi telum vulnera fecit, amo.

Lib.

Carmina fecerunt, ut me moresque notaret
Jam demum visa Caesar ab Arte meos.
Deme mihi studium; vitae quoque crimina demes.
Acceptum refero versibus, esse nocens.
Hoc pretium curae vigilatorumque laborum
Cepimus. ingenio poena reperta meo.
Si saperem, doctas odissem jure sorores,
Numina cultori pernicioса suo.
At nunc (tanta meo comes est insania morbo)
Saxa (malum!) refero rursus ad icta pedem.
Scilicet & victus repetit gladiator arenam;
Et redit in tumidas naufraga puppis aquas.
Forsitan, ut quondam Teuthrantia regna tenenti,
Sic mihi res eadem vulnus opemque feret:
Musaque, quam movit, motam quoque leniet iram:
Exorant magnos carmina saepe Deos.
Ipse quoque Ausonias Caesar matresque nurusque
Carmina turrigerae dicere jussit Opi.
Jusserat & Phoebo dici; quo tempore ludos
Fecit, quos aetas adspicit una semel.

His

Lib. V. Eleg. I.

Sed nec obesse potest ulli, nec scripta fuerunt
Nostra, nisi auctori pernicioса suo.

Et XIII.

Pace novum vestra liceat dixisse sorores,
Vos estis nostrae maxima causa fugae.

Lib. III. de Ponto Elegia V.

At nisi peccassem, nisi me mea Musa fugasset.

Ciofan.

15. *Insania morbo.*] Elegia ultima lib. superioris:

Seu stupor huic studio, sive est insania nomen,
Omnis ab hac cura mens relevata mea est.

Lib. IV. Eleg. I.

Forsitan hoc studium possit furor esse videri,
Sed quidam furor hic utilitatis habet.

Ciofan.

16. *Saxa memor refero.*] Ordo est: ego memor rursus refero pedem ad saxa icta, hoc est ad saxa pede percussa. Aut certe *icta*, pro *ictus* accipitur. Merula. Sed posterius horum procedit, propter acculativos *saxa* & *pedem*, quorum alterum in accusativum mutari necesse foret. Micyll. *Malum pedem* meliores magno numero. alii non pauci, *meum. pes malus* pro laeso pede. Art. Am. III. 271. quamquam diverso sensu:

Pes malus in nivea semper celatur aluta.

Pro *icta* duo veteres, *acta*. Lege, *Saxa ista*. designat studium poëticum. pro *refero* malim etiam, *referor*. ut sit Graecismus. praeterea unus Vaticanus pro diversa lectione,

Laesum saxa pedem rursus ad icta foro.

ut fortasis sit scribendum,

Saxa malum referor laesus ad ista pedem.

Heins. Legerem, *Saxa (malum!) refero rursus ad icta pedem. malum* interjectio, ut centies, nam *malus pes* significat non laesum, sed deformem. vid. III. Art. 271. Burm.

17. *Scilicet ut victus.*] Rectius & cum uno Bononiensi. & tum distinctio mutanda. Heins.

20. *Feret.*] *Ferat* duo veteres, & *leniat*. Heins.

21. *Musaque quae movit.*] *Quam* meliores. Heins.

21. *Motam quoque leniet iram.*] Lib. III. Eleg. VI.

Numinis ut laesi fiat mansuetior ira.

Ciofan. *Fiat iram* unus.

25. *Ego tempore ludos Fecit, quos aetas adspicit una semel.*] Ludos saeculares intelligit, qui, Dione teste lib. LIV anno V. C. DCCXXXVI. quinto celebrati sunt. Idque etiam ex veteri inscriptione, quae in Capitolio est, perspicue apparet.

LXII.

His precor exemplis tua nunc, mitissime Caesar,
Fiat ab ingenio mollior ira meo.
Illa quidem justa est, nec me meruisse negabo.
Non adeo nostro fugit ab ore pudor.
Sed, nisi peccassem, quid tu concedere posses?
Materiam veniae sors tibi nostra dedit.
Si, quoties peccant, homines sua fulmina mittat
Juppiter; exiguo tempore inermis erit.
Hic ubi detonuit, strepituque exterruit orbem,
Purum discussis aëra reddit aquis.
Jure igitur genitorque Deûm rectorque vocatur:
Jure capax mundus nil Jove majus habet.
Tu quoque, cum Patriae rector dicare, Paterque;
Utere more Dei nomen habentis idem.
Idque facis: nec te quisquam moderatius umquam
Imperii potuit frena tenere sui.

Tu

LVDI. SAECVLARES. QVINCT.
IMP. CAESARE. DIVI F. AVGVSTO
C. SENTIO C. F. C. N. SATVRNINO
M. CLAVDIO. M. F. M. N. MARCELLO
M. FVTIO M. F..... STRIGONE
D. LAELIO. D. F. D. N. BALBO

Alludit autem hoc loco poëta ad praeconis consuetudinem, qui convocato ad horum ludorum spectaculi populo, ita dicebat: *Hos ludos, qui facti nisi sunt, nunc vestrum vidit, nec visurus est.* Suetonius in Claudio, ubi eadem modo, quo hic poëta nullier loquitur. cujus haec sunt verba, opportune hic recitanda: *Petit & saeculares, quasi assignare ab Augusto, nec legitima tempori reservasse: quamvis ipse in historiis suis prodat intermissos esse, Augustum tamen post, diligentissime annorum rationes subducta, in ordinem redegisse. Quare vox praeconis tersa est, invitantis more solemni ad ludos, quos nunc spectasse quisquam, nec spectaturus esset, cum fuissent adhuc, qui spectaverant, & quidam bis spectassent prodatis, tunc quoque praedicerentur.* Ita in Domitiano. ubi ita est: *Fecit & ludos saeculares: computata ratione temporum ab anno, non quo Claudius proximos, sed olim Augustus ediderat.* Huc etiam mirifice, immo necessario pertinent, quae leguntur verba in vetustissimo fragmento S. C. quo me impenitus, qui neque finem, neque modum de Rep. literaria benemerendi ullum facit, Clarissimus atque Lucubratissimus vir Fulvius Ursinus, in quo ita est: ..... INSTITVIT. NEQVE. VLTRA. QVEM. REMEL. VELI. MONTALIVM ..... aspicere contigit. & in alia parte ejusdem S. C.

..... COS. V. F. DE. LVCARI. LVDORVM. SAECVLARIVM. ..... FIERENT. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. VLT. QVONIAM. ANT. ....., SAECVLARES. XV. VIR. SACR. FACIVND. IN. SVMMA. CONSTITV. ..... QVOS. PRO. SALVTE. CAESARIS. FECERVNT. LVCARIS. NOMINE. CONS. ..... IT. IMPERENT. VII. EAM. PECVNIAM. DANDAM. ATTRIBVENDAM, ... ANNO. C. SILANO. C. FVRNIO. COS. A. D. XIII. K. MART. SENAT. ..... RICIVM. SAECVLARE. & reliqua. CIOFAN.

26. *Adspicit.*] *Accipis* Moreti.

27. *Iste praetor exemplis.*] Cicero lib. IV. Familiarium: *Nam quod exemplo fit, id etiam jure fieri dicunt.* CIOFAN. *Justissime Caesar* unus.

28. *Ab ingenio meo.*] Contra me virum ingeniosum. CIOFAN. Non probo hanc explicationem, neque verba id significare posse puto. Crispinus explicat, flecti te patiaris meis carminibus, ut tu Deos tuis carminibus placasti. rectius certe, sed ingenium suum, quo periit, se jactasse Caesari non puto. quare legendum puto, *Fiat ab ingenio mollior ira tuo.* ira, quam ego me meruisse fateor, mollior fiat, quia tu natura & moribus es mitis & clemens ad exemplum deorum. vid. ad Epist. VI. 40. posset etiam, *& ingenio m. i. tuo*, exemplis deorum & ingenio tuo. BURM.

34. *Inermis.*] *Nullus* Bernens. forte pro *nudus*; ut saepe illa verba commutata. vid. I. Am. VIII. 113. BURM.

35. *Nunc ubi.*] *Hic ubi* plerique. pro *strepituque exterruit orbem*, nonnulli veteres, *trepidumque exterruit orbem.* Silius libro III.

Tu veniam parti superatae saepe dedisti,
Non concessurus quam tibi victor erat.
Divitiis etiam multos & honoribus auctos
Vidi, qui tulerant in caput arma tuum.
Quaeque dies bellum, belli tibi sustulit iram:
Parsque simul templis utraque dona tulit.
Utque tuus gaudet miles, quod vicerit hostem;
Sic, victum cur se gaudeat, hostis habet.
Caussa mea est melior: qui nec contraria dicor
Arma, nec hostiles esse secutus opes.
Per mare, per terras, per tertia numina juro,
Per te, praesentem conspicuumque Deum;
Hunc animum favisse tibi, Vir maxime: meque,
Quâ solâ potui, mente fuisse tuum.
Optavi peteres coelestia sidera tarde;
Parsque fui turbae parva precantis idem.
Et pia tura dedi pro te: cumque omnibus unus
Ipse quoque adjuvi publica vota meis.

Quid

Nec bellum raptis tam dirum mille carinis
Acrius infremuit, trepidumque exterruit orbem.

HEINS. *Strepitu conterruit* sex. *perterruit* duo,

39. *Paterque.*] *Caputque* unus Heinsii.

40. *Nomen habentis idem.*] Perperam in multis, *numen.* Fast. II. 131. ad Augustum:

Hoc tu per terras, quod in aethere Juppiter alto,
Nomen habes: hominum tu Pater, ille deûm.

HEINS. Et Inf. VI. 181. *Parce pater patriae, nec nominis immemor hujus* &c.

41. *Moderatius unquam.*] *Moderatius alter* Edit. Bersm. *moderatior* unus Heinsii & Bernens.

42. *Frena.*] *Regna* Lovan. & duo alii. *jura* unus. *tenere gravi* Bernens.

43. *Parti superatae.*] *Parthо superato* Edition. prima, Micyll. Gryph. Bersm. & quinque scripti. & Merula ita primum exposuerat, sed deinde praefert, *parti superatae*; & merito. nam de Parthis est contra fidem historicam. neque enim Parthos vicit Caesar, qui signis remissis pacem habuerunt. agit ergo de civilibus bellis, ubi magis saepe exacerbantur animi, quam in externis. BURM.

45. *Aucto.*] *Apto* Lovan.

48. *Dona tulit.*] *Thura* unus codex.

49. *Utque tuus gaudet miles, quod vicerit hostem, Sic cur se victum gaudeat, hostis habet.*] Lib. V. Eleg. II.

Ille Deus, bene quo Romana potentia nixa est,
Saepe suo victor lenis in hoste fuit.

CIOFAN.

49. *Quod vicerit hostem.*] Rectius alii, *quia.* Vide Notas Trist. lib. I. Eleg. I. vs. 65. HEINS. *Qui* Palatin. & editi quidam. *si* unus Heinsii. eadem varietas mox 51. ubi *quia non* aliqui. vid. I. Trist. V. 41.

53. *Per mare, per terras, per tertia numina juro.*] Lib. III. Eleg.

Quid tibi cum pelago? terrâ contenta fuisses:
Cur non & coelum tertia regna petis?

Lapsus est Merula, qui per tertia numina aquas intelligit. CIOFAN. *Per maximo* Lovan. *per ter tria numina* legere Casaubonum notavit Francius.

55. *Hunc animum favisse tibi vir maxime.*] Superius Eleg. II.

Quod licet è minimis domni si favimus illi.

CIOFAN. *Hanc animam* duo libri.

57. *Optavi peteres coelestia sidera tarde.*] Hoc est quod ait in extremo lib. XV. Metamorphoseos:

Tarda fiat illa dies, & nostro serior aevo,
Qua caput Augustum, quem tempores, orbe relicto,
Accedat coelo.

CIOFAN. *Ut peteres* Moreti.

57. *Sidera tarde.*] Non inelegnter unus ex scriptis, *sidera serus*, ut Horat. I. Od. 2. *serus in coelum redeas. coelestia numina* Bernens. & tres libri. *numine* Bersm. Ms. mox, *potentis idem* quatuor. *turbae parca* Bernens. BURM.

60. *Publica vota.*] *Jussa* unus.

Quid referam libros illos quoque, crimina noſtra,
Mille locis plenos nominis eſſe tui?
Inſpice majus opus, quod adhuc ſine fine reliqui,
In non credendos corpora verſa modos;
Invenies veſtri praeconia nominis illic:
Invenies animi pignora multa mei.
Non tua carminibus major fit gloria, nec quo,
Ut major fiat, creſcere poſſit, habet.
Fama Jovi ſupereſt. tamen hunc ſua facta referri,
Et ſe materiam carminis eſſe, juvat:
Cumque Gigantei memorantur proelia belli;
Credibile eſt laetum laudibus eſſe ſuis.
Te celebrant alii quanto decet ore, tuasque
Ingenio laudes uberiore canunt.

Sed

61. *Quoque crimina noſtra.*] *Quae crimina dicis* Edit. Berlin. *crimina Caeſar* unus.

62. *Plenos nominis eſſe tui.*] Duo veteres, *numinis*. Cum *veſtri praeconia nominis* paulo poſt iterum ſequatur, vel, *tanti nominis*, ut Gottorphianus. HEINS. In uno erat, *plenos, laudibus eſſe tuis*. in Berlinensi, *laudibus eſſe ſui*.

63. *Inſpice.*] *Suſcipe* Bernenſ.

64. *In non credendos corpora verſa modos.*] Ad Ehngenem τὸν τὰ λατῖνα γιάβοντα videtur reſpexiſſe, è quo in Metamorphoſi inter cetera haud dubio quaedam deſumpſerat. Meminit illius Epiphanius. DAN. HEINS.

65. *Invenies veſtri praeconia nominis illic.*] Variant codices, & incondita repetitio illa, *nominis*. in Gottorph. *invenies tanti praeconia nominis illic. Invenimque tui* tres illi. *invenies illic veſtrae praeconia laudis*. Leidenſ. *invenies illic noſtrae primordia laudis*. Pulcan. non male, *ſi noſtrae* legatur, quia gentis Julianae originem a dis ibi arceſſit. vide ultimos libri xv. Metamorph. quidquid ſit, later aliquid. forte, *invenies veſtri primordia numinis illic*. vel ab Aenea, Jove indigete, conſecrationis initia repetit. mox, *pignora viſa* Gottorp. BURM.

66. *Ut major fiat, creſcere.*] *Ut major fieri Caeſare poſſit* prim. Edit.

67. *Fama Jovi ſupereſt.*] Melius fortaſſe, *ſuperat*. D. HEINS. Nihil haec ſunt. Puto ſcribendum eſſe, *Fama Jovi par eſt*. Cum Jove enim Caeſarem crudelis mors rapuit paulo ante jam partim vulnus. Simile mendum Gratii codices infecit, ubi legendum, *Vix ſacri par illa ſui*, pro *ſuperat*. apud Statium de Melampo:

——— *Prendet ſubmiſſus adorat,*
Regnaque nuper ait eſſe ſuam.

Val. Flaccus lib. I. de Hyla:

——— *Velit ille quidem, ſed dextra nondum*
Par oneri, clavaeque capax.

vel, *Fama Jovi ſuppar*. Sic Gellio Noct. Attic. libro XVII. cap. 14. *Dignus habitus eſt Publius, qui ſuppar Laberio judicaretur*. HEINS. Francius legebat, *Par tua fama Jovi*. ſed mirum eſt haeſiſſe in loco tam facili viros eruditos. unâ enim litterâ I, quae repetita ex initio ſequentis verbi fuit, expunctâ, ſenſus erit planiſſimus, ſi legas, *Fama Jovi ſupereſt*. id eſt abundat ſatis ſuperque Jupiter famâ, & celebratur ubique ab omnibus; nihilominus juvat eum, ſi Poëtae ejus res Carmine cantent. & ita Merula jam legit & expoſuit, Criſpinus vero, *fama, laus Jovis praeſtellit*. inepte. militet *ſupereſſe* pro abundare ponitur; infr. lib. III. IX. 17.

Et quamquam ſupereſt ingens audacia menti.

Metam. VII. 510. ut quidam codices,

Supereſt mihi miles & hoſti.

ubi alii, *ſuperat*, eodem ſenſu. cui ſimilia illa Velleji lib. II. 109. *Si laceſſeretur, ſupereſſe ſibi vim ac voluntatem reſiſtendi*. plura dicemus de hac locutione ad Val. Flac. V. 237. BURM.

69. *Tamen hunc.*] *Tamen &* duo libri.

72. *Credibile eſt laetum.*] *Alacrem* Combianus. HEINS. Non male. vid. ad Phaedr. II. Fab. 5.

76. *Turis honore.*] *Odore* multi codices, ſed nihil mutis. Metam. VIII. 740.

——— *& nullos aris adoleret honores.*

& notiſſimum, *honorem* de ſacrificiis ſumi. BURM.

77. *Nimium crudeliter hoſtis.*] *Crudelior* omnes fere ſcripti. & colli nonnulli olim. quod defendit Barth. ad Stat. VI. Theb. 74. ut ſit dictum pro *nimium crudelis*. ſed in Adverſariis lib. XL. 5. in

Hic

Sed tamen, ut fuſo taurorum ſanguine centum,
Sic capitur minimo turis honore Deus.
Ah ferus, & nobis nimium crudeliter hoſtis,
Delicias legit qui tibi cumque meas!
[Carmina ne noſtris ſic te venerantia libris
Judicio poſſint candidiore legi.]
Eſſe ſed irato quis te mihi poſſet amicus?
Vix tunc ipſe mihi non inimicus eram.
Cum coepit quaſſata domus ſubſidere; partes
In proclinatas omne recumbit onus:
Cunctaque Fortunâ rimam faciente dehiſcunt.
Ipſa ſuo quondam pondere tecta ruunt.
Ergo hominum quaeſitum odium mihi carmine: quâque
Debuit, eſt vultus turba ſecuta tuos.

At

nimium proprium viri nomen latere credit. ego nihil muto. ita mox 117. *nimium juveniliter*. & alibi. BURM.

79. *Carmina ne noſtris ſic te venerantia libris.*] Plurimi veterum, *quo te venerantia*, vel *quae*, vel *quoque*. Sed meliores, *quae*. Nonnulli etiam pro *ne*, *nunc* agnoſcunt, & ſequenti verſu, *Indicio* pro *judicio*. & *poſſunt* pro *poſſint*. Sed quo te vertas, omnia ſubobſcura ſunt. Quare & hoc diſtichon inter ſpuria numeretur. HEINS. Pronior Heinſius fuit in delendis verſibus, qui offendebant. ego refingerem:

Carmina de noſtris quoque te venerantia libris
Indicio poſſent candidiore legi.

quoque eſt in prima editione & tribus ſcriptis, & plurimi, *quo te* habent. *Indicio* omnes fere habent. ſenſus autem eſt, ferus ille, qui tibi legit libros artis amatoriae, & excerpſit ea, quae te offendere poſſent. potuiſſent candidiore indicio ea carmina legi (id eſt eligi, ut praelegerentur) de libris noſtris, quae te venerantur. *ne noſtris & te venerantia* quidam editi. poſſet &, *Carmina nae noſtris* &c. BURM.

82. *Vix tunc.*] *Vix nunc* Berlin. cod.

84. *In proclinatas.*] *In praeclinatas* Leidenſis. *in declinatas omne pependit* Ms. Berlin. *declinatas* etiam Bernenſ.

85. *Cunctaque fortuna rimam faciente dehiſcunt; Ipſa ſuo quaedam pondere tracta ruunt.*] Sic in Maffei. In uno Vatican.

Ipſa ſuo quondam pondera tracta ruunt.

Sed illud *a* in verbo *pondera* recens eſt, & alio atramento. Lege itaque vel, ut eſt in excuſis quibusdam,

Ipſa ſuo quondam pondere tracta ruunt.

Quondam more fere, ut plurimum. Virg. ſub finem Ecl. VI.

Omnia quae Phoebo quondam meditante, beatus
Audiit Eurotas, juſſitque ediſcere lauros.

Lib. III. Georg.

Ut quondam in ſtipulis magnus ſine viribus ignis
Incaſſum furit.

& IV.

Frigidus ut quondam ſilvis immurmurat Auſter,

Et II. Aeneid. de Hectore:

——— *ut quondam aterque cruento*
Pulvere, perque pedes trajectus lora tumentes.

Ibidem:

Quondam etiam victis redit in praecordia virtus:
Victoresque cadunt Danai.

Si qui erunt, quibus altera illa lectio magis placeat, *Ipſa ſuo quaedam pondere tracta ruunt*; ita diſtinguant & ordinent: Quaedam ruunt tracta ſuo pondere. Quae diſtinctio probatur clariſſimo Mureto, & viro diſertiſſimo & interſuos nobiliſſimo, Antonio Carolo Aquilano, & Ambroſio Pio Sulmonenſi, juveni opt. CORAN. *Quondam* meliores. de quo vide notas ad Epiſt. XVII. ÿ. 71. deinde *tecta* ſex libri, quod ſequor. etſi, hoc diſtichon etiam ſit ex ſuſpectis, quod verſibus duobus ſuperioribus jam ſit complexus ea, quae hoc continentur. vulgata ſcriptura ex illis Severi in Aetna defendi poteſt:

Eſſunnt moles, atque ipſo pondere tracta
Volvitur ingenti ſtrepitu.

HEINS. *Strata ruunt* Bernenſ. & tres alii. *fracta* duo. *tabla* totidem. ego malleem, *preſſa ſuo quondam pondere tecta ruunt*. ita *ipſe* & *preſſa* librarii confuderunt infr. lib. V. Eleg. IX. 30. Heinſ. olim

At (memini) vitamque meam moresque probabas
Illo, quem dederas, praetereuntis equo.
[Quod si non prodest, & honesti gratia nulla
Redditur, at nullum crimen adeptus eram.]
Nec male commissa est nobis fortuna reorum,
Lisque decem decies inspicienda viris.
Res quoque privatas statui sine crimine judex:
Deque mea fassa est pars quoque victa fide.
Me miserum! potui, si non extrema nocerent,
Judicio tutus non semel esse tuo.
Ultima me perdunt: imoque sub aequore mergit
Incolumem toties una procella ratem.

Nec

conjecerat, *lapsa*, non male. ut ita sup. ad El. 1. vs. 35. pro *ipsi lapsi* reposuit in Gratii loco. ita *lapsa cadere*, & *ruere* saepe conjunctim dicuntur. vid. ad Ibin. cap. XVI. & Gronov. ad Cicer. I. de Off 22. Prop. IV. IV. 62.

Ipsaque in oceanum sidera lapsa cadunt.

ita mox 121. *cervici lapsa domus. ipsa* etiam & *lapsa* confundi facile possunt. elt vero dictum, ut *in se ruere*, de quo vid. Heins. ad Vell. Paterc. lib. II. cap. CXI. Burm.

83. *Ergo hominum.*] *Ergo homini quaesitum odium meis carminibus: quaeque* Ms. Bersm. Heinsius volebat, *sure ergo quaesitum* offendit certe repetitio vocum in eo exemplum. deinde *ultus suos* Putean. & Leidens. *meis* Bern.

89. *Vitamque meam, moresque probabas.*] De suis moribus lib. I. de Ponto Eleg. VI. cum poëticum studium, quod jam sibi nocuerat, non desereret:

Quid possim faciam? non sum qui segnia ducam
Otia: mors nobis tempus habetur iners.
Nec juvat in lucem nimio marcescere vino,
Nec tenet interdum cara blanda manus.
Cum dedimus somno, quas corpus postulat, horas,
Quo somnum vigilans tempora longa modo.

Lib. IV.

Sed quid falsa agam? quaque infelicia perdam
Otia materiâ, fortiaque diem?
Nam neque me vinum, nec me tenet alea fallax,
Per quas clam tacitum tempus abire solet.

Ex Eleg. XII.

Sive velit mores qui sint inquirere nostri,
Errorum mixto distrahor, ille carent.

Ciofan.

89. *At memini vitamque meam.*] *Mei* in plerisque scriptis. Vulgata lectio defendi potest ex illis quae notamus ad Epist. V. vs. 45. Heins.

90. *Illo, quem dederat, praetereuntis equo.*] Hoc ideo dicit, quod penes Augustum Censorum, qui Equitibus equos dabant, auctoritas manserat. Cior.

91. *Quod si non prodest.*] Hic denuo grassatus est interpolator nescio quis. Certe versus hic cum sequenti semibarbarus est. Pro *gloria* quatuor scripti, *gratia*. quod praestat. Heins. *Et amoris* unus. *& honestae gloria vitae* Gottorph. *& honori* Moreti & Polit.

92. *Crimen adeptus eram.*] Nescio, an emendate, an ex mente autoris, & satis Latine. neque multum juvant, qui suggerunt, *at nullum crimen adeptus ero*. D. Heins. Pro *crimen adeptus*, quod Latinum vix est, forte, *adortus* est scribendum, ut apud Virgilium,

—— *Simulato numine Bacchi*
Majus adorta nefas.

ubi tamen *adorsa* in nonnullis scriptis. Sed meliores pro vulgata stant. Pont. lib. II. El. II.

Est mea culpa gravis, sed quae me perdere solum
Ausa sit, & nullum majus adorta nefas.

Ita libri veteres. sic *maris aequor adorti* Val. Flacco lib. I. & *tantum aequor adorti* lib. IV. Sed ne sic quidem hoc distichon genuinum esse ausim asseverare. Heins. Forte scripserit,

Quod si non prodest, & honestae gloria vitae
Perditur; at nullum crimen ademit equum.

vel, *nullo crimine demsus equus*. Burm.

93. *Reorum.*] *Sororum* cod. Servii & Bersm.

94. *Usque decem decies.*] *Tò Usque* frivolum & otiosum hoc loco. duo Veteres, *Usque*. unus, *Pinque*. Scribe omnino,

Lisque decem decies inspicienda viris.

Centum viros litibus judicandis designat. ne dubita de hac restitutione. eadem vox quoque Phaedro reddenda libro III. Fab. XIII.

Fuci

Nec mihi pars nocuit de gurgite parva: sed omnes
Pressere hoc fluctus, Oceanusque caput.
Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci?
Cur imprudenti cognita culpa mihi?
Inscius Actaeon vidit sine veste Dianam:
Praeda fuit canibus non minus ille suis.
Scilicet in Superis etiam fortuna luenda est;
Nec veniam, laeso numine, casus habet.
Illâ namque die, quâ me malus abstulit error,
Parva quidem periit, sed sine labe, domus.
Sic quoque parva tamen, patrio dicatur ut aevo
Clara, nec ullius nobilitate minor:

Et

Fuci recusant, apibus conditio placet.
Tunc illa talem lis tulit sententiam:
Apertum est quis non posset, aut quis fecerit.

parum Latinè hactenus legitur, *justulit sententiam*. Heins. Veram credo Heinsii conjecturam: nam *litem inspicere*, proprie judicis est. vid. ad Petron. cap. XV. eumdem honorem indicat lib. IV. Fast. 384.

Inter lis quinos usus honore viros.

Illustrat hunc Ovidii honorem Vir doctissimus Massonius in vita Ovidii ad aetatis ejus Ann. XXI. & XXII. ubi tamen non accurate satis cum *Magistratus* nomine ex auctoritate Pomponii JCti insignit: nulli enim magistratus dicebantur tempore Ovidii, nisi quibus jurisdictio aut imperium esset. Privatos fere fuisse judices, sed honore conspicuos certissimum est, ut Cl. Graevius, quem refutat ibi Massonius, ostendit. sed Ictorum in scriptis *Magistratus* vox varie fuit accepta, & latius patuit, quam olim. sed haec amplius excutere non possumus: non enim commentarios scribimus. Mirum autem est hujus honoris mentionem non facere lib. IV. Trist. 10. ubi omnem vitae cursum describit, sed solius Triumviratus meminisse, qui an capitalis an Monetalis fuerit incertum est, licet cum Massonio non improbabile credamus fuisse Capitalem. anno autem vigesimo, immo jam ante, Decemviratu functos juvenes, Casaubonus ad Spart. Hadrian. cap. 2. censet; sed an etiam tempore Ovidii? dubito. Burm.

95. *Res quoque privatas.*] Inepte Merula eum judicem ex quarta decuria fuisse, & triumvirum electum, & deleviroribus fuerunt judicasse hinc colligit. nihil aliud vult, nisi se etiam inter judices allectum, quos Praetor in causis privatis dare solebat. omnia confundit ignorantiâ antiquitatis. triumvir fuit, sed illi non judicabant. Burm.

96. *Deque mea fassa est pars quoque victa fide.*] Alii, *Pars victa* legunt, ut sit lenius, etiam judicio victi fidem & integritatem meam in judicando praedicarunt. Micyll. *Victa* legendum è veteribus libris & sensu. Ciofan. *Justa* alii; & ita multi scripti. *justa* Vatic. *digna* sex. *magna* duo.

99. *Ultima me perdunt.*] *Produnt* unus Gallicus, sic infra hoc ipso libro Combianus,

Prodiderint cum me duo crimina.

Heins.

99. *Mergit.*] *Mersit* Lovan. & Bersm. *Mergunt* Servii & Junian. *imoque in gurgite* quatuor.

100. *Ima procella.*] Gravis tua ira. Merul. Alias *una* legitur. ut sit *una procella* positum, pro unica atque extrema illa. Micyll. *Una* aperte legitur in iisdem libris rectius, quam in quibusdam vulgatis, *Ima*. Ciofan.

104. *Cur imprudenti cognita culpa mihi est.*] *Cognita causa* veteres octo. ut cognitor in causa aliqua fuisse videatur, & hoc etiam nomine offenderit Augustum. Fast. V.

Non satis est liquido cognita causa mihi.

sed *culpam* refer ad Julium neptem ejusque adulteros, quibus libidinantibus supervenit Naso, atque ita cognovit ac inspexit culpam horum. Heins. Hoc jam satis explosum esse constat, & tempora non congruere a viris doctis est demonstratum.

105. *Actaeon.*] Hac de re dixi in ipsius Ovidii vita. Ciofan. *Nescius* Lovan.

106. *Non minus.*] Puto, *nam minus*. de quo vide Notas ad Epist. XI. vs. 19. & *ipse* pro *ille* multi veteres. Heins. *Praeda suis canibus non minus inde fuit* Bernens.

109. *Illo nostra die.*] *Namque die* multi. & rectius. nonnulli etiam, *meus error*. Heins.

111. *Patrio dicatur ut aevo.*] Explicat Merula, vel hac nostra patriae aetate, vel certe *patris* mei aetate; sed neutrum Latine dici puto; & antiqua se equestri stirpe fuisse saepe jactat. quare *patrium aevum* deberet notare majorum meorum. quod ut procedat nescio. Francof. & Servii habent, *tam di-*

Et neque divitiis, nec paupertate notanda:
Unde sit in neutrum conspiciendus eques.
Sit quoque nostra domus vel censu parva, vel ortu;
Ingenio certe non latet illa meo.
Quo videar quamvis nimium juveniliter usus;
Grande tamen toto nomen ab orbe fero.
Turbaque doctorum Nasonem novit, & audet
Non fastiditis adnumerare viris.
Corruit haec igitur Musis accepta, sub uno,
Sed non exiguo, crimine lapsa domus.
Atque ea sic lapsa est, ut surgere, si modo laesi
Ematuruerit Caesaris ira, queat.
Cujus in eventu poenae clementia tanta est,
Ut fuerit nostro lenior illa metu.

Vita

catur ut avo, forte pro, *longo dicatur ut avo*, nam *tenue* & *longum* saepe commutantur. vel, *primo dicatur ut avo*, quae vox saepe cum *patrius* & *paternus* coniuncta inclinarem tamen magis, si codices juvarent, in hanc lectionem; *patrio dicatur ut avo*, vel *ago*: in Pelignis enim nobilissima Ovidiorum gens erat. & domi ergo erat clarissima, licet non divitiis conspicua. *sit quoque parva* quidam editi & scripti, quae eadem varietate notat ad III. Art. 265. & VIII. Met. 623. *sed quoque* sex scripti &c. prim. Edit. *Et quoque parva*. *sic quoque parva domus* unus. Burm.

113. *Notanda est.*] *Tò est* puto delendum cum multis veterum. deinde pro *sit* quidam, *fit*. Heins.

114. *Unde sit in neutrum conspiciendus eques.*] Auctor vitae Pomponii Attici: *Suppellex modica, non nulla, ut in neutram partem conspici posset.* Heins. Vid. ad Val. Flac. VI. 296. Fast. II. 310. *Aperta conspiciendus foro.*

115. *Sit quoque.*] Ita legendum veterum librorum auctoritate, & ratione: id est, & quamvis nostra domus parva sit &c. Ciofan.

115. *Sit quoque nostra domus vel censu parva, vel ortu, Ingenio certe non latet illa meo.*] Lib. I. Amor. Eleg. III.

Si me non valeant commendare magna parentum
Nomina, si nostri fastibus aucta Lares:
Non minus insignis renovatur cultus aratris,
Tempestat & sumptus parsus uterque parens:
At Pierides, comitesque novem, vitisque repertor
Non faciunt.

Ingenio tuto loco & domumque suam ab ingenio commendat. Ciofan.

117. *Vel ortu.*] Civilis Equestris erat ob n. s. [illegible] forum monetae, ut nunc [illegible] si quemlibet ex IV. ales nobilibus.

tanti enim Augusto imperante propter aerarii penuriam valuisse legitur. Si vero duos asses cum dimidio, summa & supputatio est x. millia. Ciof.

115. *Vel ortu.*] *Vel ortis* five, *vel orta* Ms. Bersm.

117. *Juvenaliter.*] *Juvenaliter* prim. Polit.

118. *Ab orbe.*] *In orbe* novem scripti.

120. *Annumerare.*] Inferere. Horat. Oda 1. Carm.

Quod si me Lyricis vatibus inseris.
Ciofan.

120. *Non fastiditis viris.*] Propterea quod quae à me scripta sunt, nullo eos taedio ac fastidio afficiunt. Atque ita scripta sua modeste quidem & ornate laudat. Poëtas enim aut prodesse, aut delectare inprimis necesse est. Horat. in Epist. Artis Poëticae:

Aut prodesse volunt, aut delectare poëtae:
Aut simul & jucunda, & idonea dicere vitae.

Paulo post:

Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci,
Lectorem delectando, pariterque monendo.
Ciofan.

121. *Sed non exiguo crimine lapsa domus.*] Lib. v. Eleg. XII.

Qui meruit vitio perdere cuncta meo.

Ciofan. *Sed tamen* prim. Pal. & duo alii. Lege, *Nec tamen.* Heins. *Si non exiguo* corrigebat Tanaq. Faber notis in Lucretium cap. IV. hoc sensu, si non sit leve crimen, saltem unicum est, nec facipius peccavi. nimis acute. *ut non ex*, Francius.

123. *Atque ea.*] *Atqui* Richel. *at quae sic* Vatic. *atque ea collapsa est* alius. *Quamquam ea sic* Francius.

124. *Ematuruerit.*] *Ematurari* Ms. Bersm. *permaturuerit* Morell & tres. *praematuruerit* unus. *Ematurarit* Palat.

126. *Ut*

Vita data est, citraque necem tua constitit ira,
O Princeps, parce viribus use tuis.
Insuper accedunt, te non adimente, paternae
(Tamquam vita parum muneris esset) opes.
Nec mea decreto damnasti facta Senatus:
Nec mea selecto judice justa fuga est.
Tristibus invectus verbis (ita Principe dignum)
Ultus es offensas, ut decet, ipse tuas.
Adde, quod edictum, quamvis immane minaxque,
Attamen in poenae nomine lene fuit.
Quippe relegatus, non exsul dicor in illo:
Parcaque fortunae sunt data verba meae.
Nulla quidem sano gravior mentisque potenti
Poena est, quam tanto displicuisse viro.

Sed

126. *Ut fueris nostro lenior ira metu.*] *Lenior illa* meliores. recte. nam *Tò ira* praecesserat, & proximo versu denuo iteratur. Leidensis etiam, *Venerit ut nostro.* venuste. Vide Notas ad lib. v. Fast. vi. 648. Heins.

127. *Vita data est, citraque necem tua constitit ira.*] Ibidem:

Nec vitam, nec opes, nec jus mihi civis ademit.

Et lib. I. De Ponto Eleg. IIX.

Nec vitam, nec opes, nec ademit posse reverti.
Ciofan.

131. *Nec mea decreto damnasti facta Senatus: Nec mea selecto judice justa fuga est.*] Lib. v. Eleg. XII. quod suam uxorem viri exsulis quidam vocasset:

Fallitur iste tamen, quo judice nominor exsul?
Ciofan.

131. *Facta.*] *Secreto d. fata* Ms. Bersm. *judicio damnasti* Moreti. Lovan. *decreto damnatur vita senatu.*

132. *Selecto judice.*] Ita est in Maffei libro, vere. Vide Budaeum in annotationibus in Pandectas. Ciofan. *Secreto* Mss. Bersm. & Edit. Gryph. & aliae. vide de hoc loco disputantem Lipsium ad Tacit. III. Ann. 24.

133. *Tristibus invectus verbis (ita principe dignum est) Ultus es offensas, ut decet, ipse tuas.*] Lib. II. de Ponto Eleg. VII.

Quem non obrueret taciti quoque Caesaris ira?
Addita sunt poenis aspera verba meis.
Ciofan.

133. *ita principe dignum.*] *Dignum est* plerique, Basilidianus, *à principe dignus.* Puto, *ac principe digni.* Heins. Cur non, *& principe digni*, ut ita *tristes Caesaris literae* Tacit. VI. Ann. 40. vel, *ut principe dignum.* quemadmodum in uno codice exstat. ita I. Pont. II. III. *ut fallaci exsule dignum.* Burm.

135. *Quamvis immite minaxque.*] *Immane* prim. Polit. & opt. Palat. bene. Heins.

137. *Dicor in illo.*] *Dicor ab urbe* prior Palatinus.

138. *Parcaque fortunae sunt tibi verba meae.*] Pro quo fere in omnibus hactenus, *sunt tibi verba mea.* Videndum, an non verum sit, *Parcaque fortunae sunt tibi verba meae.* Hoc est, quemadmodum clemens fuisti in poena, ita & in ea exprimenda paucis verbis usus es. Praecessit,

Quippe relegatus, non exul, dicor in illo.

Dan. Heins. *Parcaque* quinque veteres. *Parvaque* prim. Vatic. & duo alii. pro *tibi* plerique, *tuis*. quinque, *sunt data*. ut Pont. II. Eleg. VII.

Verbaque fortunae vix puto posse dari.

Pont. II. El. I.

Tandem aliquid pulsa curarum nube serenum
Vidi, fortunae verba dedique meae.

lib. v. Eleg. VII.

Experior curis & dare verba meis.

Sex, *sunt tua verba.* Heins. Non capio haec verba, nec Heinsii correctionem. nam *verba dare* est fallere, decipere, ut in locis ab Heinsio adductis, & multis aliis. quid ergo est, *pauca verba fortunae dare?* Crispinus exponit, *paucae voces sunt assignatae sorti meae*, quae verba ipse credo non intelligebat, cum scriberet: neque enim Latina sunt, nec quid velint aliquis facile dicerat. forte scripserit,

Pars quoque fortunae sunt tua verba meae.

mitia illa verba, & sententia lenior, qua me non exulem, sed relegatum dixisti, pars sunt felicita-

Sed folet interdum fieri placabile numen:
  Nube folet pulfa candidus ire dies.
Vidi ego pampineis oneratam vitibus ulmum,
  Quae fuerat faevo fulmine tacta Jovis.
Ipfe licet fperare vetes; fperabimus: atque
  Hoc unum fieri, te prohibente, poteft.
Spes mihi magna fubit, cum te, mitiffime Princeps;
  Spes mihi, refpicio cum mea fata, cadit.
Ac veluti ventis agitantibus aequora non eft
  Aequalis rabies, continuusque furor;
Sed modo fubfidunt, intermiffique filefcunt,
  Vimque putes illos depofuiffe fuam;
Sic abeunt, redeuntque mei, variantque timores:
  Et fpem placandi dantque negantque tui.

Per

tum hoc trifti meo fato. quamquam nondum plene mihi in hoc loco fatisfacio. Burm.

139. *Sanae gravior mentique potenti.*] Nos ex Ms. Leidenfi, *fano gravior mentisque potenti*, ut fit in his ἐπεξήγησις quaedam. Sanitas enim animi fecundum Stoicos apud Ciceronem pofita eft in tranquillitate quadam conftantiaque. ut fanus fit, qui mentis compos eft; five cujus mens motu, quafi morbo, perturbata nullo fit. Bersm. *Sano* liber Strozzae. Scribe, *Sano mentique potenti.* Seneca Thyefte. 546.

——— *ferus ille & acer,*
Nec potens mentis truculentus Atreus.

Macrobius Saturnal. lib. 1. cap. xix. etfi fententia nonnihil diverfa, *Nam quia mentis potentem Mercurium credimus, appellatumque ita intelligimus ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν.* *Impotens animi.* apud Curtium lib. viii. cap. 1. & lib. x. cap. 7. ut illic caftigandum reor. Heins. *Sanae gravior* Lovan.

140. *Quam tanto difplicuiffe viro.*] Lib. v. Eleg. xii.

Maxima poena mihi eft ipfum offendiffe, priusquam
  Veniffet mallem funeris hora mihi.

Ciofan. Barth. lib. 2. Adv. 5. ex fuis libris profert, *Poena fit ac tanto difplicuiffe viro*, unde ille excogitat, *menti quae potenti poena fui*, ut fit, *menti fui potenti.* ita Horat. iii. Od. 25. *potens fui.* fed ac cedo Heinfio. Burm.

142. *Nube folet pulfa candidus ire dies.*] Tibullus:

Venit poft multos una ferena dies.

Ciofan. *Clarior ire* unus Heinfii.

144. *Saevo fulmine.*] *Saevi Jovis* caftigatiores. Heins. Ego, licet parum referre arbitrer, *faevo* retineo. faevus quidem Jupiter dicitur lib. iii. Faft. 209. fed hic praeftat, *fulmen faevum* vocare, quam Jovem, cui comparat Auguftum, cujus clementiam modo laudaverat. & ita mox ỳ. 179. *tela fera*, fulmen Augufti vocat. & paffim agens de fulmine, ut fupra lib. 1. viii. 21.

Saeva nec admiror metuunt fi fulmina,

& lib. iii. iv. 3.

Saevum praelustri fulmen ab arce venit.

iv. iii. 69.

Quod faevis ego fum Jovis ignibus ictus.

Horat. 1. Od. 16.

Nec faevus ignis, nec tremendo
  Juppiter ipfe ruens tumultu.

& ita *faevi venti*, *faevas undae* & fimilia obvia apud Poëtas. in praecedenti verfu unus codex habebat, *pampineis oneratam frondibus ulmum.* quod forte repetitum ex lib. iii. Met. 667.

Pampineis agitat velatam frondibus haftam.

fed & *Pampineas vites* dixit x. Met. 100. & iii. Pont. viii. 13. pro *tacta* etiam *fecta* Leidenfis. Burm.

145. *Sperabimus: atque Hoc unum fieri.*] Lege, *Sperabimus atque.* nihilominus fperabimus. praeter morem Ovidii in ultimo verfu nova periodus incipit. Poffet etiam legi, *fperabimus usque.* τοῦ *us*, ultima fyllaba in *fperabimus* iteranda fuit a librario, quam folenni errore omifit. Heins. *Sperabimus* inquit Bernenf.

147. *Mitiffime Caefar.*] *Princeps* meliores. & fequen-

Per Superos igitur, qui dent tibi longa, dabuntque,
  Tempora, Romanum fi modo nomen amant;
Per Patriam, quae te tuta & fecura Parente eft;
  Cujus, ut in populo, pars ego nuper eram;
Sic tibi, quem femper factis animoque mereris,
  Reddatur gratae debitus Urbis amor.
Livia fic tecum fociales compleat annos,
  Quae, nifi te, nullo conjuge digna fuit.
Quae fi non effet, caelebs te vita deceret:
  Nullaque, cui poffes effe maritus, erat.
Sofpite fic te fit natus quoque fofpes; & olim
  Imperium regat hoc cum feniore fenex:
Utque tui faciunt, fidus juvenile, nepotes,
  Per tua, perque fui facta parentis eant.

Sic

ti verfu, *fata* pro *facta* cum Juniano ac Voffiano. alibi:

Cum video quam fint mea fata tenacia, frangor.

Heins.

149. *Aequora.*] *Aëra* multi fcripti. *Et veluti* editi quidam. *non eft agitantibus aëra ventis* Lovan.

151. *Silefcunt.*] *Liquefcunt* unus, unde olim Heinfius conjiciebat, *quiefcunt*, ut eft in Ms. Berfmanni. fed nil opus. Catull. xlvi.

Jam coeli furor aequinoctialis
Jucundis Zephyri filefcit auris.

Burm.

153. *Redeuntque mihi.*] Rectius libri veteres, *mei.* fequitur, *tui.* Ciofan. *Mihi* tres & Berfman. *variantque dolores* duo. *furores* unus Leidenf. deinde, *negantque mihi* Bernenf.

155. *Longa tempora.*] Annos circiter feptuaginta. Ciofan.

155. *Qui dant tibi longa dabuntque Tempora.*] Scribe, *qui dent tibi.* quod augurantis & voventis eft. Confirmat unus Vaticanus. Statius Sylvar. iv. ad Marcel. ỳ. 57.

At tu, fi longi curfum dabit Atropos aevi,
  Detque precor.

Nofter Ponticis:

Di tibi dent annos: a te nam cetera fumes.

Heins.

156. *Romanum.*] *Caefareum* Francof. pro var. lectione.

157. *Quae te tuta & fecura.*] *Quae te manfit fecura* Puteaneus. credebat enim librarius alterum effe tautologum, & *tutam* & *fecuram* idem notare. atqui differunt. Senec. Ep. xcvii. *Tuta fcelera effe poffunt, fecura non poffunt.* Juftin. xxxix. 4. *Securam ac tutam vitam egit.* appofite de eodem Augufto Solin. Polyhift. cap. ii. fin. *Qui principatum ita ingreffus eft, ut vigilantia ejus non modo fecurum, verum etiam tutum imperium effet.* maluiffem dixiffet, *non modo tutum, verum etiam fecurum effet.* nam tutum imperium eft, a quo vis hoftium repulfa eft, fecurum, quod dehinc non timet novos incurfus & impetus hoftiles. plus ergo eft *fecurum*, quam *tutum.* illud animum & mentem fpectat, hoc eventum & ipfum factum. Burm.

158. *Cujus & in populo pars ego nuper eram.*] Lib. iv. Eleg. 2.

Plebs pia, cumque pia laetatur plebe Senatus,
  Parvaque cujus eram pars ego nuper Eques.

Ciofan. *Ut in populo* multi veterum. vere. quod & in fuis Zinzerlingus invenerat. Adi Notas lib. 1. Eleg. 1. ỳ. 17. Heins.

160. *Amor.*] *Honos* prim. Palat. *honor* Gryph. & aliae Edit. & multi fcripti.

161. *Impleat annos.*] Meliores, *compleat*, Trift. iv.

Et jam compleat genitor fua fata.

Heins.

162. *Nullo.*] *Solo* Bernenf.

165. *Sofpite fic te fit natus quoque fofpes.*] Alii aliter. Voffianus, *Sofpite fic tecum fit natus fofpes:* quod arridet. Heins.

165. *Sit natus quoque fofpes.*] Tiberium defignat: nam de Agrippa non placet intelligas. Merula.

165. *Et olim Imperium regat hoc cum feniore fenex.*] Hunc paene locum ufurpavit Martialis lib. vi. de Domitiani filio:

Cui pater alternas, poft faecula, tradat habenas,
  Quique regas orbem cum feniore fenex.

Ciofan. Malim. *Hoc regat imperium.* Heins.

166. *Efficiantque tui.*] Ordo eft: Et tui nepotes,

Sic adsueta tuis semper Victoria castris
Nunc quoque se praestet, notaque signa petat:
Ausoniumque Ducem solitis circumvolet alis:
Ponat & in niveâ laurea ferta comâ.
Per quem bella geris, cujus nunc corpore pugnas;
Auspicium cui das grande, Deosque tuos.
Dimidioque tui praesens hanc respicis Urbem:
Dimidio procul es, saevaque bella geris.
Hic tibi sic redeat superato victor ab hoste;
Inque coronatis fulgeat altus equis;
Parce, precor: fulmenque tuum, fera tela, reconde,
Heu nimium misero cognita tela mihi!

Par-

tes, Cajus scilicet, qui in Lycia periit: & Lucius, qui Massiliae, ut alibi diximus. Appositive, *fidus juvenile*, efficiunt, ut natus Tiberius cat per tua, & per parentis tui facta: hoc est, te & patrem Julium imitetur. Legitur etiam ita hoc carmen in vetustissimo codice:

Ut faciuntque tui, fidus juvenile, nepotes,
Per tua, perque tui facta parentis eant.

quae lectio nobis etiam clarior & candidior videtur. Merula. Cum Juniano, *atque tui faciunt*, non, *Ut faciuntque tui*. Vossianus etiam bene,

Utque tui fidus faciunt juvenile nepotes.

Heins. *Utque tui faciunt* etiam Barth. XL. Adv. 5. *efficiuntque tui* Basilm. Ms. & Bernens.

168. *Per tua perque tui facta parentis eant.*] Imo *sui parentis* cum tribus scriptis. Germanicum & Drusum filios Tiberii intelligit, qui de Cajo & Lucio interpretantur jamdudum mortuis, toto coelo aberrant. Heins.

170. *Nunc quoque se praestet.*] Scribe, *Huic quoque*. Tiberio nimirum blandiatur, ut ex sequentibus satis apparet. Heins. Ego nihil muto, nam de Tiberio agi satis manifestum est. & rectius vovet, ut victoria semper adsueta castris Augusti, non denegata, nunc quoque se Augusto non tantum praestet, id est faventem & propitiam praebeat, sed & Ausonium ducem circumvolet, id est Tiberium, qui duce sub auspiciis Caesaris erat. Burm.

171. *Ponat & in niveâ laurea serta comâ.*] Imperator, ne nimiis triumphantes laureati Urbem ingrediantur. Lucanus libro primo:

Nunc utque in longâ remeantem pompa triumphi
Incipit, haud secus pulsant Capitolia lauros.

Cloman.

174. *Dimidioque tui.*] Apollinem, Julium Caesarem, & caeteros deos, Augusti familiares. Merul. Vel *in* συναλοιφῇ dicam, ut idem significet, *auspicium & deos tuos*. Micyll. *Cui dei* duo sint.

175. *Praesens & respicis urbem.*] *Et respicis* quinque. *praesens es & aspicis* sex. duo, *praesentem respicis orbem*. unus, *praesens hanc respicis*. Heins. *Praesens hanc respicis* etiam Bern. quod praeferrem, *respicere* enim proprium diis tutelaribus verbum. & ita *Fortuna respiciens* Romae culta, sed haec obvia. Burm.

178. *Coronatis equis.*] Corona laurea ornatis. lib. IV. Eleg. II.

Vinctaque captiva reges cervice ferentes
Ante coronatos ire videbit equos.

Lib. V. Fast.

Illa datos fasces commendat, eburque curula,
Illa coronatis alta triumphat equis.

Et lib. II. de Ponto Eleg. I.

Te quoque victorem Tarpejas scandere in arces
Laeta coronatis Roma videbit equis.

Martialis lib. VII.

Festa coronatus ludet convivia miles,
Inter laureigeros cum comes ibit equos.

Equi vero, qui triumphalem currum traherent, quattuor erant, iique albi. lib. I. De Arte:

Ergo erit illa dies, quae tu pulcherrime rerum,
Quattuor in niveis aureus ibis equis.

Lib. VI. Fast.

Unde suburbano clarus Tiburte triumpho,
Vectus es in niveis Postume victor equis.

Tibullus Eleg. VII. lib. I.

At te victrici lauros Messella gerentem
Portabat niveis currus eburnus equis.

Ciofan.

179. *Tela reconde.*] Tres, *repone*. ut lib. I. 259.

Tela reponuntur, manibus fabricata Cyclopum.

relanza unus. Burm.

181. *Parce pater patriae, nec nominis immemor hujus, Olim placandi spem mihi tolle tui.*] Ita habent

Parce, Pater Patriae: nec nominis immemor hujus
Olim placandi spem mihi tolle tui.
Nec precor, ut redeam: quamvis majora petitis
Credibile est magnos saepe dedisse Deos.
Mitius exsilium si das, propiusque roganti;
Pars erit è poenâ magna levata meâ.
Ultima perpetior, medios projectus in hostes:
Nec quisquam patriâ longius exsul abest.
Solus ad egressus missus septemplicis Istri,
Parrhasiae gelido virginis axe premor.
Jazyges, & Colchi, Metereaque turba, Getaeque,
Danubii mediis vix prohibentur aquis.

Cum-

bent omnes libri scripti, & sensus est: nec immemor hujus nominis, nec tolle spem mihi olim tui placandi. ut particula negandi bis repetatur. Ciof.

182. *Olim.*] Aliquando, ut plurimum. Ciof.

182. *Redde tui.*] Lege, *tolle tui*, ex omnibus libris scriptis. Ciofan.

183. *Non precor ut redeam.*] Nec meliores. Heins.

185. *Mitius exsilium si das, propiusque roganti.*] Infra in hoc ipso libro:

Unde precor supplex, ut nos in tuta relegei.

Et extremo:

Tutius exsilium, paulòque quietius ora,
Ut par delicto sit mea poena suo.

Lib. & Elegia IV.

Mitius exsilium, paulòque propinquius opto,
Quique sit à saevo longior hoste, locum.

Lib. III. de Ponto Eleg. IX.

Nil nisi me, terra fruar ut propiore, rogare,
Et quam sim denso cinctus ab hoste queri.

Ciofan.

186. *Pars erit.*] Pro hoc pentametro in quatuor codicibus erat, *Fluctibus immensi credar abire maris.*

187. *Ultima perpetior medios ejectus in hostes.*] Lib. III. El. XI.

Suppositum stellis numquam tangentibus aequor,
Ste sciat in media vivere Barbaria.
Sauromatae cingunt fera gens, Bessique, Getaeque,
Quae non ingenio nomina digna meo.

Lib. IV. Eleg. I.

Ut caream vobis Scythiae detrusus in oras,
Quattuor Autumnos Pleias orta facit.

Ciofan.

188. *Nec quisquam patria longius exsul abest.*] Paulo post:

Ulterior nulli quam mihi terra data est.

Ciofan. *Projectus* sex veteres. lib. III. Eleg. IV.

Fidam projecto nave negate manum.

Trist. V. Eleg. I.

Sic ego Sarmaticas longe projectus in oras.

& saepe alibi. duo, *ire actus*, pro *exactus*. Heins. *dejectus* Bernens.

189. *Ad ingressus.*] In nonnullis, *egressu*. Naug. Libri veteres, *egressu*. Ciofan. Imo *egressus*, quod plerique veteres agnoscunt. malim tamen, *egressum*. ut *κατὰ Φύσιν* videtur. Heins.

191. *Metereaque turba.*] Aut urbem Meteream eam intellige, quam Ptolemaeus supra Thyram fluvium ponit penes Daciam, & *Metonium* appellat. Aut certe *Neurea* legas, ut Neuros intelligas, apud quos oritur Boryslhenes, ut est autor Plinius. Neurorum meminit etiam Curtius, Pomponius, ac Dionysius. Merula. *Mezereaque* prima editio. *Mezaque* Leidensis Codex. *vitreaque* Lovan.

191. *Et Colchi.*] Colchi (autore Dionysio) fuere ad extremum Ponti, Caucaso monti adhaerentes, olim ex Aegypto profecti: quod etiam docet Herodotus. Colchicae regionis alterum latus in Euxinum & Maeotin devexum esse, alterum in Caspium & Hyrcanum mare, scribit Plinius. Hic vero non *Colchi*, sed *Corsi* legendum arbitror. Corsos enim Sarmatarum populos fuisse, Plinius scribit. quamvis eo in loco quidam non *Colchi*, sed *Corsi* legendum putarit. Nam è Ponto ad ostium Maeotidis navigantibus, dextra sunt Scythae, & Taurica Chersonesus: laeva vero è regione in littore Ponti, ad montem Caucasum (ut diximus) sunt Colchi: qui quum mari disjuncti sint, & Maeotidis ostium, qui Cimmerius Bosphorus vocatur, latitudinem stadiorum triginta, longitudinem sexaginta (autore Polybio) complectatur. Quo pacto Danubio ab his se arceri dicat Ovidius, non intelligo: nisi accipias illos Cimmerium Bosphorum transfretare, & in Tauricam regionem

Cumque alii cauſſâ tibi ſint graviore fugati,
Uterior nulli, quam mihi, terra data eſt.
Longius hac nihil eſt, niſi tantum frigus & hoſtis;
Et maris adſtricto quae coït unda gelu.
Hactenus Euxini pars eſt Romana ſiniſtri:
Proxima Baſternae Sauromatacque tenent.
Haec eſt Auſonio ſub jure noviſſima, vixque
Haeret in imperii margine terra tui.
Unde precor ſupplex ut nos in tuta releges:
Ne ſit cum patriâ pax quoque demta mihi.
Ne timeam gentes, quas non bene ſubmovet Iſter:
Neve tuus poſſim civis ab hoſte capi.
Fas prohibet Latio quemquam de ſanguine natum
Caeſaribus ſalvis, barbara vincla pati.
Perdiderint cum me duo crimina, carmen & error;
Alterius facti culpa ſilenda mihi.
Nam non ſum tanti, ut renovem tua vulnera, Caeſar;
Quem nimio plus eſt indoluiſſe ſemel.

Al-

accedere: quod non placet. MERULA. *Colchos* accipere etiam eos licet, qui Medeam fugientem perſecuti, cum illam apprehendere non potuiſſent, circa Tomos, & inſulas Brigoidas conſederunt, ut Comment. Apollon. lib. 4. Nam quos hic *Caeſes* appellat Merula, apud Plinium *Aeſi* jegantur. MICYLL.

193. *Graviore.*] *Meliore* Putean. alter, Junian. & alius.

195. *Niſi tantum frigus.*] Fuere enim urbes illae in ſeptentrionali regione. In veteriſſimo codice hoc carmen ita legi:

Longius hac nihil eſt terra niſi frigus et hoſtis.

MERULA. Ita & Excerpta Voſſii & prima editio. *Longius hac terra nihil eſt niſi frigus & hoſtis* genu. Voſſ. *niſi tantum pontus & hoſtes* Bernenſ. & *hoſtes* etiam Leid.

197. *Pars eſt Romana.*] *Pars eſt tua Roma* Junian. non male.

198. *Baſternae.*] *Biſtonii* Putean. alter & Lovan. *Istonii* Idem. Lovan.

200. *Haeſit.*] *Haeret* meliores. HEINS. *Roma* tui Lovan. & tres alii.

202. *Pax quoque ademta.*] *Demta* duo veteres. quod mollius. HEINS.

203. *Ne timeam.*] unus codex, *non timeam gentes, quas non* Nasonii. deinde, *ſubmovet Iſter* Junian. *moz, valeat ab hoſte capi* tres libri.

205. *De ſanguine.*] *De ſemine* unus.

206. *Barbara vincla.*] *Vincula ſaeva* Politian. an *ſerva?* vid. ad I. AMOR. VI. 74.

207. *Perdiderint cum me.*] *Prodiderint* Combinus. de quo dixi ſupra ȳſ. 99. HEINS.

208. *Alterius facti culpa ſilenda mihi eſt.* Lib. IV. & Eleg.

Aut timor, aut error, nobis prius obfuit error:
At ſine me fati non meminiſſe mei.

Vide quae dixi in ſcholiis in lib. de Ponto. CIOF.

209. *Nam tanti non ſum, renovem ut tua vulnera, Caeſar.*] Duri praeter morem Ovidianum numeri. *ſi ut* à multis abeſt veterum. quidam etiam, *non ſum tanti.* & *ut renovem.* Forte ſcribendum,

Nam tua non tanti eſt renovari vulnera Caeſar,

vel *renoventur.* HEINS.

210. *Indoluiſſe.*] *Condoluiſſe* quinque libri.

211. *Turpi crimine lectus.*] *Carmine factus* meliores magno numero; quod Joh. Georgio Graevio probabatur. ſupra habuimus, *perdiderint cum me duo crimina carmen & error.* mihi aliquando videbatur haud inconcinne caſtigari poſſe; *turpi crimine tactus.* hinc *taxare* & *taxatores* ſcenici dicti, quod alter alterum maledictis tangat. vide Feſtum in *taxat. turpi crimine laeſus* in Arondelliano. HEINS. Forte, *crimine ſectus.* ut Perſ. I. Sat. 115. *Secuit Lucilius urbem*, ita Acro ad Horat. I. Sat. IV. ȳſ. 1. & 23. utitur hoc verbo *ſecare.* in Francof. erat,

turpi

Altera pars ſupereſt: quâ turpi crimine tactus
Arguor obſcaeni doctor adulterii.
Fas ergo eſt aliquâ coeleſtia pectora falli;
Et ſunt notitiâ multa minora tuâ?
Utque Deos, coelumque ſimul ſublime tuenti
Non vacat exiguis rebus adeſſe Jovi;
A te pendentem ſic dum circumſpicis orbem,
Effugiunt curas inferiora tuas.
Scilicet imperii, Princeps, ſtatione relictâ,
Imparibus legeres carmina facta modis?
Non ea te moles Romani nominis urguet,
Inque tuis humeris tam leve fertur onus,
Luſibus ut poſſis advertere numen ineptis,
Excutiasque oculis otia noſtra tuis.
Nunc tibi Pannonia eſt, nunc Illyris ora domanda:
Rhaetica nunc praebent Thraciaque arma metum:
Nunc petit Armenius pacem: nunc porrigit arcus
Parthus eques, timidâ captaque ſigna manu.

Nunc

turpi crimine factus. Berſm. in variis lectionibus, *turpi crimine laeſus*, ut edidit Gryphus & alii. *carmine dictus* duo ſcripti. *turpia crimina fatus* Servii. BURM.

212. *Doctor.*] *Ductor* Herculan.

213. *Pectora.*] *Lumina* Putean. alter. *numina* Junian. prim. Vat. & quatuor alii. *corpora* ſex. *aliquo* Ms. Berſm. vid. inf. lib. III. IV. 75.

217. *Ex te pendentem.*] *A te* ſex. totidem, *In te.* nonnulli, *De te.* Forte, *E te.* HEINS. *Independentem* Bernenſ. *urbem* Moreti.

219. *Scilicet imperii princeps ſtatione relicta Imparibus legeres carmina facta modis?*] Libros de Arte Amandi, qui Elegiaco carmine ſcripti ſunt, ſignificat. & vide, ut ipſum carpat Auguſtum, qui eum, quod opus illud conſcripſiſſet, in exilium ejeciſſe ajebat. CIOFAN.

220. *Imparibus legeres carmina facta modis?* Lib. III. Eleg. I.

Claudaque quod alterno ſubſidant carmina verſu.

&:

Adſpicis alternos intremuiſſe pedes?

Sic & Elegia VII. ad Perhillam ſiliam:

Et tamen ad Muſas, quamvis nocuere, reverti,
Aptaque in alternos cogere verba pedes.

CIOFAN.

223. *Advertere numen.*] *Lumen* ſex veteres. ut conjecerat G. Canterus Novar. Lection. lib. IV. cap. 2. & ita Statius I. Theb. 88.

Talia fallanti crudelis diva ſoceros
Advertit vultus.

& I. Silvar. Balneo Etr.

Ite deae virides, liquidoſque advertite vultus.

ſed nil neceſſe. Seneca Thyeſte, 132.

Alpheus ſtadio notus Olympico
Advertat placidum numen.

HEINS. *Adnectere* duo. *avertere* quatuor. vid. ad Metam. VI. 180. pro *ineptis*, *adeptis* Lov. & duo alii. *ademtis* unus. *inemptis* prim. Vatic. & duo alii, qualis varietas eſt & apud Horat. II. Ep. I. ȳſ. ult. *charis amicitur ineptis.* BURM.

224. *Excutiasque.*] *Discutiasque* Servii liber.

226. *Rhaetica.*] Plurimi, *Rhetia.* Cretica Ms. Berſm. & quatuor Heinſii. unus etiam, *Tertiaque*, pro *Threciaque.*

226. *Parthus eques.*] Quare *Parthus eques* dicatur, docet Juſtinus lib. XLI. initio. *Equis omni tempore vectantur: illis bella, illis convivia, illis publica ac privata officia obeunt: ſuper illos ire, conſiſtere, mercari, colloqui.* & paulo ante: *Pugnant autem procurrentibus equis, aut terga dantibus. fugae etiam fugam ſimulant, ut incautiores adverſus vulnera inſequentes habeant.* De Parthis ſic etiam hic Noller lib. I. De Arte:

Tergaque Parthorum, Romanaque pectora dicam,
Telaque, ab averſo quae jacit hoſtis equo.
Quid fugis, ut vincas? quid victos Parthe relinquis?

Nunc te prole tuâ juvenem Germania sentit;
Bellaque pro magno Cæsare Cæsar obit.
Denique, ut in tanto, quantum non exstitit umquam,
Corpore, pars nulla est quae labet imperii;
Urbs quoque te & legum lassat tutela tuarum,
Et morum, similes quos cupis esse tuis.
Nec tibi contingunt, quae gentibus otia praestas;
Bellaque cum multis irrequieta geris.
Mirer in hoc igitur tantarum pondere rerum
Numquam te nostros evoluisse jocos?
At si (quod mallem) vacuus fortasse fuisses,
Nullum legisses crimen in Arte meâ.
Illa quidem fateor fronti non esse severae
Scripta, nec à tanto Principe digna legi:
Non tamen idcirco legum contraria jussis
Sunt ea; Romanas eruditque nurus.

Neve

Et lib. III.

Ut celer avertis iratos Parthus equis.

CIOFAN.

228. *Cantaque.*] *Rantaque* duo; *partaque* unus. *Invicta manus* unus Heinsii.

229. *Nunc te prole tua.*] Metula de Druso, Augusti privigno, fratre Tiberii capit. Micyllus dicit alios Drusum, Drusi filium ex Antonia intelligere, qui est Germanicus Caesar. quod si verum sit, ego mallem,

Nunc te prole tua juvenem Germania sentit.

Germania sentit Germanicum, juvenem, qui adoptatus est à Tiberio, filio tuo. Crispinus ipsum Tiberium intelligit. ad quem Augustus miserat Germanicum. sed tum mallem legere,

Nunc te in prole tua juvenem Germania sentit.

sentit te adhuc vigere viribus in Tiberio, cum senectutem tuam despiceret: quod ideo praeferrem, quia Germanicus demum in Germania post cladem Variannam, quae accidit anno post exilium Nasonis, cum Tiberio abiit, & deinde solus res ibi gessit. quae hic respicere vix potuit Naso. de voce *sentire* vid. ad Petron. cap. CXXXIX. BURM.

230. *Bellaque pro magno Caesare Caesar agit.*] Tange magis placet, quod e Palatinis annotavere Gruterus,

Bellaque pro magno Caesare Caesar obit.

D. HEINS. *obit* prim. Vatic. & optimus Palatinus. Livius lib. IV. *Duas duo Consules obiere tot simul belli aperiere.* Virgilius:

Et lituo pugnas insignis obibat & hasta.

Val. Flaccus lib. III. *duras obit horrida pugnas. obire praelia* etiam occurrit apud Lucretium. & Apulej. Florid. I. decem alii, *bella agit.* quod Gronovio lib. II. cap. III. Observationum merito probabatur. Ant. Am. lib. I.

Bellaque non puero tractat agenda puer.

Gratius:

Quod nisi & accessus & agendi tempora belli Noveris.

sic Graecis ἄγειν τὸν πόλεμον, *degere bellum* Lucretius, *bellum ducere* Virgilius dixerunt. quomodo *ducere, degere, agere vitam* Latinis scriptoribus in usu. nisi quod *cernere bellum* nonnulli in Lucretio reponendum esse censent, me non renitente. posset & *ducere bellum* legi. ut *degere* primo scriptum fuerit. HEINS.

231. *Quantum.*] *Quanto* Richel. & Lovan.

232. *Labet.*] *Vacet* tres libri. *corpore quae nulla pars labet.* Bernens.

233. *Lassat.*] *Lassant* Lovanienses. *vexat* alius. *laxat* Bernenses. *& mores* Lovan. & octo alii. *quos petis* unus.

237. *Mirer in hoc igitur.*] *Mirer* septem aut octo mediocres. & sequenti versu, *Numquam*, pro *Unquam* iidem. recte. si interrogationis notam addas. HEINS.

238. *Evolvisse.*] *Explicuisse* Barber.

239. *At si (quod mallem) vacuus fortasse fuisses.*] Quatuor, *vacuus tibi forte.* alii multi, etiam ex melioribus, *vacuum tibi forte fuisset.* nil muta. HEINS. *Vacuus tunc forte fuisses* Exc. Vossii.

241. *Frontis non esse severae.*] Malim cum Bononiensi,

Neve quibus scribam possis dubitare; libellus
Quatruor hos versus è tribus unus habet:
Este procul, vittae tenues, insigne pudoris;
Quaeque tegis medios instita longa pedes:
Nil, nisi legitimum, concessaque furta, canemus;
Inque meo nullum carmine crimen erit.
Ecquid ab hac omnes rigide submovimus Arte,
Quas stola contingi vittaque sumta vetat?
At matrona potest alienis artibus uti;
Quoque trahat, quamvis non doceatur, habet.
Nil igitur matrona legat: quia carmine ab omni
Ad delinquendum doctior esse potest.
Quodcumque attigerit, si qua est studiosa sinistri,
Ad vitium mores instruet inde suos.
Sumserit Annales; (nihil est hirsutius illis)
Facta sit unde parens Ilia nempe leget.

Sum-

nonienſi, ut Heinſius notaverat in ora ſui libri; *fronti*, ut ſenſus ſit, non eſſe ſcripta viris ſeverae frontis, ut ea legant. ut mox, *neve quibus ſcribam*, & vſ. 303. dicit, *ſcriptam ſolis meretricibus artem.* BURM.

245. *Scribam.*] *Scripſi* unus Heinſii; & ita Gryphius Micyll. & al. ediderunt.

245. *Libellus.*] Liber primus de Arte Amandi, ſub cujus principium eſt Tetraſtichon, quod hic ait Ovidius. Sed in tertio carmine aliter hic legitur quam hodie illic ſcriptum reperitur. nempe ita; *Nos Venerem tutam, conceſſaque, &c.* Quamvis hoc loco in optimo Vatic. invenerim, *Nos Venerem tutam*, non autem, *Nil niſi legitimum*, ut eſt in omnibus aliis. Si hanc retinemus lectionem, *Nil niſi &c.* quae plane optima, & venuſtiſſima eſt, Ovidium memoria lapſum eſſe; aut hic ita ſcripſiſſe, ut magis ſe excuſare poſſet, crediderim. CIOFAN. *Nos venerem tutam* etiam Leid. & alius. *canamus* etiam Palat. & Vatic.

251. *Omnes rigidas ſubmovimus.*] *Rigide* cum Juniano & Vaticano fragmento. alius, *rigida.* Pont. III. Eleg. III.

An ſit ab his omnis rigide ſubmota libellis,
Quam lex furtivos artat habere viros?

HEINS.

252. *Vittaque ſumta.*] *Sumptaque vitta* octo. *vittaque longa* quatuor. *ſummo* duo. *tantaque vitta* Junian. *negat* etiam Bernenſ.

254. *Quodque trahat, quamvis non doceatur, habet.*] *Trahatur quoque* prim. Politiani, qui verſum mendoſum eſſe opinabatur. prim. Vatic. opt. Palat. aliique nonnulli. *Quoque trahat*, duo, *Quaque*, alius, *Quique.* HEINS.

255. *Quia.*] *Quae* Gryph. Micyll. & alii. *crimine* unus. deinde, *promptior* Voſſian.

258. *Inſirmus.*] *Inſirmis* Ms. Berſm.

259. *Sumſerit annales.*] Qui Annales ſcripſerint, dixi in ſcholiis in lib. I. Faſtorum. CIOF.

259. *Nihil eſt hirſutius illis.*] Alii, *iſtis.* prim. Vaticanus, *nihil eſt irriſimus illis.* Forte legendum,

Sumſerit Annales (nihil eſt hirſutius) Ennî.

à pluribus enim annales ſcripti. recte autem *hirſutius*; hoc eſt rigidius, ſeverius. HEINS. Ego nihil muto, nam intelligi Annales maximos, Pontificum opera confectos, & alios antiquiſſimos puto. errare autem Paſſeratium, qui *hirſutius* hic libidinoſius interpretatur, egregie oſtendit olim Gebhard. Crepund. I. 13. & nuper Broukhuſius, olim ſummus noſter amicus, ad Propert. I. 1. 12. & ad IV. 1. 61. qui Pinicum, omnium, qui aliena ſcripta compilando aevum ſuum exegit, principem, riſui exponit. cum hic *hirſutus*, ut viri docti monuerunt, ſit incomptus, gravis, ſeverus, nullis deliciis corruptus. vid. & Joſeph. Caſtal. Obſerv. Decad. I. cap. 5. adſcripſerat Heinſius locum huic appoſitiſſimum. Gell. XII. 2. de Ennio: *Quidam ſunt tam magni ſenſus Ennii, ut licet ſcripti ſint inter hircoſos, poſſint tamen inter nugamentaſos placere.* ubi *hircoſi* ſunt *hirſuti*, id eſt inculti & pilоſi, ut *hircoſi* Cynici Prudentio. *Hircoſi* Centuriones Perſ. Satyr. III. vid. ad Val. Fl. v. 594. in contra *leves* & *depiles* pro mollibus & effeminatis. non inepta quoque lectio Bernenſis codicis,

Nihil eſt hic ſanctius iſtis.

BURM.

261. *Ennî*

Sumserit, Æneadum genetrix ubi prima; requiret,
Æneadum genetrix unde sit alma Venus.
Persequar inferius, (modo si licet ordine ferri)
Posse nocere animis carminis omne genus.
[Non tamen idcirco crimen liber omnis habebit.
Nil prodest, quod non laedere possit idem.]
Igne quid utilius? si quis tamen urere tecta
Comparat, audaces instruit igne manus.
Eripit interdum, modo dat medicina salutem:
Quaeque juvans monstrat, quaeque sit herba nocens.
Et latro, & cautus praecingitur ense viator:
Ille sed insidias, hic sibi portat opem.
Discitur, innocuas ut agat, facundia, causas:
Protegit haec fontes, immeritosque premit.
Sic igitur carmen, rectâ si mente legatur,
Constabit nulli posse nocere meum.

At

261. *Æneadum genetrix unde sit alma Venus.*] Id est, si recepero divinum Maronis opus. *Genitrix ubi prima requiret.* Ordo est: Studiosa finiisti primi, hoc est ante idus, vel *primum*, ut sit nomen pro adverbio, requiret, ubi, id est quo in loco alma Venus si facta genitrix, subaudi Æneae. quaeri enim potest a fugiosa finiisti foemina, ubi concubuerit Venus cum Anchise. Alludit autem ad carmen illud Maronis: *Te ne ille Æneas, quem Dardanis Anchisae Alma Venus Phrygii genuit Simoentis ad undam, Unde sit*, unde ducat originem: cuius dicat, a partibus obscenis. Saturnum enim (auctore Macrob.) ejus abscidisse Coeli patris pudenda: quibus in mare delatis, Venerem procreatam fabulantur, quae a spuma, unde coaluit, Ἀφροδίτη nomen accepit. Merula. Tu simpliciter accipe. Si sumpserit in manus Æneida, sive librum, non de prima Æneadum genitrice tractatum, requiret illa unde Venus Æneadum genitrix oriretur ex Jove, libenter audiens, quod & Æneas ex Anchisio Veneris & Anchisae ortus fecerit. Merula. Non Æneadem habituimus ex Mss. & libris optimae notae. Illam priscam lectionem non improbamus, nam habemus quoque Æneidos veri legitur. Bersm. Lucretius initio lib. I.

Æneadum genitrix, hominum Divumque voluptas,
Alma Venus.

Ausonius:

Caeca fuit fabrica fulmini, patre edita coelo,
Æneadum genitrix, hic habitu alma Venus.

Silius initio lib. I.

Dardanium genus, quibus coelo se gloria tollit
Æneadum.

Priscianus lib. VII. De obliquis casibus primae declinationis, ubi illud Lucretii citat carmen, ait *Æneadum*, pro *Æneadarum* positum. Ciofan. Virgilii Æneida intellexit Merula ex veteri lectione, quae quosdam codices occupavit, *Æneidem*. De Lucretio capiunt Carrio I. Emend. 8. & Barth. XV. Adv. 5. quod egregie refutat Jos. Cassal. I. Decad. 5. qui *sumserit* simpliciter repeti docet, & intelligi eosdem annales, vel aliud opus, ubi paulo altius Romanorum origo per Æneam repetitur. & non male Heinsius conjicit, *Æneadum genetrix cui prima*. Burm.

263. *Persequar.*] *Prosequar* Junius. & sex alii. *ordine fari* Leidens. & Berlin.

265. *Non tamen idcirco.*] Distichon suspectum. Vs. 243. simile carminis initium. Heins. Non tam facilem me esse fateor in consodiendis versibus, ubi sensus optime mihi constare videtur; ut hic, si legatur,

Num tamen idcirco Crimen liber omnis habebit,
Si, quoque quod prodest, laedere possit idem.

crimen habere ultratitiosa Ovidio locutio. vid. III. Art. 454. *crimen liber omnis habetur* prim. Edit. ut Merula legit: posset &, *si modo quod prodest*, Burm.

267. *Urere tecta Comparat.*] Alii, *Apparat*. ita Stat. II. Theb. 328. *apparat ire domos*. & 492. *cui castra subire Apparet*. lib. IV. 671. *exscindere gentem Apparat*. Virgilius IX. 146.

——— *ferro qui scindere vallum*
Apparat.
IX. 116.
——— *si pellere Teucros*
Apparet.

&

At quiddam vitii quicumque hinc concipit, errat:
Et nimium scriptis abrogat ille meis.
Ut tamen hoc fatear: ludi quoque semina praebent
Nequitiae. tolli tota theatra jube:
Peccandi causam quae multis saepe dederunt,
Martia cum durum sternit arena solum.
Tollatur Circus; non tuta licentia Circi:
Hic sedet ignoto juncta puella viro.
Cum quaedam spatientur in hac, ut amator eâdem
Conveniat, quare porticus ulla patet?
Quis locus est templis augustior? haec quoque vitet,
In culpam si qua est ingeniosa suam.
Cum fleterit Jovis aede; Jovis succurret in aede,
Quam multas matres fecerit ille Deus.
Proxima adoranti Junonia templa subibit,
Pellicibus multis hanc doluisse Deam.

Palla-

& ita Silius III. 159. & alii. quidam etiam codices hic, *Coeperit*. Heins. Sed parum refert puto *comparat*, an *adparat* legatur. vid. ad I. Met. 225. saltem non opus cum Barthio lib. XL. Adv. 5. ex ejus codicibus legere, *concupit. urere castra* unus. Burm.

268. *Instruit igne.*] *Ille* Bernens. & duo. *inde* alius: non male.

270. *Quaeque juvet monstrat.*] *Juvans* prior Politiani. quod placet, ut τῷ *nocens* opponatur. Heins.

272. *Portat opem.*] *Praestat* Lovan. Math. Paris in Henrico III. pag. 368. citat:

Ut latro, sic cautus praecingitur ense viator;
Hic parat insidias, hic sibi praestat opem.

274. *Premit.*] *Gravat* Voss. *innocuosque* septem libri cum prima editione.

275. *Mente.*] *Fronte* codex P. Servii. &, *constabit nulla parte* duo libri.

277. *Et tandem vitium.*] Scripti plurimi, *At quoddam vitium*. prim. Polit. & multi alii, *At quaedam vitia*. prim. Vatic. & Palat. *Et quaedam vitiat*. Putean. *At quondam vitia* Barberin.

Aut quicquid vitii quique hinc conceperit.

Medonianus, *At quidam vitium*. Lago, *At quoddam vitii*. nam in Aroudeliano, *At quaedam vitii*. Heins. *Ut quaedam vitia* Bernens. *at quondam vitium* Putean. alter.

278. *Et nimium scriptis arrogat ille meis.*] *Abrogat* scribe cum multis veterum. quo verbo Livius aliique optimi Latinitatis auctores utuntur. Nonnulli etiam, *derogat*. ut apud Prudentium hymno VII. ℣. 165. Cathemerinon optimae membranae, *Succum papillae parta nutrix derogat*. possis &, *obrogat*. de quo verbo videndi Jurisconsulti. tum Andreas Schottus ad vitam M. Druli, & Saturnini Apulei apud auctorem de Viris Illustribus. Vir clarissimus Johannes Georgius Graevius hactenus probabat primi Vaticani & Palatini codicis lectionem, ut caligaret,

At quaedam vitiat quicunque haec concipit, errat,

ostenderat in praecedentibus castas matronas & virgines non posse laedi suo carmine. qui eas ab illius lectione arceat. Novum deinde argumentum contra se fingit. Attamen quasdam vitiat matronas, si non omnes. hanc quoque diluit objectionem: quicunque sic ratiocinatur fallitur, & nimium tribuit scriptis. Haec ille. Heins. *Detrahit* Bernens. & alius. *subrogat* alius.

279. *Praebent.*] *Praestant* Strozz. & Lovan.

281. *Quam multis.*] *Quae* Richelianus, ut ad theatra referatur. In nonnullis, *multi*. Heins.

282. *Sternit.*] *Sternat* maxima pars scriptorum. *sternet* unus. *curvum solum* unus.

285. *Amator eadem conveniat.*] *Eadem* plerique. Heins. Mallem, *spatientur in hac, ut amator eadem conveniat, in hac* id est ideo, ob hanc solam causam. vid. ad Phaedr. prolog. lib. V. ℣. 2. & ad Nostri lib. VIII. Met. 77. *eodem* vero, ut lib. I. Met. 8. *congesta eodem semina*. lib. VI. 181. *accedit eodem*. VII. 794. *revocataque rursus eodem*. IX. 450. *toties redeundis eodem*. & passim. *spatiari* vero proprie de ambulantibus in porticu dici docuit Bronckh. ad Propert. II. XXIII. 2. deinde, *nihil manet* Servii codex. non male. cur non diruuntur omnes? Burm.

288. *Ingeniosa.*] *Ambitiosa* Servii.

289. *Cum fleterit.*] *Conflaverit Jovis aede, Jovis succurrit* Bernens.

Pallade conſpectâ, natum de crimine virgo
Suſtulerit quare, quaeret, Erichthonium.
Venerit in magni templum, tua munera, Martis;
Stat Venus Ultori juncta viro ante fores.
Iſidis aede ſedens, cur hanc Saturnia, quaeret,
Egerit Ionio Boſporioque mari.
In Venere Anchiſes, in Lunâ Latmius heros,
In Cerere Iaſion, qui referatur, erit.
Omnia perverſas poſſunt corrumpere mentes.
Stant tamen illa ſuis omnia tuta locis.
At procul ab ſcriptâ ſolis meretricibus Arte
Submovet ingenuas pagina prima nurus.
Quaecumque irrumpit, quo non finit ire ſacerdos;
Protinus hoc vetiti criminis acta rea eſt.

Nec

291. *Iunonis templa.*] *Iunonia* lege ex primis editionibus & Gryphiana. Vide Notas lib. I. Faſt. ſ. 55. proximo verſu pro *indoluiſſe Deam* pleriique, *hanc doluiſſe*. & mox, *quaeret*, pro *quaerit*. Heins.

293. *De crimine.*] *Sine famine* Moreti. *de femine* Lugdunenſ. pro *virgo* etiam, *mater* unus.

295. *In templum magni tua numina Martis.*] *In magni templum, tua munera, Martis*, rectius multi veteres. vide Notas Faſt. VI. ſ. 92. Heins. Barth. XL. Adv. 5. repperit in ſuo codice, *templum Lavinia Martis*.

296. *Iuncta viro.*] Duriores numeri, neque recte Veneris *virum*, *Uterum* Martem dici puto. cum *amator* fuerit, quem *viro* infra. ſ. 372. opponit. forte ſcripſerit,

Stat Venus Ultori juncta quid ante fores?

ſcilicet *quaeret*; *quid*, id eſt, quare Venus ſtet ante fores juncta Ultori. Burm.

297. *Cur hanc Saturnia quaeret, Egerit Ionio, Boſporioque mari.*] Fabula eſt lib. I. Metamorph. Crucius.

297. *Quaeret.*] Quia paullo ante praeceſſit, Francius. hic *dicet* vult.

298. *Boſporioque.*] *Biſtonioque* Lovan. *Hiſperioque* Lefl.

299. *In Venere Anchiſes.*] Lege, *in Venere*, & *Mart*, *in Luna*, & *in Cerere*. quomodo fere primus Victorius. ſic loquimur Noſter. *Iaſion* etiam *eo Iaſius* pleriique. utrumque rectum eſt, Met. IX.

——— *quaritur tauſcere natis*
Iaſiona Cererr.

Et Epiſtolis Solino cap. XX. qui alii *Emathion*. nec in *Emathuſa* Salmaſio debuit mutari. nam & *Icarus* & *Icarius* iidem. notum illud Propertii,

Icare Cecropiis merito jugulate colonis. Heins.

300. *In Cererem Iaſius, qui referatur, erit.*] Lib. III. Amor. Eleg. IX.

Viderat Iaſium Cretea diva ſub Ida.

Hyginus de Geminis: Nonnulli etiam Triptolemum & Iaſiona à Cerere dilectos, & ad ſidera perlatos eſſe ajunt. Ciofan.

301. *Corrumpere.*] *Pervertere* duo ſcripti. *poterunt* Bernenſ.

303. *Et procul à ſcripta.*] *At procul ab ſcripta* meliores. pro *ingenuas manus* quatuor veteres, *nurus*. Heins. *Sed procul* Gryph. & alii. *nurus* vero recte. nam ſaepe has voces confuderunt librarii, ut lib. IV. Faſt. 162. Val. Flac. II. 480. Stat. XII. 181. Claud. II. Ruſin. 64. in quibus omnibus locis codices ſcripti quidam, *manus* habent, pro *nurus*. & forte hinc miſere adfecto & vexato loco Silii XI. 40. remedium ferri poſſet, ſi legeretur,

——— *Madefacta veneno*
Aſſyrio manibus veſtes.

expendant eruditi. niſi quis *maribus*, pro vitiis malit. Burm.

305. *Irrumpit quo non licet ire ſacerdos.*] *Qua*, per quem locum. lib. IV. Eleg. II. *Quaque ibis*. & Propertius lib. III.

Qua facit aſſiduo tramite vulgus iter.

Ciofas. *Irrumpit*, & *quo* pro *qua* recte multi vetuſtiores. *irrumpere* dicebantur, qui adyta non initiati ſubibant. ſic lib. VI. Faſt. 453. de Metello Veſtam ex incendio tuferente,

Dixit

Nec tamen eſt facinus molles evolvere verſus:
Multa licet caſtae non facienda legant.
Saepe ſupercilii nudas matrona ſeveri,
Et Veneris ſtantes ad genus omne videt.
Corpora Veſtales oculi meretricia cernunt:
Nec domino poenae res ea cauſſa fuit.
At cur in noſtrâ nimia eſt laſcivia Muſâ?
Curve meus cuiquam ſuadet amare liber?
Nil niſi peccatum, manifeſtaque culpa, fatendum eſt:
Poenitet ingenii judiciique mei.
Cur non, Argolicis potius quae concidit armis,
Vexata eſt iterum carmine Troja meo?
Cur tacui Thebas, & mutua vulnera fratrum?
Et ſeptem portas, ſub duce quamque ſuo?

Nec

Dixit & irrupit, factum dea rapta probavit.
Trist. V. Eleg. I.

Quae tamen irrumpunt, quoque vetantur, eunt.
Pont. I. Eleg. VIII.

Nec tamen irrumpo, quo non licet ire.
ſequenti verſu pro *haec* quatuor, *hoc*. id eſt, hoc ipſo. quod Grutero & Berſmanno arridebat. Heins. *Hinc* etiam tres. vid. ad Vellej. Pater. I. 9. & ad Quinctil. Declam. X. 16. XIII. 2. & alibi.

307. *Nec tamen.*] *Non tamen* multi editi & ſex ſcripti. *nil* unus.

312. *Nec domino poenae res ea cauſſa fuit.*] Id eſt lenoni, qui nudas illas à conſpectu Veſtalium ſubmovere debuiſſet. Micyll. De lenone interpretantur, ſed cur lenoni potius ob id poena decernatur, quam Aedilibus, qui Floralia exhibebant? Quare aut verſum hunc adulteratum eſſe cenſeo, aut ſcribendum,

Nec damno ſcenae res ea viſa fuit.

In Combiano pro diverſa lectione, *Roſcia cauſſa*. Certe Roſcius comoedus librum ediderat, in quo cauſam biſtrionicae agebat, eamque comparabat cum eloquentiae ſtudio. Meminit hujus ſcripti Macrobius Saturnal. lib. II. cap. 14. Sed abruptus nimis ſit tranſitus à Veſtalibus ad Roſcium. Heins. *Dominum poenae* Pontificem maximum exponit Merula, quia ille in Veſtales animadvertebat: quem fere Criſpinus ſequitur. ſed *poenae* eſt genitivus, & enim *cauſſa* conſtrui debet: nec lenonem intelligere placet. nam tunc ſtatuendum eſſet, Veſtales lupanar ingreſſas, & Lenonem debuiſſe iis intrantibus nudas removere. videndum an de Floralibus capere liceat, ad quae Veſtales venerint. & an dominus intelligatur, qui meretrices produxit ludis illis ſpectandas, ut *domini* factionum in Circenſibus ludis. certe Veſtales ſpectaſſe gladiatores; qui etiam nudi plerumque erant, patet ex Suet. Aug. 44. vel ad Venales potuit reſpicere, quae nudae ſtabant, & contrectabantur. Vide comment. ad Suet. Aug. 69. & ita dominus eſſet mango, vel quicunque venales ancillas exponit. aut reſpicit aliud Poëta, nobis nunc ignotum. Burm.

313. *Cuiquam ſuadet.*] Quaedam editiones, *nequam*, *quicquam* Junian. *aliquem* Lovan. *quemquam* unus Heinſii. quod placet. vid. ad Phaedr. I. 15. & ſupra ad Epiſtol. XVII. 185. Burm.

315. *Manifeſtaque culpa fatenda eſt.*] *Fatendum eſt* veteres multi. Heins. Ita I. ex Pont. VI. 25.

Quidquid id eſt, ut non facinus, ſic culpa vocandum.

ſiendum unus. *ferendum* alius. vid. ad IV. Met. 177. Burm.

317. *Cur non Argolicis potius quae concidit armis, Vexata eſt iterum carmine Troja meo?*] Hac de re conqueritur etiam lib. III. Amorum Eleg. XI.

Cum Thebae, cum Troja fuit, cum Caſaris acta,
Ingenium movit ſola Corinna meum.

Ciofan. *Quae decidit* prima editio.

318. *Vexata.*] *Verſata* duo. *exacta* unus. Heinſius conjiciebat, *uerſa eſt*. ſed nihil muto. indicat enim hoc verbo, *vexata*, materiem ad ſatietatem a Poëtis tractatam, ut jam fatigati ſint lectores. ita fere Juvenalis Sat. I. 2. *Ic vexatum toties Thoſtade Codri* dixit. ſi quis tamen *vexatam Trojam*, a Poëtis dici velit, eo modo ut illi facere dicuntur, quaedam aliis facta canunt, & ita ut a Graecis vexata fuit, deſcribunt, per me licet. ita Epiſt. VIII. 13. *Parcius Andromachen vexavit Achaica victrix.* Burm.

319. *Et mutua vulnera fratrum.*] De Eteocle

Nec mihi materiam bellatrix Roma negabat:
Et pius est, patriae facta referre, labor.
Denique, cum meritis impleveris omnia, Caesar,
Pars mihi de multis una canenda fuit.
Utque trahunt oculos radiantia lumina Solis;
Traxissent animum sic tua facta meum.
Arguor immerito. tenuis mihi campus aratur:
Illud erat magnae fertilitatis opus.
Non ideo debet pelago se credere, si qua
Audet in exiguo ludere cymba lacu.
Forsan (& hoc dubitem,) numeris levioribus aptus
Sim satis; in parvos sufficiamque modos.
At si me jubeas domitos Jovis igne Gigantas
Dicere; conantem debilitabit onus.
Divitis ingenii est immania Caesaris acta
Condere; materiâ ne superetur opus.

Et

& Polynice, vide Scholia in Ibin. CIOFAN. *Cur pauitus* Gottorph. *Fratres* per appositionem volebat Francius.

321. *Non mihi.*] *Nec mihi* meliores. HEINS. *Fingatrix* Bernens. *negavit* Moreti.

322. *Patriae.*] Sulmonis. Hunc locum exposui in eo opusculo, quod nuper de Sulmone ipso conscripsi, atque una cum Ovidii vita & effigie edidi. CIOFAN. Sed puto per patriam hic Romam intelligi, quae communis civium Romanorum erat patria. vid. lib. III. Eleg. III. 63. nec satis convenit Trojae & Thebis conferre oppidulum Sulmonem, sed Romam, quae bellorum multitudine & gravitate materiam benigniorem, quam utraeque illae veteribus decantatae urbes, praebebat. malim praeterea, *fata patriae*, quia mox *tua facta* sequitur, quae ut recitius Augusto tribuuntur, ut mox videbimus, ita *fata* melius patriae adscribuntur. *patriae bella* erat in duobus. & *plus est* etiam Moret. & Servii. BURM.

323. *Impleveris.*] *Impleverit* Moreti. *implevrat* Leid. mox, *pars modo* Francius.

330. *Ludere cymba.*] *Currere* Moreti, & tres alii. sed praestat *ludere*, quod fit, cum nautae per otium aut oblectandam artis peritiam, & navium habilitatem ludunt: Senec. Epist. IV. *Eodem die ubi luserunt navigia, sorbentur.* postea *luserint* naves levissimae & expeditissimae navigia dicta. Salmas. ad Vopisc. Bonosium cap. 15. *audeat exiguo* edidit Berlinianus. BURM.

331. *Forsan & hoc dubitem.*] Alii, *Forsitan hoc.* prim. Vatic. & tres alii, *Forsitan haec.* Lege, *Forsitan & dubitem.* HEINS. *Forsan in hoc dubitem* Gryph. Micyll. & alii. *forsan & hic dubium* Gottorph. *dubito* et non m.s. Vir doctus in Supplement. Actor. Lipsi. tom. VI. Sect. II. legebat; servata vulgata lectione, sed ita distinguens, *Forsan (& hoc dubitem) numeris* &c. optime, sic Ep. XVII. 37.

Hoc quoque enim dubito.

vid. ad Quinctil. de Inst. Orat. XII. I. BURM.

332. *In parvos modos.*] *In parvis modis* Moreti & Junian. vid. II. Amor. VII. I.

334. *Onus.*] *Opus* Bernens.

335. *Immania Caesaris acta.*] *Arma* Gottorph. & *ingentia* unus Heinsii. ut ita saepe Noster & alii. Vide Bentl. ad Horat. II. Ep. I. 6. ubi nescio cur vir acutissimus *fata* praeferat. ita *ingentia facta Sidonii juvenis* Sil. XI. 134. & XV. 414. *Fratris spirans ingentia facta Asdrubal* Stat. II. 103. *ingentia dudum Acta* (vel, ut alii codices, *facta*) *vocant.* Plin. VIII. Ep. 24. *Sit apud te honor antiquitati, sit ingentibus factis* Severus. de Ciceron in Catil. Fith. pag. 66.

Tunc redeunt animis ingentia Consulis acta.
Florus IV. 12. *Ob haec tot ingentia facta Dictator perpetuus & Pater patriae dictus.* ubi mallem, *ob haec & tot ingentia facta.* Claud. III. Stil. 38.

Facta sequebatur, quamvis ingentia, livor.

& ita millies. Apud Horatium vero necessario mihi retinenda videntur, *ingentia facta*, propter quae Romulus, Liber, & Dioscuri inter Deos recepti: & quae facta deinde enumerat, *colere terras*, & *humanum genus*, *bella componere*, &c. quae omnia praesentibus & viventibus plus invidiae attulere, quam gratiae, quare post ea facta in coelum recepti; ut saepe alibi Horatius & Poetae ceteri divinos honores horum Heroum, virtuti & factis adscribunt. vid. lib. III. Od. I. Cicer. II. de Legib. 8. & II. de Natur. Deor. 24. Curt. VIII. 5.

Qui

Et tamen ausus eram: sed detractare videbar,
Quodque nefas, damno viribus esse tuis.
Ad leve rursus opus, juvenilia carmina, veni;
Et falso movi pectus amore meum.
Non equidem vellem: sed me mea fata trahebant,
Inque meas poenas ingeniosus eram.
Hei mihi, quod didici! quod me docuere parentes,
Literaque est oculos ulla morata meos!
Haec tibi me invisum lascivia fecit, ob Artes,
Quas ratus es vetitos sollicitasse toros.
Sed neque me nuptae didicerunt furta magistro:
Quodque parum novit, nemo docere potest.
Sic ego delicias, & mollia carmina feci,
Strinxerit ut nomen fabula nulla meum.
Nec quisquam est adeo medià de plebe maritus,
Ut dubius vitio sit pater ille meo.

Cre-

qui omnes meritis & factis adscribunt, non satis ingentibus, quibus hic locus non est. hic tamen *immania acta* non moverem, nam illa quoque ingentia, incredibilia, admiranda & laudabilia notant. ita IX. Met. 247.

Nam quamquam ipsius datur hoc immanibus actis.

Immanis vero exprimit Graecam vocem ἀνημερον. vid. Torr. ad Horat. I. od. 27. Barth. ad Stat. IV. Theb. 148. Pricae. ad Apulej. Met pag. 7. Eumen. Paneg. pro Scholiis cap. IV. *Ut tanto esset illustrior gloria restitutionis, quanto ipsa moles restitutionis immanior.* sed aptissime omnium Vellej. Paterc. II. 46. *Cum deinde immanes res, vix pluribus voluminibus explicandas, C. Caesar in Gallia egerit.* BURM.

337. *Detractare videbar.*] Recusare, quia ingenium non erat aptum materiae. MERULA. Alias *detractare* legitur, pro imminuere & detrahere aliquid gloriae vel laudi. MICYLL. Septem aut octo veteres, *delirare.* prim. Polit. & Hamburg. & Putean. *derectiare.* an pro *depretiare?* quo verbo Paulus usus leg. 22. D. ad legem Aquiliam. Glossae inditae, *Depretiati, ἀλογευθέντες.* Sed nescio an id saeculi Ovidiani sit verbum. Usus & eo Tertullianus non semel. & Sidon. Apoll. carm XXII.

Perpetuum pictura micat, nec tempore longo
Depretiata suas turpant pigmenta figuras.

nisi illic *deprauadata* sit reponendum, cum *deprecata* sit in pomnullis membranis. duo alii, *detrectare verebar.* unus, *dedecorare.* alius, *decertare.* HEINS. *Detractare* Leidensis & tres alii. vide ad V. Met. 246.

340. *Et falso movi.*] Puto, *fovi.* HEINS. *Falso* Putean. sed *falso amore* est Corinnae, falso nomine dictae. Heinsius etiam *fovi* volebat; sed non opus. IV. Trist. X. 59.

Moverat ingenium totam cantata per urbem
Nomine non vero dicta Corinna mihi.

& mox *cor*, *quod levis causa moveret*, *erat.* Ita *forma movit pectora* VII. Met. 28. Crispinus explicat, quasi ipse non amaverit, sed aliorum amores inceptos scripserit. belle. *ut falso* Berlinian. Ms. BURM.

342. *Inque meas poenas.*] *Inque meos casus* Excerpta Vossii & quatuor libri; ut I. Trist. VII. 19.

Inque meos si non lacrymam demittere casus.

343. *Hei mihi, quod didici? Cur me.*] *Quod didici, quod me docuere* meliores. HEINS. Ita II. Amor. III. I.

Hei mihi, quod dominam nec vir nec femina servas.

multi scripti, *quid didici, quid me?* & mox, *litera cur oculos*, Franco. *litera quidve oculos* Lovan. *discere* vero simpliciter poni vidimus ad Petron. cap. LVIII. vid. & I. Art. 428. BURM.

345. *Haec tibi me invisum lascivia.*] Non procedere mihi sensus videtur, nam nihil praecessit, unde *haec* lascivia dici possit. quare vel legendum, *At tibi*, vel, quod mallem,

Haec tibi me invisum lascivas fecit ob artes.

haec, litera scilicet, me tibi invisum fecit, quia ex studio & Poëtices cultu provenerunt illae artes lascivae, quas tu ratus es adulteria docere, quae tu lege severissima coercuisti. *sollicitasse* plerique scripti & optimae Editiones. *foros* Excerpt. Vossii. perperam. BURM.

348. *Quodque.*] *Quique* Polit. prim. *quaeque* Lovan. *quod minime* Moreti,

350. *Strinxerit ut nomen fabula nulla meum.*] Sub finem hujus libri:

Crede mihi; mores distant à carmine nostri.
Vita verecunda est, Musa jocosa, mihi.
Magnaque pars operum mendax & ficta meorum
Plus sibi permisit compositore suo.
Nec liber indicium est animi, sed honesta voluptas:
Plurima mulcendis auribus apta ferens.
Accius esset atrox; conviva Terentius esset;
Essent pugnaces, qui fera bella canunt.
Denique composui teneros non solus amores:
Composito poenas solus amore dedi.
Quid nisi cum multo Venerem confundere vino,
Praecepit Lyrici Teïa musa senis?
Lesbia quid docuit Sappho, nisi amare puellas?
Tuta tamen Sappho, tutus & ille fuit.
Nec tibi, Battiade, nocuit, quod saepe legenti
Delicias versu fassus es ipse tuas.

Fa-

Non ego mordaci distrinxi carmine quemquam,
Nec meus ullius crimina versus habet.
Candidus à falsis fugisse felle recusi:
Nulla venenatis littera mista joco est.

Lib. IV. Eleg. ultima:

Nec, qui detractas praesentia livor, iniquo
Ullum de nostris dente momordit opus.

Lib. IV. de Ponto Elegia XIV.

Exstat adhuc nemo sanctius ore meo.

Et in libro:

Tempus adime lustris mihi bis jam quinque peractis,
Omnis fuit Musae carmen inerme meae.
Nullaque, quae possis, scriptis tot millibus, exstat,
Lasciva Nasonis sanguinolenta lege.

CIOFAN. *Arguat ut nomen duo. arguit*, vel *lasseris* Junian. *lasserit* tres alii.

351. *Ut dubius vitio.*] Jos. Scalig. legit, *Ut vitio factus sit pater ille meo*; atque *filios vitio* dicit esse spurios, & *facere patrem vitio* de moecho dici. ut Martial. XII. 43. *Huic semper vitio pater fuisti.* BERNH. Sed *dubius pater* vitio, id est culpa, Nasonis factus intelligi debet. *vitium* enim pro culpa passim dicitur. vid. II. Amor. XIV. 10. Martialis etiam locus sensum illum, quem ipsi dat Bersmannus, respuit; non corrupisse se uxores alienas dicit Naso, ut pater non posset securus esse, ex se esse conceptum filium. BURM.

354. *Musa jocosa mea.*] Alii, *mea est. mihi recidimus* vetus liber. superiori etiam versu legatur concinnius, *distant mores à carmine nostri.* HEINS.

355. *Magnaque pars mendax operum est & ficta meorum.*] *Magnaque pars operum mendax & ficta meorum Plus sibi permisit* cum melioribus. HEINS.

358. *Auribus apta refert.*] Prim. Polit. & tres alii, *ferit.* prim. Vatican. & duo praeterea, *feret.* quatuor, *ferens.* quod sequor. superiori etiam versu pro *volumus* reponsui, *voluptas* cum prim. Vatic. & duobus aliis. HEINS. *Apta damus* duo cum prima editione. *dabat* Moreti. *acta refert* quatuor cum Bernens. *acta ferunt* alius. *acta feres* prim. Polit. *voluptas* vero recte; ut etiam Caecilius apud Minutium Felicem. cap. XII. vocat ludos scenicos, *honestas voluptates*; ubi vide comment. BURM.

359. *Conviva.*] *Operumque Terentius esset* Francof. quod quid sit nescio. sed tu vide ad Petron. cap. XXXIII.

360. *Essent pugnaces.*] *Pugnantes* Putean. alt. *atroces* Moreti.

361. *Teneros.*] *Dumos* Lovan. & mox idem cum alio, *poenas tuli.*

363. *Quid nisi cum multo Venerem confundere vino Praecepit Lyrici Teia Musa senis.*] Unde lib. III. De Arte, Anacreonta ipsum vocat vinosum:

Sit quoque vinosi Teïa Musa senis.

Valerius & Plinius tradunt Anacreonta acino uvae passae suffocatum, quinque & octoginta annos natum. CIOFAN. *Venerem perfundere* Ms. Bersm. post hoc distichon in Puteaneo & nonnullis aliis legebatur in margine adscriptum,

Alcaeus ingentes monuit praeceptor amores,
Alcaeus ipse tamen transiit in urbes sua.

Quae Heinsius credit ex Ciceron. IV. Tusc. 33. à sciolo quodam repetita, ubi Alcaeus de Juvenum amoribus scripsisse dicitur, & Anacreonti jungitur, & veteres lyricos non nisi amatoria scripsisse dicit Pindarus II. Isthm. initio. ubi Schol. Alcaeum, Ibycum & Anacreonta conjungit, qui cum rogaretur, cur non Hymnos in Deos potius, quam pueros scriberet, respondit, οὔτοι ἡμῖν βέσι εἶσι. quare & in hoc spurio versu pro *Alcaeus* forte, *Ibycus*, legi deberet. & versu secundo *mansit in urbe sua.* ceterum ipsum Anacreonta fuisse sobrium & temperantem, cum laudes vini & ebrietatis caneret, docet Athenaeus X. 7. BURM.

367. *Battiade.*] *Bacchiade* Bernens.

370. *Et solet hic.*] Malo, *haec.* fabula videlicet. HEINS. Non meminerat vir Illustris eorum, quae notaverat ad Ep. XV. 41. *hic* est Menander, qui solebat legi. nihil ergo muta contra libros & consuetudinem loquendi. vide de hoc loco etiam Gronov. Diatr. Statian. cap. XXIX. Praeterea ex hoc loco discimus, virgines etiam Romanas liberalibus artibus & disciplinis excultas, & scholas & ludos literarios frequentasse, secus, ut apud Graecos. de quo vide Casaub. & Menag. ad Diogen. Laërt. I. 91. & ita Poëtarum lectionem Puellis commendat Noster lib. III. Art. 329. & *segq.* & *doctas* fuisse Romae, & quae volebant esse lib. II. 281. dicit. male vero Menagius de Puellis capit nostri praeceptum lib. II. Art. 121. ubi Juvenes instruit. BURM.

371. *Ilias ipsa quid est, nisi turpis adultera.*] Famosa Helena. *Turpis* enim hoc quidem loco ad mores, non ad faciem refertur. In Epistola Oenones ad Paridem de ipsa Helena:

Haerebat gremio turpis amica tuo.

Et in Epist. ad Protesilaum:

Quid petitur tanto, nisi turpis adultera, bello?

Verum hic versus aliter legitur in aliis lib. *Ilias ipsa quid est aliud nisi adultera.* idque fortasse rectius. CIOFAN. *Nisi turpis adultera* cum primis editionibus, Epist. Laodamiae,

Quid petitur tanto, nisi turpis adultera, bello?

HEINS.

372. *Amatorem.*] Paridem. *Amator fingere potest: Amans vere amat.* Donatus. CIOFAN.

373. *Quid prius est illic flamma Chryseïdos, aut qui.*] Ms. *illi.* adverbialiter, sicut apud Maron. *illi mea tristia facta, Degeneremque Neoptolemum* &c. BERSMAN. Lege, *utque* cum melioribus, *illi* etiam pro *illic* in iisdem. HEINS. *Atque* tres libri.

374. *Iratos rapta.*] *Lapsa* unus. *bella movere duces* Junian. *rapta Puella vires* Bern. Heinsius olim maluerat, *iratum ducem*, ut ad Achillem & initium Iliados respexerit Naso. sed plurali saepe utuntur Poëtae pro singulari. BURM.

376. *Petita viris.*] Imo, *proci.* quod priscae editiones & multi ex scriptis agnoscunt. vide Notas ad II. Epist. Sabini. HEINS. *Sola petita* unus Heinsii.

377. *Quid nisi Maeonides.*] Aut legendum est, *Quid? non Maeonides.* ut in Amor. II. IX. 7.

Quid? non Haemonius quam cuspide parcitit heros,
Confossam medica postmodo jussit ope.

& mox, *Quid? non Tantalides* &c. aut, *Quis nisi.* quod posterius quinque scripti agnoscunt. HEINS. Sed ad lib. II. Art. 368. Heinsius volunt legi, *Quid nisi*, mox etiam 385. quidam codices, *Quid nisi Tantalides*; & alii, *Quis nisi*, ut edidit Mycillus.

378. *Pressa.*] *Pressa* Putean. Lovan. & recentiores alii cum prima edit. *nudo* unus. *juncta* duo.

381. *Omne genus scripti gravitate Tragoedia vincit.*

Fabula jucundi nulla est sine amore Menandri:
Et solet hic pueris virginibusque legi.
Ilias ipsa quid est, nisi turpis adultera, de quâ
Inter amatorem pugna virumque fuit?
Quid prius est illi flammâ Chryseïdos? utque
Fecerit iratos rapta puella duces?
Aut quid Odyssea est, nisi femina, propter amorem,
Dum vir abest, multis una petita procis?
Quis nisi Maeonides Venerem Martemque ligatos
Narrat, in obscaeno corpora prensa toro?
Unde, nisi indicio magni sciremus Homeri,
Hospitis igne duas incaluisse Deas?
Omne genus scripti gravitate Tragoedia vincit:
Haec quoque materiam semper amoris habet.
Nam quid in Hippolyto, nisi caecae flamma novercae?
Nobilis est Canacé fratris amore sui.

Quid?

Quid? non Tantalides, agitante Cupidine currus,
Pifaeam Phrygiis vexit eburnus equis?
Tingeret ut ferrum natorum sanguine mater,
Concitus à laeso fecit amore dolor.
Fecit amor subitas volucres, cum pellice regem,
Quaeque suum luget nunc quoque mater Ityn.
Si non Æropen frater sceleratus amasset;
Averfos Solis non legeremus equos.

Im-

eit. Hinc colligi licet quam arduum difficileque sit Tragoediam scribere CIOFAN.

383. *Nam quid in Hippolyto.*] Enumerat Tragoedias omnes, à priscis illis auctoribus scriptas; in quibus amores comuni odio dedit. CIOF. Enumerat pene omnia fere Tragoediarum argumenta, quae vel Graeci, vel Latini Poëtae arripuerunt. Nos, quantum potuimus, breviter ex Poëtarum veterum reliquiis ea illustrare conabimur, profecti inde, magno nobis adjumento fuisse diligentiam virorum doctorum, & in primis Meursii & Fabricii in Bibliotheca Graeca. *Hippolytum* inter Graecos scripsere Sophocles, sed quae periit, & Euripides, cujus extat, & quae etiam *Phaedrae* titulo laudatur, (ut docet Fabricius in Biblioth. Graec. lib. II. cap. 25.) ut idem Senecae *Hippolytus* in codice Medico, *Phaedra* inscribitur, teste Heinsio. Lycophronem etiam & Sopatrum scripsisse Tragoediam hoc nomine Delius ad Senecam tradit. Sopatri laudat Athen. lib. III. Lycophronis Suidas in ejus vita. *pro castae forsan habent* Excerpt. Vossii Glyph. *forsan vel forsan* Scrim. Var. Lect. BURM.

384. *Causa.*] Huc pertinuisse Euripidis *Aolus* videtur; cujus frequens mentio. & *Causcem parricidam* tabulis Neronem scribit Sueton. cap. 21, quae cujus fuerit tabulis nescio? notandum vero *nobilem* hic pro famoso dici, ut Donatus ad Ter. Heaut. V. II. 31. *nobiles* proprie dici gladiatores & meretrices. & ita Hispalam *nobile scortum* vocat Livius XXXIX. 9. ut & suam meretricem Clitipho apud Terent. Heaut. II. 1. & Phryaen Val. Max. IV. 3. & Pyr. & Laïda Lactant. II. 15. & ita alii. *praeter amare fuisse* videbat Francius. BURM.

385. *Tantalides.*] Inter Sophoclis tragoedias periit *Hippodamia* & *Oenomaus* citantur, quae forte una eademque, & hoc spectare videtur. Euripidis etiam *Oenomaus* a Fabricio non omittitur. apud Suidam Diogenes Tranicus dicitur cognominatus fuisse *Oenomaus*, quod infoelicium multi accidit, cum reliqui id cognomen ignorent, & forte Suidam in fraudem inducerit tragoedia *Oenomaus*, quam ille Diogeni scripsit, & quam laudatam legerimus, credidit cognomen fuisse Diogenis. inter Latinos *Accius Oenomaum* scripsit, cujus fragmenta paulum Nonius servavit. BURM.

Per. Curru] Ibunari.] Triumphalis currus ex Ovid. Tristium: I. 8.

At te victrices lauros, Messalla, gerentem
Portabat niveis currus eburnus equis.

Significat autem hoc loco *Agamemnonem* Tragoediam, quam apud Latinos scripserat Attius. CIOFAN.

386. *Pisaeam.*] *Pisidiam* Polit. & duo alii. *Pofidiam* unus. *Pisidiam* Palat. *Pisidam* Servii.

387. *Tingeret ut ferrum &c.*] *Medeam* Tragoediam intelligit, quam scripserunt idem Attius, Ennius, Varro, & ipse Ovidius: quas desideramus omnes, ut & alias, quarum hic mentio est. CIOF. *Medeam* quis non Tragicorum scripsit? de Æschyli Medea dubitat Fabricius. nec video a Stanleio inter fragmenta memoratam. Euripidis exstat, quam Ennium Latine fere expressisse constat; quamquam illam non Euripidis quidam, sed Neophronis Sicyonii crediderunt. vid. Diog. Laërt. lib. II. Sect. 134. sed esse neutrius, verum alterius Euripidis junioris magno conatu probare nititur Sam. Petit. VI. Miscel. 15. Carcinus quoque Medeam fecit & Dicaeogenes, & Demologus, sive Dinolochus, & Diogenes & alii. de Ennii Medea, vide Column. ad Enn. pag. 194. ubi & de duplici Medea Graeca ab utroque Euripide scripta agit, & alios Poëtas recenser, qui hoc titulo Tragoediam scripsere, inter quos Dionysium sive Oenomaum, pro Diogene, de quo nos modo egimus, enumerat. Inter Latinos praeter Ennium, scripsere Pacuvius, Attius, M. Varro. & Ovidius: nam qui post nostri Nasonis tempora scripserunt, ut Seneca, ab Ovidio innui non potuerunt. extat & versibus Virgilianis consutum fragmentum, sub nomine Hosidii Getae, de quo nos ad Quintil. lib. XIII. cap. 5. & X. 1. an Lucanus etiam Medeam inchoaverit, vid. Barth. ad Stat. II. Silv. 7. Maternus etiam apud Auctorem Dialogi de Orator. cap. 3. BURM.

387. *Natorum sanguine.*] Duos filios ex Jasone fuscepit Medea, quos postea ab illo contempta, & Creusa, Corinthiorum regis filia, ducta uxore, trucidavit: libro VII. Metamorphoseos:

——— *utroque*
Sanguine natorum perfunditur impius enfis.

In Epist. Hypsipyles de Medea:

Utque ego defectae conjux, materque duorum,
A totidem natis orba sit, atque viro.

Et

Impia nec tragicos tetigisset Scylla cothurnos,
Ni patrium crinem defecuisset amor.
Qui legis Electran, & egentem mentis Oresten,
Ægysthi crimen Tyndaridosque legis.
Nam quid de tetrico referam domitore Chimaerae,
Quem leto fallax hospita pene dedit?
Quid loquor Hermionen? quid te, Schoeneïa virgo?
Teque, Mycenaeo Phoebas amata duci?

Quid

Et in Epistola ipsius Medeae:

Per superos oro, per avitae lumina flammae,
Per meritum, & natos, pignora nostra, duos.

Pessime est in vulgatis *tuos*. Apollodorus extremo lib. I. Τεύς τε, ait, παῖδας, οὓς εἶχεν ἐξ Ἰάσονος Μήδειον, καὶ Θέρητα, ἀπέκτεινε. Quos praeterea ex Jasone filios susceperat, Mermerum & Pheretem trucidavit. Ælianus vero non Medeam filios, sed Corinthios interfecisse: Euripidemque, qui eorum precibus, ut id confingeret, adductus est, hujus fabulae auctorem fuisse scribit sub finem lib. V. De Var. Historia. Hyginus cap. XXV. *Medea Aetae & Idyae filia cum ex Jasone jam filios Mermerum & Feretum procreasset, summaque concordia viverent, objiciebatur ei, hominem tam fortem ac formosum, nobilem, uxorem advenam, atque venefican habere. Huic Creon Menoeci filius, rex Corinthius filiam suam Creusam dedit uxorem. Medea cum vidit se erga Jasonem benemerentem, tanta contumelia esse affectam, coronam exuvii fecit auream, eamque munera jussit filios suos novercae dare. Creusa munere accepto, cum Jasone & Creonte conflagravit. Medea ubi regiam ardere vidit, natos suos ex Jasone Mermerum & Feretum interfecit, & profugit Corintho.* Vide & Pausaniam in Corinthiacis. CIOFAN.

389. *Fecit amor subitas volucres &c.*] *Tereus* Tragoedia significatur: quam scripsit Attius. CIOF. Hujus argumenti fuere *Tereus* Sophoclis & Euripidis, & Carcini. *cum conjuge* Bernensi. *volucres subita cum pellice* Lovan. BURM.

391. *Si non Æropen.*] Scripti plerique, *Europen* etiam ex editis plurimi. sed legendum, *Æropen*. Euripide Oreste, λέκτρα Κρήσσας Ἀερόπας δαΐζει. Sic & Apollodorus. apud Dictyn etiam Cretensem operis initio cattigandum, *Menelaus Æropa & Pleisthene genitus*. Corruptus & in hac voce Scholiastes Statii ad lib. IV. 306. HEINS. Ærope Uxor Atrei. hujus argumenti sunt, gemina *Thyestes* Sophoclis, quarum una *Thyestes Sicyonius*, altera simpliciter *Thyestes* dicitur: ejus cuam *Atreus* vel *Mycenae* huc spectare videtur. nec non Euripidis *Atreus* & *Cressae*. nam hanc huc spectare apparet ex Scholiaste Aristoph. ad Vespas. vs. 760. Ἐν Κρήσσαις Εὐριπίδου ὁ Ἀτρεὺς πρὸς τὴν Ἀερόπην καινὰ ταῦτα. vid. & Scholiastem eundem ad Acharn. 432. & praeterea Aeropen Cressam fuisse Nostri lib. I. Art. am. 327. docet:

Cressa Thyestio si se abstinuisset amore.

& Lycophr. ad Cassandr. vs. 149. dicit Aeropen fuisse filiam Catrei (rectius Cretheï) Cretensis, unde Menelaus Semi-Cres, ἡμίκρης dictus. vid. & Schol. Sophocl. ad Ajac. 1300. ubi *Cressae* Euripidis citantur. qui locus Meursium, Fabricium & Barnesium fugit. vide Egregie de Cressis Euripidis Bentl. in Epistol. ad Mill. pag. 23. & inde causa apparet, cur Cretam abierit Menelaus, cum Paris ejus uxorem raperet. meminerunt & Hesychius & Athenaeus *Cressarum* Æschyl. & Ennium *Cressas* dedisse patet ex Nonio in *fretum*. vid. Columnam ad Enn. pag. 286. *Thyestes* etiam Apollodori Tarsensis Cleophontis Athenaensis; ut & Chaeremonis & Diogenis & Carcini laudatur. Inter Latinos Sempronii Gracchi *Thyestes* a Prisciano laudatur, etiam Pomponius secundus, & Mamercus Scaurus, teste Dione, *Thyestem* scripserunt. & Maternus. vid. Dialog. de Orat. cap. III. sed hi post Ovidium. BURM.

393. *Scylla.*] Hujus argumenti nullam invenio inter enumeratos a Meursio & Fabricio, qui recte Aristotelem de Poët. cap. XV. λέγων Ὀδυσσέως ἐν τῇ Σκύλλῃ explicat lamentationem Alexis in loco, qui Scylla vocatur, non in Tragoedia Scylla dicta. quid enim Ulixi cum Scylla? pro *cothurnos* Moreti habebat, *libellos*, & *deposuisset* Lenient. BURM.

395. *Electran.*] Habemus Sophoclis & Euripidis hoc titulo Tragoedias. Sophoclis Latine, sed male vertisse Atilium constat ex Cicer. lib. I. de Finibus. cap. 2. Quintum Ciceronem, Marci fratrem, etiam scripsisse *Electran* (forte versum ex Euripide) idem Cicero ad Q. Fratr. lib. III. Ep. 6. nos docet. BURM.

395. *Orestan.*] Nemo magis, ut Virgilius dicit, lib. IV. Aeneid. 471. *agitatus fuit*. nam cum spectant *Eumenides* Æschyli, & *Choephori*, imo & ejus *Agamemnas* & *Proteus Satyricus*, quibus quatuor vicisse Æschylum dicitur in argumento Agamemnonis, & quae quatuor tragoediae affinis argumenti *Tetralogiam* conficiebant, quae vocabatur *Oresteia*, de qua & alius Tetralogus vide egregie Casaubonum ad Athen. VIII. 14. & X. 7. & de Satyrica Poësi pag. 163. & ad Laert. III. 6. & Petit.

Quid Danaën, Danaësque nurum, matremque Lyaei?
Haemonaque, & noctes cui coiere duae?
Quid Generum Peliae? quid Thesea? quidve Pelasgum,
Iliacam tetigit qui rate primus humum?

Huc

Periz. ad Ælian. II. Var. 8. & 30. *Oresten* etiam scripsit Euripides, & Theodectes. Inter Latinos Ennius, Naevius, Pacuvius & Attius (quamquam de hoc dubium est.) *Dulorestis* nomine scripserunt. huc & pertinere videtur *Erigone* Attii. nam Erigone Clytemnestrae & Ægysthi filia, quam Orestes conatus est occidere. & huc refer ejusdem Attii *Agamemnonidas*. *Oresten Matricidam* cantavit etiam Nero Sueton. cap. 21. *Eumenides* etiam Ennii ex Æschylo versi sunt. v. Column. ad Enn. pag. 250. Caeterum hic quidam codices legunt, *nec egentem*, *vel egentem* ut Junian. & septem alii habent. Burm.

396. *Ægysthi crimen Tyndaridasque.*] *Ægysthus* Tragoedia a Livio Andronico scripta. Ciofan. Ægysthum & Clytemnestram scripsit Sophocles Graece, & Latine Attius. Livii etiam Andronici Ægisthus passim a Nonio citatur. Burm.

397. *Nam quid de Tetrico.*] De Bellerophonte & Chimera Apollodorus lib. II. & ipse lib. IX. Metam. Ciofan. *Bellerophontes* Euripidis passim a veteribus laudatur, ut & *Stenoboea*, quae an diversa fuerit, haud definio, Theodectes etiam *Bellerophontem* scripsit, ut & Astydamas. *Quid tibi de tetrico* Putean. Bern. & sex libri. *tetricae* unus. Burm.

399. *Quid loquar Hermionem?*] *Hermiona* Tragoedia scripta est ab eodem Livio, & Pacuvio. Cior. *Hermionen* Sophoclis laudat Eustath. ad initium Odyss. Δ. Livius etiam Andronicus & Pacuvius scripserunt hoc argumento fabulam. Burm.

399. *Quid te Schoeneia virgo?*] *Cenein* legendum est, Atalantam enim intelligit, Cenei regis Scyri insulae filiam, cujus fabulam habes apud Ovid. x. Met. Diodorus tamen non *Ceneum*, sed *Schoeneum* illam appellat, à quo *Schoeneiam* quidam virginem, non *Ceneiam* malunt appellare. Merula. *Schoeneia* legendum, per *Sch*, ita enim apud Graecos passim scribitur. ut in Commentariis Theocriti & Apollonii, & apud Pausaniam in Arcadicis, qui & urbem Schoenuntem, à Schoeneo Atalantes patre appellatam dicit. De Ceneo autem Scyri rege, nihil alibi traditur, quod quidem ego viderim. Micyll. *Atalanta* Tragoedia ab eodem Pacuvio tractata est. De Atalanta hic Noster in Metamorph. & Apollodorus lib. III. Bibliothecae. Cior. *Atalantam* olim Æschylus scripsit, & Antiphon, an vero Ἀταλάνται Epicharmi huc spectent nescio. & cum *Atalanta* etiam *Menalippe* vocaretur, huc pertinere possit Sophoclis *Menalippe*, nisi illa alio spectet; ut *Menalippa* Euripidis, quam Ennius expressit, de qua vide Column. ad Enn. pag. 279. qui tamen male negat Sophoclem hujus nominis fabulam dedisse, quam laudat Scholiast. Aristoph. ad Ranas. ℣. 100. certius huc referri potest *Meleager* Sophoclis & Euripidis, quam & inter Latinos Attius docuit. Antiphontis Rhamnusii etiam *Meleager* laudatur. *Atalantam* Sempronii Gracchi laudat Priscianus lib. VI. *Cepheia virgo* unus, ut *Andromeda* intelligatur. sed de illa mox agetur. Burm.

400. *Phoebas amata.*] *Cassandram* innuit, quo pertinet *Agamemnon* Æschyli. an & Ionis Chii nescio, & *Alexandra* & *Cassandra* Sophoclis, & *Alexandra* Euripidis laudantur, sed de Euripidis dubium est, an *Alexander* debeat inscribi, & ad Paridem referri. vide Barnesium ad Argumentum Alexandrae. & itidem incertum de Ennii *Alexandro*, sive *Alexandra*, facit titulus a Scriverio illi praepositus. sed *Alexandrum* vocandum patet ex fragmento apud Varron. lib. VI. de L. L. pag. 78. *Quapropter Parin pastores nunc Alexandrum vocant*, neque illic de amoribus Cassandrae & Agamemnonis actum. Burm.

401. *Quid Danaën.*] Hanc Tragaediam scripsit Naevius. Ciofan. *Danaë* Æschyli, Sophoclis & Euripidis passim citatur a veteribus. quamquam Æschyli titulus dubius est, & *Danaides* ab aliis vocetur. cui argumento similes sunt ejus *Supplices*. huc quoque forte pertinet *Acrisius* Sophoclis. *Danaën* Naevii quoque Laudant Latini Grammatici. male vero hic quidam codices *Danaum* exhibent. Burm.

401. *Danaësque nurum.*] Ita legendum existimo, ut de Andromeda intelligatur: potius quam, *Danaumque nurus.* Quas enim nurus Danai intelligamus, cum Danaus generos tantum ex filiabus suis habuerit, non nurus? De Andromeda autem eo potissimum meminisse videtur Poëta, quod ea causa extiterit ejus tumultus & cladis, qua Cephenes interierunt a Perseo in nuptiis Andromedae occisi partim, partim in saxa conversi: quam fabulam idem Ovidius describit in quinto Metamorphoseon. Micyll. *Danaique nurus.* Filiae Danai in Tragoediis notae, nullae notae Danai nurus. Quare repone cum primis editionibus & scriptorum multis, *Danaesque nurum.* Andromeda Persei uxor, & proinde *Danaes nurus.* Heins. Gronov. Diatr. Stat. cap. 43. legit, *Danaasque nurus.* Bersm. Ms. *quid damnem Danaësque nurus.* *Andromedae* titulo ediderant fabulam Sophocles & Euripides; & hujus in summo olim pretio fuisse docet Lucianus in libello quomodo Historia sit scribenda; in initio de Abderitis narrans, illos, morbo quodam insolito laborantes, Andromedan, quem Archelaus egerat, cantasse. Phrynichi quoque *Andromeda*

Huc Iöle, Pyrrhique parens; Huc Herculis uxor,
Huc accedat Hylas, Iliadesque puer.
Tempore deficiar, tragicos si persequar ignes;
Vixque meus capiat nomina nuda liber.

Est

meda laudatur. Inter Latinos Livius Andronicus, & Ennius & Attius docuerunt. Burm.

401. *Matremque Lyaei.*] *Semelen* dedit Æschylus, Diogenes Oenomaus, & Carcinus. huc forte & spectant Æschyli Διονύσου τροφοί. Spintharus quoque *Semelen* fulmine percussam scripsisse traditur. Burm.

402. *Haemoniaque, & noctes &c.*] Nihil difficultatis aut vitii versus habet, si legas, *Haemonaque & noctes, &c.* quo pacto in Aldinis habetur. Nam conjunctio *vel*, si interponatur, versum magis contaminat, quam emendat. *Et* pro expositum particula *seu*, non *vel*, ponenda erat. Ego aut Poëtam de utraque fabula dicere voluisse puto, Haemonis sc. & Alcmenes. nisi quod contra vulgarem traditionem, duas noctes pro tribus in unam coiisse dicit. quod tamen & ipsum certo aliquo autore fecisse videtur. Micyll. Quidam codices, *Alcmaenam & noctes.* quae lectio perperam suos approbatores invenit. Politianus ex vestigiis antiqui codicis, in quo *Hermonam*, refingit *Harmoniam*, frustra. Vulgata scriptura bene se habet, cujus argumenti extat etiamnum Sophoclis *Antigone.* Propert. lib. II. 8.

Quid? non Antigones tumulo Boeotius Haemon
Corruit, ipso suo saucius ense latus.

noster in Ibide:

Nec tibi, si quid amas, felicius Haemone cedat.

Heins. *Antigone* etiam Euripidis laudatur. & inter Latinos Attii. *Æmonaque* Bersmanni Mss. qui reposuit, *Alcmenam. Almenam* habent multi. Burm.

402. *Et noctes quae coiere duas.*] Amphitruonem Tragoediam persecutus est Attius. Ciofan. Legendum, *noctes cui coiere duae*, Alcmenae & Jovis amores innuit, quanquam alii tres noctes coisse contendant. unde Hercules Lycophroni τριέσπερος λέων dicitur. Heins. *Amphitruonem* Æschylum scripsisse Meursius in Bibliotheca Graeca refert, sed Fabricius refert ad Alexandrinum Æschylum. an autem huc pertineat nescio, ut nec, an duae hoc titulo Sophoclis. sed potius huc refero *Alcmenen* Æschyli & Euripidis, & Jonis Chii, & Astydamantis. Burm.

403. *Quid generum Peliae.*] *Admetum*, cujus Socerum Peliam quoque vocat in Ibin. ℣. 442.

Ut vetus Admeti decipiare socer.

huc spectat *Alcestis* Euripidis Graeca, & Naevii & Attii Latina. Latine etiam vertit Buchananus. Burm.

403. *Quid Thesea.*] *Theseus* Sophoclis & Euripidis laudatur, in qua Ariadnes & Thesei amores argumentum praebuisse verosimile. Achaei quoque & Cleophontis *Theseus* citatur a veteribus. Burm.

403. *Quidve Pelasgum Iliacam tetigit qui rate primus humum?*] Tragoediam Protesilaum persecutus est idem Naevius. Cior. *Protesilaus* Euripidis olim extitit. Inter Latinos scripserunt Livius Andronicus & Naevius, titulo, ut Scriverius vult, *Protesilaodamiae.* ita duas Livii, *Laodamiam* & *Protesilaum* in unum contrahens. Burm.

404. *Qui rate.*] *Pede* nonnulli. ut v. Trist. El. leg. ult.

Ut vivat fama conjux Phylaceia, cujus
Iliacam celeri vir pede pressit humum.

Heins.

405. *Huc Iöle.*] Vetus liber Politiani, *Acciona.* unde ille *Alcyone* conjectabat legendum. sed cum Sophoclis *Trachiniae* extent, & *Hercules Oetaeus* sive Senecae, sive alterius, quod opinor, ab hoc argumento non sint alienae, nil temere mutem. Heins.

405. *Pyrrhique parens?*] *Achilles* Tragoedia ab Attio, Ennio, & Livio scripta est. Ciofan. Deidamiae & Achillis amores intelligit, quos Sophocles & Euripides complexi sunt in Tragoediis, quarum titulus erat Σκύριοι. *Scyrias* enim Deidamia erat, ut vocatur I. Art. Amand. 682. *Achillis* vero nomine fabulam dedere Carcinus, Cleophon, Chaeremon, Aristarchus Tegeates, Diogenes & Iophon Sophoclis filius. Latinos Ciofanus memoravit: an Achillis ἐραστής Sophoclis huc referri debeant nescio, cum ibi impudicitia ejus videatur argumentum praebuisse, de quo mox. *Priamique parens* Leidens. Burm.

405. *Herculis uxor.*] *Deianira*, quo pertinent *Trachiniae* Sophoclis, ex quibus *Hercules Oetaeus* Latinus expressus. Attius quoque *Trachinias* vertisse traditur. Burm.

406. *Hylas Iliadesque puer.*] *Hylae* titulo Tragoedias nullas repperi. sed *Ganymedem* Alcaei memorant veteres. Atyn etiam intelligi posse censebat Merula, sed Micyllus recte de Ganymede explicabat. *Iliacusque* multi scripti, & quidam editi. Burm.

407. *Tempore deficiar.*] M. Tullius, Sallustius, alii dicunt: *tempus me deficiet.* Ciofan. In multis, *Deficiam.* Unde Heinsius conjiciebat, *tempora deficiant*, & mox, *capiat*, ut duo veteres habebant. in Gottorp. erat, *tempore destituar.* sed vid. Epist. v. 150. & Cicero & alii passim dicunt *deficere*, quando illa deest. *prosequar* etiam tres. *persequar omnes* Bernens. Burm.

408. *Capiat.*] *Capiat* rectius duo veteres. Heins. *Nomina sola.* Bernens.

409. Est

Fit & in obscaenos deflexa Tragoedia risus,
Multaque praeteriti verba pudoris habet.
Nec nocet auctori, mollem qui fecit Achillem,
Infregisse suis fortia facta modis.
Junxit Aristides Milesia crimina secum:
Pulsus Aristides nec tamen urbe suâ.

Nec,

Fit & in obscaenos deflexa.] *Defleta* vel *conversa* Leidens. *commixta* Pulm. *devexa* alius. *commissa* pr. Varie intelligunatur Tragoediae Satyricae, ut Faber. 1. Ep. 3. censet, quales veteres Poëtae plurimas scripserunt; quarum recensum agit Casaubonus lib. 1. de Satyr. Poëfi cap. v. una hodie exstat Cyclops Euripidis, quam illustrat idem vir summus cap. VI. Burm.

Multaque praeteriti verba pudoris habet.] Multa habet in quibus pudor est praeteritus, à quibus absit verecundia. ut mox infra loco in vulgatis mendoso,

——— *apud aures*
Rebus abest omnis nominibusque pudor.

Simili modo locutus est Noster Amor. lib. III. Eleg. 1. V. 22.

Dum tua praeterita furta pudere refert.

Quare non possum accedere Tanaquillo Fabro in Epistolis lib. 1. Epist. 3. reponenti, *praetexit pudori*. Nec felicius illi conjectura succesit in altero Nasonis loco lib. 1. Artis Amatoriae, ubi pro *Praeteritum tulerit, reddiderique nihil*, reponi vult, *Nam presium tulerit, reddiderique nihil*, cum vulgata scriptura nihil sit acutius ac elegantius. Heins. Nihil mutandum hic, apparet ex lectione diversa antiqui codicis, qui *neglecti pudoris* habet, cum glossa *τοῦ praeteriti*. male Merula ad tempus praeteritum refert, quo aliquid obscoenum quis gesserit. *praepositi unus. habent* Bernens. Burm.

411. *Nec nocet auctori.*] Nec nocet Homero. Merula. Vide num magis de alio quopiam intelligendum sit poëta, qui Achillis amores descripsit Elegeo, aut simili aliquo carmine. Micyll. Varie censetur est hic locus a viris eruditis, sed intelligendum videtur de Sotade, cujus libas ab Hephaestionis Scholiaste exstat. *Sotadium* enim carmen, ut ex Grammaticis, tam Graecis, quam Latinis illicitum, valde enervatum erat, quibus numeris & Ennius nonnulla conscripserat, ut Scaliger ad Varronem contendit. ipse Sotades impurus fuisse, quare Cynaedus a Martiali vocatur. & Homeri versus in *meretrum Sotadicum* redegisse dicit Scholiastes Hephaestionis pag. 10. ed. & Suidam & Quintil. lib. 1. cap. 8. Heins. Valde probabilis Pinnii conjectura de Sotade, quamquam ille scruposus nobis videtur, cur magis Achillem mollem fecerit Sotades, quam alios Heroas in Ilade Homerus memoratos, quare ego potius puto cum Micyllo elegiographum quendam intelligi: nam Elegiacum carmen saepe ab Ovidio & aliis *molle* dicitur, & debilitare & enervare, & ut hic vocat *infringere*, modis suis facta. vid. lib. 1. Amor. Eleg. 1. Si nobis Sophocles ἠθέων Achillis superessent, forte inde mollities ejus Heroïs innotesceret. sed haec omnia obscura in medio relinquimus, forte mollitiem Achillis indicat Statua ejus apud Sigeum posita, quae in ima auris parte clenchum more femineo habebat, teste Servio ex Ms. Fuldensi ad Virg. 1. Aeneid. V. 34. Ceterum a Sotade *Sotades* carmina dicta, de quibus ad Quintil. lib. 1. Just. 8. egimus. sed hac occasione Martialis locum lib. 11. cap. 86. ab Heinsio indicatum praeterire non possum, ut simul elegantius legi possit:

Quod nec carmine glorior supino,
Nec retro lego Sotaden Cinaedum.

quae lectio nata est a scribis, qui versus Sotadeos retrogrados dictos sciebant. sed in uno Vossii codice repperi:

Nec lectum lego Sotaden Cinaedum.

egregie, bis enim legebantur illa carmina, primum suo ordine a principio ad finem, deinde a fine regrediebantur ad principium, & diversus tunc a priore sensus oriebatur. Burm.

413. *Pulsus Aristides.*] Aristides Milesius poëta fuit, qui Milesiaca, poëma de rebus impudicis, scripsit, cujus Plutarch. in Crasso, & Lucianus in Amoribus meminerunt. & annotavit de eodem Ang. Politianus Miscellan. 16. Micyll. Milesiacorum Aristidae, scripti spurcissimi, praeter Plutarchum in Crasso meminit in Parthicis Appianus; etiam Arrianus in Epicteti lib. IV. cap. 9. (etsi dissimulato operis nomine) & Harpocration in Δεμοσθ.; qui textum Aristidae Milesiorum librum citat. meminit ejus & Lucianus ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς. haec Milesiaca una cum seria historia, quae passim ab antiquis laudatur, Aristides videtur edidisse. Tanaq. Faber in Epistolis legit lib. 1. Ep. 3. *Finxit*, vel *Pavxit Milesia crimina chartis*. quibus conjecturis non possum subscribere. sunt enim audacissimae. potuit certe minori negotio refingi commode,

Lusit Aristides Milesia carmine sordo.

nam *carmina* scriptum exstat in quatuor aut quinque codicibus exaratis, & in pluribus nonnullis editionibus, in Basilianis membranis.

Jun-

Nec qui descripsit corrumpi femina matrum,
Eubius, impurae conditor historiae.
Nec qui composuit nuper Sybaritida, fugit:
Nec quae concubitus non tacuere suos.
Suntque ea doctorum monumentis mixta virorum,
Muneribusque Ducum publica facta patent.

Ne-

Junxit Aristides Milesia carmina secum.

Beroaldus in Commentario in Apuleji Metamorphosin poëtam dici Aristiden a Marciano Capella affirmat, adducto hoc loco. *diversitatis delicias Milesias Aristidis poëta Graecus composuit*. Sed nihil tale apud Marcianum exstat. Imposuit Beroaldo memoria, dum illum Marciani locum cogitat initio libri II. *Nam certe mythos Poëticae etiam diversitatis delicias Milesias, historiasque mortalium, postquam supera conscenderit, se amissuram formidabat.* Lucianus non satis aperte indicat, profane oratione an versu fuerint scripta Aristidae Milesia: Πάνυ δέ μοι δοκῶ τὸν ὄρθρον ἢ τῶν ἀγγελλόντων τὸν λόγον αἰμύλην καὶ γλυκεῖαν πειθὼ παρεῖφρανεν ὡς ἁλίσκου δεῖν, Ἀριστείδης ἡδύλογον εἶναι, τὰς Μιλησιακὰς λόγους ὑπερκαλούμενος. ubi λόγοι pro fabellis videntur poni, quomodo λόγοι Αἰσώπειοι, passim apud Graecos. Sed nec Plutarchus satis exprimit quo scriptionis genere libelli illi fuerint conscripti, ubi de Crassi clade agit. sed a Parthis victoribus hos libros in impedimentis Rutilii fuisse inventos, & à Surena Orodis duce Senatui Seleucienium exhibitos, cui luculentum praebuissent argumentum Romanis insultandi atque illudendi, quod ne inter arma quidem sibi temperare possent a legendis hujusmodi impudicis ac obscaenis libellis. Locus est insignis, quem totum ne mutatis quidem verbis Appianus Parthicis suis inserit. uterque ἐκόλαζε βιβλία τῶν Ἀριστείδου Μιλησιακῶν, & Μιλησίων ἐκλαφύσματα vocant. quomodo Naso *Milesia crimina* hoc loco, & alibi libellos amatorios a se conscriptos pari nomine *crimina* non uno loco appellat. Ceterum Aristiden Historicum, quod Plutarchus in Parallelis minoribus Milesium frequenter appellat, ut distinguat ab aliis ejusdem nominis scriptoribus, non patriae ejus id dari opinor, sed scripti ludicri argumento, quo potissimum celebratur. Neque enim noster subdidisset, *Pulsus Aristides nec tamen urbe sua est*, si patria Milesium credidisset. cum Mileti periculum non esset, ne quis ob lasciva scripta juberetur exulare, ubi maximam fuisse omnis lasciviae impunitatem, atque etiam laudem quis nescit? Alludit autem hoc pentametro noster ad exilium alterius Aristidae, cognomento Justi, viri optimi sanctissimisque moribus instructi, quod vero mox addit:

Vertit Aristiden Sisenna, nec obfuit illi
Historiae turpes inseruisse locos.

non ita intelligendum est, ut interpretes volunt, sed hoc vult Noster, Non tantum non obfuisse Sisenae quod Aristidae Milesios libellos verterit, sed ne id quidem, quod historiae suae operi serio turpes jocos, hoc est, obscaenas narrationes inseruerit. Sisenae historia passim ab antiquis grammaticis citatur. Milesiaca ejus a Charisio frequenter. Duo igitur scripta Sisenae diversa hic tangit Noster. Atque hinc est, quod M. Tullius libro de Oratore, *Sisennam, doctum virum, studiis optimis deditum, gnarum reipublicae, usu fori exercitis*, appellat. Heins. *Milesia carmina* Bernens. non intelligo haec. Merula explicat ingenio suo accommodavit, aut simul composita scripsit. forte legendum, *junxit Aristides Milesia crimina scenae*, id est lascivos & impudicos mores Milesiorum, inseruit & miscuit fabulis suis: sed quia tamen nusquam reperio Aristidem fabulas docuisse, haereo. Francius, *traxit*, vel, *vexit*. idem & notaverat Bronkhusium velle, *vinxit Aristides Milesia crimina foco*. de *Milesiis* his vide Mauriac. ad Harpocr. in Δημόσιος. Burm.

416. *Impurae conditor historiae.*] Credendum est, Eubium historicum in ejus opere historiam aliquam posuisse, qua exponebat foeminam aliquam potione & veneficiis partum corrupisse: quod quum fecerit, videtur alios ejusmodi crimen docuisse. Merula. In Mss. varie nomen scribitur, *Eboni, Eblini, Eubons, Eubilas, Ennus*, in Bottmanni, *Eubolas*. Heinsius pro *descripsit*, legebat, *praescripsit*, vel, *praecepit*. deinde *immundae historias* tres libri. de hoc *Eubio* nihil mihi constat. *Eubulus* plures novi, sed oblat syllabae secundae modus, ne hic recipiatur; Graecus enim Εὔβουλος. Eubii Philosophi Stoici meminit Stephan. in Λευκάδιον. Burm.

417. *Nec qui composuit nuper Sybaritida.*] Hemitheon Sybarita (ut scribit Lucianus in oratione ad ineruditum, qui multos empitabat libellos) mirificas leges conscripsit, quomodo infamare oportent, & velli, pati, ac facere illa. De hujus poëtae libellis obscoenissimo argumento compositis nimium intellexit Martialis lib. XII. eo versu, *Qui certant Sybaritica libella*. De Sybaritarum luxuria multa Suidas & Strabo. Merula. De Eubio alias nihil exstat: de Sybaritidis autem autore Hemitheone etiam Pollianus annotavit Miscell. XV. Micyll. Puto legendum, *turpem Sybaritida*. Hemitheon cynaedus Sybarita turpissimum librum scripsit de re Veneria, apud Lucianum περὶ Ἀφροδίτης. Idem in Pseudologista Milthonis Sybaritae

Neve peregrinis tantum defendar ab armis;
Et Romanus habet multa jocosa liber.
Urque suo Martem cecinit gravis Ennius ore;
Ennius ingenio maximus, arte rudis;
Explicat ut causas rapidi Lucretius ignis,
Casurumque triplex vaticinatur opus;
Sic sua lascivo cantata est saepe Catullo
Femina, cui falsum Lesbia nomen erat.

Nec

apud Martialem lib. XII. Ep. XCVI. Heins. Hemitheonem, Philoni in vita Moysis memoratum, scribit Vossius de Poetis Graecis cap. IX. sed ille quidam in initio libri primi Graecos reprehendit, quod comoedias & Sybaritica scribendo lascivias, facultate scribendi abusi sint, nulla facta Hemitheonis mentione, nisi sit locus alius, qui me fugit: ejus ergo cum solus, quod sciam, meminerit Lucianus, de aetate ejus ex solo hoc Ovidii loco conjectura capi potest; si vox *nuper* sit ab auctore profecta. Burm.

418. *Et qui conubitus non tacuere suos.*] Sunt qui ita legant, *nec quae* &c. & Philaenen intelligunt. Merula. Malim, *quae*, ut Philaenis & Lesbiantis intelligantur, quarum foedissima scripta passim circumferebantur, utramque pari modo conjungit Tatianus Oratione adversus gentes. *Quae* certe codex Hamburgensis, & ires alii. hinc in Priapeis:

Quo tot figuras, quot Philaenis invenit,
Non admovente, proriosa discedit.

Ita versus mendosissimi ex vestigiis librorum veterum sunt restituendi. nam codex vetustus Frederici Ubaldini, *quo tot figuras non admovetis.* Philaenis Leucadia, cujus versus spurcissimi περὶ στάσεως ἐρωτικῆς & Ὑβρισμοῦ à Polycrate Sophista Atheniensi dicebantur esse conscripti, teste Aeschrione in Philaenidis Epicedio apud Athenaeum lib. VIII. hinc apud Justinum Martyrem Apologia prima pro Christianis sub finem, *Τοιαῦτα καὶ Φιλαινίδιον διδάγματα*, pro spuriis & obscaenis. Laidis & Elephantidis & Salpes scriptorum meminit Plinius libro XXVIII. cap. 7. ubi de menstruis agit. Salpes idem cap. XIX. Huic adjungitur à Xenophonte lib. II. Ἀπομνημονευμάτων Nico Sainia & Callistrate Lesbia versibus itidem obscoenis infames. erat horum Xenophontis Athenaeus lib. V. Quibus omnibus antiquiorem Astyanassam laudat Hesychius & Suidas Helenae ancillam. mentio etiam ejus Cyrenes apud antiquos, quam διδυμαρχίσσαν dicebant, a duodecim figuris Veneris ab ea inventis. sed & a vera in hoc argumento licenter nimis & impudenter lusam. Laudatur a Suida Panioni διδασκάτριαν, in quo libello is egerit περὶ αἰσχρῶν σχημάτων. Heins. Barth. Adv. XL. cap. 5. in uno codice reperit,

Nec qui conubitus non tacet Ena suos.

de Philaenide vid. Ill. Scalig. ad Catal. pag. 203. Spanh. de Usu & Praest. Num. tom. II. pag. 522. & Spencer. ad Origen. contra Celsum pag. 59. & Athen. VIII. 3. Burm.

419. *Mixta.*] *Tecta* Palat. Vatic. & Combii. *scripta* Lidens. *sunt ea* Junian. & tres alii.

420. *Muneribusque Ducum.*] Interpretor, Duces ex provinciis hos libros Romam tulisse, & in publicas Bibliothecas reposuisse. vid. lib. III. 1. 64. Merula exponit, concedentibus imperatoribus, quem sequitur Crispinus, ut solet. Burm.

422. *Et Romanus.*] *Hic Romanus* Jun. *Et* Moreti. & ita edidit Gryph. Micyll. & alii.

424. *Ennius ingenio maximus, arte rudis.*] Lib. I. Amor. Eleg. XV.

Ennius arte carent, animosque Attius oris,
Casurum nullo tempore nomen habent.

Fuit Q. Ennius Rudius, quod oppidum fuit in Calabria. Silius lib. XII.

—— *Rudiae genuere vetustae,*
Nunc Rudiae solo nomen memorabile alumno.

Perfecutus est carmine heroico primum bellum Punicum: adeo hunc dilexit Scipio Africanus, ille superior, ut ejus effigiem in fune gentis monumentis collocari voluerit. Valerius lib. IIX cap. 15. & Solinus cap. VII. quod significavit etiam hic Noster lib. III. De Arte, his verfibus, à Parrhasio primum emendatis:

Ennius emeruit Calabris in montibus ortus,
Contiguus poni Scipio magne tibi.

Livius lib. XXXIIX. *Et Romae*, inquit, *extra Portam Capenam in Scipionum monumento tres statuae sunt: quarum duae P. & L. Scipionum dicuntur esse: tertia poëtae Q. Ennii.* Cuor. *Arte carens* Gottorph. *potens* alius.

426. *Causarumque triplex.*] In quodam vetustissimo codice legi non *Causarum*, sed *Casurum*: ut dicat Poëta Lucretium cecinisse, quomodo tria elementa, mare scilicet, coelum, ac terra interitura sunt. quod libro quinto ita cecinit:

Principio maria, & terras, coelumque tuere,
Quorum naturam triplicem, tria corpora, Memmi,
Tris species tam dissimilis, tria talia texta,

Una

Nec contentus eâ, multos vulgavit amores,
In quibus ipse suum fassus adulterium est.
Par fuit exigui similisque licentia Calvi,
Detexit variis qui sua furta modis.
Quid referam Ticidae, quid Memmî carmen, apud quos
Rebus abest nomen, nominibusque pudor?
Cinna quoque his comes est, Cinnâque procacior Anser:
Et leve Cornificî, parque Catonis opus.

Et

Una dies dabit exitio: multosque per annos
Sustentata ruet moles, & machina mundi.

Et Ovidius in Epistola ad Liviam, de morte Drusi, ita inquit:

Ecce necem intentam coelo, terraque, freto que,
Casurum triplex vaticinatur opus.

Quomodo autem causas ignis Lucretius describat, diximus supra. In enarratione hujus versus quidam delirant. Merula. Hic locus bifariam accipi videtur posse. Vel ut simpliciter ignem accipiamus materialem, & quo quotidie utimur, vel ut ad fulmen, & ejus causas referamus, propter Epitheton *rapidi*. Ita enim & Virgil. dixit, *Ipsa Jovis rapidum jaculata e nubibus ignem*, &c. cum fulmen significaret. Ac de fulminis causis, & unde idem generetur, libro sexto Lucretius agit. De reliquo autem igne, quibus ex causis, & unde in terras venerit, lib. quinto, his verfibus: *Illud in his rebus tacitus ne forte requiras, Fulmen detulit in terras mortalibus ignem Primitus, unde omnis flammarum diditur ardor.* & sequentibus. In primo autem libro, cujus versus hic Merula citat, non de causis aut origine ignis tractat Lucretius, sed de eo, quod ignis non sit principium rerum, id quod Democritus docuerat. Nusquam Lucretius tres tantum causas rerum ponit, sed duo principia, quatuor elementa, causasque easdem, quae ab aliis recensentur. Quare lego *Casurum*, pro *Causarum*. idque propter ipsos hos versus, qui hic à Merula citantur. Ac mihi quidem videtur Ovidius etiam ad verba Lucretii alludere, cum vocat *triplex opus*, mundum. Nam & ille *triplicem naturam, tria corpora, tres species, & tres contextus* dixit, cum totam hanc mundi machinam significare vellet. Disputat autem eo loco Lucretius, mundum esse interiturum: contra eos, qui aeternum fore senserunt. Hoc Ovidius *vaticinari* vocat, veluti praedictionem quandam ejus, quod futurum esset, facere. De futuris enim vaticinia dicuntur. Micyl. Nobis *Casurumque* placuit, quod hoc magis congrueret cum verfibus Lucretianis lib. V. de Rerum Natura, ad quos Nasonem & hoc loco &I. Amor. XV. 23. allusisse arbitramur. Bersm. *Casurumque* recte unus Bononiensis. neque aliter Berlmannus. Egimus de hoc loco in Elegia de morte Drusi, ℣. 362. Heins. v. Barth. ad Stat. IV. Theb. 516.

428. *Cui falsum Lesbia nomen erat.*] Legitur etiam *falso*: hoc est quae falso Lesbia dicebatur. id quod etiam docet Apulejus in Apologia prima his verbis: *Eadem igitur opera accusent C. Catullum, qui Lesbiam pro Clodia nominavit, & Ticidam similiter, quod quae Metella erat, Perillam scripserit.* Merul.

429. *Vulgavit amores.*] In Lovaniensi erat, *fignavit*, quod ita capi posset, ut ille amores publicati sub veris amicarum nominibus opponantur secretiori, sub falso Lesbiae nomine. ita *signare rem*, est suum nomen imponere. ut *nomine signare aquas* lib. III. Eleg. IV. 22. vid. ad lib. I. 1. 90. & II. Met. 326. & alibi. *contentus eo* etiam septem libri. Burm.

431. *Calvi.*] Ex Calvi & Catulli versibus amatoriis, paucos fluentes ac cum Graeca venustate comparandos, censet Gellius lib. XIX. cap. 9. & Laevii, Hortensii, Cinnae, Memmii poëmata ut dura, illepida & invenusta carpit. Heins. *Cur exiguus* dicatur, vid. Achil. Stat. & Scaliger. ad Catulli Epig. LIV. Burm.

432. *Sua furta.*] *Furta* ex tribus scriptis lib. II. Artis:

Flectite iter, & meritu detege furta meo.

Heins. Ita Douza etiam legebat. vid. ad lib. IV. Fast. 582.

433. *Ticidae.*] Familia Pequestri. L. Ticidae Equitis Romani meminit Hirtius Bello Africano. Heins. *Tiridae* Gryphii Editio. *Tiryde* Ms. Berlm. *Trocidem* Lovan. *Ticidem* & *Tycidem* alii. vid. de eo Gyraldum & Casaub. ad Suet. Gram. cap. XI.

433. *Quid Memmi carmen?*] C. Memmi poëtae pariter & oratoris meminit Plinius in Epistolis; & Tranquillus, scribens, illum *objecisse C. Caesari, fleuisse ad cyathum & vinum Nicomedi regi.* Et alibi scribit eundem Caesarem C. Memmii, *cujus adferrinis orationibus non minori acerbitate referripserat, etiam suffragatorem mox in petitione consulatus fuisse.* Fuit autem mordacissimus, ut docuit Crassus orator: qui tota Tarracina omnibus in parietibus has literas inscriptas fuisse dixit tria LLL. & duo MM. quum quaererent quid significarent, quendam oppidanum ferem dixisse hoc significari, *Lacerat latrantem Largii mordax Memmius.* Is fuit praetor Bithyniae, cum quo Catullus poëta navigavit, ut

ipsi

Et quorum libris modo diſſimulata Perillae
Nomine, nunc legitur dicta Metella ſuo.
Is quoque, Phaſiacas Argo qui duxit in undas,
Non potuit Veneris furta tacere ſuae.
Nec minus Hortenſî, nec ſunt minus improba Servî
Carmina. quis dubitet nomina tanta ſequi?
Vertit Ariſtiden Siſena: nec obfuit illi
Hiſtoriae turpes inſeruiſſe jocos.

Nec

ipſe docet in eo Epigrammate, *Piſonis comites tobores inanis.* Extant etiam Ciceronis Epiſtolae ad hunc (ut opinor) Memmium libro decimotertio. MERULA. Mſs. variant, *Aleri, Naevi, Nomi, Manni.*

434. *Rebus abeſt omnis, nominibuſque pudor.*] Nihil haec ſunt, quare aſſentior Bernardo Rottendorpio viro doctiſſimo, ac de ſtudiis meis egregie merito, qui emendat,

Rebus abeſt omnis nominibuſque pudor.

Nihil certius ea conjectura. HEINS. Defendit vulgatam Cl. Bentl. ad Horat. II. Od. 12.

435. *Cinna.*] Q. Helvius Cinna Poëta fuit, qui ſcripſit *Smyrnam*, quam decem annis elimavit, ut Servius notat. MERULA. Hujus verſus citat Gell. XIII. 21.

At nunc me Cinnae per ſalebra
Bibis rhedae rapit citata mannis.

ubi, niſi Gellii dictaret auctoritas, mallem;

Bibis rhedae rapit citata mannis.

ut apud Nedlum in II. Amor. Eleg. 17.

Barbaque quam primum rapientibus eſſeda mannis.

nominati ſunt Meziali. lib. XII. 24. HEINS. *Bigis* jam edidit Stephanus in Fragmentis Poëtarum pag. 213. qui & alios *mannis* pro *mannis* legere notat. de Cinna vid. ad Virg. Ecl. IX. 35. & Georg. I. 485. Victor. Var. lect. XXII. 13. Barth. Adv. IV. 20. Bobr. ad Ovid. Ibin. 1. BURM.

436. *Cornifex.*] Exſtat ejus verſus apud Macrobium lib. VI. Satur. 2. *Dedicta mihi voce garrienti*, & ex ejuſdem Glauco, *Centaurus fodace bimembres.* cognomen illi fuit *Gallo.* Citatur & ejus verſus in Virgilium, *Ordea qui dicit, fupereſſe ut tritica dicat.* ad illum Achilles Statius refert illa Catullianae Epig. XXXIV. *Male eſt, Cornifici, tuo Catullo.* In Chronico Euſebiano ad A. MDCCCCLXXVI. *Cornificius Poeta a militibus deſiderius interiit, quos ſaepe ſubjectas Galeatas luxes appellaverat. Hujus duos Cornificii, cujus exſtant inſignia Epigrammata.* De Cornificiis quaedam collegit Barth. ad Stat. IV. Theb. 471. qui an idem ſit neſcio. BURM.

435. *Clamque procaciter Anſer.*] Anſer poëta fuit Antonii, qui ejus laudes ſcripſit. de quo Cicero in Philippicis: *Ex agro Phalerno anſores appellantur.* Ipſum enim donarat Antonius in Campania. Propertius II. XXV. 83. *Nec minor his animis, & ſi minor ore, canorus Anſeris indocto carmine caſſit olor.* Fuit autem Anſer in ſuis ſcriptis laſcivus. MERULA. Vid. Serv. ad Virg. Ecl. VII. 22. & IX. 36. *protervior* hic Barber. *Protectior* Lovan.

436. *Catonis.*] Valerium Catonem Grammaticum intelligit Achill. Statius ad Catull. Epig. LVII. & Scaliger, qui eum auctorem Dirarum facit. vid. Suet. Gram. cap. XL. BURM.

437. *Et quorum libris modo diſſimulata Perilla, Nomine nunc legitur dicta Metella ſuo.*] Ticidam poëtam ſignificat: qui Perillam amavit: quam Metellam, à Metello Romano cognominavit. & quoniam bis Ovidius Ticidae poëmata expreſſit, credendum eſt illum praeter Elegias de amica Perilla, alias etiam Elegias impudicas edidiſſe: quod videtur deſignare eo verſu, *Quid referam Ticidae?* MERULA. Non videtur hunc locum ſatis accepiſſe Merula. Neque enim de Ticida, ſive eo, qui Perillam falſo nomine decantavit, Ovidius hic nunc intelligit, ſed de illis, qui ſuo ac vero nomine Metellam, quae hactenus ſub Perillae nomine ſive à Ticida, ſive ab alio celata fuerat, celebrarunt: quorum tamen nomina ipſe hic reticet, ſive metri neceſſitate coactus, ſive etiam honoris gratia. MICYLL. *Diſſimulata per ilos* multi ſcripti. *in quorum libris* Lovan. *nunc diſſimulata* alius.

438. *Nomine nunc legitur dicta, Metelle, tuo.*] Scribe, *dicta Metella ſuo.* Ticida enim Metellam appellarat Perillam. quod ex Apulei Apologia diſcimus. nunc alios neſcio quos memorat, qui eam ſuo & vero nomine decantarint. Forte hoc diſtichon ſuperiori praeponendum. HEINS. *Nunc legitur* Bonon. Erudit. Bentl. ad Horat. II. Od. 12. vulgatam tuetur, quia eodem redit. neque ego de alterutra pugnaverim; elegantior tamen videtur lectio, *Metella ſuo*, quia tunc oppoſitio eſt, inter *diſſimulatam*, & *ſuo nomine* lectam. BURM.

439. *Is quoque Phaſiacas Argo qui duxit in undas, Non potuit Veneris furta tacere ſuae.*] Varronem Atacinum intelligit, qui Leucadiam amavit, de qua Propertius: *Haec quoque perfecto ludebat laſone Varro. Varro Leucadiae maxima flamma ſuae.*

Var-

Nec fuit opprobrio celebraſſe Lycorida Gallo,
Sed linguam nimio non tenuiſſe mero.
Credere juranti durum putat eſſe Tibullus;
Sic etiam de ſe quod neget illa viro.
Fallere cuſtodem demum docuiſſe fatetur;
Seque ſuâ miſerum nunc ait arte premi.
Saepe velut gemmam dominae ſignumve probaret;
Per cauſſam meminit ſe tetigiſſe manum.

Ut-

Varro autem ſcripſit Argonautica, Apollonium imitatus: vel potius in Latinum vertit, ut plenius diximus in Ovidium de Arte amandi. MERULA. *His quoque* Ms. Berlmanni. *Argon* fere omnes editi: male. *navem qui* Lovan. *ad undas* Moreti.

440. *Veneris ſuae.*] Leucadiae. vid. interpretes ad Propert. II. XXV. 85.

441. *Nec minus Hortenſi, nec ſunt minus improba Servi Carmina. quis dubitet nomina tanta ſequi.* Hortenſius & Servius Sulpitius, quamvis fuerint optimi oratores, manſuetioribus tamen muſis operam dederе: quam rem docet Plinius Junior libro Epiſtolarum quinto, cujus verba haec ſunt: *Sed ego verear, ne me non ſatis decet, quod decuit M. Tullium, C. Calvum, Aſinium Pollionem, M. Meſſallam, Q. Hortenſium, M. Brutum, L. Syllam, Q. Catulum, Q. Scaevolam, Servium Sulpitium, Varronem, Torquatum, imo Torquates, C. Memmium, Lentulum, Getulicum.* Sulpitii etiam meminit Auſonius, cujus poëma *prurire* dixit propter carminis laſciviam. MERULA.

442. *Quis dubitet.*] *Quid dubitem* Moreti. *quis dubitet* Bernenſ.

443. *Vertit Ariſtiden Siſenna.*] L. Siſennam inter oratores enumerat Cicero, cujus verba haec ſunt: *L. Siſenna doctus vir, & ſtudiis optimis deditus, bene Latine loquens: quarus reipublicae: non ſine facetiis: ſed neque laboris multi, nec ſatis verſatus in cauſſis, interjectusque inter duas aetates Hortenſii & Sulpitii: nec majores conſequi poterat, & minori neceſſe erat cedere.* Hujus omnis facultas ex hiſtoria ipſius perſpici poteſt: *Quae quum facile omnes vincat ſuperiores, tum indicat tamen quantum abſit à ſummo quoquam genere hoc ſcriptionis, cum nondum ſit ſatis Latinis literis illuſtratum.* Transtulit autem e Graeco in Latinum Ariſtidae libros Milesios: de quibus antea diximus. MERULA.

443. *Ariſtidem Siſennam.*] *Ariſtiden* meliores. Scribe etiam, *Siſena.* ita enim in antiquis numis id nomen exaratum occurrit conſtanter. quamquam Fulvius Urſinus vulgatam ſcripturam bene ſe habere contendit. HEINS. *Ciſena* Berſm. in Var. Lect.

445. *Nec fuit opprobrio.*] *Non fuit* editi & ſcripti quidam. *opprobrium* Francofurtenſis & multi alii. fruſtra: Quinctil. III. 7. *nam & turpitudo generis opprobrio multis fuit.* BURM.

445. *Celebraſſe Lycorida Gallo &c.*] De Gallo poëta Suetonius in Auguſto: *Non temere, inquit, ex omni numero in amicitia ejus affecti reperiuntur, praeter Salvidienum, quem ad conſulatum usque, & Corn. Gallum, quem ad praefecturam Aegypti, ex infima utrumque fortuna provexerat: quorum alterum res novas molientem, damnandum ſenatui tradidit: alteri ob ingratum & malevolum animum, domo & provinciis ſuis interdixit, &c.* Malevolentiae igitur illius ſignificationem aliquam inter pocula dixiſſe apparet, idque hic ab Ovidio notari. Addit autem idem Sueton. *Sed Gallo quoque & accuſatorum denunciationibus, & ſenatusconſultis ad necem compulſo, laudavit quidam pietatem tantopere pro ſe indignantium: caeterum & illacrymavit, & vicem ſuam conqueſtus eſt, quod ſibi ſoli non liceret amicis, quatenus vellet, iraſci.* Ex quibus verbis patet, Gallum ſibi ipſi mortem conſciviſſe. id quod & alibi Ovidius innuit, cum inquit, *Corporis atque animae prodige Galle tuae.* Servius autem ob ſuſpicionem, tanquam in Auguſtum conjuraſſet, interfectum dicit. Vide Eclog. 10. Virgilii. MICYLL. Vid. ad III. Amor. IX. 63.

446. *Non tenuiſſe.*] *Continuiſſe* quidam. *continuaſſe* quinque. *non temeraſſe* Putean. *non tenuaſſe* alius.

448. *Hoc etiam de ſe.*] *Fiunc* duo veteres. Combianus & tres alii, *Hic*, unus, *Haec*. Scribe, *Sic*. Tibulli illa reſpexit lib. I. VII. 7.

Illa quidem tam multa negat, ſed credere durum eſt:
Sic etiam de me pernegat usque viro.

HEINS. *Sic* jam J. Douza Praecid. ad Tibull. cap. 3. *quod negat* Ms. Berſm. & multi alii. *quod negat ipſa* Bernenſ. *cum negat* Polit. ult.

449. *Fallere cuſtodem.*] Malim, *cuſtodes*. Idem Tibull.

Ipſe miſer docui, quo poſſet ludere paſto
Cuſtodes, heus nunc premor arte mea.

HEINS. Gronovium ex ſuo libro legiſſe, *Fallere cuſtodem dominam docuiſſe fatetur*, notaverat Heinſius. non male. ſed quia ſequenti diſtichо iterum *dominae* ſequitur, non accedo. *tandem* Palat. & nec alii. forte ſcripſit, *fallere cuſtodem dominos docuiſſe fatetur.* ut II. Amor. IV. 4.

In mea nunc demens crimina fallax eo

Utque refert, digitis saepe est nutuque locutus,
Et tacitam mensae duxit in orbe notam.
Et quibus è succis abeat de corpore livor,
Impresso fieri qui solet ore, docet.
Denique ab incauto nimium petit ille marito,
Se quoque uti servet; peccet ut illa minus.
Scit cui latretur, cum solus obambulat ille:
Cur toties clausas excreet ante fores.
Multaque dat talis furti praecepta: docetque
Qua nuptae possint fallere ab arte viros.
Nec fuit hoc illi fraudi; legiturque Tibullus,
Et placet, & jam te Principe notus erat.

Invenies eadem blandi praecepta Properti:
Districtus minimâ nec tamen ille notâ est.
His ego succesi, quoniam praestantia candor
Nomina vivorum dissimulare jubet.
Non timui, fateor, ne, quâ tot iere carinae,
Naufraga, servatis omnibus, una foret.
Sunt aliis scriptae, quibus alea luditur, artes.
Haec est ad nostros non leve crimen avos.
Quid valeant tali; quo possis plurima jactu
Fingere; damnosos effugiasve canes.
Tessera quot numeros habeat: distante vocato
Mittere quo deceat, quo dare missa modo.

hoc falsum mollius est quam cum viro docto in Suppl. Addit. Lipsiens. vi. Sect. ii. pag. 79. legere,

Tullere confectum se condoluisse fatetur.

Cujus vestigium nullum in Tibullo exstat, neque Nasonis placuisse quae, posset &, *primum*, vel *primus* denique. Has enim voces saepe confuderunt librarii. Burm.

451. *Signaque.*] *Signumve* omnes fere scripti.

452. *Per casa non nemidis.*] Caesar libro VII. bell. Gallic: *Per casum equitatumque cognoscit, de exercitu dejicit.* Hirtius bello Africano: *Per casum nonnullorum tironum in labore defatigare non intermittit.* Livius lib. II. *Per casum renovati ab Aegide belli.* Heins. Vid. Broukh. ad Tibul. I. VII. 36.

455. *Et quibus è succis.*] *Succis* unus Mediceus. Scribe, *Et quibus ut succis.* Tibull.

Tum facies lachrymaque doli, quae lumina abstat,
Quam facit impressa mutua dente Venus.

Heins.

457. *Perit illa marito.*] Imo, ille cum uno Valerio, idem eodem loco Tibullus:

At tu fallaces tentes, luxuria, puellas,
Ad quarum semper, janua nulla nihil.

Heins.

460. *Scit cui latretur.*] An, *qui latretur.* Plautus Pseudolo Act. V. Sc. IV. 63.

Etiam meae me latrant canes?

ubi male Lambinus, *allatrant.* Achilles, *in me latrant*, Scribit Theb. I. VII. 351. *Frequentque tenentes laffare feras canis undamque jacent, & nubila jactant.* & lib. II. 356.

— et magnas latrantia pellere cervas.

Ita leges apud Gataker. Plinius libro XXV. cap. 9. *Canes rabiosos magni latrant similiter.* Libro XXVIII. cap. 8. *Feri, qui linguam hyaenae in calceamento sub pede habeant, non latrari a canibus.* libro XXX. cap. 16. *Non latrari a cane membranum ex secundis canis habentem.* Petron. *Et canis insomnis leporis vestigia latrat.* Auctor de Viris Illustribus vita Scipionis Africani; qui locus virum summum Gerardum Vossium, prava scriptura deceptum, habuit exercitum de Constructione cap. 39. *in Capitolium intempesta nocte cunctem numquam canes latraverunt.* sic rectius in scriptis nonnullis quam *cuncti canes allatraverunt.* quae paene totidem verbis de eodem Scipione habes apud A. Gellium Noct. Attic. lib. VII. cap. I. Noster in Ibin:

Latrat & in tecto verba canina foro.

Tertul. de Pallio. *Jura non conturbo, causas non elatro.* Papinius Tiburtino Manlii Vopisci:

Ilium nec calido latravit Sirius astro.

Epicedio in Glauciam:

— — — stat pectore demens
Luctus, & admoto latrans praecordia tactu.

Sic scribo; non *latrant.* Lucretius libro II.

Nil aliud sibi Naturam latrare, nisi ut cui
Corpore sejunctus dolor absit, mentisque fruatur
Jucunda sensa.

Horat. I. Epist. II.

— — — — venatibus ex quo
Tempore vicinum pellem latravit in aulam,

& Sat. I. lib. II.

— — — — si quis,
Opprobrio dignum latraverit integer ipse.

Per locutorem est in *adlatrare*, ut jungatur cum quarto casu. Livius libro VIII. Delii Sicedonici: *Quicunque quemque adlatrare ejus magistratuum telum erat.* Ennius:

Etiam me tuces adlatrent canes.

Columella Praefatione: *Canimus fugacem longissimum tempus adlatrando.* sic & alii passim. Seneca de Vita beata. *Sequitur hic, qui Philosophiam tentaverat, dixerit*, Graecis quoque *λλαυρτεω* cum quarto casu jungitur. ponit & *quid latretur* Tibullus ipse, *quid latrent nocte silente canes.* Cicero libro II. de Oratore; *Frater meus a Philippo interrogatur, quid latraret, furem se videre respondit.* Heins.

459. *Obambulat.*] *Obambulat* rectius multi. Heins.

459. *ipse.*] Alius amator, quam Tibullus, cui latratur. Merul. Imo ipse Tibullus, ut ex versibus supra citatis Micyll. *Ille* pr. Vatic. & Berlmanni editio; rectius.

460. *Cui toties clausus excreet ante fores.*] In lib. Mafficiano, & aliis quibusdam vet. exempl. rectius omnino legitur: *Cur toties &c.* ut legendum esse jam docuit doctissim. Scaliger junior. Ciofan. *Cur exsereat*, non *cui*, quomodo Scaliger ad Tibullum. Heins. *Excubet* Excerpt. Vossii & multi alii.

463. *Nec fuit hoc illi fraudi, legiturque Tibullus.*] *Fraudi*, id est, damno. Vide quae notavi in pulcherrima Elegia De Nuce, ad locum illum: *Nec ventus fraudi, solve, geluve fuit.* Ciofan. *Non fuit* plurimi scripti.

464. *Et jam te Principe notus erat.*] Arondelianus pro diversa lectione, *motus.* Puto, *natus erat.* quod verum. Natus enim Tibullus eodem anno, quo Noster; caelis Mutinensi bello Hirtio & Pansa consulibus. qui annos ab urbe condita septingentesimus decimus; Triumviratu luctuosus ac funestus. Innuit igitur natum Tibullum post caesos jam consules, quorum in locum se ac Pedium cognatum Caesar fecit subrogari, idque Senatu invito, jam tum ad imperium non occulte aspirans, ut ex Suetonio satis apparet. Auctor Dialogi de Oratoribus: *Nam ut de Ciceronis ipso loquar, Hirtio nempe & Pansa Coss. ut Tiro liberrimus ejus scripsit, VII. Id. Decembr. occisus est, quo anno Divus Augustus in locum Pansae & Hirtii se & Q. Pedium Coss. fecerit*, quò & Noster respexit, cum Augustum jam tum civitatis Principem innuit fuisse. Heins. Sequitur hic communem errorem Heinsius, qui eodem anno Tibullum, quo Ovidius, natum statuit; quem cum jam Janus Douza Schediasmate suo eruditis detraxerit, mirum est Heinsium non deductum a vulgi lapsu. *notus* vero hic retinendum esse docuit recte Broukh. ad Tibul. lib. III. v. 18. Burm.

466. *Districtus.*] *Affictus* Moreti. *distractus* Leidens. *nec fuit ille nota* unus Heinsii, qui & *nimia*, ut & Lovan. *distinctus nimia non* Bernens.

468. *Nomina vivorum.*] *Tantorum* Vatic. & duo alii. *dissimulasse* Ms. Berlm. *juvat* Leidens. Francius etiam, *praesentia nomina* volebat.

472. *Ad-nostros avos.*] *Nostros* repone cum praestantioribus scriptis. Heins. De his lusibus vide ad Art. III. 354. & seqq.

474. *Fingere.*] Ego pro *Figere*, *Vincere* legendum esse arbitror. Aut certe, *fingere*, componere & formare plurima puncta uno jactu. Superior sententia magis placet. Merula. Putat Merula hoc loco *Vincere*, vel *Fingere*, pro *Figere*, legendum esse. Quod si sit (nam de *figendi* verbo nihil habeo quod asseram) posterius mallem. ut sit dictum, *Fingere plurima*, pro effingere, seu figurare, & exhibere plurimas & inter se diversas talorum facies. refertque ad jactum, qui Veneris nomine appellatur, qui omnium felicissimus est, & plerumque totum depositum tollere solet. de qua re & Martialis meminit lib. XIV. his verbis:

Cum fecerit nullus vultus tibi talus eodem,
Munera me dices magna dedisse tibi.

Nam cum proxime sequatur de Cane, qui jactus damnosus erat, probabile est, praecedentia haec de Venere, jactu videlicet lucroso, Poëtam intelligere voluisse, ut ceu *bonitatem* quadam Canis & Venus inter se compararentur. Porro talos Grae-

Discolor ut recto grassetur limite miles,
Cum medius gemino calculus hoste perit.
Ut mage velle sequi sciat, & revocare priorem;
Ne tuto fugiens incomitatus eat.
Parva sedet ternis instructa tabella lapillis;
In quâ vicisse est, continuasse suos.

Qui-

τὸ ἀστραγάλους vocant, ipsumque ludum ἀστραγαλίζειν, & ἀστραγίζειν. Sunt autem unius tali superficies, sive facies quatuor: quarum prima, quae & unitatem significat, κύων, hoc est Canis, & χῖος item, dicebatur. Illa autem quae huic opposita atque naturali erat, ἕξ ἕνες, hoc est Senio, & ἕξις item. reliquae duae numeris notabantur, ternario puta, & quaternario. nam binarius & quinarius numerus in talis non erant: autor Pollux lib. 9. Meminit autem ludi hujus Tranquillus in Augusto, his verbis: *Talis jactatis, ut quisque canem aut senionem jecerat, in singulos talos, singulos denarios, in medium conferebat, quos universos tollebat, qui Venerem jecerat.* Meminit & Aristoteles lib. II. de Coelo: ἔτι, inquiens, τὸ κατασβεννύειν χύδην ἐν, ἢ ἐν πολλοῖς, ἢ τὸ πολλάκις· διὸ πολλοὺς ἀστραγάλους πίπτειν βάλλοντι ἀριθμῶν, ἀλλ' ἓνα ἢ δύο ἢ τρεῖς. &c. Talis ergo jactum, non de punctis, ut in tessera, sed de facibus intelligas. Micyll. *Figere* plerique veteres. Heins.

474. *Damnosa effugiaque canes.*] Lib. II. de Arte:

Damnosi facitis semper tibi saepe canes.

Propertius lib. IV.

Semper damnosi subsidere canes.

Docet Suetonius in Augusto quare canis damnosus dicatur, ejus verba sunt: *Talis enim jactatis, ut quisque Canem, aut Senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat: quos omnibus universos, qui Venerem jecerat.* Cios.

475. *Tessera quae habeat numeros, distante vocare Mittere quae dicat, quo dare missa modo.*] Locus hic obscurior est, & ubi facilius sit aliorum expositiones refellere, quam certam aliquam afferre: propterea quod multo alia ratio ludendi veterum fuit, atque nunc est. Primum enim quem numerum *distantem* dicemus? nisi eum forte accipiamus, qui ex tribus reliquis dissimilis ac differens sit. Nam tribus fere tesseris antiqui ludere solebant, id quod & proverbium indicat, quo dicimus, *dus ter sis, ut tres tesserae.* Quo loco, ut hoc τετράγωνος adjiciamus, tres tesserae, sive κύβοι Graece idem quod tres *pondere*, sive unitates, ut Pollux ait, significant: qui numerus in tessera senario adversus atque oppositus est: idemque ἕνες, hoc est, *asses* vocatur. Quod si igitur ex tribus numeris reliquis dissimilem ac differentem, distantem ponamus: consequens erit, ut & illud demus, talem distantem aliquem solitum fuisse vocari, hoc est, posci ab altero, vel utroque lusorum, quem qui tesseras mittebat, jactu repraesentaret. Idem enim & ex tertio de Arte colligitur, ubi inquit, *Talorum dicere jactus Ut sciat, & vires tessera missa tuas. Et modo tres jactet numeros, modo cogitet apte Quam subeat partem callida, quamque vocet.* Sed ut haec sic demus hoc pacto sese habuisse, quid porro de tessera missa, & de datione missorum, dici certo potest? Utrum in alveolum, aut vas aliquod concavum mitti solitas intelligamus? cujusmodi fuerint quae à Poll. libro decimo, ἀβάκια, κόπανα, ῥιφοὶ, κιμβοὶ, & similibus nominibus appellantur. Deinde si de hoc quoque constet, quaenam *datio* ista dicenda erit, qua certo modo, certaque lege *missa* dabantur? Neque enim de orbiculorum, quorum hodie usus est, collocatione intelligi placet, cum de iis veterum nemo meminerit, eamque expositionem Merula de suo afferat, absque aliquo autore. Et in secundo de Arte, ubi ejusdem ludi mentio fit, *Dandi* verbum fere idem quod remittere atque concedere, significare videtur. Nam cum amatorem ita institueret, ut amatae benevolentiam quoquo modo sibi conciliaret, inter ludendum quoque jubet ut det operam, ne ambitiose victoriam sibi quaerat, sed ultro ludenti secum puellae illam remittat, his verbis: *Si ludat numeroque manu jactabit eburnos, Tu male jactato, tu bene jacta dato.* quod est: Tu vel male jacias, vel si forte jactus ipse bene ceciderit, eum illi remittas, sive concedas. Nam quomodo alias *dari jacta* intelligamus? Proinde ego plane fateor, me hunc locum parum intelligere. Ut tamen aliquid hic addamus, quod lectorem juvet, sciendum, eum tesserarum ludum, qui plurium punctorum sive unitatum jactum vicisset, depositum auferebat, πλειοψηφίαν παίζειν, antiquitus & Graece vocari. autor Pollux libro 9. Micyll. Locus difficilis. sed suspicor hic aliquid latere de turricula vel pyrgo, in quem mittebantur tesserae. forte, *pyrgoque rotato mittere* &c. ut sit sensus docuisse quosdam quo modo decear, rotato fritillo ita mittere tesseras, ut felix jactus eveniat, & cum tu miseris, quo modo tesseras illas dare collusori debeas, ut ille infelicem faciat jactum. Nam & hoc fraudulenti aleatores hodie calleant, ut aleas illi, qui jacere debet, ita dent in

manum,

Quique alii lusus (neque enim nunc persequar omnes)
Perdere rem caram, tempora nostra, solent.
Ecce canit formas alius jactusque pilarum.
Hic artem nandi praecipit, ille trochi.
Composita est aliis fucandi cura coloris:
Hic epulis leges hospitioque dedit.

Al-

manus, vel pyrgum, ut inde infaustus jactus proveniat. sed inhibeo: *vocando* erat in Moreti? Burm.

476. *Quo deceat.*] *Quo paccat* Gryph. Ed.

477. *Limite.*] *Tramite* duo libri & Ms. Berlman. vid. ad Val. Flac. IV. 614.

478. *Cum medius gemino calculus hoste perit.*] Neque hunc locum satis commode explicat Merula. Fallantur enim qui eundem ludum esse putant cum de quo hic dicitur, & qui nostra aetate *Scachiae*, & veterum imitatione, *latrunculorum* vocatur. id quod ex ipsis verbis poëtae intelligitur, cum inquit, *Cum medius gemino calculus hoste perit.* & rursum, *Nec tuto fugiens incomitatus eat.* Item lib. 3. de Arte:

Unus cum gemino calculus hoste perit.
Bellatorque suo prensus cum corpore bullet
Aemulus, incoptum saepe recurrat opus.

Nam neque comite opus ubique habent nostrae aetatis latrunculi, sive milites: neque statim capiuntur, etiamsi qui singuli inter geminos diversae partis deprehendantur. Ex quod hic de rege & regina, qui nostri temporis sunt, Merula meminit, de eo nullus veterum mentionem facit. Quare is ludus, de quo hoc loco Ovidius agit, totus alius atque diversus ab eo est, quem nostra aetate *Scachiam* vocant, Graeceque πλυτόν, Latine, ut puto, *latericulas* appellatur. cujus rationem Pollux lib. 9. describit his verbis, Ἡ δὲ διὰ πολλῶν ψήφων παιδιὰ, πλυτὸν ἐστὶ, γύρας τε γραμμὰς ἔχον ἀριθμητὰς· καὶ τὸ μὲν πλυτὸν πόλις καλεῖ), ἡ δὲ ψῆφος ἑκάστη κύων· ὀνομάζουσι δὲ καὶ δύο τὰ ψήφω, κατὰ τὰς γραμμὰς, ἃ πίπτει τῆς παιδιᾶς ἐστὶ· ἀξιόλογος δὲ δύο ψήφων ἐμπεσὼν τόλμα ἐστιν ἀκαιρία. Vides hanc descriptionem Pollucis, cum versibus Ovidii per omnia fere convenire, nisi quod Ovidius ejus, quae πόλις dicitur, mentionem nullam facit. & quos Pollux canes vocat, ipse latrones ac milites appellat. Micyll. *Hoste cadit* Junian.

479. *Ut mage velle sequi.*] Locus mendosus. Libri meliores, *Ut mage velle sequens*, vel *male*. Combinous, *maga*. Heins.

480. *Nec tuto.*] *Ne tuto*, rectius quidam. Heins.

481. *Parva sedet ternis.*] *Sed internis* prim. Pal. & prim. Vatican. nil muta. sic apud Juvenalem Sat. prima:

—— *sportula primo*
Limine parva sedet,

& Satyra II.

—— *ingens cauea sedet.*

sic & alii scriptores ex mellonibus amant loqui. Noster Amor. I. Eleg. 3.

—— *nec in lecto pallia nostra sedent.*

Heins. In Editione Heinsii tamen legitur; *Parva sed & ternis*, nescio an operarum vitio, an consilio editoris: intelligit vero hic *triodium*, ut videmus ad Art. III. 365. *parma sedes* editio Aldi. vitiose. *parva sed ut* prim. Ed. & unus scriptus. *sed interius* prim. Pal. *sedet teneris.* alius, *parva sedet terbis* Herculan. *continuasse duos* etiam unus codex. Burm.

483. *Quique alii.*] *Alius* Ms. Berlm. deinde *prosequor* Vatican.

485. *Formas, jactusque pilarum etc.*] De pilis, & earum vario lusu, Pollucem vide, ex quo hic Merula quaedam accepisse videtur, sed parum recte digessisse. Nam quae hic sphaerae, sive pilae, cujus ludus φαινίδα Graece dicitur, ascribit, ea Pollux ei generi, quod ἐπίσκυρον & ἐφεσικὸν vocarunt, attribuere magis videtur. vide lib. 9. Micyll. Opinor, *canit thermas.* in thermis enim ludio pilaris locum habet. videantur quae ad Martialis Epigr. XLVIII. lib. X. annotamus. Heins. Et cum mutemus contra scriptos, tum variae essent formae pilarum, nam *Trigonales*, *Follis*, *Paganicae*, *Harpastae* inter se forma distabant. vid. Mart. XV. Ep. 45. & seqq. *eas docet forma* unus.

486. *Hic artem nandi.*] Cum inter honestissimas & utilissimas artes natatio apud Romanos haberetur, mirari jure quis possit, cur ei hic Naso locum dat, inter artes, si non illicitas & turpes omnes, saltem inutiles & parum dignas Romano viro; cum nihil ludicri aut levis etiam illi insit. in Hamburgensi erat, *Artem hic venandi*, majori specie, cum multi apud Romanos venatum crediderint ingenuis hominibus indignum, & inter servilia officia retulerint. vid. Sall. Catil. cap. IV. cujus sententiae tamen Naso non fuisse videtur, qui inter honestissimas occupationes, quibus amor posset vinci & expelli, venatum commendat, de Remed. Amor. 199. & Horatius etiam lib. II. Sat. II. 9. & I. Ep. XVIII. 48. qui & inter beatae vitae commoda venatum ponit Epod. II. 31. quare Sallustii verba caperem, de iis, qui servilem in modum omnem aetatem agere solent venatui intenti,

Alter humum, de quâ fingantur pocula, monſtrat:
Quaeque docet liquido teſta ſit apta mero.
Talia fumoſi luduntur menſe Decembris;
Quae damno nulli compoſuiſſe fuit.
His ego deceptus non triſtia carmina feci;
Sed triſtis noſtros poena ſecuta jocos.
Denique nec video de tot ſcribentibus unum,
Quem ſua perdiderit Muſa: repertus ego.
Quid? ſi ſcripſiſſem mimos, obſcaena jocantes,
Qui ſemper ficti crimen amoris habent?

In

& hanc ſtudio penitus addicti, negligunt aut rem militarem aut civilem. Cum honeſtiores vel voluptatis cauſſa, ut a negotiis publicis & oneribus ſe recrearent, vel ut corporis infirmitati conſulerent, utilem illam ſanae, vitae & membris credederent exercitationem. non ergo hanc artem hic reſpicere puto Nationem. Francofurtenſis codex habebat. *hic artem diſci praecipit.* quod a Librario non puto profectum, & diſcum melius cum Trocio conjungi puto, quam venatum, aut natationem. Diſco autem ſe exercuiſſe Romanos ex Horat. 1. Od. 8. & aliis patet. non tamen ideo quis hanc lectionem reprobet, quia nihil etiam illaudabile & inutile videat in diſci arte: erat enim ea exercitatio & non admodum neceſſaria, & ideo minus uſitata militaribus, ſed pueris tantum & juvenibus frequentatus, ut ex loco Horatii patet, & ita recte trocho jungitur, quem & pueris dat Mart. XIV. 168. & Horatius lib. III. Od. 24. ubi cum venatum & equitandi artem inter honeſtas retuliſſet, Trochum & aleam legibus vetitam, pueris ſui aevi magis appetitam dicit. ſed & Art. poët. 380. pilam, diſcum & trochum conjungit,

Indocilisque pilae, diſcive, trochive quieſcit.

ut pilam & trochum Propert. lib. III. 20. 6. & Noſter III. Triſt. XII. 19. & III. Art. 383. vid. Rigalt. ad Artemid. Oneirocr. pag. 23. puto autem librarium quamvis, cum reperiſſet vocem *diſci* tronicum ultimos literis ex prima ſyllaba *di*, feciſſe *nandi*. Si quid rectius quis excogitaverit, non invidebo. ſed *artem nandi* eodem numero haberi, quo aleam, pilam & trochum, a Poëta noſtro, non puto. in uno etiam reperi libro, *ille chori*, quare peſſet,

Saltandi hic artem praecipit, ille chori.

virtutem *Saltandi*, ut ſolus ſcite ſaltet, *Chori*, ut choreas ducat. de ſaltatione autem hic agere non vacat. Burm.

487. Fuſcandi teloris.] *Fuſcum*, ſignificat atrum & nigrum. Hinc fit verbum *fuſcare*. Hoc dicit: Docuere etiam alii, ut fuſco redderent adoleſcentes Romanos, varia certamina campi Martii, in quibus corpora exercebant: qui color in amante laudabatur. quod ipſe praecipit in Arte amandi eo verſu: *Mendicae placeant, fuſcentur corpora campo.* Merula. Ego ſimpliciter intelligo, quosdam ſcripſiſſe rationem atque artem *fuſcandi coloris*, hoc eſt, unde color corporis fuſcus redderetur: non, ut Merula, genera certaminum, quorum exercitatione corpus à ſole atque aëre coloraretur. Micyll. Eruditiſſimus juvenis Jacobus Roverius, elegantер *fucandi* legebat. minus enim placet, quod nonnulli id ad exercitationes Romanae Juventutis referant, de quibus Poëta dixit, *fuſcentur corpora campo.* Dan. Heins. *Fucandi* ex tribus. Nemeſian. in Carmine, quod perperam Cynegeticon inſcribitur. vſ. 310.

Has igitur varis ſemper fucare veneno
Cura tibi, nivemque alios miſcere colores.

Heins. Et *Fucandi* habet Francofurtenſis.

488. Illic epulis leges.] Male haec ad ſcientiam popinae refert Merula, quam Apicius profeſſus eſt, de qua quidem plurimos Graecorum ſcripſiſſe ex Athenaeo liquet. vid. lib. XIII. 3. γαστρολογίαν etiam vel γαστρονομίαν Archeſtrati ſaepe laudat idem. ego tamen intelligo hic potius leges bibendi, quas in epulis & commeſſationibus, convivis & hoſpitibus dicebat dominus convivii, ſorte electus. de quibus omnia notiſſima. ita *leges* vocat Horat. II. Satyr. VI. 68. & Catul. Carm. XXVIII. ſed haec obvia. Burm.

490. Docet liquido.] *Decens* Palat. & duo alii. & Ms. Berſm. *medio mero* Jun. *nitido* duo. *tacito* unus.

491. Talia luduntur.] Talia vaſa celebrantur à pocus Saturnalib. Decemb. menſe. Unde etiam Martial. in Apophoretis, *calices Surrentinos* laudat, ac etiam *Saguntinos*. Merula. *Talia* intellige carmina, ſive poëmata. ut ſit dictum, *Talia ludantur*, pro, per luſum componantur eo menſe, quando Saturnalia agantur, quibus diebus ſumma rerum licentia eſt, ludereque impune antiquitus permiſſum. Micyll.

491. *Fu-*

In quibus aſſidue cultus procedit adulter;
Verbaque dat ſtulto callida nupta viro.
Nubilis hos virgo, matronaque, virque, puerque
Spectat; & è magnâ parte Senatus adeſt.
Nec ſatis inceſtis temerari vocibus aures:
Aſſueſcunt oculi multa pudenda pati.
Cumque ſefellit amans aliquâ novitate maritum,
Plauditur; & magno palma favore datur.
Quoque minus prodeſt, ſcena eſt lucroſa poëtae:
Tantaque non parvo crimina Praetor emit.

In-

491. *Fumoſo Decembri*] Sic Martialis lib. V. huc reſpiciens. *Sed lege fumoſo non aſpernanda Decembri Carmina.* Ciofan. Duo, *Decembris*. Lege, *fumoſi Decembris* cum Barberiniano. ut monui lib. I. Eleg. X. vſ. 3. Heins.

492. *Quae jam non ulli compoſuiſſe nocet.*] Concinnum forte, quod in Palatinis legebatur. *Quae damno nulli compoſuiſſe fuit.* Dan. Heins. *Damno fuit* ex meliboribus. Heins. Ita & Berſmannus edidit ex ſuo codice.

493. *Non triſtia carmina feci.*] Plus ſignificat, quam ſi dixiſſet *laeta carmina*. Ciofan.

495. *Denique nec video de tot.*] *Nec video de tot* meliores. unus etiam Bononienſis, *prodideris* proximo verſu. Heins. *Dejeceris* Bernenſ. vitioſe; ſed latet aliquid.

497. *Jocantes.*] *Loquentes* duo. vid. ad III. Art. 275.

498. *Jamque ficti crimen amoris habent.*] *Vetiti amoris* multi veterum. hoc eſt adulterii. ſic *vetiti hymenaei*, & ſimilia. poteſt tamen & alterum ferri. ut Triſt. IV. Eleg. I.

Cum metuam junctis criminis acta rea eſt.

doctiſſimus Tanaquillus Faber Epiſt. III. lib. I. *ficti amoris* conjiciebat. de Mimis copioſe Salmaſius ad Solinum pag. 109. Heins. *Ficti* edidit Gryph. & alii, eſtque in tribus ſcriptis. alii, *victi, victi, victum, ſoli* rectum. Remed. Am. 755.

Illic adſidue ficti ſaltantur amantes.

ubi alii codices, *amores*. Minuc. Fel. cap. XXXVIII. *Nunc enim minus vel exponit adulteria vel monſtrat, nunc exercitis ſcriptis amorem, dum fingit, inſtigat.* ubi vid. Elmenh. Burm.

499. *Cultus procedit adulter.*] Lege, *cautus*; vel *multus adulter*. ſequenti etiam verſu pro *ſtulto viro* multum, *luſo*. quod tamen timide affirmo. Heins. *Stulto qualibet arte viro* duo libri.

501. *Nubilis haec virgo.*] *Hos* ex tribus ſcriptis. hoc eſt mimos. & mox, *è magna parte*, pro *ex totidem*. Heins. *Hos* etiam Bern. *hic* Micyll. Gryph. & aliae Edit. & Ms. Berſm. *haec* prim. Ed. *hoc* Servii.

504. *Aſſueſcunt oculi.*] *Oculis* utrique Polit. & quatuor alii. Heinſius volebat, *oculos*, infr. lib. III. III. 7.

Nec aquis adſuevimus iſtis.

ubi & *aquas* alii. vide quae ibi notamus. Burm.

507. *Quoque minus prodeſt poena eſt lucroſa poëtae.*] In nonnullis, *Quoque minus prodeſt*. Naug. Forte, *Quoque minus prodeſt, paene eſt lucroſa poëtae.* Ut hoc dicat, Poeminam quo magis maritum in fabula fallit, eo paene magis lucroſam eſſe Poëtae. Quod ejusmodi Mimi, in quibus publice exitioſa ſcriberentur, magno à Poëta venderentur, magno à Praetore, ut grati populo, emerentur. Dan. Heins. *Quoque* quatuor. duo, *quaque. pleno* etiam pro *poena* Junianus, & pro *minus* unus Medicaeus, *minis*. ſcribe:

Quae minis prodeſt, ſcena eſt lucroſa poëtae.

vel,

Nec minus & prodeſt ſcena, & lucroſa poëtae eſt.

Nec minus ſubintelligo, quam ipſis mimis. Tanaquillus Faber lib. I. Ep. 37.

Quaeque mihi poenae eſt, fraus eſt lucroſa poëtae.

quae longius abeunt à veteri ſcriptura. Heins. Barthius XL. Adv. 5. ex Scholiaſte notat *poenam* hic eſſe *delictum* poenâ dignum, ut ita *praedium* pro ſcelere docet poni. ſed hujus ſignificationis probationem requiro. Johannes Clericus, Part. III. Art. Critic. Sect. I. cap. 16. inſignis ille toto orbe Poëtarum interpres Graecorum & Latinorum, ex hodierna lingua Gallica *poenam* interpretatur *laborem*, ut ſenſus ſit, laborem minus utilem, eſſe lucroſiſſimum Poëtae, id eſt carmina minus utilia maximum adferre lucrum iis, qui ſcribunt mimos & obſcaeni argumenti poëmata. inepiſſime. quis enim unquam audivit laborem, quem Poëta ſcribendo impendit, & praecipue cum *jocoſas & saepe amatorias hiſtoriolas*, ut loquitur, complectitur, eſſe *poenam? poenam* de labore ſumi poſſe, quae inſtar ſupplicii eſt, & quae voluptati opponitur, & de omni cura, ſollicitudine, quae torquet, & cruciat, notum etiam pueri, & ita ſumi in Epi-

gram-

Inſpice ludorum ſumtus, Auguſte, tuorum:
Emta tibi magno talia multa leges.
Haec tu ſpectaſti, ſpectandaque ſaepe dediſti.
Majeſtas adeo comis ubique tua eſt.
Luminibusque tuis, totus quibus utimur orbis,
Scenica vidiſti lentus adulteria.
Scribere ſi fas eſt imitantes turpia mimos;
Materiae minor eſt debita poena meae.

An

An genus hoc ſcripti faciunt ſua pulpita tutum;
Quodque libet, mimis ſcena licere dedit?
Et mea ſunt populo ſaltata poëmata ſaepe:
Saepe oculos etiam detinuere tuos.
Scilicet in domibus veſtris, ut priſca virorum
Artifici fulgent corpora picta manu;
Sic, quae concubitus varios Veneriſque figuras
Exprimat, eſt aliquo parva tabella loco.

Ut-

grammata ante libros amorum, ubi voluptati operatur, manifeſtum eſt. ita ſenex ille ſe puniens apud Terentium arando, ſociendo, poenas dabat, quia *ipſa non voluptati erant*, ut Chremes dicit Act. I. Sc. I. 19. Sed ſi quis animi cauſſa duriſſimos illos operis ruſtici labores ſubiret, an & hi *poenae* nomine venirent? ſic Senec. Hipp. 439. *Quid te ipſe pauis gravibus infeſtus domas?* quem verſum ideo rejecit Scaliger, quia poenam, improbum ac miſerum laborem dici non putaret. recte vero ſummus Gronovius docuit, miſerum laborem, quae ſupplicii loco eſt; ita ſumi, multis exemplis ad illum locum, & lib. II. Obſerv. 9. Producat ergo exemplum Dictator noſter reipub. literariae, quo probet laborem, etiam ſponte & voluptate ſuſceptum, *poenam* Latinis dici. recte vero & jure vapulat ille omnium eruditorum obtrectator viro eruditiſſimo Cur. Aug. Hermanno in Parergis Criticis. pag. 163. Sed ut frontem hominis videat orbis eruditus in Bibliotheca Selecta T. XXVI. pag. 267. tribus verbis refutare Hermannum, nominare tamen quaſi pudendum tanto viro adverſarium, non dignatus, ne lector ſciret ex profeſſo a viro docto plurima ejus lectionis literaria eſſe deprehenſa & caſtigata, dixit Gronovium idem ſentire quod ipſe, & *poenam* pro *labore* ſumi; quod falſiſſimum, & in expudoratae ſcientiae mendacium. nam Gronovius in obſervationibus refutans Scaligerum, qui Senecam *poenam* pro *labore* dixiſſe non poterat concoquere, addit. *dixit* (ſcil. Seneca) *pro labore* MISERO *ejus, quem invitat matris inviſa diis natum fruſtra vitae carere.* Vide reliqua & ad Tragicum Senecam, ubi videbis illum non ſimpliciter *poenam* pro *labore*, ſed pro *molere* & *improbo* capere. an enim ille de *labore*, qui famma cum voluptate, & lucri cupiditate a Poëtis infamitur ſcribendis verſibus, *poenam* dici credidiſſet? abſit haec ignorantia linguae Latinae a ſummo ejus arbitro & vindice. Quanto melius vocis *Poenae* vera vis ex lingua Graeca, quae inter eſt Latinae habita, quam ex Gallica, quae ſtudet, deducitur? Graece autem πόινη proprie eſt merces, retributio, quae datur pro aliquo facto. & cum facta ſint vel bona vel mala, hinc apud Graecos & Latinos omnia illa vocabula, quae notant retributionem, duplicem habent vim, & in bonam & malam partem ſumi ſolent. vide de hac voce Valeſium de Uſu, cap. 15. pag. 22. Spanhem. ad Call. Hym. in Dian. v. 263. & D. Heinſ. ad Sil. Ital. II. 592. atque ita poſſet hic, vulgata lectione retenta, ſenſus eſſe, quoque minus prodeſt (ſcilicet moribus) Poëta, (haec enim vox ἀπὸ κοινοῦ repetenda) eo major merces ipſi datur. Quo argumentum eſt laſcivius & magis moribus nocet, eo majus lucrum adfert poëtae. hoc certe tolerabilius eſſet, quam *poenam* laborem interpretari. potuiſſet etiam, ſi acutior & doctior eſſet, ille omnium Grammaticorum tremor & infamia, praeſidium in origine vocis quaerere, & cum quibusdam πόνος deducere a πόθος *labor*, quia nulla poena ſine labore & moleſtia eſt; ſed rectius πόινη quaſi φόινη dictam, diſcere ex Camerario ad Sophocl. Electr. pſ. 211. ſi tales libros unquam tractaſſet ἐξηγητὴς ille, potuiſſet, quia primum proprie notavit pretium, quod ob perpetratam caedem ſolvebatur, & cum deinde poena capitis recepta eſſet, tenuit vetus verbum, quod ad omnia ſupplicia & poenas fuit adhibitum. ſed his miſſis, nos credimus, tutius hunc locum conſtitui ex ſententia doctiſſimi Hermanni, qui legit,

Quoque minus prodeſt, ſcena eſt lucroſa Poëtae.

ſenſu ſatis eleganti & plano, illam ſcenicam Poëſin, quae minus moribus prodeſt, eo magis eſſe lucroſam Poëtae. qui & non inſolens eſſe oſtendit poſt *quo*, non ſequi *eo*, vel *eo magis*. & puto veram hanc eſſe lectionem & ſenſum, cui acquieſcemus, donec quis meliorem inveniat. *quoque minus* vero jam Berlinnanus ediderat. *Scena* autem pro *poena* legendum eſſe ab Heinſio jam erat animadverſum. BURM.

508. *Praetor.*] Aediles hoc magis feciſſe ex Merula notat editor Parſinus, & cum Noſtro facit Juvenal. VI. 379.

Si gendet carum, nullius fibula ducat
Vocem vendentis praetoribus.

& Sat. VIII. 194.

Nec dabiteni celſi Praetoris vendere ludo
Carmina. *Praetor* Lovan. & tres alii. *Praetor habet* Politian. BURM.

510. *Merita.*] *Nempe* Bernenſ. *ſcripta* Junian.

511. *Saepe dediſti.*] *Multa* Lovan. & Sarravianus. mox, *mitis ubique* Bernenſ.

513. *Totus quibus utitur orbis.*] *Utimur* Gottorpianus. vide Notas Met. v. pſ. 342. HEINS.

514. *Scenica ſpectaſti lentus adulteria.*] Rectius omnino, *lentus* ſex meliores. vide Notas Epiſt. XIX. pſ. 81. apud Horatium lib. I. Epiſt. I. *lentus ſpectator, ſpectatori ſedulo* opponitur:

Exanimat lentus ſpectator, ſedulus inflat.

Silius lib. XII. 576. de Hannibale Romam obſidente:

Nunc aditus luſtrat, clauſas nunc cuſpide pulſat
Loſſa portas, fruiturque timore parentum.
Nunc lentus celſis aſtans in collibus intrat
Urbem oculis.

ita vetuſti codices. Tibullus libro IV. Eleg. XI.

Nam mihi quid proſit morbos evincere, ſi tu
Noſtra potes lento pectore ferre mala.

ubi *lento* ante Scaligerum male legebatur. initio ejusdem Epigrammatis ſcribendum in Tibullo,

Eſſne tibi, Corinthe, tuae pia cura puellae,
Dum mea nunc vexat corpora feſſa calor.

ubi *placiture puellae*, *Qui mea nunc vexat*, perperam legitur. Eſſne tibi de me cura, inquit, dum febricito? HEINS. Nullum dubium eſt *lentus* legendum. ſi enim *lastus* legas, exprobraret Auguſto Poëta voluptatem, quam ex obſcaenis caperet, multo magis ſi cum Lovanienſi legeretur, *turbis*. *lentum* vero non negligenter videntem, ut ſedulo opponatur, capio, ſed non commotum, qui non ſtatim iras concipiebas, & ad vindictam praeceps eras, vel etiam, quia ſtudio & voluptate ſpectandi tenebatur. vid. Sueton. Aug. 45. unde *comitatem* Auguſti hic quoque laudat Naſo. ſic Livius lib. XXII. 14. *Tendentem ad mania Romanae coloniae Annibalem lenti ſpectantes.* & ita puto legendum apud Egeſipp. de Excid. Urb. Hier. I. II. *haec ſpectabat accumbens in medio concubinarum, lentus inter eſcas & pocula* &c. ubi vulgo *lastus* circumfertur & ita *lentus* ſaepe Noſtro ſumitur, ut Ep. XVII. 239. vid. Graev. ad Cicer. IV. Verr. 61. & ita *patientem* & *lentum* conjungit Cicer. II. de Orat. 75. BURM.

516. *Materiae.*] *Materia mea* Vaſſerin.

518. *Quodque licet.*] *Quodque libet* nonnulli. NAUG. Melius codd. alii, *Quodque libet Mimis ſcena licere dedit*. D. HEINS. *Libet* recte nonnulli veteres. HEINS. Ita ad Heren. auctor lib. IV. 25. *nam quae reliqua ſpes libertatis manet, ſi illis quod libet, licet.* &c. BURM.

519. *Suat populo.*] Non a populo ſed ad delectandum populum, ut ſit dativi caſus. *populo recitata* Lovan. *poëmata ſemper* Moreti.

520. *Detinuere tuos.*] *Suos* Ms. Britan.

521. *In domibus veſtris, ut priſca virorum.*] *Domibus noſtris* Lovan. & ſeptem alii in Bonon. erat, *parentum*, ut intelligantur majorum imagines, ex gente Julia: ut ita ſemina ſuum J. Caeſarem poſſuiſſe in aede Veneris Genetricis conjicit Caſaubonus ad Sueton. Caeſ. initio. poſſet & leg. *tuorum*. ſed & vulgata de Viris libuſſe antiqui aevi poteſt capi, ut ita, *priſcii ſparſa tabellis Porticus* I. Art. Am. v. 71. *Artifices* Leidenſ. Remenſ. & quatuordecim alii. male. *pectora fida* Vatican. *pectora picta* Servii. BURM.

523. *Quae concubitus.*] Merula his Tiberium tangi putat, qui telle Sueton. cap. 43. *Cubicula laſciviſſimis tabellis & Elephantidis libris inſtruxit*; ſed cum totus eſſet Poëta in placando Caeſare, an ille non ita ingenio ſuo imperare potuiſſet, ne quem ex Domo Auguſta tangeret? praeterea haec a Suetonio ad illa Tiberii tempora referuntur, quae non attigit Naſo: quare potius in genere capiam de picturis antiqui operis, quae laſcivioris erant argumenti: ita Plinius lib. XXXV. 10. dicit, *Parrhaſium minoribus tabellis libidines pinxiſſe, ea genere petulantis ioci ſe reficientem*, & talis tabulae meminit Sueton. Tiber. 44. vid. de laſcivis picturis Broukh. ad Prop. II. v. 26. & Noſtrum II. Art. 680. Ides forte, ob picturis manum, cariſſimas tabellas habuit aliquot, ſed paucas, Auguſtus, quas non celebri Palatii loco, ſed in aliquo ſecretiore loco, collocaverat: ut non tam libidinis irritandae, quam artificii cauſſa eos habere videretur. ex illo autem Plinii loco videndum, an non apud Propertium lib. III. VIII. 12. antiqua lectio poſſet ſervari,

In Veneris tabula ſummam ſibi ponit Apelles;
Parrhaſius parva vindicat arte pharum.

uti male Scaliger *parta*. ſed ut recte Car. Dati in vita Parrhaſii pag. 79. *parva ars*, ſunt figurae parvae & tabulae minores. ut ita opponat exemplo ex Mari Apellis Veneri, quae erat in tabula magna picta, & cujus mox meminit Noſter, & quam Auguſtus dedicavit in delubro patris Caeſaris. Plin. XXXV. 10. hujus & Noſter meminit IV. ex Pont. I. 29. & non quidem pictae, ſed ex lapide ſculptae III. Art. 224. ejus ſpecies in numis Adramittenis

Utque sedet vultu fassus Telamonius iram,
Inque oculis facinus barbara Mater habet:
Sic madidos siccat digitis Venus uda capillos:
Et modo maternis tecta videtur aquis.
Bella sonant alii, telis instructa cruentis:
Parsque tui generis, pars tua facta canunt.
Invida me spatio Natura coërcuit arto,
Ingenio vires exiguasque dedit.
Et tamen ille, tuae felix Æneïdos auctor,
Contulit in Tyrios arma virumque toros:
Nec legitur pars ulla magis de corpore toto,
Quam non legitimo foedere junctus amor.

Phy-

videtur. vid. Harduin de Numm. Popul. in Ἀδυτέων. ἐπιδεξιούμενα Graecis dicta. vid. Artemid. Oneirocr. lib. II. cap. 42. Dausq. ad Q. Calab. lib. V. pag. 106. & in primis Carolum Dati in vitis Pictorum Antiquorum, in Apelle pag. 142. *variasque figuras exprimit* scripti quinque & edit. pr. Gryph. & aliae. *ter, ea tabella loco* unus codex. *est vario parva*, alius Heinsii. *loco* Moreti. BURM.

535. *Utque sedet vultu.*] Iunxit Ajacem, & Medeam pueros occidentem a Timomacho expressam; utramque tabulam immenso pretio a Divo Julio redemtam Plinius testatur Historiae Naturalis libro VII. cap. 38. & libro XXXV. *Timomachus Byzantius Caesaris Dictatoris aetate Ajacem et pinxit, & Medeam ab eo in Veneris Genetricis aede positas, effigiata talentis vicenis dinumerata.* unde manifestum sit, quare Naso illas hoc loco conjunxerit. certe Timomachi Medeam Romae exhibisse constat ex Graeco Epigrammate lib. VIII. Anthologiae, cujus initium est, Τίφην Τιμομάχου· lemma autem, εἰς εἰκόνα Μηδείας ἐν Ῥώμῃ. De Ajace ejus agit Philostratus libro II. de Vita Apollonii; qui & sedentem, aeque ac Ovidius, depictum testatur: Οὗ δὴ καὶ τὸν Αἴαντα τὸν τὴν Τεκμησσὸν ἀγελάτιδα, ἐς δὲ αἰχμάλωτον] αὐτῇ μαχόμενον, ἢ καὶ ἀκλαῆσαι τι ἐφ' τῷ δῃῶ Αἴαντι πάλαι, ἐχρῆν ὡς ὄντες αὐτὸ ἀπεικότα τῇ τοῦ Τρωϊκοῦ βουείᾳ, καὶ ἀξίῳ ἀκμαιότητι, βλέπω πολέμου καὶ ἀνδρὸς ἐπιβάντος. Quae Nasonem egregie illustrant. Anthologiae octavo Epigramma exstat incerti scriptoris, cujus ἐκφράσεως intercidit, quod ad Ajacem Timomachi est referendum: Ejus tale initium. Αἴαντα Τιμομάχου πλέον ἢ πατρὸς ἔχοντα τεύχεα Τρῳὸν ὁ γράπτας εἶδε σε μανόμενον. ad ejusdem Iphigeniam a Pimo laudatam traho alterum Epigramma eodem libro, cujus exordium, Μάντιν Τιμάνθεος. Sed Medea Timomachi decantatissima, quamquam operis imperfecti, ut ibidem testatur Plinius. In Anthologiae libro VIII. Epigrammatis compluribus laudatur, etiam in Autonii Epigrammatis, & a Plutarcho. eam intellexit haud dubie auctor Aetnae, ubi de picturis:

Signaque nunc Paphias rorantes arte capilli,
Sub truce nunc parvi lucentes Colchide nati.

sic scribo, non *rorantes parte*. Venerem Apellis Anadyomenen innuit. HEINS. *Irae* Moreti. *utque sit & vultu* Ms. Berlman.

536. *Inque oculis.*] *Oculos* plurimi scripti.

538. *Et modo maternis tecta videtur aquis.*] Barthius XL. Adv. 5. una voce, *modomaternis* legit, & acumen ineffe illis, *tecta videtur*, putat: cum enim tecta sit, nihil tamen in corpore ejus vernile non videri potest. quae vix capio, ita acuta & subtilia sunt: codices variant. duo libri, *nata videtur*. Gottorpianus, *orta videtur*. Heinsius tentaverat olim, *recta videtur*, vel, *nare videtur*. forte legendum,

Ut modo maternis nata (vel *orta*) *videtur aquis.*

ut nudam dicat, ita uti orta fuit è mari, sine ullo velamine. mallem quoque priori versu, *siccans*, ut sensus sit planior. ut enim Ajax & Medea, quae tabellae minime accendunt libidinem, videntur, ita & videtur Venus siccans capillos manibus, (ne eas quidem pudendis partibus praetendens) penitus nuda, ut orta est modo ex maternis aquis. BURM.

539. *Bella sonant.*] Non damno. vide ad Valer. Flac. I. 262. & III. 198. sed forte efficacius esset, *tonant*, de quo vide ad Petron. cap. 11. In primo Palatino erat, *bella fovent*. in alio codice Heinsii, *canant*. eadem diversitas apud Mart. VII. 22.

Phoebe veni, sed quantus eras, cum bella tenenti
Ipse dares Latiae plectra secunda lyrae.

ubi Gruterus ex suo codice, *tonanti* legit, & hoc paullo fortius censet, quam *canenti*. sic idem Mart. VIII. 3.

Aspera vel paribus bella tonare modis.

BURM.

Phyllidis hic idem, tenerosque Amaryllidis ignes,
Bucolicis juvenis luserat ante modis.
Nos quoque jam pridem scripto peccavimus uno.
Supplicium patitur non nova culpa novum.
Carminaque edideram, cum te delicta notantem
Praeterii toties jure quietus eques.
Ergo, quae juveni mihi non nocitura putavi
Scripta parum prudens, nunc nocuere seni?
Sera redundavit veteris vindicta libelli;
Distat & à meriti tempore poena sui.
Ne tamen omne meum credas opus esse remissum;
Saepe dedi nostrae grandia vela rati.

Sex

530. *Pars tua facta canit.*] *Canunt* rectius quidam. HEINS.

535. *De corpore toto.*] *De carmine toto* quidam codices. duo vero, *de corpore tanto*. quod non displicuit Heinsio: certe *corpore* non mutem, quod notat opus membris pluribus constans. ita Noster lib. III. Trist. XIV. 8.

Quaque potes retine corpus in urbe meum.

ut Heinsius recte correxit. Cicero V. ad Famil. 12. *A principio enim conjurationis usque ad reditum nostrum videtur mihi modicum quoddam corpus confici posse.* ubi vide notas. Marius Victor. lib. I. Art. Gram. in fine: *Homerus non tantum in duobus corpusculis Iliadis & Odisseae his versibus Telemachis frequenter usus, sed & in eo carmine, cui Margites nomen est.* & ita JCtus. Ulpianus leg. 52. §. 2. ff. de Legat. 3. *Si Homeri corpus sit legatum, & non sit plenum, quantascunque partes bodie inveniantur debentur.* Suet. III. Gram. cap. VI. *Composuit variae eruditionis volumina, ex quibus novem unius corporis.* Julin. praefat. *florum corpusculum foci.* BURM.

536. *Non legitimo.*] Lege non constituto: vetito. CIOFAN.

537. *Teneraque Amaryllidis ignes.*] *Tenerosque* libri meliores. & *Amaryllidos*. HEINS. *Phyllidis teneros, tenerosque* Lovan.

539. *Scripto peccavimus uno.*] *Uno* tres veteres. Bucolica enim Ovidius non scripsit. HEINS. *Facto peccavimus* unus.

540. *Non nova.*] *Vix nova* unus. *musa novum* alius, *causa* etiam alius.

541. *Cum te delicta notantem.*] Verbum censorium *notare*. A. Gellius libro IV. cap. 12. *Si quis equus Romanus equum habere gracilentum aut parum aptum visus erat, impolitiae notabatur. id verbum significat, quasi si tu dicas, incurve.* Hinc & *nota censoria* in proverbium abiit. idem libro cap. XX. *Notati a censoribus, qui audientibus iis dixerant jocata quaedam intempestivitor, ac de ejus nota deliberatur.* in ipso capite: *Censores P. Scipio Nasica & M. Popillius cum equitum censum agerent, equum nimis strigosum & male habitum, sed equitem ejus uberrimum & habilissimum viderunt. Et cur, inquiunt, ita est, ut tu sis quam equus curatior? quoniam inquit, ego me curo, equum Statius meus servus. Visum est parum reverens esse responsum, relatumque in adversarios, ut mos est.* Plura ibidem. ubi & habes *eximi notae*, hoc est, liberari ab animadversione censorum. HEINS. *Notante* prim. Edit.

542. *Irrequietus eques.*] *Ille quietus* emendatum Lipsio de Militiâ Romanâ lib. I. cap. 5. sed repone, *jure quietus* ex tribus antiquis. Multi alii, *irrequietus*. proxime verum. HEINS. Apud Statium libro IV. Sylva. I. 167.

—— *tu limite coepto*
Tende libens, sacrumque latus, Genioque potentem
Irrequietus ama.

ubi Barthius exponit, numquam desidem; & ita se Ovidium vocare, quia omnem ignaviam exulsus erat. perperam, ut puto; nam *irrequietum* si se dixisset, posset haberi ut res novas moliens; quare cum semper Naso abhorruerit a turba rerum, & se ad otia & umbram natum fuisse dicat, praeferenda Heinsii correctio, qui & apud Statium malebat, *irrequietus*, *quietus* vero, est securus notae censoriae, quia nullius sibi mali conscius erat. sic Plaut. Cure. IV. II. 6. *de ipso quietus esto.* & Terent. Phorm. IV. V. 1. *Quietus esto.* qui & saepe *quiesce*, pro securus sis, utitur. BURM.

543. *Ergo quae juveni.*] *Ergo ea* duo libri. forte, *ergo, ego quae* &c. vid. ad I. Amor. II. 17. HEINS. *Juvenis tria* Lcid. *juvenis* plurimi. mox, *sunt nocitura seni* Leidens.

545. *Sera redundavit.*] In filoris Artis Amatoriae naumachiae ab Augusto recens exhibitae, & expeditionis Caji Caesaris in Armenios mox subsi-

Sex ego Fastorum scripsi totidemque libellos;
Cumque tuo finem mense volumen habet.

Id-

genitis laudatus fit merito sub ipsum poëmatis exitum, quum expeditionem mors Caji Caesaris contexit. Silbermann. Naumachiae spectaculum & mors Caji in contextum D. Lachii Balbi C. Julii Vitalis a Dione conferte. Ut taceamus quin alii scripsum poëma de arte Amatoria Ovidio recognitionem praecellerit. Hugo. Vid. Scaliger. ad Euseb. pag. 175.

545. *Dejlat & a mariti tempore poena fuit.*] In MSS. *adscripsit* vel Heins. *A merito suo* prim. edit. *mariti* pro Puteanis ut *tempore* absolute ponatur pro longo tempore, ut saepe. poena distat a merito suo, longo tempore. ita Epist. IV. 109. *Tempore dejit*, satis exspectatam cum Heinsio, opportune. quia enim ita decrat Theseus Phaedra sibi licere adulterum committere credit, & hinc adest votum, *absque dm.* Burm.

547. *Ista remissa.*] Esse abjectum, humile, & despicabile. Mosch. Hoc posterius melius, ut sit *Remissus*, idem quod solutus. Sic enim & mores *Soluti* dicuntur. Micyll.

548. *Nescius.*] *Ita* vae volebat Francius.

549. *Sua.*] Autatum legere *tres*, Douza notavit.

552. *Cumque suo finem mense volumen habet.*] Sub mensa lib. II. Fast.

Cumque suo finem mense libellus habet.

Posuit autem *volumen* pro libro: sic infra.

Sunt quoque sanctae tot quinque volumina formae.

Ciceron. *Suo finita carmine mensis Labet unus.*

551. *Idque tuo nuper scriptum sub nomine, Caesar.*] Germanicum intelligit Merula. sed cum totus ille liber ad Augustum sit scriptus, haec quoque verba de Augusto capi debere jure quis contenderit. Amplissimus Cupercus, quem sollicitum habebat illa locutio, *scriptum sub nomine*, per literas saepius de hac loco agens, credebat Ovidium sex Fastorum libros absolvisse, antequam iret in exilium, sed illo interruptum opus, neque potuisse sex reliquos adjicere, & forte ne inchoare quidem, & deinde cum Augusto mortuo ederet, mutasse initium, & illos Germanico dedicasse, in qua opinione etiam videtur esse Cl. Masson. Vita Ovid. ad A. U. C. DCCLXIX. vel legendum censet Amplissimus vir, *scriptum sub nomine*, id est re manente tutela praesidio & mihi vives. ut Virgil. XII. Aen. 680. *Cuncta tuo qui bella, pater, sub nomine temptat*, quia, *in scribere sub nomine alicujus* vel *domini*, dubitavit. Sed, quod pace Viri Amplissimi hunc interpreti, non verosimile mihi videbatur unquam Augusto dedicasse Fastos, quia nullum ejus rei vestigium apparet, & numquam ad Augustum orationem dirigat, sed ad Germanicum aliquoties. neque, si mortuo Augusto praefationem mutasset, Germanico inscripsisset carmina sua miser exul: quem Tiberio successori Augusti invisum & suspectum esse scire poterat, sed potius ipsi Tiberio. Cl. Massonius in vita Ovidii ad U. C. DCCLXIII. §. 10. putat etiam non duodecim libros absolvisse Ovidium, sed scripsisse sex libros Fastorum, hoc est, ex Fastis, & sex libros, qui *Fasti* dicti, quia iisdem signata tempora fastis tractat. quae verba, si recte capio, volunt illum sex libros scripsisse, qui simpliciter dies & eorum jura comprehendebant, ut erant Fasti a Pontificibus fieri soliti, & quales hodie superstant etiam diversis exemplaribus. & deinde sex libros carminum, quibus tempora, quae antea fastis vel libellis tantum signaverat, tractat latius. sed nescio an recte: si enim percipio mentem viri doctissimi, illa distinctio nulla auctoritate nititur. nam neque illi priores fasti Ovidiani exstant, neque quisquam eorum meminit: neque video cui bono ille labor, cum haberet fastos vulgares & pontificios, ex quibus poterat jura dierum sumere, & carmine celebrare, & quasi commentario illustrare. neque alia inde gloria Ovidio maneret, quam, si quis hodie vellet fastos nostros carmine describere & illustrare, antea novum Kalendarium, sive (ut vocamus) Almanachum faceret, qui labor inanis foret. Praeterea cum in animo haberet duodecim libris opus suum absolvere pro numero mensium, certe priores fastos duodecim libris consignasset, & ita non posset dici sex & totidem libros scripsisse, sed duodecim, & totidem. adde quod illa locutio Poëtica *sex & totidem libros Fastorum*, non aliter potest capi, nisi de libris ejusdem argumenti, nam idem notat quod duodecim lib. os Fastorum, & exemplum desidero, ubi numerus aliquis Poëtico more duplicatus, vel triplicatus, de diversae materiae operibus poster capi. puto ergo revera scripsisse duodecim & etiam absolvisse, (quod probari etiam potest ex Servio ad Virg. Georg. I. 34. ubi ex Ovidii Fastis dicit Quinctilem & Sextilem in Julium & Augustum mutatos) sed ut solebat, subita opera, & ea mente ut postea emendaret: quae emendato cum desierit, hoc vocat, *fortem rupisse opus*, quod non notat, sex tantum libris absolutis cum in exilium iret, reliquos sex non inchoasse. sed non perpolitos evulgasse; eodem enim argumento quis efficeret plures quindecim Metamorphoseon libris scripsisse Nasonem. nam & de illis dicit I Trist. 6.

Infelix domini quod fuga rupit opus.

hi tamen integri ad nos pervenerunt, licet curae lo-

Idque tuo nuper scriptum sub nomine, Caesar,
Et tibi sacratum fors mea rupit opus.

Et

secundae defuerint. sed quid tandem faciemus huic locutioni, *tua scriptum sub nomine?* an dicemus apostrophen esse, ut saepe Poëtae solent, ad Germanicum? non puto: nam eodem modo mox vs. 560. Augustum alloquitur. *sub nomine* vero non uno semper modo explicari potest: nam aliquando idem notat quod eo nomine appellatur, ut *fasti sub nomine Caesaris* esset idem, quod *Fasti Caesarei*. ita Noster I. Met. 419.

Quod modo vena fuit, sub eodem nomine mansit.

Liv. I. 36. *Posteriores sub eisdem nominibus, quibus additi erant appellati sunt.* cap. 43. *Sex alias centurias tribus ab Romulo institutis sub iisdem, quibus inauguratae erant, nominibus fecit.* Lucan. I. 495.

Quaque sub Herculeo sacratus nomine portus.

& ita alibi. Avien. Descr. Orb. 75. *Celebri sub nomine tantum, Quatuor infuso latè sale terga dehiscunt.* Et vs. 611. *Haec columella prius fuerat sub nomine prisco.* & 1013. *Hic idem Cragus habetur Nomine sub gentis.* & ita ille passim. Diversa paullum est significatio apud Quinctil. VII. Inst. 2. *actiones, quae sub nomine meo fernantur*, id est quasi ego illorum auctor essem. cui vicina sunt illa apud Nostrum, IV. Trist. 10.

Nomine sub nostro fabula nulla fuit.

& Martial. VII. 11.

Vipereumque vomant nostro sub nomine virus.

aliam iterum vim habent illa ex IX. Met. 557.

Dulcia fraterno sub nomine furta tegemus.

& Ep. XVI. 243. *Indiciumque mei fictio sub nomine feci.* iterum alius est sensus eorum apud Sueton. Augusl. cap. XXIX. *Opera sub alieno nomine fecit.* & Val. Fl. II. 329.

Ingentem procerum sub nomine taurum
Dejicit.

& diversa notant illa IV. Met. 321.

Evoe Bacche sonat. Bacchi sub nomine Juno
Risit.

ubi est, audito nomine. ut Val. Flac. III. 250. *Herculeo sub nomine pendent.* id est, ubi meminerint. diversum etiam quid est apud Tacit. XVI. Ann. 19. ubi dicitur Petronius, *flagitia Principis sub nominibus exoletorum & feminarum descripsisse*, id est, eorum nominibus expressis: ex quo loco hic *scribere sub nomine* posset explicari, expresso, memorato Caesaris nomine: nec idem volunt illa Ep. XVII.

Orbe quoque in mensae legi sub nomine nostro,
Quod dedicta mero littera facit, Apo.

ubi est sub nomine Helenae subscriptum legi, *Apo.* hoc vero loco *scriptum sub nomine* possumus capere pro sub tutela & patrocinio, quod initio carminis implora vimus. ita fere similiter dixit I. Art. Am.

Tale rudimentum tanto sub nomine debet.

& IV. Trist. 2.

Et qui Caesareo juvenes sub nomine crescunt.

& Sil. XIII. 400.

Sic ad Cumaeam, quae tum sub nomine Phoebi
Autonoë tripodas sacros antrumque tenebat,
Fert gressus juvenis.

ubi Heinsius mallet, *sub numine.* ego nihil muto. ut nec lib. XVI. 655.

Dis grates laudemque fero, sub nomine quorum
Gens Trojana fumus,

Gratius Cyneg. 10.

Adscivere tuo comites sub nomine Divae
Centum omnes nemorum,

ex his omnibus, & quae plura sunt in mundo, videmus, quam varie illa locutio, *sub nomine* fingatur. si quis tamen, *scribere sub nomine alicujus*, hoc sensu dici non posse contendat, possemus refugere,

Idque tuo coeptum nuper sub nomine, (vel *numine*) *Caesar*,
Et tibi sacratum fors mea rupit opus.

nihil facilius enim, quam *coeptum* & *scriptum* confundi. vid. & lib. V. XI. 35. coeperat ergo sub numine Caesareo, id est sub tutela ejus domus, cujus pars erat nepos ejus adoptivus Germanicus, & sacraverat jam animo suo honori Juliae gentis, cujus toties in fastis meminit honorificentissime, hoc opus, duodecim libris consignatum, sed cui *coepto* operi *ultimam manum* invidit exilium. in Juniano erat etiam, *jamque tuo scriptum*. & in Francof. *idque tuo nuper scripti sub n. C.* impedimur vero adhuc illa verba, *tibi sacratum*, quae certe Augustum videntur spectare, eodem modo ut illa initio Fastorum ad Germanicum, *in tibi devoto munere desine adsit*. quare vel cum Cupero & Massonio statuendum esset, mutasse ultimo vitae anno dedicationem, quod tamen vix induci possum ut credam, obrationes modo dictas. nec cum Merula statuere licet, ante mortem Augusti mutatam dedicationem, & Germanico inceptos fastos, ut ejus patrocinio reditum impetraret. sed *tibi sacratum* posset notare, tuo honori a me consecratum ideo, quia saepe Augusti laudes & munia erga Deos in iis libris celebravi. ut lib. I. 13.

Et dedimus tragicis scriptum regale cothurnis:
Quaeque gravis debet verba cothurnus habet.
Dictaque sunt nobis, (quamvis manus ultima coepto
Destiit,) in facies corpora versa novas.
Atque utinam revocare animum paullisper ab irâ,
Et vacuo jubeas hinc tibi pauca legi!
Pauca, quibus primâ surgens ab origine mundi,
In tua deduxi tempora, Caesar, opus:
Adspicias, quantum dederis mihi pectoris ipse;
Quoque favore animi teque tuosque canam.
Non ego mordaci destrinxi carmine quemquam;
Nec meus ullius crimina versus habet.
Candidus à salibus suffusis felle refugi:
Nulla venato litera mixta joco est.

In-

Caesaris aras canant alii, nos Caesaris aras;
Et quantumque sacris addidit ille dies.

quae de Augusto capienda, licet alii ad Julium Caesarem referant. Sed plures aras, templa & dies festos Augustus instituit, quam Julius. qui hunc eadem felicitas fovebit, ei statim me suffragatorem promitto. Burm.

552. *Sors mea.*] Exilii calamitas. lib. I. Eleg. IV.

O ter praecipua sors mea vita fuit!

Lib. IV. De Ponto Eleg. XIV.

Multiter à nobis mea sors exempta Tomitae.

Ciofan. *Fors mea* Pulm. & duo alii.

553. *Rapit opus.*] Sic supra: *infelix domini quod fuga rapit opus.* Ciofan.

555. *Et dedimus Tragicis.*] Tragoediam intelligit, quam Medeam inscripsit; cujus hoc carmen extat Quinctilianus lib. XII.

Servare potui, perdere an potuerim, rogas?

Reliquum una cum quibusdam aliis ex ejus ipsius operibus secus nostri desiderat. Ciofan. *Septimus regis Gamenis* corrigebat Francius. vid. ad III. Amor. I. 13.

557. *Coepta.*] *Capta* duo. *capti* unus.

558. *Spiritus favore.*] Unus Heinsii, *furore*, ut Autorem Poëticum intelligat.

560. *Deduxi.*] *Desinxi* Politian. quod facilius librarii in *deduxi*, memor illorum I. Met. 4. *Ad mea perpetuum deducite tempora carmen* mutare potuit, etiam, si Ovidius *deduxi* scripsisset, pro eo frequentius *desinxi*. *dedexi* unus codex. sed haec omnia alibi observata est varietas. vid. ad Quinctil. I. 12. Inst. Orat. 8. Burm.

561. *Aspicies quantum dederis.*] *Aspicies* multi. Unus, *Aspicias*. recte. Heins. Nam repeti debet *utinam*, ut paullo ante, *utinam revoces. adspicias* Gryphius & alii dedere. Berlman. *aspiceres* probat, & tamen *utinam* subintelligit.

563. *Destrinxi.*] *Distrinxi* edit. pleraeque. *detraxi cuiquam* unus. *detrexi* Leid. vid. ad Phaedr. I. 24.

565. *Candidus a salibus suffusis felle refugi.*] Locus hic non videtur sanus. *suffusos* multi. *à nimio suffusos felle* tres veteres. Hamburgensis, *à nimio suffusos fella*. sed apud Ausonium Carm. V. in Rhetoras habet, *salibus madefusis fellis nullo perlitis*. ita enim ex veteri libro scribendum. sequenti versu pro *litera mista*, quidam vetuli, *vincla*, vel *juncta*. Forte, *tincta*. Heins.

566. *Nulla.*] *Nuda* Ms. Berlman.

567. *Tot scripti millia nostri.*] Tanaquillus Faber epistola XXXVII. volebat corrigi,

—— *tot scriptis, millia, nostris.*

Heins. Locus corruptus. quid enim est *scripti millia nostri*. Merula explicat inter tot millia carminum nostrorum. sed quis ita loquitur? in variis lectionibus remedium nullum invenio. sed suspicor latere vocem, quae Poëtarum chorum notet; ut sit sensus inter tot millia populi, & nostrae turbae, id est Poëtarum, ego unus sum, quem mea haesit musa: *Inter tot populos* Berlman. & Bernens. forte, *studii tot millia nostri*, id est Poëtici studii confortes. ut ita v. Trist. III. 47. *consortes studii pia turba poëtae.* & *sacri studii communia foedera* lib. IV. XIII. 43. & ita passim in his libris. locutio vero similis illi Plinianae, *Arion Citharoediae artis*, quam illustravimus ad Quinctil. Declam. VIII. 3. Burm.

568. *Quem mea Calliope laeserit, unus ero.*] Paulo saepius:

Quem

Inter tot populi, tot scripti millia nostri,
Quem mea Calliope laeserit, unus ego.
Non igitur nostris ullum gaudere Quiritem
Auguror, at multos indoluisse malis.
Nec mihi credibile est quemquam insultasse jacenti;
Gratia candori si qua relata meo est.
His precor atque aliis possint tua numina flecti,
O Pater, ô Patriae cura salusque tuae.
Non ut in Ausoniam redeam, nisi forsitan olim,
Cum longo poenae tempore victus eris.
Tutius exilium, paullo quietius, oro:
Ut par delicto sit mea poena suo.

Quem sua perdiderit Musa, repertus ego.
Ciofan. *Unus ego* quinque veteres. sic ante;
Quem sua perdiderit Musa, repertus ego.
Totus locus non inconcinne sic constituetur,
Inter enim populi, tot scriptis millia nostris
Quem mea Calliope laeserit, unus ego.
inter populi enim tot millia, quem laeserit scriptis nostris mea Calliope, unus ego sum. Heins. *Quem sua* quatuor libri.

571. *Insultasse.*] *Insultare* meliores. Heins.

572. *Meo candori.*] Nostro idiomate: *alla mia schiettezza integrità.* sic verbum *Candidus*, apud hunc ipsum poëtam saepissime leges, & apud Horatium in Epist.

Albi nostrorum sermonum candidus judex.

Quod quidem verbum, eo sensu, ipsorum aetate usurpari coeptum esse opinor. Ciofan.

572. *Relata.*] *Relicta* duo codices, & ita edidit Berlmannus. *reddita si qua* Lovan.

574. *Cura.*] *Causa salusque* Bernens.

577. *Tutius.*] *Mitius* Politian. Servii & alius. *paullumque* Lovan. qui & mox, *poena meo*: ut & Servii à manu prima. *opto* etiam unus.

P. OVIDII NASONIS TRISTIUM

LIBER III.

ELEGIA I.

Missus in hanc venio timidi liber exsulis urbem.
Da placidam fesso, lector amice, manum:
Neve reformida, ne sim tibi forte pudori.
Nullus in hac chartâ versus amare docet.
Nec domini fortuna mei est, ut debeat illam
Infelix ullis dissimulare jocis.
Id quoque, quod viridi quondam male lusit in aevo,
Heu nimium fero damnat & odit opus.
Inspice quid portem: nihil hic nisi triste videbis;
Carmine temporibus conveniente suis.

Clau-

1. *Venio timidi liber exulis.*] Alii, *timidus*. male, *fugit exsilii*. ſc infra, *res timida eſt omnis culpæ*. Voſſ. *Liber exſul in urbem* P. Servii codex & Reinold.

2. *Da placidam feſſo.*] *Faſſo* tres libri, pro *laſſo*, locutionem ab illo officio, quo languentibus manum dicunt, defumtam puto. ut apud Petron. cx. *quis non ſuas manus languentibus offert?* & quo ſenſu illud infra Eleg. vii. hujus libri v. 76.

Illam projecto nemo negare manum.

Et de mendico lib. v. Triſt. ix. 18.

Nec dubitat nostri jam fera ſavet manum.

Hic vero verbi redundaret melius, ſi legeretur in ſequentibus, *Aſpice in hunc venio tandem liber exſulis urbem*, nam in Leidenſi erat, *tandem*, ex quo ſi tandem non amor ejus faceret, ut longam manum offerat, quæ ſolo ante manum ſibi dari poſſit a Roma.

Ne reformida.] *Ne reformidi* Morel. Jun. Leid. & alius. & Mſ. Berſman. qui & ſeq. verſu. ut & plerique, *nullis*. vid. lib. i. ix. 37. *locis* etiam Leid. & Moretl, ſollemni aberratione.

7. *Quondam male.*] *Dudum male* unus. *luſerat aevo* Leidenſ. *luſimus* Bernenſ. mox, *eo nimium* Polit. pr.

9. *Inspice.*] *Aſpice* Gryph. & alii.

11. *Clauda quod alterno ſubſidant carmina verſu.*] Lib. i. Amorum & Elegia:

Par erat inferior verſus: riſiſſe Cupido
Dicitur, atque unum ſurripuiſſe pedem.

Mox:

Sex mihi ſurgat opus numeris, in quinque reſidat;
Terrea cum veſtris bella valete modis.
Cingere litorea flaventia tempora myrto
Lusa ſer undenos emodulanda pedes.

Ciofan. *Subſidunt* omnes ſcripti & olim editi; ſed mutarunt quidam pro arbitrio ſuo. *clauſa* Leidenſ.

12. *Pedis hoc.*] *Hanc* Putean. Bernenſ. & Mſ. Berſm.

Clauda quod alterno ſubſidunt carmina verſu,
Vel pedis hoc ratio, vel via longa facit.
Quod neque ſum cedro flavus, nec pumice levis;
Erubui domino cultior eſſe meo.
Litera ſuffuſas quod habet maculoſa lituras;
Laeſit opus lacrimis ipſe poëta ſuum.
Si qua videbuntur caſu non dicta Latine;
In quâ ſcribebat, barbara terra fuit.
Dicite, lectores, ſi non grave, quâ ſit eundum;
Quasque petam ſedes hoſpes in Urbe liber.
Haec ubi ſum linguâ furtim titubante locutus;
Qui mihi monſtraret, vix fuit unus iter.
Di tibi dent, noſtro quod non tribuêre parenti,
Molliter in patriâ vivere poſſe tuâ.
Duc age: namque ſequor. quamvis terrâque marique
Longinquo referam laſſus ab orbe pedem.
Paruit; & ducens, Haec ſunt Fora Caeſaris, inquit:
Haec eſt a Sacris quae via nomen habet.
Hìc focus eſt Veſtae; qui Pallada ſervat & ignem:
Hìc fuit antiqui regia parva Numae.

In-

Berſm. *haec ratio eſt* Junian. & Moreti. *longa fuit* Leid. Moreti & Servii.

13. *Flavus.*] *Fulvus* Leidenſis & ſeptem alii. *comptus* duo.

14. *Erubui domino cultior eſſe meo.*] Elegia & lib. i.

Vade ſed incultus, qualem decet exſulis eſſe,
Infelix habitum temporis hujus habe.

Ciofan.

16. *Suum.*] *Suis* Lovan. & novem alii.

17. *Siqua videbuntur caſu non dicta Latine, In qua ſcribebat, Barbara terra fuit.*] Elegia i. libri, qui hunc ſequitur:

Si qua meis ſurint, ut erunt, vitioſa libellis,
Excuſata ſuo tempore lector habe.

Elegia ult. hujus lib.

Quod quicunque leget, ſi quis leget, oſſimet ante
Compoſitum quo ſit tempore, quoque loco.

Lib. v. Eleg. xii.

Carmina ſcripta mihi ſunt nulla, aut qualia cernis,
Digna ſui domini tempore, digna loco.

Ciofan. *Latino* Mſs. Berſman.

18. *In qua ſcribebat.*] *Scribebam* Stroznac. Lege, *ſcribebar*, atque ita Zulichemianus. Heins. *Scribebat* retinendum, quia praeceſſit *laeſit*.

19. *Qua.*] *Quo* Palat. prim. & ſex alii. & Berſmanni. vid. ii. Triſt. 305.

22. *Vix fuit.*] *Vir fuit* duo ſcripti.

23. *Quod non tribuêre poëtae.*] *Parenti* tres præ diverſa lectione. ſic infra hac ipſa Elegia:

—— —— noſtro placata parenti
Iidem ſub dominis aſpiciare deum.

& mox,

Quaerebam fratres: exceptis ſcilicet illis;
Quos ſuus optaret non genuiſſe parens.

Ita ſcripti. hinc & libros ſuos paſſim *natorum* nomine donat. ſupra lib. i. Eleg. i. ad librum:

—— ſi qua eſt tibi cura parentis.

Pont. iv. Eleg. v.

Quidque parens ego veſter agam.

ſic & Amatoriae Artis libros Oedipodas & Telegonos, hoc eſt parricidas appellat ſupra lib. i. El. i. Heins. *Di tibi dent* Leid. ut ab ejus felicitate argumentum ad humanitatem hoſpiti praeſtandam deducat.

25. *Duc age: namque ſequar.*] Unus, *ſequor*. Poto, *jamque ſequor*. ut apud Comicos, *I prae: ſequor*. Heins. Vid. vi. Faſt. 116. *nempe ſequor* unus. *teque ſequar* Bernenſ.

29. *Hic focus eſt Veſtae &c.*] Lib. vi. Faſtorum:

Hic locus exiguus, qui ſuſtinet aeria Veſtae,
Tunc erat intonſi regia magna Numae.

Inde petens dextram, Porta est, ait, ista Palati:
Hic Stator: hoc primum condita Roma loco est.
Singula dum miror; video fulgentibus armis
Conspicuos postes, tectaque digna Deo.
An Jovis haec, dixi, domus est? quod ut esse putarem,
Augurium menti querna corona dabat.
Cujus ut accepi dominum, Non fallimur, inquam:
Et magni verum est hanc Jovis esse domum.
Cur tamen adposità velatur janua lauro;
Cingit & augustas arbor opaca fores?
Num quia perpetuos meruit domus una triumphos?
An quia Leucadio semper amata Deo?
Ipsane quod festa est, an quod tacit omnia festa?
Quam tribuit terris, Pacis an ista nota est?
Usque viret semper laurus, nec fronde caducâ
Carpitur; aeternum sic habet illa decus?

Causa,

P. Victor. in regione VIII. Numae regia. Templum Ve[illegible] Cicero. Elegantior mihi videtur Lectio Herculanei codicis, *Hic fores ista Vestae.* ita enim propriè: ut Horus I. 2. & infiniti alii. Burm.

30. *Haec fuit.*] *Hic* scripti. Heins. Vic. Epist. I. 33. *regia parca* Putean. *regia celsa* Excerpta Vossii.

31. *Porta est.*] *Statio est* Herculan. ut inf. *Pl.* 59.

32. *Hic Stator.*] Scribe, *Stator.* Jovis Statoris aedem intelligit ita Consbii codex, neque aliter Politianus in ora sui exemplaris, & Gronovius Observat. lib. IV. cap. 15. Heins.

32. *Hoc primum condita Roma loco est.*] A Romulo. C. Vellejus Paterculus lib. I. *Sexta Olympiade, jam duos et viginti annos, quam prima conflata fuerat, Romulus, Martis filius, ultus injuriae avi, Romam urbem Palatinis in Palatio condidit. A quo tempore ad vos Consules anni sunt* DCCXXXIII. *Id autem post Trojam captam annis* CCCXXVII. Sed hanc historiam collegi copiosiorem in meis in Metamorphosin Observationibus; quas consule: etiam minime trivialis est. Illud hic docendus es, à primordio Urbis, ad hunc annum, quo tua causa haec scribere aggressus sum, *co. d. xxxiii. xii.* Kal. Febr. numerari anno: *co. cc. ccc. xxxi.* mensis x. Jesu Christus nostrae salutis auctor nasci dignatus est anno ejusdem Urbis DCCLII. Augusto imperante. Ciofan.

33. *Dum miror.*] *Dum mirat* Gottorph.

34. *Et Jovis.*] Quaedam editiones, *est*, sed in Herculaneo codice, *an Jovis.* rectius ut puto: dubitabat, propter coronam quernam, sed exemit dubitationem responsio: ut patet ex illis, *ut accepi dominum*, & *non fallimur.* Burm.

37. *Cujus ut accepi dominum.*] *Numen* opt. Pal. Heins.

39. *Oppositâ lauro.*] *Appositâ lauro* plerique veteres. recte. ut monui ad Epist. VII. *Pl.* 100. Heins.

40. *Arbor opaca comas.*] *Fores*, non *comas*, ex veteribus legendum. Naug. Lege, *fores*, non *comas* ex uno Vatic. Quam lectionem reppererat in aliis antiquis libris, annis abhinc unde quinquaginta, Alexander Paganinus, qui in omnia Ovidii opera emendationes scripsit. Confirmat & eam Plinius lib. XV. cap. 33. *Laurus*, inquit, *triumphis propriè dicatur, vel gratissima domibus janitrix Caesarum, Pontificumque: quae sola & domos exornat, & ante limina excubat.* Martialis libro VIII. vocat *Penates laurigeros*, quod ante Imperatorum domum sita erat laurus, ejus carmina haec sunt:

Laurigere, domini liber intrature penates
Dicite verecundo sanctius ore loqui.

Ciofan. Melius alii libri:

Cingit & Augustas arbor opaca fores.

Notum illud Metamorphoseon I.

Postibus Augustis eadem fidissima custos,
Ante fores stabis, mediamque tuebere quercum.

D. Heins. *Augustas fores* agnoscunt etiam multi ex antiquis, non *comas*. & hoc probe. neque aliter ex suis Naugerius & Ciofanus. pro *arbor opaca* tres, *querna corona*, ut Fasti lib. I. 614. ad Germanicum:

Protegat & vestras querna corona fores.

Heins. Sed jam *querna corona Pl.* 36. praecessit.

Causa, superpositae scripto testata coronae,
Servatos cives indicat hujus ope.
Adjice servatis unum, Pater optime, civem;
Qui procul extremo pulsus in orbe jacet.
In quo poenarum, quas se meruisse fatetur,
Non facinus causam, sed suus error habet.
Me miserum, vereorque locum, veneroque potentem,
Et quatitur trepido littera nostra metu.
Adspicis exsangui chartam pallere colore?
Adspicis alternos intremuisse pedes?
Quandocumque, precor, nostro placata parenti,
Isdem sub dominis adspiciare domus.
Inde tenore pari gradibus sublimia celsis
Ducor ad intonsi candida templa Dei.
Signa peregrinis ubi sunt alterna columnis
Belides, & stricto barbarus ense pater:

Quae-

rat. Micyll. ad I. Metam. 563. producit *arbor opaca domus*, an memoriae vitio, an ex codice nescio. hîc certe duo habent, *domos*. unus, *domus*. de lauro Palatinae domus vid. Barth. ad Claud. IV. Cons. Honor. *Pl.* 3. Burm.

41. *Tu quia.*] *Num quia* meliores. Heins. Eleganter Leidensis codex, *Domus una*: reliquae enim triumphos quidem meruerunt, sed sola Augusta domus *perpetuos*. praeterea; *habuit domus* Putean. Burm.

42. *Amata.*] *Amica* unus.

45. *Caduca.*] Unus, *pudica. habet ipsa decus* prim. Polit.

47. *Causa suppositae scripto testante coronae.*] Ita ex eodem libro vetere & ratione legendum. Cior. Perperam, *testante* plurimi ex scriptis. Pont. IV. Eleg. VI.

Vincitur Aegyptos, testataque tempora in omne
Sunt tua, Vestalis, carmine facta meo.

sic & *comitata* passive passim apud Nostrum. Heins. *Causaque suppositae* Lovan. Micylli, Bersmanni Gryph. & al. Edit.

49. *Adjice.*] *Addice* Ms. sed fortasse scribere voluit, *adice*, quam scripturam & in hoc, & in codice Virgiliano, cum in hoc, tum in aliis hujus verbi compositis, non geminata l passim offendimus. Bersman.

49. *Unum civem.*] Unum Ovidium. inepte autem Mertola addit *me*, cum liber sit, qui loquatur. Ciofan. *Precor, optime, civem* unus liber.

50. *Pulsus in orbe latet.*] *Jacet* cum primo Politiani & sex aliis. infra Eleg. III.

Quid mihi nunc animi dira regione jacenti? &:

Lassus in extremis jacto populique locique.

Pont. lib. I. Eleg. III.

Orbis in extremi jacuo desertus arenis.

Eleg. VII.

Ecquis in extremo positus jacet orbe iuorum?

lib. I. Eleg. VIII.

Denique tot expulsi sum miles in exule solus:
Tuta (nec invideo) caetera turba jacet.

ita vere codices antiqui. & lib. II. Pont. Eleg. VII. initio, & lib. III. Eleg. I.

Ut minus infesta jaceam tellure labora.

atque ita passim Noster. Heins.

51. *Quas se.*] *Quas sat meruisse* Cod. Servii.

53. *Vereorque locum, veneroque potentem.*] in nonnullis, *parentem*, & fortasse melius. Naug. *Parentem* unus Vatic. alius, *potentes*. an, *penates*? unus etiam, *veneroque potentem*. Heins.

54. *Trepido metu.*] *Rapido* plerique. unus, *pavido*. Heins.

57. *Placare parenti.*] Lege ex duobus Vatic. & Maffei, *placata*. per prolopopoeiam. Ciofan. *Placanda* Putean. *peccata* junian. *quantumcunque* etiam Leid. & duo alii. sed *quandocunque* dici de indefinito tempore pro *aliquando* docuit pol. alios Bentlej. ad Horat. I. Sermon. IX. 33. Burm.

59. *Inde tenore.*] Ex isdem duobus Vatic. legendum, *timore*. Ciofan. *Tenore* maxima scriptorum pars. Pont. libro I. Eleg. XI.

Quaecque viri docto veteres cepere novique
Pectore, lecturis inspiciencla patent.
Quaerebam fratres, exceptis scilicet illis,
Quos suus optaret non genuisse parens.
Quaerentem frustra custos me, sedibus illis
Praepositus, sancto jussit abire loco.
Altera templa peto, vicino juncta theatro:
Haec quoque erant pedibus non adeunda meis.
Nec me, quae doctis patuerunt prima libellis,
Atria Libertas tangere passa sua est.

In

Et peragit solito vana timoris iter.

Epistola Didus:

—— vinaque mestissima nostrae
Frofuerint luctui, qui fuit ante, timor.

Timor vinus Epistola Helenae:

Dumque timor vitae sit fuus ille meae.

Heins. Et ita passim Livius vid. lib. IV. II. V. 5. VII. 40. XXII. 15. 37. & alibi. vide & Erasmum in Adagiis, *in vino timore. timore gravi* quatuor scripti. *tremore* unus. *rigore* Medonii. Burm.

63. *Candida templa.*] Propter marmor, quo recte & ornata erant. Ciofan. Huc referebat Heinsius illa Propertii II. Eleg. XXIII. 9. quae ita legebat.

Tum mediae Paciis surgebat marmore templum.

ubi *clare* alii, Scaliger, *Clario.* cum quo Broukhusius facit. *recta Dei* unus. jam quoque *templa candida* vocat lib. I. Fast. 70. Burm.

61. *Ubi sunt.*] Malim, *ubi stant.* nisi sequenti versu cum prisci editionibus & scriptis nonnullis *reponi* pro, *barbarus, stat ferus.* ut est in codice Basilicano & ecto alii. *stat pater ecce ferus.* Junii codex ut lib. I. Art. Am. 73.

Quaque patres rerum miseris patruelibus ausae
Bellaque, & fratris fata ferox ense pater.

ubi plura ad illustrationem hujus loci congessit. Heins.

62. *Et fratris stat ferus ense pater.*] Multo rectius ea ut est, quibus scr. libris scripsit: *& fratris barbarus ense pater.* libro primo de Arte, ubi locus versum ecclesiast, meminit hujus portentus:

Nec tibi victrices, quas pictis sparsa tabellis
Persicus, and vitt Livia nexae, habet.
Quaque parat, rerum miseris patruelibus ausae
Bellaque, & fratris barbarus ense pater.

Ciofan.

63. *Quaeque viri docto.*] Suetonius in Aug. fo cap. XXIX. *Templum Apollinis in ea parte Palatinae domus excitavit, quam fulmine ictam desiderari a deo aruspices pronunciarant. Addita porticus cum Bibliotheca Graeca Latinaque. Quo loco jam senior saepe etiam senatum habuit, decuriasque Judicum recognovit.* meminit hujus etiam Bibliothecae Scholiastes antiquus Juvenalis Sat. prima ad illum versum, *jurisque peritus Apollo.* ubi ille, *quia bibliothecam Juris civilis & liberalium studiorum in templo Apollinis Palatini dedicarat Augustus.* Fuit ex illo & Bibliotheca in templo Pacis. cujus mentio apud A. Gellium libro V. cap. 25. libro XV. cap. 8. & bibliotheca suburbana Tiburi in templo Herculis, cujus idem alibi meminit. & in primis lib. XIX. cap. 5. & bibliotheca templi Trajani, de qua idem libro XI. cap. 17. bibliotheca domus Tiberianae libro XIII. cap. 18. *bibliotheca Patreasii* libro XVIII. cap. 9. Heins.

63. *Veteres fecere novique Pectore.*] *Cepere* antiqui fere omnes. Avienus Prognosticis, *cape solers singula monte.* quod passim apud scriptores occurrit. Veram lectionem jam vidit sagacissimus Gronovius Observat. lib. II. cap. 3. qui illic conferatur. Heins.

66. *Non genuisse patet.*] *Parens* in melioribus scriptis & priscis editionibus. malim etiam, *optarit.* nam *optarat* est in quibusdam. Heins.

67. *Custos e sedibus illis.*] *De sedibus* nonnullis. Scribe, *me sedibus.* Heins.

69. *Altera templa peto.*] Sunt qui hic de templo Magnae matris intelligent, quod fuit in Palatio, ut Livius docet. Plerique de templo Vestae: id enim (autore Dionysio) extructum est à Numa in medio foro, inter Capitolium & Palatium. Magis placet, propter sequens carmen, Libertatis atrium intelligas, quod ab Asinio Pollione erectum est. Merula. Quid si de templo, sive aede Herculis Musarum intelligamus, quem Musagetem Graeco nomine vocarunt? cujus autor extitit Martius Philippus, ut Sueton. tradit. Neque enim de eodem loco, sive templo, accipere libet Atrium libertatis, de quo sequente versu mentio fit, & illud de quo hic dicitur. Merula. Veneris victricis templum vicinum puto Pompeji Theatro. Berm.

71. *Paturunt.*] *Docuerunt* Putean. *placuerunt* Leidens. *tabellis* Lovan.

73. *In genus.*] *Ingenio* Servii codex. *reducat* Lovan.

74. *Nati.*] Libri, Ovidii filii. Metaphora. Vide quae dixi lib. & Eleg. I. Ciofan.

76. *Caesar erit.*] *Eris* Puteaneus.

77. *Di precor.*] *Deprecor* Bern. & plurimi scripti. *Te precor* Moreti & novem alii.

77. *Neque enim mihi turba roganda est.*] Malim, *roganda es.* Deos enim alloquitur. Heins.

79. *Statio.*] Metaphora à militibus, sive a navibus, vel potius ab utroque sumpta. Ciofan. Possent & respici ad *Stationes* in urbe Roma, ut erant Porticus, Tabernae, Basilicae & alia loca publica, in quibus & recitationes fiebant, & otiosi ad confabulandum conveniebant, de quibus vid. Hottom. Amicab. Resp. II. 13. Torr. ad Suet. Neron. 37. Barth. II. Adversi. 22. Graev. Lect. Hesiod. XI. sed verius est, a navibus desumtam vocem; nam in initio se *fessum*, & *terra marique* venisse dicit. praeterea, *intranti quoniam* Putean. & duo alii. Burm.

81. *Pudore.*] *Dolore* unus. *rubore* Polit. prim. non male.

82. *Plebejas.*] *Phoebeas* editio prima. ut Poëtas intelligat. hujus lectionis meminit quoque Merula, sed improbat. recte. nam publicae stationi opponit plebejas manus. Burm.

In genus auctoris miseri fortuna redundat;
Et patimur nati, quam tulit ipse, fugam.
Forsitan & nobis olim minus asper, & illi
Evictus longo tempore Caesar erit.
Di, precor, atque adeo, (neque enim mihi turba roganda est)
Caesar, ades voto, maxime Dive, meo.
Interea, statio quoniam mihi publica clausa est;
Privato liceat delituisse loco.
Vos quoque, si fas est, confusa pudore repulsae
Sumite plebejae carmina nostra manus.

ELEGIA II.

ERgo erat in fatis Scythiam quoque visere nostris,
Quaeque Lycaonio terra sub axe jacet?
Nec vos, Pierides, nec stirps Latoïa, vestro
Docta sacerdoti turba tulistis opem?

Nec

1. *Ergo erat.*] Decrat hoc distichon Codici Servii. in multis, & optimis, haec Elegia continuabatur superiori.

2. *Quaeque.*] *Quaeque* Bernens.

3. *Nec vos Pierides, nec stirps Latoïa vestro Docta Sacerdoti turba tulistis opem.*] Poëtae & Apollinis & Musarum sacerdotes dicuntur. lib. III. Am. Eleg. VII.

Ille ego Musarum parus, Phoebique sacerdos
Ad rigidas, &c.

& in libde:

Nulla mora est in me, peragam rata vota sacerdos.

Horat. Oda I. lib. III. Carm.

—— carmina non prius
Audita Musarum sacerdos
Virginibus, puerisque canto.

Tibullus lib. II.

Phoebe fave, novus ingreditur tua templa sacerdos.

Propertius lib. III. Eleg. I.

Primus ego ingredior puro de fonte sacerdos
Itala per Grajos orgia ferre choros.

Ciofan.

3. *Nec stirps Latonia.*] *Latoïa* quatuor veteres. Regius, *Latoica.* Met. VIII. 15.

Nec mihi, quod lusi vero sine crimine, prodest;
Quodque magis vitâ Musa jocosa mea est;
Plurima sed pelago terràque pericula passum
Ultus ab adsiduo frigore Pontus habet.
Quique fugax rerum, securaque in otia natus,
Mollis & impatiens ante laboris eram,
Ultima nunc patior. nec me mare portubus orbum
Perdere, diversae nec potuere viae.
Sufficitque malis animus. nam corpus ab illo
Accepit vires; vixque ferenda tulit.
Dum tamen & ventis dubiis jactabar & undis;
Fallebat curas aegraque corda labor.
Ut via finita est, & opus requievit eundi;
Et poenae tellus est mihi tacta meae;

Nil

In quibus auratas prolem Latoïa fertur
Despuisse lyram.

Ita meliores scripsi. & postea:

Ipsa suis licet hanc Latoïa protegat armis.

lib. II.

Latoïdaeque Latiis adfuit arma viris.

lib. VII.

Inde Cadaveras Latoïdos aspicit arva.

Trist. V. Eleg. I.

Cum faceret Nioben orbam Latoïa proles.

ut fortasse dandum esse censeo. Marcianus Capella sub finem libri secundi:

Favonique Musas & chelys Latoïa.

Initio libri tertii: *Admoverat igitur Latoïdes manum Mercurialium Ministrarum.* & libro IX. *postquam hanc Latoïus finis.* & mox:

—— *Pallax cornicta ac decora Latoïa.*

Auctor Carminis in laudem Herculis, quod Claudiano adscribitur:

Efferat asbestum, quantum volat orbis, in axem
Latoïdes.

Statius Thebaid. IX.

—— *mestam maritu Latoïda duro*
Increpat effigiem.

Hinc & Latoïus pro Latonius passim apud poëtas Augusto. codices tamen vetustissimi libro VII. & VIII. *Latoïdes*, & *proles Latoïa*. sic apud Graecos Aeolides, Aeolius, Aeolice in versibus Varronis Aetia pro Aeol. apud Ausonium Epitaph. Heronis XXIII. in veterrimo codice Vossiano, *Laoïs amanti Latoïdae*. apud Horatium libro I. Od. XXII.

Erui paratis & valido mihi,
Latoë, dones:

ita antiquissimae membranae in bibliotheca Academiae Leidensis. hinc tollendum insigne mendum ex Senecae Oedipo, pag. 230.

Incipit Lethaea vates spargens horrentes comas,
Et pati commota Phoebum.

de Phoebade fermo est. pro *Lethaea vates*, quae hoc loco nihili est, optimae membranae Florentinae, *Laeta*. scribe, *Latoa vates*, literis transpositis. Heins.

4. *Tulisti opem.*] *Dedisti* Junian. & Leidens.

5. *Vero sine crimine.*] Regius, *carmen sine crimine. verbo sine crimine* Bernens. ut forte in quibusdam exemplaribus fuerit, *lusi versus sine crimine*, quod amans agnominationis librarius mutavit in, *carmen sine crimine*. sed nihil mutandum. & quid sit *verum crimen* docebit Broukhusius ad Propert. III. XIII. II. Burm.

6. *Quodque magis vita Musa jocosa mea est.*] Sic libri veteres, & recte. Ciofan. *Visa est Musa jocosa mea* plurimi veteres. *Musa jocata* Vatican. *Musa est visa jocosa mea est* Gyph. & Vincent. *Quoque magis visa est* Mss. Berlin.

7. *Plurima sed pelago, terraque, &c.*] Vide lib. I. Eleg. IV. lib. IV. Eleg. I. & ult. & lib. V. Eleg. I. Ciofan.

8. *Ultus.*] *Vinctus* Richel. & duo alii. *junctus* Junian. sed male. vid. III. Trist. IV. 48.

9. *Quique fugax rerum, securaque in otia natus, Mollis & impatiens ante laboris eram.*] Eleg. ultima lib. sequentis:

Nec patiens corpus, nec mens fuit apta labori,
Sollicitaeque fugax ambitionis eram.
Ciofan.

11. *Nec*

Nil nisi flere libet. nec nostro parcior imber
Lumine, de vernâ quam nive manat aquâ.
Roma domusque subit, desideriumque locorum,
Quidquid & amissâ restat in Urbe mei.
Hei mihi, quod nostri toties pulsata sepulcri
Janua, sed nullo tempore aperta fuit!
Cur ego tot gladios fugi, totiesque minata
Obruit infelix nulla procella caput?
Dî, quos experior nimium constanter iniquos,
Participes irae quos Deus unus habet;
Exstimulate precor, cessantia fata; meique
Interitus clausas esse vetate fores.

11. *Nec me mare portubus orbum.*] Lib. & Eleg. IV.

Nec placidos portus hospita navis habet.

Et Eleg. XII. hujus libri:

Litora rarus in haec portubus orba venit.
Ciofan.

12. *Nec potuere.*] *Non valuere* Servii. *non potuere* Junian.

13. *Sufficitque.*] *Suffecitque* legendum: hoc est indurut nam *sufficit* mediam corripit. Merula. *Sufficit atque* Leidensis. *ab illis* etiam Lovan. *nec patienda* Moreti.

15. *Ventis dubiis jactabar & undis.*] *Terris dubiis* veteres plerique. sic lib. IV. Eleg. VIII.

Non ita dis visum, qui me terraque mariquo
Actum Sarmaticis exposuere locis.

Heins. Ego retinui vulgatam, quia Ovidius saepissime, *ventos & undas* conjungit. vid. ad Epist. II. 35. Claudianus VI. Cons. Hon. 140.

Ludibrium pelagi vento jactatur & unda.

mutavisse credo librarios ex illa Virgilii I. Aeneid. prim. *multum ille & terris jactatus & alto.* Burm.

16. *Labor.*] *Dolor* Junian. & sex alii.

18. *Tacta meae.*] Legendum ex veteribus, *tacta meae.* Naugen. *Tacta* tamen edidit Aldus, Gryphius & cum, ut solet, secutus Vincentius.

19. *Nil nisi flere libet.*] *Vacat* Hafniensis. Met. X.

—— *tum denique flere vacavit.*

Heins. *Licet* Mss. Berlin. & Pucca.

21. *Domusque.*] *Locusque* Junian. mox, *in urbe mihi* duo.

24. *Sed nullo.*] *Sub nullo* Lovan. *sub titulo* Leid. *aperta fuit*, vel, *premit* Regius.

25. *Cur ego tot gladios.*] Elegantter unus Heinsii, *ergo ego.* ut Elegia sequenti pag. 25. & alibi.

25. *Totiesque minata Obruit infelix nulla procella caput?*] Elegia II. lib. I.

Ipsa graves spargunt ora loquentis aquae.

Et:

Dumque loquor vultus obruit unda meos.

Sed hoc loco Metaphorice loqui videtur, ut lib. II. de Ponto Elegia VII.

Obruit hoc absens vasta procella caput.
Ciofan.

27. *Quos.*] *Quosque* Bernens.

28. *Quam deus unus habet.*] *Quos* plerique veteres. & recte. Heins. *Quam* praefert Berlman.

29. *Exstimulate.*] *Extenuate* unus.

ELEGIA III.

Haec mea, si casu miraris, epistola quare
Alterius digitis scripta sit: aeger eram.

Æger

1. *Haec mea si conjux.*] Libri veteres, *si casu.* sequor. conjux enim glossema esse censeo. Ciof. *Si conjux* scripti quidam & priscae editiones. Heins. *Si quare miraris ep. casu* unus.

3. *Per-*

Niger in extremis ignoti partibus orbis;
Incertusque meae pene salutis eram.
Quid mihi nunc animi dirâ regione jacenti
Inter Sauromatas esse Getasque pares?
Nec coelum patimur, nec aquis adsuevimus istis:
Terraque nescio quo non placet ipsa modo.
Non domus apta satis: non hic cibus utilis aegro:
Nullus, Apollineâ qui levet arte malum.
Non qui foleur, non qui labentia tardè
Tempora narrando fallat, amicus adest.
Lassus in extremis jaceo populisque locisque:
Et subit adfecto nunc mihi quidquid abest.
Omnia cum subeant; vincis tamen omnia, conjux:
Et plus in nostro pectore parte tenes.
Te loquor absentem: vox te mea nominat unam:
Nulla venit sine te nox mihi, nulla dies.

Quin

3. *Partibus.*] *Finibus* unus Medic. ita & II. Met. 560. quidam, *Praetexant arces iisdem de finibus Lares.* volgo, *partibus.* ubi vide. BURM.

4. *Incertaque meae pene salutis eram.* Versus suspectus. HEINS. Non video quare, nisi quod offendere poterat *meae.* quae vox fortasse corrupta esse potest.

5. *Quid mihi nunc animi.*] Optimi libri excusi & Vatican. *nunc animum.* CIOFAN. Scribe cum Leidensi codice, *Quid mihi nunc animi*, & vide quae notavimus ad lib. I. Metam. vs. 359. *putes* etiam, pro *putas* multi veteres. HEINS. *Dura* multi scripti. *Arctoa regione* Gryph. deinde, *Getasve* Junian. & alius.

7. *Nec coelum patior.*] Aërem. lib. IV. El. VII.

——— *Nec me peregrinum ducere coelum.*

Elegia III. hujus libri:

Nec coelum, nec aquae faciunt, nec terra, nec aura.

CIOFAN. Ego praetuli, *patimur* ex Mss. Heinsii, ut rectius conveniat *nec adsuevimus.* BURM.

7. *Nec aquis assuevimus istis.*] Vetus scriptura, *ipsis.* hinc igitur, *ipsa.* CIOFAN. Tres etiam libri, *aquas assuevimus ipsas.* ut sic ad exemplum Virgilii VI. 833. *ne tanta animis assuescite bella*, ubi vide commentatores, & ad Horat. I. Sat. IV. 105. & ad Vellej. II. 79. Vid. & lib. II. Trist. 504. BURM.

8. *Terraque nescio quo non placet ipsa modo.*] Unus Vatic. & Mediol. *ipsa.* melius & elegantius. CIOFAN. Ita Pith. & Bersm. & alii.

9. *Non domus apta satis.*] Elegia XII. hujus libri.

Ei mihi, jamne domus Scythico Nasonis in orbe est?

Lib. V. Elegia XI.

Quippe simul nobiscum habitat discrimine nullo
Barbarus, & tecti plus quoque parte tenet.

CIOFAN. *Ampla satis* codex Petri Servii. *aëla satis* Bernens. *apta mihi* duo.

10. *Nullus Apollinea qui levet arte malum est.*] Nullus est medicus. libro III. Fastorum:

Vos quoque Phoebaea morbos qui pellitis arte,
Munera de vestris pauca referte Deae.

CIOFAN.

13. *Lassus.*] *Lapsus* Excerpta Voss. & septem alii, & Ms. Bersm. *laesus* Regius, Junian. & quatuor alii. *fessus* Bernens.

14. *Adfuit nunc mihi.*] Legendum ex veteribus, *affecto nunc mihi.* NAUGER. Melius alii codices, *Et subit affecto*, id est, *aegro.* ut in illo Propertii, *Jupiter affectas tandem miserere puellae.* D. HEINS. *Affecto* scribendum cum uno codice. idque jam vidit politissimus Naugerius. *adfectus* graviter aegrotans. Suetonius Tiberio, *Affectionem reperit, sed tamen adhuc spirantem.* Festus, *Adfecta femina vel in bonam partem dicitur, velut honorata: vel in malam, quasi in extremum periculum adducta.* sic recte castigavit Passeratius. nam libri nonnulli veteres, *adfectata.* vulgati, *adfectata.* HEINS. Vid. ad II. Amor. II. 21.

15. *Omnia cum subeant, vincis tamen omnia conjux, Et plus in nostro pectore parte tenes.*] Elegia III. hujus libri:

Ut tenera nostris cadente volatibus aura
Adspicerem patriae dulce repente solum:

De-

Quin etiam sic me dicunt aliena locutum,
Ut foret amenti nomen in ore tuum.
Si jam deficiat suppresso lingua palato,
Vix instillato restituenda mero;
Nuntiet huc aliquis dominam venisse; refurgam:
Spesque tui nobis causa vigoris erit.
Ergo ego sum vitae dubius: tu forsitan illic
Jucundum nostri nescia tempus agis?
Non agis, adfirmo: liquet, ô carissima, nobis,
Tempus agi sine me non nisi triste tibi.
Si tamen implevit mea fors, quos debuit, annos;
Et mihi vivendi tam cito finis adest;
Quantum erat, ô magni, perituro parcere, Divi;
Ut saltem patriâ contumularer humo?
Vel poena in mortis tempus dilata fuisset,
Vel praecepisset mors properata fugam.

In-

Desertaeque domus vultus, memoresque sodales,
Caraque praecipue conjugis ora meae.

Lib. & Eleg. V. ad uxorem:

Nec patriam magis ipse suam desiderat, & quae
Plurima cum patria sentit abesse sua:
Quam vultus, oculosque suos, ô dulcior illo
Melle, quod in ceris Attica ponit apis.

CIOFAN. *Tamen optima* e Ms. Bersm.

16. *Et plus in nostro pectore parte tenes.*] Bersmannus ex suo codice reponit, *pectore cara tenes.* quomodo & sex nostri. Plures alii, *partis habet.* Nil muta. Trist. V. Eleg. X. 30.

Barbarus & tecti plus quoque parte tenet.

Epist. XXI. 7.

Omnia cum faciam, cum dem pia tura Dianae,
Illa tamen justâ plus tibi parte favet.

Lucretius lib. II. 200.

Plus ut parte foras emergant exsiliantque.

Virgilius initio Georgic.

Scorpius & coeli justa plus parte relinquit.

HEINS. Vide Zinzerl. Promulg. cap. II. *partis habet* multi.

17. *Te loquor.*] *Alloquor* Regius. *vox* & idem & prim. Edit.

21. *Si jam deficiam suppressaque lingua palato.*] Locus corruptus. nec juvant libri veteres. Scribe,

Si jam deficiat suppresso lingua palato.

vel, *Si me deficiat.* regit enim id verbum Ovidio semper quartum casum. Locus huic geminus Pont. I. Eleg. III.

Et jam deficiens sic ad tua verba revixi,
Ut solet infuso vena redire mero.

Superiori versu pro *amentis ore*, primus Vatic. *amanti.* Lege, *amenti ore.* HEINS. Non capio, quid sit *suppressum palatum*; *suppressam vocem, linguam, lacrimas* & similia novi. ego crederem coalusse duas voces in unicam; & legerem,

Si jam deficiat sub fesso lingua palato.

pressus autem & *fessus* facile confunduntur, ut & factum lib. I. Amor. II. 14. *Sed jam deficiam* Ms. Bersm. deinde, *reficienda mero* unus. BURM.

23. *Nuntiet huc.*] *Hic* Junian & septem, cum Ms. Bersm. *huic* Leidens. & alius. non male. id est mihi, tam languido. vid. ad VII. Metam. 393. & inf. IV. X. 61. *venire* etiam eleganter absolute ponitur. ut VI. Met. 412.

Cur non ipsa venit.

&,

Tum dea, venit, ait.

Tibul. I. III. 89.

Tunc veniam subito, nec quis me nuntiet ante,
& millies. BURM.

25. *Ergo ego sum.*] *Dumque ego* multi & Ms. Bersm. & Edit. Gryph. *dum quoque* Junian.

25. *Tu forsitan illic.*] *Illic* inclusit HEINS.

27. *Liquet hoc carissima nobis.*] *O carissima* cum tribus libris. Vide Notas ad Epist. primam VS. 101. HEINS. *Carissima conjux* scrip. *tempus agis*, Ms. Bersmann.

30. *Tam cito.*] An non rectius, *jam cito?*

31. *Perituro.*] *Moriturо* fere omnes. mox, *contumularer* Bernens.

33. *Vel praecepisset mors properata fugam.*] Sic Vatic.

Integer hanc potui nuper bene reddere lucem:
Exsul ut occiderem, nunc mihi vita data est.
Tam procul ignotis igitur moriemur in oris;
Et sient ipso tristia fata loco?
Nec mea consueto langueſcent corpora lecto?
Depositum nec me qui fleat, ullus erit?
Nec, dominae lacrimis in nostra cadentibus ora,
Accedent animae tempora parva meae?
Nec mandata dabo? nec cum clamore supremo
Labentes oculos condet amica manus?
Sed sine funeribus caput hoc, sine honore sepulcri
Indeploratum barbara terra teget?

Ec-

Vatic. & recte, ut mihi quidem videtur. id est: libertas eſſem, antequam in exilium eſſem ejecta. Fuga enim, ut dixi, exilium significat. Cicero lib. XII. Epist. 11. ad Atticum: *Sed ea si venerit, de tuis litteris, ut fuga mea consilium capere possem.* Eadem sententia lib. & Elegia, quam modo citavi:

Sors etiam meorum tempus reminiscitur illud,
Quod non praecurrens morte fuisse dolet.

Ciofan. Primae editiones plurimique scripti, *praecipisset*. si quid mutem, reſingam, *praevenisset*, aut *praecurrisset*. Apulejus Met. IV. *Sed tam bellum exitium praevenit fors deterrima.* *dilata fuisset* Mariangenalis etiam, magis poetice. Trist. V. Eleg. IV.

Sors etiam meorum tempus reminiscitur illud,
Quod non praecurrens morte fuisse dolet.

Heins. In Nasone Edit. Mieyll. eſt, *praecipisset*, ut & Berlinen. Dan. Heinſ. & alii ediderunt.

35. *Integer hanc potui nuper bene reddere vitam, Exsul ut occiderem, nunc mihi vita data est.*] In Epist. Sabinae ad Ulixem:

Nunc primi Hectoris me, heu! curaque ab illo
Credimus esse tuae tempore parva fuae.

Ciofan. *Lucem* ecce primus Vaticanus & Leidenſis Mariae. Hoc loco facere poſſet conſtitutio Dn. apud Senec. Oed. 271. *& fame nunc alere fecunt nec reddunt in foris parem.* ubi videtur Gronovius, qui ut etiam, *fabulam*, animadvertit, poſſim occurrit, ita & *diem* & *lucem*, ut recipimus reficientes ita reddere nascientes dici poſſe. Sed tamen locum etiam eiam habet. eadem fere, quae Gronovius, noſcem an poſt ejus notas vidi, addidit Bodl ad Hor. Sat. 495. qui & alia exempla addit. quare licet rarior ſit locutio, retinendam puto, quia illam e librariis profecti doctiores in lucem ad etiam reddere, quae obvia, ſtudentes fecerit.

36. *Exsul ut occiderem, nunc mihi vita data est.*] Eadem fere indignatione utitur lib. VI. Fast. de Manlio Torquato loquens:

Quam bene, Dii magni, pugna cecidisset in illa
Defensor fessi Jupiter alte tui,
Vixit, ut occideret damnatus crimine regni,
Hunc illi titulum longa senecta dabat.

Ciofan. *Non mihi* Combii codex forte. *num mihi vita data est?* Heins.

37. *In oris.*] In *armis* Moreti, in *arvis* duo, *& sunt* Leid.

38. *Loco.*] *Solo* Ms. Berſm.

39. *Langueſcent.*] *Langueſcunt* omnes fere ſcripti. duo, *languescant*. ita mox *accedunt* ſex. *accedant* duo cum prim. Edit.

42. *Tempora parva.*] *Tempora grata.* duo codices.

43. *Nec mandata dabo?*] Elegia II. lib. I. cum dixiſſet praecharum eſſe cadaver humo contegi, addit: *Et mandare suis aliqua.* Ciofan.

44. *Labentes oculos.*] Vatic. & Aldinus meliorem habent lectionem, *Languentes oculos.* Ciofan. Primae editiones & plurimi ex ſcriptis, *Labentes oculos condet.* recte, *Labentes oculi*, quos *fugientes* vocat Epicedio Tibulli. vide quae noto ad Eleg. V. lib III. Amorum. Propertius:

Quamvis labentes premeret mihi somnus ocellos.

idem libro I. Eleg. III.

Dum me jucundis lapsam sopor impulit alis.

ubi male *lassam* Lipſius Ant. Lect. lib. IV. cap. II. reponit & lib. II. Eleg. XV.

Illa meos somno lassos parefecit ocellos.

male illic *lassos* nunc exstat. nam niſi jam lapſos non poterat Cynthia parefacere. *oculi morte cadentes* Statio lib. III. Sylvarum ad Claudiam uxorem. Heins. Virgil. XI. Aeneid. 818.

—— *labuntur frigida leto*
Lumina.

labentes oculos hinc in morte, ut & in somno, imagine

Ecquid, ut audieris, totâ turbabere mente;
Et feries pavidâ pectora fida manu?
Ecquid, in has fruſtra tendens tua brachia partes,
Clamabis miseri nomen inane viri?
Parce tamen lacerare genas; nec scinde capillos.
Non tibi nunc primum, lux mea, raptus ero.
Cum patriam amisi, tum me periisse putato:
Et prior & gravior mors fuit illa mihi.
Nunc, si forte potes, sed non potes, optima conjux,
Finitis gaude tot mihi morte malis.
Quam potes, extenua forti mala corde ferendo;
Ad quae jampridem non rude pectus habes.

At-

gine mortis, capio, pro oculis hominis labentis, id eſt moribundi. nam *Labi* ita proprie ſumi ſolet. vid. ad III Art. 742. ita & apud Lucan. III. 712. *caput labens*, ubi eadem quae hic varietas, nam editur:

Ille caput labens, & jam languentia colla
Viso patre levat.

ſed in duobus codicibus eſt, *caput languens*, & *labentia colla*. neſcio utrum melius. ſupremus vero clamor eſt complorantium. vid. Valer. Flac. I. 752. VIII. 172. Burm.

44. *Condet amica manus.*] Ita iidem libri. Mos autem erat apud veteres, ut, qui mortuo propior eſſet, is ejus oculos clauderet. Ariadne ad Theſeum:

Nec mea qui digitis lumina condat, erit.

In Elegia ad Liviam:

—— *Tu mea condas lumina.*

Penelope ad Ulixem de Telemacho eorum filio:

Dii precor hoc jubeant, ut cunctibus ordine fatis,
Ille meos oculos comprimat, ille tuos.

Ibidem:

Respice Laërten, ut jam sua lumina condat.

Infra Eleg. III. lib. IV. ad uxorem:

Supremaque die nostrum spectantia coelum
Texissem digiti lumina nostra tui.

Ciofan. *Condere oculos* pro *claudere* etiam familiare Noſtro eſt. idem Propertius lib IV. El. ult.

Te laudo, & te Paule, meum post fata levamen,
Condita sunt vestra lumina nostra manu

ita enim malo, quam *vestro sunt*; quod nunc legitur. apud Maron. XII. Aeneid. 310.

In aeternam condantur lumina mortem.

ex antiquis membranis. Heins. *Claudet* ediderunt Ald. & Berſm. & alii. vid. ad Ep. I. 43. & III. Art. 742. *Condat* Lovan. & alius.

47. *Ecquid ubi audieris.*] *Ut audieris* rectius multi Heins. Vid. Ep. IV. 25. & XV. I. XII. Met. 588. *haec simul audieris.* Ms. Berſman.

48. *Pectora fida.*] *Nuda* duo.

49. *Partes.*] *Terras* unus codex. *tendes* prim. Edit. *tendas fruſtra* Lovan.

51. *Nec scinde capillos.*] Vatic. *tende.* id eſt, ſolve, ut puto. Solvendi autem capilli in funere a Trojanis mulieribus morem eſſe profectum ſcribit Virgilius lib XI.

Et maestae Iliades crinem de more solutae.

Lucilius:

—— *mercede quae*
Conductae flent alieno in funere praeficae,
Multo & capillos scindunt & clamant magis.

Citat Nonius in verbo *Praefican.* Ciofan. *Tende* etiam in duobus Heinſii. an hoc autem pro *solvere* recte dicatur dubito. ſi *pande* eſſet ſcriptum, tolerabile foret, ſed nunc *scinde* retinendum. *Laniare comas* etiam Voſſ. ut ſaepe alibi haec verba permutantur. vid. II. Met. 362. Burm.

52. *Lux mea.*] Sic M. Tullius item ad uxorem: *En mea lux, meum desiderium, unde &c.* Cic.

52. *Reperisere.*] Malim, *ego.* Heins. Vid. lib. II. 568. forte, *raptus eo.*

53. *Cum patriam amisi, tum me periisse putato.*] Elegia III. lib. I. Ciofan.

54. *Mors fuit.*] *Pars fuit* Gryphii & Vincentii Ed. quod non capio, nec in ullo codice repperi. *mors fuit illa mei* prim. Politian. ſupra, *periisse putavi* Regius.

57. *Quod potes.*] *Quam potes* multi. Nonnulli etiam, *Qua.* Vide Notas Remed. Amor. vs. 725. Heins. *Quam* etiam B ſimam. praetulit. *forti mente* Bernenſ. *attenua* Lovan.

Atque utinam pereant animae cum corpore noſtrae,
Effugiatque avidos pars mihi nulla rogos!
Nam ſi morte carens vacuam volat altus in auram
Spiritus, & Samii ſunt rata dicta ſenis;
Inter Sarmaticas Romana vagabitur umbras!
Perque feros manes hoſpita ſemper erit.
Oſſa tamen facito parva referantur in urnâ.
Sic ego non etiam mortuus exſul ero.
Nec vetat hoc quiſquam. fratrem Thebana peremtum
Suppoſuit tumulo, Rege vetante, ſoror.
Atque ea cum foliis & amomi pulvere miſce:
Inque ſuburbano condita pone ſolo.
Quoſque legat verſus oculo properante viator,
Grandibus in tumuli marmore caede notis.

Hic

58. *Ad mala jam fridem.*] *Ad quae* multi veteres recte. nec pauciores, *Ut quae.* Quid ſi reponatur?

Quercus jampridem non rude pectus habet.

hic *invenci rudes operum* Faſt. I. & *draco ſomni rudis* Met. VII. ex antiquis libris. HEINS. Quid opus fuſa & recta ſollicitare. nam licet *rudis* cum genitivo dicatur, non minus amat Noſter & alii cum praepoſitione *ad* conſtruere. III. ex Pont. VII.

Ad mala jam fridem non ſumus illa rudes.

Juſtin. I. 1. *Rudes ad reſiſtendum populos.* & ita paſſim. *habes* etiam hic nonnulli codices. BURM.

59. *Animae cum corpore noſtro.*] Libri veteres, *noſtrae.* placet. CIOFAN.

60. *Pars mea nulla.*] *Pars mihi* quinque ſcripti. rectius. Et, *carnem auram* mox, pro *vacuas auras* plenique. HEINS.

62. *Sunt rata dicta ſenis.*] *Sunt ſacra* Leidenſis cruſius. *rata verba* Junii & alii. ſed nihil muta. *dicta* enim proprie Philoſophorum effata, & dogmata. ita ſaepe Lucretius at II. 65.

Tu te dictis praebere memento.

& V. 23.

Verſutis ſegnes ſpargunt pectora dictis.

Noſter lib. I. ex Pont. III. 36.

Qui facit ex dictis non ita multa tuis.

quae ſequenti diſtichо *praecepta* vocat. & hinc fortaſſe illud Pythagoreorum, ἀπὸ βῶν. vid. Cicer. Indic. Lucret. & *dicere* Philoſophorum eſſe verbum docuit Barth. IX. Adverſ. 7. BURM.

63. *Inter Sarmaticas Romana vagabitur umbras.*] Eadem exemplaria, *inter Sauromatas Romana vagabitur umbra.* Non dubito quin longe rectius ſit. *Romana* autem pro Peligna dixit locorum vicinitate; aut, quod diu Romae vixit. CIOFAN. Immo quia Ovidius civis Romanus erat. ita ſaepe Romam *patriam* ſuam vocat. vid. lib. II. 422. *Sauromatas* Bernenſ. & quinque ſcripti, & Berſmanni. *umbra* plurimi.

64. *Per feros manes.*] Inter feras animas Sarmatarum. Virgilius: I. Georg. 245. *Perque umas in morem fumantis arellos.* MERULA. Ita apud Val. Flac. 492.

Lilia per vernos lucent velut alba colores
Praecipue.

vid. inf. Eleg. VII. 22.

66. *Sic ego non etiam.*] *Sic non ex toto* unus.

67. *Non vetat hoc quiſquam.*] *Nec* ſex antiqui. Puto, *Nec vetet hoc.* HEINS. *Non negat* Moreti & Bernenſ.

68. *Tumulo.*] *Titulo* Gottorph. vid. ad XI. Met. 429. & mox Pſ. 72. & 77.

69. *Et amomi pulvere miſce.*] Amomum (ut ſcribit Dioſcorides) eſt genus herbae odoratiſſimae, cujus frutex ſimilis eſt botruo, in circuitu cujuslibet arboris naſcens, ramulos habens ſiccos, & duros, virgultis aſſimiles, coloris ſubruſſi, circa quos habet ſolia copioſa, ex thyrſo botruoſo ſemen redolens, & ſibi connexum florem album, veluti violae folia, ſimilia bryoniae. Bryonia autem eſt amomum Armenicum quod ceteris praeſtat, fulvi coloris: ſecundum Medicum, tertium Ponticum. Carpitur autem (autore Plinio) cum radice manipulatim, leviter componitur, protinus fragile. Laudatur quam maximè puniei mali foliis ſimile, nec rugoſis, colore ruſſo. Secunda bonitas eſt pallido, herbaceum pejus: peſſimum candidum, quod vetuſtate evenit. MERULA. Quae hic

Hic ego qui jaceo, tenerorum luſor amorum,
Ingenio perii Naſo poëta meo.
At tibi qui tranſis, ne ſit grave, quiſquis amaſti,
Dicere, Naſonis molliter oſſa cubent.
Hoc ſatis in titulo eſt. etenim majora libelli,
Et diuturna magis ſunt monumenta mei.
Quos ego confido, quamvis nocuere, daturos
Nomen, & auctori tempora longa ſuo.
Tu tamen exſtincto feralia munera ferto;
Deque tuis lacrimis humida ſerta dato.
Quamvis in cinerem corpus mutaverit ignis;
Sentiet officium moeſta favilla pium.
Scribere plura libet: ſed vox mihi feſſa loquendo
Dictandi vires, ſiccaque lingua, negat.

Ac-

hic à Merula citantur, verbis Dioſcoridis per omnia haudquaquam reſpondent. Quare Graeca illius ſubjicere huc libuit, perinde ut habentur lib. I. cap. 14. Ἄμωμον, inquit ille, ἔστι δενδρύλλιον, οἱονεὶ βότρυος ὁ ξύλος ἀπεπλεγμένος· ἔχον δὲ τι περὶ ἑαυτὸ μικρὸν, ὡς λάπαθος, φύλλα ὅμοια βρυωνίᾳ ὁμοίως πολλάκις ἢ ἐπὶ τὸ ἀμώμου, χρωτίζον τῇ χρόᾳ, ἔχον τι τὸ ξύλον τρυφερόν, ὑώδες ἐκπνέον, &c. Hoc eſt; *Amomum frutex eſt, perinde ut botrus in ſeipſum convolutus. Habet autem & florem quendam parvum, violae albae ſimilem: folia bryoniae ſimilia. Optimum eſt Armenium, aurum colore imitans, habensque lignum ſubruſum, abunde odoratum.* MICYLL. In conſervandis cadaveribus amomum adhiberi ſolitum eſſe docet etiam hic Noſter lib. I. de Ponto Eleg. X.

Ille tibi exequias & magni funus honoris
Fecit, & in gelidos fudit amoma ſinus.

CIOFAN.

70. *Condita crede ſolo.*] Legitur etiam, *pone.* MERULA. Duo Vatic. & Maffei, *pone.* quam lectionem notavit & Merula. CIOFAN. Malim, quod unus è Palatinis, *Inque ſuburbano condita pone loco.* D. HEINS. *Solo* primae editiones & ſcripti pleique. HEINS. *Atque ſuburbano condita crede ſolo* Micyl. Gryph. & alii.

72. *Caede notis.*] *Scribe* tres libri ſcripti. non male. ut Epiſt. XIV. 128.

Scriptaque ſint tituli noſtra ſepulchra brevi.

ubi *ſculpta* alii, ut & hic unus, *ſculpe.* male. vide ibi plura. *tituli* etiam Hamburgenſis. *grandes* vero *notas* literas majori forma ſcriptas interpretatur Robbig. Codic. Critic. lib. I. cap. 19. Fuiſſe, quas nos *Capitales* literas vocamus, docet L. Allat Animad. ad Etruſc. Antiq. pag. 58. BURM.

73. *Hic ego.*] In Chron. Engelh. Tom. II. Rer. Brunsv. pag. 1019. haec diſticha leguntur, ubi & habetur, *non ſit grave.*

74. *Ingenio perii Naſo poëta meo.*] Lib. II.

——— *ingenio eſt poena reperta meo.*

Et lib. III. de Ponto Eleg. V.

Laſſus ab ingenio Naſo poëta meo.

CIOFAN.

75. *Qui tranſis.*] *Dum tranſis ne ſit male.* Bernenſ.

75. *Quiquis amaſti.*] *Quicquis* opt. Vatic. alii tres, *quicquid.* Mediolanus, *quisquid.* Puto, *ſi quid amaſti.* pro *ſi amaſti.* ſic Faſt. III. Pſ. 87. *ſi quid vacas*, pro *ſi vacas.* Epiſt. VI. 151. *ſi quid adeſt*, pro *ſi adeſt*, ex membranis. HEINS.

77. *Hoc ſatis in tumulo eſt.*] In Palatino uno, quo uſus eſt Gruterus, legebatur, *Haec ſatis in titulo eſt.* Ut *titulum* τὸν ἐπιγραφὴν dicat. D. HEINS. *In titulo eſt* prim. Polit. & decem alii. recte, nili quod malim, *in titulos.* tirulum ſepulcralem innuit. HEINS.

78. *Monumenta mei.*] *Mihi* Francof. & plurimi alii, ſed nihil opus. vid. ad I. Metam. 30.

81. *Tu tamen exſtincto feralia munera ſemper, Deque tuis lacrimis humida ſerta dato.*] Lib. ſcripti, *feralia munera ferto, Deque tuis* &c. Non male. CIOFAN.

82. *Deque tuis lacrymis.*] Magis Ovidianum erit, ſi legas, *Deque ſuis lacrymis.* Vide Notas ad Epiſt. XX. Pſ. 76. HEINS. *Deque ſuis* erat in Bernenſi.

83. *In cinerem.*] *Cineres* Lovan. Leidenſ. & quatuor alii. vid. Lip. I. 24.

85. *Vox.*] *Mens* Bernenſ.

Accipe supremo dictum mihi forsitan ore,
Quod, tibi qui mittit, non habet ipse, Vale.

56. *Negat.*] Vetus Junian. *dictum*: Bernens. & Regius Heinsii.

58. *Non habet ipse.*] *Ille* Micyll. Beslin. Gryph. & Bernens. codex.

ELEGIA IV.

O Mihi care quidem semper, sed tempore duro
Cognite, res postquam procubuere meae;
Ulibus edocto si quidquam credis amico;
Vive tibi, & longe nomina magna fuge.
Vive tibi, quantumque potes praelustria vita.
Saevum praelustri fulmen ab arce venit.
Nam quamquam soli possunt prodesse potentes;
Non profit potius, si quis obesse potest.
Effugit hibernas demissa antenna procellas,
Lataque plus parvis vela timoris habent.

Ad-

1. *Sed tempore duro Cognite.*] Juxta illud Ennianum:

Ancilla certus in re incerta cernitur.

Fidet enim in rebus adversis vel maxime perspicitur. Cicero.

2. *Procubuere.*] *Succubuere* Junian male. ducta ex Metaphora a domibus; sic IV. Fast. 233. *procumbere rebus. domus* I. ex Pont. IX. 14. & alibi. & ut saepe *ruinam* vocat exilium suum. vid. I. El. V. 1. Burm.

3. *Usibus.*] *Perfidus* Bernens.

6. *Praelustri fulmen ab arce.*] Pro *praelustri arce* veteres majori ex parte, ignis nil muta. lib. I. Eleg. 1.

Vasit in hostilia fulmen ab arce caput.

Heins. *Hoste* Junianus.

7. *Non prosunt, posses plurimum obesse solent.*] Ubi Valla. habent, *Non potens prodest, fuisse obesse potest.* alii ingenii & Naffii, *Non prosit potens esse.* Cicero. Delicibus hoc nugatoris alicujus est, non Nasonis. Henricus Stephanus Animadversis in Ad. gium Latini, *Procul a Jove & fulmine*, ejecto periculosi tibi, qui codices, qua fraude quibusdam, complures occupava:

Non tot sunt, posses plurimum obesse solent.

Reposuit illum ex nullorum libris:

Non tot sunt potens, si quis obesse potest.

Scio vulgatum esse, sed nec sic Nasonem in hisce versibus agnosco. Hanc. Non tam facilis in obelo configendis versibus esse possum, nec video quid offenderit Heinsium, praesertim si recta recipiatur lectio. quam & Francofurtensis & plurimi agnoscunt, & quam Aldus & Bersmannus habent. Sensus etiam clarissimus, licet soli potentes beneficia & munera conferre possint, careas potius illorum amicitia, quia & nocere possunt. an *potentes* simpliciter positum, concoquere non potuit? quod barbare dici credebat Barthius ad Briton. II 516. sed hoc Ovidii loco vindicat Reinef. Epistol. XXI. ad Daumium. & Ciceronem & alios quoque ita usos lexicographi notarunt. Noster Ep V. 85. *Cupio fieri matrona potentis.* Phaed. II. 6. *Contra potentes nemo est munitus satis*, & I. 30. *Humiles laborant, ubi potentes dissident.* vid. ad I. Met. 173. & hi sunt *potentes* illi *amici*, & *magnae amicitiae*, quas fugiendas esse docet Naso. vid. ad Quinctil. V. de Inst. cap. 12. an forte ille lusus Heinsio displicuerit, in oppositione verborum *prodesse* & *obesse*. sed & ita Noster infra, V. Eleg. I. 66.

Hoc, mihi quod prodest, si tibi, Lector, obest.

& XI. Met. 320.

—— *Tenanti*
Esse satum prodest? an obest quoque gloria multis.

& Nasoni antitheta illa fuisse in delicis quis nescit? Quin & acutius adhuc dixit lib. II. Metam. 512.

—— *quae prosunt sola nocento.*

Immo nec in horum verborum oppositione sibi temperavit Cicero: ut pro Cluentio. 29. *Ut quod in*

Adspicis, ut summâ cortex levis innatet undâ,
Cum grave nexa simul retia mergat onus.
Haec ego si monitor monitus prius ipse fuissem,
In quâ debueram forsitan Urbe, forem.
Dum tecum vixi, dum me levis aura ferebat,
Haec mea per placidas cymba cucurrit aquas.
Qui cadit in plano (vix hoc tamen evenit ipsum)
Sic cadit, ut tactâ surgere possit humo:
At miser Elpenor tecto delapsus ab alto
Occurrit Regi debilis umbra suo.
Quid fuit, ut tutas agitarit Daedalus alas;
Icarus immensas nomine signet aquas?
Nempe quod hic altè, demissius ille volabat.
Nam pennas ambo non habuere suas?

Cre-

in tempore mali fuit, nihil obsit; quod in causa boni fuit, prosit. & I. de Orat. 26. *Pudor non modo non obest orationi, sed etiam probitatis commendatione prodest.* Burm.

10. *Lataque.*] *Altaque* unus. *amplaque* alius. *magnaque* tertius.

11. *Adspicis, ut summa cortex levis innatat unda.*] Libri scripti, *innatet*. Sic in Elegia de morte Tibulli:

Adspice demissis ut eat miserabilis alis.

Cicfan. I. Tr. VIII. 7.

Aspicis, ut veniant ad candida tecta columbae.

11. *Cum grave.*] *Et grave* Lovanienfis. forte, *at grave.*

13. *His ego si monitis monitus prius ipse fuissem, In qua debebam, forsitan urbe forem.*] Libri veteres & quidam excufi: *His ego si monitor monitus p. ipse f. In qua debueram.* Vere, ut puto. Cior. *Haec ego* editiones optimae.

14. *In qua debebam.*] *Debueram* rectius tres veteres. Heins.

15. *Dum tecum vixi.*] Scribe, *Dum mecum vixi*, sic supra, *Vive tibi.* Pari modo *secum habitare* & similia occurrunt apud antiquos. Apulej. lib. II. Met. *Evigila & tecum esto.* Heins. *Mecum vixi* probat Faber lib. II. Ep. 10. sequenti versu legit, *tunc mea.*

16. *Cucurrit.*] *Recurrit* Leidenf.

17. *Evenit ipsum.*] *Evenit unquam* Lovan.

19. *Elpenor.*] *Alphenor* Bernens. & Leid. *creto*, vel *recto delapsus* idem Leidenf.

20. *Debilis umbra.*] *Debilis* meliores magno numero. quod & ad Statium deprehendit acutissimus Gronovius. Alludit ad lapsum Elpenoris. *claudum & debilem* conjunxit Apulejus Metam. III. *quin jam ego ipsum sacrilegum debilem & claudum reddam.* & libro VI. *debilem* vocat *ejusdem*, quem paulo ante *claudum* dixerat. Heins. Ita possim veteres vocabant *debiles*, qui membro aliquo capti aut debilitati sunt. Suet. Vesp. VII. *debilis crura*, & Minucius Felix Vulcanum *claudum & debilem* vocat. sic Quinctil. Decl. II. caecum saepe *debilem* vocat. vide Gifan. Indic. Lucret. eademque varietas apud Stat. III. 563.

Nos pravum ac debile vulgus,

ubi Mss *flebile.* Burm.

22. *Icarus immensas nomine signet aquas.*] Diximus de hoc loco supra lib. I. Eleg. I. pag. 90. Superiori versu lege, *agitarit* pro *agitaret*. ut vō *signet* melius id respondeat. Heins. Cl. Bentlej. ad Horat. II. Od. 20. legit, *Icarus Icarias nomine signet aquas*: ex quatuor scriptis. per me licet. quamvis ex Eleg. I. lib. I. hanc lectionem arripere potuerit scriba. *Icareas nomine fecit aquas* Lovan. Bern. & duo alii. *immersas* Leidenf. & duo alii. *aequoreas* duo. sed *immensae aquae* hic non minus frigide dicuntur, quam *immensum profundum* Epist. V. 61. *immensos pontus* I. Trist. II. 39. *immensum freum* in Ibin. 294. *immensum aequor* Virg. Georg. II. 541. VI. Aen. 355. *immensum mare* I. Georg. 29. & infinitis aliis apud Poëtas locis. Epitheton enim perpetuum est. Burm.

23. *Demissus ille.*] *Demissus & ille* unus Heinsii. forte, *at ille. demissus ille* Bernens.

24. *Non habuere.*] Puto, *nonne habuere*, quicquid membranae obtinuere. Heins. Brouklusius malebat, *num pennas ambo non habuere?* Bentlejus, *non habuere*. Sed conjungit *non fuit*. sed & vulgata lectio per interrogationem suum sensum habere mihi videtur. Illud *non* interrogative saepe Noster ponere solet pro *nonne*, quod Heinsius saepe Ovidio obtrudit. vid. I. Amor. VII. 7. III. VI. 29. Virgil. III. Ecl. 17. *Non ego te vidi.* plura vide

Crede mihi; bene qui latuit, bene vixit: & intra
Fortunam debet quisque manere suam.
Non foret Eumedes orbus, si filius ejus
Stultus Achilleos non adamasset equos.
Nec natum in flammâ vidisset, in arbore natas,
Cepisset genitor si Phaëthonta Merops.
Tu quoque formida nimium sublimia semper;
Propositique memor contrahe vela tui.
Nam pede inoffenso spatium decurrere vitae
Dignus es; & fato candidiore frui.
Quae pro te ut voveam miti pietate mereris;
Haesuraque mihi tempus in omne fide.
Vidi ego te tali vultu mea fata gementem,
Qualem credibile est ore fuisse meo.

Nostra

vade in Destillani Dubeti, planis optimae fidei, nec à re Pontb. III. XXI. §. 25 BURM.

25. *Bene qui latuit, bene vixit.*] Sententia ex Epicuri dicto saepe ab, *Λάθε βιώσας.* CIOFAN.

27. *Intra Fortunam.*] Vossero, *Infra Fortunam* ex quatuor scriptis. Nec aliter lego apud Propertium libro III. Eleg. VIII.

Mancam, quae Natorso de sanguine regum,
Infra Iovinum qui cupit esse tuam.

Tanaquil Faber ad Horat. Od. III. 30. 6.

Fortuna fortis omnis infra me stetit.

Ita optimus Medicens. Noster infra lib. V. Eleg. VIII.

Non adeo exilii, quamvis deiectus, ut infra
Te quaeras fas, infernas quo nihil esse potest.

HEINS. Ego intra mortalium non puto: ita enim Horat. I. 3. *Fortuna intra gloriam fuit.* & IV. 11. *Ut gaudeat pulsetando intra potestatem principis fuit.* Et cum V. Pontich. indicem. & quos nos adduximus ad illa Quintil. XI. 3. *Intercalis scripea intra famam fuit.* Sic in proposito etiam *intra* legendum hic docent Broukhusius, & in Seneca Gronovius nova tuetur. BURM.

27. *Non foret Eumedes orbus.*] *Eumedes*, non *Eumenes* legendum, ut Dolonis pater fuit, ut apud Homerum in locis Elegit,

Ὃς ἐν Τρώεσσι θοὸς κήρυξ ἐτέτυκτο.

HEINS. *Eumedes* recte legendum cenſuit Merula & alii non pauci. CIOFAN. Male *Eumenides*, et *Eumedon*, & ſimilia fingunt. Adde Euſtath. ad Hom. Il. X. 314. quae nec cuiquam in veteres Maronis obtrectatori obſtrepent. BURM.

28. *Patrio ejus.*] Vat. ad Met. VIII. 16. *non agnoscit regia mater Dolon.*

30. *In flammâ.*] In *flammam* plurimi. *In flammam* Ioh. & vet. Berm. a. *flammam* duo cum priori editione.

30. *Cepisset genitor si Phaëthonta Merops.*] Elegantèr dictum: Merops Phaëthontem non cepit, quia Phaëthon ad majora aſpirabat, non contentus hoc patre, ſeque Solis filium volebat credi. Cave igitur quicquam in hoc loco mutes cum iis, qui *Flexisset* reponunt. notum illud Maronis:

Nec te Troja capit.

Claudianus de Rufino II. 155.

—— *non orbita ſolis*
Non illum natura capit.

Seneca Hercule Furente, *non capit terra Herculem.* HEINS. Non convenire loca ab Heinſio laudata his Ovidii verbis puto, & longe eſſe diſſimilem ſententiam eorum, *terra non capit Herculem*, quia ille tota terra quaſi major eſt, & cum totum orbem pacaverit, ſi & altus ſupereſſet, hunc quoque implere mentis ſuae. ſed ſi Merops cepiſſet filium ſuum Phaëtonta, deberet explicari, ſi enim juviſſet, delectaſſet & ita impleſſet, ſi voluiſſet eo patre cenſeri: ut res nos *capere* dicitur, quae delectat. nam omnes aliae interpretationes coactae ſunt & durae. Vel chalłage eſſet ſtaquenda, pro ſi Phaëthon cepiſſet Merops genitorem, & tunc poſſet explicari. ſi intelleziſſet, ſenſiſſet illum eſſe verum patrem, non Solem: ſed contra fuit; nam ut mater edidit Solem patrem, ille emicat & *concipit aethera mente*, ut Noſter ait. ſed deinde ubi caſus proximus erat, *jam Merops dici cupiebat.* ſimilia ſere ſunt illa, Quinct. Decl. CCCLXXXII. *Non eſt humilis pectoris libertatem publicam capere.* ubi vide quae notavimus. ceterum in uno codice erat, *cepisses genitor ſi Phaëthonta fuam.* non invenuſte, ut Merops a gloſſatore, ſi adſcripſum, qui explicare volebat quis ille eſſet genitor ita ſaepe pro nominibus propriis, *frater, pater* &c. poſita. Tanaq. Fab. I. Epiſt. 38. legit. *flexisse genitor ſi Phaëthonta Merops.* ſed hoc eſt more Alexandri nodos gladio ſecare. BURM.

32. *Pro-*

Noſtra tuas vidi lacrimas ſuper ora cadentes;
Tempore quas uno, fidaque verba, bibi.
Nunc quoque ſubmotum ſtudio defendis amicum;
Et mala, vix ullâ parte levanda, levas.
Vive ſine invidiâ, molleſque inglorius annos
Exige: amicitias & tibi junge pares.
Naſonisque tui, quod adhuc non exſulat unum,
Nomen ama. Scythicus cetera Pontus habet.
Proxima ſideribus tellus Erymanthidos Urſae
Me tenet; adſtricto terra peruſta gelu.
Boſporos & Tanaïs ſuperant, Scythicaeque paludes;
Vixque ſatis noti nomina pauca loci.
Ulterius nihil eſt, niſi non habitabile frigus.
Heu quam vicina eſt ultima terra mihi!

At

32. *Propositique prccor.*] *Memor* rectius editiones nonnullae & ſcripti quatuor apud me. HEINS.

32. *Contrahe vela.*] Cohibe deſiderium. Eſt autem à navigantibus ſumpta Metaphora, qui aliquò enavigaturi, mutata poſtea ſententia, vela contrahunt. MERULA. Eſt haec quidem metaphora, & à nautis ſumpta, ſed non ſignificat mutationem conſilii, ut Merula exponit, ſed moderationem. ut ſit ſenſus: Moderata propone tibi, ac tempera cupiditatibus tuis, ne, dum altiora conaris, in periculum incidas. Tunc autem contrahunt vela nautae, non cum retro curſum flectunt, aut in diverſum navigant, ſed cum curſus inhibent, ac moderantur. MICYLL. Recte Micyllus: ut notum ex Horat. II. Od. 10.

Contrahes vento nimium ſecundo
Turgida vela.

ut contra *fundere*, *pandere vela*, paſſim apud Poëtas, vide ad III. Met. 663. BURM.

33. *Spatium decurrere.*] Vatic. & Maffei, *decurrere*. probo. CIOFAN. Ita & Jan. Guilel. lib. I. Verſ. 3. recte legendum docet. pari enim modo locuti Plautus Merc. III. 2. Stich. I. 2. Cicer. Senect. ult. Terent. Adel. V. 4. & quis non? *percurrere* quatuor. BURM.

35. *Pro te ut voveam.*] Duriorem facit verſum Heinſius. & unus codex ignorat *rò ut*, & omiſit Gyraldus, qui & habet, *quod*. vid. XIII. Met. 64. & ita ſaepe alibi omittitur. *qui* unus cod. *hoc pro* Junian. BURM.

37. *Vidi ego te tali vultu.*] Aut *luctu* eſt legendum, aut ſcribendum verſu proximo,

Qualia credibile eſt ora fuiſſe mihi.

ſed priori conjecturae accedo. HEINS. Nihil mutandum eſſe hic recte animadvertit Auctor Electorum Etonenſium ex V. Met. 206.

Marmoreosque manet vultus mirantis in ore.

cui & ſuffragatur doctiſſimus Verburgius, quem vide; nam *in ore vultus* eſt diverſa mutatio, quae fit in ore. & ita mox Eleg. v. 11. *vultus* ab *ore* diſtinguitur. BURM.

37. *Mea fata.*] *Mala noſtra* unus.

39. *Cadentes.*] *Caducas* Lovan.

40. *Tempore quas uno, fidaque verba bibi.*] Peſſime ita legitur in impreſſis: inepteque ita exponitur à Merula. In duobus Vatican. *Verbaque fida bibi.* In altero, & Maffei, *fidaque verba bibi.* Quovis modo emendate. eadem ſententia Elegia ſequenti:

Et lacrimas ternens in ſingula verba cadentes;
Ore meo lacrimas, auribus illa, bibi CIOFAN.

Dabas ſcripti & editi quidam. verbo, ad *lacrymas* quidem appoſito, ſed ad ſequentia ambiguo: nam *verba dare* plerumque idem eſt quod decipere. BURM.

41. *Semotum amicum.*] Plurimi veteres & editiones priſcae, *ſubmotum*. quod efficacius. Pont. III. Eleg. IV.

Nec mea verba legis, qui ſum ſubmotus ad ifrum.

Triſt. IV. Eleg. II.

Haec ego ſubmotus, quâ poſſum, mente videbo.

Eleg. IX.

Ut Scythicis habitem longe ſubmotus in oris.

HEINS. Malem etiam cum uno codice, *ſtudio defendis amico*. ſic ſupra I. Eleg. XIV. *ventus amicus.* vid. XIII. Met. 440. & alibi. BURM.

43. *Molleſque inglorius annos Exige.*] Virg. lib. I. Aeneid.

Omnes ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat.

CIOFAN. *Excipe* Lovan. *tu tibi junge* Polit. Heinſius malebat, ut ſolet, *i, tibi junge pares.*

47. *Proxima.*] Quidam codices novam hinc Elegiam ordiuntur. non male. HEINS.

48. *Perusta.*] *Praeuſta* Bonon. *attrito gelu* Bern.

49. *Scythicaeque.*] *Scythiaeque* multi codices, & quidam editi.

50. *Vixque ſatis noti nomina pauca loci.*] Scribo;

At longe patria est, longe carissima conjux;
Quidquid & haec nobis post duo dulce fuit.
Sic tamen haec absunt; ut quae contingere non est
Corpore, sint animo cuncta videnda meo.
Ante oculos errant domus, urbs, & forma locorum;
Succeduntque suis singula facta locis.
Conjugis ante oculos, sicut praesentis, imago est.
Illa meos casus ingravat, illa levat.
Ingravat hoc, quod abest; levat hoc, quod praestat amorem:
Impositumque sibi firma tuetur onus.
Vos quoque pectoribus nostris haeretis, amici;
Dicere quos cupio nomine quemque suo.
Sed timor officium cautus compescit; & ipsos
In nostro poni carmine nolle puto.

An-

59. *fell. & nomina rauca.* hoc est nomina ingrati & barbari soni. sic infra Pont.

Et rauca Getico murmur in ore fuit.

hoc est dissonum. potest tamen & ferri vò *loci*, ut locos earum notos rauca nomina per appositionem appellet. infra Eleg. x.

Exsecrandaque cingunt fera gens Bessique Getaeque,
Quorum non ingenio nomina digna meo.

HEINS. *Novi* est in Junian. Lovan. & Bernens. *Vix satis est uno nomina pauca legi* Leidens. *Vixque satis nota nomina pauca legui* P. Servii. forte,

Vixque satis nostri nomina rauca soni.

id est, ut Nicia dicit, *quae vix eloqui est ore Romano.* & Noster saepe de nominum incondito sono queritur. vel *nisi soni*, id est quem nos, ubi barbari ruoco suo ore efferunt, non intelligimus. ita infra Eleg. VIII. 37.

Cumque, locum moresque hominum, cultusque sonumque
Cernimus.

BURM.

53. *At longe patria est, longe carissima conjux.*] Scite patriam anteponit uxori. cum enim ordinem officiorum gradus requirit. Sic prope lib. IV. Eleg. V.

Orbi absit facies, absint, mea cura, fodales;
Et, qua nulla mihi cavior, uxor absit.

illo etiam modo lib. V. Eleg. I.

At mihi si caro patriam cum conjuge reddas.

CIOFAN. *Eldissima* Junian. *longe est carissima* quidam editi & duo scripti.

57. *Ante oculos errat domus, urbs & forma locorum.*] Numeri duriores satis arguunt versum esse interpolatum, *errant* in multis veterum, unus, *adsunt*, alius, *haeret*. Medonianus; *Ante oculos urbs ac haeret fortuna locorum*. Hamburgensis inter vetustiores:

Ante oculos domus urbis erat & forma locorum.

Puto scribendum:

Ante oculos urbisque domus & forma locorum est.

urbis domus, aedificia urbis Romanae, sequentia confirmant,

Conjugis ante oculos, tanquam praesentis, imago est.

ait domos urbis & locorum formam oculis suis obversari. vide Notas Pont. II. Eleg. IV. fol. 7. *Stare & esse ante oculos* usitatum Nostro. Pont. I. Eleg. X.

Ante tuos oculos, ut modo visus, ero.

cogitabam aliquando, sed quod a scriptura veteri longius abit:

Ante oculos urbis facies & forma locorum est.

sic Tristium lib. I. El. III.

Haec facies Troiae, cum caperetur, erat.

plura exempla vide apud Zinzerlingum Promulsidis Criticae cap. III. HEINS. Nos incertis conjecturis vulgatam lectionem praetulimus, in qua non video duriores, quam par est, numeros. & praeterea Noster inter res, quas in exilio suo saepe desiderat & ante oculos ponit, suam sacpissime domum ponit. ita supra Eleg. II. 21.

Roma domusque subit, desideriumque locorum.

Infra Eleg. VII. 45.

En ego cum patria caream, nobisque, domoque.

& VIII. 9.

Deserimusque domus vultum, memoresque sodales.

& alibi. nullem vero cum quinque codicibus, *erant*, *erant.* posset & *haerent*, quod verbum saepe cum *errant* confunditur, legi, ut infra Eleg. VIII. 35.

Haerat, & ante oculos, veluti spectabile corpus,
Adstat Fortunae forma legenda meae.

& I. ex Pont. IX. 7.

Ante meos oculos tamquam praesentis imago
Haeret.

BURM.

58. *Succedunque.*] *Accedunque* Leidens. & nonnulli editi.

60. *Illa meos casus aggravat.*] Veteres libri & hic, & versu, qui statim sequitur, *ingravat*. optime. CIOFAN.

61. *Levat haec.*] Melius, *Levat hoc*. D. HEINS. *Hoc* cum scriptis potioribus. HEINS.

62. *Tuetur onus.*] Idem libri veteres, Masseiano excepto, *opus*. CIOFAN.

64. *Dicere quos cupio.*] Malo, *cupiam*. HEINS. *Cupimus* volebat auctor Electorum Etonensium, quia *Nostris* praecedit. sed non ideo *Cupiam* mutem. vid. ad Ibin. fol. 5.

65. *Officium.*] In quibusdam est, *officii*, in aliis etiam, *cautos*, quae jungebat olim Heinsius, & *officii*, *cautos* posse legi putabat. sed tunc mallem, *officii cautum compescit*, id est, me caute & prudenter officiosum, ne noceam officio meo. ita Amm. Marcel. XVII. 11. *Quo nec fortior, nec cautior quisquam patriae fuit.* ubi Lindenbrog. notat alibi dixisse Marcellinum, *cautiores fui. compressit* etiam unus. BURM.

67. *Gratique erat instar amoris.*] *Honoris* bene unus Vaticanus. ut jam monui Fast. II. fol. 633. HEINS. *Gratumque amoris* Bernens.

72. *Protrahet.*] *Protrahat* Ms. Bersm. *ne protrahat* duo libri. *protrahit* plurimi. *si quis amabat* Leidens. *sicut amabat* alius.

73. *Scite tamen.*] Etiam hoc distichon importune hic videtur inculcatum. HEINS.

Ante volebatis; gratique erat instar honoris,
Versibus in nostris nomina vestra legi.
Quod quoniam est anceps, intra mea pectora quemque
Adloquar: & nulli causa timoris ero.
Nec meus indicio latitantes versus amicos
Protrahet. occulte si quis amavit, amet.
[Scite tamen, quamvis longa regione remotus
Absim, vos animo semper adesse meo.]
Et, quam quisque potest, aliqua mala nostra levate:
Fidam projecto neve negate manum.
Prospera sic vobis maneat Fortuna: nec umquam
Contacti simili sorte rogetis opem.

ELE-

74. *Adesse.*] *Inesse* duo.

75. *Et qua quisque potest.*] *Quam potest.* pro *quantum* plerique veteres. dixi Remed. Amor. vs. 325. Deinde pro *ero*, optimus Vaticanus cum alio ejusdem bibliothecae, & Rottendorph. *aliqua*. neque aliter optimus Palatinus. sic Virgilius, *Et si non aliqua nocuisset.* Pont. II. Eleg. VII.

Adjuvat in duris aliqua praesentia rebus.

ut ex vestigiis veterrimi libri lego. & Pont. II. Eleg. VIII.

Praesentes aliqua prosit habere deos.

ubi similiter in vulgatis peccatur. Apulejus in Apologia, *nihil in rebus omnibus tam innoxium dices, quin id possit aliquid aliqua abesse.* ubi pro *dices* opinor *dices* reponi debere. Iterum Noster lib. III. Eleg. IV. ubi perperam, *aliqua ope*. nonnulli scripti:

Et regum vultus, cerissima pignora mentis,
Juvissent aliqua forsitan illud ope.

& eadem Elegia, ut scribendum puto,

Et gaudere aliqua res mihi visa nova est.

apud Silium Italicum libro XIII. ex optimis membranis:

Nudus inire caput pugnat, certare juvento.
Atque obliqua trucis didicere cornua tauri
Assuerat, crudoque aliqua se attollere facto.

vulgati perperam, *crudoque olim attollere fato*. HEINS. Vid. ad Quinctil. Decl. XVII. 5. & CCLXV. & supr. ad lib. II. 213. ubi *aliquo* Ms. Bersm. quod defendi etiam possit, ex illis, quae produxit doctissimus Dukerus ad Flor. III. x. 13.

78. *Rogetis idem.*] *Opem* recliue Combii, Hamburgensis, & alii nonnulli. sic Pont. de Ponapejo,

Submissa fugiens voce rogavit opem.

HEINS. *Simili forte* Leid.

ELEGIA V.

USus amicitiae tecum mihi parvus, ut illam
Non aegre posses dissimulare, fuit:
Ni me complexus vinclis propioribus esses;
Nave mea vento forsan eunte suo.
Ut cecidi, cunctique metu fugere ruinae,
Versaque amicitiae terga dedere meae;
Ausus es igne Jovis percussum tangere corpus,
Et deploratae limen adire domus.
Idque recens praestas, nec longo cognitus usu,
Quod veterum misero vix duo tresve mihi.
Vidi ego confusos vultus, visosque notavi;
Osque madens fletu, pallidiusque meo:
Et lacrimas cernens in singula verba cadentes,
Ore meo lacrimas, auribus illa bibi:
Brachiaque accepi moesto pendentia collo,
Et singultatis oscula mixta sonis.
Sum quoque, Care, tuis defensus viribus absens:
Scis Carum veri nominis esse locum.

Muta

1. *Ut illam.*] Ms. *ubi illam non aegre posses.* fortasse, *ni* scribere voluit. Bersm. *Et illam* Lovan. deinde pro *fuit*, *facit* Regius.

2. *Non aegre posses.*] *Posses* scripti. Heins.

4. *Nave mea vento forsan eunte suo.*] Hoc est, quia rum fortassis navis mea suo, id est, secundo vento ferebatur, eaque fortuna mea esset, ut à te, quicum ipso consuetudinem tantam non habebam, impunius amarer. ut sit haec aetiologia quaedam ad superiora. Micyll. Nescio an non apertior sententia esset, si legeretur, *Qui me complexus* &c. id est, qui in me forsan contulisses plura officia, & ita artioribus vinculis me adstrinxisses, si incolumis in patria manssissem; sed cum nunc occiderim & reliqui amici, longiori usu mihi familiares, fugerint, tu, quocum parvus usus erat, & vix incipiens amicitia, tamen *ausus es igne Jovis* &c. *tangere corpus.* & hoc tu recens amicus praestas &c. Illud *Forsan* debet referri ad *complexus vinclis propioribus esses*, non ad *nave eunte.* Burm.

5. *Cunctique metu fugere ruinae.*] In nonnullis, *cunctique metu fugere ruinae.* Naug. *Metu* habent libri veteres: & recte meo quidem judicio. lib. III. de Ponto Eleg. II.

Me quoque amicorum nimio terrore, metuque,
Non odio quidam destituere mei.

Ciofan. *Meus fugere* primae editiones, prim. Vatic. aliique multi. quod Ciofano arridebat. Scribe, *metu fugere ruinae.* ut optimus Palatinus & Naugeriani codices agnoscunt. Heins. Satis perspicua lectio: *metu fugere ruinam*: in uno tamen Gallico & Francof. codice est, *cunctique mei fugere ruinam.* ut *mei* sint amici; ut saepe Cicero, Noster & alii *meos*, *tuos*, ponunt pro amicis & familiaribus. Cicer. IV. ad Fam. 7. *A suis reliquis non adhibemur*, magis tamen placet Heinsii lectio. Burm.

6. *Dedere meae.*] *Fugae* Regius & tres alii. Heinsius malebat, *suae.*

8. *Deploratae.*] *Deploratum* Bernens.

11. *Visosque notavi.*] An *videre* & *notare* non est unum idemque hoc loco? veteres fere omnes, *visaque* cum primo Politian. an, *visaque notavi?* Heins. *Confusos* & *visos* codices antiqui, sed *confusi vultus* sunt tristes, ut Petron. 101. *confuso vultu* cui contrarium apud Nostrum & alios est, *diffundere vultum.* pro *visos* mallem, *versosque notavi*; id est ex laeto, quo me antea aspicere solebas, moestum vultum vidi. ut IV. Trist. II. 23.

Et cernit vultus aliis pro tempore versos. Burm.

15. *Excepi.*] *Accepi* veteres. Heins.

15. *Presso pendentia collo.*] Libri veteres, *maesto.* perplacet. Ciofan. *Pallentia* unus. *nostro collo* fem.

16. *Et singultantis.*] Rectius, quod in nonnullis, *singultatis.* Naug. Nos *singultantis* retinuimus ex bis. & Fabric. *singultus* autem Gallinarum est: inde ad hominem transfertur Horat. I. Sat. VI. 5. 6. *singultim pauca locutus.* Bersm. *Singultantis* Jun. Leid. & alii plures. *singultosis* unus.

18. *Scis charum veri nominis esse locum.*] Hoc est, Intelligis te interea chari nomine, loco proprii nominis appellari, quando proprium tuum quod est, periculi causa ponere aperte non licet. Quod propterea à poëta additum videtur, ne quid ipse in nomine errasse videretur, quum & proprium quorundam Charus esset. Nisi quis ita accipi idem hoc malit, ut is ipse ad quem scribitur, Charus dictus fuerit: & ne quid ipsius nominis positio illi noceret, hac figura Poëtam esse usum. Nam quae Merula hic de Etymologia Chari, & de χάρισς voce addit, supervacanea, adeoque ἀπροσδιόνυσα videntur. Micyll. Lib. IV. de Ponto El. XIII.

O mihi non dubios inter memorande sodales,
Qui quod es, id vere Care vocaris, ave.

Ciofan. Recte suspicatus Micyllus hic indicari *Carum*, ad quem scripta Elegia XIII. lib. IV. ex Ponto, aliud indicium Heinsius detexerat in vers. 42. hujus Elegiae,

Junonis gener est, qui prius hostis erat.

quo alludere credebat ad Apotheosin Herculis, quam Carus scripserat, ut patet ex IV. ex Pont. XVI. 7.

Et qui Junonem laesisset in Hercule Carus,
Junonis si jam non gener ille foret. Burm.

Multaque praeterea manifesti signa favoris
Pectoribus teneo non abitura meis.
Di tibi, posse tuos, tribuant, defendere semper,
Quos in materiâ prosperiore juves.
Si tamen interea, quid in his ego perditus oris,
(Quod te credibile est quaerere) quaeris, agam?
Spe trahor exiguâ (quam tu mihi demere noli)
Trissia leniri numina posse Dei.
Seu temere exspecto, sive id contingere fas est;
Tu mihi, quod cupio, fas (precor) esse proba.
Quaeque tibi linguae est facundia, confer in illud,
Ut doceas votum posse valere meum.
Quo quis enim major, magis est placabilis irae;
Et faciles motus mens generosa capit.
Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni:
Pugna suum finem, cum jacet hostis, habet.
At lupus, & turpes instant morientibus ursi;
Et quaecumque minor nobilitate fera est.
Majus apud Trojam forti quid habemus Achille?
Dardanii lacrimas non tulit ille senis.

Quae

19. *Faveris.*] *Pudoris* plurimi. *doloris* unus.

20. *Pectoribus teneo non abitura meis.*] Lib. I. Eleg. IV.

Haec mihi semper erunt imis infixa medullis.
Ciofan.

23. *Perditus.*] *Proditus* Leidens.

26. *Posse Dei.*] Malim, *Deo.* nam alter Polit. *Duci.* Heins. *Molliri* nonnulli.

27. *Sive hoc contingere fas est.*] Vetusta exemplaria, *sive id.* Ciofan. *Sive id* veteres. Heins.

28. *Proba.*] *Fave* Barber. *probum* Excerpta Voss.

29. *Quaeque tibi est linguae facundia.*] Quidam *tibi est* non agnoscunt. Scribe, *tibi linguae est.* atque ita Medonianus. Heins. Sic nec *est* agnoscunt in simili locutione Epist. XVII. 29. ubi vide.

30. *Valere meum.*] *Unum* alter Polit.

31. *Quo quisque est major, magis est placabilis irae.*] *Quo quis enim major* vetuste optimus Vaticanus & tres alii ex melioribus. pro *irae* Gottorph. *ira.* lego, *magis hoc placabilis ira est.* vel, *magis hoste* Vide Notas Metam. VIII. VI. 399. inae magis placabilis, pro placabilioris. Heins.

32. *Generosa.*] *Animosa* Gottorph.

37. *Majus apud Trojam forti quid habemus Achille? Dardanii lacrimas non tulit ille senis.*] Lib. V. Eleg. I.

Cum Priami lacrimis offensus non sit Achilles,
Tun' fletus inhibes, durior hoste, meos?

Ciofan. Habetur Lovan. & alius.

Quae ducis Emathii fuerit, clementia, Poros,
Praeclarique docent funeris exsequiae.
Neve hominum referam flexas ad mitius iras;
Junonis gener est, qui prius hostis erat.
Denique non possum nullam sperare salutem,
Cum poenae non sit caussa cruenta meae.
Non mihi quaerenti possum dare cuncta, petitum
Caesareum caput est, quod caput orbis erat.
Non aliquid dixi, violentaque lingua locuta est;
Lapsaque sunt nimio verba profana mero.

In-

39. *Quae ducis Emathii fuerit clementia Pharos.*] In primis hoc est in *Pharos*, nec quid hic velit fere, rectius in nonnullis, *Porus*, ac de Alexandro Macedone intelligendum. Qui & devicto Poro non perperci solum, sed & regnum restituit, & defuncto Dario praeclarissimas exequias celebravit. Naugerius. Merula hunc locum de Alexandri Magni sepultura in Aegypto exponit: eoque & de honoribus defuncto exhibitis multa accumulat. Ceterum quando hic de ducis clementia, qua ipse erga alios usus fuerit, non qua alii erga ipsum, mentio fit: deinde Alexander circa Pharum, aut Alexandriam, neque ipse ab initio sepultus fuerit, neque alterius funus aut exequias peregisse tradatur, probabile est, locum hunc vel de alio duce, vel de alio funere intelligendum esse. Ac quod ad ducem attinet, non video, quinam alius intelligi possit. Nisi si quis Caesarem dictatorem accipiendum putet, qui cum apud Pharum Aegypti, Pompejum, hostem suum, & a se devictum, a satellitibus Ptolemaei interfectum compertisset, viso illius annulo, lacrymatus dicitur, falsisque reliquias ac cineres illius conquisiti, ac sepulturae traditi. Hunc ergo *Emathium* dixit, a campis Emathiae, dixerit aliquis, in quibus pugnatum inter Pompejum ac Caesarem commissa fuit. praeterea quando & Lucanus eodem nomine illos vocet, in exordio Operis sui, ita dicens, *Bella per Emathios plusquam civilia campos, Jusque datum sceleri canimus*, &c. Sed hoc nimis exactum & durum. At de Alexandro duce, alio autem quam ipsius funere, intelligere placet. Licet ad rursus & sepulturam hunc locum referre, quam ille Dario, a se quidem victo, insidiis autem & fraude suorum occiso, regio Persarum more celebrari concessit. De qua re Arrian. lib. III. Diodorus & Plutarchus in vita illius meminere. Sed secundum hanc expositionem, pro *Pharos*, quae vox in fine prioris versus est, *Porus* legendum fortasse fuerit. ut sit duplex exemplum clementiae Alexandri, alterum Poro, alterum Dario exhibitum. Nam Porum, cum & ipsum gravi praelio superatum, captivum abduxisset, postea non solum dimisit, sed & ampliore regno donavit, ut iisdem autoribus traditur. *Pharos* autem, sive hoc, sive illo modo expositio fiat, utrobique incommode legitur: propterea quod ipsa dictio, longa prior, hoc loco ponitur: cum alias tam Graecis quam Latinis, eadem syllaba corripiatur, Graece autem etiam acuto tono notetur: ut apud Stephanum & Suidam. Nisi si cui placeat ectasin fieri, ut in ἔρις, ἔρι; βαρύλογε, & similibus. *Porus* autem nihil incommodi habebit, cum & apud Arrianum & Suidam ω magno Πῶρος scribatur. Micyll. Reliqui libri, *Pharos*, reclamante metro. Itaque nos cum eruditis aliquot & inprimis praeceptore nostro Georg. Fabricio maluimus, *Porus*. Πῶρος autem rex Indiae fuit, ac lingulari certamine ab Alexandro victus & vitam, & regnum, & alia virtutis praemia ab eodem obtinuit. testis Plutarch. in Alexandro. Justin. lib. XII. & Arrian. lib. V. de expedit Alex. Berkm. Melius alii, *Porus*. qui regem Indiae intelligunt. Dan. Heins. Leidensis, *Porus*, quod Naugerio probatum, & Fabricio & Berkmanno. Unus Gallicus, *foros* hoc est, *Poros*. recte. pro *Praeclarique* duo, *Pompeique*. unus, *Dardanique*. codex Petri Servii, *Pharique*. Locus videtur corruptus. Quaenam enim hae sint exequiae non exprimit; nec Pori sunt, qui Alexandro superstes fuit. Scribe,

Dariique decent funeris exequiae.

Primam enim & secundam in hoc nomine syllabam produxit etiam in Ibide Noster,

Usque necatorum Darii fraude secundi.

& Claudianus Epistola ad Hadrianum:

Darium famulis manibus doluisse peremptum
Ferunt & ingenti solatus fata sepulchro.
Tradita captivo spatiosior India Poro.

vides Porum & Darium etiam hic conjungi. Darius Graecis Δαρεῖος. *Darius* in veterrimis Curtii libris; atque ubique scribendum, cum syllaba secunda producatur. Sic *Alexandrea* producta penultima apud Horatium & Propertium. vulgatum si quis tueri mavult, illius Persiani auctoritate sententiam potest fulcire,

Inscia quod crimen viderunt lumina, plector:
Peccatumque oculos est habuisse meum.
Non equidem totam possum defendere culpam:
Sed partem nostri criminis error habet.
Spes igitur superest, facturum ut molliat ipse,
Mutati poenam conditione loci.
Hunc utinam nitidi Solis praenuntius ortum
Adferat admisso Lucifer albus equo.

Ele-

— *si*
Ebullet patrnus, praeclarum funus.

ita enim in duobus veterrimis ac optimis codicibus inveni. nec aliter veteres Grammatici videntur agnovisse: quae elegans omnino appositio optantis mortem patruam, & tanquam mirabundi. in vulgatis. *patrum praeclarum funus*. improprie enim *funus ebullire* vel *mori* dicitur. cum funus sit non nisi jam mortui. Heins. *Praeclaraeque* Francofurt. *Poros* Tanaq. Fab. I. Epist. 38. etiam probat.

41. *Flexas ad mitius iras.*] *Ad amicius* quidam. Heins. Vid. ad XIII. Met. 440.

44. *Poenae.*] *Culpae* duo scripti. *cura cruenta* Lovan.

45. *Possumdare.*] Codex Servii divisis vocibus, *possum dare*, quomodo recte scribi puto. nam ut *abire possum* Plauto, ita *dare possum* dicitur, ut *ire exsequias* & similia. respicit autem hic ad conjurationes, quales plurimas derexit & oppressit Augustus, teste Sueton. c. XIX. quibus se numquam immiscuisse dicit. sequens dilichon tangit Gallum, de quo lib. II. 44. Burm.

47. *Dixi.*] In Aldi & D. Heinsii edit. est *dixit*, ut ad *& lingua* referatur. *violataque lingua loquendo est* pr. Vatic.

48. *Lapsaque sunt nimio verba profana mero.*] Lib. I. de Ponto & Eleg.

Nec juvat in lucem nimio marcescere vino.

Ciofan. *Lapsaque* omnes. *verba profunda* Leidens. *lapsaque non nimio*. Bernens.

50. *Est habuisse meos.*] *Meum* in nonnullis rectius. Naugerius. *Est habuisse meum* legendum. Hujus autem loci sententia legitur in Elegia, quae hanc statim sequitur. *Meum* alii. quod Naugerius & Ciofanus sequuntur, quatuor, *mihi*. Heins.

51. *Totam defendere culpam.*] *Tantam defendere caussam* Barber. *totam defendere vitam* Lovan.

53. *Spes igitur superest, facturum ut molliat ipse.*] Imo, *fatorum*, cum Palatinis codicibus:

Spes igitur superest, fatorum ut molliat ipse
Mutati poenam conditione loci.

D. Heins. Pro *facturum ut molliat*, Hafnienses, *ut nostram molliat*. Combianus pro diversa lectione, *futurum*. ut & quidam alii. prim. Palat. *fatorum*. Scribe:

Spes igitur superest, ut molliat ipse, futurum
Mutati poenam conditione loci.

Vulgata scriptura parum Latina est, nisi reponas, *facturum ut molliat ipsum*. Heins. Non tam parum Latina est, ut non defendi posset vulgata. nam *facio ut* usitatum esse vidimus ad Quinctil. lib. IV. prooemio. & ita Noster II. Trist. 3.

Carmina fecerunt, ut me cognoscere vellet.

licet ibi paullum diversa sit significatio. fateor tamen duriorem mihi hic vulgatam lectionem accidere, & ideo mallem confitucre hoc modo:

Spes igitur superest, ut duram molliat ipse
Mutata (vel *mutati*) *poenam conditione loci.*

in Hafniensi erat, *ut nostram molliat*, etiam non male. Burm.

55. *Hunc utinam nitidi solis praenuncius ortus.*] Carmen mendosum. *Hanc utinam* quatuor scripti, unus *Nos*. Barberin. & Hafnienses. *Hunc*. Scribe:

Illunc utinam nitidi Solis praenuncius ortum
Adferat admisso Lucifer albus equo.

ortum pro die oriente posuit, aut Solis exortu. Apposite Seneca Oedipo,

Jam matutinos praedixit Lucifer ortus.

Vide infra notas lib. IV. Eleg. II. pr. 73. Heins.

56. *Admisso equo.*] Elegantissime *admitti* equi dicuntur, cum impelluntur: ita cursus, & alia. Ciofan.

ELEGIA VI.

FOedus amicitiae nec vis, cariſſime, noſtrae,
Nec, ſi forte velis, diſſimulare potes.
Donec enim licuit, nec te mihi carior alter,
Nec tibi me totâ junctior Urbe fuit.
Isque erat usque adeo populo teſtatus, ut eſſet
Poene magis quam tu, quamque ego, notus amor.
Quique erat in caris animi tibi candor amicis,
Cognitus eſt illi, quem colis ipſe, viro.
Nil ita celabas, ut non ego conſcius eſſem;
Pectoribusque dabas multa tegenda meis.
Cuique ego narrabam ſecreti quidquid habebam,
Excepto quod me perdidit, unus eras.
Id quoque ſi ſciſſes, ſalvo fruerere ſodali;
Conſilioque forem ſoſpes, amice, tuo.
[Sed mea me in poenam nimirum fata trahebant:
Omne bonae claudunt utilitatis iter.]

Sive

1. *Non vis.*] *Nec vis* meliores. Heins.

2. *Tota junctior.*] *Notior* unus. *toto orbe* alius.

3. *Quique eſt in caris animi tibi candor amici.*] De animi candore & ſinceritate amicum commendat. lib. iv.

Cujus ineſt animo patrii candoris imago,
Non careat nervis candor ut ipſe ſuis.

Lib. ii. de Ponto Elegia v.

Candor in hoc aevo, res intermortua paene
Exigit, ut faciam talia vota, tuus.

& ibidem:

——— *ſed ſunt tua pectora laeſa,*
Et tam calcatis candidiora nive.

Ciofan. *Quique erat* tres veteres. unus, *Qui fuit.* Sed lege, *raris amicis.* Sequenti verſu pro *iſti* meliores, *ipſi.* & pro *ipſe* tres optimi, *ipſe.* Puto, *ipſi Deo.* hoc eſt Auguſto. Sed ſubeſt etiamnum aliquid mendi his verſibus. Heins. Omnia in lectione, quam exhibemus, puto perſpicua. illecendor animi, qui tibi erat in caris amicis (pro *erga caros amicos.* vid. ad Quinctil. Decl. xv. 16. & ad Nodot lib. i. Metam. ix. 274.) ipſi Auguſto cognitus eſt, qui ideo te amabat. Burm.

9. *Ut non ego conſcius eſſem.*] Scribe, *cui non ego conſcius.* Cum tertio enim caſu frequenter jungit hunc vocem Noſter. Metam. vi. 588. Heins. Verisimilis inde Heinſii correctio, quin *quod* in Vaticano erat, pro *quoi*, id eſt *cui.* nam & ſequenti diſtichio Petri Servii codex, *Quique ego narrabam.* mihi tamen moveo, quia praecedenti *ira* non male ne convenit, & ſenſus ſit ſatis apertus. Burm.

10. *Pectoribusque dabas multa tegenda meis.*] Tanaquillus Faber in Epiſtolis lib. i. Ep. 67. reponit ex conjectura, *cumula tegenda.* jam enim ſuperiori verſu dixerat Noſter, nihil ſibi celatum fuiſſe ab hoc amico. Heins. *Regenda* Junian.

11. *Cuique ego narrabam.*] Lege, *narrarem.* Heins.

11. *Habebam.*] *Agebam* unus Heinſii.

16. *Omne bonae & claudunt.*] Lib. Vatican' *omne bonum* Ciofan. *Ἀναζήλευτον* manifeſtum. in Gryphiano legitur, *Omne bonae & claudunt utilitatis iter.* Melius. Sed fortaſſe Poëta ſcripſerat, *Omne bonae ut claudunt utilitatis iter.* Ut plerunque fata efficiunt, ne quis, quod è re eſt ſua, conſideret aut agat. D. Heins. Tò *&* abeſt à pleriſque ſcriptis. Hoc etiam diſtichon male feriati nescio cujus interpolatoris eſt. Sequentibus etiam verſibus otioſa illa repetitio *ea tamen* ſuſpecta eſt. Heins. Suſpecti ſaepe Heinſio fuere verſus, quia in illis numeros Ovidianos faſtidioſa ejus auris non agnoſcebat. quid ergo ſi vidiſſet aliquem hunc verſum ita correctione ſua duriſſimam facere, ut nuper vir doctus in ſupplement. Actor. Lipſ. vi. Sect. 2. pag. 79.

Omne ò ne claudant (Sc. fata mihi) *utilitatis iter.*

& explicare, utinam calamitas mea non ſit perpetua, nec niſi morte finienda. cum agat de tempore, quo aliquid vidiſſet, & ita errore illo ſuo Auguſtum offendiſſet, quo, ſi rem indicaſſet huic amico, potuiſſet ejus conſilio ſoſpes eſſe, ſed fata trahebant cum in poenam, & tam malae erat mentis, ut nihil utile poſſet providere. praeſtat ergo locum in medio relinquere. Quid ſi,

Dum pronum claudunt utilitatis iter,

id eſt dum mihi eripiunt mentem ad te decurrendi, qui tam facile poteras me ſervare. ita *pronum ad honores iter* Plinius viii. Ep. 10. *prona ad regnum via* Juſtin. i. 5. poſſet &, ſi cui languidiores numeri diſpliceant, legi, *omnia dum claudunt utilitatis iter.* haec certe tolerabiliora eſſent, ſed nihil iis tamen conjecturis fido. Douza legebat, *omne bonum haec cl.* in Bernenſ. erat, *omne mihi claudunt.* in ſequenti poſſet legi,

Sive malum potui tantum vitare cavendo.

ubi & *celando* quosdam legere notat Berſm. *carendo* exc. Voſſii. Burm.

18. *Nulla ratio.*] Nullum conſilium. Ciofan. *Sin fatum ratio nulla vitare poteſt* Bernenſ.

18. *Fatum.*] Fati neceſſitatem: quod imminet. Ciofan.

19. *Tu tamen ô nobis.*] *A nobis* Lovan. *jucundiſſime longo* Vatic. *juſtiſſime* unus. *mitiſſime* al. *junctiſſime ſirmo* Barberin. deinde, *ſi memor*, *& ſi quos tibi ſert* Leid. & mox, *experiare precor* duo.

23. *Manſuetior ira.*] *Mihi mitior ira* Combii cod.

25. *Idque ita.*] *Facque ita* Bernenſ.

26. *Principiumque mei.*] Puto, *Praecipiumque.* Heins.

27. *Nec breve, nec tutum eſt.*] *Leve* Gottorpiia-

Sive malum potui tamen hoc vitare cavendo;
Seu ratio fatum vincere nulla valet;
Tu tamen, ô nobis uſu junctiſſime longo,
Pars deſiderii maxima pene mei,
Sis memor: &, ſi quas fecit tibi gratia vires,
Illas pro nobis experiare rogo.
Numinis ut laeſi fiat manſuetior ira;
Mutatoque minor ſit mea poena loco.
Idque ita, ſi nullum ſcelus eſt in pectore noſtro;
Principiumque mei criminis error habet.
Nec leve, nec tutum eſt, quo ſint mea, dicere, caſu
Lumina funeſti conſcia facta mali.
Mensque reformidat, veluti ſua vulnera, tempus
Illud: & admonitu fit novus ipſe dolor.
Et quaecumque adeo poſſunt adferre pudorem,
Illa tegi caecâ condita nocte decet.
Nil igitur referam, niſi me peccaſſe; ſed illo
Praemia peccato nulla petita mihi:
Stultitiamque meum crimen debere vocari;
Nomina ſi facto reddere vera velis.

Quae

mentis, ut nihil utile poſſet providere. praeſtat ergo locum in medio relinquere. Quid ſi,

Dum pronum claudunt utilitatis iter,

id eſt dum mihi eripiunt mentem ad te decurrendi, qui tam facile poteras me ſervare. ita *pronum ad honores iter* Plinius viii. Ep. 10. *prona ad regnum via* Juſtin. i. 5. poſſet &, ſi cui languidiores numeri diſpliceant, legi, *omnia dum claudunt utilitatis iter.* haec certe tolerabiliora eſſent, ſed nihil iis tamen conjecturis fido. Douza legebat, *omne bonum haec cl.* in Bernenſ. erat, *omne mihi claudunt.* in ſequenti poſſet legi,

Sive malum potui tantum vitare cavendo.

ubi & *celando* quosdam legere notat Berſm. *carendo* exc. Voſſii. Burm.

18. *Nulla ratio.*] Nullum conſilium. Ciofan. *Sin fatum ratio nulla vitare poteſt* Bernenſ.

18. *Fatum.*] Fati neceſſitatem: quod imminet. Ciofan.

19. *Tu tamen ô nobis.*] *A nobis* Lovan. *jucundiſſime longo* Vatic. *juſtiſſime* unus. *mitiſſime* al. *junctiſſime ſirmo* Barberin. deinde, *ſi memor*, *& ſi quos tibi ſert* Leid. & mox, *experiare precor* duo.

23. *Manſuetior ira.*] *Mihi mitior ira* Combii cod.

25. *Idque ita.*] *Facque ita* Bernenſ.

26. *Principiumque mei.*] Puto, *Praecipiumque.* Heins.

27. *Nec breve, nec tutum eſt.*] *Leve* Gottorpiianus. bene. *Tò eſt* etiam omittunt plerique. At Pont. libro i. Eleg. vi. 21.

Nec leve, nec tutum peccati quae ſit origo
Scribere ——

ſic & ibi veteres nonnulli. Heins.

30. *Fit novus ipſe dolor.*] *Pudor* prim. Vatic. prim. Pal. & tres alii ex melioribus. Quod ſi admittamus, ſequens diſtichon erit delendum, quod non uno nomine eſt ſuſpectum. In quo *poſſunt* pro *poſſint* veteres plerique. & *caecâ nube*, pro *nocte* octo antiqui aut novem. Heins.

31. *Et quaecumque adeo poſſunt.*] Ita legendum è libris ſcriptis & ratione. Ciofan.

32. *Illa tegi caeca condita nocte decet.*] Quae Auguſtum agere vidi, perpetuo ſilentio involvenda ſunt. Ciofan. Mss. *cauca nube.* Horatius utrumque conjunxit lib. i. Ep. 10.

Noctem peccatis, & fraudibus objice nubem.

Berſm. Eadem varietas ſupr. lib. i. viii. 14. & ii. Art. 619. nondum a me impetrare poſſum, ut & hoc deleam diſtichon. in Vaticano erat, *& quaecumque ea.* forte legendum, *& quaecumque ab eo poſſunt afferre pudorem.* ab eo ſcilicet tempore, quo lumina ſunt facta conſcia mali. in margine Gryphii eſt, *& quaecumque deo.* quaſi Auguſtus intelligatur. quod ex communi errore, de Auguſti incolo proveniſſe puto. *afferre dolorem* Bernenſ. Burm.

34. *Mihi.*] *Mei* Excerpta Voſſii.

Quae si non ita sunt; alium, quo longius absim,
Quaere, suburbana haec sit mihi terra, locum.

36. *Nomina si fatis.*] *Fatis* plerique. *fatis* Aprosdianus. Heins. *Nomina si fello* sexdecim libri.

37. *Quae si non ita sunt.*] Nihil hic mutandum. Pont. I. El. III. pari modo.

Ut tamen haec ita sint, manus tua grande volumen
Ad me pervenit.

proximo vers. cum melioribus, *suburbana haec* pro *hic*. Heins.

38. *Suburbana hic sit mihi terra locus.*] Hoc est, Tantum hinc à Tomis in ulteriorem Scythiam removeri, quantum nunc à Roma absum: Ita ut proximus locus suburbanus, hoc est, Romae subjectus ac proximus praeillius distantia, aut etiam barbariae videatur. Micyll. Malim, cum *haec* sit in plurimis scriptis & editis, *faburbana haec sit tibi terra*. videatur tibi hoc exilium meum nimis propinquum urbi Romae, nec satis tibi poenae esse in loco hoc, quem ego in extremis finibus imperii esse puto; quare si fallam, quaere alium locum tam longe hinc remotum, ut Tomi tibi esse videatur terra proxima Romae. Ita Siciliam *suburbanam provinciam* vocat Flor. II. 2. & III. 19. nescio autem quî potuerit hic quidam subintelligere, *villa*, ut *suburbana* sit velut substantivum. cum veteres eo sensu *suburbanum* & *suburbana* plurali numero dixisse, vel pueri norint. & qualis haec foret locutio. *haec terra sit mihi suburbana villa?* sed haec *terra sit suburbana tibi* rectè dicitur. multi etiam codices, *locus*. multi etiam, *suburbana est hic* (vel *haec*) *mihi*. Burm.

ELEGIA VII.

VAde salutatum subito perarata Perillam
Litera, sermonis fida ministra mei.
Aut illam invenies dulci cum matre sedentem,
Aut inter libros Pieridasque suas.
Quidquid aget, cum te scierit venisse, relinquet:
Nec mora; quid venias, quidve, requiret, agam.
Vivere me dices; sed sic, ut vivere nolim:
Nec mala tam longâ nostra levata morâ.

Et

1. *Perarata littera.*] Eadem metaphora utitur Plautus in Prologo Bacchid.

Ad Philoxenum Pistoclerum filium,
Sodalem unicum fuleat epistolium.

Cicero ad Atticum lib. XII. Epist. 1. *Hoc litterarium exercitum egredientes è villa ante lucem.* Ciofan. Tres libri, & unus Berlinensis, *subito properata*. quae eadem diversitas in lib. I. Art. Am. 455. & IX. Met. 563. ubi vide. *Sperata* Lovan. Burm.

1. *Perillam.*] Quaenam Perilla haec fuerit, uxor an filia, an etiam externa aliqua, dubitari potest. Quidam in vita Poetae, uxorem illius Perillam fuisse dicit, quam & amarit plurimum, & eandem postmodum docuerit, ad Elegiam hanc, ut videtur, respiciens, ubi dicitur, *Hoc ego Pegasidas deduxi primus ad undas*, & quae sequuntur. Volaterranus autem illam Ovidii Perillam facit, quam sententiam & Nicolaus tenet. Ego utros magis sequar, non habeo. Nisi quod ipse ductus carminis, & familiaritatis frequentia, filiae magis quam uxori convenit. Et cum ipse poëta toties ad uxorem scripserit, nusquam tamen nominis hujus mentionem fecit. Fuit autem & alia Perilla, Tricidae poëtae amica, quam ille ficto hoc nomine celebravit, de qua supra lib. 2. Micyll. Nec filia nec uxor fuit, sed fictum nomen est, quo quam intelligat latet nobis. vid. Masson. Vit. Ovidii ad A. U. C. DCCLXIII.

4. *Suas.*] *Tuas* Vatic. Polit. & Palat. *meas* Servii.

6. *Aget.*] *Agat* Jun. & Servii. mox, *cur venias* Bernens. vid. ad v. Met. 651.

7. *Sed sic.*] *Dicas sic, ut me* Ms. Bersm.

10. *Cogere verba pedes.*] Leidenses, *modos*, et centies alibi.

11. *Ecquid inhaeres.*] *Ut quid* duo veteres. & *num* pro *non* sequenti versu unus Vaticanus. quod & Ciofanus notarat. Sed rectè, *mere non patrio*. quia res insolens apud Romanos poëtria. Heins. *Scriptis communibus* Bernens. *musis* quindecim libri.

12. *Doctaque non patrio carmina more canis.*] Non

Et tamen ad Musas, quamvis nocuere, reverti;
Aptaque in alternos cogere verba pedes.
Tu quoque, dic, studiis communibus ecquid inhaeres,
Doctaque non patrio carmina more canis?
Nam tibi cum Fatis mores Natura pudicos,
Et raras dotes ingeniumque dedit.
Hoc ego Pegasidas deduxi primus ad undas,
Ne male fecundae vena periret aquae.
Primus id adspexi teneris in virginis annis:
Utque patet, venae duxque comesque fui.
Ergo, si remanent ignes tibi pectoris idem,
Sola tuum vates Lesbia vincet opus.
Sed vereor, ne te mea nunc Fortuna retardet;
Postque meos casus sit tibi pectus iners.

Dum

Non lascivis numeris, ut ego usus sum. aut certe *num* pro an, ut sit interrogantis. Merula. Alii, *num patrio*, &c. legunt, interrogandi modo. Sed mihi, *Non patrio*, rectè poni videtur, pro, externo ac Graeco more, propter illud quod infra sequitur, *Sola tuum vates Lesbia vincet opus*. Ut intelligamus, lyrica illam scripsisse, Sapphus exemplo, quod genus carminis Latinis hactenus inusitatum & ceu peregrinum fuerat. Id quod & Horatius testatur, qui ipse quoque aliquoties de se jactat, id genus à se praecipue, ac primo Latinis versibus celebratum. ut lib. 3. Ode ult.

Dicar, qua violens obstrepit Aufidus,
Et qua pauper aquae Daunus agrestium
Regnavit populorum, ex humili potens,
Princeps Aeolium carmen ad Italos
Deduxisse modos. sume superbiam
Quaesitam meritis, & mihi Delphica
Lauro cinge volens Melpomene comam.

Micyll. *Doctaque non patrio carmina more canis?* Male est in omnibus excusis libris. vere autem & emendate in uno Vatic. *Doctaque num.* &c. Ciof.

14. *Et raras dotes.*] *Caras* prim. Vat. Rottendorph. & Gottorph. *claras* Richelianus. puto, *Clarias dotes*. Superiori versu, *cum satis* scripti omnes & primae editiones, non *cum facit*. utrumque rectum. *Natura cum satis dedit*. pro Natura & fata dederunt. de facie ejus & formâ post aget. Heins. Per *fata* intelligo Parcas, quas parturientibus adesse, & vitae futurae fata scribere credebant passim veteres. vid. Spanh. ad Callim. Hym. in Dian. 22. & Pall. 104. Parcas vero *Fata* dictas vide docentes Barth. ad Stat. v. Silv. v. 259. VIII. Theb. 26. Munck. ad Fulg. Myth. I. 7. Menag. Origin. Ling. Ital. in *Fata*, & alios quamplurimos, unde locus Romae, *Ad tria fata*. de quo Rosweyd. ad Paullin. Epist. XXXVIII. Burm.

15. *Pegasidas.*] *Pegasas* Moreti & sex alii. *in undas* duo. *Pegasidis ab undis* unus Gallicus.

18. *Utque pater natae.*] *Pater nemo* prim. Politian. *pater Veneris* alter ejusdem, & Hamburgensis, & unus Mediceus. duo, *veris*. Junianus, *juveni*. alius, *veni*. duo, *nati*. quatuor, *venae*. totidem, *Utque patet venae*. latet ulcus. Heins. Ex hoc loco vitioso Ovidium Patrem fuisse Perillae multi crediderunt. vid. Fab. lib. I. Epist. 38.

19. *Tunc quoque (sed forsan nostrum delevit amorem Tempus) Eram nimio junctus amore tibi.*] In Aldina editione duo hi versus prorsus omittuntur, videlicet ut nothi. Et nothos esse, ipsa quoque sententiarum series indicat, quando iidem neque cum praecedentibus rectè cohaerent, neque cum sequentibus. Deinde sive ad filiam, sive ad uxorem Poëta scripserit, supervacaneum, atque adeo ineptum fuerat, illas de amore suo admonere, quem olim erga virgines eas habuerit. Quamquam & alia in eadem Elegia quaedam sunt, in quibus non immerito desiderare aliquid possis. Sed de iis longum fuerit hoc loco disputare. Micyll. Hoc distichon abest à tribus veteribus libris. nec legitur in lib. quem Plantinus impressit anno M. D. LXVII. Ciofan. Hi versus diverse in scriptis & editis leguntur. in Leidensi,

Tunc ego securum forsan delevit amorem &c.

in Gallico, *Tunc ego (si nostrum f. d. a. Tempus) eram* &c. in Moreti, *Tempus eras nimio junctius amore mihi*. alii aliter.

20. *Vincet opus.*] In iisdem scriptis, *vincit* modo indicativo. Ciofan. *Vincat* bene Leidensis. Heins.

22. *Postque meos.*] Postquam ego in exilium abii, in poëmate componendo ingenii vires non exercebas. Ciofan. Elegantior Francofurtensis codicis lectio videtur, *perque meos casus*, ut tristitiae, quam ex Nasonis calamitate perceperat, causa

Dum licuit, tua saepe mihi; tibi nostra legebam:
Saepe tui judex; saepe magister eram.
Aut ego praebebam factis modo versibus aures,
Aut ubi cessaras, causla roboris eram.
Forsitan exemplo, quia me laesere libelli,
Tu quoque sis poenae fata secuta meae.
Pone, Perilla, metum. tantummodo femina non sit
Devia, nec scriptis discat amare tuis.
Ergo desidiae remove, doctissima, causas:
Inque bonas artes & tua sacra redi.

Ista

sunt inertiae. vel *ser* pro inter. ut supr. Eleg. III. 64. Burm.

23. *Dum licuit, tua saepe mihi.*] Puto; *tua scripta mihi*, nam de recitante Perilla proximo hexametro habeg. mox enim, *Saepe tui judex*, hoc ell verbum, opinor scribendum. Heins.

26. *Aut ubi cessaras.*] Merula exponit, desiderio a recitando, deprehenso a me aliquo errore in carmine. Sed tunc rectius legeretur, *peccaras*. Heinsius in Ars plerique ino codici, *non intelligo*. sed puto recte se habere vulgatum, & *cessare* hic nihil aliud notare, quam iterum esse, nihil facere. si fecisset vitia Perillae, Naso praebebat aures, si per inertiam aliquid fecisset, incipiebat ejus desidiam Naso, & ita causla quidem ipsi erat. *cessare* quidem notat saepe negligenter aliquid agere, ut notavimus ad Phaedr. I. 6. sed & pro nihil agere sumi manifestum est. sic infr. IV. Trist. VII. 5.

Cur tua cessavit pietas, scribentibus illis.

cui tu non scripsisti. sic Cicero II. de Orat. 6. *Me hoc otium nihil agere & plane cessare delectat.* II. ad Att. 6. & *Quod cepi est, mihi quaesiti satis ipsa cessatio videndi est.* & Ep. 7. *Denique aliquid excogitabo, ne tibi plane cessasse videamur.* & ita eleganti metaphora agri cessare dicuntur, cum nihil proferunt, nec exercentur. ut infr. Eleg. X. 70.

Cessat inane rigido terra relicta situ.

Ne cessata arvis IV. Fast. 67. & de ipsa Cerere. III. Am. 10. 25.

Devia, pecorum ferarum, silvis cessabat in altis.

Ubi vid. Heins. sic & in metallari *cessare* est, fodere, nihil agere. ut II. Am. XIV. 1.

Quid quod inermes belli cessare puellas.

ita scripserunt, qui nihil habet quod agat, ex Glossario explevit Salmas. ad Capit. Verum cessare, quod modo exemplorum non esset. Ex hoc codice intellecta ubi verba quidam pro *causla roboris* sine ulla auctoritate horum legendum conjiciebat, *causa*, ut fallerer omnia non probarem, aut multa augerem. Immo *desidiae*, ut mox vocat, fuit

pudebat Perillam, non malorum versuum, qui ubi facti erant, judice Nasone, satis boni erant. *puderis* tres libri. Burm.

27. *Quia me laesere libelli.*] Malim, *quo*: vel *exemplo*. Heins.

28. *Tu quoque sis poenae facta ruina meae.*] In Palatino legebatur, *poenae facta secuta*. in aliis, *fata secuta*. Hoc fine dubio vult. Forsitan te quoque poenae meae exemplum a poëli deterret. Quem sensum prae caeteris exprimere videtur, quod expressimus. D. Heins. *Facta secuta* sex fere plerumve ex melioribus. duo, *fata secuta*. codex Servii, *pars bona facta*. Muretus conjiciebat, *facta remissa*. nam sequitur,

Ergo desidiae removo doctissima causas.

quod probo. atque ita Tanaquillus Faber lib. I. Epist. 38. Heins. Scripsisse puto in primo versu, *forsan ab exemplo*, deinde, *tu quoque sis poenae facta remissa meae*, unde sequitur mox, *pone Perilla metum*. Auctor Electorum Exon. legit, *facta severa*, id est a lusu deliciisque poëticis aliena. Burm.

30. *Femina nulla Neve vir à scriptis.*] Quidam, *femina non sit Devia nec*. quod secutus est eruditissimus Gronovius Observat. lib. II. cap. 3. *devia recti pectora* Silius de Varrone consule. alii scripsi, *forsima nulla Devia ne*, vel, *de scriptis*, dixi, *Nec juvenis scriptis*. Heins. Vides quanta sollicitatione Gronovium Heinsius legerit, qui, *ne sis devia, neu scriptis*, neutrobi vero satis mihi factum est, cui quidem & *femina* & *vir* certa sunt glossemata. sic scilicet sentio, qui fieri potuit ut liberi ejectum fuerit *Devia*. Ergo corrigebam,

——— *tantummodo devia nequa,*
Neve quis a scriptis.

ut acriulatus fuerit, dum Perillae cavet, ne fraudi sit alicujus quasi legis ignoratio, juris consultorum non nullo cum joco diligentiam: illorum enim illusmodi sunt formulae si quis, sive quae, si quos quasve. Auctor Electror. Exonens. Certe ex Heinsii correctione sequeretur, quasi in manu Perillae esset, ne meretrices essent, aut ar-

tem

Ista decens facies longis vitabitur annis:
Rugaque in antiquâ fronte senilis erit.
Injicietque manum formae damnosa senectus.
Quae strepitum passu non faciente venit.
Cumque aliquis dicet, Fuit haec formosa; dolebis:
Et speculum mendax esse querere tuum.
Sunt tibi opes modicae, cum sis dignissima magnis.
Finge sed immensis censibus esse pares.
Nempe dat id cuicumque libet Fortuna, rapitque:
Irus & est subito, qui modo Croesus erat.

Sim-

tem quaestuariam exercerent. sed docti Britanni emendatio nullo codice subnixa, longius recedit a vestigiis lectionis. in sex vero libris est, *femina non sit*. quare legi commode possit,

——— *tantummodo femina non sit*
Devia, quae scriptis discat amare tuis.

vel, *femina ne sit*: ne meretrix quaedam ex tuis scriptis artem amatoriam discat. Burm.

31. *Ergo desidiae removo doctissima causas, Inque bonas artes, & tua sacra redi.*] Juxta praeceptum illud suum,

Cedit amor rebus; res age, tutus eris.
Ciofan.

32. *Et tua sacra redi.*] An, *castra*? ut Ep. Heroïs,

In tua castra redi, socii desertor amoris.
Heins.

33. *Ista decens facies longis vitiabitur annis, Rugaque in antiqua fronte senilis erit.*] Lib. II. de Arte. 113.

Forma bonum fragile est, quantumque accedit ad annos
Fit minor, & spatio carpitur illa suo.

Ciofan. Roscilius quidam Beaumonius in Historia Critica Reip. Literariae T. XII. pag. 117. legendum esse contendit, *anguita fronte*, quia *antiqua frons* non dicatur pro anili; quod ut concedamus, non tamen inde efficitur, ut *anguita* sit corrigendum contra codices, cum *antiqua frons* sit, quae olim erat puellae in flore aetatis pulcherrima, sed nunc prae senectute rugosa. *antiquus* enim passim pro praeterito ponitur. ut libro hoc ipso Eleg. XII. vs. 2. probabimus, ubi *antiqua facies*, *coma*, *capillus* & similia eadem sensu videri possunt. hinc patet quales sint illae hodiernorum Criticorum conjecturae, qui antiquis nescio quam libidinem & pruriginem omnia mutandi objecerunt, qui tamen fidem & codicum auctoritatem sequi solent. cum nostri novi Critici, & elegantioris, ut se jactant, ingenii magistri, sola ingenii lubricitate freti, & linguae saepe antiquae non satis guari dominentur, & grassentur in prisci aevi reliquias. Burm.

35. *Manum.*] *Manus* quidam edit. mox, *strepitus* Junian. & decem alii.

37. *Dolebis.*] Unus medicecus, *rubebis*. bene ut I. Amor. XIV. 47.

O, quam saepe, comas aliquo mirante, rubebis,
Et dicas empta nunc ego merce probor?
Heins.

38. *Tuum.*] *Tui* Mss. Bersm.

39. *Sunt & opes modicae, cum sis dignissima magnis.*] Omnes libri veteres, *Sunt tibi opes*, &c. nil sensum aptius. Ciofan. *Sunt tibi opes* plerique. Heins.

41. *Nempe dat, & quodcumque libet fortuna, rapitque: Irus &c.*] Probat exemplo divitias non esse aeternas, & homines arbitratu fortunae, quae modo dat, modo adimit, ex divitibus egenos fieri. lib. IV. de Ponto Elegia III.

Haec Dea non stabili quam sit levis orbe fatetur,
Quae summum dubio sub pede semper habet.
Quotidie est felix, & quavis incertior aura,
Par illi levitas, improbe, sola tua est.
Omnia sunt hominum tenui pendentia filo,
Et subito casu, quae valuere, ruunt.
Divitis audita est cui non opulentia Croesi?
Nempe tamen vitam cassus ab hoste tulit.

Propertius Eleg. & lib. III.

Lydus Dulichio non distat Croesus ab Io,

Huc pertinet sententia Bianti:

Fortuna vitrea est, dum splendet, franguntur.
Ciofan.

42. *Irus & est subito, qui modo Croesus erat.*] *Croesus* prim. Polit. multi alii, *Croesus*. alii aliter. nil muta. Propertius,

Lydus Dulichio quid distat Croesus ab Io?

Superiori versu pro, *Nempe dat & quodcumque*, unus Medicens, *cuicumque*. Scribe, *Nempe dat*

Singula quid referam? nil non mortale tenemus,
Pectoris exceptis ingeniique bonis.
En ego, cum patriâ caream, vobisque, domoque;
Raptaque sint, adimi quae potuere, mihi;
Ingenio tamen ipse meo comitorque fruorque:
Caesar in hoc potuit juris habere nihil.
Quilibet hanc saevo vitam mihi finiat ense;
Me tamen exstincto fama superstes erit.
Dumque suis victrix omnem de montibus orbem
Prospiciet domitum Martia Roma, legar.
Tu quoque, quam studii maneat felicior usus,
Effuge venturos, quâ potes, usque rogos.

bas cuicunque libet. opes nimirum. pro & nonnulli, *id.* Posset & legi,

Nempe dat ut quodcunque libet Fortuna, rapitque.

ita & rapit: etiam rapit. sed hoc durius. HEINS. *Sic tenuis subito, qui modo crassus erat* Moreti. *sit cecinit subito* Regius. *sit gracilis subito qui modo grassus* Lovan. *Cyrus erat* Vatic. *Grossus* Putean.

43. *Singula quid referam.*] Libri veteres, *ne referam.* CIOFAN. *Quid referam* nonnulli. ut lib. 1. Amor. El. v.

Singula quid narrem? nil non laudabile vidi.

HEINS.

43. *Nil non mortale tenemus Pectoris exceptis ingeniique bonis.*] Quaecunque homines habent, praeter animi & ingenii bona, mortalia & fragilia sunt. CIOFAN. *Nil immortale* Lovan.

45. *En ego cum patria caream, vobisque, domoque, Raptaque sint, adimi quae potuere mihi; Ingenio tamen ipse meo comitorque fruorque:* Caesar in hoc potuit juris habere nihil. *Quilibet hanc saevo vitam mihi finiat ense;* Me tamen exstincto fama superstes erit. *Dumque suis victrix omnem de montibus orbem* Prospiciet domitum Martia Roma, legar. *Tu quoque, quam studii maneat felicior usus,* Effuge venturos, quâ potes, usque rogos.

ingenio tamen &c.] Probat nunc se, quamvis patria, uxore, filia, domesticisque omnibus privatus sit, perpetuo lectum iri, doctrinaque, quae amitti non potest, immortalem fore. CIOFAN.

47. *Comitorque.*] Passive. CIOFAN.

49. *Qui licet.*] Nauger. *qui liceat*, ut ad Caesarem referatur. Ms. & libri quidam. *Quilibet*, id est quicunque sane, quod magis nobis arridet, ne Caesarem crudelitatis insimulet. BURM. Invidiosum hoc Caesari. Repone igitur, *Quilibet* cum membranis plerisque & antiquis editionibus. HEINS.

51. *Dumque suis victrix septem de montibus orbem.*] *Omnem de montibus orbem* Vatic. Polit. & Palat. meliores, cum quinque aliis. bene. duo, *totum.* HEINS. *Dum septem victrix omnem de montibus orbem* Combianus.

54. *Qua potes.*] *Quam* octo veteres. Vide Notas ad Remed. Amor. *vs.* 325. HEINS.

ELEGIA VIII.

NUnc ego Triptolemi cuperem conscendere currus,
Misit in ignotam qui rude semen humum:

Nunc

1. *Nunc ego Triptolemi cuperem conscendere currus.*] De Triptolemo Ovidius ipse in libris Fast. & Remedium lib. XXII. ubi ita est: *Utque solet fama novitates augere, properabat inde sublimior, ut quosdam Triptolemi currus, quem ob rapides circumgressus alitis serpentibus pinnigeris fabulosa vetustas imposuit.* De quo etiam haec scitu digna collegit doctissimus Pamphilus in Claudianum. Triptolemum sibi vindicabant Athenienses, & Celei fuisse praedicabant, qui primus fruges coluerit. Historiam habes apud Pausaniam. Musaeus autem Triptolemum Oceano Terraque genitum canit. Orpheus Dysaule, qua natus est, & Eubeleus. quibus, quoniam filiae raptum indicarint, Ceres (ut idem pergit) frugum sationem dedit. Choerilus Athenienſis, in Alope Tragoedia, matrem Triptolemo dat Amphictyonis filiam, patrem vero Paron. Sed Argivi contendunt Cereris apud se primum sacra instituta, atque inde Trochilum Cereris sacerdotem ob Agenoris simultatem profugum, in Atticam perveniſſe, ductaque uxore Eleusina, Eubuleum, Triptolemumque suscepisse.

Hunc

Nunc ego Medeae vellem frenare dracones,
Quos habuit fugiens arce, Corinthe, tuâ:
Nunc ego jactandas optarem sumere pennas,
Sive tuas, Perseu; Daedale, sive tuas:
Ut, tenerâ nostris cedente volatibus aurâ,
Adspicerem patriae dulce repente solum:
Desertaeque domûs vultum, memoresque sodales,
Caraque praecipue conjugis ora mihi.
Stulte, quid ô frustra votis puerilibus optas,
Quae non ulla tibi, fertque, feretque, dies?
Si semel optandum est; Augustum numen adora:
Et quem sensisti, rite precare, Deum.
Ille tibi pennasque potest currusque volucres
Tradere. det reditum; protinus ales eris.
Si precer haec, (neque enim possim majora precari)
Ne mea sint timeo vota modesta parum.

For-

Hunc autem locum imitatus est Val. Flaccus lib. 1. sub principium:

——— *Nunc aërii plantaria vellet*
Persei, aut curru savos frenare dracones.

CIOFAN. Hanc Elegiam multi codices superiori adnectunt. *nunc quoque* Moreti.

1. *Conscendere currus.*] *Confistere curru* prim. Pal. prim. Vatic. & unus Mediceus. etiam probe. Sequenti versu pro *ignotam humum* Richelianus, *ignaram.* HEINS. *Currum* Leidens. recte vero, *ignaram*, scilicet frugum. ut ita *rudis* humus passim etiam dicitur. ita Val. Flac. 1. 69. *ignaras Cereris terras*, ubi nos plura. passim vero *ignotus* & *ignarus* a librariis confusa. vid. ad 1. Met. 134. & VII. Met. 673. *Sparsit in ignotam* Voss. BURM.

3. *Vellem frenare.*] *Mallem* prim. Vatic. *vellem servare* Bernens.

5. *Jactandas.*] *Jactantes* multi. *jactatas* quatuor. *portantes* duo. *jactatas alas* dicit mox Eleg. x. 45.

8. *Patriae dulce repente solum.*] *Patriae tecta relicta meae* Vossianus pro diversa lectione. HEINS. *Dulce perenne* Lovan.

9. *Desertaeque domus vultus.*] Lege, *vultum*, ut *nunc Quelia* videtur. HEINS.

10. *Conjugis ora meae.*] *Mihi* Busidianus. recte. HEINS.

11. *Stulte, quid haec frustra.*] *Quid hoc* multi veteres. Lege, *quid ô.* & vide Notas ad Epistolam primam. sequenti versu opt. Vatic. & Rottendorph. *tulit*, pro *mihi.*

Quae non ulla tulit, fertque, feretque dies. HEINS. *Fertque, feretque* plurimi. *ulla sibi f. f. dies* Bonon. *tibi f. f. d.* vulgatae editiones, quod nescio an mutandum. nam certe *tulit* aliquando dies, ut videret conjugem, sodales &c. sed jam non fert, nec feret dies. BURM.

13. *Augusti numen adora.*] *Augustum numen* cum Hafniensi & Medoniano. sic Pont. IV. El. VI.

Cerius eras pro me Fabiae laus, Maxime, gentis,
Numen ad Augustum supplice voce loqui.

& lib. III. El. I.

Et quibus ante omnes Augustum numen adora.

eadem Elegia, *Augusta domus.* ubi perperam, *Augusti* in vulgatis. Fast. I.

Et tuus Augusto nomine ditius avus.

& lib. V.

Spectat & Augusto praetextum nomine templum.

Caput Augustum sub finem Metamorphoseon. *Augustae aures* Pont. I. El. III. *Pax Augusta* Pont. II. Eleg. V. *Augustus Deus* Pont. III. El. VI. *Augustum forum* Fast. V. Pont IV. El. V. & XV. Apulejus Met. III. *Inter ipsas turbelas Graecorum gaunino fermone nomen Augustum Caesarii invocare tentavi.* quod non mutandum. auctor Octaviae:

Orbis tyrannus, quem premit tarpi jugo
Morumque vitiis nomen Augustum, impii.

HEINS.

14. *Et quem sensisti.*] *Laesisti* ex quinque scriptis. hinc *laesi principis ira* Trist. IV. Eleg. X. & lib. I. Eleg. IV.

Si fuerit laesi mollior ira Dei.

de Augusto. HEINS. Ego non temere mutarem; *sensit* enim Augustum iratum, & exilium sibi irrogantem. vide ad Petron. cap. CXXXIX. & supr. ad Epist. XII. 17.

15. *Currusque volucres.*] *Volantes* quinque scripti, & Ms. Berlin.

17. *Si*

Forsitan hoc olim, cum se satiaverit ira,
Tum quoque sollicità mente rogandus erit.
Quod minus interea est, instar mihi muneris ampli,
Ex his me jubeat quolibet ire locis.
Nec coelum, nec aquae faciunt, nec terra, nec aurae;
Et mihi perpetuus corpora languor habet.
Seu vitiant artus aegrae contagia mentis;
Sive mei caussa est in regione mali:
Ut terigi Pontum, vexant insomnia; vixque
Ossa tegit macies; nec juvat ora cibus.
Quique per autumnum percussis frigore primo
Est color in foliis, quae nova laesit hiems;
Is mea membra tenet. nec viribus adlevor ullis;
Et numquam queruli caussa doloris abest.
Nec melius valeo, quam corpore, mente; sed aegra est
Utraque pars aeque, binaque damna fero.

Hac-

17. *Possim.*] *Possim* unus Italicus. Mox pro *tempus melius*, *tempus*. Heins. *Majora rogare* omnes fere dicunt: & praecellit *precare*. ita in Ibin. 641. *Di faciles tibi plena rogati*. vid. & inf. v. VIII. 30. & ad Epist. ex Ponto. Sed & sequitur *rogandus*, quare potius mihi mutandum, propter similitudinem *Ovidio* quidem verbi repetitionem. Burm.

19. *Hoc.*] Haec Putean. Berlman. & multi alii. & certe potius.

19. *Cum jam satiaverit iram.*] *Cum se satiaverit ira* Junianus, elegantius. Epistola Acontii:

Cum sese ferat, quantumque velit, satiaverit ira.
Heins.

21. *Instar mihi muneris ampli Ex his me jubeat quolibet ire locis.*] Lib. IV. de Ponto Elegia XIV.

Ipsa quoque est incisa fames, finemque ultima vitae
Egestas ex his felicem ire facit.

Nulla mihi tecta est, terra quo mittar ab ista,
Haec quia, quam video, gravior omnis erit.

Ite modo Syrtes, medium mea vela Charybdim
Mittite, Trinacris dum carentis humo.

Scyra quoque, si quid in illa, bene communicabitur ipsa,
Asperior & Scythis quam Styga mundus habet.

Lib. V. de Elegy. II. huius operis:

Hinc ego dum mitter, vel me Zanclaea Charybdis
Devoret, neque fors ad Scyra mittat aquis:
Vel rapidus Sarmata ducat in Aemat,
Ut freta Lasonidi mittar in alta Deo.

Ubique. *Inter* minus interest quod adnotat M. A. Barlettius inter nihil, aut nisi junctim.

23. *Nec coelum, nec aquae.*] Vir Doctus Heumannus in Parergis Criticis pag. 113. hunc versum ita refingendum putat,

Nec coelum, nec aquae facilis, nec terra Getarum.

quomodo si legatur, non video quomodo eleganter cohaereat cum sequenti; subintelligi quidem debet *sunt*. sed abrupte tunc Poëta exclamaret, *heu mihi*, ut legere amat Vir Doctus; & ut erat in octo scriptis. sed sine ulla auctoritate Mss. ita grassari in auctores non placet. & primo *facimus* minime loco movendum. rogat Vir Doctus quid significabit? ex more Ovidii notabit, conveniunt, prosunt, juvant, apta mihi sunt. ita III. Art. 57.

Dum facit ingenium, petite hinc praecepta puellae.
II. Am. IX. 36.

Hic tibi sunt vires, huc tua dextra facit,
Senec. Med. 987.

Perage, dum faciunt manus.

& cum dativo hoc sensu saepe jungi, multis docuit Heins. ad Epist. II. 139. & olim jam Jan. Douz. lib. I. Plaut. Explan. cap. 3. deinde non est *συνεκδοχὴ*, eodem versu *coelum* & *auras* conjungere: nam ut nihil dicam de alia, quae majori specie vitii posset incusari, *venti* & *aurae*, de qua vid. ad II. Amor. XVI. 46. longe diversa sunt. nam praeter *coeli* incommoda in locis insalubribus etiam *aurae* officiunt, quae vel ex paludibus, fluminibus domum furgunt; praeterea *aurae* omnes halitus, spiritus & odores ingratos & insalubres, quae inficiunt aera, dicuntur. vide Heins. ad Met. XV. 394. sic *auras ex unda spirare* apud Val. Flac. V. 589. sic *auras*

Haeret, & ante oculos, veluti spectabile corpus,
Adstat Fortunae forma legenda meae.
Cumque locum, moresque hominum, cultusque, sonumque,
Cernimus; & quid sim, quid fuerimque subit;
Tantus amor necis est, querar ut cum Caesaris irà,
Quod non offensas vindicet ense suas.
At quoniam semel est odio civiliter usus,
Mutato levior sit fuga nostra loco.

aurae ex *fluviis* Liv. XXI. 54. Frontin. II. II. 7. *Aura maris* Plin. XXXVI. 22. Curt. IX. 9. 3. & infinita talia. de quibus ad Quinct. lib. XII. de Inst. Orat. 10. Amm. XIX. 4. *auras aquasque vitiatas* dixit. sic ergo in Scythia coelum asperum, rigidum & frigore incommodum erat, nec convenichat Ovidio molli Italiae coelo adsueto: praeterea aurae insalubres, quae inficiebant aëra, ipsi, qui corpore tenui & gracili erat, minime aptae erant. haec faciunt, ne absque ulla codicum auctoritate recipiamus temerarias nimium conjecturas. Burm.

24. *Hei mihi.*] Unus Vatic. *Ei.* sine adspiratione. Ciof. *Et mihi* prim. Vatic. & prim. Palat. bene. pro *corpora* unus Gallicanus, *pectora*. Art. Am. II.

Aëre non certo corpora languor habet.
Vide Notas ad Epist. XII. 170. Heins.

27. *Insomnia.*] Impotentia dormiendi. Terentius in Eunucho Act. II. Scena I.

Nam aut jam revertere, aut mox noctu te adiget horsum insomnia.

Sed videndus est Carisius lib. I. Institut. Grammatic. Ciofan. *Vexant me insomnia* junii. *vexant me somnia* tres libri sed nihil muta. hic vero locus controversiam inter Grammaticos motam dirimere potest, qui *insomniam*, non *insomnium* dici hoc sensu contendunt. sed ita & optimus codex Memmianus apud Suet. Calig. 50. *vexabatur insomnio*; non *insomnia*. & ita apud Terentium legendum est, *adigent insomnia*, non *adiget*. sine ulla auctoritate Berlmannus conjecit, hic legendum, *vexat me insomnia*. mox, *vix juvat ora* Combinus. Burm.

30. *Laesit.*] *Laedit* unus. vid. VI. Fast. 150. & III. Art. 704.

32. *Causa doloris.*] *Labores* pri. Polit. & tres alii. Heins. Frequens harum vocum confusio; sed potius dolor *querelae*, quam labor dicitur.

36. *Adstans Fortunae forma videnda meae.*] *Legenda* uterque Polit. prim. Vatic. plurimique alii ex melioribus. Hamburg. *legenda*. Petri Servii liber, *luenda*, an, *tuenda?* pro *videnda* tres alii, *verenda*, quod arrisit Gronovio in Observationibus lib. II. cap. 3. praeterea *adstat* meliores. Ego *vè legenda* contra optimas membranas non ausim damnare. Videtur enim ad edictum Caesaris alludere, quo proscriptus erat, quod chartae configuatum secum avexisse nostrum est verosimile. Heins. *Legenda* etiam Bernens.

37. *Cumque locos.*] Quidam ex veteribus, *locum*. Ciofan. *Locum* scripti. Heins. *Lelum* in duobus erat, forte pro *felum*. *somnosque* editi quidam.

38. *Quid sim, quid.*] *Qui sim, qui* multi. *quis sim, quis* Putean.

39. *Querar ut cum Caesaris ira.*] Rectius in aliis: *querar ut de Caesaris ira*. Ciofan. Ita & Aldus, Berlman. & alii. sed nescio cur mutari debeat elegantissima locutio, quam firmant ultra viginti codices, & primae editiones. ita I. Met. 733. *cum Jove visa queri*. X. 724. *Quaeque cum fatis, cum Jove visa queri*. Cicer. II. Verr. 23. *Queri cum multis, ita ut fit, incipiunt*, & ita ille frequenter, & optimus quisque Latinitatis auctor. Burm.

42. *Sit fuga nostra.*] *Sit mea poena* Leid. & Mi. Berlm.

ELEGIA IX.

Hic quoque sunt igitur Grajae (quis crederet?) urbes,
Inter inhumanae nomina barbariae.

Huc

1. *Hic quoque sunt urbes Grajae, quis crederet unquam?*] Sic in Masfei & uno Vatic. in alio Vatic. *Hic quoque sunt igitur Grajae, quis crederet, urbes Inter, &c.* Ciof. Verum potest esse, *Hic quoque sunt usquam Grajae* (q. d.) *urbes inter &c.* Terent. Andr. II. 5. *Neque ipsi, neque alibi usquam tibi erit in me mora*: Heaut. II. 3. *Hinc fieri potuit, aut usquam alibi*. Auctor Elector. Ptolem. *sunt urbes Grajae quis credere posset* Moret. & sex alii, & Edit. Micyll. Gryph. & alias.

Huc quoque Mileto missi venere coloni,
Inque Getis Grajas constituere domos.
Sed vetus huic nomen, positâque antiquius urbe,
Constat ab Absyrti caede fuisse, loco.
Nam rate, quae curâ pugnacis facta Minervae,
Per non tentatas prima cucurrit aquas,
Impius deserturn fugiens Medea parentem,
Dicitur his remos adplicuisse vadis.
Quem procul ut vidit tumulo speculator ab alto;
Hospes, ait, nosco, Colchide, vela, venit.
Dum trepidant Minyae, dum solvitur aggere funis,
Dum sequitur celeres anchora tracta manus,
Conscia perculsit meritorum pectora Colchis,
Ausa atque ausurâ multa nefanda manu.
Et, quamquam superest ingens audacia menti,
Pallor in attonito virginis ore sedet.

Ergo

5. *Positaque antiquius urbe.*] Magno consensu veteres, *positamque.* quidam etiam, *antiquitus urbi.* *De positae nomen* quidem recte dicitur, sed vulgatam servare praestat, ut nomen fuerit olim loco, ubi postea urbs posita est, jam impositum ab Absyrti nece; & nomen ita fit antiquius urbe. vid. ad III. Met. 13. ut idem dixit, quod alibi:

Hic ubi nunc urbs est, tunc locus urbis erat.

Burm.

7. *Nam rate, quae curâ pugnacis facta Minervae Per non tentatas prima cucurrit aquas.*] Primam navem eam fuisse ait, in quam Argonautae conscenderunt. Ciofan.

8. *Prima.*] *Prona* Servii.

10. *Quem procul ut vidit tumulo speculator ab alto.*] Pier. Valic. *spectator*, non *speculator*, habent. Cic. 1. *Spectator* etiam dicto, *cumulo ab alto* imus, quamvis primum. Polit. Palat. & quinque alii.

11. *Hospes ait nosco Colchide vela venit.*] *Vela* dari plerique veteres cum pilcis edidêrunt. *Colchida* etiam plurimi. opt. Vatic. *Colchidin.* duo, *vela dein.* prim. Polit. *vela zelit.* Lalcheminus, *vela legu.* sed immo. Scribo,

Hospes, ait, nosco, Colchidi, vela, venit.

Ait Colchidi, hostis venit, nosco vela. Haec est consuetudo. *Colchidi* tertia concepta, ut apud Statium Achillis, II. 88.

Palladi lanificae celebrabat Scyros amorem.

Arguitur autem perplexa utrius orationis speculatio, quod proprium ei conservatorum & trepidantium. Vide Notas lib. II. Fast. *Vs.* 370. Heins. *Colchidi* Ravenn. *Colchica* Mercer. & Berlman. cum vulg. non loli Medeae, sed omnibus Minyis, qui trepidant, clamet speculator, legendum,

Hospes ait, nosco, Colchide, vela, venit.

sic perturbate apud Val. Flac. VI. 28.

—— *Mars saevus ab altis*
Hostis ut conclamat, equis, agite, ite, propinquat;

non etiam mala est lectio codicis Moreti, & quam multi ex editis expresserunt, praeterquam quod *hospes* retinuerint,

Hostis ait, nosco Colchica vela, venit.

Burm.

14. *Trahla.*] *Tota* Servii codex.

17. *Audacia menti.*] *Mentis* quidam ex scriptis; male. vid. ad lib. II. *Eleg.*

18. *Pallor in attonitae Virginis ore fuit.*] *Ore sedet* tres scripti. quod amplector. Met. II. 776.

Pallor in ore sedet, macies in corpore toto.

Juven. Sat. IV. 73.

In quorum facie miserae magnaque sedebat
Pallor amicitiae.

neque aliter ex Pinckeimeriano sive Arondeliano Gronovius Observat. lib. II. cap. 3. qui adestur. Vide & quae noto Remed. Amor. *Vs.* 268. scribe praeterea, *attonito virginis ore* cum Gottorphiano, vulgati, *attonitae.* Heins.

19. *Ergo ubi.*] *Ergo ut* Leidensis, quae solemnis librariorum confusio. vid. I. Art. 565. Remed. 135. & mox Eleg. seq. *Vs.* 15. hic vero *ubi* mollorem facit versum. *conspexit* Lovan. & Junian. *respexit* alius. Burm.

20. *Et pater est aliquâ fraude morandus.*] *Tenendus* prim. Polit. & pro diversa lectione Gottorphianus. Scribe,

—— *Tenemur,*
Aut pater est aliquâ fraude tenendus, ait.

Si quis vi *morandus* malit, nil repugno. Heins.

22. *Hasta tulit.*] *Dedit* unus Gallicus codex. *lumina versa* plumbi.

23. *Vi-*

Ergo ubi prospexit venientia vela; Tenemur,
Et pater est aliquâ fraude morandus, ait.
Dum quid agat quaerit, dum versat in omnia vultus;
Ad fratrem casu lumina flexa tulit.
Cujus ut oblata est praesentia; Vincimus, inquit.
Hic mihi morte suâ causa salutis erit.
Protinus ignari, nec quidquam tale timentis,
Innocuum rigido perforat ense latus.
Atque ita divellit, divulsaque membra per agros
Dissipat, in multis invenienda locis.
Neu pater ignoret, scopulo proponit in alto
Pallentesque manus, sanguineumque caput.
Ut genitor luctuque novo tardetur, & artus
Dum legit exstinctos, triste moretur iter.
Inde Tomis dictus locus hic; quia fertur in illo
Membra soror fratris consecuisse sui.

ELE-

23. *Vicimus, inquit.*] Meliores magnâ copiâ, *Vincimus.* de quo alibi. Heins. Vid. II. Amor. XII. 2. IV. Met. 356.

25. *Timentis.*] *Trementis* Lovan.

27. *Atque ita divellit etc.*] Quod hoc hexastichon hic dicit elegantissime in purissimo, & numquam satis laudato opere in Ibin, uno distichо complexus est:

Et tua sic latos spargantur membra per agros;
Tamquam, quae patrias detinuere vias.

De Absyrto, qui Medeae & Jasonis dolis circumventus, & interfectus est Apollonius lib. IV. Argon. Vide & Apollodorum lib. I. Bibliothecae. Ciofan. Haec videtur Ovidius (ex Medea ut puto) Ennii descripsisse, cujus fragmentum est apud Cicer. III. de Natur. Deor. cap. 27. & quod Scriverius inter incertorum reliquias retulit pag. 166. licet forte etiam potuerit illis versibus ad Medeae fugam, cum Jason Creusam duxisset, respicere Poëta. Burm.

29. *Scopulo proponit.*] *Tumulo* tres. *disponit* duo. *praeponit* tres. *suspendit* unus. *ab alto* Junian.

32. *Dum legit.*] *Dum legat* quatuor. *legat* novem.

32. *Triste retardet iter.*] *Moretur* Vatic. Pal. Polit. meliores; & duo alii. Putabam aliquando, *justa morentur iter.* Ep. Herûs:

Quaeque tuum miror causa moretur iter.

retardandi verbo tamen usus est supra Eleg. VII. Heins.

33. *Inde Tomos dictus locus hic.*] *Tomus* prim. Vatic. & quinque alii. Prim. Polit. & sex praeterea ex melioribus, *Tomis.* recte. Nam & Straboni lib. VII. Τόμις est. etsi legisse in eo videatur Stephanus Τομεύς, qui eandem de Absyrto historiam recenset. Τόμις etiam Constantino Porphyrogenetae lib. II. Themat. II. atque ita apud Nostrum quidam veteres Pont. lib. IV. Eleg. XIV.

Tam mihi grata Tomis.

nummus antiquus apud Carolum Patinum Gordiani Pii, ΜΗΤΡΟ. ΠΟΝΤΟΥ ΤΟΜΕΩΝ. Splendidissimam civitatem facit Plinius in Naturali Historia. similis inscriptio apud eundem occurrit in nummis Severi & Caracallae. alius nummus Caracallae apud eundem, ΤΟΜΕΩΣ. ΜΗΤΡΟ. ΠΟΝΤΟΥ. in nummis Commodi, Crispinae, Pertinacis, Getae & Gordiani apud Spanheimum pag. 885. Hinc *Tomita*, & *Tomitanus* derivantur. Scaliger *Tomi* emendabat: quomodo Apollinaris Sidonius:

Et te carmina per libidinosa
Notum, Naso tener, Tomosque missum.

Ptolemaeo quoque Τομὶ. *Tomos* Plinio. *vocavit Tomi* apud Claudianum Epithalamio Pallacii & Celerinae, Statio quoque Epithalamio Stellae:

—— *Tristis in ipsa*
Naso Tomis.

nec aliter B. Hieronymus semel iterumque in Chronico, ut illo loco: *Ovidius poëta in exilio diem obiit, & juxta oppidum Tomos sepelitur.* ut & Ammianus Marcellinus libro XXII. Heins. In Bibliothecae Trajectinae Scholiaste inedito Senecae ad Mel. 137. repperi hoc distichon ita laudatum:

Inde Tomos dictus locus est, quia fertur in isto
Membratim fratrem dilaceraße soror.

Inde Tomitanus dictus locus, quia fertur Servii codex.

34. *Consecuisse sui.*] *Subsecuisse* quinque. unus; *defecuisse.* Leidensis, *praesecuisse.* nil muta. Heins.

ELEGIA X.

Si quis adhuc illic meminit Nasonis ademti,
Et superest sine me nomen in Urbe meum;
Suppositum stellis numquam tangentibus aequor
Me sciat in mediâ vivere barbarie.
Sauromatae cingunt, fera gens, Bessique, Getaeque:
Quam non ingenio nomina digna meo!
Dum tamen aura tepet; medio defendimur Istro.
Ille suis liquidus bella repellit aquis.
At cum tristis hiems squalentia protulit ora,
Terraque marmoreo candida facta gelu est:
[Dum patet & Boreas & nix injecta sub Arcto;
Tum liquet has gentes axe tremente premi.]

Nix

1. *Meminit.*] *Memor est* Bernens. & Junian.

3. *Suppositum stellis numquam tangentibus aequor.*] Supra Eleg. v.

Proximus sidentibus tellus Erymanthides Ursae
Me tenet.

Ciofan. *Numquam tangentibus aequor* Jun. quae ultima vox quid velit nescio. Ipsius vero ille Mattairius, quam bene Ovidii verba ceperit, index ejus declarat, in quo posuit, *suppositum stellis aequor*, non videns *suppositum* ad *me* esse referendum. sed lexcenta ignorantiae & fallinationis turpissimae vestigia indicibus fuis impressit Gallulus ille Ludimagister. Burm.

4. *Barbaria.*] *Barbaris* Hamburgensis. sic infra lib. IV. Eleg. I. ℣. 22. veteres codices. Heins.

6. *Quam non.*] *Quas non* omnes fere scripti & quidam edit. *& non* P. Servii. *quod non* Bernens. nihil mutat.

7. *Defendimur.*] Arcemur solis calore. Merul. Non a sole, sed ab hostibus, de quibus proximis versibus meminit. Micyll. *Defendimur idoro* Jun. mox, *liquidis* omnes fere scripti.

10. *Terraque marmoreo &c. candida facta gelu.*] Ibidem:

——— *obstrictis terra perusta gelu.*

Ciofan.

11. *Dum patet & Boreas & nix injecta sub Arcto.*] *Nix habitare* multi veteres. & *nec* fine. nam de nive mox sequitur. etiam de Borea, seu Aquilone. Piget diversas lectiones corradere, quod compertas fiat. mihi enim totum dilichon pro adulterino est. Proximum tamen versui pro *patet* repono, *liquet* ex quinque scripti. ea enim ordine repetitio. Heins. Concipiam esse verbum facile concedo; non tamen flamma ejiciendum, & certe non improbabili conjectura olim Heinsius emendaverat,

Tum pariter Boreas, & nix habitare sub Arcto.

ut *habitare* pro *habitat* sit positum, quod tamen durius, quia mox *liquet has gentes* sequitur. nix *jactata* plurimi editi. *subjecta* Leidens. *agitata* Moreti, *tanc flatimur Boream* Regius. forte pro *patimur, nos habitare sub antro* unus. quid? si legeretur,

Tum pariter Boream, & noctem habitare sub Arcto,
Tum liquet has gentes axe rigente premi,

vel, *axe fremente*, ventis & procellis. *premente premi* Junian. & Servii cod. sed hoc est hariolari. eleganter vero *nox* & *Boreas habitare sub arcto* dicuntur, quia perpetui per totam hiemem ibi sentiuntur. Sic ad illa Propertii II. IX. 17.

Quid tibi jucundum fecit habitare medullis.

Passerarius docet homines & res *habitare*, quae manent diu, & perpetuo sunt in aliquo loco, tamquam sedem posuerint illic. sic *in culina habitare.* Petron. cap. 2. ubi vide notas. sic *possessorem italici lauris* Aquilonem dixit Petronius cap. 114. ubi plura ejus generis dedimus, quae huic locutioni illustrandae optime faciunt. Manil lib. I. 75.

Tuntque in deserris habitabat montibus aurum.

ubi aliquis forte *lectitabat* mallet, sed ne moveatur aliquid, en alia Manilii loca eodem libro ℣. 132.

——— *flammaque micantes*
Quae mundi fecere oculos, habitantque per omne
Corpus.

& IV. ℣. 265.

Illic sub hoc habitant artus.

axe rigente premi dictum ut lib. II. 190.

Parrhasiae gelido Virginis axe premor. Burm.

13. *Nec*

Nix jacet: & jactam nec Sol pluviaeve resolvunt:
Indurat Boreas, perpetuamque facit.
Ergo, ubi delicuit nondum prior, altera venit:
Et solet in multis bima manere locis.
Tantaque commoti vis est Aquilonis, ut altas
Æquet humo turres, tectaque rapta ferat.
Pellibus, & sutis arcent male frigora braccis;
Oraque de toto corpore sola patent.
Saepe sonant moti glacie pendente capilli,
Et nitet inducto candida barba gelu:
Udaque consistunt, formam servantia testae,
Vina: nec hausta meri, sed data frusta bibunt.
Quid loquar, ut vincti concrescant frigore rivi,
Deque lacu fragiles effodiantur aquae?

Ipse,

13. *Nec Sol.*] *Non Sol* editi quidam.

14. *Indurat Boreas, perpetuamque facit.*] Lib. I. de Ponto El. IV.

Fert ubi perpetuas obruta terra nives.

Ciofan.

15. *Ubi delicuit.*] Quando liquefacta est. à *deliquo* verbo. Neoterici quidam scioli hunc locum ita emendant, *Ergo ubi delicuit*, non *deliquit*: ignorantes, à *deliquo* praeteritum fieri *delicui*, à *deliquo* vero *deliqui*, quod est, in humorem sive liquorem resolvo, defluo. Virgilius: *Vere novo gelidus canis cum montibus humor Liquitur.* Plautus in Casina: *Quandam pro gnatis in fertundo deliquerit.* Varro de Proprietate scriptorum: *Quid est autem, quod ejus aliud genetis fervefactum colliquisset, in forma esses infusum.* Vergilius, *Aut cum liquentia mella.* Quibus exemplis patet, & *deliquit* & *delicuit* hoc in loco legi posse. Inveniturque etiam *liquo* as. unde *aliquo* verbum. Persius: *Eliquat, & tenero supplantat verba palato.* Illud etiam sciendum, in *liquo* seu *liquor* verbis primam produci, in *liquor* nomine corripi: sic in *liquefio, liquefio, liquo liquat.* Merul. *Defluxit* quatuor. *altera crevit* totidem.

16. *Bima jacent.*] Libri veteres, *manent.* Ciof. *Lima* multi. *bruma* quinque.

18. *Tectaque rapta.*] *Mota* Putean.

19. *Pellibus, sutis.*] Alias, *Pellibus & sutis arcent mala frigora braccis.* Neque enim duo substantiva absque conjunctione eodem casu jungi solent. Micyll. *Hic sutisque*, vel *in sutis.* Berlin. Var. Lect. *hinc sutisque* Gruterum malusse Heinsius notaverat. *hinc* pro ideo. *hirsutis* alii nonnulli.

19. *Mala.*] Scribe, *arcent male.* quicquid libri veteres dissentiant. neque hic tantum, sed & lib. V. Eleg. VII.

Pellibus & laxis arcet male frigora braccis.

Vide Notas Fastor. lib. II. ℣. 170. Heins.

19. *Braccis.*] Sic iidem libri, recte. Ciofan.

20. *De toto.*] *De tento* Lovan. forte, *de tanto.*

23. *Nudaque consistunt Vina.*] Lege, *Udaque.* quod Combianus liber confirmat. Virgil. Georg. III. 364.

——— *cavantque securibus humida vina.*

Heins. Mihi *nuda* nondum displicere potest. ut sint *nuda vina*, conglaciata, sed quae nulla testa vel dolio vestiuntur, ita ut securi possint in frusta dissecari, & homines frusta bibant. ita Claudian. I. in Ruf. 314.

Cassamque bibent Maotida Alanus.

ubi vide in Heinsii notis similia exempla. & ita *nuda* hordea, melles & similia, quae *folliculis suis spoliantur*, ut loquitur Petron. cap. 135. vid. act III. Fast. 557. *uda* vero ideo non placet, quia non agitur de vini conditione, in qua fuit antequam congelaret, sed postquam constiterit gelu, & in glaciem coierit ut ita mox *fragiles aquae*, non humidae effodiuntur. Burm

25. *Ut vincti concrescant frigore rivi.*] *Junctis* quinque veteres. repone, *vincti.* quomodo in Rottendorphiano postea inveni. Pont. lib. II. Eleg. 11.

Terraque pacis inops, undaque vincta gelu.

ubi perperam Ciofanus *junctaque* ex suis codicibus Pont. III. Eleg. I.

Tu glacie freta vincta tenes.

quae & illic vera est scriptura. Horat. I. Epist. III. 3.

Hebrumque nivali compede vinctum.

in Priapeis Epigr. LXIII.

Ipse, papyrifero qui non angustior amne,
Miscetur vasto multa per ora freto,
Caeruleos ventis latices durantibus, Ister
Congelat, & tectis in mare serpit aquis.
Quique rates ierant, pedibus nunc itur: & undas
Frigore concretas ungula pulsat equi.
Perque novos pontes subter labentibus undis
Ducunt Sarmatici barbara plaustra boves.
Vix equidem credar: sed cum sint praemia falsi
Nulla, ratam tellis debet habere fidem.
Vidimus ingentem glacie consistere pontum,
Lubricaque immotas testa premebat aquas.
Nec vidisse sat est. durum calcavimus aequor:
Undaque non udo sub pede summa fuit.

Si

Hyperboreus teneda barba vincta crystallo.

Sic scribe, vulgati, *dura juncta crystallo.* Noster supra Eleg. II.

Pinetus ab assidua frigore Pontus habet.

ubi *Pinus* nunc legitur; non male. ut de terra Pontica intelligatur. Petronius Carmine de Bello Civili:

Frigora quidem glaciei, & cana vincta pruina
Non pigmaei hominis.

Avienus Fab. XXIX.

Horrida congestis cum flaret bruma pruinis,
Vinctaque duratis stringeret arva gelu,
Hausit in adversa nimborum mole viator,

ubi pariter, *cuncta arva.* & *membrorum mole.* Locum refutat. Rutilius in Itinerario:

Vincta fluenta gelu conspectu sola liquescunt,
Et rursus liquidis sole gelascit aquis.

Heins. Vide Heinsii notas ad Claudian. Epigr. VII.

25. *Concrescunt.*] *Concrescunt & effodiuntur* manifesta pars codicum. *circumstant* unus. *ducuntur* alius. *cum rostris* Lovan.

27. *Dirae lacus fragiles effodiuntur aquas.*] Lacus hic hodierno de Polonorum lingua dicitur Cuiavus *jezero*: quod Latine est, *Ovidii locus.* Est autem non longe à Kiovia, quae antiquitus, ut putant, vocabatur Tomus, ipsius Ovidii relegatio ne clara. Cives rei illustrissimus Paullus Uchanski Comes de Tarnovo Capitaneus Dobroliensis, Serenis. Stephani Regis Poloniae apud Gregorianum XIII. Orator, Georgius Trevirus, ejusdem Regis in Urbe procurator, & Sebastianus Grabowski de Secretariis Regni, ejusdemque Oratoris Magni comes, aliique complures & Polonicarum rerum & literarum guariffimi, me fecerunt certiorem. Ciofan. *Gnesles* Lovan.

29. *Caeruleos ventis latices durantibus Ister Congelat.*] Lib. IV. de Ponto Elegia III.

Et coit astrictis barbarus Ister aquis.

Ciofan. *Indurantibus* Bernens. sed tunc *laticem* legendum esset.

30. *Tellis in mare serpit aquis.*] *Strictis* unus. Richelianus pro diversa lectione, *tacitis.* quod & Bononiensis unus adscripsit. monui Met. XV. Vs. 275. *repit aquis* praeterea Arondelianus. Heins. *Totis* Leidens.

32. *Ungula pulsat equi.*] Virgilius:

Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.

Ennius in VI.

Explorant Numidae, totam quatit ungula terram,

Et in XVII.

It aquis, & plausa cava concutit ungula terram.

Et ipse lib. I. de Ponto Eleg. III.

Bistonii cineres ungula pulsat equi.

Ciofan.

33. *Perque novos pontes subterlabentibus undis Ducunt Sarmatici barbara plaustra boves.*] Lib. IV. de Ponto Elegia VII.

Ipse vides rigida glacie concrescere Pontum:
Ipse vides rigido flumina vincta gelu.
Ipse vides onerata ferox ut ducat Jaxis
Per medias ifri plaustra bubulcus aquas.

Paulo supra in hac ipsa Elegia:

Nudaque consistunt formam servantia testae
Vina, nec hausta mari, sed data frusta libent.

Ciofan. *Subius labentibus* Vulcob. Heins. *Subterque latentibus* Lovan. *subter latantibus* Leid.

38. *Lubrica testa.*] Lapis coctilis, qui facile labescit per mare concretum. Sunt qui legant, *labrica*

Si tibi tale fretum quondam, Leandre, fuisset;
Non foret angustae mors tua crimen aquae.
Tum neque se pandi possunt delphines in auras
Tollere: conantes dura coërcet hiems.
Et quamquam Boreas jactatis insonet alis,
Fluctus in obsesso gurgite nullus erit.
Inclusaeque gelu stabunt, ut marmore, puppes:
Nec poterit rigidas findere remus aquas.
Vidimus in glacie pisces haerere ligatos:
Et pars ex illis tum quoque viva fuit.
Sive igitur nimii Boreae vis saeva marinas,
Sive redundatas flumine cogit aquas;
Protinus, aequato siccis Aquilonibus Istro,
Invehitur celeri barbarus hostis equo:

Hostis

brica crusta, non testa; hoc est gelu lubricum, in quo quis facile labitur. Ut apud Maronem III. Georg. 360. *Concrescunt subitae currenti in flumine crustae.* Merul. Sed sive *tosta*, sive *crusta* legatur, de aqua in testae morem congelata intelligendum, non de lapide coctili, ut Merula somniat. Micyll. Non recte Heraldus haec verba adducit ad Minuc. Felic. cap. III. ut illustraret infirm illum puerilem, ψυθίζειν dictum Graecis, sed Micyllus & Heinsius *testam* capiebant pro glacie, ut in illo Epigrammate apud Pith. pag. 105. De puero Thrace:

Abscidit heu tenerum lubrica testa caput.

insolitum tamen esse puto *testam* pro glacie dicere, & ideo dubito, an non praeferenda Francof. codicis scriptura, quae habet,

Lubricaque immensas crusta premebat aquas.

nisi quod *immetas* non moverim, licet *immensas* (quomodo & Bernensis) etiam sensum optimum efficiat, & in plerisque scriptis reperiatur. monui & de hac lectione Merula, & Virgilii loco ex III. Georg. 360. firmat, ubi videndus Servius, qui *crustum* hoc sensu femininо genere dici docet; cui adsentitur Acro ad Horat. I. Sat. I. 25. & Scholiastes inedit. Vossianus ad Juvenal. Sat. IX. Vs. 5. quos tamen refutat Beroald. ad Apulej. Met. pag. 845. Ammian. Marcel. XV. 10. *Hieme humus crustata frigoribus, & tamquam levigata, ideoque labili.* ubi videndae Lindenbrogii notae. Burm.

39. *Sat est.*] *Satis* Bonon.

40. *Summo fuit.*] *Flava fuit* Lovan. *summa fuit* Bernens.

41. *Si tibi tale fretum quondam Leandre fuisset, Non foret angustae mors tua crimen aquae.*] Tale quippiam mox posturus est: cum enim dixisset Ponticam regionem pomis carere, statim subdit Acontii exemplum:

Poma negat regio: nec haberet Acontius, in qua
Scriberet his dominae verba legenda piae.

Ciofan.

43. *Pandi.*] *Curvi* Putean.

45. *Et quamquam Boreas.*] Duo Vatic. & Naffei, *Et quamvis*, sonus paulo suavior. Ciofan. Ego *quamquam* praeferrem, ne tot voces in *s* exeant.

47. *Inclusaeque gelu stabunt ut marmore puppes.*] Idem libri, *in marmore*, probo. *marmore* marc ell. ut & apud Virgilium. Ciofan. Plerique veteres, *in.* Puto, *ceu marmore.* eadem diversitas XII. Met. 487. ubi vide. versu proximo pro *findere remos*, *stringere* duo veteres, non male. totidem, *figere*, quatuor, *pendere.* forte pro, *tundere. fodere* Combianus. Heins. *Scindere* Bernens. Gryph. Micyll. & al. *fundere* unus. *navis aquas* Leid.

48. *Nec poterit rigidas findere remus aquas.*] Haec est vetus lectio: quam veram esse judico. Ciofan.

50. *Sed pars ex illis.*] Lege, *Et pars.* Heins. *Et* habebat unus codex.

52. *Sive redundatas.*] *Redundantes* multi ex scriptis. sed & VI. Fast. 403. dixit:

Amnis redundatis fossa madebat aquis.

Burm.

54. *Invehitur celeri barbarus hostis equo: Hostis equo pollens.*] Anadiplosis, ut sit Aquila, Rufinianus & Beda. Virgilius lib. X. Aeneid.

——— *sequitur pulcherrimus Astur;*
Astur equo fidens, & versicoloribus armis.

Ciofan. *Qui vehitur* Excerpta Vossii.

58. Ter-

Hostis equo pollens, longeque volante sagittâ,
Vicinam late depopulatur humum.
Diffugiunt alii; nullisque tuentibus agros,
Incustoditae diripiuntur opes.
Ruris opes parvae, pecus, & stridentia plaustra;
Et quas divitias incola pauper habet.
Pars agitur vinctis post tergum capta lacertis;
Respiciens frustra rura laremque suum.
Pars cadit hamatis misere confixa sagittis:
Nam volucri ferro tinctile virus inest.
Quae nequeunt secum ferre aut abducere, perdunt:
Et cremat insontes hostica flamma casas.
Tum quoque, cum pax est, trepidant formidine belli:
Nec quisquam presso vomere sulcat humum.
Aut videt, aut metuit locus hic, quem non videt, hostem.
Cessat iners rigido terra relicta situ.
Non hic pampineâ dulcis latet uva sub umbrâ;
Nec cumulant altos fervida musta lacus.
Poma negat regio: nec haberet Acontius, in quo
Scriberet hîc dominae verba legenda suae.
Adspiceres nudos sine fronde, sine arbore, campos.
Heu loca felici non adeunda viro!

Ergo

56. *Late.*] *Longe* unus liber.

57. *Nullisque tuentibus agros Incustoditae diripiuntur opes.*] In Epist. Penelopes ad Ulixem:

Ingue tua regnant, nullis prohibentibus, aula:
Pabula nostra tuae dilacerantur opes.

CIOFAN. *Ceus sex scripti.*

63. *Pars cadit hamatis misere confixa sagittis: Nam volucri ferro tinctile virus habet.*] Lib. I. de Ponto Eleg. II.

Qui meritis servo gemmat ut vulnere tergus,
Concita viperea spicula felle linunt.

Lib. IV. Elegia IX.

Sintne licet tenues serpentis felle sagittae?

& II.

Hic agri infrondes, hic spicula tincta venenis.
CIOFAN.

65. *Abducere.*] *Adducere* quinque. *Subducere* unus.

66. *Et cremat insontes hostica turba casas.*] Libri scripti, *hostica flamma.* sequor. CIOFAN. *Et premit* unus.

68. *Sulcat.*] *Findunt* tres. *pulsat* sex. *versat* unus.

70. *Gelido situ.*] *Gelido gelu* Moreti & Pucan. *rigido gelu* Lovan. *gerili situ* alius.

71. *Non hic pampinea dulcis latet uva sub umbra.*] Lib. I. de Ponto Eleg. IV.

Non agor hic pomum, non dulces educat uvas.

& Elegia IIX.

Nec habeat regio nec pomis fauta, nec uvis.

& Elegia XII. hujus libri:

Quicquo loco est vitis, de palmite gemma movetur:
Nam procul à Getico litore vitis abest.
CIOFAN.

71. *Pampinea umbra.*] *Ulmo* unus Medicens. vetuste. Calpurnius:

Inter pampineas ponetur viribus ulmos.
HEINS. Vid. ad lib. I. Fast. 153.

73. *Poma negat regio.*] Virg. *Et victum seges aegra negabat.* CIOFAN. *Vetat* tredecim.

75. *Adspiceres nudos sine fronde, sine arbore, campos.*] Lib. I. de Ponto Eleg. IV.

Non salices ripa, robora monte virent.

& IV. Elegia X.

Hic agri infrondes.

CIOFAN. Duo, *Aspicie.* unus, *Aspicies.* pro *Aspiciat.* Vide Notas lib. I. Eleg. I. prim. Vatican. cum alio, *Aspicerat.* ut ad Acontium referatur. Sed genius puto refingendum, *Aspicere est.* HEINS.

77. *Ergo*

Ergo, tam late pateat cum maximus orbis,
Haec est in poenam terra reperta meam?

77. *Ergo tam late pateat cum maximus orbis, Haec est in poenas terra reperta meas.*] Jam supra notavi, quam molestum & grave esset poëtae in asperrimis Ponticae regionis locis vitam agere. quae quidem regio sola ejus exilium grave faciebat, Eleg. sequenti.

Pendimus en profugi, fatis tua pectora, poenas
Exsiliaque graves, exsiliique locos.

CIOFAN. *Ergo cum patriis late via* Barber.

78. *In poenas meas.*] *In poenam meam* plerique HEINS.

ELEGIA XI.

Si quis es, insultes qui casibus, improbe, nostris,
Meque reum, demto fine, cruentus agas;
Natus es è scopulis, nutritus lacte ferino;
Et dicam silices pectus habere tuum.
Quis gradus ulterior, quo se tua porrigat ira,
Restat? quidve meis cernis abesse malis?
Barbara me tellus, & inhospita litora Ponti,
Cumque suo Boreâ Maenalis ursa videt.
Nulla mihi cum gente ferâ commercia linguae:
Omnia solliciti sunt loca plena metus.
Utque fugax avidis cervus deprensus ab ursis,
Cinctave montanis ut pavet agna lupis;
Sic ego belligeris à gentibus undique septus
Terreor, hoste meum pene premente latus.
Utque sit exiguum poenae, quod conjuge carâ,
Quod patriâ careo, pignoribusque meis;
Ut mala nulla feram, nisi nudam Caesaris iram;
Nuda parum nobis Caesaris ira mali est?
Et tamen est aliquis, qui vulnera cruda retractet;
Solvat & in mores ora diserta meos.

In

1. *Si quis es.*] *Quisque es* puto scripserat Noster. HEINS. Et cur non *si quis*, ut Elegiam praecedentem etiam inchoavit? vid. ad Epist. I. 21. *invido nostris* unus codex.

3. *Nutritus lacte ferino.*] *Eductus* quinque. prim. Vatic. prim. Polit. & sex alii, *& pastus.* Scribe, *et pastus.* HEINS. Non male: ut III. Am. VIII. 10.

—— *sanguine pastus equos.*

ubi vide. *lacte caprino* etiam duo.

5. *Quis gradus.*] *Qui* unus. *aut quo se porrigat* Junian. & multi alii. *porrigit* unus. *aut in quo porrigat* Lovan.

6. *Cernis adesse malis.*] Malim, *credis.* HEINS.

8. *Maenalis Ursa.*] *Parrhasis* duo veteres. sic Fast. IV. *Parrhasides stellae.* & Met. II. *Parrhasis erubuit*, de hac ipsa. HEINS. *Parrasis* Bernens. *eumque truci Borea* multae editiones.

11. *Avidis.*] *Rapidis* quatuor & unus Bersm.

13. *Septus.*] *Captus* Leidens. *sic quoque* Bernens.

16. *Careo.*] *Caream* Lovan. & *patria* Leidens. & Bernens. qui & superiori versu, *cum conjuge.*

17. *Nisi nudam.*] *Nisi puram* V. Servii. *magni nisi* Junian. & Putean. *falam nisi* Leidens. & *sola parum* idem.

19. *Cruda retractet.*] *Dira* Lovan. *nostra* quatuor. *nuda* duo. *retardet* quatuor.

In cauſſa facili cuivis licet eſſe diſerto:
Et minimae vires frangere quaſſa valent.
Subruere eſt arces & ſtantia moenia virtus:
Quamlibet ignavi praecipitata ruunt.
Non ſum ego quod fueram. quid inanem proteris umbram?
Quid cinerem ſaxis buſtaque noſtra premis?
Hector erat, tunc cum bello certabat; at idem
Vinctus ad Haemonios non erat Hector equos.
Me quoque, quem noras olim, non eſſe memento.
Ex illo ſuperant haec ſimulacra viro.
Quid ſimulacra, ferox, dictis inceſſis amaris:
Parce, precor, manes ſollicitare meos.
Omnia vera puta mea crimina. nil ſit in illis,
Quod magis errorem, quam ſcelus, eſſe putes.
Pendimus en profugi (ſatia tua pectora) poenas,
Exiliique graves, exiliique loco.
Carnifici Fortuna poteſt mea flenda videri:
Te tamen eſt uno judice moeſta parum.

Sae-

21. *Cuivis licet eſſe diſerto.*] Mss. *Cuivis licet eſſe diſertum.* Nauget. *quamvis licet eſſe diſertum.* Non placent, *curvis licet eſſe diſerto.* ita etiam infra:

An magis infirmo non vacat eſſe mihi.

& Horat.

—— *mediocribus eſſe Poëtis.*

Linacer Graecum eſſe ἐναλλαγὴν putat dativi pro accuſativo, ſicque haec forma Ariſtotelici Sermonis lib. v. Ethic. Nicom. cap. 2. Οὐ γὰρ ἴσως ταὐτὸν κλέπτειν καὶ τῷ κλέπτῃ εἶναι καὶ κλέπτην εἶναι. Berem. *Quamvis licet eſſe diſertum* Jun. Moreti. Bernenſ. & octo alii. *curvis diſertum* plurimi. vid. ad Epiſt. XIII. 64. unde *cingere caſſa* Junian. *frangere caſſa* duo. *illud* etiam Lovan. & alius.

23. *Praecipitata ruunt.*] Duo libri, *ruunt*: elegantiſſ. probante Heinſio, pro proruunt, dejiciunt, Vid. XII. Met. 132.

Cedantique ſequar caſſus, turbamque, ruinas.

& ita paſſim alii. & hoc melius convenit τῷ *praecipitata*, quae non premuntur, ſed ruuntur. repetit librarius hoc verbum ex ſequenti diſtichio, ubi multi codices habent, *buſtaque noſtra premis.* quod praemittimus vulgato, *premis*, reſpicit enim ad terram levem, quam optabant ſepulti, ut notiſſimum, non ut ſuorum pondere premerentur manes. *premitis* etiam ſcripti & editi nonnulli. *quabbus* ſeptem. *quadibus* unus. Burm.

26. *Non ſum ego qui fueram.*] *Non ſum ego quod fueram* cum prim. Vatic. & uno Mediceo. Utrique Pulmani & quidam alii, *Non ſum quod fueram.* nonnulli etiam, *Non ſum ego qui fueram*, bene. Propert. lib. I. Eleg. XII. 11.

Non ſum ego qui fueram. mutat via longa puellas.

Heins. Non video melius eſſe, *qui fueram*, quam, *quod.* vid. ad Epiſt. IX. 106. Burm.

27. *Certabat.*] *Certaret* prim. Palat. & unus Medic.

28. *Et idem Tractus ab Haemonio non erat Hector equo.*] *At idem* cum prim. Vatic. deinde, *vinctus ad Haemonios equos* cum prim. Polit. eodem Vaticano, & Rottendorphii codice, optimoque Mediceo. quo alludunt multi alii, in quibus, *Vectus ab Haemonio equo.* Heins. *At idem* recte. ut IV. Faſt. 101.

30. *Haec ſimulacra.*] *Hiaec ſimula ora* Servii.

31. *Dictis incendis amaris*] Quattuor libri veteres, quibus utor potiſſimum, *inceſſis.* Ciofan. *Incendis* haud ſcio quam recte; tametſi Maro *incendere bellum* dixerit in IX. Aën. 500. pro omnia luctu complere. Berem. *Incendi*: Jun. Lcid. & nonnulli alii, & Edit. Micyll. Gryp. & aliae. ſed *inceſſis* rectum. XIII. Met. 232. *auſus erat reges inceſſere dictis.* & alibi. Burm.

33. *Vera.*] *Vana* Servii codex.

35. *Satia tua pectora.*] Exclamatio dolotis plena. Ita fere lib. VI. Met. de Niobe:

—— *ſatiaque meos tua pectora luctus,*
Corque ferum ſatia.

Quo videtur reſpexiſſe Seneca in Oedipo; ubi ita eſt: *Sed juvat ipſos ſatiare Deos.* Ciofan.

38. *Merſa parum.*] *Moeſta* malo cum Barberiniano & Gottorpienſi. tres, *menſa.* unus, *verſa.* Lu-

Saevior es triſti Buſiride: ſaevior illo,
Qui falſum lento torruit igne bovem.
Quique bovem Siculo fertur donaſſe tyranno,
Et dictis artes conciliaſſe ſuas.
Munere in hoc, Rex, eſt uſus, ſed imagine major:
Nec ſola eſt operis forma probanda mei.
Adſpicis à dextrâ latus hoc adapertile tauri?
Huc tibi, quem perdes, conjiciendus erit.
Protinus incluſum lentis carbonibus ure.
Mugiet, & veri vox erit illa bovis.
Pro quibus inventis, ut munus munere penſes,
Da, precor, ingenio praemia digna meo.
Dixerat. at Phalaris, Poenae mirande repertor,
Ipſe tuum praeſens imbue, dixit, opus.
Nec mora; monſtratis crudeliter ignibus uſtus
Exhibuit querulos ore gemente ſonos.
Quid mihi cum Siculis inter Scythiamque Getasque?
Ad te, quisquis is es, noſtra querela redit.

Ut-

lichemianus, *preſſa.* Heins. *Et tamen eſt uno* Bernenſ. & Berſman.

41. *Donaſſe.*] *Damnaſſe* prim. Vatic.

43. *Munere in hoc.*] Mss. & editi, *munere in hos uſus, rex, eſt, ſed imagine major.* eſt autem ſenſus; o rex, in hoc tauro aeneo, quo te muneror, major eſt uſus, quam prima fronte prae ſe ferat. Berſman.

44. *Eſt operis forma.*] Francof. Bernenſ. & plurimi alii habent, *pecoris.* non male: Leidenſis, *tauri*; unde *Tauri* faciebat Heinſius, ut Excerpta Voſſii & quatuor alii codices habent.

45. *A dextra.*] *A dextro* plurimi & etiam Berſm. mox *hac tibi* Bernenſ. & editi plures. *huic* Putean. *his* multi. *hanc tibi quam perdis* Lovan. *Perdis* etiam complures ſcripti & editi.

47. *Ut munus munere.*] *Munus quod* unus; pro *quo.* mox, *munera digna* multi.

51. *Mirande.*] *Memorande* Gottorph. *Miſerande* alius.

52. *Ipſe tuum praeſens imbue, dixit, opus.*] Unus Mediceus melioris notae, *indue.* ſed nihil temere mutandum eſt. Pro *praeſens*, quae vox eſt nihili, Gottorpianus, *primus* pro diverſa lectione. Scribe, *princeps imbue opus.* cujus τὸ *primus* interpretamentum eſt. De voce *princeps* vide quae noto Faſt. II. ℣. 714. Heins. Sed *imbue* jam notat principem eſſe, qui illud opus quaſi dedicaret, ut Suetonius amat loqui. quare forte melius fuerit, *praeſtans* legere, quae vox ſaepe cum *praeſens* commutatur apud Virgilium, Ovidium, & alios. ut etiam nos ad Quinctilianum aliquoties obſervavimus. Burm.

54. *Exhibuit geminos ore gemente ſonos.*] Nugae ſunt de geminis ſonis. diu eſt quod *querulos ſonos* reponendos hic vidi. idque quinque veteres confirmant. Triſt. v. El. I.

Ipſe Perillos Phalaris permiſit in aere
Edere mugitus, & bovis ore queri.

pro *Exhibuit* tres ſcripti cum Hamburgenſi, *Emiſit.* Heins. *Querulos* legi notavit etiam Merula.

54. *Ore gemente.*] Unus ex iisdem libris, *ore tremente.* ſic in Ibide: *Exiguumque petas ore tremente cibum.* Ciofan. Prim. Polit. *ore fremente.* multi alii, *tremente.* ſed Propert. *Et gemere in tauro, facove Perille, tuo.* Silius libro XIV. de Perillo:

Ille ubi torreret ſubjectis corpora flammis
Mutabat gemitus mugitibus, atque veras
Credere erat ſtabulis armenta effundere voces.

Lucianus in Phalaride docet, tibias bovis aenei naribus appoſitas fuiſſe, quarum concentus ejulatum gemitumque flebilem hominum hauc machinae incluſorum, dum torrebantur, mugitui vero aequaret. Perſius Satyra III.

Anne magis Siculi gemuerunt aera tyranni.

Heins.

55. *Inter Scythiasque Getasque.*] Ita libri veteres. recte. Ciofan. *Scythicasque* plerique. alii, *Scythiasque*, vel *Scythasque.* Sed verum eſt, quod inferioris notae Vatic. Polit. Combian. & Medicens agnoſcunt, *Scythianque.* Paſſeratius ad lib. II. Propertii Eleg. XVI. *Scythiatque* legit ex veteri li-

Utque sitim nostro possis explere cruore;
Quantaque vis, avido gaudia corde feras;
Tot mala sum fugiens tellure, tot aequore passus,
Te quoque ut auditis posse dolere putem.
Crede mihi, si sit nobis collatus Ulixes,
Neptuni minor est, quam Jovis ira fuit.
Ergo quicumque es, rescindere vulnera noli;
Deque gravi duras ulcere tolle manus:
Utque meae famam tenuent oblivia culpae,
Fata cicatricem ducere nostra sine.
Humanaeque memor sortis, quae tollit eosdem,
Et premit; incertas ipse verere vices.
Et quoniam, fieri quod numquam posse putavi,
Est tibi de rebus maxima cura meis;

Non

huc: sed non persuadet. Naso lib. II. Amor. Eleg. XVI.

Sed Scythicis, Cilicasque feras, viridesque Britannos.

pro *Scythas*. HEINS.

56. *Quisquis is es.*] *Quisquis ades* plurimi codices, ubi etiam mox pro 63. pro *quicumque es*, unus codex habebat, *quisquis ades*. sed *quisquis is es* non movendum. ita Eleg. sequ. vs. 43. *Quisquis is est.* & ita apud Statium I. Theb. 461. *Haud hodie spoliis gaudens abibis, Quisquis is es.* ita codex vetus: vulgo, *Quisquis es*. Ita & sic & *quidquid id est*. I. ex Ponto 2. 14. & II. Fast. 29. Mart. III. 1.

Hic tibi quidquid id est, longinquis mittit ab ortis.

&c:

Si quid id est.

Lib. IV. Trist. x. 7. ubi vide. BURM.

58. *Nostra quarela venit.*] Iidem lib. *redit*, vetc. CIOFAN.

57. *Explent.*] Rectius unus.

61. *Crede mihi, si sit nobis collatus Ulixes.*] Vide Virg. IV. lib. I. CIOFAN.

63. *Rescindere crimina velli, Deque gravi duras ulcere tolle manus.*] *Rescindere vulnera* repone cum melioribus quibusdam. nam alterum vix Latinum est. Sed offendit bonos censores quod *rò crimina* sequenti versu denuo occurrebat. ubi vel novitis libris *ulcera* refingendum, modni loquendi ea dolendi antiquis usitati. Symmachus lib. I. Ep. 6. *De fortunae vulnera, quae cicatricem processu temporis ducunt, inexcisibus contractis tradescant.* Item. Am.

Vulnusque novatum
Scindite, &c.

Met. XII.

— — quid me meminisse malorum
Cogis, & obductum leviter rescindere vulnus,

quae vera est scriptura. libro I.

Immedicabile vulnus Ense rescindendum est.

Ita & locus iste scribendus, ut illic monebimus. Symmachus libro III. Epist. VI. ubi agit. de morte fratris sui: *Ictus enim novissimus etiam veteres plagas dolore rescindit.* Ennodius Epistola ad Faustum: *Passio novella me lacerat, & obductam cicatricem rescindit ictus acutior. ceire & rescindere* opposuit Horatius lib. I. Epist. 3.

— — an male sarta
Gratia nequiquam coit, & rescinditur?

apud Virgilium Georg. III.

— — ferro rescindere summum
Ulceris os.

Seneca in Phoenissis v. 164. *Rescissa vulnera multo sanguine.* Floro lib. III. cap. 22. *Expediebat ergo quasi aegrae sanciaque reipublicae requiescere quomodocunque: ne vulnera curatione ipsa rescinderentur.* HEINS.

66. *Fata cicatricem ducere.*] Imo, *Fata* cum prim. Vatic. Combiano & tribus aliis. HEINS.

67. *Humanaequae memor sortis, quae tollit eosdem, Et premit.*] Lege quae notavi El. VII. hujus lib. & Juven.

Si fortuna volet, fies de Rhetore Consul:
Si volet haec eadem, fies de Consule Rhetor.

Sed praeclarius idem Juvenalis:

Nullum numen habes, si sit prudentia, sed nos
Te facimus Fortuna Deam, caelogue locamus.

CIOFAN.

69. *Nun-*

Non est quod timeas. Fortuna miserrima nostra est.
Omne trahit secum Caesaris ira malum.
Quod magis ut liqueat, neve hoc tibi fingere credar;
Ipse velim poenas experiare meas.

69. *Nunquam.*] *Fieri nusquam quod* Medon. cod. *quae numquam* Leid.

70. *Est tibi de rebus maxima cura meis.*] Locutio poetica, lib. IV. Eleg. III.

Esse tui memorem, de qua tibi maxima cura est.

Paulo aliter lib. I. de Ponto Eleg. VII.

Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est,
Pectora mollescant, asperitasque fugit.

CIOFAN.

71. *Non est quod timeas. fortuna miserrima nostra est.*] *Tuta est* sex septemve veteres. Forte,

Non es, quem timeam, fortuna miserrima tuta est.

Pont. lib. II El. II.

Tuta putant alii. fortuna miserrima tuta est.
Nam timor eventus deterioris abest.

HEINS.

73. *Neve hoc ego fingere credar.*] *Tibi credar* rectius duo veteres. *me credas* Leidenses. HEINS.

ELEGIA XII.

FRigora jam Zephyri minuunt; annoque peracto
Longior antiquis visa Maeotis hiems:
Impositamque sibi qui non bene pertulit Hellen
Tempora nocturnis aequa diurna facit.

Jam

2. *Longior antiquis visa Maeotis hiems.*] Mirum est, hunc locum ita silentio praeteriri à Commentatoribus, cum non modo in verbo vitium sit, sed neque sententia integra aut plena. Nam & nomen *Maeotis*, quo palus Scythica significatur, in quam Tanais influens, Europam ab Asia disterminat, correpta prima ponitur: cum contra apud alios, tam Graecos quam Latinos, eadem syllaba ex regula producatur. Cujus rei exemplum passim videre est apud Virgil. Lucanum, & ceteros. Et quod ad sensum attinet, ipsa quoque constructio imperfecta & *ἀνακόλουθος* est, propterea quod in toto hoc commate verbum nullum est, ad quod nomina in eodem posita referantur. Quid enim sonant perpetui illi nominativi, *longior* (sive, ut alii, *Tardior*) antiquis *visa*, *Maeotis hiems*, nullo iis respondente verbo? quale fuerit, *abiit*, *recessit*, *praeteriit*, aut simile. nam verbum *Minuit*, quod in praecedenti commate est, referri huc non potest. non enim hiems, sed ver mitigat frigora. Et substantivum *Est*, quod ad participium *visa*, inferendum aliquis fortasse dicat, levius est, quam ut *Minuendi* verbum sequi, & sententiam claudere pro se ac solum debeat. Quale enim fuerit, *Zephyri minuunt frigora*, & postquam annus peractus est, hiems Maeotica tardior, sive longior mihi visa est, quam praeteritae atque antiquae hiemes? praesertim cum non sequantur, quae hiemis moram amplificent, sed quae temporis qualitatem describant. Quare ut etiam syllabae quantitatem figura aliqua jam tegamus, quid ad constructionis & sententiae *ἀνώμαλον* dicemus? Ego certe, ut quidem locum ipsum non facile restituerim, ita tamen corruptum eundem esse, sine ulla dubitatione nullum affirmare. MICYLL. *Annoque peracto Longior antiquis*, est in veteri libri. CIOFAN. Latet mendum. *Tardior antiqua* priscae editiones. Arondelianus, *Largior*. Berlmannus, *meavit Hiems*. Forte, *Bóῶτις*, ut Fest. Avien. Descr. Orbis:

— — vel qua rigat ora Bóῶtis.

vel *Boreïs hiems*, ut infra lib. IV. Eleg. VIII. *axem Borëum* dixit. Priscianus Periegeti:

Oceanum Borea contingunt frigore duro.

mox idem:

— — Thraces Boreïs in finibus orti.

& mox:

— — mons incipiens Boreïs ex Alpibus altus.

item:

Ad latus ipsorum Borearum sunt moenia clara.

Sed ne sic quidem satis intelligas, quid velit. Sunt qui reponendum contendant,

Longior à vobis versa Maeotis hiems.

hoc est, Hiems Maeotica jampridem à vobis, qui in Italia degitis, versa est. cui conjecturae assensum praebere non possum. Cogitabam aliquando,

Jam violam puerique legunt hilaresque puellae;
Rustica quam nullo terra ferente gerit.
Prataque pubescunt variorum flore colorum,
Indocilique loquax gutture vernat avis.
Utque malae crimen matris deponat hirundo,
Sub trabibus cunas parvaque tecta facit.
Herbaque, quae latuit Cerealibus obruta sulcis,
Exserit è tepidâ molle cacumen humo.

Quo-

— — *auctoret veteris*
Tardior antiquas visa Maeotis hiemes.

Tu *Maeotis* etsi non ignoro quomodo defendi hic possit, tamen valde suspectum est. quaero enim exemplum corruptae primae in hoc verbo syllabae, etsi plenam in *jesserat* Statius produxerit Thebaidos VI.

— — *vastos domino praeirat Arion.*

Ceterum *Maeotidas undas*, non *Maeotidas* in optimis Lucani exemplaribus reperisse me recordor libro III.

Quaque fretum torrens Maeotidas egerit undas.

sic & *Maeotida Tethyn* habes apud Avienum Descriptione Terrae:

— — *procul hinc Maeotida Tethyn*
Intrat, & inferno fretus pellit vasta fluento.

Hujus. Tentavi in hiemis gratiam, conjectura, Scythica hieme frigidiore, hunc locum Jacobus Gronovius in Disquisitione de Icuncula Smeciana, ubi posteaquam notas Heinsii in Nasonem infamasset, legit,

Longior Auctoris instat Athois hiems.

quae explicat, discessisse ex illa ipsorum habitatione hiemem, ut jam vires suas exferat in opposita mundi parte, quam veteres statuebant ad Antoecos. sed tales elegantissimi & facillimi Poetae morosae corruptiones longe abeant; immo & quasi sufficeret a se tam felicis ingenii inventa proficisci, nihil adjectum fumandae tam temerariae conjecturae, quae manibus Heinsianis, si superfuisset lassus, vitium excuteret. sed nihilominus manu se credens tradidisse hoc uleus doctus Verburgius, postquam ob venerationem tanti nominis silentio tam egregium inventum involvisset, ipse quoque ense rescindens valuit immedicabile, ita legit, *Longior ante alias visa Maeotis hiems.* Francius maledixit, *Longior Eoüsin.* Ten. Fab. lib. I. Epist. 67. quem Heinsius significat, legebat, *longior a nobis visa Maeotis hiems*, in quibus sensum commodum non video. sed vitium frustra quaeritur, in *antiqui*, quae vox probe & sane, tantoque praeteritorum annorum hiemes, ut recte jam Merula & Pontanus notarunt. & nos nunc soli Ovidii auctoritate probabimus. plura ad Valerium Flaccum ex aliis producturi. Noster ergo ex Pont. I. v. 37.

Saucius ejurat pugnam gladiator, & idem
Immemor antiqui vulneris arma capit.

I. Am. XIV. 53.

Sustinet antiquos gremio spectare capillos.

I. Met. 116.

Jupiter antiqui contraxit tempora veris.

& II. 523. *Vindicat antiquam faciem.* XV. Met. 686.

Antiquas alturus respicit aras.

supr. Eleg. VII. 29.

Rugaque in antiqua fronte senilis erit.

& I. Trist. v. 32.

Et pars antiqui magna vigoris abest.

& IV. x. 94.

Antiquas miscuerat que comas.

& ita centies. & sic *antiquum*, pro olim I. Fast. 641. quae cumulare fastidiosis & comtulis Criticis nauseam moverent. miror pro *Auctoris* saltem non reposuisse *auctoris* Gronovium; quod facilius erat. in voce ergo *Maeotis* latet incudum, quod tolerari non potest. nec ex scriptis subsidium afferre potuit Heinsius, quamquam plura ex codicibus veteribus indicata vellet Gronovius, cum nulla varietas deprehendatur; nisi in prima voce *longior*, pro qua *largior* Arondel. & *tardior antiqua* editiones veteres quaedam & Gryphii, Vincentii, Micylli & aliorum. *ipsa Maeotis* prim. Editio. Bersmannus, non indicata conjecturae suae ratione, *longior antiquis visa meavit hiems*, Micyllus cum hic desperasset de medicina, ad lib. I. ex Pont. Eleg. I. legit, *tardior antiquis visa recedit hiems.* & certe tale aliquod verbum desiderari puto: forte,

Annoque paratio,
Longior antiquis visa, fugatur hiems.

Illud *Maeotis* adscripserat quidem, qui Ovidio praeteritas hiemes in Italia actas, & breviores visas cogitans, nunc Maeotidas hiemes longiores ipsi visas notaverat. sed hoc est hariolari; nam corruptum locum credo, nec adhuc sanatum, licet

Quoque loco est vitis, de palmite gemma movetur:
Nam procul à Getico litore vitis abest.
Quoque loco est arbor, turgescit in arbore ramus:
Nam procul à Geticis finibus arbor abest.
Otia nunc illic: junctisque ex ordine ludis
Cedunt verbosi garrula bella fori.
Usus equi nunc est, levibus nunc luditur armis:
Nunc pila, nunc celeri volvitur orbe trochus.

Nunc

cet illud *Bootis* Heinsii admodum blandiatur. certe *Maeotis* primam corripi posse docere debuerant magistri, & hujus vocis vindices. Maser. ad Val. Flacc. IV. 720. agens de hoc loco, Pontanum lib. V. de Astris etiam inductum hac auctoritate corripuisse primam syllabam scribit, hoc versu:

Victor & extremam pergit tentare Maeotim.

sed nec hujus viri auctoritas sufficiet doctis. Burm.

3. *Hellen.*] *Helleno* duo Puteanei & alius.

5. *Jam violas puerique legunt, hilaresque puellae, &c.*] Vide quam ingeniose, quam venuste ver describat: cujus similis descriptio est lib. I. Fast. 149. his verbis:

Die age, frigoribus quare novus incipit annus,
Qui melius per ver incipiendus erat?
Omnia tunc florent, tunc est nova temporis aetas,
Et nova de tenero palmite gemma tumet: &c.

Ciofan. *Jam violam* Politian. Palat. Medic. Vatican. *jam violasque legunt pueri* Lovan.

6. *Ruraque, quae nullo nata ferente vehunt.*] Libri veteres, *Rustica quas nullo terra ferente vehit.* Vulgatam lectionem sequendam puto. Ciofan. Valde turbant hic libri veteres. prim. Polit.

Rustica quae nullo terra ferente venit.

sic etiam alter. nisi quod is, *gerit*. quomodo & alii nonnulli. At prim. Vatic. prim. Palat. & quatuor praeterea ex melioribus,

Rustica quae nullo nata ferente venit.

quidam,

Rustica quas nullo terra ferente vehit.

vel, *gerit*. quidam etiam, *Pomaque quae nullo terra ferente vehit*, vel, *rura vehunt*. Sed de pomis nugae. cum agatur de verno tempore, non autumnali. alii aliter. Puto scribendum,

Rustica quam nullo terra ferente dedit.

nam *violam* pro *violas* scripti quatuor vetustiores agnoscunt. potest & *gerit* legi, quod in quibusdam exstat. Heins. *Rusticam* dici terram, vix concoquo, nisi quae incolas moribus agrestibus habeat. non in qua rustici degunt: ideoque vehementer dubito an non praestet vulgatam sequi. sed in voce *ruraque* floris aliquod genus latere suspicor. *nullo terra colente* etiam unus. Burm.

8. *Vernat avis.*] Metaphora ab agris & arboribus, quae vere laetae & floridae sunt. Plautus, *aviculae vernant.* Ciofan. *Cantat* Francof. & octo alii. *Garrit* Bernens. & tres alii. nil muto. nam sunt glossatorum expositiones. ita Paullinus Carm. VII. *vocibus vernare novis.* vid. ad Petron. cap. CXX. Burm.

9. *Deponat.*] *Depromat* unus. *volucris deponat* Putean.

9. *Hirundo.*] Sub finem lib. II. eorundem Fast.

Fallimur? an veris praenuncia venit hirundo?

Ciofan.

12. *Cunas.*] *Nidos* quatuor libri. *cunas* unus.

12. *Exserit.*] *Erigit* multi, ut & Bersmanni. *Exit & Putean.* & Junian. *Exit & expendit* Vatic. & Palat. *exuit* unus. *excitat è tepida* septem alii. *Excitat à tepida* Leid. *exserit à tepida* tres & Bern. *à trepida* Servii. nihil mutem.

14. *Nam procul à Geticis finibus arbor abest.*] Vide Eleg. X. Ciofan. In plurimis scriptis & hic & vs. 10. est, *sed procul.*

17. *Otia nunc illic, junctisque ex ordine ludis Cedunt verbosi garrula verba fori.*] Ludos Megalenses intelligit, qui fiebant VI. Id. Aprilis, vel, ut est apud Livium lib. XXIX. pridie Idus: quod eo die Caesar Jubam Mauritaniae regem devicisset. Ovid. lib. IV. Fast.

Insticram, quare primi Megalesia ludi
Urbe forent nostra; cum Dea (fonsit enim)
Illa Deos, inquit, peperit: cessere parenti:
Principiumque datis mater honoris habet.

Mox ibidem:

Tertia lux (memini) ludis erit: hos mihi quidam
Spectanti senior, conjugiusque loco,
Haec, ait, illa dies, Libycis qua Caesar in oris
Perfida magnanimi contudit arma Jubae.

Festus, sive ex eo Diaconus: *Megalesia ludos Matris Magnae appellabant.* Ciofan. Admodum variant

Nunc, ubi perfusa est oleo labente juventus,
Defessos artus Virgine tinguit aquâ.
Scena viget, studiisque favor distantibus ardet:
Proque tribus resonant terna Theatra Foris.
O quater, & quoties non est numerare, beatum,
Non interdictâ cui licet Urbe frui!
At mihi sentitur nix verno sole soluta,
Quaeque lacu duro vix fodiantur aquae.
Nec mare concrescit glacie: nec, ut ante, per Istrum
Stridula Sauromates plaustra bubulcus agit.
Incipient aliquae tamen huc adnare carinae,
Hospitaque in Ponti litore puppis erit;
Sedulus occurram nautae: dictaque salute,
Quid veniat, quaeram, quisve, quibusve locis.

Se-

tant libri; *otia fuer illic* duo libri. non male. *iunctique ex ordine ludi* septem codices. *edunt verbosi* triginta fere. *garrula verba* etiam quatuordecim. *verbosa fora* Regius & Bernens. & Moreti. *umbrosi fora* tres. forte scribendum,

Otia sunt illic: iunctique ex ordine ludi
Solunt verbosi garrula bella fori.

ita fabore ediisse Cicer. II. Catilin. per *iunctos ex ordine ludos* non sola Megalesia, sed & Cerealia, & Floralia, qui ludi Aprili & Majo mensibus fere continui erant, intelligo. nam illa *ex ordine* plures notant. ut lib. I. Eleg. I. 107.

Aspicis illic posses ex ordine fratres,

II. Met. 107.

Pectaque ex ordine gemmas.

Lidia vero non mutandum. nam sic IV. Fast. 388. *ex fora* marte *fas litigiosa* caruit. & *Martem forensem* dixit lib. IV. ex Pont. VI. 29. & *arma fori* lib. IV. Trist. X. 18. Burm.

27. *Equis equus nunc est.*] *Equis* vel *equi* in multis veterum. Scribe, *Usus equi nunc est* cum Comblano, Rottendorpbiano & duobus aliis. Fast. II. 294.

Nullius adhuc erat usus equi.

Lib. V. 592.

Quid tibi nunc fallax mitti post tergo sagittas?
Quid loca, quid rapidi profuit usus equi?

Met. VII. 554.

Quorum nec falsa juvant, nec tela, nec usus equorum.

Virgil. lib. III. Georg.

Sive brevis, sive ut tui gratior usus equorum.

Heins. Ita & Livius XXVI. 38. *Quamquam improvisa res fuit, nec usus equorum in urbe erat.* & ita *usus aratri* IV. Fast. 693. XIV. Metam. 2. & similia apud Nostrum saepe occurrunt. Burm.

20. *Pertitur trochus.*] *Volvitur* prim. Polit. & sex aut septem alii. Heins.

21. *Labunt.*] Heins. conjecerat, *liquunt*. Francius, *splendent*. ego nihil mutem:

22. *Tingere gaudet aqua.*] Nos ex Ms. & Naugerio, *Virgine tingit aqua*. Qui enim in campo exercebantur aqua Virgine pulverem & sudorem abluebant. hanc eandem de Ponto I. VIII. 38. *Virgineum liquorem*. & in Fastis I. 464. aquam *Virgineam* appellat. Bersman. *Virgine tingit aqua* est in libro Vaticano. Optime. Ciofan. *Tinguit* Francof. *tingere gaudet aqua* plurimi. *defessosque* unus.

24. *Cumque tribus resonant terna Theatra Foris.*] *Proque tribus* scribendum cum plurimis veterum. hoc est, quod ante dixerat,

— — iunctis ex ordine ludis;
Cedere verbosi garrula bella fori.

Heins. *Curva theatra* Lovan.

24. *Terna Theatra Foris.*] Quaeritur, quae sint illa tria fora, quae Martialis aliquoties *triplex forum* appellat, sicut & Stat. in Sylv. ita canens:

Nec saltem tua dicta continentem,
Quae trino juvenis foro tonabas.

Monuit autem Fabric. Latinos scriptores, cum de tribus foris mentionem faciunt, Romanum intelligere, Caesaris, & Augusti. Terna autem theatra sunt Pompeji, Marcelli, Statilii: quorum itidem meminit in III. de Arte, inquiens: *Visite conspicuis terna Theatra locis.* Bersman.

25. *O quater.*] *O quantum* Junian. Leidens. & multi alii. & editiones quaedam. *o quater o quoties*

Gryph.

Ille quidem mirum, ni de regione propinquâ
Non nisi vicinas tutus ararit aquas.
Rarus ab Italiâ tantum mare navita transit:
Litora rarus in haec portubus orba venit.
Sive tamen Grajâ scierit, sive ille Latinâ
Voce loqui; certe gratior hujus erit.
Fas quoque ab ore freti longaeque Propontidos undis
Huc aliquem certo vela dedisse Noto.
Quisquis is est, memori rumorem voce referre,
Et fieri famae parsque gradusque potest.
Is precor auditos possit narrare triumphos
Caesaris, & Latio reddita vota Jovi:
Teque rebellatrix tandem, Germania, magni
Triste caput pedibus supposuisse Ducis.

Haec

Gryph. Merula legerat, *boatum*, & clamorem spectatorum explicuerat, sed Micyllus jam expunxit ineptam lectionem.

26. *Cui licet urbe.*] Iidem libri, *cui libet*. Ciof.

28. *Nec fodiantur.*] *Vix fodiantur* ex tribus scriptis. Heins. *Dirae* prim. Ed. *durae* Servii. *Dissodiantur* Putean. *non fodiuntur* plurimi. *non fodiantur* Gryph. *non fodiatur aqua* quaedam legere notat Berlman. *deque lacu* etiam Regius.

30. *Sauromates.*] Inepte Merula genitivum esse credebat a *Sauromate*, ut *Spartes* a *Sparte*, & Micyllus Graecum esse nominativum ostendit, ut *Spartiates*, *Sybarites*, qui Latinis *Sauromata*, *Spartiata* &c.

31. *Si tamen incipient aliquae huc adnare carinae.*] Scripti plerique, *Incipiunt aliquae tamen huc*, vel *incipient*. Medonianus, *incipiant*. Heins. *Transnare* Ms. Bersm. *incipiunt* plurimi. *aliqua* prim. Edit. *si tamen incipiunt* editi aliquot.

32. *Hospitaque in Ponti littore puppis adest.*] *Erit* plerique veteres. Scribe,

Incipiant aliquae tamen huc adnare carinae,
Hospitaque in Ponti littora puppis eat.

vel, *Incipient si quae*: & *littore puppis erit*. Heins.

33. *Sedulus occurram nautae, dictaque salute.*] Lib. XIV. Metamorph.

Quam simul adspexit, dicta, acceptaque salute.

Et mox ibidem:

Haec ubi nos vidit, dicta, acceptaque salute.

Ciofan.

35. *Illa quidem mirum.*] Videtur scripsisse Poëta, *Ille quidem, mirum, nisi de regione propinqua, Nec nisi vicinas tutus araret aquas.* D. Heins. *Ararit* scribe sic sensu exigente, nam, *arabit* duo, totidem; *ararat*. pro *tutus* etiam bene, *cautus* in Vossiano. Rem. Am. 737.

Praeteritâ cautus Nisaeide navita gaudet.

Claudian. in Eutrop. II. 5.

Cautior ante tamen venturum navita Coroni
Consulit.

Heins. Cl. Bentleius ad Horat. II. Serm. I. 55. servat *tutus*, quia idem est, qui cautus; qui tutus esse cupit. *mirum ni* rectum est. vid. ad VII. Met. 12. *numquam vicinas* tres scripti cum prim. Edit. *tutus adiret* Jun. & tres alii. quod praeferrem; quia *adire aquas de regione pr.* mihi placet, prae *arare de* &c. vid. & Ep. XVIII. 8.

35. *Ni de regione propinqua.*] Vatic. habent, *nisi. Non nisi vicinas.* Alter horum librorum & Maffei, *nunquam*. Ciofan.

37. *Tantum mare.*] Turbant vehementer libri. Excerpta Vossii, *terra*, vel, *intra mare, terra* etiam Gallicus codex. quidam, *tutum mare*. sed nihil mutandum. vid. ad Lib. V. Met. 498. Burm.

40. *Certe gratior usus erit.*] Eadem exemplaria, *hujus erit*, ut sit sensus: Erit profecto gratior & jucundior vox hujus Latini sermonis: libentius loquar Latine, quam Graece. Ciofan. *Usus erit* priscae editiones & quidam scripti. Superiori versu pro *Graeca* unus Italicus, *grata*. Lege, *Grajae voce*. Heins.

41. *Fas.*] Vid. ad Fast. I. 329.

45. *Is precor auditos.*] *His precor auditis* Ms. Bersm.

46. *Et Latio reddita vota Jovi.*] Eleg. II. libri sequentis, ubi de triumpho, cujus hic meminit, scribit:

Donaque amicorum templis promissa Deorum,
Reddere victores Caesar utroque parat.

Ciofan.

Haec mihi qui referet, quae non vidisse dolebo,
Ille meae domui protinus hospes erit.
Hei mihi! jamne domus Scythico Nasonis in orbe?
Jamque suum mihi dat pro Lare poena locum?

Di

47. *Trque rebellatrix tandem Germania magni Victa tui pedibus supposuisse ducis.*] De Tiberio intellige hoc loco, non de Druso. Nam Drusus jam multo ante inter Albim & Rhenum, ut Strabo auctor est, vel ut alii, ad caput Visurgis, lapsu equi perierat. Tiberius autem, occiso paulo ante ad Arminio & Flaminio Quintilio Varo, in Germaniam missus hoc tempore fuit, ut cladem acceptam ulciscetur, & Germanos in ordinem rediget. Hunc ergo optat poëta, devicta, ut ipse ait, rebellatrice Germania, cum triumpho redire, idque se ex aliquo audire posse. Non quia Germanos victos, aut triumphum de iis actum certo tum sciret, sed quod potuisse tamen talia fieri speraret, utpote longe à Roma remotus. Id quod plenius aliquanto idem infra dicit libro quarto, Eleg. II. his verbibus: *Jam fera Caesaribus Germania, tectus ut orbis, Vitta potest flexo succubuisse genu. Altaque velantur fortasse palatia festis, Thuraque in ignes fumat, insistatque diem*, &c. Potuit enim, inquit, succubuisse Germania, & forsitan velantur palatia festis, quasi dicat, se certo quidem non scire, sed sperare tamen. Quod eò hic addo, quòd triumphus, de quo poëta audire hic optat, à Tiberio actus non fuit, neque etiam rebellantes Germani ab illo adeo domiti, aut subjugati: sed quod ipse, cum per biennium in Germania fuisset, praeliis aliquot trans Rhenum commissis, Romam redierit, ad triumphum de Illyriis agendum, quem superioribus annis, motis ob cladem Varianam civitate, distulerat, mitto eidem postea Germanico Drusi filio, quem in familiam per adoptionem à Tiberio ascitum, non multo ante quam moreretur, Augustus octo legionibus apud Rhenum imposuit: qui quarto demum anno post excessum Augusti, debellatis, ut ipse quidem de se jactarat, inter Albim & Rhenum nationibus, de Cattis, Cheruscis, & Angrivariis triumphavit, autore Tacito. Quo tempore jam mortuus poëta videtur fuisse, quando ejus triumphi, in posterioribus de Ponto libris, vaticinando tantum meminit, praedicere se inquiens, Germanico, confimilem ipsum triumphum actuum de Germani, ei, quem Tiberius de Dalmatis & Illyrio egisset. Quod autem hic locus neque de Germanici, neque de Drusi triumphis intelligendus sit, sed de eo bello, ad quod Tiberius proximo post eidem Varianam anno in Germaniam profectus fuit, etiam temporum collatio evincit. Scripsit enim haec Ovidius, cum jam annum, aut non multo amplius in Ponto fuisset, quarto anno ante quam Augustus moreretur, id quod partim ex praesenti Elegia colligitur, partim ex IV. de Ponto, Eleg. 6. ubi ait:

In Scythia nobis quinquennis Olympias acta est,
Jam tempus lustri transit in alterius.

Et mox eadem Elegia:

Coeperat Augustus deceptas ignoscere culpae:
Spem nostram, terras deserimusque simul.
Quale tamen potui de coelite, Brute, recenti,
Vestra procul posito carmen in ora dedi.

Ex his enim verbis colligitur, illum quintum jam annum in Ponto fuisse, & eodem anno mortuum Augustum: ex praesenti autem Elegia, unum tantum hiemem transiisse, dum ipse exulat. Unde patet, in exilium actum quinquennio ante obitum Augusti, quo tempore & Variana clades accepta est: ad quam ulciscendam sequenti proximo anno missus Tiberius, post biennium, hoc est ultimo ante Augusti mortem anno, redit, & Illyricum triumphum egit: quo anno & Germanicus ab eodem Augusto, octo legionibus apud Rhenum praepositus fuit: Tiberio post actum, Illyricum repetente. unde mox revocatus morte Augusti, principatum accepit, Coss. Sex. Pompejo (cujus Ovidius meminit de Ponto lib. IV. Eleg. 4.) & Sex. Apulejo. Haec ex autoribus Tacito, Suetonio, & Strabone, verbosius aliquanto huc adjeci, quod eadem collatione temporum & infra nobis opus erit: & de iisdem triumphis, iisdemque Caesaribus saepius agendum. Proinde ut ad ipsos versus redeamus, triumphos Caesaris intellige, triumphos Tiberii, quos Poëta ipsum sperat de Germanis acturum. aut (quia de pluribus dicit) alterum de Germanis, alterum de Illyricis. de quo infra. *Magnum* autem *Ducem* Augustum intellige, penes quem summa rerum etiam tum erat. Mycyll. *te quoque bellatrix* Putean. & alius.

47. *Magni.*] *Magno duci* Gottorph. bene. vid. VI. Met. 651.

49. *Referet.*] *Referat* Leidenf. & tres alii. & ita prim. Edit. Mycyll. Gryph. & aliae.

51. *In orbe.*] *In urbe* Excerpta Vossii. ut sit, *Scythica in urbe*, quae opponatur Romae. *Hei mihi jam Scythico nomen Nasonis in orbe est* Servii.

52. *Jamque suum mihi dat pro lare poena locum.*] *Jamne* scribendum. pro *poena* multi *terra*. Versus suspectus. Heins. Non puto statim expungendos versus difficiles & corruptos. forte scripserit,

Jamne novum mihi dat pro lare poena focum?

locus & *focus* passim permutantur. *focus* autem est idem quod mox *penetrale*, *novus* & *suus* etiam con-

Di faciant, Caesar non hic penetrale domumque,
Hospitium poenae sed velit esse meae.

confusa. vid. III. Fast. 34. & II. Amor. V. 37. & ita se *novum incolam* vocat lib. IV. I. 85. si quis *suum* tueri velit, explicet stabilem & perpetuum focum; sed metuo ne altius vulnus sedeat. Burm.

53. *Di facite ut Caesar.*] *Hoc Caesar* Zalichemianus. Lege, *Di facite*. vide Notas Epist. I. ℣. 101. nisi malis, *Di faciant* cum tribus scriptis. *hic penetrale*, pro *hoc* etiam quidam. Heins.

ELEGIA XIII.

Ecce supervacuus (quid enim fuit utile gigni?)
Ad sua natalis tempora noster adest.
Dure, quid ad miseros veniebas exsulis annos?
Debueras illis imposuisse modum.
Si tibi cura mei, vel si pudor ullus inesset;
Non ultra patriam me sequerere meam.
Quoque loco primum tibi sum male cognitus infans,
Illo tentasses ultimus esse mihi.
Jamque relinquendâ (quod idem fecere sodales)
Tu quoque dixisses tristis in Urbe, Vale.
Quid tibi cum Ponto? num te quoque Caesaris ira
Extremam gelidi misit in orbis humum?
Scilicet exspectes soliti tibi moris honorem,
Pendeat ex humeris vestis ut alba meis?

Fu-

1. *Quid enim fuit utile nasci.*] *Gigni* meliores. nisi quod prim. Polit. prim. Vatic. & Medic. *nobis*. forte,

Quid enim tulit utile nasci?
Heins.

3. *Miseros exulis annos.*] *Miseri* Rottendorph. Heins. *Miseri* etiam Bernenf. *Miseros annos* potuit dicere ultimos vitae, ut opponantur prioribus, qui satis felices effluxerant Nasoni dum Romae viveret. sed mallem tamen, *Dure quid ad seros venieras exsulis annos*. sic inf. IV. 10. 73.

Ultima quas mecum seros permansit in annos.

& hoc sequentia confirmant, vid. ℣. 7. *seros* vero saepe a librariis translatum esse in *miser* docebunt Heinf. ad Val. Flac. II. 234. & Gronov. IV. Obf. 12. & Drakenb. ad Sil. Ital. IV. 48. Burm.

5. *Pudor ullus adesset.*] *Inesset* plerique. Heins. Et ita editi quidam.

7. *Cognitus infans.*] *Creditus* Cod. Strozzae.

9. *Inque relinquendo.*] *Relinquendum* prim. Polit. & duo alii. Scribe,

Jamque relinquenda (quod idem fecere sodales)
Tu quoque dixisses tristis in Urbe, Vale.
Heins. *Dixere sodales* Voss.

12. *Extremum gelidi misit in orbis humum.*] Malim, *Getici orbis*. Heins.

13. *Scilicet exspectas solitum tibi moris honorem.*] *Soliti* in nonnullis scriptis. Puto, *soliti mihi moris honorem*. Heins. *Exspectes* quoque unus Heinsii vid. III. Art. Amat. 749. praeterea Junianus, *soliti tibi turis honorem*. quod licet aliis locis defendi possit, hic tamen vulgata magis placet. quia sequentia omnem natalium morem & ritum fere abolevunt, & mox de ture agit Poëta. Burm.

14. *Alba.*] Ferrar. de Re Vestiar. part. I. lib. I. cap. 22.

Fumida cingatur florentibus ara coronis?
Micaque sollemni turis in igne sonet?
Libaque dem pro me genitale notantia tempus?
Concipiamque bonas ore favente preces?
Non ita sum positus: nec sunt ea tempora nobis,
Adventu possim laetus ut esse tuo.
Funeris ara mihi ferali cincta cupresso
Convenit, & structis flamma parata rogis.
Nec dare tura libet nihil exorantia Divos:
In tantis subeunt nec bona verba malis.
Si tamen est aliquid nobis hac luce petendum;
In loca ne redeas amplius ista, precor:

Dum

15. *Fumida ara.*] Propter cerevm, lib. II. Elegiarum:

Ipsa ego tura dabo fumosis candidus aris.
CRUQUIUS.

17. *Micaque.*] *Micas* vocant vel contusa grana & fracta, vel concussa & elisa. Plin. XII. 14. Columel. VI. 30. BERAIN.

18. *In igne sonet.*] *Crepet* Vossianus, ut in Fast. IV. 743.

Et crepet in medio taurus adusta foco.

sed lib. IV. Eleg. II. 4.

Thuraque in igne sonent.

HEINS. I. Fast. 76. *Et sonet accensis spica Cilissa focis.*

19. *Libaque dem pro te.*] *Dem propria* plerique. sed prim. Polit. *dem pro me*, quod sequor. posses etiam, *libaque depromam*. HEINS. *Dem propere* duo libri. *dat propere* prim. Edit. *deproprie* quinque. aliquid latere arbitror. forte scripserit, *Libaque deproperum*. Horat. II. Od. 7.

——— *Quis udo*
Deproperare apio coronas,
Curave hbyste?

ubi vide. Lambin. *genitale votantia tempus* Bernens. BURM.

17. *Genitale.*] Alii, *genitale notantia tempus*, h. e. Genio sacrum, qui est parens hominum, ex quo homines gignuntur, teste Festo, sive generis nostri parens secundum Festum. Huic autem, natalem diem celebrantes prae ceteris rem divinam fecisse, ex Tibullo planum fieri potest, cujus versus nihil sanctius. Si *genitale tempus* retineas, ut est in nostro codice & Naugeriana castigatione, natalitium intelliges, sive natalem. BERAIN. Vid. ad I. Art. Am. 125.

18. *Concipiamque.*] *Concipiamque preces ore favente pias* Bernens.

19. *Non ita sum positus, non sunt ea tempora nobis.*] *Non ita suppositus* prim. Vaticanus. Versus est aut mendosus aut adulteratus. Hafniensis, *Nec sunt tam prospera nobis*. HEINS. Nihil iterum causae video, cur mereatur hic versus ejici. *positus* enim eleganter dicitur, pro non sum, non exulo in tam felici loco, ut ad tuum adventum laetus esse possim. ita I. ex Pont. V. 79.

Quo tibi si calida positus laudare Syene.

ubi vide Heins. & ita passim. ut ex ipso verbo *positus* exilium & infelix ejus conditio intelligatur. ita & Horat. I. Od. 22.

Pone me, pigris ubi nulla campis
Arbor aestiva recreatur aura.

Et:

Pone sub curru nimium propinqui
Solis.

Lucan. V. 384.

——— *notescent littora clari*
Nominis exsilio, positaque ibi conjuge Magni.

praeterea, *nec sunt ea tempora nobis*, minime mutandum, nec habet quod offendat: *ea* enim pro talia, tam felicia. Sic lib. II. Trist. 221. *Non ea te moles Romani nominis urgeat*. vid. ad VII. Metam. 43. BURM.

21. *Funeris ara mihi ferali cincta cupressu.*] *Cupresso* meliores. praestiterit fortasse, *Funebris ara*. sic *funebres cupresses* & *funebre bellum* media syllaba correpta dixit Horatius. sic *funebria sacra* Trist. IV. El. IV. In Ibide tamen, vs. I. 102.

Jam stat, ut ipse vides, funeris ara tui.

HEINS. Vid. ad Val. Flac. V. 10. *Cupresso* vero rectum. vid. Serv. ad Virg. III. Aeneid. 64.

22. *Et structis.*] Nobis *strictis* placuit ex Mss & editis quibusdam, ut modici & tenues indicentur rogi pro illius conditione. BERAIN. Sic & tres libri,

Dum me, terrarum pars pene novissima, Pontus,
Euxini falso nomine dictus, habet.

libri, sed inepta lectio. quoties non Noster, *structos* & *exstructos rogos dixit*! vid. lib. I. III. 98.

22. *Flamma parata rogis.*] *Reperta* quinque veteres. Prim. Varic. & quatuor alii, *paratа*. HEINS. Heinsius olim inde *rapta* faciebat.

27. *Pars pene novissima Ponti Euxini.*] *Pontus* multi veteres. Scribe,

Dum me terrarum pars pene novissima Pontus,
Euxini falso nomine dictus, habet.

HEINS. Ita & legebat Faber ad Phaedr. IV. Fab. 6.

ELEGIA XIV.

CUltor & antistes doctorum sancte virorum,
Qui facis ingenio semper amice meo;
Ecquid, ut incolumem quondam celebrare solebas,
Nunc quoque, ne videar totus abesse, caves?
Suscipis exceptis ecquid mea carmina solis
Artibus, artifici quae nocuere suo?
Immo ita fac, vatum, quaeso, studiose novorum;
Quâque potes, retine corpus in Urbe meum.
Est fuga dicta mihi, non est fuga dicta libellis,
Qui domini poenam non meruere pati.
Saepe per extremas profugus pater exsulat oras;
Urbe tamen natis exsulis esse licet.
Palladis exemplo, de me sine matre creata
Carmina sunt. stirps haec progeniesque mea est.

Hanc

2. *Quid facis.*] *Qui facis* scripti. HEINS.

5. *Suscipis.*] *Colligis* in nonnullis. NAUG. *Conficis* octo vetustiores. plures, *Conspicis*, nec pauci, *Colligis*. quod sequor. unus, *Excipis*, alius, *Exigis*. HEINS. *Colligis* esset idem, quod tamquam expositum partum tollis: id enim proprie est *colligere*. vid. Justin. XXIII. 4. sed quia agnoscit sua carmina Ovidius, immo ipse mittit amico suo, non recte *colligere* dici illa potest, quae non projiciuntur; sed quia infamata patrocinio egebant, recte dicit, *suscipis*? quod patroni est; ita inf. V. VI. 3.

Tu modo suscepti causam dimittis amici.

& passim. & ita in Francof. codice titulus Elegiae erat, *ad Amicum qui* (lege *cui*) *libros allegarat*: si tamen *colligis* quis retinere vellet, explicarem de studio hujus amici, qui omnia novorum Poëtarum opera studiose conquirebat. sed de patrocinio malem capere: nam mox vs. 15. *commendo*; & 16. *tutorem* dixit. pro *ecquid*, *equidem* Ms. Bersm. *quid enim* Lovan. BURM.

7. *Studiose novorum.*] *Tuorum* unus. *virorum* alius. unde olim Heinsius, *piorum* vel *bonorum*. sed ego *novorum* interpretor, qui tempore hoc vivunt, quos omnes tueris & amas ut IV. X. 41.

Temporis illius colui fovique poëtas.

BURM.

8. *Ratine nomen in urbe meum.*] *Corpus* major pars veterum. argute & vere. Adeantur quae ad Maronem de hoc vocabulo annotamus. sic Noster lib. II. de scriptis Virgilianis, V. 533.

Nec legitur pars ulla magis de corpore toto,
Quam non legitimo foedere junctus amor.

HEINS. *Quamque potes* etiam Bernens. ut saepe alibi.

10. *Non meruere pati.*] *Non meruere pati* Excerpta Vossii, quod non displicet, quia mox iterum sequitur, *de domini funere rapta sui*. lib I. ex Pont. I. 62. *Estque pati poenas, quam meruisse, minus.* & IV. VI. 26. *Passeres poenam crederet esse duos.* & alibi. BURM.

11. *Saepe per externas.*] *Extremas* multi. & placet. HEINS.

12. *Urbe.*] Romae: detracta *in* praepositione, quam carminis lex non admittit. CRUQ.

Hanc tibi commendo: quae quo magis orba parente,
Hoc tibi tutori sarcina major erit.
Tres mihi sunt nati contagia nostra secuti:
Cetera fac curae sit tibi turba palam.
Sunt quoque mutatae ter quinque volumina formae,
Carmina de domini funere rapta sui.
Illud opus potuit, si non prius ipse perissem,
Certius à summâ nomen habere manu.
Nunc incorrectum populi pervenit in ora:
In populi quidquam si tamen ore meum est.
Hoc quoque nescio quid nostris adpone libellis,
Diverso missum quod tibi ab orbe venit.
Quod quicumque leget, (si quis leget) aestimet ante
Compositum quo sit tempore, quoque loco.
Æquus erit scriptis; quorum cognoverit esse
Exsilium tempus, barbariemque locum.
Inque tot adversis carmen mirabitur ullum
Ducere me tristi sustinuisse manu.
Ingenium fregere meum mala: cujus & ante
Fons infecundus, parvaque vena fuit.
Sed quaecumque fuit, nullo exercente refugit,
Et longo periit arida facta situ.

Non

15. *Hanc.*] Stirpem & progeniem: ac per hoc mea carmina; mea opera. CIOFAN. Opinor legendum, *Hanc.* & sequenti versu, *sarcina major erunt.* HEINS.

17. *Nati.*] *Fratres* unus Galiicanus.

18. *Sit tibi turba.*] *Sint* Richelianus. HEINS. *Cura* Servii.

19. *Sunt quoque.*] Lege, *sint.* nempe curae tibi. HEINS.

22. *Certius nomen.*] Clariorem famam. MERUL. Aut etiam certiorem titulum. MICYLL.

23. *In ora.*] *Ad ora* sexdecim libri.

24. *In populi quidquam si tamen ore meum est.*] Sic libri veteres recte. CIOFAN. Leidensis tamen, & duodecim librorum cum editione principe, Micyll. Gryph. & aliorum lectio est, *si quid mei est.* sed ne ambiguum evadat, an *mei populi*, an *quid mei* velit, retinui *meum.* BURM.

25. *Appone libellis.*] *Impone tabellis* unus. *ô Pone* Leidens.

31. *Ducere.*] *Scribere* quidam codices, quod videtur praeterire Merula, quia addit, *tristi manu.* immo ideo *ducere*, nam manu ducimus literas, vide ad Quinct. lib. I. cap. I. Nostrum III. Art. 493. & I. Met. 649. & alibi. BURM.

34. *Parvaque vena.*] Malim, *parcaque.* sic *pauperem venam* & *divitem* alibi dixit. HEINS.

37. *Per quos inviter.*] *Sustenter* multi veteres. HEINS. *Alarve* etiam unus.

39. *Nullus in hac terra, recitem si carmina, cujus Intellecturis auribus utar, adest.*] Sic legitur in iisdem libb. non *cui.* Hac autem de re conqueritur etiam Elegia I. lib. IV. his verbis:

Sed neque cui recitem, quisquam est, mea carmina, nec qui
Auribus accipiat verba Latina suis.

Elegia ult. ejusdem libri:

Quod, quamvis nemo est, cujus referatur ad aures.

Elegia IIX. lib. V.

Unus in hoc non est populo, qui forte Latine
Quaelibet è medio reddere verba queat.

Solebant enim veteres, ubi aliquid scripserant; quod foras essent daturi, sodales convocare, eorumque judicio permittere, ut quid eorum quisque de eo sentiret, aperiret. quem morem ostendit & Elegia, quam modo citavi, ultima lib. IV.

Saepe suas volucres legit mihi grandior aevo,
Quaeque nocet serpens, quae juvat herba, Macer.
Saepe suos solitus recitare Propertius ignes;
Jure sodalitii qui mihi junctus erat.

Et Elegia XII. lib. IV. de Ponto:

Saepe ego correxi sub te censore libellos;
Saepe tibi admonitu facta litura meo est.

CIOFAN. *Cui carmina* omnes fere scripti, & editi nonnulli.

43. *Saepe aliquod verbum.*] Hic denuo sciolus aliquis importune grassatus est. Sequitur enim mox, *Verba mihi desunt.* HEINS.

47. *Threicio, Geticoque fere circumsonor ore.*] Sic prorsus legendum è veteribus libris & ratione. CIOFAN. *Fero* duo scripti & editi quidam. mox, *ut videar* Leidens. & *videor Scythicis* Lovan. & duo alii.

51. *Qualemcunque legas.*] *Igitur* prim. Polit. prim. Vatic. prim. Palat. opt. Medic. & Rottendorphianus. quidam, *legis.* liber Petri Servii, *tamen.* HEINS. *Qualiacunque* Moreti. *fortis & excussa* unus. *sortis & excussa conditione* Lovan.

Non hîc librorum, per quos inviter alarque,
Copia. pro libris arcus & arma sonant.
Nullus in hac terrâ, recitem si carmina, cujus
Intellecturis auribus utar, adest.
Nec, quo secedam, locus est. custodia muri
Submovet infestos, clausaque porta, Getas.
Saepe aliquod verbum quaero, nomenque, locumque:
Nec quisquam est, à quo certior esse queam.
Dicere saepe aliquid conanti (turpe fateri)
Verba mihi desunt; dedidicique loqui.
Threïcio Scythicoque fere circumsonor ore:
Et videor Geticis scribere posse modis.
Crede mihi; timeo ne sint immixta Latinis,
Inque meis scriptis Pontica verba legas.
Qualemcumque igitur veniâ dignare libellum:
Sortis & excusa conditione meae.

P. OVI-

P. OVIDII NASONIS

TRISTIUM

LIBER IV.

ELEGIA I.

Si qua meis fuerint, ut erunt, vitiosa libellis,
  Excusata suo tempore, lector, habe.
Exsul eram; requiesque mihi, non fama petita est:
  Mens intenta suis ne foret usque malis.
Hoc est, cur cantet vinctus quoque compede fossor,
  Indocili numero cum grave mollit opus;
Cantet &, innitens limosae pronus arenae,
  Adverso tardam qui trahit amne ratem.
Quique ferens pariter lentos ad pectora remos,
  In numerum pulsâ brachia versat aquâ.
Fessus ut incubuit baculo, saxove resedit
  Pastor; arundineo carmine mulcet oves.

Can-

1. *Mea libellis.*] Deest in praepositio. Huncaucm locum imitatus est Martialis lib. II. Epigr. 8.

Si quae obliterantur chartis tibi, lector, in istis
Sive obscura nimis, sive Latina parum.

Vel potius locum Elegiae I. lib. superioris. CIOF.

3. *Non fama petita.*] Elegia & lib. I. CIOFAN.

4. *Intenta suis.*] Unic Lovan.

7. *Cantet.*] *Canet* cum scriptis. praecedentia id exigunt. HEINS.

8. *Qui trahit.*] Recte ita libri veteres. CIOFAN. *Velut* scripti quidam & editi.

9. *Quique refert pariter.*] Non placet hoc loco verbum *refert*, propterea quod ejusmodi ac temporis verbum absque conjunctione sequatur, quare ad maximum participium *ferens* admovimus. HEINS. Recte, non enim constat aliter sensus. Hunc sic malunt, *ferens*. sed vox *pariter* requirit *ferens*; nimirum ut aequali ordine currant remi. Val. Flacc. III. 675. quod ad numerum, id est ad celeusma fiebat. mox, *brachia lassat, jactat, laxat, movit, pulsat* codices diversi. Francius volebat, *verset*, ut respondeat praecedenti *cantet*. Malei. congruere debet cum *trahit*. BURM.

11. *Fessus ut incubuit baculo, saxoque resedit Pastor.*] Elegia IX. lib. I. de Ponto:

Ipse velim baculo pascere nixus oves.

CIOFAN. *Incumbit* unus. *ubi incubuit* multi. *mulcet opus* nonnulli. *aves* Regius.

13. *Cantantis.*] Malebat Heinsius, *cantanti & trahenti*. mox, *tollitur ancillae* prim. Edit.

13. *Pariter data pensa trahentis.*] Epist. III. Heroidum:

Nos humiles, famulaeque tuae data pensa trahemus.

Et lib. II. Fast.

Lumen ad exiguum famulae data pensa trahebant;
Inter quas tenui fit sit illa sono.

CIOFAN.

15. *Fer-*

Cantantis pariter, pariter data pensa trahentis
  Fallitur ancillae decipiturque labor.
Fertur & abductâ Lyrnessidе tristis Achilles
  Haemoniâ curas attenuasse lyrâ.
Cum traheret silvas Orpheus & dura canendo
  Saxa, bis amissâ conjuge moestus erat.
Me quoque Musa levat Ponti loca jussa petentem.
  Sola comes nostrae perstitit illa fugae.
Sola nec insidias hominum, nec militis ensem,
  Nec mare, nec ventos, barbariemque timet.
Scit quoque, cum perii, quis me deceperit error:
  Et culpam in facto, non scelus esse meo.

Sci-

15. *Fertur & abducta Lyrnessidе tristis Achilles Haemonia curas attenuasse lyra.*] In eadem Epistola ex Homero:

Threïciam digitis increpuisse lyram.

CIOFAN.

15. *Lyrnessidе.*] *Lyrnessidе* plurimi ex antiquis. priscae editiones, *Lyrnesside*. Arondelianus, *Lernaide*. Scribe, *Lyrnessida*. Λύρνησσος enim Graecis hoc oppidum, uni Hesychio Λέρνησσος est. HEINS. *Brisside* Leidens. & Aldi & aliae edit. ex Remed. 777.

17. *Cum traheret.*] *Contraheret* Bernens.

18. *Bis amissa conjuge maestus erat.*] De Orpheo & Euridice Ovid. lib. IX. Metamorph. quem locum ego ex aliis auctoribus illustravi. De his etiam multa Apollodorus lib. I. CIOFAN.

19. *Me quoque Musa levat Ponti loca jussa petentem, Sola comes nostrae perstitit illa fugae.*] In hac ipsa Elegia:

Jure Deas igitur veneror mala nostra levantes,
Sollicitas comites ex Helicone fugae.

Elegia ult. hujus libri:

Gratia Musa tibi: nam tu solatia praebes:
Tu curae requies, tu medicina venis.
Tu dux & comes es, tu nos abducis ab Istro,
Tu medioque mihi das Helicone locum.

CIOFAN. *Musa juvat* Richelianus & alius; sed *levat* magis convenit in exsilium euntі Poëtae. similem diversitatem in Propertii Lib. I. Eleg. IX. *fol.* ult. notavit Broukhusius, quem vide. & ita mox *fol.* 49. BURM.

21. *Sola nec insidias inter, nec militis ensem.*] Versus haud dubie corruptus. *Inter nec Thracia tela* octo veteres. *interque Threïcia tela* decem. unus, *intra nec Thraïcia tela*. Barbezinius, *inter crudelia tela*. alius, *inter Tirintia tela*. alius item, *interque Irentia tela*. Combii, *hominum nec Thracia tela*. alii aliter. Scribo,

Sola nec insidias, Threci nec militis ensem.

vel,

Sola nec insidias, nec iter, nec Threcia tela.

Videtur enim expositus gladiis latronum Thracum fuisse. Pont. lib. IV. Eleg. V. de se:

Sanguine Bistonium quod non repulerit ensem;
Effectum curae pectoris esse tui.

Thracus miles pro *Thracus*, sic apud Horatium lib. I. Epist. XVI. in vetustissimo Leidensis Bibliothecae codice scribitur,

—— *ut nec*
Frigidior Thracam nec pluvior ambiat Hebrus.

non *Thracem*. Ausonius in Tetrastichis Caesarum de Commodo:

Commodus insequitur pugnis maculosus harenae,
Thraïcio princeps bella movens gladio.

ubi pervetustus codex Vossianus, *Threcidique*, pro *Threcidico*. Plura notavimus ad Epist. XIX. *fol.* 26. apud Ciceronem lib. I. Officiorum de Alexandro Pheraeo: *in cubiculum veniens, barbarum, & cum quidem notis Threïciis compunctum, detracto gladio jubebat antire*, quae fere totidem verbis apud Valerium Maximum habes lib. IX. cap. 13. In Ciceronis codicibus nonnullis Langius & Lambinus *Thraciis* monent legi: atque ita in antiquissimis Curtii libris Franciscus Fabricius se reperisse invenisse. Quomodo in Fastis Capitolinis M. LICINIUS M. F. M. N. CRASSUS PROCOS. A. DCCXXV. EX THRACIA ET GETEIS IV. NON. JUL. Ceterum in Valerio Maximo quidam Codices *Thracis* habent. ex duobus meis unus vulgatam scripturam agnoscit, alter, *Thraïciis*. Legendum ex iisdem illihic loci, *Hac rege inferior Alexander*, non *infelicior*, quod est in vulgatis. *Thraeces* apud Festum; unus Vatic. etiam non male, *nec diri militis ensem*. Sequenti versu, *barbariemque* pro *barbariamque* multi veteres. monui supra lib. III. El. X. HEINS. Alius, *saevi nec militis ensem. insidias, inter Threïcia tela* Bernens. & Leidens. *inter tot militis enses* Junian. Heinsii conjectura nimis abit a libris scriptis. nec illud *inter* hic commode inculcatum videtur. *sola nec insidias horret* unus Codex etiam non male, sed ego Combiani codicis lectionem praeferrem:

Scilicet hoc ipso nunc aequa, quod obfuit ante,
Cum mecum juncti criminis acta rea est.
Non equidem vellem, quoniam nocitura fuerunt,
Pieridum sacris imposuisse manum.
Sed nunc quid faciam? vis me tenet ipsa Sororum:
Et carmen demens carmine laesus amo.
Sic nova Dulichio lotos gustata palato,
Illo, quo nocuit, grata sapore fuit.
Sentit amans sua damna ferè; tamen haeret in illis;
Materiam culpae persequiturque suae.
Nos quoque delectant, quamvis nocuere, libelli:
Quodque mihi telum vulnera fecit, amo.

For-

Sola nec insidias hominum, nec Thracia tela.
ita lib. I. & ult. 27.

Nam fuerat insidiis hominum pelagique labore.
II. Art. Am. 249.

At caret insidiis hominum, quia mitis hirundo. Burm.

23. *Quis me.*] *Qui* tres libri.

24. *In facto.*] *In* abest uni codici. Heinsius volebant, *in fato.* ut lib. III. 11. 66.

26. *Cum mecum juncti.*] *Adjuncti* multi ex praestantioribus. Forte, *ab juncti.* Heins. *Mecum nocenti criminis* Bernens. *& mecum* Excerpt. Vossii & Regius.

28. *Pieridum sacris imposuisse manum.*] Mallem cum Juniano codice, quibebat, *imposuisse modum*, hoc modo,

Tunc equidem vellem (quoniam nocitura fuerunt)
Pieridum sacris imposuisse modum.
Sed nunc quid faciam?

ita omnia ibi procedunt. vellem me tunc, cum scriberem carmina lasciviora, desiisse à Poëtica, quia erant nocitura, sed nunc, cum jam laesus sim, quid faciam? an Musas & studium Poëtices abjiciam. non possum &c. *modum* vero *imponere* eleganter dicitur. ita Noster lib. XIII. 4. III. XIII. *Debuerunt illis imposuisse modum.* Livius IV. 24. *& temperit modus imponeretur, quibus juris imperii non posset.* & ita alii. si cui placet tamen defendere illud, *imposuisse manum*, legendum patet, *Tunc equidem vellem &c.* & certe noster *imponere manum* pro adgredi ad aliquid uti solet. ita Ep. II. 76.

Rasilibus calathis imposuisse manum.

31. ex Pont. II. 27.

——— *vix sumtas Musa tabellas*
Imponis pigras jussa coacta moras.
Ibid. VIII. 85.

Longa nec indocili fistula imposuisse manu. Burm.

29. *Vis me tenet ipsa sororum.*] *Sororum* sex Veteres. quod placet. hoc est, Musarum. Vide Notas Met. IV. 470. ubi *Sorores* pro Furiis ponuntur. nam ex contextu orationis satis agnosci potest ac deprehendi, de quibus sororibus agatur. duo codices, *vis me tenet ipsa locorum.* Infra lib. IV. El. X. *Aonias sorores.* & lib. V. El. XII. *novem sorores* dixit. Heins.

31. *Gustata.*] *Gratata* Lovan.

33. *Fert.*] *Ferens* Gryph. Ed.

34. *Materiam culpae suae.*] Malim, *curae suae.* hoc est flammae vel amoris. Vide Notas Rem. Am. *Vs.* 49. Heins. *Damni sui* Moreti: ut ita *damnosa voluptas* I. ex Pont. X. 33. & ita *damno materiam praebere* II. Met. 213. Burm.

34. *Prosequiturque.*] Naug. *persequiturque suae.* nos malumus, *prosequitur*, quod in Ms. erat & plerisque impressis, & magis videbatur proprium. Agraecius. *Consequimur studio: obsequimur officio: persequimur injuria: prosequimur ordine, assequimur voto.* Bersm. *Prosequitur* scripti aliquot.

39. *In obtutu.*] *In obtutu* multi scripti & editi. *obtutum* Servii. *obtutum* tres. vid. Ep. XVIII. 216. *in intuitu* Bernens.

41. *Bacche.*] Phoebas, vates Apollinis. Mercl. Non Apollinis sacerdos *Bacche*, sed quae Baccho orgia celebrat, furore correpta. qualis mater Penthei, & similes describuntur III. Met. has dicit Idaeo, id est Phrygio more exululare, & insanire, id est eo more, quo Galli sacerdotes Magnae Matris solent, cum in Ida sacra illius peragunt. Micyll.

42. *Dum stupet Idaeis exululata jugis.*] Primi Politiani, *Idonis.* Lege, *Edonis*, & vide Notas Remed. Amor. *Vs.* 593. Superiori versu pro *Bacche*, prim. Vatic. & codex Petri Servii, *Bacchis.* Cette Βακχίδες Aristoteli in Problematis, & Plutarcho eaedem, quae aliis Βάκχαι. Hesychius: *Θυιάδες, βάκχαι. οἱ δὲ Μαινάδες.* hinc mutuatus nomen co-

Forsitan hoc studium possit furor esse videri:
Sed quiddam furor hic utilitatis habet.
Semper in obtutu mentem vetat esse malorum;
Praesentis casus immemoremque facit.
Utque suum Bacchis non sentit saucia vulnus,
Dum stupet Edonis exululata jugis;
Sic, ubi mota calent viridi mea pectora thyrso,
Altior humano spiritus ille malo est.
Ille nec exilium, Scythici nec litora ponti,
Ille nec iratos sentit adesse Deos.
Utque soporiferae biberem si pocula Lethes,
Temporis adversi sic mihi sensus hebet.

Jure

moediae Plautus, quam *Bacchidas* inscripsit, ut è prologo, ex Camerarii membranis edito, apparet. *Evanidas* Philemon inscripserat. sed & *Bacchis* nomen virile. ut *Bacchis* Corinthi rex ille, a quo posteri, & Corinthii demum omnes *Bacchiadae.* pro *Idaeis jugis* prim. Polit. prim. Vatic. multique alii cum primis editionibus, *modis.* quomodo Statius Theb. V.

——— *voluti Toumesia Thyas*
Rapta Deo, cum sacra vocant, Idaeaque suadet Buxus.

Ceterum *Edonis jugis* amplector prae vulgata lectione, *jugis Idaeis.* sic *Edonus Boreas* Maroni lib. XII. Aeneid. *Edonae hyemes* apud Statium & Claudianum. *Edonus Mavortis currus* apud eundem Statium Thebaid. XII. *Edoni sola Pangaei* apud Senecam Oedipo. & *Edonae Silvae* Hercule Octaeo. & *Edoni venti* apud Valerium Flaccum. produxit quoque secundam syllabam Horatius: *Non ego levius Bacchabor Edonis.* quare frustra sunt, qui *Edonius*, pro *Edono* reponunt. In *Edonis* tamen ambigua est syllaba, quomodo & in *Sidonis*, sic *matres Edonides omnes* apud Nostrum lib. XI. Met. & apud Propertium:

Nec minus assiduis Edonis lassa choreis.

cum Lucanus corripuerit:

Edonis Orygio decurrens plena Lyaeo.

Quo loco Salmasius Solinianis exercitationibus *Odonis* reponi jubet. cum Odones sint populus Thraciae. sed non meminerat Silium quoque Italicum secundam syllabam corripuisse libro IV.

Edonis ut Pangaea super trieteride mota
It juga, & inclusum suspirat pectore Bacchum.

Virgilius in Ciri secundam in *Bistonis* producit:

Saeva velut gelidis Ciconum Bistonis in oris
Hasta barbarico Cybeles amisita buxo.

Et Apollonius Rhodius Argonaut:

Δέξατο Πιερίη Βιστωνὶς κορυθοστρεφὲς.

ita secundam in *Macedonia* modo corripiunt, modo producunt Poëtae. de quo Metamorph. XII. ut nihil impedist *Edonies* quoque secunda correpta efferri. *Odonis* nomen est obscurum nimis, quam ut eo Thraciam designaret Lucanus. Heins. Vide quae collegit industria Cl. Drakenborchii nostri ad Sil. IV. 778.

43. *Sacro mea pectora thyrso.*] *Viridi thyrso* prim. Vatican. Rottendorph. alter Polit. & octo alii. Heins.

44. *Ille malo est.*] In Leid. erat, *ille loco est.* I. Fast. 299.

Credibile est illos pariter vitiisque locisque
Altius humanis exseruisse caput.

vide an huc faciat illud Petronii cap. XC. *Sapiens Poëtice quam humane locutus es*, & quae illuc notavimus. Burm.

46. *Sentit habere deos.*] *Adesse* septem veteres. Forte, *sensit habereve. habere Deos iratos* ut apud Petronium, *Junonem meam iratam habeam.* Sed dilichon est suspectum. Heins. Non video quid mali commatis sit in hoc dilicho, si modo legas cum veteribus libris, *sentit adesse deos.* ita *adesse* supra IV. Fast. 236. vid. ad Val. Flac. IV. 34. pro *Scythici litora ponti.* mallem tamen, *frigora ponti*, de quibus semper queritur. sic I. ex Pont. III. 37.

Quid melius Roma? Scythico quid frigore pejus?

ubi etiam *litora* alii, quod male praetulit Heinsius. Burm.

48. *Temporis adversi sic mihi sensus abest.*] *Adest* Gottorph. Medicaeus, *abit.* prim. Vatican. *tempus hebet.* Scribe, *Sensus hebet.* sic IV. ex Pont. I. 17.

Da mihi, si quid ea est, hebetantem pectora Lethen.

hebes fastus apud Ciceronem occurrit. Heins.

Jure Deas igitur veneror mala noſtra levantes;
Sollicitae comites ex Helicone fugae:
Et partim pelago, partim veſtigia terrâ,
Vel rate dignatas, vel pede, noſtra ſequi.
Sint precor hae ſaltem faciles mihi: namque Deorum
Cetera cum magno Caeſare turba facit.
Meque tot adverſis cumulant, quot litus arenas,
Quotque fretum piſces, ovaque piſcis habet.
Vere prius flores, aeſtu numerabis ariſtas,
Poma per autumnum, frigoribusque nives;
Quam mala, quae toto patior jactatus in orbe,
Dum miſer Euxini litora laeva peto.
Nec tamen, ut veni, levior fortuna malorum eſt:
Huc quoque ſunt noſtras fata ſecuta vias.
Hic quoque cognoſco natalis ſtamina noſtri;
Stamina de nigro vellere facta mihi.

Ut-

49. *Deae.*] Muſas, lib. I. de Ponto Eleg. VI.

Et repete, nullem quas coluiſſe, Deas.

Lib. III. de Arte:

O ita Phoebe velis, ita vos pia numina Vatum,
Inſignis cornu Bacche, novemque Deae.

In Epiſtola ad Phaonem:

Pergue novem juro, numina noſtra, Deas.

Virgilius lib. X.

Pandite nunc Helicona Deae, cantuſque movete.

CIOFAN.

50. *Sollicitae comites ex Helicone fugae.*] Appoſitio. id eſt, vos Muſae, quae usque ex Heliconе, Boeotiae monte, de meo exſilio ſollicitae eſtis. CIOFAN. *Sollicitae*, rectius quam *ſollicitas*, ut jam emendarunt docti. ita *ſollicitam viam* lib. 3. x. 2. & mox ſ. 85. *Sollicita fides.*

54. *Facit.*] Facit Bernenſ. & Regius.

55. *Meque tot adverſis cumulat.*] *Cumulent* nonnulli. HEINS.

57. *Elavus.*] *Velaveres* alter Polit. repetitum ex X. Art. 271.

59. *Quam mala, quae patior toto jactatus in orbe.*] Eleg. II. lib. I. CIOFAN. *Dejectus* unus, *dejectus* alius.

60. *Dum miſer Euxini litora laeva peto.*] *Juſſa* bene Medonianus. niſi quod, *litora laeva* rectius ſenſerit cum Burdigal. Trift. I. El. II.

Obliger ut tangam laeva ſub litora Ponti.

Pont. lib. IV. Eleg. 12.

Ac tamquam, quo laevus fuerat ſub praeſide Pontus,

quae & ibi vera lectio. *ſiniſtrum Pontum* alibi non uno loco appellat, & paſſim ad id nomen alludit. HEINS. *Litora ſaeva* Palat.

61. *Levior fortuna.*] *Melior* Junii codex, ſed nihil opus: eadem diverſitas apud Lucan. VIII. 395.

Sed tua ſors levior, quoniam mors ultima poena.

ita Mss. ante Grotium plerique ediderant, *ſors melior.* eadem varietas inf. lib. V. III. 29. vid. ad Val. Flac. II. 323. *locorum* etiam duo. BURM.

63. *Cognoſce.*] *Cognovi* Palat. & ita edidit Heſmannus. *hinc quoque* Bernenſ.

65. *Capitiſque pericula narrem.*] Hunc locum exponam Elegia ultima hujus libri. CIOFAN. *Pericique pericula* Junian.

66. *Vera quidem vidi, ſed graviora fide.*] Combianus & unus Vaticanus optime,

Vera quidem, verâ ſed graviora fide.

Vide Notas ad Epiſt. XVI. ſ. 39. HEINS. *Vera quidem fatear* duo. *patier* unus.

68. *Illum.*] *Illi* rectius Gottorph. Junianus, & Moretanus codices. HEINS. *Vivere quam durum eſt* codex Servii.

69. *Quam miſerum eſt porta vitam, muroque tueri, Vixque ſui tutum viribus eſſe loci.*] Lib. V. Eleg. 12.

Vix ope caſtelli defendimur, & tamen intus
Milla facit Graji barbara turba metum.

Et Elegia IV. ejuſdem lib.

Vixque brevis tutus murus ab hoſte facit.

CIOFAN.

70. *Tutum viribus eſſe loci.*] Aut ſcribe, *turri-*

Utque nec inſidias, capitiſque pericula narrem,
Vera quidem, verâ ſed graviora fide;
Vivere quam miſerum eſt inter Beſſoſque Getasque
Illi, qui populi ſemper in ore fuit!
Quam miſerum, portâ vitam muroque tueri,
Vixque ſui tutum viribus eſſe loci!
Aſpera militiae juvenis certamina fugi,
Nec niſi luſurâ movimus arma manu.
Nunc ſenior gladioque latus, ſcutoque ſiniſtram,
Canitiem galeae ſubjicioque meam.
Nam dedit è ſpeculâ cuſtos ubi ſigna tumultus;
Induimur trepidâ protinus arma manu.
Hoſtis, habens arcus imbutaque tela veneno,
Saevus anhelanti moenia luſtrat equo.
Utque rapax pecudem, quae ſe non texit ovili,
Per ſata, per ſilvas, ſertque trahitque lupus,

Sic

ibus, aut, quod pro diverſa lectione in Combiano erat notatum, *moenibus*. ſed alterum praeſtat. Lucan. lib. VI.

Defendens tutam vel ſolis turribus urbem;

Trift. V. Eleg. 11.

Vixque brevis tutum murus ab hoſte facit:

HEINS. *Moenibus* Bernenſ. & duo alii.

71. *Aſpera militiae juvenis certamina fugi.*] Poſtquam ex Aſia, quam ſub M. Varrone petii, reverſus ſum, juvenis in militiam odium habui. lib. I. Amorum Eleg. XV. idem ait:

Non me more patrum, dum ſtrenua ſuſtinet aetas,
Praemia militiae pulverulenta ſequi.

Ubi addit ſe nec leges, ut ejus pater cupiebat, edidiſſe voluiſſe, nec forum ſequi:

Nec mea verboſas leges edidiſſe, nec me
Ingrato voces proſtituiſſe foro.

CIOFAN. *Contagia fugi* Vatican. & alius; non inelegante.

72. *Nec niſi luſura movimus arma manu.*] Ludendi tantum cauſa, ut ingenuos decet adoleſcentes, gladios, & id armorum genus tractavi. CIOF. *Novimus* Leidenſ. & octo alii.

74. *Meam.*] *Mea* quatuor libri.

76. *Induimus trepida protinus arma manu.*] Combianus longe venuſtius, *Induimur*. qui Graecismus Noſtro valde familiaris. Auſonius Idyll. XXXII.

Ut trabeam picíamque togam mea praemia Conſul
Induerer.

Met. XIV. 650. ex veteri libro,

Induitur ſcalas, lecturum poma putares,

ibidem, 798.

dum Martius arma
Induitur miles.

Sic & ibi ſcribendum puto. HEINS.

78. *Moenia luſtrat equo.*] *Cingit* tres ſcripti apud me, ſed non ex melioribus, quomodo & ex Purcheimeriano, quem ego Arondelianum voco, Gronovius Obſervat. lib. II. cap. 3. Sed vulgata lectio non eſt ſollicitanda. quamquam & altera ſuas veneres habet. Pont. I. Eleg. II. qui locus huic geminus:

His equus inſtructus perterrita moenia luſtrat;
More lupi pavidas circumeuntis oves.

Virgil. Aen. IX.

Luſtrat equus muros, aditumque per avia quaerit.

Silius libro I.

Ipſe caput quaſſans circumluſtravit anhelo
Moenia ſaevus equo.

HEINS.

79. *Utque rapax pecudem.*] *Praedam* pro diverſa lectione Gottorphianus. eleganter. hinc *Praedones lupos* vocat Met. X. vox eſt venatoria. Vide Notas ad Claudiani Feſcenina in Nuptias Honorii. Aetacon *praeda ſuis canibus* dicitur Trift. II. HEINS.

80. *Ferque trahitque lupus.*] *Ferque traliteque* primae editiones & praeſtantiores ſcripti magno numero, quod mutari non debuit. HEINS. Ita *ferre* & *rapere* Virg. II. Aen. 374.

alii rapiunt incenſa ferentque
Pergama.

ita *ferre & agere* paſſim obvium apud Livium & alios. vid. praeter illa, quae Heinſius habet, Barth.

Sic, si quem nondum portarum sepe receptum
Barbarus in campis reperit hostis, agit.
Aut sequitur captus, conjectaque vincula collo
Accipit; ut telo virus habente cadit.
Hic ego sollicitae jaceo novus incola sedis.
Heu nimium fati tempora longa mei!
Et tamen ad numeros antiquaque sacra reverti
Sustinet in tantis hospita Musa malis.
Sed neque cui recitem quisquam est mea carmina; nec qui
Auribus accipiat verba Latina suis.
Ipse mihi (quid enim faciam?) scriboque legoque:
Tutaque judicio litera nostra suo est.
Saepe tamen dixi, Cui nunc haec cura laborat?
An mea Sauromatae scripta Getaeque legent?

Sae-

ad Stat. IV. Theb. 372. & VIII. 276. & ita Graecis ὄφεσι καὶ ἔγχεσι, apud Homerum, Herodotum, Xenophontem, Polybium & alios. & ex hujus formulae notitia cum Cluverius lib. Ital. Antiq. cap. 7. pag. 1192. in Strabonis loco Περιβάντες τὴν Καμπανίαν vertisset, *cum egissent tutissimeque Campaniam*, Hollerius, in notis ad illum, voluit Criticum agere in alieno opere, & scribi jussit, *vastassent*. Burm.

81. *Sic si quem.*] *Sic quoque quem nondum* Junian.

82. *Portarum sepe receptum.*] *Portarum sepe* pro diversa lectione Rottendorph. Moret. Barberin. & Medon. optime. *Sepem* pro *septo* dixit. Varro certe lib. I. de Re Rustica *sepem*, *septum* & *septimentum* parum inter se differre ostendit: *cui septimentum est*, *quod virgultis solet obseri*, *sepes ex agresti ligno*. Poeavius Dolorestes: *Nam te in tenebrica sepe lacerabo fame Clausum*. Vide Notas Elect. IV. Sf. 89. Heins.

83. *Hostis habet.*] *Agit* longe elegantius multi ex antiquis. hoc est quod supra dixerat, *ferrque trahitque*. *agere* & *ferre* frequenter conjungunt historici. apud quos etiam obvium *agere praedam*, *agere captivos* & similia Trist. V. Eleg. X.

Cum minime credas, ut avis, densissimus hostis
Advolat, & praedam vix bene visus agit:

Seneca Medea Act. III. ex optimo codice Medicaeo,

Ex opibus illis, quas procul raptas Scythae
Usque a paternis ducibus populis agunt.

Vulgati, *parent*. Heins.

83. *Conjectaque.*] *Injectaque* Just. Bernens. & ita edidit Berlin. *collectaque* Putean. & Lov. *dejectaque* alius. *conjectaque* Leidens.

84. *Ita virus habente perit.*] *Cadit* Junian. & pro diversa lectione Gottorph. & Rottendorph. supra lib. III.

Pars cadit hamatis misere confixa sagittis.

Fastor. V.

Et cecidit telis Hesperubal ipse suis.

Heins.

85. *Sollicitae.*] In Francof. erat, *Sarmaticas jacco novus incola gentis*. in Vossiano, *sic ego? Jacco novus incola terrae* Putean. *nimis incola* Polit. & Medic. *munus* Vatic. prim. corrupte. *incola caelis* Leidensis. Francius conjiciebat, *vetus incola sedis*, ut alibi se *non novum incolam* vocat initio Ponticorum. sed pius temporis abierat, cum illa scriberet, & inde probatur hîc debere legi, *novus*, quia ibi dicit jam se non novum esse incolam, ut ante se vocaverat. Burm.

86. *Fati tempore longa mei.*] *Longa* scripti plerique. Heins. Vid. Bentl. ad Horat. I. Epist. I. 21.

88. *Musa.*] *Digna* codex Gallicanus unus.

89. *Recitem.*] *Referam* Micylli & Gryph. quod ineptum judicat Berlmannus. mox, *auribus excipiat* unus Gallicanus, & ita conjecerat Francius.

91. *Ipse mihi* (*quid enim*, *&c.*] Quod lego ac compono, meo judicio examinandum permitto. Careo enim amicis, quorum cum Romae essem, in meis carminibus corrigendis judicio uti solitus sum. Eos autem Poëtas, qui aliorum judicium in suis emendandis carminibus requirerent, laudat Cicero lib. I. Offic. cujus haec sunt verba. *Ut Pictores, & ii, qui signa fabricantur, & veri Poëtae, suum quisque opus a vulgo considerari vult, ut si quid reprehensum sit a pluribus, id corrigatur: itaque faciem & cum aliis, quid in eo peccatum sit exquirunt: sic aliorum judicio permulta nobis & facienda & non facienda, & mutanda, & corrigenda sunt.* Ciofan.

92. *Tu-*

Saepe etiam lacrimae me sunt scribente profusae,
Humidaque est fletu litera facta meo.
Corque vetusta meum, tamquam nova, vulnera sentit;
Inque sinum moestae labitur imber aquae.
Cum vice mutatâ quid sim fuerimque recordor,
Et tulerit quo me casus, & unde, subit;
Saepe manus demens, studiis irata malignis,
Misit in arsuros carmina nostra focos.
Atque ita de multis, quoniam non multa supersunt,
Cum venià facito, quisquis es, ista legas.
Tu quoque non melius, quam sunt mea tempora, carmen
Interdicta mihi consule Roma boni.

92. *Tutaque judicio.*] In uno Heinsii erat,

Totaque judicio litera facta meo.

vel *suo*, sed haec ex Sf. 96. repetita.

93. *Cui nunc haec cura laborat?*] *Mea cura* quinque. Puto, *ea cura*, vel, quod malim,

—— *Cui nunc mea Musa, laboras?*
Anne ea Sauromatae scripta Getaeque legent?

Heins. *Mea musa laborat* erat in Gottorph. & Moreti. mox, *legant* Leidens. Francius malebat, *an tua*.

95. *Me sunt scribente.*] *Sunt me prohibente* Bern.

97. *Vulnera sentit.*] Reclius in quibusdam, *ferit*. Naugen. *Novit* plurimi. *noscit* Putean.

99. *Qui sim fuerimque recordor.*] Alii, *quis*. sed Hafnienfis & Vossianus, *quid sim*. ut Met. II. *Quid fuerim quid simque vide*. Supra Trist. lib. III. ex antiquis codicibus. *Non sum ego quod fueram*. atque ita passim. Vide Notas ad Epist. Medeae Sf. 13. Heins. *Dum vice* multi scripti & editi.

101. *Studiis irata sibique.*] *Irata malignis* rectius Hamburg. & quinque alii scripti. Sequenti versu, *rogos*, pro *focos*, multi veteres. nil muto. Heins. Francius volebat etiam pro *carmina*, *crimina nostra*, quae voces passim in his libris mutantur.

103. *Atque ea de multis.*] *Atque ita* Barberin. Putean. & Busid. recte. *ea* enim ferri non potest, cum *ista* sequatur. supra lib. III. *Atque ita divellit*. Epist. Leandri, *Atque ita contatus*. Neque aliter passim Noster. Heins. In Francof. erat, *quareita. atque eadem multis* Regius & Serv.

105. *Mea tempora.*] Vide Elegiam I. libri item I. carmen. Ciofan.

106. *Interdicta mihi consule Roma boni.*] Lib. III. de Ponto Eleg. III.

Tu tamen haec, quaeso, consule missa boni.

Seneca de Beneficiis lib. I. *Hoc munus rogo, quod quacunque est, boni consulas.* Ciofan.

ELEGIA II.

JAm fera Caesaribus Germania, totus ut orbis,
Victa potes flexo procubuisse genu:

Al-

1. *Jam fera Caesaribus Germania.*] De Tiberii expeditione intelligendum, non Drusi. Nam hic aliquot annis ante in Germanis perierat, quam Poëta relegatus fuit. Tiberius autem proximo post cladem Varianam anno, ut Suetonius autor est, contra Germanos profectus est: ubi biennium commoratus, ac praeliis aliquot factis, Romam rediit, ad agendum triumphum, quem eodem anno, quo Varus occisus est, de Dalmatis & toto Illyrio meruerat: sed tum ob cladem à Germanis acceptam moesta urbe distulerat: qui triumphus quarto à clade Variana anno actus est, ut ex eodem Sueton. apparet, cum totidem jam annos Poëta in exilio fuisset. Nam lib. de Ponto I. Eleg. I. *Ut carco vobis*, inquit, *Scythicas detrusus in oras*, *Quatuor autumnos Phoebus erta facit.* Et mox lib. II. Eleg. I. triumphum eum, de quo modo diximus, describit. Ceterum ut hoc addamus hoc loco, sciendum, de tribus triumphis meminisse Poëtam in his, & quos de Ponto inscripsit libris. Ex quibus primus hic, de quo hac Elegia, & item superiore illa, lib. proximo mentionem facit;

actus;

Altaque velentur fortaſſe Palatia ſertis;
Turaque in igne ſonent, inficiantque diem;
Candidaque adductâ collum percuſſa ſecuri
Victima purpureo ſanguine tinguat humum:
Donaque amicorum templis promiſſa Deorum
Reddere victores Caeſar uterque parent:
Et qui Caeſareo juvenes ſub nomine creſcunt,
Perpetuo terras ut domus iſta regat:
Cumque bonis nuribus pro ſoſpite Livia nato
Munera det meritis, ſaepe datura, Deis:
Et pariter matres, & quae ſine crimine caſtos
Perpetuâ ſervant virginitate foces.

Plebs

actus, aut etiam patus non fuit, ſed opinione ac ipſe tantum conceptus, quod cum longe à Roma abeſſet, eoque quae illic fierent certo ſcire non poſſet: & tamen à Caeſare, Tiberio puta, ut ſupra meminimus, expeditionem in Germaniam eſſe factam audiſſet, ſperabat Germanos pro reliqua Auguſti fortuna ac felicitate, vinci atque domari poſſe, eoque omnem etiam operam impenſuros eſſe Caeſares, ad cladem & ignominiam ſuperiorem abolendam. Quod tamen illo tum tempore à Tiberio factum non fuit, ſed poſtea à Germanico, quarto demum anno poſt exceſſum Auguſti, ut Strabo & Tacitus meminere. Secundus triumphus is eſt, quem Tiberius de Illyriis egit: cujus mentio fit in lib. de Ponto 2. Eleg. 1. & 11. & tertio Eleg. IV. idque vel ex eo certum, quod lib. 2. Eleg. II. ait, *Adde triumphatas modo Pannas, adde quieti Subdita montanae brachia Dalmatiae.* Tertius autem eſt, qui cum à Tiberio, vivo Auguſto, ut Poëta ſperavit, de Germanis agi debuiſſet, aut etiam, ut ipſe ait, potuiſſet, extracto bello, & Tiberio Romana reverſo, à Germanico, qui in Tiberii locum, ab Auguſto adhuc vivo, ſed morti tamen proximo, legionibus octo apud Rhenum, ut Tacitus autor eſt, impoſitus fuerat, tandem quarto Tiberii anno actus eſt: quo tempore Poëta jam mortuus fuiſſe videtur, quippe cum hujus triumphi non aliter quam victionaris modo meminerit, praedirendo ſcilicet Germanico, eodem modo ipſum de Germanis triumphaturum, ut Tiberium de Dalmatis & Illyriis triumphaſſet. Quamquam idem triumphus Germanico, biennio fere ante quam actus eſt, decretus à ſenatu fuerit, videlicet Coſſ. Druſo & C. Norbano: cum ille, Coſſ. L. Pomponio, quem Poëta Graecini fratrem inde dicere videtur, & C. Caelio, ſive ut alii, Cocceio, tandem triumpharit. Inter quos Coſſ. & ſuperiores, Silvina Statilius & L. Libo intercedunt, autore Tacito. Haec verbosius aliquanto hic adſcribi, ut uno loco totam rem abſolverem, neque eadem toties repetenda foret. Ut igitur ad verſus, & ad ipſa verba redeamus, *Jam fera Caeſaribus Germania*, inquit, *poteſt*, ut reliquus totus orbis, *victa ſuccubuiſſe, flexo genu*: hoc eſt, domita eſſe, *κατὰ προσκυνησιν*. Caeſares autem, Auguſtum & Tiberium intellige. Quanquam & Germanicus iisdem fere temporibus in familiam Caeſarum aſcitus fuit, per adoptionem Tiberii, juſſu Auguſti. Micyll.

1. *Fera Germania.*] Sic lib. II. de Ponto Elegia IIX.

Sic fera quam primum pavido Germania vultu
Ante triumphantes ſerva feratur eques.

Et Manilius libro primo:

Extremas modo per gentes ut foedere rupto
Cum fera duellorem rapuit Germania Varum.

& Horat. in Epod. ode XVI.

Nec fera caerulea domuit Germania pube.

Ciofan.

2. *Victa poteſt.*] *Potes* Hamburg. & tres alii. Heins. Praeferrem etiam cum quinque codicibus, *procubuiſſe*. ut reſpiciat ad habitum, quo victi reges & gentes in nummis flexo genu procumbunt. ſic in nummis Domitiani Germania; & Sarmatia procumbit, porrigens illa ſcutum, haec ſigna. vid. Tab. Arſch. XXXI. 12. & 14. & Parthus ſigna reddens flexo genu ibid. Tab. XIII. n. 11. *procumbere* vero verbum ſupplicum. ut II. ex Pont. 2.

Nec licet ante ipſos procubuiſſe Deos.

vid. Epiſt. IX. 82. XII. 186. 1. Met. 187. & alibi. ita in alia re eandem in his verbis varietatem notavimus lib. III. Triſt. IV. 2. *ſuppoſuiſſe* Vatic. Burm.

3. *Altaque velantur.*] *Velentur*, & mox, *fouint* & *inficiantque* meliores ſcripti. Heins. *Vallantur* Polit. & Voſſii.

5. *Candidaque adducta collum percuſſa ſecuri Victima purpureo ſanguine tinget humum.*] Haec eſt vera & germana lectio, quam & veteres libri, & excuſi quidam habent. lib. 1. Faſt.

Victima, quae dextra cecidit victrice, vocatur:
Hoſtibus à domitis hoſtia nomen habet.

Ciofan. *Tinget* cum prim. Vatic. multi alii, *pulſet*. quod Gronovio placebat Obſ. lib. 1. cap. 13. mox *parent* pro *parant* cum Hamburg. & uno Italico. Heins. *Tinguat* ſine dubio melius convenit *τῷ ſanguine*, quam *pulſet*. ita Faſt. VI. 82.

Cacus Aventinam ſanguine tinxit humum.

In Ibide 368.

Ipſe ſuo melius ſanguine tinxit humum.

& alibi millies. Burm.

9. *Et qui Caeſareo juvenes ſub nomine gaudent.*] Ego Cajum & Lucium Agrippae filios ex Julia, quorum alter jam ante Maſſiliae, cum ad Hiſpanicos exercitus iret: alter, cum ex Armenia remearet, diem obierat, haudquaquam intelligendos cenſeo: ſed Germanicum Druſi filium, & Druſum Tiberii, ex Agrippina, ſeu Vipſania, ut à Tacito lib. III. vocatur, natum, qui & ipſi jam Caeſares dicebantur: alter germanus Tiberii filius, alter adoptivus, ut ſupra quoque dictum. Et huc videtur etiam facere, quod de nuribus mox meminit, quas ego non Tiberii aut Druſi uxores accipio, cum Tiberii quae erat, Julia videlicet, Auguſti filia, jam relegata eſſet: ſed Germanici & Druſi junioris, quorum alteri Agrippina Juliae & Agrippae filia: alteri Germanici ſoror Livia, nupta erat, ut ex Taciti libro primo & ſecundo manifeſtum eſt. Dicuntur autem nurus non tantum à parentibus, ſed & ab avis. Micyll. Unde illud *gaudent* venerit in notas Micylli neſcio, ipſe, ut omnes aliae editiones, in ſua expreſſit, *creſcunt*.

12. *Meritis dett.*] Sic paulo infra in hac ipſa Elegia:

Et dabitur merito laurea vota Jovi.

Et ſupra lib. 1. Eleg. X.

Haec ſi contigerint, meritus cadet agna Minervae.

Ciofan. *Det* meliores. recte. & mox, *laetetur* pro *laetentur* iidem. duo tamen, *laetantur*. Scribe, *laetemur*. Heins. Vid. ad 1 Met. 310.

13. *Et pariter matres.*] Malo, *Dent pariter*. quae repetitio ſenſum erigit. Heins.

14. *Servant.*] *Subeunt* Bernenſ.

Plebs pia, cumque piâ laetentur Plebe Senatus;
Parvaque cujus eram pars ego nuper, Eques.
Nos procul expulſos communia gaudia fallunt:
Famaque tam longe non niſi parva venit.
Ergo omnis poterit populus ſpectare triumphos;
Cumque ducum titulis oppida capta leget:
Vinctaque captivâ Reges cervice gerentes
Ante coronatos ire videbit equos:
Et cernet vultus aliis pro tempore verſos,
Terribiles aliis, immemoresque ſui.

Quo-

15. *Plebs pia, cumque pia.*] Notanda eſt tranſpoſitio ſimilis illi Catullianae in Epithalam.

Bona cum bona
Nubit alite virgo.

atque familiaris eſt illa ſpecies *τῆς παλιλογίας* etiam Plauto. Bersm.

18. *Non niſi parva venit.*] Scribe, *tarda venit*. nam *parva* paulo ante praeceſſerat. Poſſit & *ſera* legi, vel, *rara*. ſed prima conjectura magis arridet. Heins. Ita apud Virgil. XI. 430. *nec tarda ſequetur Gloria*. ubi alii etiam, *parva*. ſed contra codices nihil muto. nam minuitur fama longinquitate locorum. ita lib. III. XII. 44.

Et fieri famae parque gradique poteſt.

& ſic *malignam* vocat Epiſt. XVI. 144. & contra *ingentem famam* dixit Val. Flac. VI. 9. Francius *parta* volebat Burm.

20. *Cumque ducum titulis oppida capta leget.*] Lib. II. de Ponto Elegia 1. de hoc ipſo triumpho:

Protinus argento veros imitantia muros
Barbara cum victis oppida lata viris.

Propertius lib. & Elegia III.

—— *& titulis oppida capta legam.*

Ciofan. *Oppida ſcripta* Mſs. Zinzerling. in Diatribe priore pag. 190. *maenia capta* Excerpt. Voſſii.

21. *Vinctaque captiva reges cervice gerentes.*] Quos è Germanis reges à Druſo captos, atque in triumphum *duellos* dicit? nullos plane. Itaque Ovidium de aliis triumphis, in quibus reges, cum ipſe Romae eſſet, ducti erant, quorum hunc ſimilem nunc deſcribit, loqui exiſtimo. Sic enim Druſi virtutem magis extollit. Germania autem, ut ex Floro conſtat, magis turpiter amiſſa, quam gloriose acquiſita eſt. Quod bellum anno ab urbe condita DCCXLIV. geſtum eſſe alii notant, male ut puto, verum ipſi viderint. Atque eam, quam expoſui, veram eſſe hujus carminis ſententiam docet hic Noſter libro ſecundo de Ponto Elegia ſuperius citata, ubi ita eſt:

Tetque tuliſſe duces captivos addita collis
Vincula, paene hoſtes quos fecit eſſe ſuit.

Vel poſuit *reges* pro ducibus, ut apud Manilium

Quorum pars caussas, & res, & nomina quaeret:
Pars referet, quamvis noverit ipsa parum:
Is, qui Sidonio fulget sublimis in ostro,
Dux fuerat belli: Proximus ille duci.
Hic, qui nunc in humo lumen miserabile figit,
Non isto vultu, cum tulit arma, fuit.

Ille

lib. secundo: *Et quinquaginta regum &c.* Superest, ut hoc loco paucis comprehendam triumphandi morem, quo utebantur Romani. Ornabantur victores corona laurea, in aurato curru, quem quatuor equi albi uno ordine traherent; sedebat imperator: quem quidem currum praecedebat Senatus; subsequebatur populus, & milites: ante victoris autem currum post Senatum ibant victi, ferream catenam collo gerentes; in aedem Jovis, quae erat in Capitolio, ad cujus radicem servis relictis, ascendebant. Is autem, qui triumpharet de tauris in Capitolio sacrificabat, sicut de ovibus is, qui ovaret. CIOFAN.

21. *Cervice gerentes.*] *Ferentes* multi, ut II. ex Pont. I. 43. sed *gerentes* liber Combii.

23. *Aliis pro tempore versos.*] Hoc est mutatos, & dejectos. Malim tamen, *maestos*. HEINS. *Versos* retineo, id est alios. atque in prospera fortuna erant. sic Senec. de Ira I. cap. I. inter indicia irascentium ponit, *colorem versum*. Noster IV. Met. 131. *versam formam*. & ita *vertere* pro mutare dixit Horat. I. Od. 35. *Superbos vertere funeribus triumphos*. ita *dissimilis sui* XI. Met. 273. id est verso vultu in moestitiam. ubi vid. & ad III. Trist. V. II. BURM.

24. *Terribiles.*] Nobis copulae, (*Terribilesque*) repetitio placuit, quae erat in nostro codice, & Tibullo ussitata est. BERSM. *Terribilesque*, unus Heinsii.

25. *Et res & nomina quaeret.*] *Et regum nomina* Hamburgensis. Forte, *& regna & nomina*, vel, *& gesta & nomina*. pro *caussas* etiam *ausus*, vel quid tale videtur reponendum. HEINS. Ego nihil mutarem, nisi pro *caussas* legerem libenter, *casus*, quae voces frequentissime confusae apud Nostrum. vid. IV. Fast. 217. & alibi. *casus*, bellorum vicissitudines, *res*, praelia & res bello gestas, *nomina* captivorum. illud *regum nomina* librarius, ut saepe jam animadverti, transtulit ex lib. I. Art. Am. 219. in Lovan. erat, *pars curas*. si *caussas* retinendum est, bellorum caussas intellige & *res* proelia; & quae alia gesta sunt hoc bello. BURM.

26. *Noverit illa.*] *Ipsa* rectius unus Mediceus, & is pro *His* Medonianus versu proximo. HEINS. *Hic homo Sidonio* Bernens.

28. *Fuerat.*] *Fuerit* Servii.

29. *Lumen miserabile figit.*] *Figis* multi. HEINS. *In humum* duo. *non tristi vultu* Micyll. Gryph. & alii. *non illo* Bernens.

32. *Fuit.*] *Didit* Gryph. male. vid. Epist. XVIII. 168.

33. *Illusit fraude.*] Decepit. legitur etiam, *conclusit*, MERUL. Primae editiones & scripti quidam, *illusit*. HEINS. *Inclusit* Francof. & optimi plures.

34. *Squallida prolixis qui tegit ora comis.*] Veterum plurimi, *demissis*, vel *dimissis*. prim. Vatic. & sex alii, *promissis*. quod verum est. sic de Gallis Livius lib. VIII. Bello Maced. *Procera corpora, promissae & rutilatae comae, vasta scuta, praelongi gladii*. Vide Festum in *promissum capillum*. pari modo & *immittere capillum*, & *demittere*, & *submittere* dicebant. de quibus actum copiose Metamorph. VI. ℣. 168. Fast. I. 259.

Ille manu mulcens promissam ad pectora barbam.

ita enim scripti nonnulli, quamquam vulgatum *propexam barbam* minime loco movendum est. Virgil. Ecl. VIII.

Hirsutumque supercilium, promissaque barba.

quae scriptura in optimis membranis exstat. in vulgatis nonnullis, *prolixaque*. tertio Æneidos habes,

—— *dira illuvies immissaque barba.*

Tacitus Annalium secundo: *Ignotis locis sese abdit, donec crinem barbamque promitteret*. HEINS. *Diffusis* Unus. *permixtis* alius. *promissis* Servii. *aspera* Bernens. & alius.

35. *Illo qui sequitur, dicunt mactata ministro, Saepe recusanti corpora capta deo, &c.*] Videtur hoc loco Poëta ad ea alludere, quae apud Tacitum referuntur lib. primo cap. 61. de ingressu Germanici in saltum Teutoburgensem, & de facie locorum, circa quae Varus cum legionibus suis occisus fuerat. Quae quia non parum ad hunc locum recte intelligendum conducunt, ipsa verba illius huc apponam. *Igitur cupido*, inquit, *Caesarem invadit solvendi suprema militibus ducique; permoto ad miserationem omni qui aderat exercitu, ob propinquos, amicos, denique ob casus bellorum, & sortem hominum: praemisso Caecinna, ut occulta saltuum scrutaretur, pontesque & aggeres humido paludum & fallacibus campis imponeret. Incedunt moestos locos, visuque ac memoria deformes. Prima Vari castra lato ambitu, & dimensis principiis trium legionum*

Ille ferox, oculis & adhuc hostilibus ardens,
Hortator pugnae consiliumque fuit.
Perfidus hic nostros inclusit fraude locorum,
Squalida promissis qui tegit ora comis.
Illo, qui sequitur, dicunt mactata ministro
Saepe recusanti corpora capta Deo.

Hic

manus ostentabant. Dein semiruto vallo, humili fossa accisae jam reliquiae consedisse intelligebantur. Medio campi albentia ossa, ut fugerant, ut restiterant, disjecta vel aggerata. Adjacebant fragmina telorum, equorumque artus. simul truncis arborum antefixa ora. lucis propinquis barbarae arae, apud quas tribunos ac primorum ordinum centuriones mactaverant. Et cladis ejus superstites pugnam aut vincula elapsi referebant, hic cecidisse legatos, illic raptas aquilas. primum ubi vulnus Varo adactum, ubi infelici dextera & suo ictu mortem invenerit. quo tribunali concionatus Arminius, quot patibula captivis, quae scrobes, utque signis & aquilis per superbiam illuserit. Igitur Romanus qui aderat exercitus, sextum post cladis annum, trium legionum ossa, nullo noscente, alienas reliquias an suorum humo tegeret, omnes ut conjunctos, ut consanguineos, aucta in hostem ira, moesti simul & infensi condebant. De diis autem Germanorum, & quibus iidem sacrificare soliti fuerint, idem Tacitus in libello de Moribus Germanorum in hunc modum scribit: *Deorum maxime Mercurium colunt, cui certis diebus humanis quoque hostiis litare fas habent. Herculem & Martem concessis animalibus placant. Pars Suevorum & Isidi sacrificat. Unde causa & origo peregrino sacro, parum comperi: nisi quod signum ipsum in modum liburnae figuratum, docet advectam religionem. Ceterum nec cohibere parietibus deos, neque in ullam humani oris speciem assimilare, ex magnitudine coelestium arbitrantur. Lucos ac nemora consecrant, deorumque nominibus appellant secretum illud, quod sola reverentia vident.* Haec Tacitus. quae eo huc addenda putavi, quod magis proprie ad hunc locum pertinere viderentur, quam quae à Merula de Teutate & ceteris, non Germanorum, sed Gallorum numinibus citantur. Porro quia & de captivis hoc loco mentionem facit Poëta, non abs re fuerit Strabonis locum ex libro septimo adjicere: ubi nobiliores illorum recensentur, qui in triumpho Germanico, eo scilicet, quem Germanicus postea egit, Ovidius autem hic à Tiberio agendum describit, ducti fuerunt. Verba Strabonis ita habent: *Ἤρξαντο δὲ πολέμου Σούγαμβροι, πλησίον οἰκοῦντες τοῦ Ῥήνου, Μέλωνα ἔχοντες ἡγεμόνα· κἀκεῖθεν ἤδη διέτειναν ἄλλοτ' ἄλλοι, δυναστεύοντες καὶ καταλυόμενοι, πάλιν δ' ἀφιστάμενοι, προδιδόντες καὶ τὰ ὅμηρα, καὶ τὰς πίστεις· πρὸς οὓς ἡ μὲν ἀπιστία μέγα ὄφελος· οἱ δὲ πιστευθέντες τὰ μέγιστα κατέβλαψαν, καθάπερ οἱ Χηροῦσκοι καὶ οἱ τούτων ὑπήκοοι, παρ' οἷς τὰ τρία τάγματα Ῥωμαίων, μετὰ τοῦ στρατηγοῦ Οὐάρου Κυϊντιλλίου παρασπονδηθέντα ἀπώλετο ἐν ἐνέδρᾳ· ἔτισαν δὲ δίκας ἅπαντες, καὶ παρέσχον τῷ νεωτέρῳ Γερμανικῷ λαμπρότατον θρίαμβον· ἐν ᾧ ἐθριαμβεύθη τῶν ἐπιφανεστάτων ἀνδρῶν σώματα, καὶ γυναικῶν, Σεγιμοῦντός τε ὁ Σεγέστου υἱὸς Χηρούσκων ἡγεμὼν, καὶ ἀδελφὴ αὐτοῦ, γυνὴ δ' Ἀρμενίου τοῦ πολεμαρχήσαντος ἐν τοῖς Χηρούσκοις, ἐν τῇ πρὸς Οὔαρον Κυϊντίλλιον παρασπονδήσει, καὶ νῦν ἔτι συνέχοντος τὸν πόλεμον, ὄνομα Θουσνέλδα, καὶ υἱὸς τριετὴς Θουμελικός. ἔτι δὲ Σεσίθακος Αἰγιμήρου υἱὸς, τῶν Χηρούσκων ἡγεμόνος, καὶ γυνὴ τούτου Ῥαμὶς, Οὐκρομίρου θυγάτηρ ἡγεμόνος Χάττων· καὶ Θευδόριξ Βαιτόριγος, τοῦ Μέλωνος ἀδελφοῦ υἱὸς, Σούγαμβρος· Αἰγέστης δὲ ὁ πενθερὸς τοῦ Ἀρμενίου, καὶ ἐξ ἀρχῆς διαστὰς πρὸς τὴν γνώμην αὐτοῦ· καὶ λαβὼν καιρὸν ηὐτομόλησε, καὶ τῷ θριάμβῳ παρῆν τῶν φιλτάτων ἐν τιμῇ ἀγόμενος· ἐπομπεύθη δὲ καὶ Λίβης τῶν Χάττων ἱερεὺς, καὶ ἄλλα δὲ σώματα ἐπομπεύθη ἐκ τῶν πεπορθημένων ἐθνῶν*, &c. Ex his igitur verbis apparet, quemnam sacerdotem, & quos alios captivos potissimum intellexerit Poëta, nempe hos modo recensitos, quorum nomina statim post cladem Varianam Romam delata fuisse credibile est, tametsi ipsi nequaquam adhuc dum capti essent: atque inde Ovidium scriptionis hujus argumentum sumpsisse. Fuerunt autem (ut hoc quoque *πάρεργον* addamus) plerique illi à Strabone numerati, proditione Segestis, ad quem una cum uxore Arminii, illius filia, tunc etiam gravida, confluxerant, capti, id quod ex Tacito apparet, qui Segestem dicit Romanos ultro accersisse, tanquam à diversa factione obsessum. Deinde & filium Segmundum, legationis specie ad Germanicum in castra misisse. à quo primum benigne exceptus, mox in Gallicam ripam traductus fuerit, ubi una cum patruele Saegimeri filio asservatus, ac postea in triumpho (ut Strabo hic indicat) ductus fuit. Quod eo addendum existimavi, ne quis putet tot praeclaros ac nobiles viros, virtute magis quam perfidia ac fraude suorum captos, & in servitutem abductos. Quod idem & de Arminio Tacitus tradit, dolo propinquorum (ut ipse ait) caeso, cum Germaniam à servitute & dominatione Romanorum duodecimum jam annum liberasset. MICYLL.

36. *Recusanti.*] *Renisenti* Vatic. pro *renitenti*.

Hic lacus, hi montes, haec tot caſtella, tot amnes,
Plena ferae caedis, plena cruoris erant.
Druſus in his quondam meruit cognomina terris,
Quae bona progenies digna parente fuit.
Cornibus hic fractis viridi male tectus ab ulvâ,
Decolor ipſe ſuo ſanguine, Rhenus erit.
Crinibus en etiam ſertur Germania paſſis,
Et Ducis invicti ſub pede moeſta ſedet.
Collaque Romanae praebens animoſa ſecuri
Vincula fert illâ, quâ tulit arma manu.
Hos ſuper in curru, Caeſar, victore veheris
Purpureus populi rite per ora tui:

Quâ-

37. *Hic lacus.*] *Hic lacus* Lovan. & ſeptem alii. *Hic lacus, hi montes, & tot* Bernenſ.

40. *Quae bona progenies digna parente fuit.*] Tres, Qui. quatuor, Quo, verſus corruptus. Tē *bona*, ut lupra, *Cumque duris natibus*. Scribe, *Quae tulit*. ut ad nomen Germanici reſpiciat, qui Druſi filius. Idque jam occupaſſe & praemonuiſſe video Tanaquillum Fabrum in Epiſtolis nuper editis lib. 1. Epiſt. cui loci hujus reſtituti gloriam cedo. poteſt & *Quae bene tulit*, hoc eſt, jure tulit. qui loquendi modum Naſoni perquam familiaris. Heins. Non damno hanc correctionem, ſed tamen illud *bona* vel *bene*, hic non placet, nec ad *tē progenies* referam, ſed ad *cognomina*: quare legerem,

Quae bona progenies digna parente tulit,

quia nomen *Germanici* primus Druſus meruit, digna progenies Livia matre ſua. nam ante Druſum nemo de Germanis vel triumpharat, vel nomen retulerat, quo poſſim reſpicit auctor Elegiae in Druſum. vid. vſ. 338, 391, 457. *Bene* vero & bonas cantes a librariis permutata. vid. Remed. Amor. 567. Burm.

41. *Cornibus hic fractis.*] *Infractis* duo veteres. Claudianus de Rufino:

Cornibus infractis adeo miſerere regis.

Noſter Metam. IX.

——— *cryſtam ſera draconis eorum*
Dum rapit, infregit.

vide annotata Met. III. vſ. 84. *Infractis adverſo Marte Latini* apud Virgil. & *trā* pro *tras* prim. Polit. ut *Ilo* alii. Heins.

42. *Viridi male tectus ab ulva.*] Non coronatum aliter intelligit poeta, ſed delitescentem, quaſi pede fontano, eo quod jam victus, & ab hoſte captus eſſet. Hac autem ſpecie, ſive imagine pingebantur, cum alias earum in triumpho cete.rum captivarum modo geſtabantur, quo pacto & de Germanis fingere neglexerunt. Sigonius. *Tutus ab ulva* unus, *tectus in herba* Berſm. *ab aula* prim. Editio.

42. *Decolor.*] *Diſcolor* Gottorph. & unus Medic. vid. ad Epiſt. IX. 4.

43. *Paſſis.*] *Sparſis* plurimi.

44. *Moeſta ſedet.*] *Jacet* Lovanienſis & quinque alii. male: nam & in nummis gentes victae, & captae ſedentium habitu conſpiciuntur, ut in nummis Domitiani, ubi Germania & Sarmatia victa videntur. & Judaea, in nummis Titi. Burm.

47. *Veheris.*] *Traheris* Putean. & tres alii.

50. *Undique jactato flore tegente vias.*] Moſcrat, ut in ea via, per quam triumphantes irent, flores jacerentur. lib. II. de Ponto Elegia I.

Quaque iuris felix adjectum plauſibus omen,
Saxaque roratis erubuiſſe roſis.

Et lib. I. Amor. Eleg. II. de ſe à Cupidine jam victo:

Laeta triumphanti de ſummo mater olympo
Plauſit, & oppoſitas ſparſit in ora roſas.

Ciofan.

50. *Tempora Phoebaea lauro cingetur, loque Miles io magna voce triumphe canet.*] Imperatores, ducesve, qui de victis hoſtibus triumpharent, caput lauro ornabant: militesque, qui currum ſubſequebantur, *Io triumphe* canebant: Tibul. lib. II. El. VI.

Ipſe gerent laurus, lauro devinctus agreſti
Miles io magna voce triumphe canet.

Horatius in Epodo Oda IX.

Io triumphe, tu moraris aureis
Curru, & intactas boves.
Io triumphe, nec Jugurthino parem
Bello repertaſti diem.

Martialis lib. VII.

Gaeſi Io magnos clamat tibi Roma triumphos.

Ad

Quàque ibis manibus circumplaudêre tuorum;
Undique jactato flore tegente vias.
Tempora Phoebeâ lauro cingetur; Ioque,
Miles, Iö, magnâ voce, Triumphe, canet.
Ipſe ſono plauſuque ſimul fremituque canentum
Quadrijugos cernes ſaepe reſiſtere equos.
Inde petes arcem, delubra faventia votis.
Et dabitur merito laurea vota Jovi.
Haec ego ſubmotus, quâ poſſum, mente videbo:
Erepti nobis jus habet illa loci.
Illa per immenſas ſpatiatur libera terras:
In coelum celeri pervenit illa fuga.

Illa

Ad hunc autem morem alluſit poëta noſter lib. I. Metamorph. his verbis de lauro:

Tu ducibus laetis aderis, cum laeta triumphum
Vox canet.

Quare laurus in triumpho adhiberetur, audiendus eſt Feſtus Pompejus. *Laureati*, inquit, *milites ſubſequebantur currum triumphantis, ut quaſi purgati à caede humana intrarent urbem. Itaque eandem laurum omnibus ſuffitionibus adhiberi ſolitum erat; vel quod medicamento ſicciſſima ſit.* Conſulendus eſt & Plinius lib. XV. cap. ultimo, ubi hanc, quam ille adfert, opinionem, quod in ſuffitionibus adhiberetur, improbat; eamque Maſſurio adſcribit. Ciofan. Lege, *cingetur*, & refer ad militem laureatum. Poterat alioquin *cingeris* dixiſſe. hanc conjecturam confirmat Arondelianus liber, quem, dum haec eduntur, ſeros nunc conſulo. Heins.

53. *Fremitumque canentis Quadrijuges cernes ſaepe reſiſtere equos.*] Lib. Vat. & quidam impreſſi, *fremitumque calentes Quadrijuges*. Maffei vero, *fremituque canentum Quadrijuges cernes*. Rectius, ut puto. Ciofan. Magis placet, quod in aliis extat, *Ipſe ſono, plauſuque ſimul, fremituque canentum, Quadrijugos cernes ſaepe reſiſtere equos*. Et ita Palatinus. D. Heins. *Canentum* prim. Polit. prim. Vatic. prim. Pal. & ſex alii. recte. duo, *cavantes*. Combianus non male, *paventes*. Heins.

54. *Reſiſtere equos.*] Propertii aemulatio. qui lib. III. III. 14.

Qua videam, ſpoliis onerato Caeſaris axe,
Ad vulgi plauſus ſaepe reſiſtere equos.

quae eliſio in fine verſus ipſam rem ob oculos praepingit, obſervante egregio Broukhuſio. *Quadrijuges* eſt in Gryph. Edit. & aliis & quinque libris & Bernenſi. Burm.

55. *Inde petes arcem & delubra.*] Tolle *tē* & cum ſeptem ſcriptis; familiaris Noſtro appoſitio. ſic infra Eleg. IV. ex antiquis libris,

Haec rego, magni penetralia mundi. Heins.

55. *Petes.*] *Petent* Servii, Bern. & tres. *petunt* tres alii.

56. *Laurea vota Jovi.*] *Vitta* uterque Polit. prim. Pal. multique alii. Vide Notas ad lib. II. Faſt. vſ. 30. prim. Vatic. *laurea junctа*. Junianus & Putean. *laurea ſerta*. Triſt. II.

Ponet & in nitida laurea ſerta comâ.

Pont. III. Eleg. IV.

Quid mirum, ſertis exhauſto floribus horto,
Si duce non facta eſt digna corona ſuo?

Ita vetus codex. Lucanus lib. X.

Accipiunt ſertas nardo florente coronas.

Propertius lib. II. Eleg. XXXIII.

Cum tua praependent demiſſas in pocula ſertas.

coronas ſubintellige. ita enim Canſius legit. & vetuſtus codex, quo Neapolii ſum uſus. non *tua ſerta*. in cataleſtis Pithoei vetus poëta de menſibus:

Ecce coloratos oſtentat Julius artus,
Crines cui rutilos floreа ſerta legit.

Cornelius Severus:

Huc ades Aonia trinem circumdata ſerta?

in veteri inſcriptione apud Gruterum in magno opere pag. MXXXIV.

Jam tibi lae Cybeles ſint & roſa grata Dionei,
Et flores grati Nymphis, & lilia ſerta.

Apulejus libro Meteſ. II. *Jacta roſa ſerta, & roſa ſolata intuberante*. libro I. *Floribus, ſertis, & ſolutis appreciantur*. Lib. X. *Horae calathis floris ſerti & ſolati Deam propitiantes*. Hic tamen *tē laurea vota* non temere in aliam lectionem mutandum. Heins. In Francofurtenſi erat, *Laurea tenera*, ſub quo aliud quid latere ſuſpicor. in aliis erat, *multa, mota, vitta, juncta, nota*, quod ultimum non malum videbatur Heinſio, ut adulterat Auguſto, qui ſaepe Jovi laurum dederat. Burm.

58. *Jus habet.*] Melius forte legeretur, *jus dabit*. vid. V. Faſt. 146. Burm.

60. *Celeri pervenit illa via.*] Mox ſequitur, *in-*

Illa meos oculos mediam deducit in Urbem;
Immunes tanti nec sinit esse boni.
Invenietque viam, quâ currus spectet eburnos.
Sic certe in patriâ per breve tempus ero.
Vera tamen populus capiet spectacula felix:
Laetaque erit praesens cum Duce turba suo.
At mihi fingenti tantum, longéque remoto,
Auribus hic fructus percipiendus erit.
Atque procul Latio diversum missus in orbem
Qui narret cupido, vix erit, ista mihi.
Is quoque jam serum referet veteremque triumphum.
Quo tamen audiero tempore, laetus ero.
Illa dies veniet, mea quâ lugubria ponam;
Causaque privatâ publica major erit.

venietque viam. quare ego hic cum Leidensi & multis editionibus antiquioribus legerem, *fuga.* quae voces & permutarunt Epist. XIV. 103. V. Met. 573. & passim. *fuga* autem pro celeri itinere passim ponitur. unde *fugax equus* & similia. vid. Gronov. ad Senec. Thyest. 629. Herc. Oet. 140. Serv. ad Virg. I. Georg. 286. superiori versu Lovanienses habet pro per *immensas terras*, *immensas curas.* forte scripserit, *immensas gentes* ut V. Fast. 221.

Prima per immensas sparsit nova semina gentes.

ubi etiam quidam codices *terras* habent. Et mox Eleg. IX. 19.

Nostra per immensos ibunt praeconia gentes. Burm.

61. *Illa meos oculos.*] *Illa meos mediam vultus deducit* Bernens.

63. *Invenietque animus quâ currus spectet eburnos.*] Inveniatque Hamburg. & tres alii cum Arondeliano. *Inveniatque* Richelian. *Inveniesque* alius. *Inveniesque aversa* Roitendorph. Tres, *Inveniesque viam.* ut apud Virgil. *Inveni, Germana, viasti.* sed quia vix via paulo ante praecessit, scribe, *Inventaque adiuta.* supra etiam, *deducet*, & *sinet.* Heins. *Invenietque animus currus quos spectat* Bernens. mox *in patriam* idem.

65. *Felix.*] *Praesens* & seq. Pl. *Felix* Moreti.

66. *Suo.*] Hinc recte esse apparet, in Fast. III. 372.

Submisere oculos cum duce turba suo.

Douza.

67. *Fingenti.*] *Surgenti* Leidens.

68. *Praecipiendus erit.*] *Percipiendus* in nonnullis. Rectius. Naugerius. *Perspiciendus* Leidens.

69. *Atque procul Latio,*] *Utque* quatuor scripti. Lege, *Aque.* Heins.

71. *Jam serum.*] *Tam* Excerpta Vossii.

73. *Illa dies veniet.*] Scribe, *veniat.* est enim optantis. sic Trist. III. Eleg. V.

Hunc utinam nitidi solis praenuncius ortum
Adferat admisso Lucifer albus equo.

&,

Hunc Aurora diem, spectacula tanta ferentem,
Quamprimum croceis roscida portet equis.

& Pont. lib. I. Eleg. IV.

Memnonis hanc utinam, lenite Principe, mater
Quamprimum roseo provocet ore diem.
Heins.

ELEGIA III.

MAgna minorque fera; quarum regis altera Grajas,
Altera Sidonias, utraque sicca, rates:

Omnia

1. *Regis.*] Regit Lovan. Jun. Leid. & plerique codices.

2. *Utraque sicca.*] Utraque arida, propter frigus septentrionis & aquilonem. quem etiam superus *siccum* appellavit eo versu: *Protinus aequato siccus aquilonibus Ister.* Merul. *Siccas* vocat, non propter frigus & siccitatem septentrionis, aut Aquilonis, sed quod nunquam occidant: coque neque Oceani unda sese tingant, aut abluant, ceterarum stellarum more, ut poëtae fingunt. Sic enim & II. Met. Juno ab Oceano & Tethye ejus uxore:

At vos si laesae tangit contemptus alumnae,
Gurgite caeruleo septem prohibete trionas:
Sideraque in coelum stupri mercede recepta,
Pellite, ne puro tingatur in aequore pallor.

Micyll.

5. *Arcem.*] Quidam, *aethereum axem*, alii, *orbem.* Medonii, *aetheream arcton.* deinde pro *exsilet* Lovan. *Exit.*

7. *Adspicite illa precor, quae non bene moenia quondam*
Dicitur Iliades transiluisse Remus.] Lib. II. Fast.

Romule concedes, facit hic tua magna tuendo
Moenia, tu dederas transilienda Remo.

Sub principium lib. III.

Moenia conduntur, quae quamvis parva fuerunt,
Non tamen expediit transiluisse Remo.

Et lib. IV.

Neve quis aut muros, aut factam vomere fossam
Transeat: audentem talia dede neci.
Quod Remus ignorans humiles contemnere muros
Coepit, & his populus dicere tutus erit?
Nec mora; Transilit, retro celer occupat ausum,
Ille premit duram sanguinolentus humum.

Sed ante haec ait Romulum ac Remum, dum uterque condendae novae urbis auctor esse vellet, certasse: sedataque postea controversia, de compacto vulturum augurio fictisse. Ille Palatinum, hic Aventinum montes occupat:

—— *ambigitur moenia ponat uter.*
Nil opus est dixit certamine Romulus ullo:
Magna fides avium est: experiamur aves.
Res placet: alter init nemorosi saxa Palati,
Alter Aventinum mane cacumen adit.
Sex Remus; his volucres bis sex videt ordine: pacto
Stetur: & arbitrium Romulus urbis habet.

Huc mirifice faciunt Ennii carmina de Romulo & Remo quae citantur à Cicerone lib. I. de Divinatione:

Certantes magna cum cura conspicientes
Regni, dant operam simul auspicio, augurioque.
Hinc Remus auspicio se devovet, atque secundam
Solus avem servat. at Romuli pulcher in alto
Quaerit Aventino, servans genus altivolantum.
Certabant, urbem Romanne, Remanne vocarent.
Omnis cura viris, uter esset endoperator.
Exspectant veluti consul cum mittere signum
Volt, omnes avidi spectant ad carceris oras,
Quo mox emittat pictis ex faucibus currus.
Sic expectabat populus, atque ore timebat
Rebus, utri magni victoria sit data regni.
Interea sol albus recessit in infera noctis.
Exin candida se radiis dedit icta foras lux:
Et simul ex alto longe pulcherrima praepes
Laeva volavit avis: simul aureus exoritur sol.
Cedunt ter quatuor de caelo corpora sancta
Avium, praepetibus sese pulcherrime locis dant.
Conspicit inde sibi data Romulus esse priora,
Auspicio regni stabilitaque jura, solumque.

Quibus in versibus tria loca emendavi ope veteris libri, qui penes me est; quae si quis scire velit, ea conferat cum libris excusis. Illud hic notandum duxi, Ennium ab Ovidio, Dionysio sub finem lib. I. & à Floro dissentire. Hi enim ajunt Romulum Palatinum, non autem Aventinum augurii captandi gratia ascendisse. Ciofan. *Adspice & illa* prim. edit.

8. *Transiluisse.*] *Transiliisse* scripti meliores. ita Nostter possim. Heins.

9. *Nitidos.*] Nitidam Bernens.

11. *Hei mihi cur nimium?*] *Cur nimium quae sunt manifesta requiro* primae editiones & quatuor scripti.

Omnia cum summo positae videatis in axe,
Et maris occiduas non subeatis aquas,
Aetheriamque suis cingens amplexibus arcem
Vester ab intactâ circulus exstet humo;
Adspicite illa, precor, quae non bene moenia quondam
Dicitur Iliades transiluisse Remus.
Inque meam nitidos dominam convertite vultus:
Sitque memor nostri necne, referte mihi.
Hei mihi! cur, nimium quae sunt manifesta, requiro?
Cur labat ambiguo spes mihi mixta metu?
Crede quod est, quod vis; ac define tuta vereri:
Deque fide certâ sit tibi certa fides.

Quod-

Quodque polo fixae nequeunt tibi dicere flammae,
Non mentiturâ tu tibi voce refer:
Esse cui memorem, de quâ tibi maxima cura est;
Quodque potest, secum nomen habere tuum.
Vultibus illa tuis, tamquam praesentis, inhaeret,
Teque remota procul, si modo vivit, amat.
Ecquid, ut incubuit justo mens aegra dolori,
Lenis ab admonito pectore somnus abit?
Tunc subeunt curae, dum te lectusque locusque
Tangit, & oblitam non finit esse mei.
Et veniunt aestus, & nox immensa videtur;
Fessaque jactati corporis ossa dolent.
Non equidem dubito, quin haec & cetera fiant;
Detque tuus casti signa doloris amor:
Nec cruciare minus, quam cum Thebana cruentum
Hectora Thessalico vidit ab axe rapi.

Quid

pti. bene. nisi mavis, *timide*. nam prim. Vatic. & prim. Pal. *timere*. duo alii, *timeo*. HEINS. *Timidus* Leidens. etiam non male.

12. *Cur labat ambiguo spes mea mixta metu?*] *Mihi mixta* quatuor. quod praeflat. ut Arondelianus, *spes bona mixta metu*. ut epistola Canaces, *spes bona dat vires*. malim etiam, *vicia metu*, quam *mixta*. certe in uno Italico, *nisi*. HEINS. *Moesta* unus, *mota* alius. *litera nostra metu* unus.

13. *Credo quod est, & vis.*] *Quod vis* quinque veteres. Arondelianus, *quamvis*. HEINS.

15. *Quodque polo fixa.*] *Positae* Vossian. ut Met. II. 173.

Quaque polo posita est glacialis proxima serpens.
HEINS. *Quaeque polo fixae* Bernens.

16. *Mentitura.*] *Matutina* Bernens.

17. *De qua.*] *De quo* Puteaneus. recte. maxima fallitur cura est, an tui memor sit.

19. *Tamquam praesentibus haeret.*] *Praesentis inhaeret* septem veteres. recte. vide quae noto Epist. V. fol. 25. HEINS. Sic Ep. II. 91. *Illa meis oculis spectata docentis inhaeret.*

20. *Teque remota procul, si modo vivit, amat.*] Eleg. VI. lib. V. *Vivat, amentque virum.* CIOF.

21. *Ecquid ubi incubuit.*] *Ut incubuit* multi veteres cum prisis editionibus. quomodo Noster saepissime. HEINS. *Ecquid ut incumbit* Junianus. *mastho dolori* duo. *nullo dolori* Bernens. Regius etiam, *vero dolori*. non male. sed nihil tamen muto. XV. Met. 768.

Solane fundae vero justis exercita curis?
solus negare etiam Nozeti & Lovan. BURM.

22. *Lenis ab admonito pectore somnus abit.*] Malim, quod in aliis legitur,

Lenis, ab admonitu, pectore somnus abit.

D. HEINS. *Abest* prim. Polit. prim. Vatic & duo alii. HEINS. *Ab attonito* duo. *ab ammonitu* Bern. Junian. & Leid.

23. *Lectusque locusque.*] Heinsius olim volebat, *torusque*, ut & Met. XI. 471. legebat,

—— *vacuum petit anxia lectum,*
Sequo toro positi, renovat lectusque torusque
Halcyonas lacrimas

sed *locus* est illa pars lecti, in qua cubare vir solebat. ut Epist. XV. 149.

Incubuit tetigique locum, qua parte fuisti.

vid. ad VI. Met. 323. *num subeant* Medic. *tunc veniunt cum te curae, lectusque locusque* Bernens.

24. *Et oblitam non finit esse mei?*] Lib. I. de Ponto Eleg. V. de Patria:

—— *& immemorem non sinit esse sui.*

CIOFAN.

25. *Et veniunt aestus.*] *Tunc veniunt* unus Italic. Combii liber, *conveniunt*; & Barberin. *quaestus*. nam de aestu animi jam egit. Scribe, *Num veniunt quaestus*. & superioni hexametro, *num subeant curae* ex optimo Medicco. multi veteres, *Tum*. prim. Polit. nec. HEINS.

26. *Jactati.*] *Pertusi* duo libri, ut I. Amor. II. 4. Lucret. II. 35.

Tenuibus si in pilluris, ostroque rubenti
Jactaris. —— ——

27. *Et cetera.*] *Majoraque* Regius.

28. *Mestis signa doloris amor.*] Eleganter pro diversa

Quid tamen ipse precer dubito: nec dicere possum,
Adfectum quem te mentis habere velim.
Tristis es? indignor, quod sum tibi causa doloris:
Non es? ut amisso conjuge digna fores.
Tu vero tua damna dole, mitissima conjux;
Tempus & à nostris exige triste malis:
Fleque meos casus. est quaedam flere voluptas.
Expletur lacrimis egeriturque dolor.
Atque utinam lugenda tibi non vita, sed esset
Mors mea; morte fores sola relicta meâ!
Spiritus hic per te patrias exisset in auras!
Sparsissent lacrimae pectora nostra piae!
Supremoque die notum spectantia coelum
Texissent digiti lumina nostra tui!
Et cinis in tumulo positus jacuisset avito!
Tactaque nascenti corpus haberet humus!

Deni-

versa lectione Barberin. *casti doloris*. Leidensis, *tacti*. HEINS. *Timoris* citat Heins. ad III. Art. 720.

29. *Peremtum.*] *Cruentum* plerique veteres. multi etiam *trahi*, pro *rapi*, versu proximo. HEINS. Eadem diversitas inf. V. IV. 11. *Hectore rapto*, vel *tracto* & alibi, de hac re ubi agitur, *Trahi* eleganter adstruit Sueton. in Neron. 22. *Quendam tractum Prasinum agitatorem inter condiscipulos querens, objurgante magistro, de Hectore se loqui mentitus est. ab hoste rapi* Bernens. pro *Thebana* etiam Lovan. & Servii, *Trojana*.

30. *Hectora Thessalico vidit ab axe rapi.*] De rapto Hectore & joci & animi causa bina distycha jampridem lusi. Exercebam enim me cum sodalibus meis in carminibus, quae vel in *x* definerent, vel ab eadem littera inciperent, edisscendis: hoc proposito praemio, ut is, qui ejus generis plura adduceret, quibus alii involverentur, victor esset, omniumque haberetur dignissimus. Quorum carminum non magna sane apud probatos auctores copia est. Sex tantum in Silio leguntur: unum in Ovidii epistolis, in Horatio, & Propertio item unum reperitur. Eorum igitur distichorum alterum est, de Xantho prope Trojam fluvio:

Hectore raptato ter circum moenia Trojae,
Xanthe tuas undas intumuisse ferunt.

Alterum vero de Xantho, Achillis equo:

Efferus Hectoreum dum corpus raptat Achillei,
Xanthe tuas ajunt immaduisse genas.

Haec eo libentius in hac Scholia retuli, ut tu quoque inter lusa cum aequalibus tuis te exercens, etiam & memoriam firmiorem tibi comparabis,

& illos te superasse vehementer etiam atque etiam oblectaberis. CIOFAN.

34. *Non es, ut amisso conjuge digna fores.*] *Flebas* priscae editiones & quidam scripti. unus, *fores*. Carmen mendosum. illa autem, *Tristis es*, & *Non es* per interrogationem lege. si quid video, & hoc & superius distichon hic demum inculcata sunt ab aliena manu. HEINS.

35. *Tua damna.*] *Mea* Lovan. & *maestissime conjux* Excerpt. Voss. & alius.

37. *Est quaedam flere voluptas.*] Sententia huic similis legitur in Electra Sophoclis. CIOF.

38. *Egeriturque.*] *Exigiturque* Moreti.

40. *Mea.*] *Mei* Baiocl.

41. *Spiritus hic per te.*] *Pro te* codex Petri Servii. Lege, *prope te*. ut Art. Am.

Vel prope te nato, lucide Cydne, croto.

infra Eleg. IV. lib. IV.

Atque meam terram prope sant funebria sacro.

HEINS. *Pro te* etiam Bernens. *vagus exisset in auras* Richel. *in oras* Servii & Excerpta Vossii. & hic forsan pro *certe*, *per te* librarius scripsit, & legendum,

Spiritus hic certe patrias exisset in auras.

vid. ad I. Ep. 3. *prope te* ad Ep. XVIII. 59. citavit Heinsius. BURM.

42. *Corpora nostra.*] *Pectora* Combii. & tres alii. HEINS. Et ita editi quidam. *nostra tuae* Bernens. Moreti & prim. Edit.

44. *Texissent.*] *Clausissent* Moreti & quatuor alii. Francius malebat, *pressissent*.

45. *Cinis.*] Comburebantur enim apud Roma-

Denique &, ut vixi, sine crimine mortuus essem!
Nunc mea supplicio vita pudenda suo est.
Me miserum, si tu, cum diceris exsulis uxor,
Avertis vultus, & subit ora rubor!
Me miserum, si turpe putas mihi nupta videri!
Me miserum, si te jam pudet esse meam!
Tempus ubi est illud, quo te jactare solebas
Conjuge, nec nomen dissimulare viri?
Tempus ubi est, quo te (nisi si fugis illa referre)
Et dici memini, juvit & esse meam?
Utque probae dignum est, omni tibi dote placebam.
Addebat veris multa faventis amor.

Nec

nis cadavera, eorum cinis in urna servabatur. CIOFAN. *Jacuisse amico* Bernens.

47. *Denique dum vixi sine crimine.*] Recte ita est in bonis libris & uno Vatic. CIOFAN. *Ut & vixi* primae editiones & scripti novem. quinque, *& ut.* quod placet, si recte locum distinguis. HEINS. Mollius esset, *denique uti vixi, sine* &c. nam & in Leidensi erat, *denique ut vixi.* Francius conjecerat, *denique seu vixi*, deinde, *nec mea fugg. v. p. foret* Micyll. Gryph. & al. Edit. & ita Bernens. Junian. Reg. & Lovan. & tres alii. *ne foret* sex alii. *nunc foret* Morell. *& foret* Exc. Voss.

50. *Rubor.*] *Pudor* novem scripti & Bersm. Ep. xx. 5. *Quid pudor ora subit.* sed parum refert.

53. *Tempus ubi est illud, quo te jactare solebas Conjuge.*] Scribe, *me jactare solebas Conjuge.* & sic pro diversa lectione Vossianus. Nonnulli alii,

Tempus ubi est, quo te de me jactare solebas.

HEINS. Si legamus, *me jactare* ablativo casu simul debet tò *me*, & intelligi *te jactare*, quod quam durum sit & parum Ovidianum manifestum est; & tunc latius foret cum Lovan. & sex aliis legere,

Tempus ubi est, quo te de me jactare solebas?

ego antiquam lectionem retineo, quia ita semper Naso & alii locuti. Epist. XII. 175.

Forsitan & fratres dum te jactare maritas
Quaeris.

Epist. XXI. 62.

Quod mihi te jactat.

Ec & Justin. XVIII. 7. & XXIV. 5. vide Broukh. ad Propert. II. XII. 15. corrigendos etiam mihi in hac locutione videtur Boëthius lib. I. Consol. Phil. prof. 4. *Scis te haec & vera proferre, & in nulla umquam mei laude fallaci.* ubi malim, *in nulla umquam tui laude fallisse.* nam *in aliqua te se fallere* Cicero & alii dixerunt. seq. versu, *nomen dissimulare meum* Micyll. & Gryph. BURM.

55. *Tempus ubi est, quo te (nisi non vis illa referri.)*] Primus Vaticanus,

Tempus ubi est illud, quo non fugis illa referre.

primus Politiani & primus Palatinus,

Tempus ubi est illud, quo, ni fugis illa referre.

optimus Mediceus,

Tempus ubi est, quo te nisi non fugis illa referre?

Alii aliter, sed longius à vestigiis verae scripturae, quam ecce,

Tempus ubi est, quo te (nisi si fugis illa referre)
Et dici memini, juvit & esse meam?

singula videamus. *vò nisi si* passim corruptum est apud Nostrum. Vide Notas Epist. IV. vs. 111. *referre* pro meminisse, recordari. monitum à me ad Epist. V. vs. 113. *fugis referre*, pro metuis. Ad Notas Epist. IX. vs. 75. HEINS. *Quo te nisi vita referri* unus, *tempus ubi quo te mihi non vis vera fateri* Parav. *nisi non vis vera fateri* Bernens. deinde volebat Francius, *ut dici memini, juvit ut esse, meam.*

57. *Utque proba dignum est.*] *Probae* plurimi ex castigationibus. optime. regit enim ea vox non secundum minus quam sextum casum. Adeatur exactissimus Vossius opere Grammatico lib. I. de Constructione cap. XI. vide & Nonium in ea voce. Virgil. *magnorum haud unquam indignus avorum.* idem lib. XI.

Hae peritura vocat, capiat, ut digna Camillae
Praemia.

sic veterrimus Mediceus, aliique multi ex praestantioribus codices, non *Camilla.* Silius lib. VIII.

Ducit avis pollens, nec dextra indignus avorum
Scaevola.

libro XII.

—— *dignos jam vestros reddite vestrae*
Quam trahitis famae.

Nec quem praeferres, (ita res tibi magna videbar)
Quemve tuum malles esse, vir alter erat.
Nunc quoque ne pudeat, quod sis mihi nupta: tuusque
Non dolor hinc debet, debet abesse pudor.
Cum cecidit Capaneus subito temerarius ictu;
Num legis Euadnen erubuisse viro?
Nec, quia Rex mundi compescuit ignibus ignes,
Ipse tuis, Phaëthon, inficiandus eras.
Nec Semele Cadmo facta est aliena parenti,
Quod precibus periit ambitiosa suis.
Nec tibi, quod saevis ego sum Jovis ignibus ictus,
Purpureus molli fiat in ore rubor:

Sed

ita ex vestigiis vetusti codicis scribendum. apud Columellam libro VIII. cap. 17. de mollis, *cum sit mollissimum genus, & servitutis indignissimum.* ita enim membranae optimae a me inspectae. quod tamen omnino approbare non ausim. in vulgatis Columellae exemplaribus, *servitutis indignissimum.* Noster lib. III. Art.

Curia consilii quae nunc dignissima tanti est.

ita priscae editiones & scripti nonnulli. Amor. I. Eleg. III.

Provenient causae carmina digna suae.

ita quippe multi codices vetusti, non *causa sua.* Pont. IV. Eleg. VIII.

At nihil hic dignum poteris reperire pudoris.

sic & ibi vetus codex. & plurimi. lib. V. Met.

—— *utinam modo dicere possim*
Carmina digna deae.

& lib. VI.

Accedit eodem
Digna deae facies.

Suetonius Othone, *praedicaret successionis indignum.* Statius Epithalamio Stellae: *Digna deae fides.* D. Hieronymus vita Fabiolae: *Quaerenibus nobis dignum tantae foeminae habitaculum.* Pari modo ἄξιος apud Graecos secundum casum regit. Bene vetus Interpres Matthaei cap. III. vs. 8. & Lucae III. vs. 8. καρπους ἀξιους τῆς μετανοιας *fructus dignos poenitentiae*, potius, quam *poenitentia* vertit. & Actor. XIII. vs. 46. Ὑμῖν ἦν ἀναγκαῖον πρῶτον λαληθῆναι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ· ἐπειδὴ δὲ ἀπωθεῖσθε αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀξίους κρίνετε ἑαυτοὺς ζωῆς. *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos judicatis vitae aeternae.* idem vetus interpres. Plautus in Trinummo. *Num ego sum dignus salutis?* Apulejus Metam. IV. *Digno fortunae suae splendore publicas voluptates instruebant.* quem locum temere viri eruditi sollicitant. Phaedrus libro IV. Fab. XX.

Quicquid putabit esse dignum memoriae,
Aesopi dicet.

Seneca Hercule Furenti vs. 957.

Immunis coelum est, dignus Alcidae labor.

ita cum vulgatis optimus codex Etruscus cum diphtongo. D. Paulinus Natali quarto Felicis:

Sed quia nos inopes justi, indignosque salutis
Sic voluit ditare pater.

D. Hieronymus initio Chronici Eusebiani: *Modo autem temporibus Abrahae eorum ad annum comparabimus, ut sciamus, quid memoriae dignum, & quibus annis gestum sit.* Symmachus pater:

Haud unquam indignis magnorum publicolarum.

HEINS. *Mihi dote placebas* Morell & Bernens. qui & mox habebat, *Addebat veri multa favoris amor, fatentis* Junian.

59. *Magna.*] *Digna* Junian. & duo alii.

62. *Non debet dolor hinc.*] Concinnius duo veteres, *Non dolor hinc debet.* malim etiam, *rubor*, quam *pudor*; quia *pudeat* praecessit. HEINS.

64. *Non legis.*] *Num* prim. Vatic. Rottendorph. & duo alii. bene. HEINS.

65. *Erubuisse viro.*] Pro propter virum, aut virginali casum. MICYLL. ita & in Ibid. 350.

Quo potuit Tydeus erubuisse viro.

ubi cum Mss. habeant *morum*, hic quoque quidam posset velle, *erubuisse virum.* sed ibi vide, quae notamus. in codice Bernensi erat, *Mansit fides sue tristis Evadna viro.* BURM.

69. *Idem.*] *Ipsas* hic quidam. vid. lib. I. Eleg. III. II.

70. *Purpureus molli fiat in ore pudor.*] Melius in aliis libris impressis & scriptis, *in ore ruber*, paulo supra in hac ipsa Eleg.

—— *& subit ora rubor.*

Et Eleg. IIX. lib. V.

Teque reor nostris erubuisse malis.

Sed magis in nostri curam consurge tuendi,
Exemplumque mihi conjugis esto bonae:
Materiamque tuis tristem virtutibus imple.
Ardua per praeceps gloria vadat iter.
Hectora quis nosset, si felix Troja fuisset?
Publica Virtuti per mala facta via est.
Ars tua, Tiphy, jacet, si non sit in aequore fluctus:
Si valeant homines, ars tua, Phoebe, jacet.
Quae latet, inque bonis cessat non cognita rebus,
Adparet virtus arguiturque malis.
Dat tibi nostra locum tituli Fortuna; caputque,
Conspicuum pietas quà tua tollat, habet.

Ute-

Si qui erunt, quibus illo alio modo placeat, non magnopere contendam. Ciofan. *In orbe pudor* Bernens.

73. *Materiamque tuis tristem virtutibus imple: Ardua per praeceps gloria vadit iter.*] Perpulchrum indulgentiae exemplum. Ciof.

74. *Ardua per praeceps gloria vadit iter.*] Scribo, vadat cum Juniano & alio. nisi *sendat* magis. nam *sendit* est in tribus. Heins.

75. *Fuisset.*] *Maneret* Bernens.

76. *Publica virtuti per mala facta via est.*] *Virtuti* recte legis cum uno Vaticano. lib. I. Eleg. III.

Et mihi facta via est.

Heins.

77. *Ars tua, Tiphy, jacet.*] Latet Parvianus. Scribe, *nata*. & sequenti versu, *ars tua, Phoebe*, *natat* cum Goltzphano. plurimi alii, *vacat*. Vulgo, *jacet*. *Vacat*, mens ac otiosa sit, nullum usum habeat, nihil habeat quod agat aut in quo occupetur. Senec. Tragicus:

—— *nunquam fortuna Pelopea domus*
Vacua cessabit.

Et

Dextra cur patria vacat.

Sic Met. VIII. nihilo *vacare* otiosa dicitur, quae nihil habet occupati, & in otio haeret,

Inter tot juvenes vacuus habitat Thalamus proles.

Et ita Virgilius Virorum coetum terribendum *vacuum* Sen. Phoen. Her.

Nec illa regnis longa nec ullum vacat,
Sed ipsum pulsat.

In optimae libri Medicae. non *tentas datur*, quod ei in Virgilio se ego vacare dicitur, qui [illegible] *vacuum* nonnulli Pont. lib. I. Eleg. [illegible] cum Ital. Trist. IV. Eleg. [illegible]

Tempus erat nec me peregrinum ducere coelum,
Nec ficam Getico fonte levare sitim.
Et modo, quos habui, vacuos secedere in hortos.

alibi enim laudat *hortos suos*. quare scribo, *vacuum*, hoc est otiosum. *horti* enim *vacui* minus bene dicuntur, *arva vacua* bene, de quibus Met. IV. 36. 341. sic *aures vacuae*, & similia. lib. II. ad Augustum:

At si, quod mallem, vacuus fortasse fuisset.

Pont. lib. IV. Eleg. V.

Tempus ab his vacuus Caesar Germanicus omne
Auferet.

ubi nunc legitur, *vacuum*. Heins. Ego tamen contra codices nihil mutavi. cum eleganter *jacere* dicuntur quae negliguntur, nec creduntur esse utilia aut necessaria, sed nullius pretii. Ex ita Cicero *jacere* & *vigere* opponit X. Phil. 7. vid. Giph. Ind. Lucret. ita, *pauper ubique jacet* I. Fast. 218. *Cetera turba jacens* II. Am. II. 30. *Marius cum jam fessinatum animum post fracturam jaceret* Cicer. III. de Offic. 20. Senec. VI. de Benef. 38. *Jacebit opera fabrilis*. Quinct. de Inst. Orat. 2. *Motus est in his orationis atque actus, quibus distractis jacet, & quidem ajunxit corpus spiritu caret.* & ita alii passim. Burm.

83. *Quorum nunc munere freta es.*] Non intelligo haec: nam si cum Merula explices, adjuta es, sustentata es; *munere temporum* quid sibi velit Poëta non capio. Cl. Heumannus in Parergis Criticis nuper editis pag. 115. *intrepide* se legere dicit, *fida es*. quod, pace viri doctissimi dixerim, minime placet. explicat autem, nunc ex suis malis occasionem datam uxori demonstrandi se fidam. sed an hoc significare possunt illa verba, *quorum nunc munere fida es!* an ergo antea non erat fida? aliud est enim fidam esse, aliud occasione data fidem illam ostendere. hoc si voluisset alius verbis usus fuisset. in Mss. Richel. erat, *eorum tibi copia venit*. sed neque hoc sensum aptum facit. in quatuor aliis, *eorum tu munere freta es*. in Lo-

vam. *quorum sic.* in optimis codicibus Juniano & Leidensi, *quorum non munere freta es.* ex quorum vestigiis rectius legi possit,

Utere temporibus, quorum non munere fresta,
En patet in laudes area lata tuas.

utere infelicibus mariti tui temporibus, quorum munus, id est occasionem si non spernas, ingens tibi in laudes area patebit, & ita erit, ut alibi dicit, aliquis usus in ipsis malis. *munera* vero & *dona* temporis obvia & elegans locutio: ita Quinct. X. 6. *Refutare temporis munera longe fluxissimum.* quod idem est quod *spernere*, sed de illo amplius ad Val. Flac. II. 252. jam egimus. Burm.

84. *Et patet in laudes area lata tuas.*] In Epistola Penelopes:

Et patet in curas area lata meas.

Ciofan. *Area lata* primae editiones. & sex scripti pro magna. ut Epist. Penelop.

Et patet in curas area lata meas.

Malo praeterea, *En latet.* quomodo unus Vaticanus. Heins.

Utere temporibus, quorum nunc munere freta es.
En patet in laudes area lata tuas.

ELEGIA IV.

O Qui, nominibus cum sis generosus avitis,
Exsuperas morum nobilitate genus:
Cujus inest animo patrii candoris imago,
Non careat nervis candor ut ille suis:
Cujus in ingenio patriae facundia linguae est,
Quà prior in Latio non fuit ulla Foro:
Quod minime volui, positis pro nomine signis
Dictus es, ignoscas laudibus ista tuis.

Nil

1. *O qui nominibus cum sis generosus avitis Exsuperas morum nobilitate genus.*] Laudat amicum suum poëta à nobilitate virtuti conjuncta lib. I. de Ponto:

Ille memor magni generis, virtute quod auget.

Ciofan. Notavit Heinsius Scaligerum retulisse hanc Elegiam ad Messalinum, quia similia fere lib. I. de Pont. 7. scribit. habuit Ovidium ante oculos auctor carminis in laudem Anselmi Archiepiscopi Cantuariensis apud Baluzium. tom. IV. Miscell. pag. 557.

Tu generosus homo, magnique parentibus ortus
Exsuperas morum nobilitate genus.

& passim ille sublegit Nasoni flosculos. ut & multo melior ex eadem insula ortus Poëta, Buchanus, in dedicatione Psalmorum ad Mariam, Scotorum reginam,

Quae fortem antevenis meritis, virtutibus annos,
Sexum animis, morum nobilitate genus.

hic etiam *generosus avorum* multi scripti & editi. *generose tuorum* duo. Burm.

2. *Non careat nervis.*] Explicat Merula vires vel corpus candoris, ut non careas proprio candore, nec patris splendore. sed vehementer dubito, an candori recte *nervi* tribuantur. in Leidensi erat, *non careat meritis.* sed in Juniano, Bernensi & sexdecim aliis, *non careat numeris*, quod sanius puto. id est, ut sit perfectus ille candor. & ita centies Nostro *numeros suos habere* res dicitur, cui nihil deest. & Librarii etiam saepe *nervos* & *numeros* confuderunt; ut I. Amor. I. 18. & apud Quinctilianum lib. XII. de Inst. Orat. 2. & alibi. Burm.

5. *Cujus in ingenio patriae facundia linguae.*] Lib. II. de Ponto:

—— *pater Latiae facundia linguae.*

Ciofan.

6. *Ulla.*] *Illa* Giph. *qua melior Latis* Leidens.

8. *Ignoscas laudibus ipse tuis.*] *Ista tuis* alter Pollit. apud Patereulum II. 30. *Familiare est hominibus omnia sibi ignoscere.* Heins. Vid. ad Quinct. VIII. de Inst. Orat. 5. Paullinus in carmine ultimo a Cl. Muratorio, Tom. I. Analect. edito. *Si quid petis ignosci, veniam qui sanguine poscit.* ita enim distinguendum puto. *ignoras* erat in Bernensi. Burm.

Nil ego peccavi. tua te bona cognita produnt.
Si, quod es, adpares; culpa soluta mea est.
Nec tamen officium nostro tibi carmine factum,
Principe tam justo, posse nocere puta.
Ipse Pater Patriae, (quid enim civilius illo?)
Sustinet in nostro carmine saepe legi.
Nec prohibere potest, quia res est publica Caesar;
Est de communi pars quoque nostra bono est.
Juppiter ingeniis praebet sua numina vatum;
Seque celebrari quolibet ore finit.
Causa tua exemplo Superorum tuta duorum est:
Quorum hic conspicitur, creditur ille Deus.
Ut non debuerim, tamen hoc ego crimen amabo:
Non fuit arbitrii litera nostra tui.
Nec nova, quod tecum loquor, est injuria; nostro
Incolumis cum quo saepe locutus eram.
Quo vereare minus, ne sim tibi crimen amicus;
Invidiam, si qua est, auctor habere potest.
Nam tuus est primis cultus mihi semper ab annis
(Hoc noli certe dissimulare) pater:

In-

11. *Nec tamen officium nostro tibi carmine factum Principe tam justo posse nocere puta.*] Cum sit tam justus Augustus, quod te meo carmine salutaverim, mihi tibi nocere posse arbitror. & causam sequenti carmine affert. CLOPAN.

12. *Ipse Pater Patriae.*] Augustus libro secundo:

Patres patrem patriae.

Suetonius in ejus ipsius vita: *Senatus te consentiens cum populo R. consalutat patriae patrem.* Cicero primum à Q. Catulo filio, quod à conjuratis Romam liberasset, pater patriae dictus est. Unde Juvenalis:

Tunc patrem patriae Ciceronem libera dixit.
CLOPAN.

13. *Posse nocere puta.*] *Puta* quatuor veteres, confidimus. HEINS.

15. *Quid enim civilius illo?*] ita meliores. tres timan, *communia*, quod ex Pithoeanis, sive Arondelliano, doctissimus probat Cronovius Observat. lib. II. cap. 13. qui videndus. *comis & communis* conjungitur apud Caecilium Cratino: *Modo sit obsequens, blandus, comis, communis, concordis, dum bi quod petit, petitur.* plura de hoc vocabulo Francius Junctus ad Symmachi librum II. Epistola LXXIII. sic apud Ciceronem Catone Majore; in veterrimo codice meo, *Ceteris in rebus communem, & hospitalem & familiarem fuisse*, non ex-

mem, quod est in vulgatis. sed quia *de communi bono* mox sequitur, minus placet. lib. III. Eleg. VIII.

At quoniam semel est odio civiliter usus.

HEINS. Certum est alterutrum esse a Glossatore; utrumque vero elegans, & huic loco accommodatissimum. vid. Heins. ad Vel. Pater. II. 30. & Graev. ad Cicer. IV. Fam. 9. Ceterum haec egregie illustrantur illis Suetonii in Aug. cap. LXXXIX. *Componi de se aliquid, nisi serio, & a praestantissimis, offendebatur.* ubi egregie Casaubonus. BURM.

15. *Quia res est publica, Caesar.*] Lege cum optimis editionibus, sublata distinctione, *quia res est publica Caesar.* nec conjungenda illa sunt, *Caesar potest prohibere*: est enim res communis Caesar, & in illo bono communi mihi quoque pars est. BURM.

17. *Sua numina.*] Nos reposuimus, *sua nomina* secuti auctoritatem Fabricii. BERSM. Ita & quidam scripti. sed male. Inspirat Jupiter Vates & numine suo adflat.

20. *Ille aspicitur.*] *Conspicitur* Excerpta Vossii melius, ut II. Trist. 54.

Per te praesentem conspicuumque Deum.
HEINS.

21. *Tamen hoc ego crimen habebo.*] *Amabo* bene. prim. Vatic. & Lugdunensis. HEINS.

22. *Nostra tui.*] Francius legebat, *sui.*

23. *Ipse injuria nostra.*] *Nostri* duo veteres. Pon-

te, *nostro* tecum, qui noster es. Sed numeri in hoc versu duriores. Nec multum haec ad rem faciunt: quare tollantur, licet. HEINS. Nihil duri hic video; & si bene distinguas, sensus erit planissimus:

Nec nova, quod tecum loquor est injuria: nostro
Incolumis cum quo saepe locutus eram.

non est nova nunc injuria quod te appellem qui saepe incolumis tecum, noster cum esses, locutus eram. *noster* est nobis favens, ut *Dei nostri, mei, tui* &c. passim in Ovidio dicuntur. *o noster Chremes* Terentius Andr. v. II. 5. *noster est* Adelph. v. VIII. 28. & saepius alibi. Naso Epist. III. 80. *Haec quoque nostra fuit.* BURM.

25. *Ne sim tibi crimen amicus.*] *Amice* plerique veteres. Lege, *ibi crimen amico.* HEINS.

27. *Nam tuus est.*] *Namque tuus primis* quatuor libri, mox, *saltem hoc noli* scripti & editi plurimi. *hoc nolis* etiam Jun. Regius & Bernens. ut ad patrem referatur, qui, si viveret, nollet dissimulare. BURM.

29. *Potes haec meminisse.*] *Hoc* primae edit. & libri scripti. HEINS.

31. *Versibus.*] *Plurimus* Lovan. Heinsius malebat, *lusibus.*

32. *Aliae.*] *Magnae* plurimi scripti & editi. male. vid. ad IV. Fast. 305.

34. *Sunt data.*] *Sint* Leid. Regius & duo alii. sed *magis* etiam Francius volebat, male, vide mox *ad.* 39.

Ingeniumque meum (potes hoc meminisse) probabat:
Plus etiam, quam me judice dignus eram.
Deque meis illo referebat versibus ore,
In quo pars altae nobilitatis erat.
Non igitur tibi nunc, quod me domus illa recepit,
Sed prius auctori sunt data verba tuo.
Nec data sunt, mihi crede, tamen: sed in omnibus actis,
Ultima si demas, vita tuenda mea est.
Hanc quoque, quâ perii, culpam scelus esse negabis,
Si tanti series sit tibi nota mali.
Aut timor, aut error nobis, prius obfuit error.
Ah sine me fati non meminisse mei!
Neve retractando nondum coëuntia rumpam
Vulnera; vix illis proderit ipsa quies.
Ergo ut jure damus poenas; sic abfuit omne
Peccato facinus consiliumque meo.
Idque Deus sentit: pro quo nec lumen ademtum est,
Nec mihi detractas possidet alter opes.
Forsitan hanc ipsam (vivat modo) finiet olim,
Tempore cum fuerit lenior ira, fugam.

Nunc

37. *Scelus esse negabis.*] Malim, *negaris.* HEINS.

39. *Aut timor, aut error.*] Ubique fere, *culpam, errorem, stultitiam* vocat crimen suum: quare forte corruptus est locus, & cum Puteaneo codice legendum, *Aut liber, aut error.* ut intelligat *artem amatoriam*: nam libro II. 207. duo crimina perdidisse se ait *carmen & errorem.* ita hic *liber* est carmen. sin *timor* retinendum est, ut defendi potest ex lib. II. ex Pont. II. 17. credendum est illum, cum aliquid per errorem viderit, ita fuisse attonitum, ut non potuerit se expedire, vel aulus fuerit errorem illum excusare; & se innocentem probare. in quibusdam editis est, *aut amor aut error.* BURM.

39. *Prius obfuit error.*] *Plus* nonnulli. male. dixi Pont. lib. II. Eleg. III. vs. 9. HEINS. Mox, *at sine* Leid. & multi alii, cum quibusdam editis. *plus* etiam Bernens. &, *Ha sine me fasti non memor esse mei. aut sine* quinque. *sed sine* duo.

41. *Coeuntia rumpa vulnera.*] *Rumpam* Vaticanus optimus, optimus Mediceus, & tres alii. sequor. ipse enim rumpit vulnera retractando, quorum mentionem injicit. HEINS.

42. *Ipsa quies.*] *Ulla* tres. *illa* duo, *illi proderit* Bern.

43. *Abfuit.*] *Obfuit* Gryph. & Vincent. & quatuor scripti. *defuit* Bernens. & duo. *tamen abfuit* Vatican.

45. *Sentit.*] *Sensit* duo libri. *per quem non* Vatican. quod probabat Heinsius, si *nec* legeretur,

&

Nunc precor hinc alio jubeat discedere; si non
Nostra verecundo vota pudore carent.
Mitius exilium, paulloque propinquius opto;
Quique sit à saevo longius hoste, locum.
Quantaque in Augusto clementia; si quis ab illo
Hoc peteret pro me, forsitan ille daret.
Frigida me cohibent Euxini litora Ponti:
Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.
Nam neque jactantur moderatis aequora ventis:
Nec placidos portus hospita navis adit.
Sunt circa gentes, quae praedam sanguine quaerant:
Nec minus infidâ terra timetur aquâ.
Illi, quos audis hominum gaudere cruore,
Pene sub ejusdem sideris axe jacent.
Nec procul à nobis locus est, ubi Taurica dirâ
Caede pharetratae pascitur ara Deae.
Haec prius, ut memorant, non invidiosa nefandis,
Nec cupienda bonis, regna Thoantis erant.

Hic

Et Francius ita conjecerat. quosdam codices hîc etiam *limen adimium* habere indicat Zinzerl. ad Valer. Fl. IV. 28. & utramque lectionem non absurdum sensum habere judicat. sed ego *lumen* unice verum esse puto, quia toties vitam & opes sibi ereptos esse dicit, domo autem, id est *limine*, carere eatenus queritur. *lumen adimium* etiam Lucret. III. 1017. & alii dixerant. BURM.

47. *Vivam modo.*] *Vivam modo* Moreti. male. vid. Ind. Elleg. IX. 13. *finias* sex alii. mox, *tempora quis* Junius. & Moreti.

49. *Nunc precor.*] *Sed nunc hinc alio* Bernens. & mox, *verba pudore.*

51. *Mitius exilium, paulloque quietius oro.*] Antiquiores ac probiores libri scripti habent, *paulloque propinquius opto.* libentius sequor. CIOF. *Opto* melliores, & *propinquius.* sequor. sub finem libri II.

Tutius exilium, paulloque quietius oro.

ubi *Mitius* & *opto* pari modo in nonnullis veterum. HEINS. *Paulloque* Lovan. mox pro *locum*, *locus* plerique scripti.

52. *Tantaque in Augusto clementia.*] *Quantaque* ante Politianî, & duo alii. bene. & *Hoc* legunt vetera pro *Haec* cum melioribus. HEINS.

53. *Si quis ab illo. Haec peterat pro me.*] Subaudi particulam, *ut.* CIOFAN.

55. *Cohibent.*] *Cegunt* Leidens. *frigora* Bernens. Hic Francius initium novae elegiae esse credebat.

56. *Axenus.*] *Euxinus* Mayfl. Gryph. & alii. *Axinus*, *Euxinus*, *Eaforus*, *Exinus*, *Axenus* alii codices. vid. Salmas. Exerc. Plin. pag. 203. deinde, *Ille fuit.* Lovan. & Excerpt. Vall.

58. *Nec placidos portus hospita navis habet.*] *Adit* prim. Vatic. & quinque alii castigatiores. bene. tres alii, *puppis habet.* HEINS. *Adit* firmat locus ex Epist. VII. 139.

Sed jubet ire Deus, vellem vetuisset adire.

59. *Quae praedam sanguine quaerunt.*] *Quaerant* quatuor veteres. HEINS.

60. *Infida.*] Lovanienſis & tres alii, *infesta.* vide lib. I. x. 26.

62. *Frigoris axe jacent.*] In aliis est, *sideris igne.* CIOFAN. Primae editiones & scripti quinque, *sideris igne.* Combianus & duo alii, *sideris axe.* quod verum est. HEINS. Ita *frigus* & *sidus* confundi vidimus lib. V. Met. 281.

63. *Nec procul.*] Hoc ipsum, sive historia sit, sive fabula, copiosius narrat lib. III. de Ponto Eleg. II. ubi incipit, *Est procul in Scythia*, & reliqua. CIOFAN.

64. *Caede pharetratae spargitur ara Deae.*] *Pascitur* prim. Vatic. prim. Polit. opt. Medic. & Moreti codex pro diversa lectione. nihil verius. sic & in Virgiliana Aeneidos dedicatione, ubi nunc circumfertur,

Corniger hos aries hymnis, & maxima taurus
Victima, fatorum tinget honore focos.

cum in veteri codice Neapolitano Sannazarii legatur, *spargit honore.* vix dubito quin reponendum sit, *pascit honore.* Val. Flaccus, I. 677.

Tum quicunque loco meritas tibi plurimus aras
Tollet honos.

Seneca Hercule Oetaeo:

Non ante vestes induat conjux tibi,
Quam ture flammas pascat & sacris deos.

Hic

TRISTIUM LIB. IV. ELEG. IV. 629

Hic pro suppositâ virgo Pelopeïa cervâ
Sacra Deae coluit qualiacumque suae
Quo postquam, dubium pius an sceleratus, Orestes
Exactus furiis venerat ipse suis,
Et comes exemplum veri Phoceus amoris;
Qui duo corporibus, mentibus unus erant;
Protinus evincti Triviae ducuntur ad aram,
Quae stabat geminas ante cruenta fores.
Nec tamen hunc sua mors; nec mors sua terruit illum:
Alter ob alterius funera moestus erat.
Et jam constiterat stricto mucrone sacerdos;
Cinxerat & Grajas barbara vitta comas:
Cum vice sermonis fratrem cognovit, & illi
Pro nece complexus Iphigenia dedit.
Laeta Deae signum, crudelia sacra perosae,
Transtulit ex illis, in meliora, locis.

Haec

ita optimus codex Etruscus. vulgati, *quam ture flammas spargat & pascat Deos.* Plura ad Claudianum, Notis in III. Cons. Honorii ℣. 101. & Am. lib. III. Eleg. VIII. HEINS.

65. *Haec prius.*] *Hic* scripti & editi nonnulli. *nefandi* Servii cod. *nec capienda* Leid. *nec captanda* Putean. non male. *quaerenda* alius. *non optanda* Bernens.

69. *Dubium.*] *Dubium est* quidam scripti & editi. male. III. ex Pont. I. 18.

Qui potus dubium notat alatne sitim.

ubi itidem *est* plurimi agnoscunt. vide Freinsh. Ind. in Florum in *dubium.*

70. *Exactus.*] *Vexatus* Bernens.

72. *Duo corporibus.*] Exprimit Graecum dictum *φίλοι ἐσὶ μία ψυχὴ δυοῖν σώμασιν*, quod Scholiastes Horatii ad illa I. Od. 3. *dimidium animae meae*, adducit. & plura in hanc sententiam veterum dicta colligi facile possent. BURM.

73. *Protinus evincti tristem ducuntur ad aram.*] Perspicue ex hoc loco, & ex lib. III. Eleg. II. de Ponto, cognoscitur eos, qui pro sacrificio inaugurarentur, ligari solitos esse, & è Virgilii loco ex secundo Aeneid. 134.

Eripui, fatvor, iste me, & vincula rupi.

In quo enarrando lapsus est interpretum magister, Servius. *Ait enim solutos esse hostias; piaculumque aliquid in sacrificio reliqui; & religionis vincula ibi intelligi.* CIOFAN. Barberin. & fragmentum Vatic. pro diversa lectione, *Triviae ad aram.* quod & Vossianus confirmat. recte. Pont. III. Eleg. II. locus huic geminus,

Protinus immitem Triviae ducuntur ad aram,
Evincti geminas ad sua terga manus.

HEINS. Scrupulum hunc de victima ligata ad Suetonii Galb. 18. etiam moverunt Beroaldus & Torrentius, qui ferociores victimas alligatas vinculo quodam laxiori censet. Babelonius, qui in usum Delphini edidit Suetonium, distinctas Hostias & Victimas esse, illas, ut minores, liberas, has, ut majores, ligatas fuisse censet. sed licet hoc verum esse possit, tamen distinctio illa inter *hostias* & *victimas* est inanis: nam majores *hostiae* etiam passim dicuntur. vid. Cicer. II. de L. Agr. 34. apud Livium passim, & Nostrum I. Trist. IX. 44. quare ego cum Torrentio, a quo nihil fere diversum protulit Babelonius, facerem, & victimas vinculo quodam, ne aufugerent, alligatas crederem. sed illa, quae passim Servius & alii tradunt, nihil ligati esse debere in sacris, potius sacrificantes respicere, qui in veste recincta, & nudis pedibus debebant adstare arae, & sacris. si vero captivi & peregrini adducebantur mactandi, & illos vinctos fuisse ad aras adductos, ex hoc exemplo, quod lib. III. ex Pont. 2. repetitur, patet. quid? quod ex hoc Barbarorum sacrificio argumentari ad Romanorum sacra vix liceat. de Sinone dubito, an ille legatus fuerit. nam elapsum se fingit, ante diem sacrificio jam destinatum, & ita cum Servio vincula intelligerem *sacrata illa jura* & leges, quibus Graeci se obstrinxerant & devoverant, cum conjurarent contra Trojam. quae se *resolvere* dicit ℣. 157. BURM.

73. *Tristem aram.*] Hypallage. eodem modo hic Noster loco superius citato aram *immitem* dixit. CIOFAN.

76. *Alter ob alterius funera moestus erat.*] Lege, *ob alterius funera.* quod Hamburgensis & Strozae codex adstruunt cum Regio & Moreti libro. nonnulli, *ob funere.* HEINS. *In funere* Ms. Berlinan. quod probabat Francius.

77. *Constiterat stricto.*] *Constricto sisterat* Lovan.

78. *Vitta.*] *Mitra* unus Heinsii.

Haec igitur regio, magni pars ultima mundi,
Quam fugêre homines Dique, propinqua mihi est.
Atque meam terram prope sunt funebria sacra,
Si modo Nasoni barbara terra sua est.
O utinam venti, quibus est ablatus Orestes,
Placato referant & mea vela Deo!

81. *Sacra.*] *Signa* duo. *dona* unus.

82. *In meliora.*] Ariciam enim deam attulit, ut docet Servius in loco Virg. II. Æneid. 116. Burm. Vel ut Euripides & ceteri, Brauronem, quod vetus oppidum Atticae fuit. Vide Fabricium Euripidis, quae inscribitur *Iphigenia ἐν Ταύροις*. Micyll.

84. *Regio magni pene ultima mundi.*] *Magni penetralia mundi* Barberin. & Cottophianus, eleganti appositione. Pontum abstrusam & interiorem orbis partem appellat. monui supra hoc libro Eleg. II. ℣. 55. Heins. Doctissimo auctori Electorum Etonensium non placet haec correctio, quia *penetralia* non recte vituperanti Poetae haec loca conveniunt. *haec igitur magni pone pars ultima mundi* Bernens. nec Francio *penetralia* placebant, quia tunc perit oppositio τοῦ *propinqua. ultimus orbis* I. Trist. I. 127 Burm.

85. *Atque meam terram.*] Distichon etiam hoc Ovidianae venae vix est ut censeatur. Heins.

86. *Nasoni.*] *Nasonis* Junian. Moret. & Edit. Bersm.

88. *Et mea vela.*] *Hinc mea* Barberin. & quatuor alii. *o utinam venti* Bernens.

ELEGIA V.

O Mihi dilectos inter fors prima sodales,
Unica fortunis ara reperta meis:
Cujus ab adloquiis anima haec moribunda revixit,
Ut vigil infusâ Pallade flamma solet:
Qui veritus non es portus aperire fideles,
Fulmine percussae confugiumque rati:
Cujus eram censu non me sensurus egentem,
Si Caesar patrias eripuisset opes:

Tem-

1. *Inter fors prima sodales.*] *Pars* meliores. tamen in Fastis, VI. 30. *matris fors ego prima fui.* & Met. XIII. 651. *Fœmineae fortis* pro prole foemineâ. sic Epist. VIII. legebam, *Sors haec una mihi animae bene cessit Orestes.* non *pars.* Heins. *Pars* mihi etiam editi.

2. *Unica fortunis ara reperta meis.*] Solebant veteres, ubi extremum aliquod periculum imminebat, ad aras tamquam ad tutum locum confugere. ad quam consuetudinem alludit Virg. lib. II. Æneidos, cum ait Graecos Ilium jam esse ingressos:

Aditus ire medios, undoque sub astibus axe
Ingens ara fuit: juxtaque veterrima lauros
Incumbunt aras, atque umbra complexa Penates:
Hic Hectora, & notas nequiquam altaria circum,
Praecipites atra cum tempestate columbae,
Condensae, & divum amplexae simulacra tenebant.

Et hic Noster Eleg. IIX. lib. II. de Ponto, de Augusti, Tiberii, & Liviae imaginibus:

Vos vrbis nostrae portus, & ara fugae:
Vos ego complectar Gaiicis si cingor ab armis,
Utque meas Aquilas, vestra ego signa sequar.

Ciofan. *Ara relicta* Combii liber. non invenuste.

3. *Adloquiis.*] *Eloquiis* Regius, Putean. & tres alii. male. *adlequia* sunt solamina, miseris data. mox, *infusa lampade* unus. *infulsa lampade* alius.

5. *Aperire.*] *Aperisse* Voss. Quinct. Decl. IX. 16. *portum benignitatis aperire.* Sidon. Apol. I. Ep. 2. *absolutionis subitae aperitur portus.*

7. *Cujus eram censu non me sensurus egentem.*] Unus Vatic. & Busiidianus, *Censurus.* Vide quae noto ad Epist. VII. ℣. 47. Superiori hexametro lege cum scriptis, *Qui veritus non es*, pro *es.* Heins.

9. *Rapit.*

Temporis oblitum dum me rapit impetus hujus,
Excidit heu nomen quam mihi pene tuum!
Te tamen agnoscis: tractusque cupidine laudis,
Ille ego sum, cuperes dicere posse palam.
Certe ego, si sineres, titulum tibi reddere vellem,
Et raram Famae conciliare fidem.
Ne noceam grato vereor tibi carmine; neve
Intempestivus nominis obstet honos.
Quod licet & tutum est, intra tua pectora gaude,
Meque tui memorem, teque fuisse mei.
Utque facis, remis ad opem luctare ferendam,
Dum veniat placido mollior aura Deo:
Et tutare caput nulli servabile; si non
Qui mersit Stygiâ, sublevet illud, aquâ.
Teque, quod est rarum, praesta constanter ad omne
Indeclinatae munus amicitiae.
Sic tua processus habeat Fortuna perennes:
Sic ope non egeas ipse, juvesque tuos.
Sic aequet tua nupta virum bonitate perenni;
Incidat & vestro rara querela toro.

Dili-

9. *Rapit.*] *Trahit* Edit. Micyl. Gryph. & Ms. Bersmanni, qui praefert. ita certe Noster II. Met. 356.

— — *nisi, quo trahat impetus illam,*
Huc eat, atque illuc.

mox, *nomen quo mihi* Ms. Bersman.

11. *Tu tamen agnoscis.*] Scribe, *Te agnoscis.* sic lib. I. Eleg. VI.

Haec tibi dissimulas, sentis tamen optime dici.
Heins.

11. *Tactusque cupidine.*] *Tractus* Gallicus codex. *Captus* Junianus, ut solent variare in his librarii. vid. ad lib. VIII. Met. 184. & 224. Burm.

14. *Raram Famae.*] *Gratam* Regius. *Fama* Lovan. *conciliasse* Moreti.

15. *Ne noceam.*] *Et noceam* Gryph. Vincent.

16. *Intempestivus nominis obstet honor.*] *Honos* duo veteres. Scribe, *obsit honos.* Heins. *Intempestivi* duo libri. *exstet* unus. *amor* tres.

17. *Licet & tutum.*] *Hoc tutum* unus. bene. est autem intra pectora gaudere Homero ἐν θυμῷ χαίρειν, quod proverbialiter in *sinu gaudere* dicitur. Cicer III. Tusc. *Ut in sinu gaudeant, glorioso loqui desinant.* & Propert. II. XIX. 70.

In tacito cohibe gaudia clausa sinu.

Bersm. *Hoc* etiam multi, sed nihil mutat. vid. ad I. Fast. 25.

18. *Teque fuisse pium.*] *Teque fuisse mei* rectius Combianus, & octo alii. Heins.

20. *Dum veniat placido mollior aura Deo.*] *Veniat* meliores magno numero, nisi quod prim. Vatic. prim. Polit. opt. Medic. & quatuor alii, *venit à placido.* pro *aura* quatuor, *hora*, octo, *ira.* quare aut legendum, *placido mollior ira Deo*, aut, *mollior aura mari*, vel *salo.* ut perfiliat in figurâ inceptae orationis. Vide Notas lib. V. Fast. ℣. 628. Heins. Nos expressimus ex scriptis eam lectionem, quam veram credimus; nam *aura* necessario requiritur propter praecedens, *remis luctare*: respicit enim ad notissimum loquendi genus, *remis & ventis* navigare. quae aura a Deo placido, non procellas in caput ejus ferente, venire debet. vid. ad Epist. III. 44. Burm.

21. *Servabile.*] *Sanabile* tres. *si non servabile nulli* unus Heinsii.

23. *Rarum.*] *Gratum* Moreti & alius. *raptum* Excerpt. Voss. certe mox *rara querela* sequitur, & *rara* fides ℣. 14. praecessit. pro *indeclinatae* duo, *indedignatae.* unus, *indeclinante* pro *indelinandae.* Francius malebat, *indelibatae.* praeterea, *nomen amicitiae* Leidens.

25. *Processus.*] *Successus* Putean. Bernens. & duo alii. male. vid. supra lib. I. VIII. 39.

27. *Sic aequet tua nupta virum bonitate perenni.*] *Tò perenni* parum huc quadrat. & *perennes* jam praecesserat. Forte,

Diligat & semper socius te sanguinis illo,
Quo pius adfectu Castora frater amat.
Sic juvenis, similisque tibi sit natus, & illum
Moribus agnoscat quilibet esse tuum.
Sic socerum faciat taedâ te nata jugali;
Nec tardum juveni det tibi nomen avi.

Sic aequet tua nupta suum probitate parentem. HEINS. *Probitate* ch in Putean. *novitate* in Leidenst. Heinsius legebat etiam, *virum probitate patrumque.* sed cum *probitas* apud Noltrum & alios de feminarum pudicitia fere dicatur, *bonitate* retinendum. ut supra Eleg. II. 40.

Quae bona progenies digna parente fuit,
Sic *bonas nurus*, & *bonus dux* Horat. IV. Od. 5. & hoc uno epitheto omnes virtutes fere comprehendi Cicero indicat IV. Tusc. 10. BURM.

28. *Rara gaudia.*] Prim. Vatic. *rata.* plurimi, *nulla.* etiam bene. apud Martialem, *Lis rara.* HEINS. *Dextro toro* Bernens. *incidas in* Lovan.

30. *Quo pius.*] *Quo procul* Bern. *semper amat* duo.

31. *Sic juvenis similisque tibi sit natus.*] Forte, *Sic superet, similisque tibi sit.* Ep. Didus:

Sic superent, quaecunque tuâ de gente repories.

hoc est superstites sint. HEINS. *Sic juvenis tibi tam similis sit natus, & ipsum* Lovan.

34. *Tardum.*] *Tarde* multi scripti & editi.

ELEGIA VI.

Tempore ruricolae patiens fit taurus aratri,
Praebet & incurvo colla premenda jugo.
Tempore paret equus lentis animosus habenis,
Et placido duros accipit ore lupos.
Tempore Poenorum compescitur ira leonum;
Nec feritas animo, quae fuit ante, manet.
Quaeque sui monitis obtemperat Inda magistri
Bellua, servitium tempore victa subit.

Tem-

1. *Tempore ruricolae patiens fit taurus aratri.*] Haec quae sequuntur, apud alios, à superioribus divisa ac separata leguntur: ut ab hoc loco nova, & quae ordine sexta sit, Elegia incipiat. Nec male omnino, ut mea fert sententia. Nam & sententiis alia à superiore est: & cum haec querelam mixtam sine communi, illa autem imprecationem, quae pertinere ad omnes amicos sive lectores, illo ad solum eum, cujus nomen ex circumstantiis elicimus, gerunt videtur. Constat autem tota hac Elegia haec, haec pars quae sequitur, antitheti quadam, fatum & alarum miseriarum. Nam cum ceteris miseriis, ac difficultatibus omnes, tempore emolliscant, solus has miseris, suaque mala, inquit, non tantum non mollescere, sed magis ac magis quotidie ingravescere. propterea quod ipse mens, quanta sint, in dies magis ac plenius a se intelligatur, & animus ad tolerandas ea quotidie infirmior, ac minus sibi sit. Itaque nullum aliud relare remedium, nisi ut quam celerrime moriatur. MICYLL. Plerique scripti codices, & antiquae editiones hanc continuant Elegiae praecedenti.

4. *Et placido.*] *Et domitus* duo libri.

5. *Compescitur.*] *Compellitur* Moreti. *saevorum leonum* Bernens.

7. *Quaeque sui monitis.*] Ita edidit Heinsius; cum omnes, quas vidi, editiones habeant, *jussis*. *monitis* tamen erat in prim. Polit. Palat. Vatic. Medic. & Combi. sed *jussis* praeferrem. Senec. Epist. LXXXV. *Elephantem minimus Aethiops jubet subsidere in genua.* Martial. Spect. Ep. XVII.

Non facit hos jussus, nulloque docente magistro.
BURM.

9. *Extemis.*] *Extensis* tres libri.

11. *Tempus & incanas semen producit aristas.*] Semen, appositio. *Incanas aristas.* Valde canas, acpet hoc maturas. CIOF. Pro *semen* unus Vatic. *semper*. Bellid. *spicam* Lege, *spicam*, vel, *segetem*, aut *messem*. pro *perducit* prim. Vatic. & alii plurimi, *pro-*

Tempus, ut extentis tumeat facit uva racemis,
Vixque merum capiant grana, quod intus habent.
Tempus & in canas semen producit aristas;
Et ne sint tristi poma sapore facit.
Hoc tenuat dentem terras renovantis aratri,
Hoc rigidas silices, hoc adamanta terit.
Hoc etiam saevas paullatim mitigat iras:
Hoc minuit luctus, moestaque corda levat.
Cuncta potest igitur tacito pede lapsa vetustas,
Praeterquam curas attenuare meas.
Ut patriâ careo; bis frugibus area trita est:
Dissiluit nudo pressa bis uva pede.

Nec

producit HEINS. Video *segetem* quoque in Blaviana editione. sed omnibus conjecturis longe praestat, *semen*. sic enim spectandum, si pro dignitate mirari volumus opus temporis, è jacto semine maturas aristas extollentis. AUCTOR ELECTOR. ETONENS. *incanas* male Ciofanus unam vocem credidit. *deducit* Putean. & quinque alii.

12. *Ne sint tristi poma sapore facit.*] *Cavet* eleganter Leidensis. HEINS. *Et neque nunc tristi* Lovan.

13. *Hoc tenuat dentem terram findentis aratri.*] Haec est vera & germana lectio. Massei vero liber, *scindentis*. Aeque bene. Hanc autem sententiam sic expressit lib. II. de Ponto El. VII.

Nec magis assiduo vomer tenuatur ab usu,

Et lib. IV. Elegia X.

Et teritur pressa vomer adunctus humo.

Lucretius lib. I.

— — *unus aratri*
Ferreus occulte decrescit vomer in arvis.

Apparet igitur manifeste ex his locis vomer esse generis masculini, non autem neutrius, ut falso putavit Merula, homo, ut ejus erant tempora, doctissimus. CIOVAN. Multi, *terras findentis*, vel *scindentis*. Barberin. & opt. Medic. cum duobus aliis & priscis editionibus, *terras renovantis*. & placet. *renovare terram* pro *arare* passim veteres & Noster saepe. ut Met. I. 110.

Nec renovatus ager gravidis canebat aristis.

nstra Eleg. XII. 23.

Fertilis assiduo si non renovatur aratro,
Nil nisi cum spinis gramen habebit, ager.

terras patientis prim. Vatic. an forte scribendum,

Attenuat dentem tempus patientis aratri.

ut Amor. lib. I. Eleg. ult.

Ergo cum silices, cum dens patientis aratri
Depereant aevo.

sed vulgata scriptura non est temere sollicitanda. habes hoc hemistichium in Dracontii Hexamero quoque,

Annua conficiunt agris frumenta renasci
Mortua per sulcos terram findentis aratri.

HEINS. I. Am. III. 9.

Nec meus innumeris campus renovatur aratris.

14. *Rigidas silices.*] *Rigidas* meliores magno numero. sic & alibi. de quo pluribus ad Claudiani Gygantom. 85. 99. videatur Nonius in ea voce. HEINS. In re tam dubia ad veterem editorum lectionem redii, quia id servandum arbitrarer, undegratior auribus accideret sonus. Lucret. I. 572. *validi silices.* iterumque II. 448. Idem V. 314. *non rure avulsos silices* Noller Met. II. 708. *in durum silicem.* & VII. 107. *silices soluti.* neque enim invenio his locis quemquam aut librum aut hominem litem movisse. lib. IX. 303. *mouura duros verba silices.* ubi *duras* unus solummodo liber. Paulo ante in eodem, *in rigidos versum silices.* sed duo, *rigidas.* quo etiam modo non nisi tres lib. XI. 45. ceteri, *te rigidi silices.* iextus restat locus lib. IX. 613. ubi sane duodecim in libris invenit Heinsius, *rigidas silices.* ubique, neque alibi, adspulantes habet membranas nostras. AUCTOR ELECTORUM ETONENS. vid. IX. Met. 225. Barthius etiam apud Stat. lib. IV. Silv. III. 1. pro *duri silicis* in membranis suis legit, *duras. hoc duros* unus. *rigidas silvas* Lovan.

15. *Hoc etiam.*] Francius in ora libri, *hoc hominum saevas &c.*

16. *Moestaque corda levat.*] *Domat* Barberin. & fragmentum Vatican. placet. Ep. Pisanae 156. *duraque corda doma.* HEINS. *Moesta corda levare*, & *minuere luctus* est unum & idem Vaticanus, *Saevaque corda domat*, quod rectius esset vulgatâ, nisi praecessisset, *saevas mitigat iras.* quare illud *saeva* puto esse glossema *vel vasta* & legendum, *vastaque corda domat.* & inde etiam natum illud *moesta.* ita deprehendi apud Lucan. lib. V. 492. &

Nec quaesita tamen spatio patientia longo est;
Mensque mali sensum nostra recentis habet.
Scilicet & veteres fugiunt juga curva juvenci:
Et domitus freno saepe repugnat equus.
Tristior est etiam praesens aerumna priore:
Ut sit enim sibi par, crevit, & aucta morâ est.
Nec tam nota mihi, quam sunt, mala nostra fuerunt:
Sed magis hoc, quo sunt cognitiora, gravant.
Est quoque non minimum, vires adferre recentes;
Nec praeconsumtum temporis esse malis.
Fortior in fulvâ novus est luctator arenâ,
Quam cui sunt tardâ brachia fessa morâ.
Integer est melior nitidis gladiator in armis,
Quam cui tela suo sanguine tincta rubent.

Fert

Fert bene praecipites navis modo facta procellas:
Quamlibet exiguo solvitur imbre vetus.
Nos quoque, quae ferimus, tulimus patientius ante;
Et mala sunt longo multiplicata die.
Credite, deficio, nostroque à corpore quantum
Auguror, accedent tempora parva malis.
Nam neque sunt vires, neque qui color ante solebat:
Vixque habeo tenuem, quae tegat ossa, cutem.
Corpore sed mens est aegro magis aegra, malique
In circumspectu stat sine fine sui.
Urbis abest facies, absunt, mea cura, sodales:
Et, quâ nulla mihi carior, uxor abest.
Vulgus adest Scythicum; braccataque turba Getarum:
Sic male quae video, non videoque, nocent.

Una

---

25. *tristius* & *maestus* confundi in codicibus Mss. & si ita legas, convenit illud ex Epistola Phoedrae, *durapque cordi duma*, quod, si *maesta* legas, recte non congruere notavit Auctor Electorum Etonensium. Burm.

17. *Lassa verubat.*] *Longa* Bernens. & quinque libri. *laxa* Leidens. mox, *arte juvare meas*: prim. Edit.

19. *Tristior est.*] *Stristia* Bernens.

21. *Nec quaesita tamen spatio patientia longo est.*] *Non quaesita* unus Vatic. & Arondelianus. sed nil mutandum. Heins. *Non quaesita* scripti & editi nonnulli.

23. *Juga curva juvenci.*] *Juga curva* alter Pet. placet. ita saepe Noster. quandoque, & *pauda juga*. supra hâc Elegiâ:

Pectus & intorto colla premenda jugo.

Heins. *Modo juga* prim. Ed. *juga saeva* Lovan. *aerea fugae* Bernens. *juga dura* Francius. *felices ut* Junian. & duo alii mox. *indomitus* Bernens.

25. *Prior.*] *Priori* tres libri. *tristior est domito* Leidens.

26. *Ut sit enim.*] *Ne sit* Junian. quod expeditiorem sententiam facere videtur Auctori Elector. Etonens. *crescit* Servii. *quod fieret sibi par crevit & aucta mora* Bernens. *apta mora* Excerpta Vossii.

28. *Sed magis hoc.*] *Nunc magis* Barber. *haec* Micyll. Gryph. *quod sint* Junian. *quod sunt* Regius & alius.

29. *Est quoque non minimum.*] *Non nihilum* Rotendorphianus cum Leidensi, & Combianus non diversa lectione. *non nimium* quatuor alii. Heins.

31. *Brachia lassa.*] *Corpora fessa* Junian. *brachia lassa* unus. *lassa* duo. *lenta* duo.

33. *In armis.*] Multae editiones vetustiores, *armis*, sed contra scriptos codices, & repetita voce ex praecedentibus. Et quid sunt *nitidae armati* cum *arma nitida* opponantur foedatis sanguine, sive *sanguine tinctis*, de quibus vid. Cl. Bentl. ad Horat. II. Od. 1. Burm.

35. *Modo facta.*] *Sella* Vatican.

37. *Nos quoque quae ferimus.*] Assentior iis, qui scribendum putant, *Nos quoque, quae ferimus, tulimus patientius ante: Quod mala sunt longa multiplicata die.* Dan. Heins. *Et mala* recte veteres. unus cum Berlmanni libro, *quam*. quomodo & Gronovius conjiciebat. *longo* etiam *die* nonnulli. Heins. *Quae mala* edit. veteres, *quod mala*. Bern. *Continuata* unus. *praecipitata* duo in primo versu. *nunc quoque sunt* Junian.

38. *Longa die.*] Heinsius, *longo*. sed non adeo facile in textum recipi debuisse credo. *Dies femininо genere tempus, & ideo diminutive diecula dicitur breve tempus & mora*. Ascon. in Act. 1. in Verr. Paria videtur sensisse Donatus in Andr. Terent. IV. 2. & Servius ad Æneid. II. *diem femininо genere positum tempus* ait *significare*. Charisius vero lib. 1. ipsum quoque Varronem ita *distinxisse* tradit, ut *femininо temporis spatium significaret*. Nonium video, unum è Turpilio contrarium exemplum adduxisse, & Priscianum ex Lucano & Statio singula. sed illa nusquam maximae sunt auctoritatis, & hic parem Tibulli locum, quam Turpilium, Nasonem secutum magis est credibile,

Longa dies homini docuit parere leones,
Longa dies molli saxa peredit aqua, &c.

ipse non aliter Met. XIV. 147.

Tempus erit, cum me de tanto corpore parvam
Longa dies faciat.

& XV. 216.

Fuit illa dies, qua &c.

&

& I. 476.

Postque diem longam &c.

ubi tamen certus liber, *longum*. Ceterum isto sensu foemininum exhibent etiam JCti. veteres. Cicero, Virgilius Horatiusque. Auctor Elect. Eton. eadem fere tradit Manut. ad Ciceron. lib. 1. Epist. Fam. 2. sed ego haec Grammaticorum esse dicta arbitror, & pro arbitrio licere *diem* sive centum diem, sive tempus notet, utroque genere dicere, in quam rem innumera exempla ad manum sunt, sed non vacat istis nunc implere has chartas. Apud Ovidium fere semper variarunt librarii, & ipse Naso non observat praecepta Grammaticorum: nam & *festam* & *festum* diem dixit. vid. v. Fast. 670. v. Trist. v. 3. sed desino: omnia enim fere Ovidii loca, ubi *dies* cum adjectivo ponitur, essent adducenda. Burm.

39. *Credite deficio.*] Hoc distichon est nugatoris, non Nasonianae manus. Heins. Nostrae membranae, *quantumque a corpore nostro*. sed scribendum credo:

Credite, deficio, nostrisque (a corpore quantum
Auguror) accedunt tempora parva malis.

sic neminem distichо libenter cariturum. Auctor Electon. Etonens. non displicet, sed faciliori manu forsitan ita emendatum corrigi posset,

Credite, deficio: quantumque ex corpore nostro
Auguror, accedunt tempora parva malis.

nam in Juniano (quem eundem suspicor, & membranas docti viri,) & alio erat, *quantumque a corpore nostro, a pectore* Leid. & Lovan. pro *deficio* erat *defunctо* in Lovan. *accedunt* Bernens. Burm.

41. *Ante solebat.*] Editio N. Heins. *neque qui color esse solebat: vixque habeo*. neque mendosum unde. quas inspexi, *nec qui color esse solebat: vix habeo*. secutus sum membranas nostras, bene, opinor, servantes *ante solebat*. sed & sequens causas habet suspicionis: & legebam,

Nam neque sunt vires, ne qui color ante solebat.
Vix adeo tenuis, quae tegat ossa cutis.

Auctor Elector. Eton. *neque* Heinsius habet ex Moreti libro. *vixque* ex Italico codice. *ante* etiam in quatuor invenit, & probare se notavit in codice suo, addito loco ex lib. III. IV. 67.

Ante solebatis, gratique erat instar honoris &c.

reliqua, quae sine libris emendat ex conjectura vir doctus, vix audeo comprobare: nam implicata est locutio, *vix. adeo tenuis cutis* cum videretur potius dicendum, cutis vix adeo crassa, densa, vel dura, ut, vel quae, tegat ossa. etsi scio, quo pacto defendi posset. nos *ante*, quod & Leidensis habet, recepto, reliqua ex fide membranarum relinquimus. *agis* etiam in Juniano. sed rectius, *tegat*. Burm.

45. *Absunt.*] *Desunt* Bernens.

46. *Et, qua nulla mihi carior, uxor abest.*] Lib. v. Eleg. XV.

Quanta tibi dederim nostris monumenta libellis,
O mihi me conjux carior, ipsa vides.

Crofan. Scribo, *qua nemo mihi carior*. nisi malis, *Et mihi qua nil est carius*. Heins. Si haec satisfacere non possunt, cogita numquid minus sic frigeat sententia. *absunt mea cura sodales. Et quae: una mihi carior uxor abest*, seu *abes*. Videre videor, quid librarium fefellerit, ut *nulla* pro *una* corrigere conaretur. Auctor. Elect. Etonens.

47. *braccataque turba Getarum.*] Sic libri veteres. Crof. Alii *bacchataque*. quod ex vitiosa scriptura vepit *baccata*, ut erat in Lovan. *barbatarum* Regius.

48. Sic

Una tamen ſpes eſt, quae me ſoletur in iſtis;
Haec fore morte meâ non diuturna mala.

49. *Sic mala quae video non vidisque nocent.*] Urbis facies & ſodales abientes pro malo numerat? non puto. Scribe, *mala norent.* & adeantur quae notavi Faſt. II. vſ. 170. quidam ſcripti cum primis editionibus, *ſic me movent.* Heins. Senſus eſt, *quas male video, quaeque male non vidisse nocent.* Auctor Electron. Eton. Francius, *ſic mihi quae.*

49. *Quae me ſolatur.*] *Soletur* meliores. Heins.

ELEGIA VII.

Bis me ſol adiit gelidae poſt frigora brumae,
Bisque ſuum tacto Piſce peregit iter.
Tempore tam longo cur non tua dextera verſus,
Quamlibet in paucos, officioſa fuit?
Cur tua ceſſavit pietas, ſcribentibus illis,
Exiguus nobis cum quibus uſus erat?
Cur, quoties alicui chartae ſua vincula demſi,
Illam ſperavi nomen habere tuum?
Di faciant, ut ſaepe tuâ ſit epiſtola dextrâ
Scripta, ſed è multis reddita nulla mihi!
Quod precor, eſſe liquet. credam prius ora Meduſae
Gorgonis anguineis cincta fuiſſe comis:
Eſſe canes utero ſub virginis: eſſe Chimaeram,
A truce quae flammis ſeparet angue leam:

Qua-

1. *Bis me Sol adiit gelidae poſt frigora Brumae, Bisque ſuum tacto piſce peregit iter.*] Quinctilianus ideiro Ovidium, civem meum, Tibullo & Propertio lubricioremvocat lib. x. quod pluribus modis eandem eſſerat ſententiam. ſic ſuperiori Elegia:

Ut patria carus, bis frugibus area trita eſt:
Deſiluit undo preſſa bis uva pede.

Plures innumerabiles exempla notare. Hac autem de re in lib. I. Amorum prim. pluribus differui. Cicero. *Bis, gelidas poſt frigora brumae.* ſed minime placet illud, *me Sol adiit*, Forte,

Bis vos Sol adiit, gelidae poſt frigora brumae.

Nam Amet Piſcibus ſuccedit. Heins. *Bis me ſol gelidas adiit poſt frigora brumas* pr. Edit. *ſub frigora* Gryph. minor; at Vincentii & *poſt tempora brumae*, *gelidam poſt frigora brumam* Berlin. Dan. Heinſii alias Edit.

4. *Officioſa fuit.*] Burianus. & tres alii, *officioſa venit.*

5. *Cur tua ceſſavit dum chartae vincula demſi.*] *Chartae ſua vincula* plurimi veteres. duo, *demſi ſua vincula chartae.* Vide Notas ad lib. III. Faſt. vſ. 293. ſequenti verſu *è multis* meliores, non *ex.* Heins. In Patavino erat, *certae ſua*, quod Heinſius pro *certae* ſcriptum eſſe credebat.

11. *Quod precor.*] Francius malebat, *quod rece.*

12. *Anguineis.*] *Anguinis* legit Voſſius ad Catull. pag. 215. ſuffragante ei Broukhuſio ad Propert. IV. VIII. 10. & apud Columel. II. de Re Ruſt. 9. *Quidam cucumeris anguinei humorem expreſſum diluunt aqua*, ubi in codice S. Germani, *cucumeri ſanguini* adhaerente litera s ſecundae voci, ſed inde revulſa legendum, *cucumeris anguini.* hic quoque in Leidenſi, *Gorgona ſanguineis cinctam.* alii codices, *anguigeni, anguiuis, anguicomis, anricomis.* Burm.

14. *Separet.*] *Separat* multi editi, *quae ſemper ſeparat* Junian. *quae & flammis* Leidenſ. praecedenti verſui, *uterum ſub* Putean. & Lovan.

15. *Quadrupedesque homines cum pectore pectora vinctos.*] Lege ex omnibus libris ſcriptis, *junctos:* & vide quam artificioſe & venuſte Centauros de-

Quadrupedesque hominum cum pectore pectora junctos:
Tergeminumque virum, tergeminumque canem:
Sphingaque, & Harpyias, ſerpentipedesque Gigantas:
Centimanumque Gygen, ſemibovemque virum.
Haec ego cuncta prius, quam te, cariſſime, credam
Mutatum curam depoſuiſſe mei.
Innumeri montes inter me teque, viaeque,
Fluminaque, & campi, nec freta pauca jacent.
Mille poteſt cauſſis, à te quae litera ſaepe
Miſſa ſit, in noſtras nulla venire manus.
Mille tamen cauſſas ſcribendo vince frequenter:
Excuſem ne te ſemper, amice, mihi.

deſcribat. Ciofan. Lege, *hominum* cum prim. Poſit. prim. Vatican. & quatuor aliis. duo, *homini.* Heins.

16. *Tergeminumque canem.*] Cerberum: de quo ſic Apollodorus lib. II. *Cerberus terna canum capita, draconisque caudam, & in tergo ſerpentum omnium generum capita habuiſſe dicitur.* Vide praeterea, quod ego in obſervationibus in Metamorphoſi annotavi meis. Ciofan.

17. *Serpentipedesque gigantes.*] *Gigantas* cum Rottendorphiano. Vide Notas Faſt. III. vſ. 439. Heins. *Serpentigeroſque* editi olim.

18. *Centimanumque Gygen.*] *Gyan* Rottendorph. alii multi, *Gygam*, prim. Pal. *Giam* conſule Notas Amor. lib. II. Eleg. I. vſ. 12. Heins. Vid. Muret. VI. Var. Lect. 13.

20. *Mutatum curam.*] *Et curam* editiones Gryph. Vincent. & D. Heinſ.

21. *Innumeri.*] *Ionium* prim. Edit. *freta parva* Junian.

24. *Nulla venire.*] Olim editi, *rara venire*, ſed Heinſius ex duobus libris, *nulla* repoſuit. *pauca* unus. *tarda* alius. *ſaepe* P. Servii. *mittitur in noſtras* Lovan. mox, *mille quidem cauſas* Morell. *ſcribendo tu vince* Junian.

ELEGIA VIII.

Jam mea cygneas imitantur tempora plumas,
Inficit & nigras alba ſenecta comas:
Jam ſubeunt anni fragiles, & inertior aetas:
Jamque parum firmo me mihi ferre grave eſt.
Nunc erat, ut poſito deberem fine laborum
Vivere, me nullo ſollicitante metu:
Quaeque meae ſemper placuerunt otia menti,
Carpere; & in ſtudiis molliter eſſe meis:

Et

1. *Plumas.*] *Pennas* Leid. pro varia lectione, *mutantur* Bernenſ.

2. *Inficit & nigras alba ſenecta comas.*] Hic quoque idem dicit, quod ſuperiori verſu: *Jam mea cygneas imitantur tempora plumas*; & in aliis, qui ſtatim ſequuntur. Tibullus lib. & Elegia II.

dum tarda ſenectus
Inducat rugas, inficiatque comas.

Ciofan. *Cana ſenecta* Hafnienſis, cujus puto vò al-

ba eſſe gloſſam. *curva* Voſſ. Excerpt. *inficitque nigras* Regius.

5. *Ut poſito deberem fine laborum.*] Forte, *poſita deberem fine labori. poſita* ut vitetur ambiguitas. Heins. *Malorum* prim. Vatic. & quatuor alii.

6. *Vivere me nullo.*] Omnes fere ſcripti, *vivere cum nullo.* latet aliquid.

7. *Quaeque meae ſemper placuerunt otia menti Carpere.*] Elegiâ ultimâ hujus libri:

Et parvam celebrare domum, veteresque Penates;
Et quae nunc domino rura paterna carent:
Inque sinu dominae, carisque nepotibus, inque
Securus patriâ consenuisse meâ.
Haec mea sic quondam peragi speraverat aetas:
Hos ego sic annos ponere dignus eram.
Non ita Dis visum: qui me terrâque marique
Actum Sarmaticis expositere locis.
In cava ducuntur quassae navalia puppes,
Ne temere in mediis dissoluantur aquis.
Ne cadat, & multas palmas inhonestet adeptas,
Languidus in pratis gramina carpit equus.

Miles,

Et patres Aoniae laudabant tuta fovere:
Ovia, judicio semper amata meo.

Lib. I. fine titulo Eleg. IX.

Ipse ego segnis eram, discinctaque in otia natus;
Mollierant animos lectus, & umbra meos.

CIOFAN.

9. *Et parvam celebrare domum.*] Sic lib. II. ad Augustum:

Parva quidem periit, sed sine labe domus.
Sic quoque parva tamen, patrio dicatur ut aevo
Clara, nec ullius nobilitate minor.

CIOFAN.

9. *Patriosque penates.*] Tres libri Vatic. & Masfei, *Veteresque penates.* CIOFAN. Hoc praeferendum, quia sequitur, *rura paterna*, nisi illic cum Vossiano codice legas, *rura relicta.* ut I. ex Pont. II. 50. *tecta relicta.* BURM.

10. *Rura paterna.*] Quae erant in Pelignis, & Romae, si hortos intelligimus, de quibus infra. CIOFAN.

11. *Carisque sodalibus.*] Masfeianus liber, *nepotibus.* rectius. CIOFAN. *Sodalibus* primae editiones & plerique scripti. Sed distichon etiam hoc vix genuinum est. HEINS. Si retinendum, puto hoc loco legendum esse; *carisque penatibus* cum Juniano, & supra, *veteresque penates* esse mutandos. sed quomodo non video. *penates* vero & *nepotes* passim confundi videbimus ad Val. Flac. I. 721. certe *vivere in nepotibus*, nullum hic sensum habet. quare delebatur, si ita scholiastae videtur. BURM.

13. *Sic quondam.*] Sic Excerpt. Vossii.

14. *Sic annos ponere dignus eram.*] *Canos ponere* prim. & quinque alii. Sed neque *anni* neque *cani* hoc sensu fere Latine *ponuntur.* Quare retingo, *annos condere*, sic *condere aetatem* apud veteres, ut *condere jura.* HEINS. *Annos ponere*, metaphora a ventis sumpta, pro finire novum dictum Berlinianus vult. non ego sic omnes Lodens.

16. *Jactum Sarmaticis.*] Duo Vatic. Masf. & Aldinus meliorem habent lectionem, *Actum.* Eleg. ult. hujus libri:

Tacta mihi tandem est longis erroribus acto
Junctа pharetratis Sarmatis ora Getis.

CIOFAN.

16. *Sarmaticis locis.*] *Jugis* quatuor libri veteres. HEINS.

17. *Quassae puppes.*] Lib. I. Eleg. II.

Solvere quassatas parcite membra rates.

In Ibin:

Cumque ego quassa meae complectar membra carinae,
Naufragii tabulas pugnat habere mei.

In Epistola II.

Ah lacerae etiam puppes furiosa refeci,
Ut, qua deferrer, firma carina foret.

CIOFAN. *Cassae* editi quidam.

18. *Ne temere in mediis dissoluantur aquis.*] Tres Vatic. & Masfeianus; *desituantur.* receptam lectionem sequor. supra Eleg. V.

Fert bene praecipites navis modo facta procellas,
Quamlibet exiguo solvitur imbre vetus.

Lib. I. de Ponto Elegia V.

Firma sit ipsa licet, solvatur in aequore navis.

CIOFAN. *Desituantur* fere omnes scripti.

19. *Ne cadat, & multas palmas inhonestet adeptas Languidus in pratis gramina carpit equus.*] Equus, quo in ludis Olympiacis usi erant, senex, & viribus infirmus, adepta jam victoria per prata libere vagabatur. lib. II. Amorum Eleg. IX.

Mittitur in saltus tardus liber equus.

Sed mihi dubium non est, quin hoc loco Ovidius noster ad Enniana illa carmina respexerit:

Sicut

Miles, ut emeritis non est satis utilis annis,
Ponit ad antiquos, quae tulit arma, Lares.
Sic igitur, tardâ vires minuente senectâ,
Me quoque donari jam rude, tempus erat.
Tempus erat, nec me peregrinum ducere coelum,
Nec siccam Getico fonte levare sitim:
Sed modo, quos habui, vacuum secedere in hortos
Nunc hominum visu rursus & Urbe frui.
Sic animo quondam non divinante futura
Optabam placide vivere posse senex.
Fata repugnârunt: quae, cum mihi tempora prima
Mollia praebuerint, posteriora gravant.

Jam-

Sicut fortis equus, spatio qui saepe supremo
Vicit Olympia, nunc senio confectus quiescit.

CIOFAN. Locus corruptus. *ademtos* prim. Polit. & Rottendorph. *adeptus* alter Politiani. *adeptis* prim. Vatican. alius, *adeptus.* Scribe, *multis adepti*, nimirum palmis. Sed cum *inhonestandi* verbum vix alibi occurrat apud Nostrum; puto etiam hoc distichon esse ex iis, quae inculcarunt homines male seriati. HEINS. Solum verbum *inhonestandi* me non moveret, ut expungerem, cum sciam Nasonem plura ita verba usurpasse, & quibusdam etiam semel modo usum. & Scipio Gentil. ad Apulej. Apol. n. 33. *inhonestamentum* non ab Apulejo solum, sed & a C. Graccho olim adhibitum refert. sed ostendit *multas palmas adeptas*, & vitium esse in *eō multas* puto, quod tamen nunc quomodo emendem, non occurrit. an *turpis*? an *lentus*? certe simile quid desidero. BURM.

20. *In pratis.*] *In campis* Ed. pr. & Ms. Berlmanni.

21. *Miles ut emeritis non est satis utilis armis, Ponit ad antiquos quae tulit arma lares.*] Pessime & foedissime ita legitur in omnibus vulgatis libris. In duobus Vaticanis est, *Miles ubi emeritus* &c. non satis emendatè. In tribus aliis ex eadem bibliotheca & Masfeiano perspicuè legitur, *annis*, non *armis.* Legitur, *Miles ubi*, vel *ut*, *emeritus non est satis utilis annis Ponit*, &c. Dicitur enim proprie *miles emeritus*, qui militia perfunctus, post annos XX. ut Jurisconsulti docent l. I. Cod. de excusatione veteranorum, l. 2. C. de re milit. l. ult. Cod. de his, qui non impletis stipendiis sacramento soluti sunt, & l. veteranis Cod. quando provocare non est necesse, dimittitur, ab eaque vacationem habet. Et Tacitus sub finem lib. I. *Centesimam rerum venalium post bella civilia institutam deprecante populo, edixit Tiberius militare aerarium eo subsidio niti, simul imparem oneri Rempublicam, nisi vicesimo militiae anno veterani dimitterentur.* Miseret me Merulae cum suis *emeritis armis*, quae hic nulla sunt. Lucanus lib. I.

Quae sedes erit emeritis?

Et idem Tacitus loco proxime citato: *Percensuit & Vibulenus militibus agros emeritis largiemur? Annis*, id est, propter longam aetatem, senectutem. Habes itaque locum omnium optime restitutum, feliciſſimeque enarratum. Hic autem locus merito semper suspectus fuit optimo fratri meo, Marco Antonio. CIOFAN. Melius Palatinus & alii, *annis.* D. HEINS. *Miles ut* plerique veteres. & *annis* pro *armis.* recte. nam *vō arma* sequitur. Mart. VII. Epigr. 62.

Emeritos Musis & Phoebo tradidit annos.

HEINS. Vide ad Epist. I. 105. *emeritus* quidam codices; mox, *arma deos* plurimi.

23. *Sic igitur tarda vires minuente senecta.*] Vatic. lib. hanc habent lectionem. CIOF. *Vires adimente* editiones veteres. *tardas* Jun. Leid. & Berlin.

24. *Nec siccam Getico fonte levare sitim.*] Cur aquam Geticae regionis se bibere, eaque sitim suam extinguere, indignum dicit? Ovidius ipse respondebit lib. II. de Ponto Eleg. VII.

Aequoreo bibitur cum sale mista palus.

Et lib. III. Elegia I.

Non tibi sunt fontes, lacuses sed pene marinii:
Qui potus, dubium est, sistat, alatne sitim.

Et lib. IV. Eleg. X.

Innatat unda freto dulcis, leviorque marina est;
Quae proprium misso de sale pondus habet.

Hac etiam de re conqueritur lib. & Eleg. III. aeger ad uxorem:

Nec coelum patior, nec aquis assuevimus ipsis,
Terraque nescio quo non placet ipsa modo.

CIOFAN. *Gelido* Regius & duo. *Scythico* unus. *Servare* Jun. & Leid.

27. *Vacuos secedere in hortos.*] Lege, *vacuum*; hoc est otiosum. Vide supra Eleg. III. vs. 77. HEINS. Et lib. II. 239. *Sed quoque quos habui vacuos* Bern.

28. *Et urbe.*] *In urbe* Junian. Regius & prim. Edit.

Jamque, decem lustris omni sine labe peractis,
Parte premor vitae deteriore meae.
Nec procul à metis, quas pene tenere videbar,
Curriculo gravis est facta ruina meo.
Ergo illum demens in me saevire coëgi,
Mitius immensus quo nihil orbis habet?
Ipsaque delictis victa est clementia nostris:
Nec tamen errori vita negata meo?
Vita procul patriâ peragenda sub axe Borêo,
Quà maris Euxini terra sinistra jacet.
Hoc mihi si Delphi, Dodonaque diceret ipsa;
Esse viderentur vanus uterque locus.
Nil adeo validum est, adamas licet adliget illud,
Ut maneat rapido firmius igne Jovis.
Nil ita sublime est, supraque pericula tendit,
Non sit ut inferius suppositumque Deo.
Nam quamquam vitio pars est contracta malorum,
Plus tamen exitii numinis ira dedit.
At vos admoniti nostris quoque casibus esse,
Æquantem Superos emeruisse virum.

ELE-

30. *Optabam.*] Heinsius malebat, *optaram. placido* Ms. Berisian.

31. *Quae cum mihi.*] *Quae quamvis* Lovan. dein *praebuerant* Bernens. & quatuor. *praeburunt* duo.

33. *Jamque decem lustris omni sine labe peractis*] Sic in elegantissimo, & omni pene eruditionis pleno opere, quod Ibis inscribitur:

Tempus ad hoc lustris mihi bis jam quinque peractis
Omne fuit Musis carmen inerme meae. CIOF.

37. *Ergo illum.*] *Illum ergo* tres. sed mollior erit versus, si cum Puteaneo legas, *Ergo in me demens illum.*

40. *Meo.*] *Meo est* alii. *mea est* Gryph. Micyll.

41. *Peragenda sub axe Borêo est.*] Tolle cum melioribus scripsis *est.* HEINS. Douzam filium legisse, *Boreo peragenda sub axe est* notavit Heins. & certe quidam Poëtae secundam syllabam in *Boreas*, corripere solent. & ita in Lovaniensi codice erat: in duobus aliis, *Boreae peragendâ sub axe.* in Gallico, *Scythico patria peragenda sub axe est.* & ita conjeceras Francius. in Moreti & Bernens. *Gelido peragenda sub axe est: sub axe Bootes* Bonon. Comb. & Voss. *Bootis* unus, unde Heinsius, *Bootae* faciebat. *sub axe Borusso* Margo Gryphii, *Borusso*, Bersm. Vat. Lect. sed cum Graecis Βόρειος dicatur, mihi mutetur. BURM.

42. *Quo.*] Ubi. vide quae notavi lib. I. de Ponto 8. Elegia. CIOFAN.

43. *Hoc mihi si Delphos, Dodonaque diceret ipsa; Esse viderentur vanus uterque locus.*] Observa autem hoc loco *Delphum* singulariter pro loco poni, quem ceteri tam Graeci quam Latini, pluraliter *Delphos* dicunt. Nisi si cui placet, eum à quo locus dicitur, pro loco poni. Fuit autem *Delphus*, is à quo Delphi appellati, filius Apollinis ex Celaeno, quae fuit Hyanti, ejus qui fuit Lycori, quem Apollo ex nympha Corycia genuit. autor Pausan. MICYLL. Tale quippiam lib. IV. de Ponto Eleg. III.

Lucus ad Euxinum, siquis mihi diceret, ibis,
Et metues arcu ne furiare Getae,
Ibo, dixissem, purgamus pectora fuccos,
Quidquid & in tota nascitur Anticyra.

CIOFAN. Lege, *Delphi* cum prim. Polit. quomodo & Scaliger in ora codicis sui. quinque alii, *Delphis. Hoc* etiam meliores. HEINS.

44. *Esse videretur.*] *Videremur* Gott. venuste. HEINS.

45. *Nil adeo validum est.*] Suspectum distichon. HEINS.

49. *Nam quamquam.*] *Nam postquam* Junian. *exhausta malorum* prim. Palat. & Ms. Bersm.

50. *Plus tamen exitii.*] Malim, *exitio*, plus ad exitium contulit. HEINS. *Dabit* Lovan.

52. *Æquantem.*] *Æquandum* Barber. & tunc *superis* legendum, ut 1. ex Pont. II. 120.
Æquandi superis pectora fecit viri.

2. Et

ELEGIA IX.

Si licet, & pateris, nomen facinusque tacebo,
Et tua Lethaeis acta dabuntur aquis:
Nostraque vincetur lacrimis clementia feris.
Fac modo te pateat poenituisse tui.
Fac modo te damnes, cupiasque eradere vitae
Tempora, si possis, Tisiphonaea tuae.
Sin minus, & flagrant odio tua pectora nostro;
Induet infelix arma coacta dolor.
Sim licet extremum, sicut sum, missus in orbem;
Nostra suas illuc porriget ira manus.
Omnia, si nescis, Caesar mihi jura reliquit:
Et sola est patriâ poena carere meâ.
Et patriam, modo sit sospes, speramus ab illo.
Saepe Jovis telo quercus adusta viret.
Denique vindictae si sit mihi nulla facultas;
Pierides vires, & sua tela, dabunt.

Ut

2. *Et tua Lethaeis acta dabuntur aquis.*] Lib. I. Eleg. VII.

Cunctaque Lethaeis mersa feruntur aquis?

& lib. III. de Arte:

Nec mea Lethaeis scripta dabuntur aquis.
CIOFAN.

3. *Nostraque vincetur.*] Non vincitur, puto, clementia, nisi delictis, ut Eleg. praec. *vs.* 39. sed saevitia deprecando & lacrymando exarmatur. in Francof. & Lovaniensi erat, *& tua.* forte scripserit,

Et tua vincetur lacrymis dementia feris.

vel, *vestraque vincetur*: quamquam pro *vincetur* malim aliud verbum, quod obliterare notet. certe, *Dementia* pro *clementia* legendum esse mihi persuadeo. nam *dementi* & *clementi* millies librarii confuderunt, quia *d* saepe in *cl* transiit. v. Cl. Drakenborchium ad Sil. II. 52. & quae nos ad Val. Flac. VI. 748. notabimus *lacrymis veris* malebat Francius. BURM.

4. *Pateat.*] Latinum esse negaverat Lambinus, sed vindicavit Scaliger ad Manil. III. 533.

5. *Cupiasque eradere vitae Tempora Tisiphonaea.*] Hoc est, fac te damnes, & cupias ex vita tua eradicare, sive penitus, si modo possis, tollere, id quod est Tisiphones proprium, hoc est, invidiam & studium nocendi. Haec expositio simplicior videtur. quanquam neque altera illa omnino displicet, ut accipias *Tempora Tisiphonaea*, opera furialia, sive scelerata, aliquando facta. ut si dictum, *Cupias eradere tempora Tisiphonaea vitae tuae*, pro, studeas abolere, & ex vitae tuae rebus actis tollere, ea quae scelerate aliquando fecisti. MICYLL. Alii, *evadere* & similia. cave mutes. Apulejus Metamorph. X. *Ad se vocare praecipit filium. quod nomen in eo ipso scilicet ne ruboris admoneretur, libenter eraderet.* HEINS.

7. *Nostro.*] *Nostri* malebat Francius, & *induet.*

9. *Sicut sum missus.*] *Scythiae submissus* unus Heinsii.

10. *Suas illuc porriget.*] Aut legendum est, *si licet*. licet tu, ut ego, exul sis missus, in extremum orbem, eousque manus porriget ira. vel legendum, quod magis placet, cum Juniano, *illuc*. ex hac Scythia. *illic* Francof. & plurimi alii. de locutione illa *porrigere manus* egimus ad Quinctilian. Decl. XIII. cap. 6. *ipso* est in Leidens. & prim. Ed. *illo* in alio codice, quod est pro *illuc*, *illuc*. vid. ad Ep. XVIII. 208. BURM.

13. *Et patriam, modo sit sospes.*] *Modo sospes erit* Vaticanus optimus. Scribe, *sospes eat.* Past. IV. *sospes eas semperque parens* Vide Notas in Epicedium Drusi. *vs.* 472. HEINS. *Modo si sospes* Bernens.

14. *Viget.*] *Vises* unus, *vivet* alius.

Ut Scythicis habitem longe submotus in oris,
Siccaque sint oculis proxima signa meis:
Nostra per immensas ibunt praeconia gentes;
Quodque querar, notum, quà patet orbis, erit.
Ibit ad occasum, quidquid dicemus, ab ortu:
Testis & Hesperiae vocis Eöus erit.
Trans ego tellurem, trans latas audiar undas:
Et gemitus vox est magna futura mei.
Nec tua te fontem tantummodo secula nôrint:
Perpetuae crimen posteritatis eris.
Jam feror in pugnas, & nondum cornua sumsi.
Nec mihi sumendi caussa sit ulla velim.
Circus adhuc cessat: spargit tamen acer arenam
Taurus, & infesto jam pede pulsat humum.
Hoc quoque, quam volui, plus est. cane, Musa, receptus;
Dum licet huic nomen dissimulare suum.

ELE-

16. *Et sua tela.*] Malim, *in sua tela.* hoc est in arma poëtica. Heins.

17. *Et Scythicis.*] *Cum* Regius & decem. *Quod* quindecim. *quamvis cum Scythicis in.* Bern. *cum longe Scyth.* Sicreti.

18. *Siccas.*] Ita appellat propter aquilonem. Idem. Veteremcausam & expositionem habes Eleg. III. 4. Micyll.

19. *Gentes.*] *Terrae* Bernens. vid. ad v. Fast. 221. & supr. h. l. El. III. 59.

21. *Quidquid dicetur ab ortu.*] Rectius in Masseiano & aliis, *dicemus.* Ciofan. *Dicemus* Leidenses. praeterea, *in occasum* editiones veteres.

23. *Trans altas audiar undas.*] *Trans latas* antiqui quatuor. quod praestat. Heins.

24. *Magna futura.*] *Alta* Excerpta Voss. male; nec latis Latine; ut notat Vossius lib. 1. de Vitiis Sermonis cap. 33. qui tamen in Poëtis tolerat. Borrichius in Cognat. de L. L. p. 44. etiam defendit, ex illis Catulli carm. XLII. 18. *conclamate iterum, altiore voce.* sed ibi *altior vox* potest explicari, ut *altus vultus* apud Petron. cap. v. & *superciliorum altum* cap. 91. *oculi alti* apud Nostrum VI. Met. 109. & similia. nec juvant illa Senec. Troad. 197. *haec fatus alta voce demisit diem.* ubi ex Codice Florentino legendum, *haec fatus, alta nocte divisit diem*, ut recte Gronovius. Cicero, Nostcr, & alii semper *magna voce* dicunt, ut III. Met. 382. Horat. I. Sat. IX. 75. & passim. Burm.

25. *Nec tua te fontem.*] *Ne tua* scribe. Heins. *Non tua* edit. veter.

27. *Et nondum cornua sumsi.*] *Nec dum mihi cornua* prim. Vatic. & tres alii. prim. Polit. & duo, *nondum mihi.* prim. Palat. *& non mihi.* Heins. *Sed nondum* Bernens.

29. *Spargit tamen acer arenam.*] *Spargit jam torvus* prim. Vatic. prim. Palat. & tres alii. Heins.

30. *Infesto pede.*] *Offenso* unus. pro *infenso.*

31. *Cane Musa receptus.*] Sic duo Vatic. at alius & Masseianus, *recessus.* placet. lib. 1. Metamorphoseos:

——— *& cecinit jussos inflata recessus.*

Ciofan. Malim, quod in Palatino & Berlinensi codd. *cane Musa receptus.* Dan. Heins. Prim. Vatic. prim. Pal. & septem alii cum primis editionibus, *receptus.* bene. ut jam monui Metam. libro primo pag. 340. Heins.

1. *Ille*

ELEGIA X.

ILle ego, qui fuerim, tenerorum lusor amorum,
Quem legis, ut nôris, accipe, Posteritas.
Sulmo mihi patria est, gelidis uberrimus undis,
Millia qui novies distat ab Urbe decem.
Editus hic ego sum: necnon, ut tempora noris;
Cum cecidit fato Consul uterque pari.
Si quid id est, usque a proavis vetus ordinis heres;
Non modo Fortunae munere factus eques.

Nec

1. *Ille ego qui fueram.*] *Fuerim* prim. Vatic. & tres alii. probc. Apulejus lib. 1. Met. *Sed ut prius noritis qui sim, & cujatis.* Catal. Pithoeip. 117.

Et tu quae fuerim, si nosses, candide lector.
Heins.

3. *Sulmo mihi patria est.*] His quatuor vocibus compendiose pro insigni utitur Municipium meum, quod nunc Pelignorum metropolis est. Ita videlicet. S. M. P. E. Ciofan.

3. *Gelidis undis.*] Ita legendum è bonis exemplaribus. Suetonius in Claud. *Claudiae aquae gelidos, & uberes fontes, quorum alteri* &c. & ipse lib. II. Fastorum:

In medio gelidae fons erat altus aquae.
Ciofan.

4. *Millia qui novies distat ab urbe decem.*] Cicero pro Caecina: *Quot millia fundus suus abesset ab urbe.* Perspicue ex hoc loco patet breviora milliaria, quam nunc sunt, antiquitus fuisse. Sulmonem enim non XC. sed vix tandem LXX. millia passuum nunc Roma abesse, opportune hic indicandum duxi. Cognoscitur etiam ex lib. 1. De Bello Civili, ubi Caesar Sulmonem Corfinio (cujus hodie vix minimae superfunt parietinae) VII. millium intervallo abesse ait; cum hodie vix quinque distare certum sit. Idque apud Ciceronem etiam animadverti facile potest, qui in Orat. pro S. Roscio Amerino litteris consignavit, Ameriam Roma sex & quinquaginta millia passuum distare. Nunc vero XLIV. abesse constat: quod quidem iter aestate unico fere die conficitur, ut ego, qui id ipsum dedita opera ab incolis petii, certior factus sum. Rursus perspicuum sit ex ea, quam ponam, antiquissima inscriptione. Juxta oppidum, quod Arfularum dicitur, ad fontem, quem vocant Somnulam, secundum viam Valeriam, quae etiam nunc visitur lapidibus strata, extat lapis milliaris his verbis.

XXXVIII
IMP. NERVA
CAESAR AVGVSTVS
PONTIFEX. MAXIMVS
TRIBVNICIA
POTESTATE. COS. III.
PATER. PATRIAE
FACIENDVM. CVRAVIT.

Distat autem ab urbe, ut nunc quidem ratio milliariorum est, circiter passuum duodetriginta millia. Quam inscriptionem à se inventam mihi dedit acutiss. ingenio vir, & utriusque linguae intelligentissimus, P. Franciscus Bencius, qui Romae in Societatis Jesu, cujus sacerdos est, collegio eloquentiae artem summa cum laude sexennio professetur. Neque audiendi sunt qui opinantur, sive potius contendunt, Roma Sulmonem non per Carseolos, ac Marsos, ut nunc, antiquitus profectos esse; sed per eam regionem, ubi nunc Aquila est; quod sane iter Ovidii sententiae aeque respondeat. Etenim Ovidius ipse id falsum esse aperte demonstrat, qui aestate cum Sulmonem peteret, se per Carseolos, qui sunt in via Valeria (hodie *il piano di Perito*, & *delle Celle*) transire solitum affirmat. ejus verba sunt lib. IV. Fastor.

Frigida Carseolis nec olivis apta ferendis
Terra, sed ad fegetes inguinosa ager.
Hac ego Pelignos, natalia rura petebam
Parva, sed assiduis obvia semper aquis.
Hospitis antiqui solitas intravimus aedes,
Dempserat emeritis jam juga Phoebus equis.
Ciofan.

5. *Editus hinc ego sum.*] *Hic* meliores. pro *ut tempora noris*, Reichianus, *si tempora quaeris.* nam *noris* praecesserat. sic in Fastis VI. 367.

Tempora si veteris quaeris temerdria damni.
Heins. *Notas* Leidens. Polit. & septem alii. de nate-

Nec stirps prima fui genito jam fratre creatus;
Qui tribus ante quater mensibus ortus erat.
Lucifer amborum natalibus adfuit idem:
Una celebrata est per duo liba dies.
Haec est armiferae festis de quinque Minervae,
Quae fieri pugnâ prima cruenta solet.
Protinus excolimur teneri, curâque parentis
Imus ad insignes Urbis ab arte viros.
Frater ad eloquium viridi tendebat ab aevo,
Fortia verbosi natus ad arma fori.
At mihi jam puero coelestia sacra placebant;
Inque suum furtim Musa trahebat opus.

Saepe

natali Ovidii tempore videatur Noris ad Cenotaph. Pisana Diss. IV. pag. 202.

6. *Cum cecidit fato consul uterque pari.*] Eodem anno natus est & Tibullus, qui hoc ipso carmine idem significans usus est Elegia V. lib. III.

Natalem primo nostrum videre parentes,
Cum cecidit fato consul uterque pari.

Fuit autem hic annus Urbis conditae DCCX. quo anno eloquentiae Romanae lumen Cicero extinctus est. De Hirtio & Pansa Coss. quos hoc loco intelligit poëta, sic Cornelius Tacitus lib. I. *Sive hostis illos, seu Pansam venenum vulneri adfusum, milites Hirtium, & machinator doli Caesar obtrivisset.* CIOFAN.

7. *Siquid id est, usque &c.*] Libri quidam veteres, *Siquis & à proavis usque*, non placet. CIOFAN. *Si quis & à proavis usque est*, vel *si quid*, vetustiores magno numero. alii aliter. Lego,

Si quid id à proavis usque est vetus ordinis haerei.

Amor. lib. III. Eleg. ult.

Si quid id est, usque à proavis vetus ordinis haeres.

In Ponticis:

Si genus exstitias, equites ab origine prima
Cujus per innumeros inveniuntur avos.

HEINS. *Si quid id a proavis superest* Bernens. nos olim receptam lectionem reduximus, quae elegans & Ovidiana est. nam idem dicit III. Amor. XV. 5. ubi vide. Ital. IV. ex Pont. I. 17.

Da mihi, si quid ea est, lubentiam pastore Lalage.

eodem libro Eleg. XIV. 11.

Stat quoque, si quid ea est, bene commutabitur ipsa.

ita, quisquis es, quidquid id est. vid. lib. III. Trist. XI. 50. HEINS.

8. *Non modo fortunae munere factus eques.*] Quidam legunt, *Non sum fortunae.* male omnino. Eorum autem verborum talis est ordo & sensus: Ego Ovidius non sum modo factus Eques munere fortunae, sed à majoribus meis hanc dignitatem, veluti hereditatem, per manus accepi. Idem fere dicit lib. III. Amorum Elegia ultima, quo loco versum, qui hunc praecedit, jam antea decinerat:

Siquid id est, usque à proavis vetus ordinis heres,
Non modo militiae turbine factus Eques.

Hoc autem ideo dicit, quod aetate sua multi erant milites, aliique obscuro loco nati homines, qui à Julio Caesare, & ab Augusto, quorum opera in bello usi erant, eum dignitatis gradum acceperant. Nostra lingua, *Non so Cavallier di quattro giorni per beneficio di fortuna.* Ineptit autem hoc loco eruditus Merula, qui aliter distinguit. CIOF. *Militiae turbine factus* duo libri. non male; si etiam *munere* legas, ut respiciat ad tribunos angusticlavios, qui ordinem equestrem per militiam acquirebant, vid. III. Am. XV. 6.

9. *Genito sum fratre creatus.*] *Genito jam* rectius in Medoniano. duo alii, *genito sine.* HEINS.

11. *Amborum.*] *Ambobus* Mediceus optimus.

13. *Haec est armigerae festis de quinque Minervae, Quae fieri pugna prima cruenta solet.*] Superius annum, quo natus est, notavit; nunc vero mensem & diem, hoc est XIII. Kal. Aprilis, qua quidem die primum gladiatorum munus committebatur, ut lib. III. Fast. his patet carminibus:

Una dies media est, & fiunt sacra Minervae,
Nomina quae à junctis quinque diebus habet.
Sanguine prima vacat, nec fas concurrere ferro:
Causa quod est illa nata Minerva die.
Altera, tresque super rasa celebrantur arena,
Ensibus exertis bellica laeta Dea est.

Falluntur qui XIV. Kal. April. supputarunt. Infert enim hic, *Quae fieri pugna prima cruenta solet.* CIOFAN.

13. *Ar-*

Saepe pater dixit, Studium quid inutile tentas?
Maeonides nullas ipse reliquit opes.
Motus eram dictis: totoque Helicone relicto,
Scribere conabar verba soluta modis.
Sponte suâ numeros carmen veniebat ad aptos:
Et, quod tentabam dicere, versus erat.
Interea, tacito passu labentibus annis,
Liberior fratri sumta, mihique, toga est:
Induiturque humeris cum lato purpura clavo;
Et studium nobis, quod fuit ante, manet.
Jamque decem vitae frater geminaverat annos,
Cum perit; & coepi parte carere mei.

Coe-

13. *Armigerae.*] Pingebatur enim Minerva capite galeam gerens, manu dextera clypeum, sinistra vero lanceam. Atque ita è Jovis capite natam fabulis traditum est. Ovid. lib. III. Fast. CIOF. *Armiferae* aliae edit. & scripti. ut saepe alibi.

14. *Quae fieri pugna.*] *Quae* veteres. HEINS. *A pugna* Puteanus.

16. *Ab arte.*] Post praecepta artis grammaticae. Sunt qui legant, *ab arce*: hoc est à patrio Sulmone. MERUL. *Insignes ab arte*, accipio eos, qui artibus quibuscunque docendis insignes ac celebres tum fuere, non tantum qui post grammatica adhibebantur. ut sit dictum, *Insignis ab arte*, perinde ut, *potens à pecunia, firmus ab aequitate, felix à laude*, apud Ciceronem, & similia. MICYLL. *Ab arte* libri veteres, itaque legendum. CIOFAN. *Artem* per excellentiam dici de Grammatica docuit Ampl. Cuper. I. Observ. II. sed sequentia ostendunt latius hic capiendum, ut Micyllus fecit. & est enallage temporis pro *artibus*, quibus ingenui & liberales juvenes imbui solent. Horat. I. Sat. VI. 70.

Sed puerum est ausos Romam portare docendum
Artes, quas doceat quivis eques, atque senator
Semat prognatos, &c.

& IV. Od. I. *Centum puer artium.* BURM.

17. *Frater.*] Lucius Ovidius Naso, quo modo & pater vocabatur. CIOFAN. Unde haec Ciofanus habet nescio, forte in glossis reperit; nam & in Leidensi codice adscripserat Glossator, fratrem Ovidii *Lucium* vocatum. BORM.

17. *Viridi ab aevo.*] Ab adolescentia, vel a pueritia. CIOFAN.

18. *Verbosi fori.*] Sic lib. III. Eleg. XII.

Celunt verbosi garrula turba fori.

CIOFAN. *Famosi* unus. *formosi* alius.

19. *Coelestia sacra.*] An, *Permessia sacra?* tale quid latet. HEINS.

21. *Studium inutile.*] Quod nullam adfert utilitatem; nullas parit divitias. lib. I. de Ponto Eleg. VI.

Sic ego constanter studium non utile servo.

CIOFAN.

21. *Inutile tentas.*] Mox in quibusdam codicibus, *scribere tentabam*, & deinde, *& quod tentabam* sequitur. Francof. Bernens. & quatuor alii, *studium quid inutile carpis.* forte pro *captas.* vid. ad I. Art. Am. 279. XIV. Met. 37. BURM.

22. *Maeonides nullas ipse reliquit opes.*] Argumentum à majori. Sunt autem patris verba, aut certe sententia. Claudianus Epigr. XXIV.

Sed non Virgilius, sed non accusat Homerus,
Nemo enim grassor, pauper uterque fuit.

CIOFAN. *Inde reliquit* unus. eleganter: ex studio inutili.

26. *Et quod tentabam scribere.*] Rectius plurimi ex antiquis, *dicere.* nam *scribere* praecessit. HEINS. *Quod conabar* Bern.

28. *Liberior fratri sumpta mihique toga est.*] Virilem togam significat, ut recte sentit Merula, quam nobiles adolescentes in Liberi patris festo, quae idcirco Liberalia vocabantur, sumebant. Erant autem Liberalia XVI. Kal. April. Cujus nominis varias etymologias refert poëta libro tertio Fastorum, *Vs.* 771. ubi ita est:

Restat, ut inveniam, quare toga libera detur
Luce feris pueris candide Bacche tua. &c.

CIOFAN.

29. *Induiturque humeros.*] Libri scripti, *humeris.* CIOFAN. Pith. Vatic. Junian. & duo alii cum priscis editionibus, *humeros.* quod mihi religioni fuit non monere. sic & Met. IX. 158. in nonnullis scriptis,

Induiturque humeros Lernaeae virus Echidnae.

nec dissimili prorsus modo Graeci. sic Evangelio Matthaei cap. XXVII. Καὶ ὅτε ἐνέπαιξαν αὐτῷ, ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν χλαμύδα. καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ. *Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum vestimentis ejus.* ita vetus interpres. HEINS.

29. *Cum lato purpura clavo.*] Magnam habet hic locus difficultatem, quam me tollere non

Coepimus & tenerae primos aetatis honores;
Eque viris quondam pars tribus una fui.
Curia restabat: clavi mensura coacta est.
Majus erat nostris viribus illud onus.
Nec patiens corpus, nec mens fuit apta labori,
Sollicitaeque fugax ambitionis eram:
Et petere Aönias suadebant tuta Sorores
Otia, judicio semper amata meo.
Tempporis illius colui fovique poëtas;
Quotque aderant vates, rebar adesse Deos.

Saepe

Saepe suas volucres legit mihi grandior aevo,
Quaeque necet serpens, quae juvet herba, Macer.
Saepe suos solitus recitare Propertius ignes;
Jure sodalitio qui mihi junctus erat.
Ponticus Heroo, Bassus quoque clarus Iambo,
Dulcia convictûs membra fuere mei.
Et tenuit nostras numerosus Horatius aures;
Dum ferit Ausoniâ carmina culta lyrâ.
Virgilium vidi tantum: nec amara Tibullo
Tempus amicitiae fata dedêre meae.

Suc-

posse ingenus fateor: neque viri docti, qui in urbe sunt, quibuscum docta otia colloquar sum; neque alii, qui in celeberrimis Italiae gymnasiis sunt, ad quos literas mitti: nec quod alii super hunc locum locum scripserunt, probant. Illud hic non ab re indicandum duxi, hunc, quem ponam Propertii locum e lib. III. ad Maecenatem, qui Eques Romanus fuit:

Jura ferentem qui cupis esse tuum.

Italorum ex C. Vellejo Paterculo lib. II. cujus haec sunt verba de ipso Maecenate, *Quippe vitae angusti clavi fines custodiae; nec mollior cultusve quam virilis fuit, sed non corporis.* Ciofan. Haec hodie pueris planissima, post ea, quae Rubenius rei vestiariae illustrandae contulit; denique in iis temporum non parvum inclusum etiam his versibus lucem adiisse Fortunas de Re Vestiaria lib. I. 13. & III. 11. & seq. Rem de Lato claro Rubenio non admittam. vide & Tenneb. Adv. I. II. & Scalig. Append. ad Confutationes in Varronem.

34. *Eque viris quondam pars tribus una fui.*] Tribunatus se hoc innuit. Ceterum varii fuere hujus rei ritus apud varios populos. Quidam enim *trium-viros capitales* dicuntur, de quibus hic Merula ex Varrone, ac Sallustio in Catilina. alii *decemviros* vocabantur, qui aere, argento, auro flando, ac feriendo praefecti erant, ad quos Cicero alludit ad Trebatium, *Treviros, triumviros, vires confer, nullo capitales tibi, nullum aes, argentum, aurum spero.* Alii *sodales*, per quos mortuorum sepulturae curabantur, & quos uni servatur, in Tacitum est. Quos inter, fuit qui eodem cum Capitolino ritu vellet. Nimirum Livium Titium in Ampliatum: *Quid si erunt Treviri nec in curiam coepta erunt?* Etiam triumviri, qui coloniis deducendis creabantur, eorum meminit Sigonius apud Livium Lib. I. Decem. primus. Sed inter tantorum magistratuum notitiam potissimum ex monetalibus erit, ut ex Fenestella patet. Ceterum videamus hoc loco, posteriores versus & prior de quibus re accipiendi esse: ac posteriore id exponi, quod prorsus manifestum. nisi quis & de centumvirato intelligendum esse contendat; de quo supra lib. II. meminit his verbis:

Nec mala commissa est nobis fortuna rearum,
Lisque decem dictis inspiciendus erat.

Et de cognitione causarum privatarum, de qua eodem loco meminit, hoc modo:

Res quoque privatas statui sine crimine judex,
Dotes mea fassa est pars quoque ulla fides.

Nam quaesturam, quae & ipsa adolescentibus fere committebatur, cum praetoribus aut proconsulibus in provincias euntibus, Poëtam gessisse, alibi non legimus. Et aedilitas, de qua Merula hic meminit, inter majores magistratus erat. Illud quoque notandum, *Triumviros* dici, composita voce ex obliquo & recto: & *Treviros* item, & *Trevires*. Exempla supra habes ex Cicerone & Plauto. Micyll. *Equo* scripti potiores. & *equi* pro *eum* proximo pentametro. Heins. Francof. *inque viris*. etiam non male. nam haec noster amat propositione inubi, pro *e* vel *ex*. sic in Pont. VI. 38.

Et in multis me velit esse procer.

I. Am. 344. multi codices,

Vix erit in multis, quae regat una tibi.

ubi vide. *pars tribus una* erat Barberin.

35. *Curia restabat, clavi mensura coacta est.*] Latus clavus senatorum gestamen proprie erat, quo illi a reliquis ordinibus distinguebantur. Sic Plinius lib. XXXIII. cap. I. *Annuli distinxere alterum ordinem a plebe, ut fessel cooperant esse tabellas: sicut tunicis ad annuli senatum tantum quinquam & hoc sero, coepere latiore purpura zmicari usi; invenimus etiam praecones*, &c. Intelligit ergo Poëta, solum dignitatem senatoriam recepisse, quam adhuc consequeretur. sed ab ea consequenda abstinuisse se, quia id onus humeris suis majus fuisset. eoque mensuram clavi, hoc est latitudinem, coëtam apud se, id est coarctatam, & quasi arctiorem fuisse. Quod autem supra dixit, *indutaque humeros cum lato purpura clavo*: id eo modo accipiendum fortasse, ut dicamus factae post sumptam virilem togam, etiam clavi dignitatem consequutam, veluti spem quandam senatorii ordinis. Sed postea, cum videret se ei honori, vel ut ipse ait, oneri esse imparem, eandem deposuisse. Quam sententiam & alii quidam sequuti: & eodem etiam verba ipsa tendere videntur, cum inquit, *Clavi mensura coacta est*. quasi diceret mensura clavi, quem latum antea gestaverant, iterum coarctata, & in angulum coacta fuit, quod videram onus illud supra vires meas esse. Micyll: *Coarcta est* Moretti, & tres alii.

37. *Nec mens fuit apta labori.*] Nonnulli, *erat apta*. Si quid video scripserat Ovidius, *nec mens satis apta labori*. & *erat* pro *eram* versu proximo. quomodo supra,

Non domus apta satis, non hic tibus utilis aegro.
Heins.

39. *Aoniae.*] *Ausonias* Lovan. & Servii. vid. mox ver. 50.

40 *Semper amata.*] *Amanda* prim. Vatic. Heins. *Amata suo* Lovan.

44 *Quaeque necet serpens, quae juvat herba, Macer.*] Multi veterum, *juvet*. Lege cum primo Polit. *nocet* & *juvet*. Noster Remed. Am.

Parva necat morsu spatiosum vipera taurum.

Phaedrus libro IV.

Gelu rigentem quidam colybram sustulit,
Sinuque fovit, contra se ipsum misericors,
Namque ut refecta est, necuit hominem pretium.

ubi frustra Salmasius p. 54. ad historiam Augustam *necuit* κακοζηλῶς reponit. Metamorph. III. de serpente Martio:

Hos necat effatos funesti tabe veneni.
Heins.

45. *Recitare.*] *Cantare* unus. *Narrare* duo.

45. *Jure sodalitii.*] *Sodalitio* duo scripti & edit. Aldi, Berlinanni: nescio an alias. *quo mihi junctus* etiam Palat. Vatic. & quatuor. Mirum vero hanc lectionem *jure sodalitio* non animadversam Heinsio, quam veram esse putem. & ita Justino restituit Gronovius lib. XX. 4. *Trecenti ex Juvenibus cum sodalitii juris sacramento quodam nexi separatam a ceteris civibus vitam exercerent*. quod probat ibi Graevius, & in Praefat. ad Tom. V. Thesaur. Antiq. Rom. Valef. ad Amm. Marc. XV. 12. qui *sodalicia consortia* dixit, legit *sodalitio, jure sacramento quodam nexi*, & in l. 1. ff. de Collegg. cum Cujacio *sodalitia collegia* tuetur, quae aliter capiebat Guther. lib. I. de jur Pontif. cap. 3. Burm.

47. *Bassus quoque.*] Ita vocatur ab iis, qui Ovidii vitam antiquitus conscripserunt. Meminit & hujus poëtae Propertius: idque etiam nuper indicavit Scaliger. Ciofan. Scaligero & aliis placet *Bassus*. Ut sit ille, ad quem quartam lib. I. Elegiam scripsit Propertius:

Quid mihi tam multas laudando Basse puellas?

Nam Battus Poëta Graecus, de quo Lilius: & a quo τὸ Βαττολογεῖν dictum volunt. Dan. Heins. alii, *Battalus*. Lege, *Bassus pede clarus Iambo*. Noster alibi:

Jungitur herous cum breviore pede.

& in Fastis, II. 120.

——— *heroi tris erat ista pedis.*

Meminit tam Bassi, quam Pontici poëtarum Propertius. Heins. *Bassus* hic male legi notat Marcil. ad Horat. I. Od. 36. de *Ponticо* vid. Broukh. ad Propert lib. I. Eleg. 7. & de *Basso* ad Eleg. 4. sed praecipue videndus Fontej. de prisca Caesiorum Gente lib. I. cap. 19. etiam notae ad Quinct. X. de Inst. Orat. I. *clarus iambis* multi scripti & editi. Burm.

49. *Et tenuit nostras.*] Sic duo Vatican. Ciof. Alii, *detinuit*. vid. ad IV. Fast. 20.

49. *Numerosus Horatius.*] Vel a copia, vel ab elegantia numerorum, id est, carminum dictus. Merul. Vel etiam a varietate metrorum ac pedum, quos Lyrica metra recipiunt, Micyll. Propter tot carminum, quibus usus est, genera. Natus est Horatius ante Ovidium annis XXII. Ciof.

50. *Dum ferit Ausonia carmina culta lyra.*] *Aonia lyra* quatuor veteres. an, *Blidia lyra*? Horatius de se ipso:

Naan 2 *Dicar*

Successor fuit hic tibi, Galle; Propertius illi.
Quartus ab his serie temporis ipse fui.
Utque ego majores, sic me coluere minores:
Notaque non tardè facta Thalia mea est.
Carmina cum primum populo juvenilia legi;
Barba refecta mihi bisve semelve fuit.
Moverat ingenium, totam cantata per Urbem,
Nomine non vero dicta Corinna mihi.
Multa quidem scripsi: sed quae vitiosa putavi,
Emendaturis ignibus ipse dedi.
Tum quoque, cum fugerem, quaedam placitura cremavi,
Iratus studio carminibusque meis.
Molle, Cupidineis nec inexpugnabile telis
Cor mihi, quodque levis caussa moveret, erat.

Cum

Dicar, quæ violens obstrepit Asseclæ,
Primeps Aolium carmen ad Italos
Deduxisse modos.

Aolica enim dialecto lyrici Graeci potissimum usi. hinc *Aolia lyra*, diximus jam nonnihil ad lib. II. Amor. El. XVIII. HEINS. *Ausonios* defendit Cl. Heml. ad Horat. IV. Od. III. 23. eadem differentia supr. *Sil.* 39. *dum colit* Bernens.

61. *Nec avara.*] Scio quomodo haec explicari possint, & soleant. sed praeculi, *amara fata*, ut Francofurt. & duodecim alii libri habent. eadem varietas apud Martial. V. 38.

Adhuc vacavi tuper Erotion, busto,
Quem pessimorum lex avara fatorum
Sexta peregit hieme.

ubi Mss. Vossiani quinque, *amara* habent. sic & apud Propertium. Has voces commutari docet Broukh. ad I. VIII. 38. & ita alibi fieri solet. BURM.

63. *Ille tibi Galle.*] Apostrophe ad Cornelium Gallum, de quo plura Dio lib. LIII. & hic Noster in Elegia de morte Tibulli. CIOFAN. Lege, *fuit* v. ut melius conveniat, *vŋ illi.* HEINS.

64. *Quartus ab his serie temporis ipse fui.*] Sic prope lib. II. cum Tibullum & Propertium, qui amoris praecepta dederant, nominasset:

Illis ego successi, quantum praestantia candor
Fomina virorum dissimulare jubet.

CIOFAN.

65. *Utque ego majores.*] *Natu*, & verbum *colui*, salutandos. CIOFAN.

66. *Non tarde.*] Quamprimum, statim, illico. CIOFAN.

67. *Juvenilia.*] *Juvenalia* Polit. & Vatican. *scripsi* Putean. *lusi* P. Servii a. m. pr. ut lib. III. 1. 7.

69. *Totam cantata per urbem.*] Hoc hemistichium sumpsit Statius libro II. Silv.

Asteris & vatis totam cantata per urbem,

CIOFAN. Vid. III. Amor. XI. 19. *totum per orbem* Lovan.

70. *Mihi.*] *Meum* volebat Auctor Elector. Etonens. ut ad *ingenium* referatur.

71. *Vitiosa.*] *Nocitura* Barberin. ex lib. II. 543. *vitiosa fuerunt* unus. *Emendaturus* etiam Junian. Regius & Moreti.

73. *Cum fugerem.*] Cum in exsilium proficiscerer. lib. I. de Ponto Eleg. IIX.

Jure igitur lacrimas: Celso libamus adempto,
Cum fugerem, vivo quas dedit ipse mihi.

Et lib. IV. Elegia V.

Te sibi, cum fugeret, memori solet ore referre,
Barbariae tutas exhibuisse vias.

Virgilius Ecloga I.

Nos patriam fugimus.

Quo sensu, ut supra notavi, nomen *fugae* legitur apud hunc Nostrum, & apud Ciceronem. CIOFAN. *Nunc quoque cum fugerem* Leidens.

75. *Molle cor.*] Sic lib. I. de Ponto Elegia IV.

Confiteor misero mille cor esse mihi.

CIOFAN. *Atque inpugnabile* Lovan.

76. *Caussa.*] *Cura* duo.

77. *Minimoque accenderer igne.*] *Igni* Rottendorph. HEINS. *Nimioque* tredecim scripti & quidam editi. *hic essem* etiam maxima pars scriptorum, & olim quidam editi. vid. lib. VII. Met. 293.

78. *Quae tempus perbreve.*] *Per tempus quae breve* Junian. Moreti & duo alii. *post tempus* duo.

79. *Quamvis.*] *Quovis* Junian. *nec tamen* etiam tres alii.

73. *Se-*

Cum tamen hoc essem, minimoque accenderer igni;
Nomine sub nostro fabula nulla fuit.
Pene mihi puero nec digna, nec utilis uxor
Est data: quae tempus perbreve nupta fuit.
Illi successit, quamvis sine crimine, conjux;
Non tamen in nostro firma futura toro.
Ultima, quae mecum seros permansit in annos,
Sustinuit conjux exsulis esse viri.
Filia me mea bis primâ fecunda juventâ,
Sed non ex uno conjuge, fecit avum.
Et jam complerat genitor sua fata; novemque
Addiderat lustris altera lustra novem.
Non aliter flevi, quam me fleturus ademtum
Ille fuit. matri proxima justa tuli.

Feli-

73. *Seros permansit in annos.*] *Socios annos* tres libri. ut Epistola Phyllidis:

Promissus socios ubi nunc Hymenaeus in annos?

HEINS. Ego facilius *socios annos* in Epistola Phyllidis tolero, quam hic: ibi enim de promisso Hymenaeo in socios annos, id est, in matrimonium; hic vero agitur de jam ducta uxore, quae neque divortio, neque morte intercedente, in senectutem usque Poëtae mansit fida & firma. vid. sup. III. XIII. 3. *miseros* annos Putean. quae voces saepe confusae. BURM.

74. *Exulis esse viri.*] *Utilis esse mei* Bern.

75. *Filia me mea bis prima.*] Turbati numeri, quos ita concinna,

Filia me primâ mea bis fecunda juventâ.

HEINS. Si venustas quaedam est in illa repetitione *me mea*, ut ad Tibul. I. I. 3. observavit Broukhusius, cujus aures erant eruditissimae, & fastidiosae, ego hic contra codices nihil novarem. ita & Noster II. Amor. III. 23.

Tu quoque me, mea lux, in qualibet accipe loge,

mox lib. V. Eleg. VII. 5.

Dum me mea fata sinebant.

& ita saepe alibi. vid. ad lib. III. Amor. VII. 26. BURM.

77. *Et jam complerat genitor sua fata, novemque Addiderat lustris altera lustra novem.*] Cum Ovidius parentem suum nonaginta annos complesse significet, peropportunam hoc loco anſam mihi dat, qui id ipsum fere de parente meo, Joanne, liquido testari possum. Duodeviginti enim lustra firmis sane corporis & mentis viribus confectum beneficio agit. CIOFAN.

77. *Lustra.*] Per hoc verbum Lustrum prisci illi Romani tempus designabant; postea vero per Consules. CIOFAN.

79. *Ademtum.*] *Ademto* plurimi scripti, etiam Berlmanni. ita & *moreris* cum utroque casu. vid. ad VII. Met. 720.

80. *Ille fuit.*] *Ille foret* Bernens. & tres libri.

80. *Matri.*] In eodem matris sepulchro patrem condidi. alii legunt, *matris.* ut dicat post patrem etiam matrem extulisse, quod magis etiam placet. MERULA. Sed sive *matri*, sive *matri* legatur, posterior expositio melior est. MICYLL. Libri veteres, *matris.* CIOFAN.

80. *Proxima justa tuli.*] Clarissimus, ac sine controversia Jurisconsultorum nostri temporis praestantissimus, Jacobus Cujacius lib. XIII. observationum cap. 29. legit, *justa tuli*: ut & illud Statii è lib. VI.

—— *quid inania fertis*
Justa rogis?

Justa ferre & *facere* unum & idem esse vult. CIOF. Lege, *justa tuli.* alterum Latinum vix est. *justa exequialia* Statius Thebaidos XI. 610. appellat, & *justos ignes* Thebaid. XII. Val. Flaccus lib. V. 6.

Tum comiti pia justa tulit.

Noster ipse Fastorum secundo, pl. 569.

Hanc, quia justa ferunt, dixere feralia lucem.

sic & *dare justa.* Fast. III. 560.

Germanae justa dat ante sua.

lib. VI. 492.

Et dederat miseris omnia justa rogis.

quod male mutant. Statius Theb. IX. 518.

—— *certe tumulos supremaque vidit*
Juste dabas.

Felices ambo, tempestiveque sepultos,
Ante diem poenae quod periere meae!
Me quoque felicem, quod non viventibus illis
Sum miser; & de me quod doluere nihil!
Si tamen exstinctis aliquid, nisi nomina, restat,
Et gracilis fructos effugit umbra rogos;
Fama, parentales, si vos mea contigit, umbrae;
Et sunt in Stygio crimina nostra foro;
Scite, precor, caussam (nec vos mihi fallere fas est)
Errorem jussae, non scelus, esse fugae.
Manibus id satis est. ad vos studiosa revertor
Pectora, qui vitae quaeritis acta meae.

Jam

nisi male *Busta* nunc legitur. nec dubito apud eundem lib. III. Silv. 142. reponi debere:

Ast ego, dicitis dederim quae justa Pelasgis;
Quaeve laboratas claudat mihi pagina Thebas.

eo sensu idem libro V. Sylva I. II.

Nos tibi, laudati juvenis rarissima conjux,
Lenga, nec obscurum finem latura, perenni
Tentamus dare justa lyra.

Thebaïdos VI. 169.

—— *quid dona, duces, quid inania fertis*
Justa rogis?

ubi pari modo peccabatur in plerisque editionibus. ut & libro VII. 19.

—— *toi instant*
Planctibus, effusique sedent ad busta sepulchri.

quomodo illic recte caligavit Cronovius. libro IX. 397. ex antiquis membranis,

Ad tumulos fatuus supremaque justa tuorum
Saeva vocat.

& lib. XII. 34.

Certamen qui justa ferant, qui funera ducant,

familiaris ista vox Statio. Lucanus lib. IX.

—— *nunquam dare justa licebit*
Conjugibus.

quomodo illic veterrimus codex Vossianus. sic & *parentare justa* Noster Met. 11. 627. *injustaque justa* peregit, quae ibi vera est scriptura. Heins. Auctor Elect. Etonensium licet verum esse possit, *justa tulit*, concedat, tamen Latinum esse, *tuli justa matris*, hoc falsum sensu putat, *potuisse fum ajusdem hesternum matris*, sed durior haec explicatio, cum *justa ferre* & *dare* sit obvia & vulgaris, loquutio. Noster Fb. V. Fast. 480. *Quae positis justa ferunto avis.* & quis non ita loquatur? Burm.

81. *Felices ambo.*] *Ambos* unus Vatic. & tam *felices* quoque sic scribendum. Vide Notas Fast. I. pag. 296. sed vs *ambo* etiam quasi casus est. Monui Notis Metam. VII. pag. 792. Heins. Hoc quum nescirent librarii, locum hunc corruperunt, fecerunteque *sepulti*, quod nunc omnes occupat libros. nam corruptum locum, & *sepultos* reddendum, mihi res est certissima ex sequentibus, *me quoque felicem. ambo* ne quis dubitaverit, praestabit Ger. Voss. lib. II. de Anal. cap. 6. Auctor Elect. Etonens. Recte viri docti. vide ad Quinctil. Decl. VII. 7. Burm.

82. *Quod.*] *Qui* quinque scripti & Edit. prim. & mox, *qui non* quatuor codices. *quia non* Moreti.

84. *Quod doluere.*] *Condoluere* unus Heinsii.

85. *Si tamen exstinctis aliquid nisi nomina restat.*] Sensus est: Si tamen aliquid restat defunctis hominibus, praeter nomen: hoc est, Si quis sensus est post hanc vitam, animaeque hominum, ut traditur, immortales sunt. Alludit autem ad dogma Epicureorum, qui animas una cum corporibus interire docebant. Micyll.

85. *Nisi nomina restant.*] *Restat* ex scriptis nonnullis. Heins. vid. ad XIV. Met. 396.

86. *Et gracilis fructos effugit umbra rogos.*] Propertius libro quarto:

Sunt aliquid manes, letum non omnia finit,
Luridaque evolsos effugit umbra rogos.

Ciofan.

87. *Parentalis.*] *Parentales* Junii, Leid. & alii. Heins.

88. *Crimina nostra foro.*] Libri veteres, *carmina.* Ciofan. *Carmina* omnes fere libri.

91. *Id satis est.*] Ita edidit Heins. ex codice Moreti. aliae editiones, *hoc satis. revertor* junian.

92. *Quae vitae quaeritis acta meae.*] *Qui* tres scripti. quod praestat. Heins.

95. *Pisaea vinctus oliva Abstulerat decies praemia victor equus.*] Cum in exsilium sum ejectus, natus

Jam mihi canities, pulsis melioribus annis,
Venerat; antiquas miscueratque comas:
Postque meos ortus Pisaeâ vinctus olivâ
Abstulerat decies praemia victor equus;
Cum maris Euxini positos ad laeva Tomitas
Quaerere me laesi Principis ira jubet.
Caussa meae cunctis nimium quoque nota ruinae
Indicio non est testificanda meo.
Quid referam comitumque nefas, famulosque nocentes?
Ipsâ multa tuli non leviora fugâ.
Indignata malis mens est succumbere; seque
Praestitit invictam viribus usa suis:

Obli-

natus eram annos L. menses VII. dies vero XXI. Ciofan.

96. *Victor equus.*] Jam ante viginti annos in codice meo notaveram, & in Trajectina Academia publice Horatium interpretans, hoc loco legendum esse *equum* auditores meos docueram. & idem postea placuisse vidi Cl. Bentlej. ad Horat. IV. II. 17. cui plane subscribo. non enim equites in Olympico certamine coronatos, sed equos legimus: quos ideo magno pretio & parabant, & impensis ingentibus exercebant domi, & alebant, mittebantque deinde in sacra certamina. ita apud Justin. XII. 16. Philippi equi in certamine Olympico, domino suo, non sellori aut agitatori, victoriam pepererunt. & hinc Horatius lib. IV. Od. 2.

Sive quos Elea domum reduxit
Palma coelestes: pugilemve, equumve dicit.

& Art. Poet. 84.

Et pugilem victorem, & equum certamine primum.

hinc Στεφανηφόρα Theocrito Idyl. XVI. 26. equi dicuntur, & Plutarch. Sympos. II. quaest. 4. solum equum ex omnibus animalibus in partem certaminis & coronae venire ait. quae olim mihi adnotata etiam omnia fere à Bentlejo adduci video. & hinc in nummis toties Equi conspiciuntur tenentes palmam ore. qui *nobiles* inde equi dicti, ut Noster III. Amor. 2. & I. Art. 135. vocat. & *famosi* Suet. Calig. XII. vitiosa scriptura ortum habuit ex alio vitio, quia enim *abstuleram* in omnibus fere codicibus legitur, hinc memores librarii Ovidium equitem fuisse, pro *equus*, *eques* substituerunt. Burm.

96. *Victor.*] Certamine Olympiaco illo, sic licet loqui libuerit, duodecies aliata fuerant illa praemia: nam & quadriennio absolutis redibat, & relegatus est Noster annos jam natus quinquaginta. quippe cui Augusto nuper mortuo *alia fuerat exuli quinquennuis* (ut ipse testatur IV. de Ponto 6.) *Olympias, in alteriusque jam lustri tempus transibat.* Augustus vero Nasone non nisi viginti annis major, septuagesimum & sextum natalem propemodum affecutus decessit. Vox, credo, *περιφερὴς*, aliasque non absona loquendi genera, & Ovidium & Martialem in frandem induxerunt, ut *quinquennalem* illam *celebritatem ludorum* (uti vocat Cicero) quinquennüis exactis fieri crederent; incuria saltem Poëtica, adblandiente spatiorum similitudine, lustris suis Olympiadas anno licet longioribus exaequarent. Ne vero ab illa solummodo parte peccatum fuerit, paria facta sunt, lustraque ad Olympiadis veram modulum decurrata, idque ne recentiores adducam, ab hocipso Fastor. III. 163. annum Julianum designante. Auctor. Electon. Eton.

97. *Ad laeva.*] Ad sinistram partem ingredientibus. Eodem modo dicit *ad sinistra*, ut notabo, lib. I. Eleg. II.

Obliger ut tangam laevi fera littora ponti.

Elegia VII. hujus libri:

Qua maris Euxini terra sinistra jacet.

Elegia XI. lib. V.

Et Scythici vare terra sinistra freti.

Elegia & lib. II. de Ponto:

Pulsus ad Euxini Naso sinistra freti.

Ciofan. *Procul orbe Tomitas* Palat.

100. *Testificanda.*] *Testificata* Junian. *notificanda*; & versu priore, *nimium manifesta* Bernecii.

101. *Quid referam comitumque nefas, famulosque nocentes?*] Hoc quid sit, ipse omnium optime aperiet. Elegia & lib. I.

—— *ego perditus ensem*
Haesurum jugulo jam puto, jamque meo.

Lib. III. Elegia II.

Perdere diversae nec posuere viae.

Ubi-

Oblitusque togae, ductaeque per otia vitae,
Insolità cepi temporis arma manu.
Torque tuli terrà casus pelagoque; quot inter
Occultum stellae conspicuumque polum.
Tacta mihi tandem longis erroribus acto
Juncta pharetratis Sarmatis ora Getis.
Hic ego, finitimis quamvis circumsoner armis,
Tristia, quo possum, carmine fata levo.
Quod, quamvis nemo est, cujus referatur ad aures;
Sic tamen absumo decipioque diem.

Er-

Ibidem:

Cur ego tot gladios fugi?

Lib. IV. Elegia I.

Ungues neque insidias, capitisque pericula narrem,
Vera quidem vidi, sed graviora fide.

Lib. V. Elegia II.

Utque viae casus, ut amara pericula ponti;
Ut tecum fidas in mea fata manus.

Eleg. V. lib. I. de Ponto, ubi se cum Jasone comparat:

Ille labores comites primos telluris Achivae,
At nostram cunctis defuisse fugam.

Et lib. II. Elegia VII.

Tecta fides comitum poterat mala nostra levare:
Distata est subitis perfida turba meis.

CIOFAN.

101. *Ipsaque multa tuli non leviora fuga.*] Assentior Clarissimo viro M. Antonio Mureto, & eruditiss. fratri meo, M. Antonio, qui legendum censent, *Et quae multa tuli* &c. cum interrogationis nota. quae optima sententia est. CIOF. Non dissentit, quod Mureto & aliis placuit, *Et quae multa tuli.* D. HEINS. Tò *ipsaque* mendosum est. *ipse* optimus Mediceus. alii duo, *ipsaque.* unus *ipse ego.* prim. Polit. *ipsa.* recte. nisi quod scribi malo,

A quis multa tuli non leviora fuga.

de famulis enim & comitibus queritur etiam Pont. II. Eleg. VII.

Tecta fides comitum poterat mala nostra levare,
Distata est subitis perfida turba meis.

Mureto tecte Ciofano, *Et quae multa tuli.* Scaliger attentiùs locum notarat. Richelianus,

Ipsa mortis tuli non leviora mala.

HEINS.

103. *Oblitusque togae.*] Togae idem Richelianus. HEINS. *Togae* recepimus, ut ita armis opponatur. *Ductaeque per otia vitae*, *otiumque mei*, *otiumque per otia ductae* Bernens. *Ductaeque per otia vitae* Junian.

105. *Ductae per otia vitae.*] Praeter ea, quae superius notavi, ita libro III. Eleg. II.

Quique fugax rerum, securaque in otia natus,
Mollis & impatiens ante laboris eram.

Lib. V. Elegia IV.

Quique prius mollem, vacuamque laboribus egi
In studiis vitam, Pieridumque choro.

Per otia, per tranquillitatem, quietem. sic verbum *otium* reperies apud M. Tullium in Philippicis. CIOF.

106. *Insolita cepi temporis arma manu.*] Scaliger. in margine codicis sui emendarat,

Insolita cepi tum prius arma manu.

Tum prius Scaliger. perperam. sic *temporis vultus* Nosito Met. XIII.

Temporis illius vultum referebat Achilles,
Quo ferus injusto petiit Agamemnona ferro.

& *temporis solatia* apud Auson. Parentalib.

Admittunt alii solatia temporis aegri.

ita scribe. nam *aegri* perperam legitur. Columella sub finem libri VIII. *Temporis poma, siquando tamen hyemis saevitia non patitur ejus generis esam dari, vel sordidi panis offae, vel si qua sunt temporis poma concisa praebeantur.* potest & tò *temporis* cum *insolita* construi. HEINS.

106. *Temporis arma.*] Francius corrigebat, *tum prius*, vel, *protinus.*

107. *Totque tuli poenas terrâ.*] Melius in alii, *Totque tuli terrâ casus.* lib. I. Eleg. IV.

Scire meos casus siquis &c.

Elegia & libro, quem modo adduxi:

Tot mala sum passus, quot in aethere sidera lucent,
Parvaque quot siccus corpora pulvis habet.

Lib. IV. Elegia I.

Meque tot adversis cumulat, quot littus arenas,
Quotque fretum pisces, ovaque piscis habet.

Lib. sequenti Elegia I.

Felix qui patitur quas numerare potest.
Quot frutices silvae, quot flavas Tybris arenas,
Mollia quot Martis gramina campus habet.

Et

Ergo quod vivo, durisque laboribus obsto,
Nec me sollicitae taedia lucis habent,
Gratia, Musa, tibi: nam tu solatia praebes;
Tu curae requies, tu medicina mali:
Tu dux, tu comes es: tu nos abducis ab Istro;
In medioque mihi das Helicone locum.
Tu mihi (quod rarum) vivo sublime dedisti
Nomen; ab exsequiis quod dare Fama solet.
Nec, qui detractat praesentia, Livor iniquo
Ullum de nostris dente momordit opus.

Nam

Et II:

Littora quot conchae, quot amoena rosaria flores,
Quotve soporiferum grana papaver habet:
Silva feras quot alit, quot piscibus unda natatur,
Et tenerum pennis aëra pulsat avis:
Tot premor adversis quae si comprendere coner,
Icariae numerum dicere coner aquae.

Lib. II. de Ponto Eleg. VII.

Nec numerus nostris casibus esse potest.
Cyniphiae segetis citius numerabis aristas,
Aliaque quam multis floreat Hybla thymis:
Et quot aves motis nitantur in aëra pennis,
Quotque natent pisces aequore, certus eris;
Quam tibi nostrorum statuatur summa laborum,
Quos ego sum terrâ, quos ego passus aquâ.

Et lib. IV. Eleg. XV.

Tempora nam miserae complectar ut omnia vitae,
A meritis ejus pars mihi nulla vacat:
Quae numero tot sunt, quot in horto fertilis arvi
Punica sub lento cortice grana rubent.
Africa quot segetes, quot Tmolia terra racemos,
Quot Sicyon baccas, quot parit Hybla favos.

CIOFAN. *Torque tuli poenas terra* Jun. Leid. & multi alii, etiam edit. Micyl. Gryph. & al.

109. *Tacta mihi tandem longis.*] In uno Vatic. *tandem est.* In altero & Mafficiano, *Tacta mihi est tandem.* CIOFAN. *Erroribus arctos* tres libri.

111. *Quamvis circumsoner armis.*] Duo lib. scripti, *circumsoner.* Eadem autem sententia est. lib. I. de Ponto Elegia IV.

Hostis adest dextra, laevaque à parte timendus,
Vicinoque metu terret utrumque latus.

Et Eleg. II. qui hunc sequitur, libri:

——— *& saevo cinctus ab hoste locus.*

Et III.

Quam quod finitimo cinctus premor undique Marte.

CIOFAN. *Circumsoner* meliores. HEINS. *Vicinis quamvis* Leidens.

112. *Quo possum.*] *Qua* Francof. ut Epist. XIII. 41.

Qua possum, squalore tuos imitata dolores.

& passim alibi.

113. *Referatur.*] *Referantur* quatuor scripti & prim. editio.

114. *Sic tamen absumo, decipioque diem.*] Eleg. IX. lib. sequentis:

Detimes studiis animum falloque labores,
Experior curis & dare verba meis.
Quid potius faciam desertis solus in oris?
Quamve malis aliam quaerere coner opem?

CIOFAN.

115. *Ergo quod vivo.*] *Ergo quidem vivo* Leid. & alius. malim, ut saepe alibi, *ergo, ego quod vivo. Longisque laboribus* tres & editio Berlmanni. versu sequenti, *taedia mentis* Lovan. & alius. *nobilis* tres. *vocis* Palat. *nec mihi* etiam Leidens.

118. *Tu medicina venis.*] *Malis* Hafniensis. Hamburgensis *mali* pro diversa lectione. utramque praestat lectioni vulgatae. HEINS. *Tu requies curae, tu medina vetus* in suis membranis esse testatur Auctor Etonens. Electos. qui *venis* praetulit propter illa, Epist. I. *Tu citius venias portus & aura tuis.*

119. *Tu dux & comes es.*] *Tu comes es* aliquanto nervosius quinque veteres. *tu dux, tuque comes.* Junian. pro *tu nos abducis*, tres, *me subducis*, totidem, *deducis.* Lege, *tu me seducis ab Istro:* HEINS. Vid. IV. Fast. 385.

121. *Tu mihi quod rarum est, vivo sublime dedisti Nomen, ab exsequiis quod dare fama solet.*] Lib. IV. de Ponto Elegia XVI.

Famaque post cineres major venit, & mihi nomen
Tunc quoque, cum vivis annumerarer, erat.

Propertius lib. III. Elegia I.

Omnia post obitum fingit major vetustas:
Majus ab exequiis nomen in ora venit.

Martialis lib. I. de ipsius ad Lectorem:

Cui lector studiose, quod dedisti
Viventi decus, atque sentienti,
Rari post cineres habent poetae.

Nam tulerint magnos cum fecula noſtra poëtas;
Non fuit ingenio Fama maligna meo.
Cumque ego praeponam multos mihi; non minor illis
Dicor: & in toto plurimus orbe legor.
Si quid habent igitur vatum praeſagia veri;
Protinus ut moriar, non ero, terra, tuus.
Sive favore tuli, ſive hanc ego carmine famam,
Jure tibi grates, candide lector, ago.

Sed videndum eſt ejuſdem Mart. Epigram. lib. v. quod incipit:

Eſſe quid hoc dicam, vivis quod fama negatur? CIOFAN.

123. *Nec qui.*] *Nam qui d. pr. livor iniquus nullam* &c. Junian. *nec quia* &c. *iniquus* multi alii. *detractat* multi ſcripti & editi.

125. *Nam tulerint magnos cum ſecula noſtra poëtas, Non fuit ingenio fama maligna meo.*] Eadem Elegia & libro:

Dicere ſi fas eſt, claro mea nomine Muſa,
Atque inire tantas, quas legeretur, erat.

CIOFAN. *Tulerunt* Regius. qui & *ſecula longa.* Leidenſ. *magna.*

126. *Maligna.*] Invida. Antitheton, *benigna*, priore illo modo in Epiſtola ad Helenam:

Credis & hoc nobis? minor eſt tua gloria vero,
Famaque de forma poene maligna tua eſt.

CIOFAN.

127. *Cumque ego.*] *Utque* Junianus. HEINS. *Et tibi praeponam* Bernenſ.

130. *Protinus ut moriar, non ero, terra, tuus.*] Hoc eſt, non totus ſepeliar, & in terra abſconditus, eoque ignotus ero: ſed mea fama ſupra terras ſeſe attollet, famaque immortalis. Sic & Horatius de ſcipſo, II. Od. ult.

Non uſitata, nec tenui ferar
Penna biformis per liquidum aethera,
Vates, neque in terris morabor
Longius, invidiaque major
Urbes relinquam, non ego pauperum
Sanguis parentum, non ego, quem vocas,
Dilecte Maecenas obibo,
Nec Stygia cohibebor unda. &c.

MICYLL.

131. *Sive hanc ego.*] *Sive hanc quoque* Moreti b. Lovan.

132. *Jure tibi.*] *Jure igitur* membranae noſtrae unde repoſita tandem in penultimo diſtinctione, ſi quid reſtat, legendum illic, *cauſſam* vel *famam*, quae jam nimia. AUCTOR. ELECT. ETON.



P. OVIDII NASONIS
TRISTIUM
LIBER V.
ELEGIA I.

HUnc quoque de Getico, noſtri ſtudioſe, libellum
Litore, praemiſſis quattuor adde meis.
Hic quoque talis erit, qualis Fortuna poëtae.
Invenies toto carmine dulce nihil.
Flebilis ut noſter ſtatus eſt, ita flebile carmen;
Materiae ſcripto conveniente ſuae.
Integer & laetus laeta & juvenilia luſi:
Illa tamen nunc me compoſuiſſe piget.
Ut cecidi, perago ſubiti praeconia caſus:
Sumque argumenti conditor ipſe mei.
Utque jacens ripâ deflere Cayſtrius ales
Dicitur ore ſuam deficiente necem:
Sic ego, Sarmaticas longe projectus in oras,
Efficio tacitum ne mihi funus eat.
Delicias ſi quis laſcivaque carmina quaerit;
Praemoneo numquam ſcripta quod illa legat.

Aptior

1. *Noſtri ſtudioſe.*] Duo veteres, *miſſum, ſtudioſe.* HEINS. *Noſtrum* unus, *ut noſtri* Junian. *nobis* Bernenſ. *noſtri* ſolum eſt verum. ut III. Amor. II. 1. *nobilium ſtudioſus equorum.*

7. *Integer & laetus.*] *Donec eram laetus* prim. Polit. prim. Vatic. prim. Pal. & duo alii. male. ſupra,

Integer hanc potui nuper bene reddere lucem.

HEINS. *Et laetus juvenilia carmina luſi* Palatin. *laete juvenilia luſi* Lovan. & Servii. *ſcripſi* Moreti Bernenſ. & ſex alii, cum Mss. Berſm. & Zinzerlingi Diatrib. prior. pag. 190. vid. Eleg. praecedentis libri x. 57.

11. *Utque jacens.*] *Cumque* Regius. *ripa Cygnus deflere Cayſtri* Servii. deinde, *ore ſuo* Leid. *decipiente* etiam Bern.

13. *Sic ego Sarmaticas longe projectus in auras.*] Longe rectior lectio eſt in Vatic. & Maſſeiano, *oras.* CIOFAN. *Proſtratus* Leid. *provectus* Lovan. *profectus* Servii. *propulſus* Bernenſ. *ad oras* idem. vid. XV. Met. 504. *in auras* Edit. Gryph.

16. *Praemoneo, numquam ſcripta quod illa legat.*] Verſum hunc aſſeriſco notavimus, propter conjunctionem *quod.* Nam aut perperam huc irrepſiſſe illam: aut eandem novo atque inuſitato modo, pro *ut*, poſitam eſſe, dicendum eſt. MICYLL. Non ſatis Latinum pro *numquam* pr. Vat. pr. Pal. & Richel. *noſtra.* Caſligabam aliquando,

Aptior huic Gallus, blandique Propertius oris,
Aptior, ingenium come, Tibullus erit.
Atque utinam numero ne nos essemus in isto!
Hei mihi! cur umquam Musa jocata mea est?
Sed dedimus poenas: Scythicique in finibus Istri
Ille pharetrati lusor Amoris abest.
Quod superest, animos ad publica carmina flexi;
Et memores jussi nominis esse sui.
Si tamen è vobis aliquis tam multa requiret,
Unde dolenda canam: multa dolenda tuli.
Non haec ingenio, non haec componimus arte.
Materia est propriis ingeniosa malis.
Et quota Fortunae pars est in carmine nostrae?
Felix, qui patitur, quae numerare valet!
Quot frutices silvae, quot flavas Thybris arenas,
Mollia quot Martis gramina campus habet;

Tot

Praemonet nunquam scripta quid ista legat.

vel, *nusquam*. ut Tè *ut* subintelligatur, Tè *quid* redundet. vide Notas Epist. VI. vs. 151. Caperetque me monebat videri sibi legendum,

Praemonet nunquam Tristia nostra legat.

Non male. Nisi quod versus hic mihi pro Ovidiano non est, ut nec ille, qui mox sequitur. at Gronovius,

Praemonet, non est, scripta quod ista legat.

HEINS. Vid. Perizon. ad Sanctii Miner. III. XIV. n. 19. ubi a barbaris defendit hunc locum.

18. *Atque alii quorum nomina magna vigent.*] *Pro quo* prim. Polit. prim. Pal. prim. Vatic. & quatuor alii ex melioribus; optime,

Aptior, ingenium come, Tibullus erit.

qui, quin genuinus sit ipsius Nasonis, dubitari non potest. Aemilius Probus in Dione: *Dion autem praeter rubicum profunditatem, generosamque majorum famam multa alia ab natura habuit bona: in illi ingenium docile, come, aptum ad artes optimas.* Tacitus Annalium lib. VI. *Artabanum Scythas invitat adultum ob feritatem exercati, cum viridatis ingenium Romanas per artes juvarent.* sic *comis annus* in Fullo. *comis amica* & similia passim apud Nostrum. Cicero in Limone:

Tu quoque, qui solus lecto sermone, Terenti
Quicquam cane logums.

Noster libro II. ad Augustum:

Majestas adero comis utique tua est.

Contra apud Plinium lib. XXXV. cap. 4. *Tiberius minima comis Imperator.* HEINS. *Et plures, quorum n. m. vigent* editi habent multi.

19. *Nos non essemus in isto.*] *Non nos* quidam ex melioribus. *ne nos* prim. Pal. quod placet. nisi mavis, *nec nos.* HEINS.

19. *In isto.*] *In illo* iidem Vaticani. CIOFAN.

20. *Musa locuta mea est.*] *Jocata* Combii & fragmentum Vaticanum. quomodo & Vossianus pro diversa lectione. vere. sic *jocosam Musam* suam vocat. Trist. II. 345.

Vita verecunda est, Musa jocosa mihi.

lib. III. Eleg. III.

Quodque magis vita Musa jocosa mea est.

Simile mendum apud Phaedrum non semel deprehendimus. ut lib. IV. initio, *hoc sunt jocati modo.* ubi *locuti* perperam nunc legitur. HEINS.

22. *Lusor amoris abest.*] Imo, *abest* cum melioribus. HEINS.

23. *Quod superest, socios ad publica carmina flexi.*] Habet hic versus nonnihil difficultatis, id quod ex aliorum expositionibus videre est. Videtur autem idem etiam exponi posse κατ' ἀνάστροφον, aut κατ' ἀναλλαγὴν, hoc modo: Flexi carmina publica, hoc est, in publicum emissa, aut etiam popularia, ad socios, &c. ut sit sensus: Quando igitur aliud nihil haberem reliquum, quod scriberem, flexi carmina, sive stylum ad socios, eaque ad illos legenda publice, aut in commune dedi, quibus illos, ut memores essent mei, rogarem. MICYLL. Bene prim. Polit. & Rottendorph. *animos*; ac sequenti versu, *nominis sui*, non *mei*. prim. Vatic. *animum*. & mox, *è vobis* fragmentum Va-

Tot mala pertulimus: quorum medicina quiesque
Nulla, nisi in studio, Pieridumque morâ est.
Quis tibi, Naso, modus lacrimosi carminis? inquis.
Idem, Fortunae qui modus hujus erit.
Quod querar, illa mihi pleno de fonte ministrat:
Nec mea sunt, fati verba sed ista mei.
At mihi si carâ patriam cum conjuge reddas;
Sint vultus hilares, sinque quod ante fui;
Lenior invicti si sit mihi Caesaris ira;
Carmina laetitiae jam tibi plena dabo.
Nec tamen ut lusit, rursus mea litera ludet:
Sit semel illa meo luxuriata malo.
Quod probet Ipse, canam: poenae modo parte levatâ
Barbariem, rigidos effugiamque Getas.
Interea nostri quid agant, nisi triste, libelli?
Tibia funeribus convenit ista meis.

At

Vaticanum. HEINS. Forte, *& memores jussi criminis esse sui*, quod scilicet mei oblivisceretur. licet & vulgata satis placeat. *publica carmina* epistolas capio, quas amicis publice legendas misit, & ideo in libellos ordinavit.

23. *Ad publica carmina flexi.*] Ut bella scriberent, vel de patria. CIOFAN.

29. *Et quota?*] *At* malebat Heinsius; ut & lib. II. ex Pont. X. 31. *nostro* etiam sex. *& quota pars nostrae fortunae in carmine nostro est* Moreti.

30. *Numerare potest.*] *Valet* Combianus. mox, *quot flavus Tybris arenas* puto; non *flavas*. HEINS. *Fulvas* Lovan.

32. *Mollia quot.*] Leidensis codex, *millia*. sed *mollia* proprium graminis epithetum facit, ut nihil mutem. inf. Eleg. IV. 9. *nec aperto mollia prato gramina*, ita *pabula mollia* in Ibin. 137. & passim. BURM.

32. *Martis campus.*] Tacitus lib. I. *In campo Martis, sede destinata cremari vellent.* CIOF.

34. *Pieridumque mora.*] Opinor praestare, *Pieridumque choro.* sic infra Eleg. III.

Quique prius mollem vacuumque laboribus egi
In studiis vitam Pieridumque choro.

sic & Pont. I. Eleg. VI.

——— *Pieriis invigilate choris.*

HEINS.

37. *Quod querar.*] *Quae queror* Leid. *quod queror* Moret. & Lovan. & Berism. mox, *fati verba finistra* unus.

43. *Nec tamen.*] *Non tamen* editi multi. *nec prius ut* Servii codex. *ut lusit quondam mea* Bertinensis.

44. *Sit semel illa joco luxuriata meo.*] *Joco suo* Hafnienfis. placet. nisi quod scribendum puto,

Sat semel illa joco luxuriata suo est.

Tanaquillus Faber in Epistolis, lib. I. Ep. 67.

Sit satis illa malo luxuriata meo.

quod Zulichemianae membranae confirmant, in quibus,

Sit semel illa meo luxuriata malo.

semel quoque, non *satis* reliqui castigatores. mox, *Barbariam* pro *Barbariam* meliores. HEINS. *Sic tamen illa suo l. joco* Ms. Berism.

45. *Quod probet.*] *Probat* Moreti. *quae probet illa* Leid. *ipsa* prim. Vatic. & tres alii. male. *ipse* est Augustus. *ipse*, ut Graecis αὐτὸς, honoris provocabulo, Dux, Rex, & Princeps saepe vocantur. vide Gebhard. Crepund. I. 9. & ad Tibull. I. III. 2. Barth. ad Stat. IV. Theb. 525. sic saepe apud Valer. Flac. *ipse* Jason dicitur. vid. lib. III. 150. & passim. *parta soluta* Junian. BURM.

46. *Barbariam, rigidos effugiamque Getas.*] Libr. & Eleg. IV.

Quique sit à saevo longius hoste, locum.

CIOFAN.

47. *Interea nostri quid agant nisi triste libelli.*] Puto, *quid dent nisi triste*. nam Combianus, *agant*. sic Pont. lib. I. Eleg. I.

Non minus hoc illo triste, quod ante dedi.

HEINS. Adscripserat & codici suo Heins. *quid agant.*

At poteras, inquis, melius mala ferre silendo;
Et tacitus casus dissimulare tuos.
Exigis, ut nulli gemitus tormenta sequantur;
Acceptoque gravi vulnere flere vetas.
Ipse Perilleo Phalaris permisit in aere
Edere mugitus, & bovis ore queri.
Cum Priami lacrimis offensus non sit Achilles;
Tu fletus inhibes, durior hoste, meos.
Cum faceret Nioben orbam Latoïa proles,
Non tamen & siccas jussit habere genas.
Est aliquid, fatale malum per verba levare:
Hoc querulam Progne Halcyonenque facit.
Hoc erat, in gelido quare Paeantius antro
Voce satigaret Lemnia saxa suâ.

Stran-

53. *In aere.*] *In ere* Lovan.

55. *Offensus non sit.*] *Non est offensus* Lovan.

56. *Tam flentes inhibes.*] Scripti, *Tu*, sine interrogationis nota. Heins.

57. *Cum faceret Nioben orbam Latonia proles.*] Hanc fabulam scribit Apollodorus lib. III. ubi Niobes filiorum numerum & nomina singillatim sic recensit. Mares, Sipylum, Minytum, Ismenum, Damasichthonem, Agenorem, Phoedimum ac Tantalum. Feminas, Ethodaem, sive, ut alii volunt, Theram, Cleodoxam, Astyochen, Phthiam, Pelopiam, Allycreteam, Ogygiam. Addit & auctorum discrepantiam. At Hesiodus decem filios, totidemque filias eam suscepisse ait. Herodotus autem duos mares, & tres feminas. Immo vero Homerus sex mares, & sex item feminas Amphionem ex Niobe habuisse refert. Quare Niobe ter filiis auctа, se Latona foecundiorem esse jactavit. Idque Latona cum aegro animo ferret, filios suos, Apollinem ac Dianam, in Niobes filios irritavit. Mox autem Diana Niobes filias domi confecit: Apollo vero mares ad unum in Cytherone venantes interfecit. Ciofan. Malebat Heinsius, *Latoïi*. cui obsecuti sumus. vid. sup. lib. III. Eleg. II. 3. mox, *non tamen haec* Ms. Bersm. *haec* decem scripti & editiones veteres. *huic* Junian. & duo alii.

59. *Fas verba levare.*] *Levari* malo cum uno Pervino. paulo ante etiam legendum, *Nunc tamen*, pro *Non*. Heins. *Fatale meum* Excerpt. Vossi.

60. *Hoc querulam.*] Malim, *Hoc querulas*. Heins. *Haec querula* Medic. *hoc querula Progne Alcimoque* Bonon. & prim. Palat. *Halcyonaique* idem. Mezyl. Cod. Servii *Alcimedemque* Lovan. ut Blasii Jasonis intelligatur, cujus vox, *planctus* superemineat omnes apud Valet. Flac. I. 317. sed non puto.

63. *Atque exaestuat intus.*] Plurimi scripti, & quidam editi, *atque cor aestuat*. quod Heinsionem probatur. nam *exaestuare* utitur & Noster XIII. Met. 559. & 867. & de bitumine, quod è terra exaestuat Justin. lib. 2. unde elegans haec metaphora illustrari apte posset. *atque aestuat* duo alii cum prim. Vatic. Bersmannus conjiciebat, *atque cor ustulat*, infeliciter. Burm.

64. *Cogitur & vires multiplicare suas.*] Dolor facit homines eloquentes. sic Ulixes apud poëtam nostrum lib. XIII. Met.

—— *in quae dolor ipse disertum*
Fecerat.

Sic & Cicero ab exilio reversus, cum pro domo sua dixit, lib. IV. Epist. II. ad Atticum. *Post illas datas litteras secuta est summa contentio de domo. Diximus apud Pontifices prid. Kal. Octobris. Alia res est accurate à nobis: & si umquam in dicendo fuimus aliquid, aut etiam si umquam alias fuimus, tum profecto dolor & magnitudo vim quandam mihi dicendi dedit.* rursus hic Noster, si quis facundus atque eloquens esse vult, praecipit, ut doleat,

Atque utinam posses etiam facundus in illis
Esse: dole tantum, sponte disertus eris.

Ciofan.

66. *Si mihi quod prodest, hoc tibi.*] Prim. Pal. prim. Vatic. prim. Pal. & tres alii, *Sic mihi quod prodest, si.* Forte,

Id, mihi quod prodest, si tibi, Lector obest.

Heins. In Francof. erat,

Hoc, mihi quod prodest, si tibi, lector, obest.

recte, ut puto: vid. supr. III. IV. 7. Burm.

67. *Sed*

Strangulat inclusus dolor, atque exaestuat intus:
Cogitur & vires multiplicare suas.
Da veniam potius; vel totos tolle libellos;
Hoc, mihi quod prodest, si tibi, lector, obest.
Sed neque obesse potest: ulli nec scripta fuerunt
Nostra, nisi auctori perniciosa suo.
At mala sunt fateor. quis te mala sumere cogit?
Aut quis deceptum ponere sumta verat?
Ipse nec emendo: sed ut hîc deducta legantur;
Non sunt illa suo barbariora loco.
Nec me Roma suis debet conferre poëtis.
Inter Sauromatas ingeniosus ero.
Denique nulla mihi captatur gloria, quaeque
Ingenio stimulos subdere Fama solet.

No-

67. *Sed nec obesse potest ulli, nec scripta fuerunt Nostra, nisi auctori perniciosa suo, &c.*] Eodem argumento elegantissime usus est lib. II. his carminibus:

Igne quid utilius? si quis tamen urere tecta
Apparat, audaces instruit igne manus.
Eripit interdum, modo dat medicina salutem:
Quaeque juvet, monstrat, quaeque sit herba nocens.
Et latro, & cautus praecingitur ense viator;
Ille sed insidias, hic sibi portat opem.
Discitur innocuas ut agat facundia causas,
Pretegit haec fontes, immeritosque premit.
Sic igitur carmen, regula si monte legatur,
Constabit nulli posse nocere meum.
Et tandem vitium quicumque hinc concipit, errat,
Et nimium scriptis arrogat ille meis.

Ciofan.

70. *Aut quis.*] *Quid* unus Vaticanus. Adi Notas ad Epistolam Ariadnes. vs. 86. Heins.

71. *Ipse nec emendo.*] Lib. I. de Ponto Eleg. VI. aliam adfert causam:

Nec tamen emendo, labor hic, quem scribere major,
Mensque pati durum sustinet aegra nihil.

Ibidem:

Cur ego sollicita poliam mea carmina cura?
An vereor, ne non approbet illa Getes?

Et lib. III. Eleg. IX.

Saepe piget (quid enim dubitem tibi vera fateri?)
Corrigere, & longi ferre laboris onus,

Et:

Corrigere ut res est tanto magis ardua, quanto
Magnus Aristarcho major Homerus erat.

Ciofan. *Ipsa* prim. Polit. & duo alii. quidam; *Ipse nec emendo.* prim. Vatican. *Ipse nec emendo.* Heins. *Ipse nec hoc mando*, Bernens. & editi nonnulli. *ipsaque non laudo* unus. *ipsaque non mando* alius. *ut hinc detuleta* Jun. & tres alii. *hic, huc, haec, &* in aliis.

72. *Non sunt illa suo barbariora loco.*] Vide quae notavi Eleg. I. lib. III. Ciofan.

73. *Nec me Roma suis debet conferre poëtis.*] Libro & Eleg. I. de Ponto:

Nec me nominibus furiosus confero tantis.

Ciofan.

74. *Inter Sauromatas ingeniosus eram.*] Eodem Lib. Eleg. VI.

Forsitan audaciter faciam, sed glorior Ilerum
Ingenio nullum majus habere meo.

Ciofan. *Sarmaticos* Junian. & quidam editi.

74. *Eram.*] *Ero* multi veteres. Putem, *eo.* ut in Amoribus:

Turpiter haec illuc ingeniosus eo.

Heins.

75. *Denique nulla mihi captatur gloria.*] Elegia IIX.

Non tamen, ut lauder, vigilo, curamque futuri
Nominis, utilius quod latuisset, ago.

Lib. III. de Ponto Eleg. ultima:

Da veniam scriptis, quorum non gloria nobis
Causa, sed utilitas, officiumque fuit.

Ciofan. *Captantur* secula Leidenses. Heins.

75. *Quaeque ingenio stimulos subdere fama solet.* Lib. IV. Elegia II. de Ponto:

Ges-

Nolumus adsiduis animum tabescere curis:
Quae tamen irrumpunt, quoque vetantur, eunt.
Cur scribam docui: cur mittam, quaeritis, istos?
Vobiscum cupiam quolibet esse modo.

Exstinctus audiar studium, laudataque virtus
Crescit, & immensum gloria calcar habet.
CIOFAN. *Ingenii* meliores. Puto, *Ingeniis*. HEINS. *Simulque addare* Regius.

79. *Istos.*] *Istoc* Faber lib. 1. Ep. 67. quia *istos* nihil habet, quo referatur. mox, *cupiam* Junian.

ELEGIA II.

Et quid, ut è Ponto nova venit epistola, palles;
Et tibi sollicità solvitur illa manu?
Pone metum; valeo. corpusque, quod ante laborum
Impatiens nobis invalidumque fuit,
Sufficit, atque ipso vexatum induruit usu.
An magis infirmo non vacat esse mihi?
Mens tamen aegra jacet, nec tempore robora sumsit:
Adfectusque animi, qui fuit ante, manet.
Quaeque morâ spacioque suo coïtura putavi
Vulnera; non aliter, quam modo facta, dolent.
Scilicet exiguis prodest annosa vetustas,
Grandibus accedunt tempore damna malis.
Pene decem totis aluit Paeantius annis
Pestiferum tumido virus ab angue datum.
Telephus aeternâ consumtus tabe periret,
Si non, quae nocuit, dextra tulisset opem.

Et

1. *Nova venit.*] *Tibi venit* duo scripti. *a ponto* Moret. & Lovan. *aquid nbi* novem. *haec ubi de Ponto* sex.

2. *Et tibi sollicita.*] *Et nisi* codices & prim. Edit. an, *nec, nisi sollicita?* deinde, *ipsa* tres libri.

3. *Laborum.*] *Laboris* Bernens. Leid. & Palat.

5. *Atque ipso vexatum.*] Gottorph. & *longo*. vid. II. Amor. XIX. 23. & III. Pot. VI. 53. *Sufficit, atque animo* Polit. vetus sequuti Francof. & alii quidam, *An magis infirmo nunc vacat esse mihi? nam magis* unus. *at magis* Jun. Leid. & alius. *En magis* Moreti & tres alii, & Margo Gryph. & ita edidit Micyll. Ed. Regius, tres alii, Excerpt. Voss. & minor Gryph. Ed. *ah magis* unus. *nunc vacat* Politian. forte legendum totum distichon hoc modo;

Sufficit, An longo vexatum induruit usu?
An minus infirmo nunc vacat esse mihi?

minus & *magis* passim confuderunt libratii. BURM.

7. *Sumsit.*] Heinsius malebat, *sumit*.

9. *Coitura.*] *Coeunda* Excerpt. Voss.

11. *Vetustas.*] *Senectus* Bernens. & alius, ut saepe haec confusa.

13. *Pene decem totis aluit Paeantius annis Pestiferum tumido virus ab angue datum.*] Elegia v. hujus libri:

Quidve Philoctetes ictus ab angue gemat.

Et lib. I. de Ponto Eleg. IV.

Utque Machaonius Paeantius artibus heros
Lenito medicam vulnere sensit opem. CIOFAN.

14. *Vulnus ab angue datum.*] Sic est in libris veteribus, & recte. Hunc autem locum copiosissime explicabo lib. XIII. Metam. ibi:

—— *non te, Paeantia proles,*
Expositum Lemnos nostro cum crimine habeat.

CIOFAN. *Virus* primae editiones & unus Vaticanus cum Arondeliano. HEINS. *Subita ab angue* Lovan. *magno* Moreti pro var. lect. male. vid. ad I. Met. 460. & X. 313. & quia *tumidi* proprie angues a veneno dicuntur, *virus* praetuli, & mox *vulnera* sequitur. BURM.

15. *Aeterna.*] *Aeternum* Putean. *confusus* Lovan. *peste* unus. *morte* alius.

17. *Et mea, si facinus nullum commisimus, opto Vulnera qui fecit, facta levare velit.*] Lib. & Elegia I.

Namque ea vel nemo, vel qui mihi vulnera fecit,
Solus Achilleo tollere more potest.

CIOFAN. *Quae fecit* Leidens.

19. *Parte doloris.*] *Laboris* sex libri. quod magis videtur. HEINS.

20. *De mare.*] Antique. sic in Ibin.

Et summam Libyco de mare carpat aquam.

CIOFAN. *Exiguam aquam* Bernens. & tres. *carpat* tres. *traflat* unus. *sumat* alius. *tollat* Servii.

21. *Multum restabit acerbi.*] *Acervi* prim. Palatin. Vatican. & tres alii. malim, *acervo*; poenae videlicet. HEINS.

23. *Quot amoena rosaria flores.*] *Quot enos flua.* prim. Polit. *quot enos hostia* Rottendorph. *quod amenas hostia* prim. Vatic. & prim. Palatinus. Puto scribendum, *Paestana rosaria flores.* sic *Paestanae rosae* Pont. II. Eleg. IV. & *lusi rosaria Paesti* apud Maronem. *Paestana rosaria* habes apud Marcianum Capellam libro VI. bis terve. Ennodius:

Paestanis pariter depingit terga rosetis.

quanquam *amoenas rosas* dixit Apulejus Met. XI. HEINS.

26. *Quod tenerum pennis aëra pulsat avis.*] *Quot* cum scriptis. malim etiam, *faleat.* HEINS. *Liquidum aëra* Moreti. sed nihil opus. vid. ad III. Am. II. 37. & *tenerum* multi editi.

27. *Conor.*] *Conor* Bernens. Regius & Servii. *quot si deprendere conor* Leid. & mox, *numerus* Combi. *nimium dicere conor* Leid. *cogor* alius.

30. *Ut taceam strictas in mea fata manus.*] Necem sibi in itinere à comitibus paratam intelligit: idque significat Elegia XII. libri superioris:

Quid referam comitumque nefas?
Ut ibi notavi. CIOFAN.

33. *Trajicerer.*] *Transigerer* Vatican.

35. *Nixa.*] *Firma* vel *nisa* Combi. *nota* unus. *fixa* alius. *missa* Leidens.

37. *Quid dubitas, & tuta times?*] *Quid tuta*

Et mea, si facinus nullum commisimus, opto
Vulnera qui fecit, facta levare velit.
Contentusque mei jam tandem parte laboris,
Exiguum pleno de mare demat aquae.
Detrahat ut multum, multum restabit acerbi:
Parsque meae poenae totius instar erit.
Litora quot conchas, quot amoena rosaria flores,
Quotve soporiferum grana papaver habet;
Silva feras quot alit, quot piscibus unda natatur;
Quot tenerum pennis aëra pulsat avis;
Tot premor adversis, quae si comprendere coner,
Icariae numerum dicere coner aquae.
Utque viae casus, ut amara pericula ponti,
Ut taceam strictas in mea fata manus;
Barbara me tellus, orbisque novissima magni
Sustinet; & saevo cinctus ab hoste locus.
Hinc ego trajicerer (neque enim mea culpa cruenta est)
Esset, quae debet, si tibi cura mei.
Ille Deus, bene quo Romana potentia nixa est,
Saepe suo victor lenis in hoste fuit.
Quid dubitas? quid tuta times? accede, rogaque.
Caesare nil ingens mitius orbis habet.

Me

Me miserum! quid agam, si proxima quaeque relinquunt?
Subtrahis effracto tu quoque colla jugo?
Quo ferar; unde petam lapsis solatia rebus?
Anchora jam nostram non tenet ulla ratem.
Viderit: ipse sacram, quamvis invisus, ad aram
Confugiam: nullas submovet ara manus.
Adloquor en absens praesentia numina supplex:
Si fas est homini cum Jove posse loqui.
Arbiter imperii, quo certum est sospite cunctos
Ausoniae curam gentis habere Deos:
O decus, ô patriae per te florentis imago;
O vir non ipso, quem regis, orbe minor;
Sic habites terras, sic te desideret aether!
Sic ad pacta tibi sidera tardus eas!
Parce, precor: minimamque tuo de fulmine partem
Deme. satis poenae, quod superabit, erit.
Ira quidem moderata tua est; vitamque dedisti:
Nec mihi jus civis, nec mihi nomen abest.

Nec

tres antiqui nervosius. HEINS. Vid. III. ex Pont. 2. 119.

39. *Relinquant.*] *Relinquent* quinque. *relinquant* tres. *relinquet* Bern.

40. *Subtrahis & fracto.*] Metaphora a bubus sumpta. CIOFAN. *Effracto jugo* prim. Polit & quatuor alii. *efracto* prim. Vatican. sic *Effractum ebur* restitui apud Claudianum de Bello Gildonico. vs. 136. HEINS. *Infracto* Lovan.

41. *Unde petam lapsis solatia rebus?*] Ita habet vetus scriptura, emendate. infra:

Nunc tua pro rebus nitatur gratia lapsis.

Et:

Respicis antiquum lapsi in res amicum.

CIOFAN. *Lapsis* multi editi & scripti.

42. *Tunc.*] *Fere* STROZ.

43. *Viderit ipse, sacram quamvis invisus ad aram Confugiam.*] Vide quae dixi lib. IV. Elegia V. CIOFAN. Cl. Heumannus in Parergis Criticis p. 117. legit, *ut patris, ipso sacram* &c. vellem potius ingenii vires intenderent viri industrii in locis corruptis & difficilibus refituendis, quam erudito otio abuterentur in sanis vitiandis. sensus vero egregius ex vulgata ista formula *viderit*, (de qua vid. ad Petron. LXXI. & LXXXIX. & inf. I. ex Pont. II. 9.) videat Augustus, quam sibi invidiam conflaverit apud omnes, si ego destitutus ab omnibus amicis, & propter levissimam culpam poenae durissimae damnatus, confugiam ad aram sacram tanquam inexpiabile crimen, & morte cruenta dignum commisisse. BURM.

45. *Alloquor en absens absentia numina supplex.*] Mirum est, quam ob causam haec, quae sequuntur, à superioribus divellant quidam; cum per se posita, neque exordium aut caput habeant: & superiores proximi versus, omnino cum sequentibus hic cohaereant. Est enim haec sententia: Quando igitur ceteri vos omnes deseritis me, neque quisquam pro me deprecari sustinet, ego ipse ad aram, hoc est, ad Caesarem accedam, eumque licet absentem, absens supplicibus verbis, quatenus fas est hominem cum Deo loqui, alloquar, & orabo, in hunc modum videlicet: O arbiter imperii, &c. Melius igitur Aldina editio, quae sequentia haec cum superioribus ac praecedentibus connectit. MICYLL. Assentior eruditis viris, qui haec superiori annectunt Elegiae: est autem Apostrophe ad Augustum, qua eum rogat, ut sua mala mutato exilii loco mitigentur. CIOFAN. Nihil causae video, cur nova hic Elegia in quibusdam libris initium sumat. Non displicet tamen *Alloquor en.* D. HEINS. *Alloquor* potiores. praeterea scribendum puto, *praesentia numina.* quod acumen non intellexere inciti librarii. Trist. II. 54. Augustum vocat *praesentem conspicuumque Deum.* & Pont. lib. I. Eleg. III. de eodem:

Quamque dedere mihi praesentia numina vitam,
Non adimat stricto squallidus ense Getes.

Metam. XV.

Pendite nunc Musae praesentia numina vatum.

de Bacco Met. IV.

—— *neque enim praesentior illo*
Est Deus.

G;

Nec mea concessa est aliis fortuna: nec exsul
Edicti verbis nominor ipse tui.
Omniaque haec timui, quia me meruisse videbam:
Sed tua peccato lenior ira meo est.
Arva relegatum jussisti visere Ponti,
Et Scythicum profugâ findere puppe fretum.
Jussus ad Euxini deformia litora veni
Aequoris. haec gelido terra sub axe jacet.
Nec me tam cruciat numquam sine frigore coelum,
Glebaque canenti semper obusta gelu;
Nesciaque est vocis quod barbara lingua Latinae;
Grajaque quod Getico victa loquela sono;
Quam quod finitimo cinctus premor undique Marte;
Vixque brevis tutum murus ab hoste facit.
Pax tamen interdum, pacis fiducia numquam est.
Sic nunc hic patitur, nunc timet arma, locus.
Hinc ego dum muter, vel me Zanclaea Charybdis
Devoret, aque suis ad Styga mittat aquis:

Vel

Cicero Tusc. Quaest. lib. I. *Hercules tantus & tam praesens deus habetur.* Vossii Excerpta *coelestia numina.* HEINS. *Hinc praesens praesentia numina* Leid.

49. *O decus, ô patriae.*] Laudat Augustum Caesarem ab ornamento & pietate in patriam. sic extremo lib. II.

O pater, ô patriae cura, salusque tuae.

CIOFAN.

49. *Florentis.*] *Fulgentis* unus Gallicanus.

51. *Sic habites terras &.*] *Sic habites terras sic te*, Bernens. & tres alii. *terram, sic* duo cum editionibus primis & Micyll. & Gryph. *terras ut te* Ms. Berlman. v. & *te* Voss.

52. *Ad pacta.*] In quibusdam, *parta.* utrumque rectum. NAUGER.

52. *Tardus eas.*] *Serus eas* quidam alii, ut supra. Sed in Vaticano codice lectio singularis,

Sic ad pacta tibi sidera sidus eas.

quod argutum sane. si de Apotheosi capiatur, qua credebantur animas in Deos relatorum novum fidus fieri. vide Virgil. I. Georg. 32. ita adulatur Lucanus Neroni lib. I. 46. & seq. Valerius Flaccus Vespasiano lib. I. Vs. 19. ubi vide quae notamus. Statius Domitiano lib. I. Theb. princip. vid. & Plin. Paneg. cap. XI. & LXXXIX. & innumeros alios. *sic in tardus eas ad fidera pacta tibi* Bernens. BURM.

59. *Omniaque haec.*] An non mollius, *omnia quae timui?* BURM.

59. *Quoniam meruisse videbar.*] *Quia me meruisse videbam* prim. Polit. prim. Vatic. prim. Pal. & tres alii ex melioribus. HEINS. *Quoniam meruisse putavi* Leidens. *quam me meruisse videbar* Bernens.

60. *Lenior.*] *Mollior* Leidens. Palat. & Berlm.

62. *Scindere puppe.*] *Findere* sex. quod mollius. HEINS. Vid. Zinzerl. Diatrib. prior. p. 188.

65. *Cruciat.*] *Vitiat* Leidens. *sub frigore* Juniani. *sine fidere* unus.

66. *Obusta.*] *Adusta* plurimi Mss. etiam Berlm. *obusta* tres. *durantí gelu* Leidens.

67. *Nesciaque est vocis.*] *Nescia quam vocis quod* sex. *est vocis quam* sexdecim.

68. *Victa loquela sono est.*] Magis satisfaciunt, qui *mista*, aut *mixta*, legunt. D. HEINS. Meliores plerique, *juncta.* alii nonnulli cum priscis editionibus, *missa.* Nos veram lectionem exhibeimus. sic infra Eleg. VII.

In paucis extant Graecae vestigia linguae,
Haec quoque jam Getico barbara facta sono.

HEINS. *Querela* etiam sex.

69. *Finitimo.*] *Quam quod si nimio* Ed. prim. *finitima morte* Polit. Vat. & tres alii.

70. *Vixque brevis tutos.*] *Tutum* rectius Patavin. & Zullichem. lib. IV. Eleg. I.

Vixque sui tutum mocnibus esse loci.

HEINS.

72. *Sic hic nunc patitur.*] *Sic hoc* Bern. *hic sic* Putean. *ergo hic* Leid. lego, *sit nunc hic* quod mollius. *non timet* Leidens.

73. *Dum muter.*] *Dum movetur* unus Gallicus. vid. ad lib. IV. ex Pont. XIV. 7.

Vel rapidae flammis urar patienter in Ætnae:
Vel freta Leucadii mittar in alta Dei.
Quod petitur, poena est: neque enim miser esse recuso;
Sed precor, ut possim tutius esse miser.

73. *Zanclaea.*] *Panchaea* Bern. & multi codices. *Exegia* Voss. edit. Micyll. Gryph. & al. male. vid. ex. Fast. 490. *Panchaea* Bern.

74. *Aequa fuis ad Styga mittat aquis.*] Scribe, *aque fuis.* Heins. *Inque* Lovan.

76. *Leucadii Dei.*] *Leucadio Deo* uterque Polit. prim. Vatican. opt. Medic. & Regius. alter etiam Politiani, *ipso* pro *alto*, an, *Leucadio modo?* ut Fast. v. 632.

Tristia Leucadio sacra peracta modo.

ita enim ibi veteres nonnulli. At Trist. III. El. 1.

An quia Leucadio semper amata Deo est?

Heins.

77. *Quod petimus.*] *Petitur* bene duo veteres unus, *patitur*. multi, *patimur*. Heins.

77. *Recuso.*] *Recusem* Vatican.

ELEGIA III.

Illa dies haec est, quâ te celebrare poëtae,
(Si modo non fallunt tempora) Bacche, solent:
Festaque odoratis innectunt tempora sertis,
Et dicunt laudes ad tua vina tuas.
Inter quos, memini, dum me mea fata sinebant,
Non invisa tibi pars ego saepe fui.
Quem nunc suppositum stellis Cynosuridos Ursae
Juncta tenet crudis Sarmatis ora Getis.
Quique prius mollem, vacuamque laboribus, egi
In studiis vitam, Pieridumque choro;
Nunc procul à patriâ Geticis circumsonor armis,
Multa prius pelago, multaque passus humo.
Sive mihi casus, sive hoc dedit ira Deorum;
Nubila nascenti seu mihi Parca fuit:

Tu

3. *Sertis.*] *Sacris* Junian. *insultant* duo. *invertunt* alius. *Intactaque tempora* Combian. *adornatis* Vat. *adornas* tres.

4. *Et dicunt laudes ad tua vina tuas.*] Scribe, *ad sua vina*, sic frequentissime Nostr. pro *vina tua*. *Festa*, alius, *fassa*. Ferte, *massa*. Heins. *Ad tua sacra* Leid. & alius. *Sed, tua vina* ne mutes. Bacchi enim minus vinum; quare eum ex more solemni laudant, dum dona ejus bibunt. sic & Propertius lib. III. Eleg. XV. 10. ad Bacchum:

Festa frequentat, vel tua vina, malum.

Burm.

6. *Parva ego sine fui.*] Haec est vetus & vera scriptura. Colan. Alii, *Pars ego magna fui.*

7. *Stellis Erymanthidos ursae.*] *Cynosuridos* praecipui ex antiquis. & recte. Heins.

9. *Quique prius mollem vacuamque laboribus egi In studiis vitam, Pieridumque choro.*] Lib. I. Eleg. IV. ubi se cum Ulixe confert:

Illi corpus erat durum, patiensque laborum:
Invalidae vires, ingeniumque mihi.
Ille erat assidue saevis agitatus in armis:
Assuetus studiis mollibus ipse fui.

Et Eleg. quae hanc praecedit:

—— corpusque quod ante laborum
Impatiens nobis, invalidumque fuit.

Colan. *Quique prior* Leidens. *quaque primi* Polit. *quamque alius.*

15. *Ut-*

Tu tamen è sacris hederae cultoribus unum
Numine debueras sustinuisse tuo.
An dominae fati quidquid cecinere Sorores,
Omne sub arbitrio definit esse Dei?
Ipse quoque aetherias meritis invectus es arces;
Quà non exiguo facta labore via est.
Nec patria est habitata tibi: sed ad usque nivosum
Strymona venisti, Marticolamque Geten:
Persidaque, & lato spatiantem flumine Gangen,
Et quascumque bibit decolor Indus aquas.
Scilicet hanc legem nentes fatalia Parcae
Stamina bis genito bis cecinere tibi.
Me quoque, si fas est exemplis ire Deorum,
Ferrea sors vitae difficilisque premit.
Illo nec levius cecidi, quem magna locutum
Repulit à Thebis Juppiter igne suo.
Ut tamen audisti percussum fulmine vatem,
Admonitu matris condoluisse potes.
Et potes, adspiciens circum tua sacra poëtas,
Nescio quis nostri, dicere, cultor abest.

Per,

15. *Hederae cultoribus.*] *Me de cultoribus* Micyll. Gryph. *sacris aedis cultoribus* Regius, mox, *nomine debueras* Bernens. *sustinuisse tuum* Lovan.

17. *Cecinere.*] *Fecere* Lovan.

18. *Definit esse Dei.*] *Dicum* rectius pro gentili Theologia liber Leidensis. Heins. Nil mutem: vid. ad III. Art. 103.

19. *Aetherias meritis invectus es arces.*] *Aetherias et merito vectus in arces* prior Vatican. *evectus* Polit. alter. sed nihil muto. nam illud verbum *invehi* proprium triumphantium, ut apud Romanos, *invehi capitolium* dicebantur. Lucan. VIII. 553.

—— nec ter capitolia curru
Invectus.

Flor. IV. 2. *Caesar in patriam victor invehitur.* Et ita millies alii. quasi ergo triumphans Bacchus in aetherias arces invectus. quod *arces* aitigit ignea dicit Horat. lib. III. Od. 3. unde male hic quidam *in auras*, etiam *in arces*, vel *ad arces* diversi. Burm.

20. *Quo.*] Ad quem locum, hoc est ad aetherias arces. Ciofan. *Qua* meliores. Heins.

20. *Non exiguo labore.*] Statius:

Non nisi per magnos voluit deus esse labores
Ad sua regna viam, nec sidera segnibus offert.

Berkman.

24. *Decolor Indus.*] Vatic. lib. *discolor*. Quo modo Propertius lib. IV.

Victus & Eoa discolor Indus aqua.

Ciofan. Immo, *discolor*. D. Heins. Quidam, *discolor*. utrumque probum. dixi ad Metamorph. Heins. Ego *decolor*, id est niger, praestuli. vid. ad Lipsi. IX. 4. *discolor* defendit Zinzeil. ad Val. Flac. V. 565. Burm.

26. *Stamina.*] *Carmina* Strozzae Fuer. de qua voce ad Claudianum lib. II in Eutrop. pl. 358. Heins.

28. *Difficilisque.*] *Difficilisque* unus Gallicus.

29. *Illo nec levius cecidi.*] Idem liber, *levius*. idque rectius. Ciofan.

30. *Repulit.*] *Depulit* septem. *impulit* tres, *expulit* Bernens. & duo. *obruit* totidem. *appulit* unus. *attulit* alius.

31. *Percussum.*] *Dejectum* Gallicus unus. quod placeret, si superiori versu *depulit* legeretur.

32. *Admonitis nostris.*] In quibusdam exemplaribus magis emendate legitur, *Admonitis matris*: ut ad Semelen Bacchi matrem referas, quae jovis fulmine conflagravit: quemadmodum Poëta Augusti ictu profligatus est. Menul. *Admonitu matris*. idem lib. I. Ioan. *Demonitu* Leidens. *condoluisse potes* Bernens.

Pppp 3 33. *Cir-*

Fer, bone Liber, opem: ſic altam degravet ulmum
Vitis, & incluſo plena ſit uva mero.
Sic tibi cum Bacchis Satyrorum gnava juventus
Adſit, & attonito non taceare ſono.
Oſſa bipenniferi ſic ſint male preſſa Lycurgi:
Impia nec poenâ Pentheos umbra vacet.
Sic micet aeternum, vicinaque ſidera vincat
Conjugis in coelo Creſſa Corona tuae.
Huc ades, & caſus releves, pulcherrime, noſtros,
Unum de numero me, memor, eſſe tuo.
Sunt Dis inter ſe commercia. flectere tenta
Caeſareum numen numine, Bacche, tuo.
Vos quoque, conſortes ſtudii, pia turba, poëtae,
Haec eadem ſumto quisque rogate mero.
Atque aliquis veſtrûm, Naſonis nomine dicto,
Deponat lacrimis pocula mixta ſuis:
Admonitusque mei, cum circumſpexerit omnes,
Dicat, Ubi eſt noſtri pars modo Naſo chori?
Idque ita; ſi veſtrum merui candore favorem:
Nullaque judicio litera laeſa meo eſt.
Et, veterum digne veneror cum ſcripta virorum,
Proxima non illis eſſe minora reor.

Sic

33. *Circum tua ſacra polita.*] *Sua ſacra* duo Vaticani. ut ſaepe apud Noſtrum. & *ſua vina* paulo ante. Heins. *Circa tua* Combi.

35. *Sic altam degravet ulmum.*] Sic in pluribus & rectè. ſunt tamen, qui malint, *ſic altam degravet ulmum.* quod & in nonnullis legitur. Naug. *ſic altam* meliores. quod verum eſt. Heins. Vid. Ovid. Met. 600. *altum* Lovan.

36. *Incluſo.*] *Diffuſo* Lovan.

37. *Gnava juventus.*] Vetus ſcriptura, *laeta.* Cruſius. *Gnava* utrique Politiani. multi, *grata* cum priſcis editionibus, vel *laeta.* alii, *graja*, vel *prava*, vel *laſſa*, vel *gnara*, vel *ignava*, vel *ſacra.* ſed paſſerem. Codex Petri Servii, *nava.* ut Pont. lib. 1. Eleg. 2. *nava juventa* pro *gnava* in antiquiſſimis libris legitur. ubi pari modo variant ſcripti codices. Calpurnius Eclog. v.

Sive duabus gnavam ſotis exercere juventam,

Ubi enim *duas gnavas* vix *navare.* Silius lib. v. 13.

Laurigeris dictus illud avis, navagus juvanta
Tiberiae.

In illo loco vetuſtiſſimus codex Colonienſis. vulgati, *navas*, qui modo & alibi non ſemel in Silio peccatum. Heins. Vid. ad XII. Met. 600. & Carrion. & alios ad Val. Flac. III. 145.

39. *Preſſa.*] *Tecta* Bernenſ.

42. *Clara corona tuae.*] Zulichemianus, *Creſſa corona.* optime. Vide omnino Notas lib. 1. Amor. VI. 557. Heins.

43. *Huc ades & caſus releves.*] Lege, *ut relevet*, vel, *& releva.* Heins. *Curas r. p. noſtras* Lovan.

44. *Sis memor eſſe tui.*] Non dubium eſt quin lectio, quae eſt in eodem libro, longe melior & verior ſit; *memenemor.* Ciofan. *Me memorare* unus. *fac memor* Junian.

46. *Numen.*] *Nomen* Bernenſ.

47. *Studii.*] *Studio* Lovan. male. alibi *conſortes operum.* & ita paſſim.

50. *Deponat lacrymis.*] Scripti plerique, *Opponat*, vel *Apponat.* Heins. *Componat* unus.

53. *Idque ita.*] *Id quoque* plurimi. *atque ita* Morell. Heinſius volebat, *immo ita*, ut lib. 1. II. 99.

54. *Laeſa.*] *Laſſa* Leid. *taeſa* alius.

55. *Fe*

Sic igitur dextro faciatis Apolline carmen:
Quod licet, inter vos nomen habete meum.

55. *Veneror cum ſcripta.*] *Vereor* Lovan. & Leid. *conſcripta* Jun. Leid. & plures alii.

57. *Dextro.*] *Noſtro* Lovan.

58. *Nomen habere meum.*] *Habete* cum melioribus. Heins.

ELEGIA IV.

Litore ab Euxino Naſonis epiſtola veni,
Laſſaque facta mari, laſſaque facta viâ.
Qui mihi flens dixit, Tu, cui licet, adſpice Romam.
Heu quanto melior ſors tua ſorte meâ!
Flens quoque me ſcripſit: nec quâ ſignabar, ad os eſt
Ante, ſed ad madidas gemma relata genas.
Triſtitiae cauſſam ſi quis cognoſcere quaerit;
Oſtendi ſolem poſtulat ille ſibi.
Nec frondem in ſilvis, nec aperto mollia prato
Gramina, nec pleno flumine cernit aquas.
Quid Priamus doleat, mirabitur, Hectore rapto;
Quidve Philoctetes ictus ab angue gemat.
Dî facerent utinam, talis ſtatus eſſet in illo,
Ut non triſtitiae cauſſa dolenda foret.

Fert

2. *Laſſaque.*] *Laxaque fracta via, laxaque laſſa mari* Bernenſ.

4. *Heu quanto melior ſors tua ſorte mea eſt.*] Uſus eſt hoc verſu lib. IV. Faſt. & lib. 1. Amor. Elegia VI. Ciofan. *Quantum* Moreti & Bernenſ. vid. Epiſt. XVIII. 71.

7. *Cauſſam.*] *Cauſas* Servii. *carmen* Moreti.

8. *Poſtulat ille ſibi.*] *Poſtulet* malo cum Hamburgenſi, & Arondeliano. verſu proxime ſequenti malim quoque, *aprico prato*, quam *aperto.* etſi vulgatam minime damnem. Horatius lib. 1. Epiſt. XIV.

Multa mole docendus aprica parcere prato.

& Arte poëtica:

Gaudet equis canibuſque & aprici gramine campi.

lib. 1. Od. VIII. *cur apricum oderit campum.* libro III. Od. XVIII. apud eundem habes *aprica rura. & apricos flores* lib. 1. od 26. Heins. *Aperto prato* ne moveas, quod *vix cernit* rectius convenit; & ita III. ex Ponto El. 1. 19.

Rara, neque haec ſolix, in apertis eminet arvis
Arbor.

Virgil. II. Georg. 280.

—— campo ſtetit agmen aperto.

vid. & XII. Aen. 353. & Sil. XI. 417. *apertus* campus vero eſt, qui, ut Noſter dicit III. Met. 709. *purus ab arboribus ſpectabilis undique campus*, ut ita & *apertum coelum* lib. VI. Met. 693. & 1. Art. 247. ſic *in aperto* pro ſub divo dixit Livius XLIII. 18. & Stat. III. Theb. 316.

—— ſic orſus aperto
Flagrantes immiſit equos.

ubi Lutatius, *aperto* interpretatur *coelo.* Burm.

9. *Frondem in ſilvis.*] *Frondes ſilvis* Junian. Bernenſ. & alii cum priora & aliis editionibus. mox pro *cernit*, *quaerit* unus. *credas* Voſſ. *aquam* etiam decem & prim. edit.

11. *Rapto.*] *Tracto* quinque. vid. XII. Met. 591. *capto* Leidenſ. *laeſus ab angue*, Moret.

13. *Di facerent utinam.*] Hoc diſtichon vix Latinum eſt, & multo minus Ovidianum. Heins. Si eradatur hoc diſtichon, non video quomodo prioribus cohaereant ſequentia: quare corruptum potius credo. & ita legendum,

Di facerent utinam, vati ſtatus eſſet in illo,
Ut mihi (vel ſibi) triſtitiae cauſſa dolenda foret.

Ut

Fert tamen, ut debet, casus patienter amaros:
More nec indomiti frena recusat equi.
Nec fore perpetuam sperat tibi numinis iram,
Conscius in culpâ non scelus esse suâ.
Saepe refert, sit quanta Dei clementia: cujus
Se quoque in exemplis adnumerare solet.
Nam quod opes teneat patrias, quod nomina civis;
Denique quod vivat, munus habere Dei.
Te tamen, o, si quid credis mihi carior, ille,
Omnibus, in toto pectore semper habet.
Teque Menoetiaden, te qui comitavit Oresten,
Te vocat Ægiden, Euryalumque suum.
Nec patriam magis ille suam desiderat, & quae
Plurima cum patriâ sentit abesse suâ,
Quam vultus, oculosque tuos, ô dulcior illo
Melle, quod in ceris Attica ponit apis!
Saepe etiam mocrens tempus reminiscitur illud,
Quod non praeventum morte fuisse dolet.
Cumque alii fugerent subitae contagia cladis,
Nec vellent ictae limen adire domûs;
Te sibi cum paucis meminit mansisse fidelem:
Si paucos aliquis tresve duosque vocat.
Quamvis attonitus, sensit tamen omnia: nec te
Se minus adversis indoluisse suis.
Verba solet, vultumque tuum, gemitusque referre:
Et te flente suos immaduisse sinus.

Quam

Utinam mihi, Poëtae, fatus ille esset, ut licebat existimem, minime manifestam tristitiae filere, sed cum illa sit omnibus nota, quia sum ejectus in ultimam barbariam, mallem in eo esset fatus meus, ut deberem docere causam tristitiae, id est, ut in tali loco essem positus, cujus non poeniteret, si poena crimini meo conferretur, & injuria me quam omnes dicerent. *ut mihi* est in quinque scriptis & prima editione. *ne mihi* in duobus aliis. *ut sibi* in Vossiano. & duobus aliis. *in illo* esse dicitur elegantier, pro *in illo loco*. quam vocem saepe librarii primis diligentes omiserunt. vid. Sigon. ad Liv. n. 17. Cron. ad lib. VII. 31. *causa quaerenda* Strez. Burm.

15. *Saepe refert.*] *Saepe refert secum sit quanta clementia* Leidens. *contra rectum. saepe refert quae tanta dii Patrum patientia* Lovan.

20. *Annumerare* Sedul.] *Connumerare* Arondel. Heins. Vid. Epist. XVI. 328.

21. *Nam quod opes.*] *Jam* nonnulli ex praestantioribus. Heins.

23. *Carior ille.*] *Carior* multi ex melioribus, ut & priscae editiones. recte. si distinctione locum erigas. Heins. *Carius illo* Reg. *illi* Leid. Bern. & Serv. *illis* duo.

24. *Teque Menoetiaden, &c.*] Quattuor amicorum paria. De his Cicero, & ego in observationibus in Metamorphosin meis, quae alias, Deo volente, exeudentur. Ciofan.

25. *Te qui comitatus Orestem.*] *Comitatur* nonnulli. *comitavit* fragmentum Vaticanum. Vide Notas Trist. lib. I. Eleg. VIII. vs. 31. Heins.

28. *Sentit abesse sibi.*] *Sua* multi veteres. Heins.

33. *Cladis.*] *Pestis* Jun. *mortis* Leid. *mentis* Lovan. qui & in praecedent. *praeventum mente.*

36. *Vocat.*] *Negat* Leidens.

37. *Sensit tamen omnia.*] *Sentit* meliores. Heins.

38. *Indoluisse.*] *Ingemuisse* Lovan.

40. *Et te flente suos demaduisse.*] In Palatino *emaduisse* legebatur. D. Heins. Nonnulli, *immaduisse*. at septem aut octo meliores, *emaduisse*. quod verbum elegans, sed rari usus est. Heins. Nondum satis auctoritatis video ad recipiendum hoc verbum: quare *immaduisse*, rescripsi, quod in septem libris erat, & Ovidio usitatum. I. Trist. 9.

Credibile est lacrimis immaduisse genas.

& ita alibi. Burm.

Quam sibi praestiteris, quâ consolatus amicum
Sis ope; solandus cum simul ipse fores.
Pro quibus adfirmat fore se memoremque piumque;
Sive diem videat, sive tegatur humo.
Per caput ipse suum solitus jurare tuumque,
Quod scio non illi vilius esse suo.
Plena tot ac tantis referatur gratia factis:
Nec sinet ille tuos litus arare boves.
Fac modo constanter profugum tueare. quod ille,
Qui bene te novit, non rogat; ipsa rogo.

43. *Memoremque piumque.*] Medonianus, *tuumque*. & mox meliores, *tuum solitus jurare suumque*. Heins.

47. *Plena tot ac tantis referatur gratia factis: Non sinet ille tuos litus arare boves.*] Haec est vetus & vera lectio. Quod autem dicit postremo carmine, proverbii vim habet. sic & in Epist. Oenones ad Paridem:

Quid facis Oenone, quid arenae semina mandas? Non profecturis littora bubus aras.

Ciofan. *Referatur* meliores. *non finit* multi scripti & editi. *ille suos* Jun. Leid.

49. *Constanter.*] *Constantem* Gryph. & Vincent. Edit. *constanter illum tueare* Bernens.

50. *Qui bene te novit.*] *Norat* tres scripti. Forte, *Cum bene te norit*. Heins.

ELEGIA V.

Annuus adsuetum Dominae natalis honorem
Exigit. ite manus ad pia sacra meae.
Sic quondam festum Laërtius egerit heros
Forsan in extremo conjugis orbe diem.
Lingua favens adsit, longorum oblita malorum:
Quae (puto) dedidicit jam bona verba loqui.
Quaeque semel toto vestis mihi sumitur anno,
Sumatur fatis discolor alba meis.
Araque graminco viridis de cespite fiat;
Et velet tepidos nexa corona focos.
Da mihi tura, puer, pingues facientia flammas,
Quodque pio fusum stridat in igne merum.

Opti-

2. *Meae.*] *Piae* Servii. *ad mea sacra* Berlinan. Edit.

3. *Laërtius egerat heros.*] Malim, *egerit*. Heins. *Forsitan extremo* etiam Leidens. & Ms. Berlin. *externo* Moreti.

5. *Nostrorum oblita malorum.*] Liber Vatic. *malorum*, Eleg. sequenti. Ciofan. *Longorum* Busleidianus. Heins

7. *Quaeque semel.*] *Quae semel in toto* Ms. Hanc Tibullus lib. II. vi. 8. *vestem sepositam*, sive *depositam* appellare videtur. Bersman.

8. *Decolor alba.*] Alii *discolor* legunt, idque melius. Micyll. *Discolor* idem liber. Ciofan.

10. *Nexa corona.*] *Vera corona* Bernens. & Lovaniensis, an non pro *vernat* Burm.

11. *Flam-*

Optime natalis, quamvis procul absumus, opto
Candidus huc venias, dissimilisque meo.
Sique quod instabat dominae miserabile vulnus,
Sit perfuncta meis tempus in omne malis.
Quaeque gravi nuper plus quam quassata procella est,
Quod superest, tutum per mare navis eat.
Illa domo, natâque suâ, patriâque fruatur:
Erepta haec uni sit satis esse mihi.
Quatenus & non est in caro conjuge felix,
Pars vitae tristi cetera nube vacet.
Vivat, ametque virum, quoniam sic cogitur, absens:
Consummetque annos, sed diuturna, suos.
Adjicerem & nostros: sed ne contagia fati
Corrumpant timeo, quos agit ipsa, mei.
Nil homini certum est, fieri quis posse putaret,
Ut facerem in mediis haec ego sacra Getis?

Ad-

11. *Flammat.*] *Fumos* duo libri; & mox, *fridere igne* unus.

14. *Dissimilisque meo.*] *Mei* Moreti & Junian.

15. *Si quod & instabat.*] *Sique quod instabat.* major scriptorum pars. lege, *Sique quod instabat quod* pro aliquod. mox. *puppis* aut duo veteres. Heins. *Miserabile tempus* Putean. *instabis* etiam nonnulli.

16. *Sit perfuncta.*] Imo *defuncta* cum aliis codd. *Sit defuncta meis tempus in omne malis.* D. Heins. *Defuncta* multi codices. utrumque satis locum suum tueri potest.

17. *Plusquam quassata.*] *Postquam pulsata* Lovan.

20. *Erepta haec.*] *Ereptam hanc* Bernens. & tres alii. *ereptamque uni* duo.

24. *Consumetque annos.*] *Consumatque* Petri Servii codex. Lege, *Consummetque.* quanquam & vulgata lectio bene se habet. Vide Notas Fast. III. 166. Heins. *Sic diuturna* Bernens.

28. *In medias.*] *In* non habet unus Gallicus.

29. *Adjicerem, ut aura tumens &c.*] Lege, *ut aura tamen*, ex eodem libro & ratione. Ciofan. *Inspira* duo. *ut ara* Polit. & Strozz. *e ture carentes* quidam. *creatos* ut vs. *comites* tres. *cohortes* duo. *aura levis f. e. t. creatos* Bernens.

30. *Cetera.*] *Justa* multi. *sacra* duo.

31. *Si non iussi.*] *Adest* Bernens. *iussi aliquid* Gottorph. pro *aliquis. origin ignis* Bernens. *auxerit* unus Excudit.

32. *Consilium fugiunt cetera pene meum.*] Octo veteres, *tuum.* Pico, *consilium sum.* Heins.

33. *Consilium communat sacrum cum fiat in ara. Fratribus.*] *Consilio* legunt alii, ut sit sensus: Cum certo consilio fiat commune sacrum fratribus, qui mutuis vulneribus perierunt, &c. Neque procedit expositio Merulae, quasi communi suo & uxoris consilio sacrum hoc faciat poëta, etiamsi nominativo casu *consilium* legas. Nam quomodo communi consilio faceret, cum altera illa jam tentium prope annum, & tam longe abesset? Quanquam rursum neque superior lectio adeo mihi placet. Sed quia locus Callimachi, quem hic citat poëta, non extat, rem ipsam in medio, ut est, relinquam. Micyll. *Consilium* idem liber, idque probo. Cros. *Consilium* Rottendorph. & priscae editiones. quod Ciofano arridebat, frustra. *consilio*, datâ operâ, Virgilius libro VII.

Consilio hanc omnes animisque volentibus urbem
Afferimur.

Livius belli Maced. lib. IV. *Secutus tamen sua sponte est, velut consilio petitus esset, ut vilior ab eo Regi Hannibal esset.* ubi *sua sponte* & *consilio* opponuntur. sic *consulto* aliquid facere. Propert. lib. II. El. XXXIV.

Nec si consulto fulmina missa tonent.

Existimabam aliquando *vò Consilio* irrepsisse huc ex superiori versu, & scribendum esse, *Cygyia ará.* hoc est Thebanâ. *Consiliis* unus Medicaeus. Forte pro, *consilii.* Heins.

33. *Sacrum cum fiat in ara Fratribus, alterna qui periere manu.*] Polynicem, & Eteoclem significat. Plenioremexpositionem consule Observat. in Ibin. Ciofan.

35. *Ipsa sibi discors.*] *Discolor ipsa sibi* unus Vatic.

38. *Bab-*

Adspice, ut aura tamen fumos è ture coortos
In partes Italas & loca dextra ferat.
Sensus inest igitur nebulis, quas exigit ignis:
Consilium fugiunt cetera pene meum.
Consilio, commune sacrum cum fiat in arâ
Fratribus, alternâ qui periêre manu,
Ipsa sibi discors, tamquam mandetur ab illis,
Scinditur in partes atra favilla duas.
Hoc (memini) quondam fieri non posse loquebar:
Et me Battiades judice falsus erat.
Omnia nunc credo: cum tu non stultus ab Arcto
Terga vapor dederis, Ausoniamque petas.
Haec igitur lux est: quae si non orta fuisset,
Nulla fuit misero festa videnda mihi.
Edidit haec mores illis Heroïsin aequos,
Quis erat Eëtion Icariusque pater.

Nata

38. *Battiades.*] Callimachus Poëta. Merula. Qui hoc scripserat scilicet, de fumo in duas partes eunte, in sacris Eteoclis & Polynicis. Micyll. *Bachiades* Bernens. *Bacchiades* Moreti & prim. Edit.

30. *Cum tu non stultus ab Arcto Terga vapor dederis.*] Nihil est haec lectio. Vossianus, *non cultus.* Scribe, *consultus.* verbum in sacrificiis usitatum. κεπνομάντεων respicit. hinc *Consulere Deos, exta, vates* passim in scriptoribus antiquis. Amphiaraus apud Statium Thebaidos III.

—— *consulti tuor penetralia mundi*
Et volucrum assirus.

Heins. Ego veterem lectionem reduxi. indicat enim ipsum fumum scire & sentire infelicitatem locorum sub Arcto; quare ille non stultus inde fugit, & Italiam versus tendit. & ita Cl. Bentl. ad Horat. II. Serm. III. 158. censet. Burm.

39. *Ab alto.*] Ab aëre. legitur etiam, *ab arcto.* Merul. *Ab istro* Richel. *terga calor* Moreti.

41. *Haec igitur.*] *Haec ergo* scripti & editi aliquot.

43. *Edidit haec mores illis Heroibus aequos.*] Aut syncope dicenda est haec, ut sit dictum *Heroibus* pro *heroidibus*: aut enallage generis, & masculinum pro foeminino positum accipiamus. quae figura Atticorum est, & Homero aliquoties usurpata. Nam alias *Heros*, masculino genere ponitur. Nisi quis cum voce *Mores* constituendum putet, ut sit, Edidit haec mores aequos illis *heroïbus moribus*, adjective scilicet, pro illis *heroicis*, sive heroidum moribus. Nam quo alio pacto hic locus defendi, aut etiam exponi possit, non video. Micyll. Scaliger in margine libri, quo usus sumus, emendarat, *heroibus.* ἡρώεσιν. hoc est, *heroidibus.* quod & nobis placet. Et jam ante Micyllo, ni fallor. D. Heins. De foeminis agit quomodo ergo *heroïdes* in heroas mutatae? veteres multi, *heroidibus*, vel *heroidibus*, vel, *erroribus*, Bononiensis, *hebroïdis.* Scribe, *heroïsin* cum Scaligero. (ἡρώεσιν. qui sic in ora codicis tui emendarat:) & cum Salmasio. tum vide quae noto Epist. XIII. Vs. 137. Statius Sylv. lib. III. ad Uxorem:

Heu ubi nota fides totque explorata per usus,
Qua veteres Latias, Grajasque heroidas aequat?

ubi vitiosum ac ingratum sonant quatuor voces continuae *in as* desinentes, ut Statius reliquisse possit videri,

Qua veteris Latii, Grajisque Heroïsin aequat et.

Sed nondum sanatus est locus. Quaenam enim Erytionis illa filia? Scaliger Antigonen Peleï uxorem intelligebat. Sed quorsum tam obliquum nomen? Scripti veteres, *Eutychion, Euchion*, & similia, *Erision* Rottendorphianus, primus Politiani, *Eucation*, alter ejusdem, *Eetion.* optime & verissime. Andromachen intellige, nonissimae pudicitiae foeminam. apud Homerum, Iliad. Ζ.

Ἀνδρομάχη θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἠετίωνος.

Eetionis nomen quoque varie mendosum apparet in scriptis exemplaribus Fast. lib. IV. *Et Thebas, veteres Eutonis ejus* & Met. XII. ubi *Eutonias Thebas* appellat. vide Notas Fast. IV. Vs. 286. Trist. I. Eleg. V.

Nec probitate tua prior est aut Hectoris uxor,
Aut comes exstructo Laodamia rogo.

lib.

Nata pudicitia est, mores, probitasque, fidesque:
At non sunt illâ gaudia nata die.
Sed labor, & curae, fortunaque moribus impar:
Jactaque de viduo pene querela toro.
Scilicet adversis probitas exercita rebus
Tristi materiam tempore laudis habet.
Si nihil infelix durus vidisset Ulixes;
Penelope felix, sed sine laude, foret.
Victor Echionias si vir penetrasset in arces,
Forsitan Evadnen vix sua nosset humus.
Cum Pelia tot sint genitae; cur nobilis una est?
Nupta fuit misero nempe quod una viro.
Effice, ut Iliacas tangat prior alter arenas;
Laodamia nihil cur referatur erit.

Et

...lio. v. Eleg. vi.

Cernis ut Admeti cantatur & Hectoris uxor. Heins.

45. *Quis erat Eurytion lectricisque pater.*] Scaliger in margine codicis sui adscripserat, Τίφυσιν Ἀκτορίδην, Ἱππασίην, ἣ ἔτεκε Πηλεὺς πατήρ. Iphidamas, mariti Hectoris. D. Heins.

45. *Nata pudicitia est secum, probitasque, fidesque &c.*] Hunc versum alii suspectum habent, propter vocem *secum*: quae minus propria ac vere poni videtur. Itaque sic legunt, *Nata pudicitia est, mores, probitasque, fidesque.* Sed quia in proximo versu praecedenti idem nomen *Mores* positum est, ego neque hanc lectionem, quomodo adeo probem, habeo. Proinde & hunc versum inter incertos relinquo. Micyll. Lib. 1. Eleg. v.

Sive tibi hoc debes, nullo pia facta magistro,
Cumque nova mores sint tibi luce dati.

Crofan. Janus Gruterus à *mazepivs*, in margine libri sui annotarat, forte *oris* legendum. Quod necesse non videtur, cum de ea, de qua hic agit, hoc est, mores fuit, supra lib. de Trist. 1. Eleg. v. dixerit:

Sive tibi hoc debes, nullo pia facta magistro;
Cumque nova mores sunt tibi luce dati.

D. Heins. *Moris*, vel *morum*, vel *secum* libri veteres. Hoc est *secum*, atque ita quoque Tanaquillus Faber lib. 2. Ep. 67. sed *mores* melliores. Latet magis Puteus, & mox. nihil quod *moribus* mox sequitur. Forte, *& honor*, vel *honos*. Heins. Non ibidem confodiendus versus, etsi repetat vocem, quae praecessit praec fit, cum id saepius apud Ovidium occurrere docent eruditi, si hinc lectorum studio perfici fieri. Sed *mores* hic simpliciter pro bonis & honestis moribus ponitur, ut Epist. xxii.

Moribus & vitae credidit ille meae.

Horat. 1. Ep. 1. 56.

Est animus tibi, sunt mores, &c.

vid. Gron. 1. Obs. 23. & ita millies Cicero, & alii veteres. Burm.

46. *Nata dia.*] *Nata fide* plurimi scripti. *nata fide* Leid.

48. *Pene querela.*] *Poena querenda* Servii. *querela tua* Exc. Voss.

49. *Scilicet adversis probitas exercita rebus Tristi materiam, &c.*] Inductio. Crofan. *Laudis habet* unus codex; quod placebat Heinsio.

51. *Durus vidisset Ulysses.*] Non vidit tantum, sed tulit etiam & perpessus est. Quare scribo, *subiisset*, pro vulgata lectione tamen stant scripti omnes, Pont. 1. Eleg. v.

Durius est igitur nostrum, fidissima conjux,
Illo, quod subiit Æsone natus, onus.

sic *periculum subire, poenam, laborem*, & similia passim apud Ciceronem aliosque occurrunt. Heins. Sed haec est mera mutandi & corrigendi, etiam sana, libido. *videmus* enim mala, quae subimus. Terent. Adel. v. iv. 13. *Uxorem duxi, quam ibi miseriam vidi.* idem vero notare quod experiri docet Philarg. ad illa Virgilii II. Georg. 501.

—— *nec ferrea jura*
Insanumque forum, aut populi tabularia vidit.

ubi adducit locum ex xi. 263.

Aenaeas vidit Cyclopas Ulixes.

& ibi Servius mire illud *vidit* adidicisse notat. ut III. 438.

Quam somel informem vasto vidisse sub antro
Scyllam.

nihil infestum Bernens. *infeste* Leid. Burm.

53. *In arces.*] *In arces* Leid. *ad aras* Bernens. *ad*

Et tua, quod mallem, pietas ignota maneret,
Implessent venti si mea vela tui.
Di tamen, & Caesar Dis accessure, sed olim,
Æquarint Pylios cum tua fata dies;
Non mihi, qui poenam fateor meruisse, sed illi
Parcite, quae nullo digna dolore dolet.

ad arces Lovan. *transsisset in arces* Vatic. & Hafniens. *Evagnen* Junii & nonnulli alii. *Evannen* Bernens.

55. *Pelia genitae.*] *Pelia natae* Moreti & Leid. *Peliae tot sunt genitae* Junian. *Peliae genitae* plurimi. *Pelie genitae tot sunt* Bern.

55. *Cur nobilis una est.*] *Cur cognita nobis* plerique veteres. nihil muto. Heins.

57. *Prior.*] *Prius* Junian. & tres alii. & *cur referatur habet* Lovan. & sex alii.

59. *Et tua quod mallem.*] *Mallem* prior Politiani & optimus Mediceus, cum Excerptis Vossii. *Implessent* etiam duo. Heins.

59. *Pietas ignota maneret.*] Ita in veteribus libris est. vere. Crofan. *Fuisset* alii editi & scripti.

64. *Dolore.*] *Labore* Lovan. & Excerpta Vossii.

ELEGIA VI.

Tu quoque nostrarum quondam fiducia rerum,
Qui mihi confugium, qui mihi portus eras;
Tu modo suscepti caussam dimittis amici,
Officiique pium tam cito ponis onus?
Sarcina sum, fateor; quam si tu tempore duro
Depositurus eras, non subeunda fuit.
Fluctibus in mediis navem, Palinure, relinquis?
Ne fuge; neve tuâ sit minor arte fides.

Num-

2. *Confugium.*] *Consilium* Moret. vid. sup. IV. II. 32.

3. *Tu quoque suscepti.*] Illud *quoque* ex primo versu repetitum puto. nam Putean. Vossii & octo alii, *Tu modo suscepti*, quod praetuli: nam hic amicus videtur prius exsulis caussam suscepisse, deinde iterum leviter deseruisse; ut ex tota Elegia patet, & ex sequenti versu, *tam cito ponis onus.* vid. & Pl. 15. pro *curam* quoque *caussam* recepi, cum Combiano libro, quia melius respondet *officiique pium suscepti.* II. ex Pont. II. 45.

Mandatique mei legatus suscipe caussam.

caussa vero & *cura* millies a librariis confusa apud Nasonem, Virgilium & alios. & ita *suscipere caussam* saepe Quinctilianus & alii. vid. 1. ex Pont. II. 69. Burm.

4. *Pium.*] *Pii* Leidens. & Lovan. & alius. *opus* etiam Putean. & Moreti.

5. *Quam si tu tempore duro.*] Ita è veteribus libris legendum. Crofan. Placet, quod Gruterus ex Crofani MSS. in margine notaverat, *quam si tu tempore duro.* Nam *tempus nostrum*, est *claustra commoditatum articuli*, ut loquitur Comicus. Dan. Heins. *Non tempore nostro* prim. Polit. & tres alii. tres, *nunc.* sed plerique, *tempore duro.* quod & Crofano probatum. Trist. 1. Eleg. IV.

Tempore sic duro est inspicienda fides.

Pont. lib. II. Eleg. VI.

Tu quoque per durum servato tempus amice.

Proinde tamen, *quam tu si. tempus non nostrum* intelligi possit nobis adversum, sic contra *mutua tempus, mea hora, meus dies* pro mihi favente Heins. *Nec tempore multo unus. si nunc tempore in isto* Lovan. forte pro, *tempora moesto. si modo tempore* plurimi. mox, *non subeunda foret* Excerpta Vossii.

8. *Ne fuge, neve tua sit minor arte fides.*] Hoc est, ne velis minus facere quam potes: sed fides & constantia tua par sit arti, hoc est, ei, quod scis & potes. ne similis videare gubernatori navis, qui cum possit & sciat servare sive regere navem, in medio cursu illam deserit. In quo non ars & scientia, sed fides delideratur. *Eidem ergo de con-*

Numquid Achilleos inter fera proelia fidi
Deferat levitas Automedontis equos?
Quem semel excepit, numquid Podalirius aegro
Promissam medicae non tulit artis opem?
Turpius ejicitur, quam non admittitur hospes,
Quae patuit, dextrae firma fit ara meae.
Nil, nisi me solum, primo tutatus es: at nunc
Me pariter serva, judiciumque tuum.
Si modo non aliqua est in me nova culpa: tuamque
Mutarunt subito crimina nostra fidem.
Spiritus hic, Scythicâ quem non bene ducimus aurâ,
Quod cupio, membris exeat ante meis;
Quam tua delicto stringantur pectora nostro;
Et videar merito vilior esse tibi.
Non adeo toti fatis urguemur iniquis,
Ut mea sit longis mens quoque mota malis.
Finge tamen motam; quoties Agamemnone natum
Dixisse in Pyladen verba proterva putas?
Nec procul a vero est, quod vel pulsarit amicum:
Mansit in officiis non minus ille suis.

Hoc

exsultatio & voluntate intelligas, *artem* de facultate. Micyll.

9. *Inter fera proelia.*] *Dura inter proelia*, Edit. Bertinian. quod nescio unde habeat. *deserit pietas* Excerpt. Vossii.

11. *Numquid Podalirius.*] *Numquid* cum Combibino. Heins. *Accepit* Lovan. & edit. Bersm. *quam* etiam duo.

14. *Quae patuit.*] *Qua* Regius. *ara tuae* idem pro var. lect. & Lovan. *ara viae* Leidens.

15. *Tutatus.*] *Sustatus* Putean. *tutatus amicum* unus. *amicus* alius.

18. *Crimina.*] *Carmina* Bernens.

19. *Ara.*] *Ora* quinque libri. *duximus* tres.

21. *Stringantur.*] *Exsanguentur* Leid. & Bern. *tingantur* alius. *dejecto nostro* Regius pro var. lect.

22. *Esse tibi.*] *Esse meo* Bernens.

25. *Non adeo toti fatis.*] *Tot* fortasse legendum. Barthan.

33. *Urgemur.*] *Agitamur* volebat Heinsius. Ita certe Nobiliss. lib. II. Art. 27. *fatis agitamur iniquis.* & locos verba communia solere videmus ad v. Met. 606. sed hoc exclamatione horrorum hic nihil mutandum credimus, licet *motus mentis* vi *agitari* optime convenat, ut Ovidius *furens agitatus* passim dicitur. Bernat.

2. *Ut mea sit longis.*] Ut filio tibi natus progressu temporis motum animi longanimem. Marul.

Vel generaliter, ut aliquid adversum te committam, mentis perturbatione: attonitus videlicet malorum diuturnitate & gravitate. Micyll.

25. *Quoties Agamemnone natum.*] De Orestis & Pyladae amicitia plura alibi. Ciofan.

26. *Dixisse in Pyladen verba proterva putas.*] Plurimi, *Improba verba.* duo, *trifida verba.* unus, *impia.* alius, *aspera.* ut Pont. II. Eleg. VI.

Aspera confesso verba remitte reo.

Heins. *Impia* Bernens.

27. *Quod vel pulsarit amicum.*] *Quod non* plerique. an, *ne non pulsarit?* Combibinus, *quia non pulsarit.* nox nullum, *num minus*, pro *non.* Vide Notas ad Epist. Canaces. Heins. *Nec minus* Excerpt. Voss. & duo libri, *nec minus ipse meis* Bernens.

32. *Virgaque cum verbis imperiosa facit.*] Vide num Virga lictoris putius intelligenda sit hoc loco, qua ille obvios e via submovebat, verbis certis abire jussos: & cum ad ea ex consulis aut magistratus venisset, fores quoque, ut mos erat, percutiebat. cujus rei exemplum quoddam apud Livium narratur lib. VI. cap. 34. Hoc enim & Epithetum *imperiosa*, innuere videtur: cum fasces nihil jubere aut imperare soleant, sed insigne tantum magistratus sint. Micyll. In eadem sententia quoque fuit Lipsius, qui praeter fasces lictoris quoque virgam ad submovendum populum & ja-

Hoc est cum miseris solum commune beatis,
Ambobus tribui quod solet obsequium.
Ceditur & caecis, & quos praetexta verendos,
Virgaque cum verbis imperiosa facit.
Si mihi non parcis, fortunae parcere debes.
Non habet in nobis ullius ira locum.
Elige nostrorum minimum minimumque laborum:
Isto, quo reris, grandius illud erit.
Quam multâ madidae celebrantur arundine fossae,
Florida quam multas Hybla tuetur apes;
Quam multae gracili terrena sub horrea ferre
Limite formicae grana reperta solent;
Tam me circumstant densorum turba malorum.
Crede mihi; vero est nostra querela minor.
His qui contentus non est; in litus arenas,
In segetem spicas, in mare fundat aquas.
Intempestivos igitur compesce timores;
Vela nec in medio defere nostra mari.

ELE-

nuam pulsandam gestasse putat. sed commentum hoc dudum explosum a viris doctis, & quod Poëtae praecipue *virgam* in singulari numero dicant, more & jure suo faciunt, pro *virgis* in fascem collectis. unde & *multa virga* Stat. I. Sylv. II 49. & Juven. VIII. 8. summotionem autem fascibus factam docet Plin. praefat. ad Vespasian. *longius etiam summoveo ingenii fascibus*, & millies Cicero, Livius & alii *virgas* vocant *fasces*. & ita *fasces virgarum* Plaut. Epid. I. 1. 20. & *bacillos* dicit Cicer. II. ad Att. 6. statuae denique lictorum & figurae, quae in antiquis monumentis apparent, solos fasces, nullam separatam virgam ostendunt. sed haec excutere diligentius non est hujus loci. notandum modo ante Lipsium, jam Micyllum hac in re erasse, nec a Lipsio hoc primum provenisse. Burm.

34. *Illius ira.*] *Unius* Gallicus codex. *vulneris ira* Gottorp. *jam nova plaga locum* Leidens. quod repetitum ex ultimo versu Ponticorum.

35. *Minimum, minimamque laborum.*] In nonnullis, *minimum de parte laborum*, & fortasse rectius. Naug. *Parvum minimumque* Leid. *minimam de parte* Bernens. *malorum* Junian. & sex alii. *dolorum* Putean.

36. *Illo, quo quereris.*] *Quod* multi veteres. *quod queris* Hamburgensis & Leidensis. *quo reris* prim. Politiani. recte. pro *minimum minimumque laborum* Gottorphianus pro diversa lectione, *minimum de parte.* quod ex suis codicibus probat & in ultimâ editione exprimendum curavit Naugerius. frustra. elegans est loquendi modus. sic Penelopes Epistola,

— — *minimum minimumque oblite tuorum.*

pro *laborum* etiam *malorum* nonnulli codices vetusti. quod versus proximus videtur requirere. ut jam monuit in Epistolis lib. I. 67. Tanaquillus Faber. Heins.

37. *Celantur arundine fossae.*] Zinzerlingus promulsi. cap. XI. ex Erfortano codice, *celebrantur* notat. quod verum est. de eo verbo ad Metamorph. lib. IV. fabula Thisbes. Heins. *Velantur* Excerpt. Voss. *multae madida* plurimi scripti.

41. *Tam me circumstat.*] *Circumstant* primae editiones. & multi ex scriptis, quod mutari non debuit. prim. Pal. & Aroudel. *circumdant. circumdat* prim. Polit. prim. Vatic. & tres alii. Heins. *Poena malorum* Lovan. *fossorum turbe*, pr. Palat.

42. *Vero est nostra querela minor.*] Sic lib. I. Metamorphos. 215.

— — *minor fuit ipsa infamia vero.*

Ciofan. *Non est nostra querela minor* Jun. Ep. XVI. 143.

— — *minor est tua gloria vero.*

43. *Fundat.*] *Fundit* Bernens.

45. *Compesce furores.*] Liber vetus, quo utor inprimis, *timores*: quae quidem lectio ad genuinam proxime accedit; legendum enim est, *timores*, ut habet Antverpianum exemplar, cujus supra mentionem feci. Ciofan. *Timores* ex scriptis. Heins.

46. *Defere.*] *Despe* Putaneus. vid. ad II. Art. 726.

L Ep.

ELEGIA VII.

Quam legis, ex illâ tibi venit epistola terrâ,
Latus ubi aequoreis additur Ister aquis.
Si tibi contingit cum dulci vita salute;
Candida Fortunae pars manet una meae.
Scilicet, ut semper, quid agam, carissime, quaeris:
Quamvis hoc vel me scire tacente potes.
Sum miser, haec brevis est nostrorum summa malorum:
Quisquis & offenso Caesare vivet, erit.
Turba Tomitanae quae sit regionis, & inter
Quos habitem mores; discere cura tibi est?
Mixta sit haec quamvis inter Grajosque Getasque;
A male pacatis plus trahit ora Getis.
Sarmaticae major Geticaeque frequentia gentis
Per medias in equis itque redituque vias.

In

1. *Ex illa tibi venit epistola terra.*] Eadem exemplaria & Mediolanum habent, & vere. Ctor. *A Scythia* nec libri, & editiones Gryph. & Vincent.

2. *Latus ubi aequoreis.*] Cl. Massonius in vita Horatii pag. 135. putat hic *latum* a *fero* esse deducendum. respondit ipsi Dacer. in nova illustratione Horat. pag. 59. cui quidem assentire possimus hoc loco *latum* esse spatiosum, patens late, sed tamen quod sciam adhuc non esse Latinis dictum, *latum* pro *vasto* non credamus. ita certe lib. x. Met. 124.

Nunc equus in tergo residens, hunc latus & illuc.

ut Heinsius in Mediceo codice invenit. Quinct. vi. de Inst. Orat. 1. *Pater ab Advocato latus*, pro *foriatus*. Bunc.

2. *Illyricas jungitur Ister aquis.*] *Additur* prim. Pol. prim. Vatic. prim. Pal. & multi alii ex melioribus, nonnulla cum primis editionibus, *Ister additur*. Sed cum Ister ibi se exoneret in Pontum, *ubi additur* adnitendum duxi. Pont. III. Eleg. v.

Hinc ubi cavatis jungitur Ister aquis.

quod lectionem vulgatam confirmat. Heins. *Labitur Ister aquis.*

3. *Contingit.*] *Contigerit* multi, *contingat* Servii. *contingis* Lexicon. & alius, & edit. Gryph. *pars erit* Ciof. *hora mane* Leid.

4. *Haec brevis.*] *Et brevis est* Combii. *laborum* legit & edit nonnulli.

5. *Quisquis & offenso Caesare.*] Versus parum apposite. Heins. *Prout* Ms. Bersm. *vivit* Vatic. & quatuor alii. nihil video cur repudiandus sit.

10. *Discere.*] *Dicere cura mihi est* Moreti & prim. Edit. *Dicere c. tibi* Junian. & Leidens.

11. *inter Grajosque Getasque.*] Malo, *Grajosque* cum codice Combii. Heins.

12. *A male pacatis.*] Ex iisdem exemplaribus ita est legendum. Ciofan. *Placatis* Gryph. *de malè pacatis* Ms. Bersm.

13. *Geticaeque.*] *Scythicaeque* unus. *potentia gentis* Putean.

15. *Qui non Coryton.*] Sic eadem exemplaria. melius, ut puto, quam alia, *Goryton*. Ciof.

16. *Lurida.*] *Livida* Leid. & duo, cum Ms. Bersm. *lubrica* Vatican.

17. *Verissima mortis imago.*] Lege, *Martis* vel contra auctoritatem membranarum. sic *Marticolam Geten* vocat supr. Eleg. III. 22. Heins. *Justissima* unus

18. *Non coma, non ulla barba resecta manu.*] Eleg. 2. hujus lib.

Quos ut non timeas, possis odisse videndo,
Pectibus, & longa corpora tecta coma.

Ciofan. *Non docta barba resecta manu* codex Strozzae, quod repetiit librarius ex 1. Art. Amat. 518.

19. *Dextera non segnis fixo dare vulnera cultro.*] Ita est in Vatic. In aliis, *feriò*, superior lectio majorem vim ac saevitiam prae se ferre mihi videtur. Ciofan. *Fixo* plerique veteres. ut Fastor. II. 837.

Nec mora celato figit sua pectora cultro. Heins. *Vibrare ferro* Ms. Bersm. vid. 1. ex Pont. 1. 23.

20. *Quem*

In quibus est nemo, qui non coryton, & arcum,
Telaque vipereo lurida felle gerat.
Vox fera, trux vultus, verissima Martis imago:
Non coma, non ullâ barba resecta manu.
Dextera non segnis fixo dare vulnera cultro,
Quem vinctum lateri barbarus omnis habet.
Vivit in his eheu! tenerorum oblitus amorum;
Hos videt, hos vates audit, amice, tuus!
Atque utinam vivat, sed non moriatur in illis!
Absit ab invisis & tamen umbra locis!
Carmina quod pleno saltari nostra Theatro,
Versibus & plaudi scribis, amice, meis:
Nil equidem feci (tu scis hoc ipse) theatris:
Musa nec in plausus ambitiosa mea est.
Nec tamen ingratum est, quodcumque oblivia nostri
Impedit, & profugi nomen in ora refert.

Quam-

20. *Quem vinctum lateri.*] Melius fortasse Palatinus & Bersmanni codd. *Quem junctum lateri.* D. Heins. *Junctum* Francof. & plurimi alii. *barbarus hostis* plurimi.

21. *Vivit in iis igitur tenerorum lusor amorum.*] Sic rectius legi opinor, quam, *Vivit in his heu, non vestrorum oblitus amorum*. Illo enim modo est in Vatican. Ciofan. Versus haud dubie mendosus. prim. Polit. & prim. Pal.

Vivit in his heu nullus oblitus amorum.

alter,

Vivit in his nullus horum heu oblitus amorum.

prim. Vatic. & Combianus codex,

Vivit in his nullus eorum oblitus amorum.

Multi,

Vivit in his igitur tenerorum oblitus amorum.

alii aliter. Lego,

Vivit in his eheu tenerorum oblitus amorum.

Heins. Servii codex, *Vivit in his heu me tenerorum doctor amorum.* in quatuor aliis, *Vivit in his Nasi tenerorum lusor amorum.* Lovan. duo alii *Vivit in his igitur vestrorum oblitus amorum.* Bern. alius, *Vivit in his vates*, (*Naso* Moret.) *suorum oblitus amorum.*

23. *Atque utinam vivat, & non moriatur in illis.*] Scribe, *vivat*, & *moriaris* cum Richeliano. conversa ad se oratione, ut metro consulatur. vide quae notavi ad Epist. x. ℣. 75. nisi malis, *vivat*, *non & moriatur*. pro *vivat* in prim. Vatic. *Vidues*. Heins.

23. *Et non moriatur in illis.*] Lib. 1. de Ponto Eleg. 11.

Saepe precor mortem, mortem quoque deprecor idem,
Ne mea Sarmaticum contegat ossa solum.

Et III.

Denique si moriar, subeam pacatius arvum,
Ossa nec à Scythica nostra premantur humo.

Et lib. III. Elegia 1.

Inque Tomitana condar oportet humo!

Ciofan.

24. *Et tamen.*] Melius, ni fallor, legas, *Absit ab invisis ut tamen umbra locis.* D. Heins. Et ita in codice Regio erat. ego mallem,

Atque utinam vivat, sed non moriatur in illis,
Absit ab invisis & procul umbra locis.

vel,

Atque utinam vivat, sed si moriatur in illis,
Absit ab invisis ut tamen umbra locis.

haec tamen nonnulli, etiam Bersman. cujus & alius, *nomen & umbra.*

25. *Carmina quod vestro saltari nostra theatro.*] Lege ex omnibus veteribus & optime excusis, *pleno*, non *vestro*. Martialis lib. VI.

Quaeque sonant pleno vocesque, manusque theatro.

Sic dicitur *frequenti senatu* apud Ciceronem. Ciofan. Heinsius suspicabatur hinc novam inchoandam Elegiam.

27. *Feci theatris.*] Nulla mihi re in Theatro auram paravi; vel nullo carmine Theatrum laesi, quemadmodum Augustum praeceptis amatoriis. Merul. Prior expositio melior: et enim & sequens ver-

Quamvis interdum, quae me laesisse recordor,
Carmina devoveo, Pieridasque meas:
Cum bene devovi; nequeo tamen esse sine illis:
Vulneribusque meis tela cruenta sequor.
Quaeque modo Euboïcis lacerata est fluctibus; audet
Graja Capharcam currere puppis aquam.
Nec tamen ut lauder vigilo, curamque futuri
Nominis, utilius quod latuisset, ago.
Detineo studiis animum, falloque dolores:
Experior curis & dare verba meis.
Quid potius faciam solis desertus in oris,
Quamve malis aliam quaerere coner opem?
Sive locum specto; locus est inamabilis; & quo
Esse nihil toto tristius orbe potest.
Sive homines; vix sunt homines hoc nomine digni:
Quamque lupi, saevae plus feritatis habent.

Non

versus respondet. Micyll. Nescio an non lateat mendum in *Feci*: nam certe *Medeam* theatris fecit, & in theatris sua Poëmata, spectante Augusto, falsata fuisse scribit ipse II. Trist. 519. seq. versu, *nec est plausus am. mea* Leid. Junian. & multi alii. *in plausus ambitiosa fuit* Excerpt. Voss. *in plausu* Bernens. Burm.

30. *In ora refert.*] *In urbe* tres scripti & edit. Micyll. *populi nomen in ora refert* duo. *in ore* edit. prim.

32. *Pieridesque meas.*] *Pieridasque* cum scriptis. Heins. *Devoveam* Putean.

35. *Quaeque modo.*] *Quae modo in Euboïcis* Junian.

36. *Graja Capharea currere puppis aqua.*] *Capharcam aquam* prim. Vatic. Combii, Rottendorph. & multi alii ex antiquis, ut & priscae editiones. bene. Pont. lib. I. Eleg. IV. ex veteri codice:

Quo duce trabs Colchas fatera cucurrit aquas.

& Pont. II. Eleg. VI. ex membranis:

Nunc mihi naufragio quid prodest dicere facto,
Quam mea debuerit currere cymba viam?

Festus Avienus Descriptione Orbis:

Gens hic docta fali tumido freta gurgite currit.

mox:

Longa dehinc celeri si quis rate marmora curret,
discurrens idem cum quarto casu junxit:

Hinc Metapontini discurrunt latius arva.

plenus horum ille. praeterea unus Bononiensis, *Nostra puppis*, pro *Graja*: quomodo & Arondelianus. Heins. Vid. Val. Flac. IV. 336.

37. *Non tamen.*] *Nec tamen* optimi, ut & supr. *El.* 29. iidem.

39. *Falloque labores.*] *Dolores* plerique meliores. Heins.

40. *Verba meis.*] *Malis* Bern.

41. *Desertis solus.*] *Deserto solus in orbe* Regius. *lapsus in oris* Junian. *desertus* multi. sed codex Servii, *solis desertus in oris*. ut passim, *solae terrae*, &c. vid. Epist. X. 129. *desertus* etiam Bernens.

42. *Coner.*] *Cogar* Regius & plurimi alii.

45. *Sive homines, vix sunt homines hoc nomine digni.*] *Sive homines specto* Leidensis & Arondelianus. Puto,

Sive homines, hominum vix hi sunt nomine digni.

Heins. Mss. Berlmanni & Leidens. non male:

Sive homines: spectо; vix sunt hoc nomine digni.

spectо hic eleganter. ut Justin. II. 10. *Ceterum si regem spectes, divitias, non Ducem laudes.*

46. *Saepe plus feritatis habent.*] Optime in Vatic. Masseiano, &, quos modo nominavi, excusis libris, *saevae plus*. Ciofan. Illud *saepe* est in Gryph. sed vitium operarum puto. *quamque lupae* Leidens. *quamque lupus* Polit. & duo alii. *quamve* Bernens.

47. *Non metuunt leges.*] *Nec* nonnulli. Lege,

Nec metuunt leges, & cedit viribus aequum.

quod magis elegantiae Ovidianae respondet. Heins.

48. *Sub ense jacent.*] P. Servii codex, *tacent.* non

Non metuunt leges, sed cedit viribus aequum;
Victaque pugnaci jura sub ense jacent.
Pellibus & laxis arcent male frigora braccis;
Oraque sunt longis horrida tecta comis.
In paucis remanent Grajae vestigia linguae:
Haec quoque jam Getico barbara facta sono.
Unus in hoc populo nemo est, qui forte Latinè
Quaelibet è medio reddere verba queat.
Ille ego Romanus vates (ignoscite Musae)
Sarmatico cogor plurima more loqui.
En pudet, & fateor; jam desuetudine longâ
Vix subeunt ipsi verba Latina mihi.
Nec dubito, quin sint & in hoc non pauca libello
Barbara. non hominis culpa, sed ista loci.
Ne tamen Ausoniae perdam commercia linguae.
Et fiat patrio vox mea muta sono;

Ipse

non ineleganter, ut illud vulgatum, *inter arma silent leges*: Cicer. pro Milon. IV. Sed tamen *vi sub* melius convenit *jacent*. Epist. IV. 161.

Nobilitas sub amore jacet.

Burm.

49. *Arcent mala frigora braccis.*] Ita & scripti. Reponendum tamen, *arcent male*. Vide Notas Fast. II. *El.* 170. Heins. *Pellunt* Puteau.

49. *Braccis.*] Ex hoc loco notabis obiter, non solùm subligacula, quas ἀναξυρίδας Graecè vocant, *braccas* dici, sed & laxiores vestes, longioresque: talibus enim frigora arceri solent, non iis, quas proprie *brachas* dici volunt. Micyll. Sed an ignoravit Micyllus *totum fere corpus bracceatos fuisse* Scythas; ut Mela inquit lib. II. cap. I. & Nolter lib. III. Tr. X. 20? mox, *oraque sunt latis* Excerpt. Voss *horrida facta* Regius. & mox, *barbara lingua sono* Leidens.

51. *Graecae vestigia linguae.*] *Grajae* rectius quinque veteres. Heins. *In paucis exstant* Edit. priores, *remanent* ex Leidensi codice est, *constant* Bernens. non male.

53. *Unus in hoc non est populo.*] Ita iidem libri recte. Ciofan. Malim, *illius* cum uno Bononiensi. tum, *vix est* cum optimo Mediceo & prim. Polit. & sequenti versu pro *Quaelibet*, *Quamlibet*. nam Palat. *Qualibet*. Vide Notas ad Epist. VI. Heins. *Est etiam hoc populo nemo* Servii. *Unus in hoc populo nemo est* scripti plurimi & editi quidam, quod temere non mutem. *nemo unus* eleganter dicitur. Livius lib. III. 12. *Neminem unum esse, cujus magis opera putet res publ. restituam.* & IX. 16. *Nemo unus vir erat, quo magis innixa res Romana staret.* & ita ille saepius. Senec. I. de Clem. I. *Nemo unus homo, uni homini tam carus unquam fuit.* Ulpianus leg. 17. §. 2. ff. de recept. qui arb. *Nemo unus cogendus erit jusjurandum dicere.* Terent. Andr. III. II. 16. *Hoc ego scio unum neminem reperisse hic*; ut citat Priscian. lib. VI. pag. 683. Burm.

55. *Ipse ego Romanus vates.*] *Ille ego* plurimi veteres. & rectè. supra libro IV. Eleg. X.

Ille ego qui fuerim tenerorum lusor amorum.

Amorib.

Ille ego Musarum purus Phoebique sacerdos.

Pont. lib. I. El. II.

Ille ego sum, lignum qui non admittar in ullum;
Ille ego sum, frustra qui lapis esse velim,

Eleg. III.

Ille ego sum, qui te colui.

& mox,

Ille ego, qui dixi vestros Hymenaeon ad ignes.

Heins.

56. *Sarmatico cogor plurima more loqui.*] Non invenuste Francof.

Sarmatica cogor plurima voce loqui.

57. *En pudet, & fateor, jam desuetudine longa*
Vix subeunt ipsi verba Latina mihi.] Elegia ultima lib. III.

Dicere saepe aliquid conanti, turpe fateri,
Verba mihi desunt, delidiique loqui.

Ciofan. Plerique ex antiquis, *En pudet*, quomodo & priscae editiones. Heins. *Desuetudine linguae* Putean.

Ipse loquor mecum, desuetaque verba retracto;
Et studii repeto signa sinistra mei.
Sic animum tempusque traho: meque ipse reduco
A contemplatu, submoveoque, mali.
Carminibus quaero miserarum oblivia rerum.
Praemia si studio consequor ista, sat est.

61. *Vox mea muta.*] Liber Vatican. *missa.* CIOFAN. *Alia mixta* Servii codex.

64. *Signa sinistra.*] Forte, *sacra sinistra.* HEINS. *Signa manifesta* tres. *verba sinistra* unus.

65. *Sic animum ipse reduco.*] Idem liber, *me sic que reduco.* CIOFAN. *Metumque* multi. *maestusque reduco* Medic.

66. *Semovcoque mali.*] *Submoveoque* meliores. multi etiam, *dimoveoque.* HEINS. *A contemplatu summoveoque* Ms. Berlm. *a contemplatu malo* Polit. & septem alii.

68. *Si consequor.*] *Consequor* prim. Vatic. & unus Medic. HEINS.

ELEGIA VIII.

NOn adeo cecidi, quamvis dejectus, ut infra
Te quoque sim: inferius quo nihil esse potest.
Quae tibi res animos in me facit, improbe? curve
Casibus insultas, quos potes ipse pati?

Nec

1. *Quamvis dejectus.*] Verbum *dejicere*, licet & ferum simul pro vincere, & proterere, magis tamen vilitatem & contemptam quemdam notat, Ovidius vero se numquam vilem dixit. multi codices, *projectus*, quo saepe Noster utitur, pro in exilium misso. vid. sup. Eleg. 1. 13. & ibi. sed magis tamen vulgo Leidensis & duorum aliorum librorum lectio placet, *dejectus*, quod *vix cadere*, & *infra esse* melius convenit. *deliciuntur* enim quae sanctis vi in terram dantur, ut in bello hostes victi, & in venatu ferae. vid. ad Phaed. II. 1. ita quasi fulmine Naso dejectus ceciderat, ut mox se *jacentem* vocat. non ideo tamen tam vilem se credebat, ut huic se comparare vellet. ut autem Noster, *quo nihil inferius*, ita Senec. 1. de Clement. 5. *decet magna nimirum quemlibet mortalem, etiam illum, infra quem nihil est.* Terent. Eun. III. 2. *Tace tu, quem ego esse infra infimos omnes puto homines.* BURM.

3. *Facit.*] Dedit duo.

5. *Placidumve.*] *Placidumque* plurimi scripti & editi; *humilemve placidumque* Servii.

6. *Nostra quibus possint.*] Malo, *possint* cum Goltorphiano. duo alii, *possent.* HEINS.

7. *Exiget ut dignas ultrix Rhamnusia poenas.*] *Rhamnusiae* vocant poetae Nemesin, à pago Rhamnunte, ubi templum illius fuit. De hoc Pausanias in Atticis his verbis meminit, *Μαραθῶνι δὲ ἐστιν ἀγάλματα ἐξέστιν Νεμέσεως ἱερόν, ἣ τοῖν μάλιστα ἀνθρώποις ὑβρισαῖς ἔχειν ἀκριβέστερος, &c.* Oceani filiam & Noctis faciunt, & à *νεμεσᾶσθαι*, hoc est indignando dictam volunt, quod insolentibus & superbis indignetur, & spes immoderatas prohibeat ac puniat. Hanc eandem & *Adrastam* vocant, ab Adrasto rege, qui primus huic templum constituerit, ut Strabo ex Antimacho poëta refert, libro decimotertio. Vel ab *α* privativa particula, & *ἔραμαι*, quod neminem nocentem effugere vindictam patiatur, etiam si quando serius aliquem assequatur. Vide Proverbium Erasmi Roterodami, *Adrastea Nemesis.* MICYLL. Vide quae dixi lib. III. Metamorphos. Et Claudianus:

Sed Dea, quae nimiis obstas Rhamnusia votis.

CIOFAN. *A dignis* prim. Pal. prim Vatic. opt. Medic. aliique nonnulli: duo, *ad dignas.* ac *dignas* Arondel. in nonnullis etiam, *Exigit.* Lege, *Exigit ab dignas*, sequenti versu pro *quod* prim. Polit. *qui*, reliqui majori ex parte, *quid.* HEINS. Monendum membranas nostras & edit. Vicent. habere, *cur*, hanc etiam, *cur mea fata.* illuc *ab*, hac quidem in re non satis placet. tum abruptius sequi videtur in editione Heinsii, *impositio calcas quid*, &c. nescio an melius sic legere possimus,

Exigis ut dignas ultrix Rhamnusia poenas,
Impositio calcas qui mea fata pede.

Ho-

Nec mala te reddunt mitem placidumve jacenti
Nostra, quibus possint illacrimare ferae?
Nec metuis dubio Fortunae stantis in orbe
Numen, & exosae verba superba Deae?
Exiget ah dignas ultrix Rhamnusia poenas!
Impositio calcas quid mea fata pede?
Vidi ego, naufragiumque viros & in aequore mergi:
Et, Numquam, dixi, justior unda fuit.
Vilia qui quondam miseris alimenta negarat,
Nunc mendicato pascitur ipse cibo.

Pas-

AUCTOR. ELECT. ETONENS. *Exigit at justas* Francof. ut inf. Eleg. XII. 47. *mea colla pede* tres scripti.

11. *Vidi ego naufragiumque viros & in aequore mergi.*] Numeri turbari satis evincunt versum esse mendosum. Optimus Mediceus, *naufragioque.* Rottendorphianus pro diversa lectione, *naufragoque.* Scribe,

Vidi ego navifrago piratas aequore mergi.

nisi maris, *navifragum qui rifrat*, vel, *navifragum ridentes.* Sed prima lectio verior. duo libri,

— *Naufragium nautas & in aequore mergi.*

HEINS. Adjecisset utinam Heinsius si quid & in aliis libris variatum. Nostrae membranae, *naufragiumque virosque & in equore.* Berlman. Ed. *naufragiumque virosque sub aequore.* Prior Heinsii conjectura longius abit, & a libris & a sententia, quam locus videtur postulare. Utravis, unde tanta labes, parum indicat, atque rem mihi vix fatis credibilem narrat. Nam quotus quisque, obsecro, homines naufragos ridet? aut ubi derisores illos, ubi vero aut piratas Ovidius *ipse* spectare potuit naufragio pereuntes? Quid adferter denique (praeter unam quidem vocem, *navifrago*, seu *navifragum*) quod morari potuit librarios, aut medicinam suam poscere videri? Propono igitur & meam conjecturam, liberiorem sane, quam vellem. sed cogitent alii.

Vidi ego naufragium rapturos aequore mergi.

Hominum genus & hodie & olim, nimium quoque, notum, de quo Phaedrus lib. IV. Fab. 21.

Praedones adsunt, rapiunt quod quisque extulit.

Hos autem, immanissimos enatantium spoliatores, dum aviditate rapinae procurrunt in mare, in fluctibus navigiorum membra ascendunt, onustique, ut fit, rixantur, in aquis nonnullos perire quivis, credo, non longissimus à duro littore habitator videre potest aliquando, & misereri. Talis in Nostrum libs, in quem ista vers. 17.

Cumque ego quassa meae complectar membra carinae,
Naufragii tabulas pugnet habere mei.

Et haec ipsa Elegia credi potest in eundem scripta; Eandem certe querelam isdem pene verbis hic signat, *impositio calcas mea fata pede*; atque illic, *calcasti qui me, violente, jacentem.* Poterant, quod restat, nescire correctores, quid sibi vellet *naufragium rapere*, aut dici naufragium, quidquid fracta nave, seu navis ipsius, seu mercium, luitur, ejiciatur aut perdatur. Idautem docebit Cicero Epist. 13. lib. IV. ad Famil. *Caveo cum familiarissimis multis &c. tum omnibus amicis &c. versorque in eorum naufragiis & bonorum direptionibus.* & pro Sextio, *sed necesse est &c. me totum superioris animi reipb. naufragium exponere: in quo colligendo ac reficienda salute, omnia reperietur P. Sextii dicta, facta, consilia versata.* & pro C. Rabir. perd. red. *Nec tuas unquam rationes ad eos scopulos appulisset, ad quos Sex. Titii affictam navem, & in quibus C. Decianii naufragium fortunarum videret.* AUCTOR ELECT. ETONENS. Nihil varietatis in scriptis praeter ea, quae indicata sunt, repperi: neque tamen conjecturae doctorum virorum satisfaciunt, licet secunda Heinsii sententiam faciat satis aptam. *naufragium rapere* mihi infolentior locutio videtur. neque hic de rapacitate, sed de immiti & duro hominis animo queritur. quare forte legi possit,

Vidi ego navifrago quos duros aequore mergi?

vel,

Vidi ego navifrago duros tot in aequore mergi?

vel,

Vidi ego navifragum qui laseral, aequore mergi?

si agretur de prodita amicitia, posset & legi, *perjuros aequore mergi.* Sed relinquamus potius locum male affectum felicioribus ingeniis famandum. ridiculum vero est, quod Merula in pentametro construat, illa *nunquam dixi*, quasi Ovidius se laudaret, quod numquam malo alieno gavisus fuisset. cum puero pateat *nunquam* referri debere ad *justior.* unde videmus quam utile sit distinguere apte verba. *in aequora* est etiam in multis. BURM.

13. *Negarat.*] *Negabat* Junian. & Putean. *negaret* Leid. *negavit* Lovan.

14. *Ille cibo.*] *Ipse* meliores. HEINS.

Passibus ambiguis Fortuna volubilis errat,
Et manet in nullo certa tenaxque loco.
Sed modo laeta manet, vultus modo sumit acerbos;
Et tantum constans in levitate suâ est.
Nos quoque floruimus, sed flos erat ille caducus;
Flammaque de stipulâ nostra brevisque fuit.
Neve tamen totâ capias fera gaudia mente;
Non est placandi spes mihi nulla Dei.
Vel quia peccavi citra scelus; utque pudore
Non caret, invidiâ sic mea culpa caret:
Vel quia nil ingens ad finem Solis ab ortu,
Illo, cui paret, mitius orbis habet.
Scilicet ut non est per vim superabilis ulli,
Molle cor ad timidas sic habet ille preces.
Exemploque Deûm, quibus accessurus & ipse est,
[Cum poenae veniâ plura roganda petam.]
Si numeres anno Soles & nubila toto,
Invenies nitidum saepius esse diem.
Ergo, ne nostrâ nimium laetêre ruinâ,
Restitui quondam me quoque posse puta.
Posse puta fieri, lenito Principe, vultus
Ut videas mediâ tristis in Urbe meos:

Ut.

13. *Volubilis.*] *Volatilis* Junian. quae eadem valetas lib. x. Met. 519. vid. ad lib. i. Amor. viii. 48.

17. *Sed modo laeta manet.*] Si manet laeta, non est inconstans. incepit hoc verbum ex praecedenti versu. nec tamen satis video quid pro eo debeat reponi. nisi forte, *laeta venit*. Heins. Forte *movet*. id est se movet. & sic divam intellige salutantem induci. Satis autem tritum est hoc verbum absolute sine accusativo. Qui haec non viderent, credi possunt locum corripuisse, praesertim illa literarum similitudine. Auctor. Elect. Etonens. recte Heinsio & Vino docto suspectum verbum *manet*, sed hujus correctio minus verosimilis: legerem, *fed modo laeta fuit*. quas voces confudisse & librarios apud Stat. vi. Theb. 631. Gronovius ostendit. de *manente Fortuna* aliquid diximus ad Petron. cap. lxxx. Bost. de Conf. Philos. lib. ii. prof. 1. *Tu vero volventis rotae impetum retinere conaris? At omnium mortalium stolidissime, si manere incipit, fors esse desinit.* & prof. 2. *Est rara est fortuitis mansuetà fides, altimus tamen vitae dies saevi quaedam fortunae est, etiam manentis.* & ita ille saepius. Burm.

17. *Acerbos.*] *Amaros* Junian.

19. *Flos, qui ille caducus.*] *Erat* plenique, & recte: nam *fuit* sequitur. Heins.

20. *Flammaque.*] Notat Gronov. iv. ob. 3, *flammam* hic pro lucida & splendenti fortuna sumi. ut *incendere genus*: Scaliger explicabat. ita & Pindar. Ol. ix. 33. Πόλυν μαλερᾶις ἐπιφλέγειν αἰνᾶις dixit. & ille saepius φλέγω, & ejus compositis eo sensu utitur. Burm.

29. *Quibus accessurus & ipse est.*] Eleg. v. hujus libri:

Dii tamen, & Caesar dis accessuro.
Ciofan.

30. *Cum poenae venia plura roganda petam.*] *Neganda* Combianus. duo, *cum venia ponat*. Aut desunt hic nonnulla, aut versus est mendosus. Putabam aliquando,

Cum poenae venia plura ferenda putat.

Tanaquillus Faber lib. i. Ep. 67.

Cum poenae venia plura petenda dabit.

Commodo sensu, nisi quod causam haud video, cur *petenda* pro *roganda* velit reponi. Heins. Forte scripserit, *plura roganda feram* pro obtinebo, ut ita *ferre* passim occurrit. *petam* & *feram*, etiam confuderunt librarii i. ex Pont. v. 30. & alibi *petenda* edit. Bersm. & Pontani. Burm.

32. *Nitidum.*] *Nitidis* Bernens.

37. *Ex-*

Utque ego te videam causâ graviore fugatum.
Haec sunt à primis proxima vota mihi.

37. *Fugatum.*] In exilium missum, lib. i. Eleg. ii.

—— *quid quem fugat ille tenuis?*

Sic & libro secundo, quod parcam scribere. Ciof.

38. *Haec sunt à primis proxima vota meis.*] *Mea est* prim. Polit. quinque alii, *mea*. Puto, *mihi*. Heins. *Vota secunda* Moreti.

ELEGIA IX.

O Tua si fineres in nostris nomina poni
Carminibus; positus quam mihi saepe fores!
Te solum meriti canerem memor; inque libellis
Crevisset sine te pagina nulla meis.
Quid tibi deberem totâ sciretur in Urbe:
Exsul in amissâ si tamen Urbe legor.
Te praesens mitem, te nosset serior aetas:
Scripta vetustatem si modo nostra ferent.
Nec tibi cessaret doctus bene dicere lector:
Hic tibi servato vate maneret honor.
Caesaris est primum munus, quod ducimus auras:
Gratia post magnos est tibi habenda Deos.
Ille dedit vitam; tu, quam dedit ille, tueris:
Et facis accepto munere posse frui.
Cumque perhorruerit casus pars maxima nostros;
Pars etiam credi pertimuisse velit,

Nau-

5. *Tota sciretur in urbe.*] *Toto sciretur in orbe* Excerpt. Voss. & tres libri.

8. *Si modo nostra ferunt.*] *Ferent* quinque veteres! & *legar* pro *legor* multi superiori versu. Heins. *Ferunt* Richel.

10. *Hic te manuerit honor.*] *Hic tibi* plurimi ex antiquis. utrumque probum est. Heins.

11. *Ducimus auras.*] *Auram* tres. *duximus* Lovan.

13. *Ille dedit vitam, tu, quam dedit ipse, tueris.*] Vatic. & is, quem impressit optimus Plantinus, *quam dedit ille*. optime. Ciofan. *Tu, quod dedit ille, tueris*. Puteaneus. ut vi. Met. 655. *Iuno habes quod posis, ait.* Lovaniensis habebat, *tu, tui dedit ille, tueris.*

15. *Cumque perhorruerit.*] *Perhorruerit* septem meliores. quare & mox, *spectaris* pro *spectaret* repono. nam *spectavit* Patavinus. Heins.

16. *Pertimuisse.*] Exponit Merula, quasi illi non veri amici timuissent, ne simul cum Ovidio relegarentur. de quo tamen nusquam Ovidius alibi mentionem facit. quare mallem legere, *praetimuisse*. pars etiam nunc, cum vident me exsulem, ut excusent, quod nullam opem tulerint mihi, ajunt se diu praetimuisse hanc meam poenam, & casus infelices; quia saepe viderant me talia admittere, quibus exilium mererer. & hoc quotidianum est, ut qui veteres amicos deliturunt, ita se purgent, quod jam diu imprudentis hominis, nec suis consiliis obsequentis, casus praeviderint & praetimuerint. *praetimere* etiam occurrit in Argumento Fab. i. libr. xv. Met. vid. & Bronkh. ad Tibul. iii. iv. 14. Burm.

38. *Sae-*

Naufragiumque meum tumulo ſpectârit ab alto,
Nec dederit nanti per freta ſaeva manum;
Seminecem Stygiâ revocaſti ſolus ab undâ.
Hoc quoque quod memores poſſumus eſſe, tuum eſt.
Dî tibi ſe tribuant cum Caeſare ſemper amicos:
Non potuit votum plenius eſſe meum.
Haec meus arguris, ſi tu paterêre, libellis
Poneret in multâ luce videnda labor.
Sc quoque nunc, quamvis eſt juſſa quieſcere, quin te
Nominet invitum, vix mea Muſa tenet.
Utque canem pavidae nactum veſtigia cervae
Luctantem fruſtra copula dura tenet.
Utque fores nondum reſerati carceris acer
Nunc pede, nunc ipſa fronte, laceſſit equus;
Sic mea, lege datâ vincta atque incluſa, Thalia
Per titulum vetiti nominis ire cupit.
Ne tamen officio memoris laedaris amici,
Parebo juſſis (parce timere) tuis.
At non parerem, niſi ſi meminiſſe putares.
Hoc quod non prohibet vox tua; gratus ero.

Dum-

18. *Saeva.*] *Per freta longa* quinque. *ſumma* duo. *manus* Junian.

21. *Amicos.*] *Amico* Leid.

23. *Arguis.*] *Ab graiis* conjecerat Heinſius olim.

25. *Nunc quoque, quamvis eſt jam juſſa quieſcere.*] Legendum ex veteribus. *Nunc quoque ſe, quamvis eſt juſſa quieſcere.* Naug. Et hic haud parum, non ita magno tamen diſcrimine, inter ſe variant libri. Mihi maxime pro Ovidiana ſuaviate videtur, *Nunc quoque, jam quamvis eſt juſſa quieſcere.* Dan. Heins. Turbati numeri. unus Vatican. & Palat.

Quae quoque nunc quamvis eſt juſſa quieſcere.
Scribe,
Sc quoque nunc, (quamvis eſt juſſa quieſcere)
anitz te
Nominet invitum, vix mea Muſa tenet.
primae editiones,
Nunc quoque jam quamvis eſt juſſa.
vix te tenet mea Muſa, quia te nominet vel invitum. pro *quieſcere* etiam *fileſcere* videtur reponendum. ſic de ventis ſupra lib. II.
Sed modo conſident, intermiſſique fileſcent.
Heins. Douza legebat, *nunc quoque quantumvis jam juſſa.*

27. *Pavidae.*] *Timidae* Bernenſ.

28. *Luctantem.*] *Latrantem* plurimi. Heins. *Luctantem* tuetur etiam Demſterus ad Roſin. Antiq. lib. II. cap. 7.

30. *Nunc ipſa fronte.*] *Preſſa fronte* Leidenſis. Heins.

31. *Sic mea lege data.*] An, *rata?* Vide Faſt. III. vſ. 279. Heins. Minime vero. *data* lege, ſcilicet, ab amico, qui vetuerat ſe nominari, & quieſcere ejus Muſam juſſerat. lib. II. Triſt. 488. *tic ejuſ leges, hoſpitioque dedit.* Sic *jura dare* & ſimilia obvia. Burm.

31. *Thalia.*] *Camaena* tres. *voluntas* Palat. & Vatican.

35. *Si non meminiſſe putarer.*] *Niſi non*, vel *niſi me* multi ex ſcriptis. duo, *niſi.* & *meruiſſe* unus. Lege,

niſi ſi meminiſſe putaret.

niſi putares me tui eſſe memorem. *niſi ſi* Naſoni uſitatum. Adi Notas Epiſt. IV. vſ. III. Heins. Broukhuſius malebat, *Si non meminiſſe vetaret*, forte,

At non parerem, niſi te meruiſſe putarem.
vel,
At non parerem, niſi me memoraſſe putarem,
Si quo non prohibet lex tua, gratus, eo.
Si ſine nomine eo usque tui meminiſſem, gratus pro tot beneficiis, quo lex tua me progredi non prohibet. Burm.

37. *Lu-*

Dumque (quod ô breve ſit!) lumen ſolare videbo;
Serviet officio ſpiritus iſte tuo.

37. *Lumen vitale videbo.*] *Natale videbo* tres libri. octo, *vitale tenebo. Solare videbo* Richel. primae editiones, *Solare tenebo.* Puto, *lumen ſolare tuebor.* Heins. *docebo* unus.

38. *Serviet officio ſpiritus iſte tuo.*] Idem Vatic. & Maſſeianus elegantiſſimam planeque veram habent lectionem, *ipſe meo.* Clofan. *Ipſe duo* plurimi codices; *meo* nullus.

ELEGIA X.

UT ſumus in Ponto, ter frigore conſtitit Iſter:
Facta eſt Euxini dura ter unda maris.
At mihi jam videor patriâ procul eſſe tot annis,
Dardana quot Grajo Troja ſub hoſte fuit.
Stare putes; adeo procedunt tempora tarde:
Et peragit lentis paſſibus annus iter.
Nec mihi ſolſtitium quidquam de noctibus aufert:
Efficit anguſtos nec mihi bruma dies.
Scilicet in nobis rerum natura novata eſt;
Cumque meis curis omnia longa facit.
Num peragunt ſolitos communia tempora motus,
Suntque magis vitae tempora dura meae?
Quem tenet Euxini mendax cognomine litus,
Et Scythici verè terra ſiniſtra freti.
Innumerae circa gentes fera bella minantur;
Quae ſibi non rapto vivere turpe putant.

Nil

2. *Facta eſt.*] *Fracta* unus. *fracta quoque Euxini eſt* Servii. non male, ſi *Facta* legas. vid. ad Epiſt. XX. vſ. 82. mox, *at tibi* Leidenſis.

4. *Troja.*] *Terra* duo.

8. *Anguſtos.*] *Argutos* Leidenſ. pro var. lect. *non mihi* Leidenſ. *effugit* etiam Servii codex.

9. *Novata.*] *Morata* Puteaneus.

11. *Num peragunt.*] Variant libri in hoc diſtichо. *non peragunt* quinque, *dum peragunt* unus, *an*, & *nunc* alii codices. pro *motus*, *curſus* quatuor habent. deinde in pentametro, *tempora longa* Francof. & quatuor alii. offendit autem bis illud repetitum *tempora*, & *longa* etiam modo praeceſſit. forte ſcripſerit,

Non peragunt ſolitos communia ſidera motus,
Suntque magis vitae tempora lenta meae.

in quibus nihil mutamus, niſi voces perpetuo confundi ſolitas, ut *ſidera* & *tempora*. vid. II. ex Pont. IV. 25. *longa* & *lenta* paſſim. vid. II. Faſt. 722 quamvis & *longa* retineri poſſet. *communia* autem fidera dicuntur, ut *ſol communis*, de quo vid. lib. VI. Met. 350. illa ergo mihi etiam communem uſum praeſtare deberent, ut celeriter labi viderentur, ſed hoc mihi praecipue evenire video, ut magis lenta tempora labantur mihi, quam aliis. Burm.

13. *Quem tenet.*] *Quae* Servii. *me* unus. *quam* Moreti & prim. Editio. nihil muta. vid. I. Triſt. v. 41. *mendax cum nomine* Junian. *cognomine Pontus* multi ſcripti & editi; Francof. *portus*, ut adludat ad pontum, falſo dictum hoſpitalem. *tellus* ſex libri. Burm.

15. *Innumerae.*] *Innumeras gentes* Berſm. var. lect. *circum* nonnulli ſcripti & editi. *In numen gentes tutum ſera bella minantur* Junian.

16. *Quae niſi de rapto vivere turpe putant.*] Vatic. *Quae ſibi non rapto.* Clofan. *Sibi non rapto*, omnes meliores. Heins. *Et niſi de rapto vivere poſſe putant* Bernenſ. *raptu* prim. Vatic. & tres alii. vid. I. Met. 141.

17. Nil

Nil extra tutum eſt, tumulus defenditur aegrè
Moenibus exiguis, ingenioque loci.
Cum minimè credas; ut aves, denſiſſimus hoſtis
Advolat, & praedam vix bene viſus agit.
Saepe intra muros clauſis venientia portis
Per medias legimus noxia tela vias.
Eſt igitur rarus, qui rus colere audeat: isque
Hac arat infelix, hac tenet arma manu.
Sub galeâ paſtor junctis pice cantat avenis;
Proque lupo pavidae bella verentur oves.
Vix ope caſtelli defendimur: & tamen intus
Mixta facit Grajis barbara turba metum.
Quippe ſimul nobis habitat diſcrimine nullo
Barbarus: & tecti plus quoque parte tenet.
Quos ut non timeas, poſſis odiſſe videndo
Pellibus & longâ tempora tecta comâ.
Hos quoque, qui geniti Grajâ creduntur ab urbe,
Pro patrio cultu Perſica bracca tegit.

Ex-

17. *Nil extra tutum eſt, tumulus defenditur ipſe Moenibus exiguis, ingenioque loci.*] Idem lib. *tumulus defenditur aegre*, &c. optima ſane ſententia. nam poſtea dicturus eſt: *Vix ope caſtelli defendimur.* Eodem illo modo Juſtinus lib. XXX. *Philippus finem regni terminos adverſus finitimos aegre defendit.* Ciofan. *Defenditur aegre*, multi ex antiquis; recte. Heins. *Turris defenditur* duo. *tumulus* unus.

18. *Ingenioque loci.*] Loci ſitum ac naturam ſignificat. ſic lib. II. De Ponto Eleg. I.

Atque ea te contra nec muri mole, nec armis,
Nec ſatis ingenio tuta fuiſſe loci.

Et lib. IV. Elegia VII.

Non negat Aegyptos, quae te ſubmiſſa recepta
Sancta in ingenio nil opis eſſe loci.

Sic & R. qui omnium prudentiſſimus in hiſtoria eſt, Cum. Tacitus lib. VI. *Locorumque ingenio ſeſe contra inſtantes regis copias tutabantur.* Ciofan.

19. *Cum minimè credas, ut aves.*] *Ut aves* recentes ſcripti nonnulli cum priſcis editionibus. Deinde Rico. I. *Cum bene vix credas.* Heins. *Quod minime ex*, Bernenſ. Gryph. & al. *quae* unus. mox, *viſus habet.* quatuor.

20. *Noxia tela.*] *Aterna* Voſſianus. *tela nocivo* Gothoſch. pro diverſa lectione. Vide Notas Remed. Fauſt. pag. 25. Heins. Et I. Art. 568.

23. *Eſt igitur rarus, qui jam colere audeat.*] Quid mirum colere? Scribe, *rus qui colere audeat.* quale vos credidit ob cognationem poſterioris ſyllabae in *rarus.* hanc conjecturam poſtea in Codice Medoniano confirmatam deprehendi. in quo, *rus qui colere audeat.* Heins. *Qui jam tolere agros audeat* Servii.

26. *Bella verentur.*] *Tela* malebat olim Heinſius. *proque lupi pavidae fraudo* Leidenſ.

28. *Barbara turba.*] *Barbara lingua* duo codices. vid. ſupra hoc libro Eleg. II. 67.

29. *Simul nobis.*] *Nobiscum* multi ſcripti & olim editi quidam. male. ita enim millies veteres locuti ſunt. vid. ad I. Faſt. 567. mox, *parte capiti*, tres.

31. *Quos ut non timeas.*] *Quorum ut* prim. Pal. prim. Vatic. & quinque alii. ut eſſet dictum, quomodo, *abſtineto irarum, deſine querelarum* ab Horatio, & ſimilia paſſim obvia. Heins.

32. *Pellibus & longâ corpora tecta comâ.*] Sic vere legitur in Vatic. Ciofan *Pectora* quidam veteres. at unus Bononienſis cum priſcis editionibus, *tempora.* quod temere Ciofanus damnarat. nam *comatos* paſſim Getas deſcribit, & pellibus operire capita etiamnum ſolent per ſeptentrionem. Heins.

33. *Creduntur ab urbe.*] *Panduntur* Petri Servii codex. forte, *proditur.*

34. *Perſica.*] *Barbara* ſex codices.

35. *Sociae.*] *Patriae* tres. *Scythicae* quatuor, *Getrae* unus.

36. *Significanda.*] *Teſtificanda* Putean.

37. *Barbarus hic ego.*] Hunc Ovidii locum imitatum D. Paullum I Corinth. XIV. 11. notare Duportum teſtatur Cl. Fabricius ad Sext. Hypoth. Pyrrh. I. cap. 14. ſed Apoſtolum legiſſe Ovidii poëmata, minime ſit veriſimile, niſi ita capias, ut dictum hoc celebre & ex medio ſermone ſumtum Apoſtolus aeque adhibuerit, atque Ovidius. Burm.

37. *Quia non intelligor.*] *Qui* quinque veteres. Puto, *qui non intelligar.* Heins.

38. *Dicident.*] Idem liber, *Et rident.* placet. Ciofan.

39. *Mala ſaepe loquuntur.*] *Male* cum primis editionibus, primo Vatic. & ſex aliis. Heins. *Mala* plerique ſcripti & olim editi, quod cur mutari debeat neſcio. nam *mala* ſunt convicia, maledicta, ut Terent. *mala ingerere multa* Andr. IV. I. 16. & ita *mala verba* apud Tibullum II. V. 101. codex Mattii, ut *mala verba* idem dixit I. XI. 57. Burm.

41. *Utque ſit in me aliquid.*] *Utque ſit* veteres plerique. Sed diſtichon etiam hoc commentitium eſt & fictum. Heins. Corruptum fateor diſtichon, ſed ab Ovidii tamen manu profectum credo. forte ſcripſerit,

Utque ſit, in me aliquid ſaevi, dicentibus illis
Abnuerim quoties, abnuerimque, parant.

ſi non ex eorum ſententia videor abnuere vel annuere, & meos geſtus & ſigna perverſe interpretantur, & parant in me aliquid laevi. vel,

Utque ſit, a me aliquid dici de gentibus illis,
Abnuerim quoties abnuerimve, putant.

Puto Bonon. Burm.

43. *Dicitur.*] *Ducitur* plurimi. mox, *ſaepe choro* Regius.

45. *O duram.*] *O diram* Moreti, Servii & alius codex. non male.

47. *Patriae.*] *Patrio* tres. *qui patriae* Junius.

48. *Quod ſic in Scythicis genitibus eſſe queror.*] Rectius, *Quidque hic* reponas. *finibus* etiam bene nonnulli ſcripti. Sed & hoc diſtichon ſpurium eſt. Omnia enim, quae hic dicuntur, proxime praecedenti diſticho jam erat complexus, argue tamen & breviter, quod obtuſi capitis librarios offendit. Heins. Sed ſi deleatur, quo referas illud, *utraque poena*, quae reſpicit, & quod careat amicis, & quod non meliore loco exſul vivat. variant vero admodum codices. quidam, *meque quod in.* alii, *atque quod.* praeterea, *utque haec, atque haec*, (ut editi etiam quidam) *nisque hic, nisque habitem in*, &c. *in Getiis partibus* etiam Junianus. *at quoque in Getcis* (vel *Scythicis*) *finibus* Leid. forte, *cogor ex in Scythiis partibus* (vel *finibus*) *eſſe, queror.* Burm.

51. *Quid loquor.*] *Quid queror* duo ſcripti. *loquar* tres.

Exercent illi ſociae commercia linguae.
Per geſtum res eſt ſignificanda mihi.
Barbarus hîc ego ſum; quia non intelligor ulli:
Et rident ſtolidi verba Latina Getae.
Meque palam de me tuto mala ſaepe loquuntur:
Forſitan objiciunt exſiliumque mihi.
Utque ſit, in me aliquid, ſi quid dicentibus illis
Abnuerim quoties adnuerimque, putant.
Adde, quod injuſtum rigido jus dicitur enſe:
Dantur & in medio vulnera ſaepe foro.
O duram Lacheſin, quae tam grave ſidus habenti
Fila dedit vitae non breviora meae!
Quod patriae vultu, veſtroque caremus, amici;
Quodque hic in Scythicis finibus eſſe queror;
Utraque poena gravis. merui tamen Urbe carere;
Non merui tali forſitan eſſe loco.
Quid loquor ah demens? ipſam quoque perdere vitam,
Caeſaris offenſo numine dignus eram.

ELE-

ELEGIA XI.

Quod te nescio quis per jurgia dixerit esse
Exsulis uxorem, litera questa tua est.
Indolui; non tam mea quod fortuna male audit,
Qui jam consuevi fortiter esse miser:
Quam quia, cui minime vellem, fim causa pudoris;
Teque rear nostris erubuisse malis.
Perfer, & obdura. multo graviora tulisti,
Cum me surripuit Principis ira tibi.
Fallitur iste tamen, quo judice nominor exsul.
Mollior est culpam poena secuta meam.
Maxima poena mihi est, ipsum offendisse: priusque
Venisset mallem funeris hora mihi.
Quassa tamen nostra est, non fracta, nec obruta puppis:
Utque caret portu; sic tamen exstat aquis.
Nec vitam, nec opes, nec jus mihi civis ademit;
Quae merui vitio perdere cuncta meo.
Sed quia peccato facinus non adfuit illi,
Nil nisi me patriis jussit abesse focis.
Utque aliis, numerum quorum comprendere non est,
Caesareum numen, sic mihi, mite fuit.

Ipse

5. *Quam quod, cui minime vellem, fim causa pudoris.*] *Quam quia* nonnulli ex melioribus, & *fim*, quare *rear* etiam proximo versu est legendum. Heins. *Causa dolendi* tredecim libri. mox, *indoluisse* Leidenses.

7. *Multo graviora.*] *Multum* quidam codices. Cui ad Ligd. xviii. 71. *pejora* Bernens. *nimium gravidere* Ms. Berlin.

8. *Eripuit cum me.*] *Cum me surripuit* ex uno codice edidit Heinsius.

9. *Principis ira.*] Prim. Polit. & opt. Medic. judicii. Lege *vindicis*; nam *judices* sequuntur. Vide Notas Fast. vi. 638. Heins. *Caesaris* Junian.

9. *Fallitur iste tamen.*] *Ille* duo & Bernensis. in quo sequebatur versus 28. Eleg. xii. *si qua diu.* nulla lacuna relicta.

11. *Perut.*] Quam ille offendisset te. Merula. Immo potuit quam ego Caesarem offendi. Haec enim sententia poetae est. Micyll.

13. *Quassa tamen nostra est, nec mersa, nec obruta ventis.*] *Non mersa* scripti. fere etiam, *puppis.* Immo etiam prim. Pal. *nec fracta*, ne bis idem dicat. sed & *vè tamen* suspectum est. cum id mox versu sequenti repetatur. Scribe,

Quassa mari nostra est, non fracta, nec obruta puppis.

vel, *quassa salo.* ut omissa prior syllaba in *salo*, quae ultima erat vocis proxime praecedentis, solenni librariorum errore, occasionem loco dederit corrumpendo. Heins. Forte, *Quassa quidem nostra est.* Nam minus est *quassa*, quam *fracta*, & *obruta* fluctibus: *Quassae* enim *resci* possunt. ut Horat. I. Od. I. dicit, sed fractae & obrutae penitus perierunt. Burm.

15. *Nec jus mihi civis ademit.*] *Nec ademit posse revarti*, unus. quod sumsit librarius ex lib. I. ex Pont. VII. 47.

16. *Qui merui.*] Rectius, *Quae* libri quatuor. *Quam* prim. Palat. Heins.

17. *Facinus non adfuit illum.*] *Illi* octo ex melioribus. Heins.

18. *Abesse focis.*] Francof. & tres alii, *abire focis.* vid. Eleg. seq. vs. 10. *locis* etiam septem alii.

19. *Comprendere.*] *Componere* Francof. *contingere* alius, *deprendere* Moreti.

20. *Mi-*

Ipse relegati, non exsulis utitur in me
Nomine: tuta suo judice causa mea est.
Jure igitur laudes, Caesar, pro parte virili
Carmina nostra tuas qualiacumque canunt.
Jure Deos, ut adhuc coeli tibi limina claudant,
Teque velint sine se, comprecor, esse Deum.
Optat idem populus. sed ut in mare flumina vastum,
Sic solet exiguae currere rivus aquae.
At tu fortunam, cujus vocor exsul ab ore,
Nomine mendaci parce grayare meam.

20. *Mite fuit.*] *Venit* Hamburgensis. vide Notas Fast. v. 638. Heins.

21. *Ipse relegati, non exsulis utitur in me Nomine: tuta suo judice causa mea est.*] Sic lib. II.

Quippe relegatus, non exsul dicor in illo.

Elegia II. hujus libri:

—— *nec exsul*
Editti verbis nominor ipse tui.

Mox duobus interpositis carminibus:

Arva relegatum jussisti visere Ponti.

Ciofan.

25. *Coeli tibi limina.*] *Lumina* prior lectio. *ut coeli lumina* poëtica periphrasi pro coelo ponuntur, sicut *lumina solis* pro sole apud Lucret. imitatione Homeri, apud quem simili circuitionis figura Φάος ἠελίοιο saepissime legitur. Bersm. Ita edidit Gryph. & alii. sed inepte.

26. *Teque velint sine se, comprecor, esse Deum.*] Multo rectius vetus lectio, *esse dii.* Naugel. *Esse dii* Combii liber.

27. *Vastum.*] *Currunt* Junian.

30. *Mendaci.*] Non damno, sed neque displicet, quod in uno codice exstat, *mendaci.*

ELEGIA XII.

Scribis, ut oblectem studio lacrimabile tempus,
Ne pereant turpi pectora nostra situ.
Difficile est, quod, amice, mones. quia carmina laetum
Sunt opus, & pacem mentis habere volunt.
Nostra per adversas agitur Fortuna procellas:
Sorte nec ulla meâ tristior esse potest.
Exigis, ut Priamus natorum funere ludat,
Et Niobe festos ducat ut orba choros.

Lucti-

1. *Lacrimabile.*] *Miserabile* duo & Ms. Berlin.

2. *Pectora.*] *Tempora* multi. *corpora* unus. *ne pereant* unus.

3. *Difficile est, quod, amice, mones, ea.*] Lib. I. & Eleg. hujus operis:

Carmina proveniunt animo deducta sereno,
Nubila sunt subitis tempora nostra malis.
Carmina secessum scribentis & otia quaerunt:
Me mare, me venti, me fera jactat hiems.

Ciofan. *Quod, amice, pulsi* tres. *rogas* unus.

5. *Agitur.*] *Fertur* Leidens.

7. *Ut Priamus natorum funere.*] Priami filii (teste Apollodoro) LIV. fuere. De his in meis in Metamorph. observationibus, quae rursus edentur. Est autem hoc loco amplificatio. pro *plaudat* unus liber scriptus, *ludat*: Ciofan. *Plaudat* recte vetustae editiones cum prim. Pal. prim. Vatic. & quatuor aliis melioris notae. Heins. Ego reduxi, *ludat*. quod & Francofurtensis habebat, & melius respondet sequenti, *ducat choros. indere* enim est saltare, ut III. Metam. 685. vide Graev. Lect. Hesiod. cap. XXI. & alios: *plaudere* & *ludere* etiam alibi confusa docere possunt notae ad lib. IV. Metam. 342. & Remed. 380. unus etiam co-

Luctibus, an ſtudio videor debere teneri,
Solus in extremos juſſus abire Getas?
Des licet hîc valido pectus mihi robore fultum,
Fama refert Anyti quale fuiſſe reo;
Fracta cadet tantae ſapientia mole ruinae.
Plus valet humanis viribus ira Dei.
Ille ſenex dictus ſapiens ab Apolline, nullum
Scribere in hoc caſu ſuſtinuiſſet opus.
Ut patriae veniant, veniant oblivia veſtri;
Omnis ut admiſſi ſenſus abeſſe queat;
At timor officio fungi vetat ipſe quieto.
Cinctus ab innumero me tenet hoſte locus.
Adde, quod ingenium longâ rubigine laeſum
Torpet: & eſt multo, quam fuit ante, minus.
Fertilis, aſſiduo ſi non renovetur aratro,
Nil, niſi cum ſpinis gramen, habebit ager.
Tempore qui longo ſteterit, male curret, & inter
Carceribus miſſos ultimus ibit equos.
Vertitur in teneram cariem, rimisque dehiſcit,
Si qua diu ſolitis cymba vacarit aquis.

Me

Me quoque deſpero, fuerim cum parvus & ante,
Illi, qui fueram, poſſe redire parem.
Contudit ingenium patientia longa laborum:
Et pars antiqui magna vigoris abeſt.
Saepe tamen nobis, ut nunc quoque, ſumta tabella eſt;
Inque ſuos volui cogere verba pedes:
Carmina ſcripta mihi ſunt nulla, aut qualia cernis;
Digna ſui domini tempore, digna loco.
Denique non parvas animo dat gloria vires;
Et fecunda facit pectora laudis amor.
Nominis & famae quondam fulgore trahebar,
Dum tulit antennas aura ſecunda meas.
Non adeo eſt bene nunc, ut ſit mihi gloria curae:
Si liceat, nulli cognitus eſſe velim.
An, quia ceſſerunt primò bene carmina, ſuades
Scribere, ſucceſſus ut ſequar ipſe meos?
Pace, novem, veſtrâ liceat dixiſſe, Sorores;
Vos eſtis noſtrae maxima cauſſa fugae.
Utque dedit juſtas tauri fabricator aëni,
Sic ego do poenas artibus ipſe meis.

Nil

dax habebat, *cantet*. non male. mallem etiam, licet vulgatam non damnem, *nascerum in funere* cum Lovaniensi, ut Remed. 127.

Quis matrem, niſi mentis inops, in funere nati
Flere vetet.

Burm.

8. *Ut orba.*] *In orbe* Regius Leid. & duo alii.

9. *Luctibus an ſtudio videor debere teneri.*] *Studiis* unus Vatic. Lege, *Luctibus an ſtudii. ſtudium* & alibi pro ſtudio poëtico dixit. ut ſupra Elegia 1.

Tot mala pertulimus, quorum medicina quietque
Nulla, ni in ſtudio eſt, Pieridumque morâ.

Heins. In Leidenſi erat, *aut*. quare forſitan legendum,

Luctibus, haud ſtudio videor debere teneri.

11. *Des licet invalido pectus mihi.*] Mihi invalido. Sed rectius legas, *hic valido*. hic apud Getas. deinde verſu proximo pro *Anyti rei* repone, *reo* cum prim. Vatican. Combiano, Rottendorph. Heins. *Des licet hic valido* margo Micylli & alterum Edit.

12. *Fama refert Anyti quale fuiſſe rei.*] Verba accuſationis, quae hic à Merula citantur, apud Patronem ita habent: Σοφὸς ἦν ὁ Ἀνύτου κατήγορος, οὐκ ἐν τούτῳ ἀπολογούμενος, καὶ ἐκεῖ, ὅτι ἡ πόλις ἀναίτιος, τὸ ἐγκλη-

ζόντα, ἕτερα δὲ διαφέοντα κακά. In eadem Apologia autem etiam illa ponuntur: Σωκράτης ἐνομίζετο καὶ περιεργάζεται ζητοῦντά τε τὰ ὑπὸ γῆν, καὶ τὰ ἀπορρητα. Καὶ τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν, καὶ ἄλλους ταῦτα διδάσκειν. Ubi obiter notes, *τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν*, eſſe idem fere quod vulgò noſtri homines dicunt, Carvum rectum facere, ſive corrigere, & injuſta pro juſtis defendere. Caeterùm pro genitivo *Rei*, malim *Reo* legere, dativo caſu, ut ſit ſententia, Quale pectus reo Anyti, hoc eſt, Socrati fuiſſe fama refert. Nam & ἐμφιβολίαν lectio haec tollet, & verſui quoque gratiae aliquantum conciliabit, vitata ſimilitudine caſus in utraque caeſura. Micyll.

13. *Cadet.*] *Cadit* Leidenſ. *cadat* prim. Ed.

14. *Plus valet humanis.*] Verſus parum appoſitus, ac proinde ſuſpectus. Heins.

18. *Omnis & amiſſi ſenſus abeſſe queat.*] Repoſuimus, *admiſſi* ex Ms. non inepte, ut noſtra ſert ſententia: tamen ſi nec alteram improbamus ſcripturam, in qua eſt omnium rerum amiſſionis indicatio. Burm. Lege, *Omnis ut admiſſi ſenſus* cum nonnullis, & ſuperiori verſu, *oblivia veſtri*, pro *noſtri*. Ne quid tamen diſſimulem, diſſicilem hoc vix genuinum mihi videtur. Niſi tollis, ſcribe, *vetet* pro *vetat* verſu proximo. Heins. *Veſtri* recepimus ex plurimis ſcriptis. ſed pentametrum corruptum eſſe puto. forte, *ut lariis amiſſi ſenſus abeſſe queat*. ſic alibi vidimus illum jungere patriam, domum & amicos, quibus carere ſe totiens queritur. in Regio erat, *à caſu* pro *admiſſi*, unde legi poſſit, *omnis ut à caſu ſenſus abeſſe queat*. Burm.

19. *Quiato.*] *Quietum* omnes fere libri. ſex, *fungi vetat: eſſe quietum cinctus &c.* prim. Edit. & quidam ſcripti. &, *vetatheſſe* duo. ſorte,

At timor officio fungi vetat; eſſe quietum
Cinctus ab innumero me vetat hoſte locus.

ut bis repetat idem verbum, ſicut ſaepe ſolet. Burm.

21. *Ingenium longa rubigine laeſum.*] Vel, *plenum* Arondelianus. Porte, *roſum*. Heins. *Multa rubigine* Putean.

25. *Tempore qui longo.*] Idem liber, *Tempore cum longo*. Ciofan. *Curris* ſcripti & editi multi.

26. *Ibit equus.*] *Equos* rectius nonnulli. Heins.

27. *In teneram cariem.*] Non placet hoc epitheton, *tetram* conjecerant Heinſius & Francius. ego aliud adhuc quae o. an *tenuem?* quae vox ſaepe cum alia commutata reperitur. *ſcabiem* Hamb.

27. *Rimisque dehiſcunt.*] Virg. lib 1. Aeneid.

—— *rimisque fatiſcunt.*

Ciofan.

28. *Cymba vacavit aquis.*] *Vacabit* meliores. Hamburg. *vacarit*. recte. Puteaneus, *negatur aquis*. Heins. *Carebis* Servii & quinque alii. ex lib. 1. ex Pont. v. 18.

29. *Me quoque deſpero.*] *Deſpero* cum prim. Pal. & quatuor aliis. & mox, *laborum* pro *dolorum* nonnulli. Heins. *Majorum* Bernenſ.

31. *Et pars antiqui nulla vigoris abeſt.*] Sic libri veteres, recte ut puto. Ciofan.

33. *Ut nunc quoque.*] *Ut quondam* Lovan.

35. *Carmina ſcripta mihi.*] Vox *ſcripta* ſuſpecta eſt Zinzerlingo in Diatribe priori. pag. 190. an, *coepta*, ut lib. 11. Trift. 551. in Excerptis Voſſianis erat:

Carmina tunc equidem non digna, ſed aſpera ſcribo.

38. *Et fecunda facit.*] Sic Maſſicianus. Ciofan. *Facunda* alii.

40. *Secunda.*] *Sera* Lovan. pro *ſerena*. hic deſinebat Bernenſis codex.

41. *Non adeo.*] *Non adeo nunc eſt bene, ſit mihi* octo libri. *haec ſtat* Moreti. *ut ſint mihi carmina curae* Excerpta Voſſian.

45. *Liceat.*] *Licet hoc* Moreti. *licuit modo dixiſſe Muſae* Junian.

47. *Juſtas.*] *Poenas* Moreti. *verſibus ipſe meis* Putean. & duo alii.

Nil mihi debuerat cum versibus amplius esse;
Sed fugerem merito naufragus omne fretum.
At puto, si demens studium fatale retentem,
Hic mihi praebebit carminis arma locus.
Non liber hîc ullus, non qui mihi commodet aurem,
Verbaque significent quid mea nôrit, adest.
Omnia barbariae loca sunt, vocisque ferinae,
Omnia sunt Getici plena timore soni.
Ipse mihi videor jam dedidicisse Latine:
Jam didici Getice Sarmaticeque loqui.
Nec tamen, ut verum fatear tibi, nostra teneri
A componendo carmine Musa potest.
Scribimus, & scriptos absumimus igne libellos.
Exitus est studii parva favilla mei.
Nec possum, & cupio non ullos ducere versus.
Ponitur idcirco noster in igne labor.
Nec nisi pars casu flammis erepta, dolove,
Ad vos ingenii pervenit ulla mei.
Sic utinam, quae nil metuentem tale magistrum
Perdidit, in cineres Ars mea versa foret.

ELE-

49. *Nil mihi debebat.*] *Debuerat* meliores. & mox *pro*, *sed fugerem*, veteres plerique, *Si fugerem*, vel, *Cum fugerem*. HEINS. *Sic fugerem* Bang. Gryph. & aliorum.

54. *Verbaque significent quid.*] *Verbaque si reciem, qui mea norit* Regius & prim. Edit.

55. *Barbariae loca sunt, vocisque ferinae, Omnia sunt Getici plena timore soni.*] Ita legendum videtur. CIOFAN. *Barbarica* prim. Polit. Lege, *barbaricae*. nempe vocis. sequenti versu pro *omnia sunt Getici*, plerique veteres, *omnia quae possunt*, vel *possint*. nam *Getici* sequitur. alii, *barbarici*, vel *Sarmatici soni*. Hoc quoque distichon in suspectis est. HEINS. *Omnia quae possunt plena timore fuisse* editi quidam olim. *omnia quae possent plena timore loqui* Regius.

56. *Nam didici.*] *Jam* priscae editiones & scripti non pauci. recius. HEINS.

59. *Nec tamen, ut verum fatear tibi, nostra teneri A componendo carmine Musa potest.*] Supra in hac ipsa Elegia:

Exitibus ne studio videar debere teneri.

Et lib. IV. de Ponto Elegia 1.

Non potui mea mens esse quin grata, tenari.

Hoc eo libentius notare volui, quod in quibusdam libris aliter legitur. CIOFAN. *Levari* alter Polit. & multi alii libri, *vocare*, quatuor, *revelli*. Nil temere mutem. HEINS. Ut *verum fatemur* Putean. *a componendo carmina* Regius.

61. *Absumimus.*] *Consumimus* unus. *absumsimus* Lovan. *combussimus* Exc. Voss.

62. *Exitus est studii parva favilla mei.*] *Tò parva* non placet. an, *studiis atra favilla mei*. sic Met. XIII. *Atra favilla volat*. HEINS. An, *cana favilla?*

63. *Nec possum & cupio.*] Distichon inficetum, nec Nasonianae, si quid video, venae. HEINS. Non quidem hoc distichon accedit ad nitorem illum, quem in amatoriis versibus Ovidius exhibebat. sed cum plura similis notae sint in his libris, scriberem,

Nec possum, ut cupio, molles deducere versus.

nam in quibusdam codicibus est, *non nullos*. posset &, *non multos ducere versu*. ut magnam copiam se vel invitum effundere versum dicat, unde accidit, ut pars casu vel dolo flammis eripiatur. *dicere* etiam Moreti. *litere versus* Leidens. quod quid velit nescio. *ducere carmen* etiam dixit I. ex Pont. v. 7. ubi & vers. 13. *deducere versum*. vide Salmas. ad Simmiae ovum pag. 166. BURM.

65. *Hinc nisi pars casu flammis erepta dolove, Ad vos ingenii non venit ulla mei.*] In veteri,

Nec nisi pars, casu flammis erepta dolove,
Ad vos ingenii pervenit ulla mei.

Probanda lectio. CIOF. *Subtracta doloque* Junian.

1. *Hanc*

ELEGIA XIII.

HAnc tuus è Getico mittit tibi Naso salutem:
Mittere rem si quis, quâ caret ipse, potest.
Æger enim traxi contagia corpore mentis,
Libera tormento pars mihi nequa vacet.
Perque dies multos lateris cruciatibus uror,
Sed quod non modico frigore laesit hiems.
Si tamen ipse vales, aliquâ nos parte valemus:
Quippe mea est humeris fulta ruina tuis.
Qui mihi cum dederis ingentia pignora, cumque
Per numeros omnes hoc tueare caput;
Quod tua me rarò solatur epistola, peccas:
Remque piam praestas, ni mihi verba neges.
Hoc precor emenda: quod si correxeris unum,
Nullus in egregio corpore naevus erit.

Pli-

1. *Hanc tuus è Getico.*] Forte:

Hanc tuus è Getico mittit tibi Naso libellum
Littore, si quisquam quo caret ipse potest.

nam alias *tò Getico* suspensum manet. *Mittit, si quisquam potest mittere.* quamvis raro ita *ἀπὸ κοινοῦ* concludat poëta. Nam, *Littore de Getico mittit tibi, &c.* longius à lectione, propius à consuetudine Poëtae abit. D. HEINS. Nihil opus mutatione: *è Getico* enim dictum, ut *è Tusculano, Pompejano, Illyrico, hostico* & similia, in quibus *ruri, agro*, vel simile quid subintelligitur. vide Cronov. lib. II. Obs. 3. & Heins. ad Claudian. II. in Eutrop. 215. Amm. Marcel. lib. XVII. 12. *His in barbarico gestis Bregetiorum castra communita sunt.* & ita in *barbarico* etiam leg. 2. C. de commerc. vid. ad lib. IV. Fast. 749. BURM.

2. *Mittere si quisquam quo caret.*] *Mittere rem si quis qua caret.* Leidensis & Moreti & alius codex. HEINS. Valde dubito haec interpolata esse ad exemplum lib. I. ex Pont. x. 2. Medon. Cod. *Mittere si quisquam, quo caret ipse.*

4. *Vacet.*] *Foret* Moreti & novem alii.

6. *Me quoque non modico frigore laesit hiems.*] Sic est in Masseiano. emendate. CIOFAN. *Ut quid* Hamburgensis. *Et quod* Buslidianus. Lege, *Id quod*. Putabam aliquando, *Quod fera non modico*. HEINS. Variant admodum codices. quidam scripti & editi, *sed quod in immodico*. alii, *sic quoque non modico*, ut & minor editio Gryphii & Berlmanni, quod non displicet; uror lateris cruciatibus, neque hoc sufficit; sed debile illud & cruciatum latus laesit praeterea hiems. Vossii Excerpta, & *quae non modico. sed quem non* duo. *me quia non* tres. *sed quia non* duo. *Quod me non* Moreti codex. BURM.

8. *Quippe mea est humeris fulta ruina tuis.*] Libr. I. Eleg. V.

Te mea suppositis veluti trabe fulta ruina est.

CIOFAN. Quatuor libri, *carina tuis*. solemni permutatione. vid. I. Trist. v. 5. & II. ex Pont. III. 60.

9. *Qui mihi.*] *Quid mihi* Francof. & Moreti. quod si recipimus, per interrogationem sunt accipienda. *Quid (mihi cum &c.) peccas?* deinde *ingentia pectora* Lovan. & Leidens. BURM.

12. *Remque piam praestas, & mihi verba negas.*] Forte, *sed mihi verba negas*. D. HEINS. Si mihi multi veteres, & *ni mihi*, vel, *sed neges* etiam nonnulli. Forte,

Remque piam haud praestas, qui mihi verba neges.

vel, *Remque tuam*. nam *tuam* est in Buslidiano. HEINS. *Remque male praestas, sed mihi verba negas*, Leidensis. *Remque malam praestas, ni mihi verba legas* alius. *quodque pium praestas* duo. *verba legas* totidem. ego hîc, ut saepe, *res* & *verba* opponi puto, & velle Nasonem, rebus quidem satisfacere officio amicum, sed verba, id est epistolas, non praestare. ideoque legerem,

Remque male haud praestas, sed mihi verba negas?

Pluribus accusem; fieri nisi possit, ut ad me
Litera non veniat; missa sit illa tamen.
Di faciant, ut sit temeraria nostra querela;
Teque putem falsò non meminisse mei.
Quod precor, esse liquet. neque enim mutabile robur
Credere me fas est pectoris esse tui.
Cana prius gelido desint absinthia Ponto,
Et careat dulci Trinacris Hybla thymo;
Immemorem quam te quisquam convincat amici.
Non ita sunt fati stamina nigra mei.
Tu tamen, ut falsae possis quoque pellere culpae
Crimina; quod non es, ne videare, cave:
Utque solebamus consumere longa loquendo
Tempora, sermonem deficiente die;
Sic ferat ac referat tacitas nunc litera voces:
Et peragant linguae charta manusque vices:
Quod fore ne nimium videar diffidere, sitque
Versibus hîc paucis admonuisse satis;
Accipe, quo semper finitur epistola verbo,
Aque meis distent ut tua fata; Vale.

ELE-

non male praestas rem, sed negas verba. tueris
meam causam optime, sed non scribis. vel, *rem-*
que quidem praestat, sed etc. Burm.

14. *Egregio.*] *Exiguo tempore* Lovan. & duo alii, *exiguo corpore*, quod pro *eximio* Heinsius positum credebat, *ingenuo corpore* Leidens.

15. *Fieri nisi possit.*] *Possis* meliores. Heins.

16. *Illa tamen.*] *Ipsa liceat* Moreti & quatuor alii.

21. *Gelido.*] *Calida* Mediceus. ut *Pontus*, tamquam regionis nomen feminino casu ponatur. Vix tamen audeo probare, cum toties *Pontus* masculini generis in his libris occurrat. Burm.

22. *Trinacris Hybla.*] *Ilora* Lovan. pro *ora*.

23. *Tu tamen ut falsae possis quoque tollere culpae Crimina.*] Eadem exemplaria, *pellere*. Ciofan. *Tollere* editiones primae. ut lib. II. Pan. 45.

——— *qui tristia crimina caedis*
Fluminea tolli posse putatis aqua.

et eadem varietas lib. III. Art. 379.

Juppiter a vobis tam turpia crimina pellat.

ubi & *tollat* in quibusdam. vid. ad Remed. 115. *Fallere* Excerpta Vossii. Burm.

27. *Longa loquendi Tempora.*] Imo, *loquendo* potius. D. Heins. *Loquendo* scripti. & pro *sermoni deficiente die* repone, *sermonem* cum Rottendorphiano & Puteaneo. prim. Vatic. *sermone*. Vide Notas Amor. I. Eleg. VIII. ℣. 93. Heins.

29. *Nunc litera.*] *Tua litera* Moreti. *jam litera* Servii.

31. *Quod fore ne.*] *Face ne* unus. *tibi ne* duo cum Editionibus quibusdam. Sed *diffidere* quartum casum regere posse non puto, quia exempla non novi.

32. *Versibus hoc paucis.*] Lege, *hic* cum uno Gallico. Heins.

34. *Atque meis distent.*] *Aque* scribendum. ut Caroli Strozzae viri nobilissimi & humanissimi codex. Heins. Vid. ad II. Amor. XIV. 30. & alibi.

1. *Quan-*

ELEGIA XIV.

Quanta tibi dederint nostri monumenta libelli,
O mihi me conjux carior, ipsa vides.
Detrahat auctori multum Fortuna licebit;
Tu tamen ingenio clara ferêre meo.
Dumque legar, mecum pariter tua fama legetur:
Nec potes in moestos omnis abire rogos.
Cumque viri casu possis miseranda videri;
Invenies aliquas, quae quod es, esse velint:
Quae te, nostrorum cum sis in parte malorum,
Felicem dicant, invideantque tibi.
Non ego divitias dando tibi plura dedissem.
Nil feret ad manes divitis umbra suos.
Perpetui fructum donavi nominis: idque
Quo dare nil potui munere majus, habes.
Adde, quod, ut rerum sola es tutela mearum,
Ad te non parvi venit honoris onus.
Quod numquam vox est de te mea muta, tuique
Judiciis debes esse superba viri.
Quae ne quis possit temeraria dicere, praesta:
Et pariter serva meque piamque fidem.
Nam tua, dum stetimus, turpi sine crimine mansit,
Et laudem probitas irreprehensa tulit.

Par

1. *Quanta tibi dederint nostris monumenta libellis.*] *Dederint nostri monumenta libelli* Hamburg. & unus Vaticanus. recte. Heins.

3. *Multum Fortuna.*] *Vultum* Regius. *nimium* unus Gallicus: & mox, *vel tamen ingenio multa ferêre* Junian.

5. *Tua fama.*] *Tua fatâ legentur* Moreti. mox, *non potes* multi scripti & editi.

9. *Cum sis in parte laborum.*] In iisdem exemplaribus scriptis, *malorum*. Ciofan.

11. *Non ego divitias dando.*] Distichon notae minime probae. Heins.

13. *Perpetui fructum donavi nominis.*] Aeternae famae immortalitatem meis carminibus tibi comparavi. Ciofan.

14. *Habes.*] *Habe* duo libri. non male.

15. *Adde quod, ut rerum sola es tutela mearum.*] *Solam tutela* prim. Polit. & duo alii, *es rerum sola* & Junian. Scribe,

Adde quod, (*ut rerum sola es tutela mearum.*) Heins.

19. *Dicere, presta.*] Mihi cum octo scriptis placet, *praesta*: nam aliter bis idem diceret. I. ex Pont. VI. 53.

Quam male se praestet veteri Gracinus amico,

& III. I. 65.

Quare, tu praesta, ne livor dicere possit,

ubi itidem variant codices & alibi saepe. Burm.

22. *Et tandem probitas irreprehensa fuit.*] Alii legunt, *Et tantum*. Masci lib. *Et tanta*. Neutra lectio emendata est. Tu vero ex uno Vatican. lege, *Et semper*. Ciofan. *Et tandem* primae editiones. *Et tanta* prim. Pol. prim. Pal. & multi alii. duo, *tua nunc*. alius, *tanti*. Rich. & Bonon. *tanta*. Scribe,

Et famae probitas irreprehensa fuit.

Heins. An Latine dicatur, *famae probitas*, vehementer dubito. certe elegantius foret, *ex vitae*

Par eadem noſtrâ nunc eſt ſibi facta ruinâ.
Conſpicuum virtus hic tua ponat opus.
Eſſe bonam facile eſt, ubi, quod vetet eſſe, remotum eſt;
Et nihil officio nupta quod obſtet habet.
Cum Deus intonuit, non ſe ſubducere nimbo,
Id demum pietas, id ſocialis amor.
Rara quidem virtus, quam non Fortuna gubernet;
Quae maneat ſtabili, cum fugit illa, pede:
Si qua tamen pretii ſibi merces ipſa petiti,
Inque parum laetis ardua rebus adeſt;

Ut

probitas. ego, cum *fuit* & *tulit* millies permutentur in Mss. legerem,

Et laudem probitas irreprehenſa tulit.

laudem latuit in *tandem* quod primae editiones exhibent. ſic lib. I. ex Pont. IV. 24.

Quam laudem a ſera poſteritate ferat.

ſic apud Sil. VI. 610. pro *tandem laudem* volebat Heinſius. *probitas* eſt caſtitas, ut ſaepe *proba* mulier in Arte amatoria, & alibi, & apud Terentium, & alios. & *ſemper probitas* Mſ. Berſm. Burm.

23. *Par ea de noſtrâ non eſt tibi facta ruinâ.*] *Par eadem*, & *nunc eſt* multi veteres. praeterea, *ſibi* unus Medic. & Moreti codex. Lege,

Par eadem noſtrâ nunc eſt ſibi facta ruinâ.

vel,

Par eadem ut noſtrâ nunc eſt ſibi facta ruinâ.

vel, *Par ea poſt noſtram ruinam.* vel, *poſt noſtrae fata ruinae.* nam *noſtrae* erat in Gottorphiano. Heins. Vide ad Epiſt. XX. 62. verſus eſt corruptiſſimus neque ſenſum video in correctione Heinſiana commodam. forte melius fuerit legere,

Par veterum noſtrâ ſi nunc tibi fama ruinâ.

ſi per noſtram calamitatem fama tibi nunc eſt par veterum heroidum, quas mox memoravit, ponat tua virtus hic conſpicuum opus. vel,

Pars tibi noſtrâ ſi nunc eſt fama ruinâ,

per *opus conſpicuum*, intelligo monumentum inſigne, ut tropaeum, quod virtus ponaret. nam *ponat* propriè de eo dicitur. Epiſt. IV. 66.

Penitis de noſtra bina tropaea domo.

Burm.

24. *Conſpicuum virtus hic tua ponat opus.*] Mallo, *tollat* unus. vel quod praeſtat, *predat opus.* Heins.

25. *Eſſe bonam facile eſt.*] Fortaſſis, *Eſſe bonae* reponendum. Auctor Octaviae,

Jrato eſſe facile eſt, qui vocat pectus meum.

vel ſic *ipſum* in editionibus nonnullis legebatur. Heins.

28. *Ubi quod vetat.*] *Vetet* meliores. mox, *& nihil officii nupta quod optet* Polit. prim. & duo alii. *officii* etiam novem. *officiis* quinque.

29. *Quam non fortuna gubernet.*] Ita eſt in duobus Vatic. & eod. Maffei. Ciofan. *Gubernet* cum melioribus. Heins. Ego mallem, *gubernat*, *quaeque manet. gubernat* vero proprie de fortuna, quae cum gubernaculo in manu ſolebat fingi. vid. D. Heinſ. Introd. ad Heſiod. Ἔργα cap. XI. Terent. Eun. V. 9. *An fortunam collaudem, quae gubernatrix fuit.* Lucret. V. 108.

Quod procul a nobis flectat fortuna gubernans.

Cicer. XIV. ad Att. II. *Sed haec fortuna videbit, quoniam ratio non gubernat.* lib. III. ad Att. 3. *Sed haec Deus aliquis gubernabit*, ubi fortunam intelligit. nam ſeq. Epiſt. *ſed haec Fortuna videbit.* & ita ille & alii ſaepius. *gubernare fortunam* dixit Vellej. Paterc. II. 127. Burm.

31. *Si qua tamen pretii.*] Sic iidem lib. Ciof. Ad marginem Scaligeradſcripſerat, *quaeritur quaeri.* Ut ſenſus ſit, Si quae tamen uxor eſt, qualem eſſe oportet, *quae, mirum, è virtute ipſa mercedem ejus petit.* Melius, quod in libri ſui margine adſcripſerat è Palatinis Gruterus,

Si qua tamen pretii ſibi merces ipſa petiti eſt,
Inque parum laetis ardua rebus adeſt;
Ut tempus numeres, &c.

D. Heins. *Si qua tamen pretii ſibi merces ipſa petiti eſt*, primae editiones. prim. Polit. & veteres ſexque quidam, *petita eſt.* Buslidianus, *petenti* prim. Vatican. *Si qua tamen pretium ſibi mercis ipſa petitum.* atque ita Rottendorph. Lege,

Sic tamen & pretii ſibi merces ipſa petiti eſt,
Si qua parum laeti ardua rebus adeſt.

Tale aliquid requirit ſenſus. Nihil frequentius hac ſententia apud Philoſophos. Claudianus,

ipſa quidem virtus pretium ſibi.

Silius,

ipſa quidem virtus ſibimet pulcherrima merces.

piget plura attexere. Heins. Neſcio quomodo non placeat illud, *merces pretii.* quare haereo, neque quo

Ut tempus numeres, per ſaecula nulla tacetur,
Et loca mirantur, quà patet orbis iter.
Adſpicis, ut longo maneat laudabilis aevo
Nomen inextinctum, Penelopaea fides?
Cernis, ut Admeti cantetur, ut Hectoris uxor,
Auſaque in accenſos Iphias ire rogos?
Ut vivat famâ conjux Phylaceïa, cujus
Iliacam celeri vir pede preſſit humum?
Nil opus eſt letho pro me, ſed amore fideque.
Non ex difficili fama petenda tibi eſt.

Nec

quo illud *ardua* referam video, nam *arduam mercedem* recte hîc dici non putem. in Lovan. *ſi qua tamen pretii eſt ac vincas ipſa petenti.* in Regio codice erat, *ſi tamen eſt pretium cui virtus ipſa petitum.* & ita editi quidam. forte ita ex veſtigiis codicum & editionum variarum fingi poſſent hi verſus:

Si qua tamen pretium virtus fert ipſa petenti,
Lausque parum laetis ardua rebus ineſt;
Si tempus numeres, per ſecula nulla tacetur,
Si loca, transgreditur, quà patet orbis, honor.

transgreditur in quindecim libris & Mſ. Berſm. eſt. de ſententia ipſa, virtutem eſſe ſui pretium, videbimus infra II. ex Pont. III. 33. Burm.

32. *Rebus adeſt.*] Haec eſt eorundem librorum ſcriptura. Ciofan.

33. *Si tempus.*] *Ut tempus* eadem exemplaria. Ciofan. Hic denuo nugator aliquis Ovidianam induit perſonam. in pentametro tamen pro *& loca mirantur*, puto ſcribendum, *loca rimantur.* Heins.

34. *Et loca mirantur.*] Duo Vatic. *transgreditur*: aliud exemplar, *narrantur.* Ciofan.

35. *Adſpicis ut longo teneat laudabilis aevo Nomen inextinctum Penelopea fides?*] Lib. III. de Ponto Eleg. I.

Aemula Penelopes fieres, ſi fraude pudica
Inſanientis vellet fallere napta procos.

Ciofan. *Maneat* unus Vaticanus. ut ſit appoſitio. qualis apud Virgilium libro VII.

——— *locus Ardea quondam*
Dictus avis, & nunc magnum manet Ardea nomen.

mox Voſſianus, *ut Hectoris.* Heins.

37. *Cernis ut Admeti.*] Alceſtis. ibidem:

Si mea mors redimenda tua, quod abominor, eſſet,
Admeti conjux, quam ſequereris, erat.

Plato in Sympoſio: Hyginus in fabulis; Valer. lib. IV. cap. 6. & Euripides in Alceſte ſub principium. Ciofan.

37. *Hectoris uxor?*] Lib. I. Elegia V.

Nec probitate tua prior eſt aut Hectoris uxor.

Ciofan.

38. *Auſaque in accenſos Iphias ire rogos.*] Lib. III. de Ponto Eleg. I.

Iphias ante oculos tibi erit penenda, voluti
Corpus in accenſos miſisse ſorte rogos.

Iphias Euadne, Iphidis filia, auctor. Pindari interpres, & Apollodorus lib. III. Bibliothecae. Martialis lib. IV.

Arſerit Euadne flammis injecta mariti.

Sex mulieres caſtas enumerat Higinus. ejus verba poſui lib. II. Faſt. in fine. Ciof.

39. *Ut vivat fama conjux Phylaceïa, cujus Iliacam primo* [ſic enim rectius legitur in uno Vaticano.] *vir pede preſſit humum.*] Lib. II.

——— *quidve Pelaſgus*
Iliacam tetigit qui rate primus humum

Elegia V. hujus libri:

Effice ut Iliacas tangat prior alter arenas,
Laodamia nihil, cur reſeratur, erit

Et lib. III. de Ponto Eleg. I.

Si comes extinctis manes ſequerere mariti,
Eſſet dux facti Laodamia tui.

Ciofan. *Primo pede* unus Vatic. & alter Palat. ex fide hiſtoriae. In ſuperiori verſu non placet illud. *Ut vivat fama.* malim, *vivat fama.* hic *vivere ſibi, vivere alteri.* Arr. Am. *ſed famae vigilare juvet.* Heins.

41. *Nil opus eſt morte pro me, ſed amore, &c.*] Alii legunt, *At nece nil opus eſt pro me, &c.* Ego nihil video, quod priori lectioni deſit: niſi ſi quem movet brevis ſyllaba in caeſura, quae tamen ipſius caeſurae rellatu defenditur. ut alibi quoque. *Et canis arenti torret arva ſiti.* &, *Omnia vincit amor: & nos cedamus amori.* & ſimiles. ut taceam, quod altera illa lectio multum venuſtatis adimit compoſitioni, dum quaſi in nova re, à principio verſus, particula inceptiva *At* ponitur. Caeterum quod ad ſententiam attinet, quod ait, opus eſt morte, id ad exempla referendum: Alceſte,

Nec te crediderís, quia non facis, ista moneri.
Vela damus, quamvis remige puppis eat.
Qui monet, ut facias, quod jam facis, ille monendo
Laudat, & hortatu comprobat acta suo.

coelibis scilicet, quae pro marito Admeto mori statuerat, ut est apud Euripidem: Evadnes, quae & ipsa rogum mariti conscendit, eademque se cremari passa est: & Laodamiae, de cujus obitu & morte supra annotavimus. Penelopes autem exemplum ad fidem maritalem pertinet. ea enim ut fidem absenti Ulyssi servaret, procos in domo ipsius dominantes, textu ac zetesmu telae eluſit. At Andromache ut tolerantiae exemplum à Poëta allegatur, quae nullis adversitatibus & periculis suorum, à viri amore ac fide sese divelli passa est. ut est apud Homerum passim quidem, praecipue tamen lib. Iliad. 6. ubi haec ejus verba ponuntur:

Ἕκτορ, ἦπού σοι μάλα πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ,
λίην πεπίφαυσκε, σὺ δὲ μοι ἐλλιπὴς πυκινίστης.

Micyll. In nostro codice legere est, *morte nihil opus est.* nobis placuit, *nil opus est morte pro me*, auctoribus Fabricio & Micyllo. ut ultima syllaba dictionis *morte* producatur more Graecorum, quia excipitur a dictionis sequentis duabus consonantibus. Bersm. Quinque lib. Vaticani, & Masseianus multo rectius & integrius habent, *Morte nihil opus est*, sic eo, quem modo citavi, loco:

Morte nihil opus est, nihil Ixioniden iuvat.

Et lib. VII. Metamorphoseos:

In superis opus esse nihil, at in aedibus ignes.

Quibus in locis verbum *nihil* ultimam syllabam producit. Clopan. Alii aliter. Fortasse lenius, quod proxime abest. *Ac nec nil opus est pro me.* D. Heins. *Morte nihil opus est* plerique veteres. inde, *Morteque nil.* Excerpta Vossii, *Nil opus est laeto*, bene. Gottofr. *Letho nil opus est.* sic Pont. lib. III. El. 1. ubi vulgo legebatur, *Morte nihil opus est.* veteres nonnulli praeferunt, *Nil opus est laeto.* Vetustiores tamen, *Morte nihil opus est* quare minimum abest, quin censeam reponi debere, *Morte tibi haud opus est.* Nam quod Vir summus J. G. Vossius lib. II. Gramm. ex scriptis profert, & probare conatur, *Nil opus est morte pro me.* id codices nostri haud admittunt, etsi non ignoro quomodo defendi possit, qui illic videndus. mox, *puppis eat*, pro *navis* multi veteres. Si in promptu fuissent codices hujus operis aliquanto vetustiores castigatioresque iis, qui in manus hactenus nostras inciderunt, poteramus Tristibus recensendis curam magis operosam adhibuisse. Sed cum in nullo Nasonis poëmate pejus nobis prospectum fuerit à membranis antiquis ac fidis, inter sordes exemplarium mendosissimorum diu haerendum esse non duximus. Secundis curis elegantissimum poëma curatius illustraturi, si subsidiis aliquanto praestantioribus instruemur. Heins.

Quamvis remige puppis erat.] Duo Vaticani, *navis eat.* paulo melius, & planius. Haec sunt, *Francisce Bastone* puer optime, atque illustris, quae in hosce libros, omnium occupatissimus notarem: quae si tibi, patruoque tuo, viro doctissimo, omnique honoris genere dignissimo, *Gulielmo Bastono*, grata esse cognovero, magnos me laboris hujus mei, & diligentiae fructus percepisse videbor. Vale, &, ut facis, urge litterarum studia, ac virtutis viam constanti animo sequere, ut eum, in quo natus es, dignitatis, & honoris gradum non solum tueare, sed multo etiam ampliorem atque illustriorem excellenti tuo ingenio reddas. Clopan. *Navis* alii.

P. OVIDII NASONIS
EPISTOLARUM
EX PONTO
LIBRI IV.

P. OVIDII NASONIS EPISTOLARUM EX PONTO LIBER I.

EPISTOLA I.

*BRUTO.

NAso, Tomitanae jam non novus incola terrae,
Hoc tibi de Getico litore mittit opus.

Si

IN castigandis hisce libris codices fuere mihi praesto aliquanto vetustiores iis, quos Tristia suppeditarunt, neque illi tamen ejus notae aut auctoritatis, ut exactam locis male adfectis, qui plurimi passim hic illic occurrunt, medicinam fecerint. Primus omnium commendandum se offert Viri Amp. Claudii Sarravii codex Gallicus ante annos octingentos exaratus; sed inendose admodum, nec ille integer, ut qui in Elegia secunda tertii libri deficiat. Proximum vetustate Argentoratae bibliothecae exemplar, quod annorum circiter septingentorum senium prae se fert: in eo liber quartus cum parte tertii desiderabantur. Nec aetate multo inferioris ex Mediceis unus, nobilissimi Rogerii Twisdenii equitis Baronetti itidem unus Anglicus, & Remigii Peschii Viri Cl. codex. Post hos primus Vaticanae, Basilicensis secundus, tertius Farnesianae, quartus Barberinae, Gottorphianae quintus, sextus & septimus Hafniensis, Regiae in Gallis octavus bibliothecae. Praeterea unus Puteanorum fratrum, alter Balthasaris Moreti, tertius Viri Cl. Patricii Junii. Hi ante quadringentos, aut quingentos annos exarati. Reliqui notae recentioris, Thuanei duo, totidem Mediceï, Combianus unus, sex Vaticani, duo, quos munificentiâ Viri A. Bernardi Medonii Senatoris Tolosani possideo, tres Vossiani, unus Patavinus, & Leidensis bibliothecae, & Rottendorphianus, & Boxhornianus, & Arondelius, & à Petro Servio Medico Romano mihi donatus. Denique, quae negligi nequaquam debent, lectiones diversae ex optimo veterrimoque libro ad oram Gryphianae editionis à magno Scaligero notatae, & aliae ex Mediceo exemplari, quo Politianus usus fuerat. HEINS.

P. OVIDII NASONIS DE PONTO LIBER PRIMUS.] Nihil magis inscitum aut barbarum hac inscriptione, quam cave credas ab tersissima nostri Nasonis manu esse. vocavit & doctissimus Vossius in discrimen hanc inscriptionem cap. LXVI. libri de Constructione. Libri veteres plerique nullam omnino inscriptionem agnoscunt, nisi quod Sarravianus omnium veterrimus, & Combianus inter meliores numerandus, quamquam notae recentis; sub finem libri secundi, EX PONTO LIBER II. EXPLICIT. Barberinianus, EXPLICIT LIBER OVIDII IN PONTO. Opinor, PONTICORUM, aut EPISTOLARUM PONTICARUM titulo libros hosce quatuor à Nasone inscriptos fuisse. sic PONTICA Solinus inscripserat poëma suum, quo rem maritimam complectebatur, uti ex proaemio ipsius poëmatis, quod a Pithoeo est divulgatum, jam pridem liquido apparet. quamquam Salmasius id PONTIA inscriptum fuisse contendit Prolegomenis in Solinum. sed &

Si vacat, hospitio peregrinos, Brute, libellos
Excipe, dumque aliquo, quolibet abde loco.
Publica non audent inter monumenta venire,
Ne suus hoc illis clauserit auctor iter.
Ah quoties dixi, Certe nil turpe docetis!
Ite: patet caelis versibus ille locus.

Non

Si *Epistolas ex Ponto* indigitare Naso noster potuit hoc opus. Trist. v. Eleg. ii.

Exspectâ, ut è Ponto nova venit epistola, pallet.

Heins. Barth. lib. xl. adversar. 12. nullam in suis libris distinctionem esse harum epistolarum in libros, ut nunc vulgo, quatuor notat. libro vero xxxvii. 10. & lib. xxxix. 10. hunc primum librum multis in locis emendare conatur, sed saepe infeliciter. Burm.

* *Ad Brutum.*] *Brato* optimi codices. atque ita semper deinceps per casum tertium. recte. quod semel loco hoc à me moneri sufficerit. Heins. Quis vero hic Brutus fuerit, investigare nondum potui. Nam duorum percussorum Caesaris, qui nobo Junii Brui fuere, filios nullos video memorari, qui in haec tempora congruerent. & non alienum fuisse à Bruto Ciceronis amico colligi posset ex Vi. 21.

1. *Mese Tomitanus jam non novus incola terras.*] *Incolam non novum* se vocat, pro veteri, κατὰ βαρύτονα. Nam jam quartum prope annum in Ponto agebat, id quod infra mox apparet Eleg. viii. Credamus ut hoc saltem, septem omnino annos in Ponto vixisse posita videtur. atque intra tres priores, ex, quorum titulus est Tristium, scripsisse: reliquis autem, haec, quae de Ponto inscribuntur, ut ex ipsis libris apparet. Nam tertio Tristium, Eleg. xii. *Frigora*, inquit, *jam Zephyri mitescunt, annoque gravido Turdior antiquis visa, recedit* (sive ut vulgo legimus, *Maestis*) *hyems.* quibus verbis significat, se jam annum in Ponto fuisse, illumque tamen exactum hyemem multo longiorem sibi visam, quam praeteritas ac veteres, quibus Romae vixit scilicet. Mox Elegia vi. lib. 4.

Ah patriis caro, bis frugibus arva tulit ea,
Bistinctis undo pressa bis uva pede.

Et eodem lib. Eleg. viii.

Bis me sol mihi solidam post frigora brumam,
Itaque jam tacto pisce peregit iter.

Hinc Eleg. ii. lib. v. addit:

Ut fugiam in Ponto, ter frigore constitit Ister,
Tacta ter Euxini dura tot unda maris.

Negat haec in libris Tristium. In iis autem, quos de Ponto appellavit, lib. 1. Eleg. 1.

Hic me pugnantem, inquit, cum frigore, cumque sagittis,
Cumque meo fato, quarta fatigat hyems.

Et eodem lib. Eleg. viii.

Ut careo vobis Scythicas detrusus in oras,
Quattuor autumnos Pleias orta facit.

Et hoc anno Tiberii triumphus de Dalmatis & Illyriis actus, cujus ipse in principio secundi libri, Eleg. 1. & ii. item libro tertio, Eleg. quarta meminit. Et Suetonius in Tiberio, qui illum proximo anno ante obitum Augusti actum indicat. Post haec libro quarto, Eleg. sexta:

In Scythia nobis quinquennis Olympias acta est.
Jam tempus lustrum transit in alterius,

ait. Quo anno & Augustum obiisse, & Maximum item, quem ipse inter pontifices amicos celebrat, eadem Elegia indicat. ut:

Certus eras pro me, Fabiae laus, Maxime, gentis,
Numen ad Augustum supplice voce loqui.
Occidis ante preces,

Et:

Coeperat Augustus deceptae ignoscere culpae;
Spem nostram, terras deseruitque simul, &c.

Hinc Eleg. x. ejusdem libri, addit:

Hoc mihi in Euxino bis tertia ducitur aestas,
Littore, pellitos inter agenda Getas.

Et Eleg. xiii.

Ille quidem dixit: sed me jam, Care, rivali
Sexta relegatum bruma sub axe videt.

Neque temporum ulteriorum meminit, nisi quatenus de consulatu Pompeji Flacci mentionem facit, qui octavo exilii illius anno futurus erat: cui ipse sub principium septimi, dum fratris Graecini consulatum celebrat, quasi divinans animo se ad id tempus superstitem non futurum, anticipando gratulatur. Quare cum haec postrema illius hyems fuerit, cujus numerum recenseat, sexta quidem, quam in Ponto egit, septima autem omnino relegatus fuit (nam primam in itinere transegit) deinde cum neque eorum ab illo mentio ulla fiat, quae à Germanico iisdem posterioribus hisce annis contra Chattos & Cheruscos gesta sunt, quae minime tacturus fuisset, si fama eorum aliqua ad ipsum adhuc vivum pervenisset, praesertim cum de triumpho ab eo agendo aliquoties velut vaticinando

Non tamen accedunt, sed, ut adspicis ipse, latere
Sub Lare privato tutius esse putant.
Quaeris, ubi hos possis nullo componere laeso?
Quà fleterant Artes, pars vacat illa tibi.
Quid veniant, novitate roges fortasse sub ipsa.
Accipe, quodcumque est, dummodo non sit amor.

In-

nando meminerit, eidemque & libros Fastorum, dum in exilio agit, inscripserit: consentaneum est, illum proximo post sextam hanc hyemem anno, hoc est, intra septimum, aut omnino circa principium octavi, ut hac quoque parte Eusebii traditionem juvemus, decessisse. Sed haec hactenus. Micyll.

1. *Non novus incola.*] Manserat enim in Pontica regione prope quadriennium. Ciofan.

4. *Abdat.*] *Addat* junian & multi alii. *abdat modo* P. Dan. *quolibet abdo modo* Sarrav.

6. *Ne suus hoc.*] Francofurtensis,

Nam suus hoc illis clauserat auctor iter.

nam etiam plurimi alii. *quod suus* Polit. & Barber.

7. *Ah quoties.*] *Ha quoties* Barthii codex & P. Dan. *at quoties* Sarrav.

8. *Versibus ille locus.*] *Ille*, non *ille* probamus ex Aldinis & manuscriptis. differentiam utriusque intelligunt eruditi. Eadem permutatio aliis locis facta est: quam semel annotasse, satis esse judicamus. Faba. *Patet caelis versibus ille locus.* Haec est Vatic. Masseiani, & Ursini libri lectio, quae vera est, ut & alii annotarunt. Ciofan. Locum hunc intelligit Merula de ipsa Roma. sed quia praecedit, *Publica non audent inter monumenta venire*, caperem de Apollinis Palatini templo & bibliotheca, in quam non audent venire Nasonis libelli. vide lib. iii. Trist. Eleg. 1. & alibi. *caelis vestibus* Edit. Gryph. & recentiores, quasi hic ageretur de *paris vestibus*, quibuscum debebant deos adire. Burm.

9. *Nec tamen accedunt.*] *Non* scripti. Heins.

10. *Putant.*] *Puto* Servii.

11. *Ubi hos.*] *Hoc* edit. Gryph. *haec* Regius. *ut hos* Junian.

12. *Qua.*] Ubi. Idque elegantissime dicitur de statu in loco. Hic Noster lib. ii. Fast.

Quaque jacent valles, Maxime Circe, tuae.

Propertius lib. iii. Eleg. xvi.

Clausus ab umbroso qua ludit ponius Averno
Humida Bajarum stagna tepentis aquae,
Qua jacet & Trojae rubicen Misenus arena,
Et sonat Herculeo structa labore via.

Et:

Qua Siculae victor telluris Claudius, & qua
Caesar ab humana cessit in astra via.

Tibullus Eleg. & lib. ii.

—— *Eoi qua maris unda rubet.*

Horatius lib. ii. Oda iii.

Quà pinus ingens, atraque populus &c.

Ubi multi male legunt, *quo.* Claud. lib. i. de Rapte Proserpinae:

Devenere locum, Cereris qua tecta nitebant
Cyclopum firmata manu.

Rursus hic Noster lib. xiv. Metamorph.

Plurima qua silva est.

Cicero act. & lib. ii. in Verrem: *Cum omnibus in aliis vectigalibus Asiae, Macedoniae, Hispaniae, Galliae, Africae, Sardiniae, ipsius Italiae, quae vectigalia sunt, cumbis, &c.* Caesar lib. i. de Bello Civili: *Qua fauces erant angustissimae portus.* Idem Cicero lib. iix. ad Attic. *Qua autem est.* sic & Livius lib. xxxvii. *Altero L. Cincium partem insulae, qua regnum Hieronis fuerat, tueri jussit.* apud quem saepissime id leges. & apud Virgilium, & apud Senecam Tragoedum, & Martialem. Haec autem exempla eo collegi, quod à plerisque particulam *qua* sic positam, plane barbaram esse & audivi & legi. Ciofan.

13. *Quid veniant.*] Propter quid veniant: verum hoc, ut puto, non vult dicere, sed, ut in duobus manuscriptis legitur, *Qui veniant*, id est, quales, lascivi an severi. nec aliter Merula. Manuscriptum autem unum, quo plerumque nitimur, & quod antiquissimum est, Patavii nacti sumus: alterum mihi à fratre Blasio, qui nunc in Alsatia Bubilerae docet bonas literas, communicatum est. Fabric. Iidem, *Quid veniant*, nisi quod in nonnullis, *qui veniant.* quod Georgio Fabricio arridebat. nequicquam. ego vetustiores sequor. Trist. iii. Eleg. vii. ad epistolam de Perilli:

Quicquid agat, cum te scierit venisse, relinquet:
Nec mora; quid venias, quidve, requires, agam.

Eleg. xii. ejusdem libri:

Sedulus occurram mantae: dictâque salute,
Quid venias, quaeram, quive, quibusve locis.

Metam. xi. 612.

Quid veniat (cognovit enim) fatetur.

Virgil. Aen. i.

Quae fortuna viris, classem quo litore linquant,
Quid veniant cuncti.

Invenies, quamvis non est miserabilis index,
Non minus hoc illo triste, quod ante dedi.
Rebus idem, titulo differt: & epistola cui sit
Non occultato nomine missa docet.
Nec vos hoc vultis, sed nec prohibere potestis:
Musaque ad invitos officiosa venit.
Quidquid id est, adjunge meis. nihil impedit ortos
Exsule, servatis legibus, Urbe frui.
Quod metuas non est. Antoni scripta leguntur:
Doctus & in promtu scrinia Brutus habet.
Nec me nominibus furiosus confero tantis.
Saeva Deos contra non tamen arma tuli.
Denique Caesareo, quod non desiderat ipse,
Non caret è nostris ullus honore liber.
Si dubitas de me; laudes admitte Deorum:
Et carmen demto nomine sume meum.

Ad-

& lib. VI.

Fare age, quid venias.
Heins.

14. *Quodcunque est.*] *Quidquid id est* Leid. & duo alii, ut mox vers. 21. & supr. III. Trist. 10. 56. *quicquid is es*, ubi vide.

15. *Quamvis non sit miserabilis index.*] *Quamvis non est* plerique veteres. versu proximo pro *hoc* malim, *hic*, si perantiquos liceat codices. Invenies hîc in libris non minus triste illo, quod jam ante dedi. Heins.

16. *Quod ante dedi.*] Metaphora à mulieribus, quae filios genuerunt. In epistola Hypsiphiles ad Jasonem:

Felix in numero quoque sim, prolemque gemellam,
Dignera Lemnia bina favente dedi.

Ciofan. *Ante fuit* Servii.

17. *Rebus idem, titulo differt, & epistola cui sit Non occultato nomine missa docet.*] Jam notavi initio Elegiae & lib. I. Tristium nullam aliam esse inter hos & illos libros differentiam, quam quod in illis nunc orum, ad quos Elegiae mittuntur, nomine reticentur, in his vero contra. idque ostenditur lib. III. secundum lib. Eleg. IV. ubi ita est:

Vos quoque pectoribus nostris haeretis amici,
Dicere quos cupio nomine quemque suo.
Sed timor officium cautus compescit, & ipsos
In nostro poni carmine nolle puto.
Anne volebatis, gratique erat instar amoris,
Versibus in nostris nomina vestra legi,

Ciofan.

18. *Missa docet.*] Barthius ex suis membranis; *missa refert.*

19. *Sed non prohibere potestis.*] *Sed nec* è scriptis multi. Heins.

21. *Ortos exsule.*] Consule mea in Elegiam & lib. I. Trist. Scholia. Ciofan.

24. *Carmina Brutus habet.*] *Scrinia* omnino rectius in Twisdeniano, Combiano, Boxhorniano, & Puteaneo à manu primâ. quod in Pinckeimeriano sive Arondeliano Gronovius noster testatus jam est se invenisse Diatrib. Statiana cap. XLV. Omnino recte. Bruti enim, praeter librum de Virtute Ciceroni, Senecae, Plutarcho, aliis laudatum, etiam versus extabant, & quidem satis lascivi, ut ex Plinio lib. III. Epist. V. discimus. Auctor dialogi de claris Oratoribus: *Fecerunt Brutus & Caesar carmina non melius quam Cicero, sed felicius; quia illos fecisse pauci sciunt.* Atque hinc forte respexit Statius IV. Silv. IX. 20. qui, *Bruti fuit ofciationes* appellat. Heins. *Crimina* Thuan. *carmina nostra legit*, vel *brutus agit*, vel *habet* Leidens.

25. *Furiosus.*] Legitur etiam, *furiosis* hoc est, nominibus plenis furoris & irae. Merul. *Comperes* Servii. *furiosis confere* Sarrav.

26. *Arma tuli.*] *Dedi* Barthii codex.

28. *E nos-*

Adjuvat in bello pacatae ramus olivae:
Proderit Auctorem Pacis habere nihil?
Cum foret Aeneae cervix subjecta parenti,
Dicitur ipsa viro flamma dedisse viam.
Fert liber Aeneaden: & non iter omne patebit?
At patriae pater hic; ipsius ille fuit.
Ecquis ita est audax, ut limine cogat abire
Jactantem Pharia tinnula sistra manu?
Ante Deûm Matrem cornu tibicen adunco
Cum canit; exiguae quis stipis aera neget?
Scimus ab imperio fieri nil tale Dianae:
Unde tamen vivat vaticinator habet.
Ipsa movent animos Superorum numina nostros;
Turpe nec est tali credulitate capi.
En ego, pro sistro, Phrygiique foramine buxi,
Gentis Iüleae nomina sancta fero.

Vati-

28. *E nostris.*] *In nostris* P. Dan. vid. ad IV. Trist. XI. 34.

31. *Adjuvat in bello pacatae ramus olivae, &c.*] Enthymema est, argumentum à minori: Ramus oleae, quod signum pacis est, adjuvat in bello praetendentem: multo igitur magis debet juvare, non signum, sed ipse autor pacis, cum qui praetendit ipsum, sive affert: id quod faciunt libri mei. Ordo autem verborum est, Ramus olivae adjuvat in bello, habentem & praetendentem scilicet: & nihil prosit alicui habere & praetendere, non ramum, sed ipsum autorem pacis? Non, ut Merula, nihil proderit ipsi autori, &c. Micyll. *Pacatae* Barthii codex. & unus ex Heinsianis.

33. *Cum foret Aeneae cervix subjecta parenti, Dicitur ipsa viro flamma dedisse viam.*] Vide quae notavi in librum XIV. & XV. Metamorph. Ciofan. *Onerata parente* unus.

34. *Viam.*] *Locum* Moreti.

36. *Ipsius ille fuit.*] Quo referas illud *ipsius* non video: an ad Augustum? ut sit, Augustus fuit pater patriae, ille (Aeneas) pater ipsius (Augusti.) In Francof. erat *unicus ille fuit.* forte, pro *unius ille fuit.* Hic, scilicet Augustus, est pater patriae, qui est, Aeneades ille, quem fert meus hic liber, ille vero, Aeneas, pater fuit non communis patriae, & omnium civium, sed nimis Julii, cui tamen iter patuit per ferrum & ignes, pessime vero, vel per summam negligentiam, vel ignorantiam Merula dicit: *ille Aeneas fuit solum pater Anchisae.* cum Anchisen Aeneae fuisse patrem, vel pueri sciant, nisi pro *Ascanio Anchisen* operae posuerunt. Burm.

37. *Ecquis.*] *Et quis* Regius P. Dan. & Berism. *quodquis* Putean. *limite* idem. *jactarum Pharia* Berism. Ms. *gestantem* prim. Ed.

39. *Cornu tibicen adunco.*] *Abunco* Argentinus. Puto, *obunco.* Met. lib. III. tamen *adunco tibia cornu*, Penthei fabulâ de voce *obunco*, agimus ubertim ad Maronem XI. Aeneid. 755. Heins. Vid. & VI. Met. 516. & Nuc. 116.

40. *Cum canit.*] *Dum* scripti nonnulli, & prim. Edit.

41. *Scimus ab imperio fieri nil tale Dianae, &c.*] Simpliciter expone. Vaticinator Dianae nomine exigit stipem sive pecuniam à consulentibus, sive iis, quibus vaticinia reddit. Et tamen scimus ipsam Dianam nihil tale imperare, hoc est, haudquaquam jubere, ut ille pecuniam ab hominibus auferat. Caeterum utrum Judaei per *vaticinatorem* intelligendi sint, quos Merula ipse ait, à Vespasiano tandem ejectos vaticinari coepisse, cum haec sub Augusto scripta sint, alii judicent. Dianae certe nomine, aut cujusquam gentilis dei, nemo Judaeorum, nisi qui à sua professione defecisset, quicquam vaticinaturus videtur fuisse. Sed Aricinum nemus etiam absque Judaeis, & jam olim vaticinis celebre fuit, quemadmodum & Albunea, & sortes Praenestinae, & id genus alia. Micyll. Vir doctus Tanaquillus Faber, lib. I. Ep. 67. pro *Dianae* reponit, *Cybeles*, audaciter mehercule. cum nihil sit mutandum. In codicis Twisdenii margine haec glossa erat adscripta. *In Aricino nemore juxta Romam habuit Dianae templum. ibi erant vaticinatores.* nihil verius. quomodo & intelligendum esse locum jam vidit ingeniosissimus Gronovius Observat. libro IV. cap. 7. Heins. *Tale deorum* Codex. P. Servii.

Vaticinor, moneoque; locum date sacra ferenti:
Non mihi, sed magno poscitur ille Deo.
Nec, quia vel merui, vel sensi Principis iram,
A nobis ipsum nolle putate coli.
Vidi ego linigerae numen violasse fatentem
Isidis, Isiacos ante sedere focos.
Alter, ob huic similem privatus lumine culpam,
Clamabat mediâ se meruisse viâ.
Talia coelestes fieri praeconia gaudent;
Ut, sua quid valeant numina, teste probent.
Saepe levant poenas, ereptaque lumina reddunt;
Cum bene peccati poenituisse vident.
Poenitet ô, (si quid miserorum creditur ulli)
Poenitet, & facto torqueor ipse meo!
Cumque sit exilium, magis est mihi culpa dolori:
Esseque pati poenas, quam meruisse, minus.

Ut

43. *Superorum numina.*] *Nomina* veteres nonnulli. Heins. *Carmina* duo libri. *monent* Putean. & Moreti.

46. *Nescitur sacrificia.*] *Numine* Ed. prim. *sacra* Guelf. codex. & edini quidam. *magna* Putean. *feram* Argent.

47. *Moneoque.*] *Movcoque* P. Dan. *dare* Serv. & Berlin. & Excerpta Voss.

50. *Nolle putare coli.*] Sic legitur in lib. Vatican. & Mass. recte. Ciofan. *Nolo putare* Edit. Gryph.

51. *Vidi ego linigerae.*] Aliqui scribunt, *Niligerae*, contra vetera & recentia exemplaria. Isis enim ortu non fuit Aegyptia, sed Argiva: unde lectio quoque falsa est lib. I. de Arte:

Non fuge Niligenas Memphitica sacra juvencas.

Ilis autem *linigera*, vel à vestitu sacerdotum, vel à statuae suae amictu appellatur: *Niligena* appellari non potest. Fabric. *Linigeros* vera lectio, quicquid membranae inter se pugnant. Vide Notas ad Artem Amator. libro I. *pl.* 79. Heins. Vid. & Barth. xxxvii. Ad. 12.

52. *Numina violasse.*] Saepius in hac Elegia *numen*, & *numina* occurrunt, quare dubito an non hic ex auctoritate Lud. Farnes. Francof. & Vossiani codicum legam, *templum violasse*. ut ita *templum violare Jovis* Ilidis 313. & *templi violator*. II. Pont. VI. 27. ubi vide. Amm. Marcel. XIX. I. *Hinc quasi ad sacrilegos violati facientes templi.* & passim. Brem.

53. *Sedere.*] *Sacere* Ms. Bersm. male. vid. II. Am. XIII. 17.

54. *Alter, ob huic similem privatus lumine culpam.*] *Privatus limine* in nonnullis codicibus, sed nil mutandum. sic apud Juvenalem:

—— *ut quodcunque volet de corpore nostro*
Ipse, & irato ferat mea lumina fisco,
Dummodo vel caecus teneam, quos abnego, nummos.

& apud Apulejum Isiacus ille Metam. VII. *At ut ingenti omniparens Dea Syria, & Venus, & Lollena, & Mater Idaea caecum reddant.* in Anthologia Graeca Lucilius:

—— μὴ κατιδοῦσαν
Τὴν Ἴσιν τὸν τύφλον.

huc & Persius Satyra V. respexit, apud quem occurrit:

—— *cum fisco luscus sacerdos.*

Heins. *Ob hanc similem* Leidens. *lumine causam* Reg. Arg. & alius.

56. *Ut sua.*] Francius volebat, *& sua quid valeant numina teste probant.*

60. *Et jabet.*] *Et fato* Ms. Bersm.

61. *Cumque sit exilium magis est.*] Ita veteres constanter. Censeo nihilominus scribendum esse,

Quamque sit exilium, magis est mihi culpa dolori.

Nam τὸ *est* versu proximo rursus sequitur. ubi *poenas* cum Argentoratensi malo, quam *poenam*. Similis loquendi modus infra Eleg. IV.

Jucundior Haemonia est Ponto, quam Roma sit Istro. Heins.

63. *Manifestior.*] *Manifestior* Gottorp. sed scribe, *manifestus* deus est praesens & conspicuus, ut ib.

Ut mihi Di faveant, quibus est manifestior ipse;
Poena potest demi, culpa perennis erit.
Mors faciet certe, ne sim, cum venerit, exsul:
Ne non peccârim, mors quoque non faciet.
Nil igitur mirum, si mens mihi tabida facta
De nive manantis more liquescit aquae.
Fertur ut occultâ vitiata teredine navis:
Aequorei scopulos ut cavat unda salis:
Roditur ut scabrâ positum rubigine ferrum:
Conditus ut tineae carpitur ore liber:
Sic mea perpetuos curarum pectora morsus,
Fine quibus nullo conficiantur, habent.
Nec prius hi mentem stimuli, quam vita, relinquent:
Quique dolet citius, quam dolor, ipse cadet.
Hoc mihi si Superi, quorum fumus omnia, credent;
Forsitan exiguâ dignus habebor ope.
Inque locum Scythico vacuum mutabor ab arcu.
Plus isto, duri, si precer, oris ero.

Epi-

supra vocavit. vid. ad Val. Flac. I. 105. *quorum est* Francof. & Excerpta Vossii. *utque dei faveant* Moreti.

66. *Ne non peccarim mors quoque non faciet.*] Versus hic praeter rem est, & praeter Nasonianam elegantiam. Praecedens etiam nonnihil suspectus. Heins. *Mors quoque nulla facit* Barthii codex. forte, *mors mea non faciet*. sed, ut verum fatear, distichon suspectum, & frigidum. in priore versu *mors faciet vere* Leid.

67. *Non igitur mirum est, si mens mea tabida facta.*] *Si mens mihi* Junianus. tres alii, *Nil igitur mirum*. utrumque bene. Heins.

67. *Tabida facta.*] *Facta* Sarravii & alius. unde Heinsius, an *mihi fracta*. ut Eleg. seq. *Frangor*. vers. 63. *Mox, denique manantis* Sarravii.

69. *Fertur ut occultâ vitiata putredine navis.*] Liber Patavinus, *vitiata teredine*. nam in mari tantum teredines sentiuntur, nec aliam putant proprie teredinem dici, ut auctor est in XVI. Plin. Fabric. *Teredine navis* vera scriptura est, quam meliores membranae adfirmant. perperam alii, *putredine*. Robertus Constantinus in Lexico voce Ὀζήνη corrigit, *vitiata teredine naris*. insulse. Inter teredinem & tineam hoc interest, quod altera sit marina, altera terrestris. audi Plinium lib. XVI. cap. 12. *Teredo* eadem quae *Termes*. Graecis τερέδων. Isidorus Etymol. lib. XII. cap. 5. *laricem in marinis navibus obnoxiam teredini tradunt*. plura habes apud eundem capite proxime sequenti. versu proximo lege cum castigatioribus scriptis, *Aequorei sali*, non, *Aequoreos scopulos*. Heins. *Violata* Putean.

70. *Aequoreos scopulos ut cavat unda salis.*] In iisdem lib. & Ursini aperte legitur, *Aequorei scopulos*, &c. Ciofan. Et ita Barthius.

75. *Relinquent.*] *Relinquet* Sarrav. *relinquant* duo. & seq. *pl. cadat. relinquant* Junian.

77. *Hoc mihi si superi, quorum fumus omnia, credent.*] Cave reponas cum Tanaquillo Fabro lib. I. Ep. 67. *quorum sunt omnia*. pro recepta enim scriptura & codices vetusti, & ipsa ratio pugnant. Adeantur quae notamus ad librum V. Met. *pl.* 343. Heins. *Credant* plurimi. *credunt* octo.

78. *Forsitan exiguâ dignus habebor ope.*] Hanc vocem *opem* vulgo exilimant pro divitiis semper capi. id longe secus esse vel ex hoc loco perspicue cognoscitur, & ex Eleg. IV. libro I. Tibl.

Dii tibi sint faciles, & opis nullius egentem
Fortunam praestent, dissimilemque meae.

Itemque ex Cicerone libro de amicitia, ubi ita est: *Divitiae, ut utare: opes, ut colare. Sunt igitur opes, honores, auctoritates, favores, potestates, quae cum ex aliis rebus, tum ex divitiis nascuntur.* Ciofan.

79. *Scythico ab arcu.*] *Ab hoste* Polit. *Scythica ab arbo* Vatican.

80. *Si precer.*] *Si presser* meliores. Heins.

I. Met.

EPISTOLA II.

MAXIMO.

MAxime, qui tanti mensuram nominis imples,
Et geminas animi nobilitate genus;
Qui nasci ut possis, quamvis cecidere trecenti,
Non omnes Fabios abstulit una dies;
Forsitan haec à quo mittatur epistola quaeras;
Quique loquar tecum, certior esse velis.
Hei mihi! quid faciam? vereor, ne nomine lecto
Durus, & aversâ cetera mente legas.

Vi-

1. *Maxime.*] Fabius hic Maximus cum intima familiaritate Caesari Augusto fuerit conjunctus, non invenitur tamen, quod mireris, apud scriptores ullis functus honoribus. Ad hunc nostrum opinor referenda esse Quintiliani illa Institutionum Oratoriarum lib. VI. cap. 3. *In metalepsin quoque eadem ratio dicendum; ut Fabius Maximus incusatus Augusti coniuriorum, quae amicis dabantur, exiguitatem, ridiculum esse dixit.* De morte hujus Fabii Nostri infra libro IV. & Plinius libro VII. cap. 45. praeter Tacitum. HEINS. Atqui Glandorpius consulem hunc Fabium facit A. V. C. DCCXCIII. ut & Lipsius fecit. sed hunc fuisse hujus Fabii patrem docet Masson. in vita Ovidii. ad A. V. C. DCCLXVII. in Servii codice erat, *ad Q. Maximum Fabium.* in Moreti, *Maximo Amico suo.*

1. *Genuinam.*] *Virtutem* ex exulis senio membranis scribebat Barthius. nec tamen persuadere potest alicui, qui in Nasone legendo multus est. Im Septimo Epist. XV. 33.

Nonne quod terrat implent omnes
Est mihi, monstratum nominis ipsa fere.

I. Fast. 693.

Magna, tamen nomen rerum mensura tuarum est.

& quid quaeso est *virtus nominis?* aut quid, *implere virtutem nominis?* hoc puto potius glossam Monachalem olere, quam quod vulgo legitur. HEINS.

6. *Quique loquar.*] *Queque* nonnulli veterum, & mox, *Hei mihi*, pro *Heu.* bene. HEINS. *Quisve* Junius. *quaeris* etiam superiori versu Jun. Leid. & plerique alii.

7. *Hei mihi.*] Ursini liber *Et* sine aspiratione. sic & in veteri Tibulli libro, qui in Vaticana bibliotheca asservatur. desideratur enim ab ejusdem versu, ut in mss. in Metamorphosin observationibus annotavi, sic etiam in Virgilii libro ejusdem Bibliothecae litteris majusculis exarato, qui omnium hujus generis exemplarium unus antiquissimus est, eo loco XI. lib. Æneid.

—— *Ei mihi quantum*
Praesidium Ausonia, & quantum tu perdis Iuli.

In quo libro locus ille ex II. Æneid. *Hei mihi qualis erat.* &c. desideratur; quamvis quidam ajunt transpositum esse paginarum numerum: ego tamen non parva adhibita diligentia, reperire non potui. Praeterea ita scribendum praecipit Grammaticorum princeps, Priscianus lib. VII. cujus haec sunt verba: *Ei quoque cum monosyllabum esse deberet, cum genitivus ejus sit disyllabum, per diaeresin à Poëtis proferri invenitur differentiae causa; ut si monosyllabum sit, interjectio esse putatur. Virgilius in II. Aeneidos:*

Ei mihi qualis erat quantum mutatus ab illo
Hectore!

Nil tamen mirum. Haec Priscianus. Quare quin *Ei* absque adspiratione scribendum sit, qui posthac ambigat, fore opinor neminem. In Terentii etiam libris, qui in eadem, quam modo dixi, Bibliotheca sunt, perpetuo est *ei*; ut impressum legi in Terentio Gabrielis Faërni. CIOFAN. In hac observatione quantum sibi placuerit Ciofanus, inde apparet, quod saepissime eamdem magno cum taedio legentis repetierit. vid. ad lib. I. Met. 523. & VIII. 491. & alibi.

8. *Aversa mente.*] Servii liber, *aversa fronte, adversa mente* multi.

9. *Videris haec aliquis, tibi me scripsisse fateri Audebo, &c.*] Interrogative lego prius dimidium, ut sit oratio dubitantis, utrum fateri velit, sive audeat, se ad Maximum de suis rebus ex professo, & nomine non celato scribere, an minus. ut poste-

Videris haec si quis; tibi me scripsisse fateri
Audebo, & propriis ingemuisse malis.
Videris; audebo tibi me scripsisse fateri,
Atque modum culpae notificare meae.
Qui, cum me poenâ dignum graviore fuisse
Confitear, possim vix graviora pati.
Hostibus in mediis, interque pericula versor:
Tamquam cum patriâ pax sit ademta mihi.
Qui, mortis saevo geminent ut vulnere causas,
Omnia viperco spicula felle linunt.

His

posterius distichon quasi per subjunctionem huic respondeat: videlicet, velle atque audere sese. Dubitare autem se fingit, propter Augustum potissime. Deinde etiam, ut attentionem paret, magnitudinem suae miseriae tantam esse innuendo, ut taceri ac dissimulari nullo modo possit. MICYLL. Prius distichon Sarravianus, unus Mediceus & Boxhornianus non agnoscunt, posterius totidem alii. quatuor duos medios versus omittunt. Ex duobus distichis unum faciendum hoc modo,

Videris: audebo tibi me scripsisse fateri.
Audebo propriis ingemuisse malis.

ita enim posterior versus in quibusdam scriptus occurrit, cum vulgati exhibeant, *Audebo & propriis.* Possit & legi,

Videris haec: siquidem tibi me scripsisse fateri
Audebo, & propriis ingemuisse malis.

Nam membranae nonnullae, *Videris hoc si quid.* alter Medonianus, *videris ô si quid.* Qua lectionum diversitate opinor factum, ut sciolus aliquis ansam arripuerit ex duobus versibus versus quatuor procudendi. Certe versus ultimus satis arguit indoctam manum. Quis enim credat Nasonem *notificandi*, aut, quod in aliis extat, *certificandi* verbo usum? praeterea plerique pro *modum culpae* agnoscunt, *modum poenae.* quae vox sequenti versu iteratur minus concinne. *vè Videris* elegantissimum est. Propertius, lib. II. El. XV.

Videris hoc, si quam jam perperisse pudet.

Noster epistola XII. 211.

Viderit ipsa Deus, qui nunc mea pectora versat.

Artis Amator. lib. III. 671.

Viderit utilitas: ego capta fideliter edam.

lib. II. 371.

Viderit Atrides: Helenen ego crimine solvo.

Remed. Amor. 249.

Viderit, Haemonias si quis mala pabula terrae,
Et magicas artes posse nocere putat.

& ibidem, 601.

Tom. III.

Nona terebatur miserae via. Videris, inquit:
Et spectat zonam pallida facta suam.

Fastorum II. 782.

Viderit, audentes Fortuna Deusque juvat.

Trist. V. Eleg. II.

Viderit, ipse sacram quamvis invisus ad aram
Confugiam.

Lucanus lib. I. 636.

—— *conditor artis*
Viderit ipsa Tages.

Statius Theb. III.

Viderit hoc belli viridis manus.

Petronius cap. 87. *Videris tamen, inquit: non ero tui similis.* Apulejus Metamorphoseon V. *Et tu quidem soror, videris, quam patienti vel potius servili (dicam enim quod sentio) haec perferas animo. Enimvero ego nequeo sustinere ulterius tam beatam fortunam collatam indigno.* inepte illic vulgo legitur, *collapsam indigne.* ipse Apulejus VII. Metam. *Exoculatam esse fortunam, quae semper suas opes ad malos & indignos conferat.* sed in Apuleji loco vè *videris* plena est oratio. abrupte id verbi nonnunquam ponitur, & quidem eleganter. Idem libro IX. *De ipso quidem, mi karissime, tecum ipsa videris.* ita & Tertullianus frequenter. ut cap. II. Pallii. pari quoque modo Graeci, ut in Euangelio Matthaei, cap. XXVII. ℣. 4. Τὶ πρὸς ἡμᾶς; σὺ ὄψει. recte Vetus Interpres, *quid ad nos? tu videris.* & eodem capite ℣. 24. Τμεῖς ὄψεσθε. *vos videritis.* pari modo & Actorum XVIII. ℣. 15. Neque aliter Cicero, Seneca & optimus quisque ex aevi aurei scriptoribus. Loca plura adscripsi, ut suas Nasoni elegantias adsererem. HEINS.

12. *Atque modum poenae.*] Haec est veterum librorum scriptura. CIOFAN.

15. *Versor.*] *Vertor* quinque. *nectar* unus.

17. *Qui mortis.*] *Morti* Moreti liber. vid. ad Epist. XVIII. 200. *cui mortis* servat Argent. *saevas* Regius. *saevas* duo alii.

18. *Spicula felle linunt.*] In caeteris libris Barthius invc-

His eques instructus perterrita moenia lustrat,
More lupi clausas circuëuntis oves.
At semel intentus nervo levis arcus equino
Vincula semper habens irresoluta manet.
Tecta rigent fixis veluti vallata sagittis,
Portaque vix firmâ submovet arma serâ.
Adde loci faciem, nec fronde, nec arbore laeti,
Et quod iners hiemi continuatur hiems.
Hic me pugnantem cum frigore, cumque sagittis,
Cumque meo fato, quarta fatigat hiems.
Fine carent lacrimae, nisi cum stupor obstitit illis:
Et similis morti pectora torpor habet.
Felicem Nioben, quamvis tot funera vidit,
Quae posuit sensum saxea facta mali!
Vos quoque felices, quarum clamantia fratrem
Cortice velavit populus ora novo.
Ille ego sum, lignum qui non admittar in ullum:
Ille ego sum, frustra qui lapis esse velim.
Ipsa Medusa oculis veniat licet obvia nostris,
Amittat vires ipsa Medusa suas.

Vi-

Vivimus, ut sensu numquam careamus amaro:
Et gravior longâ fit mea poena morâ.
Sic inconsumtum Tityi semperque renascens
Non perit, ut possit sacpe perire, jecur.
At puto, cum requies, medicinaque publica curae
Somnus adest, solitis nox venit orba malis.
Somnia me terrent veros imitantia casus:
Et vigilant sensus in mea damna mei.
Aut ego Sarmaticas videor vitare sagittas:
Aut dare captivas ad fera vincla manus.
Aut, ubi decipior melioris imagine somni,
Adspicio patriae tecta relicta meae.
Et modo vobiscum, quos sum veneratus, amici,
Et modo cum carâ conjuge, multa loquor.
Sic, ubi percepta est brevis & non vera voluptas,
Pejor ab admonitu fit status iste boni.
Sive dies igitur caput hoc miserabile cernit,
Sive pruinosi Noctis aguntur equi;
Sic mea perpetuis liquefiunt pectora curis,
Ignibus admotis ut nova cera solet.

Saepe

invenit, *sanguine tela linunt*. quod & Francof. & quinque alii habent. vid. lib. IV. VII. 36. *Madent tres. virent* unus Vossii. si praecedenti versu *Quis, morti fovea* legas: (nam *cui* est in Argent.) *virent* possit alicui placere, ut lib. II. Met. 777. *Pectora felle virent*. ita *viridis celebros* dixit Horatius I. od. 17. & *virentem Hydram* Claudian. I. in Rufin. 252, eadem varietas II. Art. 522. hic tamen nihil muto. ita *litet felle sagittas* inf. lib. IV. IX. 83. Burm.

23. *Fixis velati vallata.*] *Sictis* edit. Micyll. quod unde habeat, nescio, &, annon operarum sit vitium, dubito. *jactis* Argent. quod non displicebat olim Heinsio, ut VIII. Met. 389, *jaciunt. quae fixa rudibus tela*, sed *fixis* hic est, quae jacta fecerant & manent in tectis, & ita speciem valli referunt. male etiam *velata* Sarravii & quatuor aliis in Leid. erat, *fixae sagittae*, Voss. Excer. *tecta rigent urbis*. Epist. XVI. 362.

Figitur in ipsa nostra sagitta lacu.

& II. Trist. VII. 17.

Dextera non segnis fixo dare vulnera cultro.

Burm.

25. *Nec fronde nec arbore laeti.*] *Laeti* non invenisse unus Vaticanus. Heins. *Tectum* duo.

27. *Et similis morti corpora torpor habet.*] Liber Pithoei & Urlini, *pectora*. Crokan. Ita & Barthii et Heinsii codices plerique. vid. ad Epist. XII. 170.

29. *Quae posuit sensum saxea facta mali.*] *Latali* Puteaneorum & Moreti exemplar. vere. Trist. IV. Eleg. VI. 22.

Mensque mali sensum nostra recentis habet.

Pont. IV. Eleg. ult. 50.

— *tantummodo vita relicta est,*
Praebeat ut sensum materiamque mali.

ita libri veteres. Heins. Ita & Douza pater.

33. *Clamantia.*] In Gryphii editione est, *clementia*; sine dubio errore operarum, expressit tamen, ut solet Barth. Vincentius, qui numquam fere à Gryphiana editione recedit, & tamen has, ut raras & utiles editiones animose comparare solent, earum verum pretium ignorantes. in Sarravio Fragmento itidem *clementia* erat. *lacentia* prim. Edit. & tres scripti. Francius volebat, *lacrymantia*. Burm.

35. *Qui non admittar.*] *Admittar* sequentia requirunt. atque ita Sarravianus. Heins.

38. *Amittat vires ipsa Medusa suas.*] Vulgata, *pristinas ipsa suas*. Sed illam repetitionem habent manuscripta. Farnab. In isidem libris legitur, *ipsa Medusa suas*. Hujusmodi repetitionibus usus est Elegia II. lib. III. Amor.

Invida vestis eras, quae tam bona crura tegebas,
Quoque magis specles, invida vestis eras.

Ibidem:

Sed jam pompa venit, linguis animisque favete;
Tempus adest plausus, aurea pompa venit.

Et

Et lib. I. Elegia IX.

Militat omnis amans, & habet sua castra Cupido,
Attice crede mihi, militat omnis amans.

Et lib. III. Elegia V.

Ilia pone metus, tibi regia nostra patebit,
Teque colent ammes, ilia pone metus.

Et lib. IV. Fast.

Qui bibit inde furit: procul hinc discedite, quicis est
Cura bonae mentis, qui bibit inde furit.

Ciofan. Ita & Mss. Heinsii & Barthii.

39. *Amaro.*] *Iniquo* Politian. ut saepe hae voces commutatae.

40. *Sit mea poena.*] *Fit* idem Sarravianus aliique nonnulli. & paullo ante, *Amittat* pro *Amittet* Politiani Excerpta & unus Vaticanus. Heins. *Ut gravior sit* Leidens.

41. *Renascens.*] *Recrescens* Putean.

44. *Solitis.*] *Nostri* Ms. Berlm.

46. *Et vigilant sensus.*] *Et vigilant casus* Argentorat.

48. *Captivas in fera vincla manus.*] *Ad fera vincla* scripti maxima ex parte. Heins. Ita & Berlmanni Mss.

49. *Ubi decipior.*] *Aut ego deceptus* Moreti. *ego decipior* Regius & Servii.

50. *Tecta relicta.*] *Regna beata* unus. an dictum ut apud Virg. I. Ecl. 70.

Post aliquot mea regna videns mirabor aristas.

vid. Rader. ad Martial. XII. 57. sed vid. IV. Trist. VIII. 10. Burm.

53. *Sic ubi percepta est brevis & non vera voluptas.*] Numeros Nasonianos hic non agnosco. à Patavino verbum substantivum aberat. Forte,

Sic ubi jam percepta brevis nec vera voluptas.

Mox, *status iste*, non *ille* scripti meliores. & postea, *pruinosi equi*, non *pruinosae noctis*. etsi in Amoribus dixerit Noster,

Longa pruinosa frigora nocte pati.

Heins. *Concepta est* duo codices & Barthii membranae, quam lectionem ille probat. *percipere gaudia* dixit inf. II. ex Pont. I. 60. in Regio etiam, *haec ubi percepta*, ut Epist. XIX. 65. *brevis est haec & non vera voluptas*. Burm.

54. *Boni.*] *Bono* Regius. & *ipse* aut, *ille* quidam scripti & editi.

56. *Pruinosae noctis.*] Sic Ovidius ipse in Phaenomenis, ex quo opere haec tria carmina erat Lactantius:

Tot numero, talique Deus simulacra figura
Imposuit coelo: perque atras sparsa tenebras
Clara pruinosae jussit dare lumina nocti.

Saepe precor mortem, mortem quoque deprecor idem;
Ne mea Sarmaticum contegat ossa solum.
Cum subit, Augusti quae sit clementia, credo
Mollia naufragiis litora posse dari.
Cum video quam sint mea fata tenacia, frangor;
Spesque levis magno victa timore cadit.
Nec tamen ulterius quidquam sperove precorve,
Quam male mutato posse carere loco.
Aut hoc, aut nihil est, pro me tentare modeste
Gratia quod salvo vestra pudore queat.
Suscipe, Romanae facundia, Maxime, linguae,
Difficilis caussae mite patrocinium.
Est mala; confiteor: sed te bona fiet agente.
Lenia pro miserâ fac modo verba fugâ.
Nescit enim Caesar, quamvis Deus omnia norit,
Ultimus hîc quâ sit conditione locus.
Magna tenent illud rerum molimina numen;
Haec est coelesti pectore cura minor.
Nec vacat, in quâ sint positi regione Tomitae,
Quaerere, finitimo vix loca nota Getae.

Aut

Et Eleg. xiv. lib. ii. Amor.

Longa pruinosa frigora nocte pati.

Vocat autem *pruinosam noctem*, quod in ea pruina cadat. Vide quae dixi lib. vi. Metamorphoseos. Caesar. *Pernoctare* omnes fere scripti.

57. *Sic mea perpetuis liquefiant pectora curis.*] Nemo, quod sciam, vidit verum claudicare, ut putarunt, quamquot sunt impressi codices. Legendum vero hoc dilichiam è Patavino,

Sic mea perpetuis liquefiat pectora curis,
Ipsaque absumtis ut nova cera liquet.

Nam qui in postremo *fiat* scripsit pro *liquet*, putavit primum in verbi *liquefiant* esse productam. Fabric. Recte emendat & legit Fabricius, vir doctissimus ex eo, quo olim est, Patavino libro, *Liquefiant pectora curis*. Hoc Basilius reliquit, cum in plerisque scripsis editionibus, *liquefiant* legeretur. Ita notati, *liquantur*, cum mihi, & iure quo *liquet* verbi proximo, cum editionis meminerim, *fiat* reponatur. *liquantur* Basilius reliquit in Fabris iv. 152. *mollia liquatur* hasta. Heins.

60. *Contegat.*] *Comprimat* Excerpta Vossii. *nec mea cinis* P. Scriv.

62. *Nec tamen ulterius.*] Brevis Leidensis, quod, nisi praecellens brevis valeret, placeret, quia melius sequitur *Horat.* ii. Od. 15.

Privatus illis census erat brevis,
Commune magnum.

tum, quia *brevis sies*, recte *longae*, ut passim occurrit, etiam opponitur. ut idem Horatius i. Od. 4.

Vitae summa brevis, spem nos vetat inchoare longam.

& i. Od. ii.

——— *spatio brevi,*
Spem longam reseces.

ubi praestat legere, *spatio brevi*. Burm.

66. *Quam male mutato posse carere loco.*] Videtur scribendum, *male mutando*. hoc est qui metuet cum alio loco quantumvis malo. nempe, quod postea ei dicturus,

Nec facto est bene sit, sed uti male tuimus.

sic lib. ii. Eleg. ii.

Sit tua mutando gratia blanda loco.

Pont. iv. Eleg. xiv. ex antiquis libris,

Nulla mihi cura est, terrâ nisi nostrâ ut sibi.

ubi nos plura. vide & Gronovium Observat. lib. iii. cap. i. ubi Elegia de Nuce, *solem mutare* non vitare, quod est in multis veterum. Quare frustra sunt, qui hoc loco scribendum contendunt,

Quam male me tuto posse carere loco. Heins.

Patrum respicit, qui lib. i. Fast. 9. ita corrigebat.

69. *Suscipe Romanae.*] Josephus Scaliger cum superiore hanc Elegiam jungebat. D. Heins. In vulgatis codicibus novas hoc Elegiae exordium est.

Aut quid Sauromatae faciant, quid Iazyges acres,
Cultaque Orestеae Taurica terra Deae.
Quaeque aliae gentes, ubi frigore constitit Ister,
Dura meant celeri terga per amnis equo.
Maxima pars hominum nec te, pulcherrima, curant,
Roma; nec Ausonii militis arma timent.
Dant animos arcus illis, plenaeque pharetrae;
Quamque libet longis cursibus aptus equus:
Quodque sitim didicere diu tolerare famemque;
Quodque sequens nullas hostis habebit aquas.
Ira Dei mitis non me misisset in istam,
Si satis haec illi nota fuisset, humum.
Nec me, nec quemquam Romanum gaudet ab hoste,
Meque minus, vitam cui dedit ipse, premi.
Noluit, ut poterat, minimo me perdere nutu.
Nil opus est ullis in mea fata Getis.
Sed neque, cur morerer, quidquam mihi comperit actum:
Nec minus infestus, quam fuit, esse potest.
Tum quoque nil fecit, nisi quod facere ipse coëgi,
Pene etiam merito parcior ira meo.

Di

est. Nos vetustissimorum exemplarium auctoritatem sumus secuti. Heins. Et Barthius continuat.

72. *Pro misera.*] *Pro missa* duo libri, unde *jussa* Heinsius, ut Nosser alibi etiam loquitur, ut i. Trist. iii. 50. iv. x. 90. *post miseram fugam* Servii.

73. *Norit.*] *Novit* quinque libri cum prima editione.

77. *Non vacat.*] *Nec* scripti. Heins.

81. *Quaeque aliae.*] *Quidque* Putean. & tres alii. *quoque* minor Gryph.

83. *Maxima pars hominum.*] Scribe, *horum*, vel *harum*, videlicet gentium. lib. ii. El. i. 45.

Maxima pars horum vitam veniamque tulerunt.

Ubi *hominum* in nonnullis etiam libris, proximo versu Polit. Argent. & duo alii *timent*. recte, si *curant* pro *curat* reponas. Heins.

86. *Quamque libet longis.*] In manuscripto, *Quamlibet & longis*, si legitur, *Qualibet*, magis Ovidianum est. Fabricius. *Quamque libet* prisca exemplaria, quod mutari non debuit. Heins. Vid. ad Eleg. in Drus. 50. *equus* Ms. Berlman. *altus* Leid.

89. *Ira viri mitis.*] In nonnullis, *Dei mitis*. Naugerius.

89. *Misisset in istam, Si satis haec.*] Alterutrum redundat, aut *ut istam*, aut *ut haec*. quae duo nisi barbare non possunt conjungi. pro *humus* aliquando reponebam, *humum*. in istam humum, per antiptosin tamen dici putabat Christianus Dausmius. Nunc parum abest, quin retingendum censeam, *non me misisset in Istrum*. infra lib. iii. Eleg. iv.

Nec mea verba legis, qui sum submotus ad Istrum.

Trist. lib. ii.

Solus ad egressum missus septemplicis Istri.

atque ita passim. Praeter flumen Istrum in hoc tractu etiam Ἴστρος oppidum. quod *Istrus* Latinis. Plinio *Istropolis*. Arriani Periplus Ἴστριον vocat. quo spectat nummus argenteus apud me cum inscriptione ΙΣΤΡΙΗΝΩΝ. fuit autem Milesiorum colonia, ut & Tomi & Borysthenes. quod ex Plinio & Stephano Byzantio discimus. pro *viri mitis* cum sex septemve nostris, *Dei mitis* reponendum. quod Naugerius in suis quoque invenerat. Deum passim Augustum appellat. Heins. Vid. ad x. Met. 105.

92. *Vitam cui dedit ipse, capi.*] *Premi* Polit. Thuan. & duo alii. ut Trist. lib. v.

Terror hostis mum pene premente latus.

Heins *Cui dabit* Sarav.

93. *Ut poterat,*] *At poterat* scripti quidam & prim. Edit. *ut poterit* Jun. *at potuit* Moreti. *me perdere* Parav.

94. *Ullis.*] *Saevis* Putean. mox, *reppulit* Regius.

96. *Nec minus.*] *Et minus* quidam editi.

Di faciant igitur, quorum mitissimus ipse est,
Alma nihil majus Caesare terra ferat.
Utque diu sub eo sit publica sarcina rerum;
Perque manus hujus tradita gentis eat.
At tu tam placido, quam nos quoque sensimus illum,
Judice pro lacrimis ora resolve meis.
Non petito ut bene sit, sed uti male tutius; utque
Exilium saevo differ ab hoste meum
Quamque dedere mihi praesentia numina vitam,
Non adimat stricto squalidus ense Getes.
Denique, si moriar, subeant pacatius arvum
Ossa, nec à Scythicâ nostra premantur humo.
Nec male compositos (ut scilicet exsule dignum)
Bistonii cineres ungula pulset equi
Et ne, si supersit aliquid post funera sensûs,
Terreat hîc manes Sarmatis umbra meos.
Caesaris haec animum poterant audita movere,
Maxime; movissent si tamen ante tuum.

Vox,

98. *Pectus etiam mariti parcior ira meo.*] *Parcior ipsa Petreianus & duo alii forte,*

Pectus etiam mariti parcior ipsa mei.

Burm.

99. *Quorum mitissimus ille est.*] In manuscriptis, item in Aldino, *quorum justissimus ipse est*; quod cur mutatum sit, non assequor. Fabric. *Quorum mitissimus ille est*, est in uno Vatic. & Urfini libro, recte ut idem Fabricius notavit. Cloman. Nescio quae editione usus sit Closanus, in qua notae Fabricii habentur, certe in Bersmannianis contrariam, ac Closanus dicit, reperi. an peccarunt operae in Closani editione, ut saepe deprehendi? & *justissimus ipse est* omnes fere scripti. sed *mitissimus* his ex praecedentibus, quod codex Servii & plurimi editi habent. haec vero voces passim in his libris commutantur. ut II. Trist. 27. & alibi. *quorum libentissimus* Bersm. Var. Lect. Burm.

101. *Utque diu sub eo, sic sit sub Caesare terra.*] Alii, *terra.* Sed rectum bene. certe *terra* praecedenti verbo jam occurrebat. Quatuor,

Utque diu sub eo sit publica sarcina mundi.

Quinque, *sit publica sarcina terrae.* quod in Erfurtino olim inveneram Zevelingus II. Prom. 4. tamen, *sit publica sarcina rerum.* Moreti liber pro editionibus Petreiana, *sit publica sarcina rerum.* Sarravianae Schedium mendose, *Utque diu sub eo, sic sit publica sub terra.* Conjectamus, *Utque diu sub eo sit labor, sic sit.* Locus multae tutoratus. nam verba proxime post ait plurimi etiam veteres, *tant.* Timide dico, dico tamen, videri reponendum,

Utque diu subsint huic publica pondera rerum.

videtur enim vox una aut altera excidisse. paulo ante pro, *justissimus ipse est.* priscae editiones & scripti satis multi cum Argentoratensi, *mitissimus.* quomodo *Deum mitem* paulo ante appellavit. Heins.

103. *At tu tam placido.*] Mallem,

At tu tam placido, quamquam nos lassimus illum,
Judice &c.

nam *sentire* potius in malam partem, pro gravem, crudelem experiri, sumitur. vid. ad Epist. XII. 17. Burm.

105. *Non petis, ut bene sit.*] In libri sui margine notarat Scaliger, *Neve pete ut bene sit.* Eruditissimus juvenis Jacobus Roverius, *Non petimus bene sit, sed uti male tutius.* D. Heins. *Magis* legendum puto, ut sit pleonasmus: nisi *male* sit idem quod parum. Bersman. *Non pete quod* Putean. Unus Vaticanus, *Non petit.* lege, *non petito ut bene sit*, vel, *non petito bene sit.* Scaliger, *neve pete ut bene sit.* etiam non male. Vir Politissimus Christianus Daumius,

Non petito ut bene sit, sed uti magis tutius.

Quod ex scriptis Bersmannianis in ora codicis sui annotavit. Heins. Forte, *non pete* (vel *petit*) *quo bene sit, sed uti mihi tutius. quo* pro *ut* centies apud Nasonem. *non totes.* Ms. Bersm.

108. *Getes.*] *Geta* Ms. Bersm. & Moreti.

109. *Subeant pacatius arvum.*] Malim, *subeant* cum uno Hafniensi, ut ad *ossa* referatur. Heins.

113. *Aliquis post funera sensus.*] *Aliquid sensus* cum Argentoratensi & uno Vaticano. sic lib. II. Eleg. II.

Si quid habet sensus umbra diserta.

Lucan. lib. VIII.

Da veniam, si quid sensus post fata relictum est.

Idem lib. III.

Aut nihil est sensus animis a morte relictis.
Aut mors ipsa nihil.

Heins. Vid. ad I. Fast. 484.

114. *Terreat ut manes.*] *Et manes* plerique veteres. duo, *Terruerit.* totidem, *Terreat hic.* quod sequor. Heins.

116. *Maxime; movissent.*] *Movissent animum si &c.* Putean.

118. *Trepidis.*] *Miseris* unus.

119. *Tibi.*] *Dis* Servii.

121. *Non tibi Theromedon.*] Alii legunt, *Theredamas*: quem nonnulli Numidiae, aliqui Scythiae regem fuisse scribunt, notae immanitatis. Hominum enim cruore leones pavit, ut equos suos Diomedes in Thracia, canes in Ponto Mithridates. Atreum autem *crudum*, quasi cruentum nominat, quia Thyestem fratrem fugavit, & fratrem alterum Chrysippum suffocavit, uxorem in mare praecipitavit, & fratri filios vorandos apposuit: cantata multis Tragicis scelera. Fabricius. *Theredamon* mallet Schottus lib. II. Observat. cap. 32. *Theremedon* Leidens. & duo alii. *crudaveo* tres.

124. *Quisque dolet.*] *Cuique dolet* Ger. Maurisius Histor. Dominorum de Romano pag. 14. *esse nocens* unus Heins.

125. *Qui vincit semper, victis ut parcere posset.*] *Vicit & posset* Sarrav. & tres alii. Heins. Sed *vincit* melioris est ominis, quasi pergat vincere semper Caesar. & ita citat Gerard. Maurisius.

126. *Sera.*] *Manu* Ms. Bersm.

127. *Multa metu poenae, poena qui pauca coërcet.*] Aliam lectionem annotat Merula, sed, ut arbitror, repetitu indignam. Fabricius. Illa est, *multa metu prohibet*, ut quidam scripti veterum & editi. *cohibet*, etiam Barthii membranae, Francof. & alii. & *chohibet* multi Heinsio inspecti. *& qui multa metu, poena qui pauca coërcet* Junianus & duo alii. Maurisius, *multa mihi cohibet, qui pauca parva coërcet.* Burm.

128. *Et jacit.*] *Et facit* editiones quaedam.

130. *Patriae.*] *Vitae* Leidens.

133. *Ille ego, qui duxi vestros Hymenaeon.*] Magis Poëticum, *ille ego qui duxi*, ut in Patavino, quasi diceret, adduxi voto & gratulationibus. Carmen nuptiale ad Fabium Maximum, cujus hîc meminit; alterum item carmen de ejusdem obitu, cujus infra libro quarto, temporum injuria interciderunt: ut & aliud de obitu patris Messalini, de quo hujus libri Elegia octava. Fabric. *Dixi* priscae editiones cum multis manu exaratis. quod explo-

Vox, precor, Augustas pro me tua molliat aures,
Auxilio trepidis quae solet esse reis:
Adsuetâque tibi doctae dulcedine linguae
Aequandi Superis pectora flecte viri.
Non tibi Theromedon, crudusve rogabitur Atreus;
Quique suis homines pabula fecit equis:
Sed piger ad poenas Princeps, ad praemia velox:
Quique dolet, quoties cogitur esse ferox.
Qui vincit semper, victis ut parcere posset;
Clausit & aeternâ civica bella serâ.
Multa metu poenae. poenâ qui pauca coërcet;
Et jacit invitâ fulmina rara manu.
Ergo tam placidas orator missus ad aures,
Ut propior patriae sit fuga nostra, roga.
Ille ego sum, qui te colui; quem festa solebat
Inter convivas mensa videre tuos.
Ille ego, qui duxi vestros Hymenaeon ad ignes;
Et cecini fausto carmina digna toro.

Cu-

Cujus te solitum memini laudare libellos,
Exceptis, domino qui nocuere suo.
Cui tua nonnumquam miranti scripta legebas.
Ille ego, de vestrâ cui data nupta domo.
Hanc probat, & primo dilectam semper ab aevo
Est inter comites Marcia censa suas.
Inque suis habuit matertera Caesaris ante:
Quarum judicio siqua probata, proba est.
Ipsa suâ melior famâ, laudantibus istis,
Claudia divinâ non egueret ope.
Nos quoque praeteritos sine labe peregimus annos.
Proxima pars vitae transilienda meae.
Sed de me ut fileam, conjux mea sarcina vestra est.
Non potes hanc salvâ dissimulare fide,
Confugit haec ad vos: vestras amplectitur aras.
Jure venit cultos ad sibi quisque Deos.

Flens-

ploëit Fabricius. non ego. sic *canere Hymenaeon*. Met. xii.

Fert cantus Hymenaeon, & ignibus atria fumant.

Statius Genethliaco Lucani:

Et tecta Hymenaeon ante pyras
Festi cantibus ipsa personabo.

Claudiano libro ii. Rapt. Proserp. de Jove:

Hinc nitidum Hymenaeon thalatis
Invocat.

ita Scribendum esse hic jam monui, ubi plura ad rem. Cave enim credas ab Hymenaeo tonuisse Terentium Adelph. *Hymen & Hymenaee qui exercent*, ubi Donatus, *sic debet hymenaeum in nuptiis, quemadmodum ἰήϊον in funere, vel in sacris hymenaeum.* Heins. Firmat Heinsii correctionem Francofurtensis codex, qui habet, *cruci*, quae est expositio, ut mihi constanti dixit in explicari posse, ut Poëta ill. crucis dixerit, quod cruciat. ut saepe libenti animo fecerat. male autem Menagius ignem explicare, *tadas*, quae nubentibus praelucebant, cum ara intelligendus, ad quam frontem & ignibus flectebant & comprecabantur, quemadmodum docui olim notam Junonis Pronubae ad Tibull. ii. 2. 1. & simul Inditium Cupidinis, quae ignes amoris, secutus Burmannum, explicavit, Claudian. pertinent ita erat in Jamno:

Et cruci crebris fervida tunsula ture,
fragr. cornibus dulce vos dicamus. Burm.

133. *Et primo.*] *Ut primo* Aegam. non male.

140. *Inque suis habuit matertera Caesaris ante.*] Mattia haec, non Catonis, ut hic Merula tradit, sed Maximi uxor fuit, ejus, ad quem hic scribit Poëta. id quod ex primo Taciti apparet, ubi ita legitur: *Quippe rumor incesserat, paucos ante menses Auzejum electis consciis, & comite uno Fabio Maximo, Planasiam vectum, ad visendum Agrippam: multa illinc utrinque latrocinia, & signa clandestinis. spemque ex eo fore, ut juvenis penatibus avi redderetur. Quod Maximum uxori Martiae aperuisse, illam Livias, C. Nasum id Caesari. Regno multo post, extincto Maximo (dubium an quaesita morte) audites in funere ejus Martiae gaudium, sensu incassum, quod causa exitii marito fuisset.* Quod autem eidem filia fuerit Martii Philippi, vitrici Augusti, ex fasto Fastorum patet, ubi dicit:

Sic ego, sic Cliis: chari monumenta Philippi
Aspicis, unde trahit Martia casta genus.

Nam Martius Philippus aedem Herculis Musarum extruxit, de qua eodem loco Ovidius mentionem fecit, & Suetonius in Augusto. Micyll. Vide Masson. vitam Ovidii ad A. V. C. DCCXXXI. & DCCLXVII.

142. *Et tensa.*] Hoc pro *tensis* explicuerunt Lipsius ad Tacit. i. Annal. cap. 5. Menag. in Amoen. jur. cap. 39. sed verum hujus verbi usum offenderunt Gronovius lib. ii obs. 3. & in addendis. & Perizon. ad Sanctii Minerv. lib. iii. cap. 2. not. 3. Burm.

143. *Aust.*] *Illam* Basil.

143. *Laudantibus.*] *Tystantibus* Patav. *Illis* Leidens.

146. *Proxima.*] *Ultima* duo.

148. *Non potes.*] *Nec potes* duo. *hic* Moretti.

149. *Ve-*

Flensque rogat, precibus lenito Caesare vestris,
Busta sui fiant ut propiora viri.

149. *Vestrasque amplectitur aras.*] Vide quae dixi Eleg. v. lib. iv. Trist. Ciofan. *Vestras complectitur* Ms. Bersm. & tres.

150. *Jure venit cultos.*] Unus Vatican. *notos.* nihil mutandum puto: & tamen notandum censui. Ciofan. Versus, nisi fallor, spurius, & quem pro Ovidiano vix admiserim. Heins. Cogitabam aliquando,

pure venit cultos ad sibi saepe Deos.

ut *pura* dicatur, quia aberat vir. debebant enim, ut notum est, *pure & caste Deos adire.* sed potius legendum puto,

Jure venit cultos ad sibi saepe Deos.

ad sibi quisque Deos olim conjecerat Heinsius. Francius magis temere, *Turaque sera cultos ad sibi rite Deos.* Burm.

151. *Lenito.*] *Mollito* duo. *principe* unus. mox Francius pro *busta* malebat, *Justa suo fiant ut propiora viro.*

Epistola III.

RUFINO.

Hanc tibi Naso tuus mittit, Rufine, salutem;
Qui miser est, ulli si suus esse potest.
Reddita confusae nuper solatia menti
Auxilium nostris spemque tulere malis.
Utque Machaoniis Paeantius artibus heros
Lenito medicam vulnere sensit opem:
Sic ego mente jacens, & acerbo saucius ictu,
Admonitu coepi fortior esse tuo.
Et jam deficiens sic ad tua verba revixi,
Ut solet infuso vena redire mero.

Non

Abest tota haec epistola à Sarraviano codice. Argentoratensis post proximam epistolam collocabat. Heins.

2. *Ulli.*] *Ullus* Vatican.

3. *Menti.*] *Mentis* Moreti.

4. *Spemque tulere malis.*] Liber Urs. & Mass. *dedere.* Ciofan. Ita tredecim libri.

5. *Utque Machaoniis Paeantius artibus heros &c.*] *Machaoniae artes* propriè hoc loco accipiendae pro iis, quibus Machaon, Aesculapii filius, Philoctetem curavit. Sequitur enim Ovidius eorum opinionem, qui Philoctetem hydrae morsu saucium ac laborantem, coque à Graecis in Lemno relictum, postea, monitu oraculi revocatum, & ad Trojam reversum, à Machaone curatum dicunt. Cujus rei & Orpheus meminit, is qui de lapidibus scripsit. ille enim ostritae gemmae remedio vulnus Philoctetae sanatum tradit, his versibus:

Νῦν ὅ γε λεχεῦσιν ὑπὲρ λίθου ἐστεφάνωται,
Ἀκμητοῦ, πάλαμαι πάσης, ἀδαμάντινον εἶδος.
Λύτοκασιγνήτου παλαιὸς, ὃς ἰήσατο τέχνῃ
Ἡ ἐπὶ πεῖ ἀναστὰ λαβὼν ἐβρίθετο ἶδρις
Ἕρπετα φιλοκτέανα, Μαχαονίοις τέκνα τέχνης.
Οὐ μὴν πᾶς κεῖνόν Ποιάντιον ὕστερος ὄρνυ
Νόσου ἐπιφρίξας ἀπαρτηλὸν, κεῖνον πάρ,
Ἀλλ' ὃγ' ἀλεξίκακον μετὰ πατρὸς ἀγαγὼν
Λῆμνον, ἵ νιν κε πύθοιτο, βαλὼν ἐπὶ φοίνικα μαχῆι
Σῶσεν ἐπὶ Τρώεσσιν Ἀλεξάνδρου φονῆα.

Calaber autem lib. 9. curatum Philoctetem dicit non à Machaone, sed à fratre ejus Podalirio. Contra Sophocles neque ab hoc, neque ab illo, sed à patre Aesculapio. Reliquam Philoctetae fabulam vide Iliad. 2. & apud Hyginum. Micyll.

8. *Admonitu.*] *A monito* Putean.

10. *Ut solet infuso vena redire mero.*] Vide, an magis de *vena*, cujus pulsu medici valetudinem hominis explorant, intelligendum sit. Nam sy-

copi

Non tamen exhibuit tantas facundia vires,
Ut mea sint dictis pectora sana tuis.
Ut multum nostrae demas de gurgite curae;
Non minus exhaustio, quod superabit, erit.
Tempore ducetur longo fortasse cicatrix.
Horrent admotas vulnera cruda manus.
Non est in medico semper, relevetur ut aeger.
Interdum docta plus valet arte malum.
Cernis, ut è molli sanguis pulmone remissus
Ad Lygias certo limite ducat aquas.
Adierat ipse licet sacras Epidaurius herbas;
Sanabit nullâ vulnera cordis ope.
Tollere nodosam nescit medicina podagram,
Nec formidatis auxiliatur aquis.

Cum

Cura quoque interdum nullâ medicabilis arte;
Aut, ut sit, longâ est extenuanda morâ.
Cum bene firmarunt animum praecepta jacentem,
Sumtaque sunt nobis pectoris arma tui;
Rursus amor patriae, ratione valentior omni,
Quod tua texuerunt scripta, retexit opus.
Sive pium vis hoc, sive hoc muliebre vocari;
Confiteor misero molle cor esse mihi.
Non dubia est Ithaci prudentia: sed tamen optat
Fumum de patriis posse videre focis.
Nescio quâ natale solum dulcedine captos
Ducit, & immemores non sinit esse sui.
Quid melius Româ? Scythico quid frigore pejus?
Hinc tamen ex illâ barbarus urbe fugit.

Cum

cepi colligit, aut aliqui deficientibus, vinum, ac limites mihi figentes mihi, vitalem spiritum ac pectus vena palpitans. Eo huc etiam pertinet, quod paulo ante dixi, *Ego desiderio jam ad tua vadis dimittor, ego.* Vulcan. *Affuso* Twissenius. quod praeterea ille quae notamus ad Artis lib. I. [illegible]

Arida [illegible] *guttura siccit aqua.*

[illegible] et vino alii codices, in quibus, *effusa nova*, pro vena nonnulli, *flamma*, vel *vina*, Forte, Vesta, pro igni. Silius libro VI.

Procella extremis fovit & parcere Vestae
Jussa rogatus.

et apud Nonnum lib. IV. Georg.

Tu Jupiter ardentem perfudit mollius Vestam.

Heins. Vulgatam lectionem, quae mihi bona atque adeo optima est, Burmanno laudo. si enim libri manuscripti literati, non ita libris variatum fuisse, vena pulsus est venae, ut & mille locis. vulnus vena fuit, cum motum suum, postquam concluerat, recepit. cum *ardet & motus & mens* de Caesare lib. III. 17. loquimur est. Vinum in illo est absolutum docuit Seneca Ep. 95. *Antiqui Medici* [illegible] *exercitum sapius, & vino fulcire* [illegible] de dimid. III. 7. *Quid affulsit* [illegible] *& cum validis vina ut* [illegible] *momentis confluxit, incipit flamma cito tempora, & cadentes* [illegible] *regit.* Hue quoque faciunt vel maxime ipsius vetus locus Lucil. I. lib. III. *Cumque ego* [illegible] *ad exhibitum festis venit sagacibus* [illegible] *& illius lecto hunc loco videtur unice* [illegible] *effectus, ubi agimus de vase, ut* [illegible] *sitcerum est? vas, quod* [illegible] *Cicer. I. Tusc. Quaest.* [illegible] *in animo parandus esse, qui* [illegible] *in digni non sit, quamcumque,* [illegible] *infundamus.* deinde translatione, si qua est, levi de eo, qui pro vase est. cui potum fc. aut impingas nolenti, aut sumere per se nequeunti invergas, hic idem Philip. II. *His nuper feroris filio infudit venenum, non dubito.* Virgil. Georg. III. *Profuit infesto latices infundere cornu Lanuvio,* similli sententia Horat. Epod. V. *Maius parabo, maius infundam tibi Falernum poculum.* Auctor Electr. Lyon. Vindicaveram jam ante has notas viris, isdem Senecae & nostri locis *tò venas.* quae expunxi, ne plagii suspicionem incurrerem. facit huc quoque locus ex Ep. VI. 36.

Nec spes hanc vena deficiente cadit.

vita rudere Barthii & alii codices. *surgere vena* Moreti. *venam* autem apud Nostrum & alios pro arteria debere fumi, docuerunt Jac. Nicolaus Loensis lib. IV. Miscel. Epiph. 22. & Meibomius ad Cassiodori Formulam Archiatr. 66. Burm.

11. *Non tamen.*] *Nec tamen* scripsi & edidi quidam. *fiducia vires* etiam Junius.

13. *Ut multum demas nostro de pectore curas.*] Argent. & quinque alii, *nostrae de gurgite curae.* elegantes & vere, & si quid video. sic *gurges vitiorum* Ciceroni. Heins. Similis est locus V. Trist. II. 20. *quam superabit* Argent.

18. *Docta.*] *Medica* Ms. Bersm.

19. *E molli sanguis pulmone remissus.*] Non tantum ex vulnere, sed ex morbo quoque. Id enim participium, *Remissus*, innuere videtur: quotidiem fere, quod rejectus atque evomitus significat. Sanguinis autem rejectionem, sive sputum, pro periculoso habitum fuisse, ex Celsi verbis etiam apparet, lib. II. cap. 7. ubi inquit: *Neque inter initia terreri oportet, si pituitae sputum mistum est ex rubo quodam & sanguine, dummodo flavum edatur.* Et rursum: *In pulmonis morbo si sputum primis diebus non fuit, deinde a septimo coepit, & ultra septimum manet, periculosum est. Quantoque mistos & inter se diductos colores habet, tanto deterius. Et tamen nihil pejus est, quam sincerum id edi, sive rubrum est, sive cruentum,* &c. Micyll. *Revulsus* sex. *repulsus* unus. *revulso* alius.

20. *Limite.*] *Tramite* Pricaeus ad Apul. Met. non video caussam. Heins.

21. *Sacras.*] *Siccas* Leid. *Podalirius* duo libri.

22. *Cordis.*] *Mentis* duo.

23. *Nodosam.*] Exemplo Horatii, qui lib. I. Epist. I. 31. *nodosam chiragram* dixit. nodi autem sunt articuli, unde *articularis morbus* dicta Podagra: ceterum Mercurialis lib. I. var. lect. 2. citat, *Solvere nodosam nescit medicina podagram.* Burm.

24. *Nec formidatis.*] *Formidandis* Moreti & quatuor alii. recte autem hydrophobiam ex canis rabidi morsu, unde rabies & certa mors sequitur, intelligit Merula & Bersmannus ex Mercuriali lib. I. var. 2. qui morbum hunc olim incognitum nuper demum Ovidii aetate apparuisse, neque adhuc ejus medicinam inventam fuisse, docet. Burm.

25. *Nulla est medicabilis arte.*] Unus Vatic. *non est meditabilis.* Ciofan. *Reparabilis* Barberin. *medicabitur arte* Arg.

26. *Aut si sit, longa est attenuanda mora.*] Liber Ursini, *Aut ut sit*, & reliqua. Ciofan. *Aut ut sit* plerique veteres, & *extenuanda* pro *attenuanda.* Heins. Francof. *aut ubi sit*: quod verum puto: cura vel sollicitudo mentis non est arte medicabilis, aut ubi incipit fieri sanabilis, non subito tolli potest, sed longa mora extenuanda est. Burm.

27. *Firmarunt.*] *Firmarint* Politian. & sex alii. *formarunt* Leid. & mox iidem, *sumptaque sint. formarunt* prim. Edit.

30. *Quod tua texerunt scripta retexit opus.*] *Texerunt* Patav & unus Hafniensis. Scribe, *texuerunt.* & vide quae noto initio Remedii Amoris. Heins. Et ita Barthius jam correxerat.

31. *Sive pium vis hoc, sive hoc muliebre vocari.*] *Sive hoc muliebre* plerique. nonnulli etiam, *Sive pium jus hoc.* Heins.

34. *Fumum de patriis posse videre focis.*] Locus ex Odyssea primo, vs. 56. transumptus. Versus Homeri sunt:

Ἀλλ᾽ ὅτε μιλτοπάρῃος καὶ αἰγυπιὸς λάχυσι
Θέλγει, ὄφρ᾽ Ἰθάκης ἐπιλήσεται, αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς
Ἱέμενος καὶ καπνὸν ἀνὴ πύρσιον νόησε
Πῆς γαίης, λιάσσειν ἱμείρεται.

Micyll.

35. *Dulcedine cunctos Ducit.*] Rectius duo Vaticani, *dulcedine captos.* Met. lib. I.

Arte nova vocisque Deum dulcedine captum.

Met. XI. 171.

——— *quorum dulcedine captus*
Pana jubet Tmolus cithara praecedere cantu.

Juvenalis de Statio:

——— *tanta dulcedine captos*
Allicit ille animos.

Heins. Bersmannus notat alios habere, *mellit.* alios *detinet, immemores.*

37. *Scythico quid frigore pejus.*] *Littore pejus* codex Scaligeri, & duo alii. recte etiam hoc. Heins. Nescio quare *frigore* minus displiceat, cum toties de eo in his libris queratur. vid. ad IV. Trist. 1. 45. deinde, *urbe venit.* Francof. & quinque alii, quod non sequor. *fugit* enim studium & celeritatem, qua patriam, relicta Roma, revisit, exprimit. Burm.

Cum bene sit clausae caveâ Pandione natae;
  Nititur in silvas illa redire suas.
Adsuetos tauri saltus, adsueta leones
  (Nec feritas illos impedit) antra petunt.
Tu tamen exsilii morsus è pectore nostro
  Fomentis speras cedere posse tuis.
Effice, vos ipsi ne tam mihi sitis amandi,
  Talibus ut levius sit caruisse malum.
At puto, quà fueram genitus, tellure carenti,
  In tamen humano contigit esse loco.
Orbis in extremi jaceo desertus arenis:
  Fert ubi perpetuas obruta terra nives.
Non ager hic pomum, non dulces educat uvas:
  Non salices ripà, robora monte virent.
Neve fretum terrâ laudes magis; aequora semper
  Ventorum rabie, solibus orba, tument.

Quo-

39. *Sint clausae cavea Pandione natae.*] In Aldina editione legitur, *Cum bene sit clausa cavea Pandione nata; Nititur in sylvas illa redire suas.* Videlicet ut de sola Philomela intelligatur. haec enim in sylvis nidificare solet, cum hirundo sub tectis & aedificiis urbium plerunque pullos suos educet. Sed quid si legas, *Cum bene sit clausas cavea Pandione natae*: ut sit sensus: Quantumvis bene est lusciniae caveâ inclusae, nititur tamen exire in sylvas suas: *Bene esse*, pro bene ac commode vivere, positio. Caeterum Pausaniae locus, qui hic à Micyllo citatur, quoniam passim corruptus, ac verbis perperam translatis habetur, placuit eadem illa verba Graeca hic subjicere, ne quid studiosus hic quoque in parte desideret. Sunt autem libro primo sive Atticorum cap. 5. haec: [illegible] Micyll.

Aldinum, *Cum bene sit clausa cavea Pandione nata*: unde divinat Micyllus legendum esse, *Cum bene sit, clausas cavea, Pandione natas.* Sed vulgata lectio sequentibus magis convenit. Sensus est, Quamvis commode vivant in cavea hospita lusciniae, tamen libertatem silvarum quaevis magis expetit. Fabric. *Sint* plerique veteres. *sit* Argentinus, Farnesianus: & unus Vaticanus. optime. nec hanc Micylli conjecturam Fabricius improbare debuit. duo ex nostris cum Aldina editione, *cum bene sit clausa Pandione nata.* verum proxime. Heins. De illa formula *bene est*, vid. ad Petron. cap. 34. & 65. & supr. iv. Fast. 399. v. Trist. xii. 41.

40. *Nititur in silvas quaeque redire suas.*] *Illa redire* Argent. & decem alii. probe. nisi pro *quaeque* mavis reponi, *utque*. Heins. *Ad silvam quaeque redire suam* Polit.

43. *A pectore nostro.*] *E pectore* cum melioribus. pro *cedere* versu proximo unus Vaticanus, *cedere*, pro *pellere*. & tum *Te*, pro *Tu* sit scribendum. Heins. *Ex pectore* Micyll. Gryph. Bersm. & alii.

44. *Fomentis.*] *Fomitibus* Francof. de quo cogitandum.

45. *Effice.*] *Efficite vos* Bas. *Efficite hoc*, ipsi Vatican. mox, *caruisse malis* unus.

49. *Extremi*] *Extremis* fere omnes. *humano solo* unus in praecedenti versu. quae eadem varietas VI. 78.

49. *Jaceo desertus.*] *Projectus* Francof. ut saepe in his & Tristium libris.

51. *Non dulces educat uvas.*] *Herbas* Argent. & multi

Quocumque adspicias, campi cultore carentes,
  Vastaque, quae nemo vindicet, arva jacent.
Hostis adest dextrâ laevaque à parte timendus;
  Vicinoque metu terret utrumque latus.
Altera Bistonias pars est sensura sarissas,
  Altera Sarmaticâ spicula missa manu.
I nunc, & veterum nobis exempla virorum,
  Qui forti casum mente tulere, refer.
Et grave magnanimi robur mirare Rutili,
  Non usi reditûs conditione dati.
Smyrna virum tenuit, non Pontus & hostica tellus;
  Pene minus nullo Smyrna petenda loco.
Non doluit patriâ Cynicus procul esse Sinopeus:
  Legit enim sedes, Attica terra, tuas.
Arma Neoclides qui Persica contudit armis,
  Argolicâ primam sensit in urbe fugam.
Pulsus Aristides patriâ Lacedaemona fugit:
  Inter quas dubium, quae prior esset, erat.

Cae-

multi alii. Heins. Ego *uvas* retineo, eisque melius epitheton *dulces*, quam herbis convenire puto. vid. & infr. Epist. vii. 13. & iii. Trist. x. 71. Burm.

54. *Tument.*] *Rigent* duo libri.

59. *Altera Bistonias pars est sensura sagittas.*] Manuscripta, nescio quam bene, *sensura sarissas.* Est autem *sarissa*, hasta perlonga, ut Livius de bello Macedonico. Ovid. xii. Met. 466.

Qui clypeo, gladioque, Macedoniaque sarissa.

Thraces sarissis usos esse non legi. Fabric. In altero Vatic. *pharetras*: in altero, *sarissas*. vulgata autem lectio reperitur in Ursini libro, quae correcta atque emendata est. Ciofan.

60. *Spicula missa manu.*] Lege ex quattuor iis libris, *missa*. Ciofan.

61. *Veterum nobis exempla virorum.*] Scribe, *veterum rerum*, vel invitis membranis, & Notas adi ad Fast. lib. v. ℣. 621. Heins.

62. *Casum.*] *Casus* Ms. Bersman.

63. *Et grave magnanimi.*] *I grave* malim, apposita repetitione, si quid video. Heins.

63. *Rutuli magnanimi &c.*] *Rutuli* vulgo legunt, quasi hujus nominis sit *Rutulus*, aut *Rutulius*. Ego autem *Rutili* legendum puto, per syncopen scilicet, aut apocopen, à nominativo *Rutilius*. Ita enim & apud Valerium, & Ciceronem, & Livium legitur, libro septuagesimo. & apud Tacitum item, qui de eodem meminit libro tertio. Sunt praeterea & qui gemino *ll* scribant, *Rutilli*: quod ipsorum judicio relinquo. Tametsi non ignorem, syllabam eam alias corripi, alias produci solere: perinde & illam, quae prima ejusdem nominis est, ut libro sexto Fastorum: *Hanc tibi, quo properas, memorant dixisse, Rutili. Luce mea Marso consul ab hoste cades.* Et apud Martialem libro quinto: *Famae Rutilium suae relinquas*, & caetera. quod metrum Phalaecium est. Micyll. In iisdem, *Rutulli* per duplex *ll*, Ciofan.

65. *Et hostica terra.*] Multi libri, *et hospita*. forte scripserit, *non Pontus, inhospita tellus*, per appositionem, & ut alludat ad cognomen, *Axeni*. Burm.

67. *Sinopeus.*] *Remotus* Excerpt. Voss.

70. *Primam sensit in urbe fugam.*] Cum *sentire* in malam partem fere capiat Noster, ut modo vers. 39. & alibi dictum, non capio quid sit, *sentire primam fugam*, nisi ex initio exilii grandem jam calamitatem experiri. atqui contrarium vult auctor noster, non fuisse admodum grave exilium, quia statim urbem Argos, concessit, quae vix Athenis concedebat. quare legendum,

Argolica num quam sensit in urbe fugam?

an se exsulem esse sensit Argis? vel, *dic, quam*. si vulgata retinenda, legenda est per interrogationem, *Argolica an primam?* Burm.

74. Thes-

Crede puer fatis Parcendum. Opunta reliquit,
Thessaliamque adiit, hospes Achillis, humum.
Exul ab Haemoniâ Pirenida cessit ad undam,
Quo duce trabs Colchas sacra cucurrit aquas.
Liquit Agenorides Sidonia moenia Cadmus,
Poneret ut muros in meliore loco.
Venit ad Adrastum Tydeus Calydone fugatus;
Et Teucrum Veneri grata recepit humus.
Quid referam veteres Romanae gentis, apud quos
Exsulibus tellus ultima Tybur erat?
Persequar ut cunctos; nulli datus omnibus aevis
Tam procul à patriâ est, horridiorve locus.
Quo magis ignoscat sapientia vestra dolenti,
Qui facit ex dictis non ita multa tuis.
Nec tamen inficior, si possint nostra coïre
Vulnera; praeceptis posse coïre tuis.
Sed vereor, ne me frustra servare labores;
Neu juver admotâ perditus aeger ope.

Nec

74. *Thessaliamque.*] *Thessaliamque* quatuor libri. vid. I. Fallor. 478.

75. *Ad undam.*] *Ad urbem* Vatican.

76. *Quo duce trabs Colcha sacra cucurrit aqua.*] Opinor Nasonem scripsisse, *Colchas aquas.* ut jam monui Trist. lib. v. Eleg. VII. nam unus Medic. & prima edito,

Quo duce Colchicas Argo cucurrit aquas.

Heins.

80. *Grata.*] *Sacra* Putean.

81. *Quid referam veteres Romanae gentis, apud quos Exsulibus tellus ultima Tybur erat?*] Lib. VI. Fastorum:

Exsilio mutant urbem. Tiburque recedunt,
Exsilium quidam tempore Tibur erat.

Ciofan.

83. *Persequar.*] *Prosequar* Servii & Barberin. & Berlinian.

83. *Nulli datus omnibus aevis.*] Rottendorphianus, *omnibus* ex his quod placet. *omnibus illis* Aurandianus. Heins. Nihil mutaita Nolter II. Met. fab.

—— —— *non sim mortalis, & aevis*
Omnibus ut mansi.

Burm.

86. *Qui facit ex dictis non ita multa tuis.*] Quae vis in sententiam consequitur ita multa ut vellet. Ovidius ita ex parte dolorem tollere. *ex dictis*, ex rationibus quas dixit. Mascul. Mocelt, quae tuis dictis non ita multa valet, in dolore meo tollendo. Barth. *Quae facit* unus Vatic. at Argentinus, *Qui facit.* quomodo Tanaquillus Faber lib. II. Ep. 67. conjicit. Ego olim legebam, *Si facio.* Heins. Sed alibi vulnus est, quod manus potest: nam quis ferre potest, *non ita multa tuis, & posse coïre tuis.* legendum, ni fallor, *Quae facit ex dictis non ita multa suis.* Auctor. Elect. Evon. *Suis* est in Morelli libro pro var. lect. sed vellem vir doctus sententiam suae emendationis nobis explanasset, quae deberet esse, tua sapientia, quae ea, quae dicit, non facit. atqui haec esset intempestiva expostulatio, nec conveniret sequentibus. quare *qui* retinendum, & legendum forte,

Qui capit ex dictis non ita multa tuis.

id est qui vim consolationis tuae, & argumentorum, quae adhibes, non potest prae dolore capere. vel,

Qui capit ex dictis commoda nulla tuis.

nam *commoda multa* in Barberin. erat. *dicta* sunt propriè sapientum, quae mox, *praecepta* vocat. vid. III. Tr. III. 62. Burm.

87. *Si possent.*] *Possint* meliores. Heins.

89. *Ne me frustra servare labores.*] *Servare* scripsi. & paulo ante pro *praeceptis posse coïre tuis*, unus Hafniensis, *fomentis.* quomodo paulo ante Pf. 44. Heins. *Servare vellitis* Polit. & Vatican.

90. *Nec juvet admota perditus aeger ope.*] Illist, *juver* legitur, passiva voce, ut sit sensus: Nec aeger ipse perditus, sive desperatus, juver ope & cura tua admota. quae lectio melior ac planior est. Meminit Rutilii hujus & Seneca lib. VI. de beneficiis. 37. Micyll. Alter Vaticanus, *pristinus aeger*

Nec loquor haec, quia sit major prudentia nobis;
Sed sim quam medico notior ipse mihi.
Ut tamen hoc ita sit, manus tua grande voluntas
Ad me pervenit, consultiurque boni.

90. Ciofan. An, *proditus*, ut saepe pro *perditus*? non etiam ab Heinsii manu est. *nec valet* Ms. Heinsian.

91. *Nec loquor haec quia sit major prudentia nobis, Sed sim quam medico, notior ipse tibi.*] Aldinum recitus, *sed sum, quam medico notior ipse mihi*, cum quo sunt manuscripta. Fabric. Lib. Ursini, *quin sit major prudentia nobis, Sed sum quam medico, notior ipse mihi.* Vatic. etiam, *mihi*, non *tibi*, habent. Masseianus etiam. Ciofan. *Sed sim* priscae editiones. Heins.

91. *Prudentia.*] *Sapientia* Putean.

94. *Consultique boni.*] *Consuluitque boni* plerique veteres. Argent. & alii nonnulli, *consiliumque dedit* vel *tulit.* duo, *consiliumque boni.* praeterea versu praecedenti quidam, *ut tamen haec ita sint.* non, *hoc ita sit.* scribe,

Ut tamen haec ita sint, manus tua grande voluntas
Ad me pervenit, consuluitque boni.

Heins. Eandem video & apud Berlinianum conjecturam: sed vereor, ut ita delungi liceat. Nec sane mihi sit credibile Nasonem audium adeo fastidium contempsisse, at illa versuum initia continuare potuerit,

Nec loquor haec (seu *hoc*) *quia sit.* —
Sed sim quam — — —
Ut tamen haec ita sint —

At illum si credimus dedisse, *ut tamen hoc sedeat*, sic inficetiarum absolvemus, & ortum glossematis *vtū ita sit*, a ratione verbi *sedeat* usu agnoscemus Auctor Electr. Evon. Barbius conjiciebat, *consuluitque bene*; quia frigidum credebat postquam grande munus appellavit; postea dicere se boni consulere.

Epistola IV.

UXORI.

Jam mihi deterior canis adspergitur aetas;
Jamque meos vultus ruga senilis arat:
Jam vigor, & quassо languent in corpore vires;
Nec, juveni lusus qui placuere, placent.
Nec, si me subito videas, agnoscere possis:
Ætatis facta est tanta ruina meae.
Confiteor facere haec annos: sed & altera causa est,
Anxietas animi, continuusque labor.
Nam mea per longos si quis mala digerat annos,
(Crede mihi,) Pylio Nestore major ero.

Cer-

3. *Quassо.*] *Quassae* Servii liber. *nam vigor* Junian.

4. *Nec juveni lusus qui placuere, juvant.*] *Qui placuere placent* concinnius Thuaneus unus. Heins. *Nec juvenum* Leidens.

5. *Nec si me subito cognoscere.*] E manuscripto, *Nec me si subito videas, agnoscere possis.* Fabric. In iisdem libris, *agnoscere*, prodo. Eleg. ult. hujus libri.

Vix igitur possis visos agnoscere vultus.

Ciofan. *Agnoscere* & Barbini codex habet.

6. *Ætatis.*] *Ætati* malim. Heins Sic & conjiciebat Heinsius Epist. XII. 32. *illa fuit mentі prima ruina meae.*

8. *Continuusque labor.*] Liber Ursini, *dolor.* Ciofan.

9. *Mala digerit annos.*] *Per multos annos* Morelli. *computat* unus. *duxerit annos* duo. quod non spec-

Cernis ut in duris (& quid bove firmius?) arvis
Fortia taurorum corpora frangat opus.
Quae numquam vacuo solita est cessare novali,
Fructibus adfiduis lassa fenescit humus.
Occidet, ad Circi si quis certamina semper,
Non intermissis cursibus, ibit equus.
Firma sit illa licet, solvetur in aequore navis,
Quae numquam liquidis sicca carebit aquis.
Me quoque debilitat series immensa malorum,
Ante meum tempus cogit & esse senem.
Oda corpus alunt; animus quoque pascitur illis.
Immodicus contra carpit utrumque labor.
Adspice, in has partes quod venerit Æsone natus,
Quam laudem à serâ posteritate ferat.

Át

spernendum. *decere* enim verbum Arithmeticae & rationinio proprium esse docuit Gronovius II. Observ. 12. nihil tamen temere mutem. vid. ad XII. Met. 21. Burm.

10. *Pylie*] *Elide* Ms. Bersm. memor hujus epitheti librarius erat ex lib. XIII. Met. 63.

12. *Quae.*] *Quae* quatuor libri. male. *opus* passim de agriculturâ dici notum est. *humus* sex & excerpta Vossii.

14. *Fructibus assiduis.*] Et hic, *Frugibus* cum Twisdenio & altero Thuaneo. Vide Notas Fast. lib. I. ℣. 699. Heins.

15. *Occidet, ad Circi si quis certamina semper.*] Lucius Tacit. qui hic à Merula citatur, de Trojae luso, qui aliquando in Circo à pueris nobilibus celebratus fuerit, libro undecimo habet: his verbis: *Sedente Claudio Circensibus ludis, cum hastati veliti equis ludicrum Trojae inirent, interpositi ex Equestribus Imperatores Troiani, & L. Domitio adjutante mox in imperium & cognomentum Neronis adsciscendo, favor plebis acrior in Domitium, cui praetexti assurgebant est, &c.* Haec ille. Sed hic non de hoc ludo lecto, sed in genere de omnibus equestribus certaminibus, quae in Circo fieri solebant, intelligendum. Merula.

17. *Firma sit illa licet, solvetur in aequore navis.*] Melior lectio est in utroque Vatican. *ipsa.* Cuiac. Heinsius ad lib. II. Amor. VI. 14. citat, *Firma antiqua loca*, sed deceptâ memoriâ virum doctissimum, hoc nomine parum eleganter dicti puto. *In aequore pappis* Vatican.

18. *Quae numquam liquidis sicca carebit aquis.*] Supervacuum erat, hoc loco verbum ullum adjungere, explendi causâ, cum sensus per se plenus & expeditus sit, nisi Merula praeter rem sole lucidius, nullo egere subsidio atque supplemento. Ille autem ordo verborum: Navis illa, quamvis firma, solvetur in aequore, quae nunquam carebit aquis, sicca ipsa, sive in sicco existens. Micyll.

19. *Series immensa laborum.*] *Malorum* Sarrav. Argent. Scaligeri, & duo alii. in Tristibus, IV. 38.

Si tanti furiis fit tibi nota mali.
Heins.

20. *Ante meum tempus cogor & esse senex.*] In veteribus, omnibus, *cogit & esse senem*, multo rectius, si superius carmen cum sequenti conjungendum putes. Ciofan. Ita & Barthius ex suis.

23. *Quia venerit.*] *Quod venerit* meliores, proximo versu *τὸ à* Sarrav. Polit. aliique omittunt. Heins. *Qui venerit* Regius.

25. *Leviorque minorque.*] *Minorque est* omnes fere scripti. sed *leviorque minorque* fere idem notant. quare mallem, *brevioreque minorque*, & tempore brevior, & curis & molestiis minor. ita supra *brevis & brevis* commutari vidimus Eleg. II. 64. & III. Trist. VI. 27. & alibi. Burm.

28. *Thessaliae.*] *Thessalicae* Vatican. unus. *Thessalico* alius. unde Heinsius, *Thessalio*, ut Eleg. praeced. ℣. 74.

30. *Terra timet.*] In antiquis, *tremit.* quod verbum majorem efficaciam habere videtur. Fabr.

31. *Junctior.*] Difficilion nescio an genuinae notae. Heins. Nescio cur movendum, si legatur,

Junctior Haemonia est Ponto, quam Roma sinistro.

junctior pro vicinior, eleganter & Latine. Ita Eleg. de Nuce ℣. 1. *Nux ego juncta via.* Cicer. X. ad Att. 12. *nam & juncti sunt & diligentes*, ut recte Gravius. V. Gronov. ad Liv. XXII. 20. & ad Stat. VI. 25. *finister & laevus Pontus* passim in his & Trilium libris. Burm.

33. *Ille*

At labor illius nostro leviorque minorque:
Si modo non verum nomina magna premunt.
Ille est in Pontum, Pelia mittente, profectus,
Qui vix Thessaliae fine timendus erat.
Caesaris ira mihi nocuit; quem Solis ab ortu
Solis ad occasus utraque terra tremit.
Junctior Haemonia est Ponto, quam Roma sinistro,
Et brevius, quam nos, ille peregit iter.
Ille habuit comites, primos telluris Achivae:
At nostram cuncti destituere fugam.
Nos fragili vastum ligno sulcavimus aequor:
Quae tulit Æsoniden, firma carina fuit.
Nec Tiphys mihi rector erat: nec Agenore natus
Quas sequerer, docuit, quas fugeremque vias.

Illum

33. *Ille habuit comites primos telluris Achivos.*] Catullus:

Cum lecti juvenes, Argivae robora pubis.

Quo loco Muretus meus, florem heroum cum Jasone navigasse ex Theocrito ait. Ennius:

Utinam ne in nemore Pelio securibus
Caesae cecidissent abiegnae ad terram trabes:
Neve inde navis inchoandae exordium
Coepisset, quae nunc nominatur nomine
Argo, qua lecti Argivi delecti viri
Petebant illam pellem inauratam arietis
Colchis, imperio regis Peliae per dolum.
Nam numquam vera virgo virum mea domo efferret pedem.

Citat Priscianus de versibus Comicis. Ciofan.

34. *At nostram cuncti deseruere fugam.*] Libri veteres, *destituere.* Ciofan. *Destituere* vetustiores. Heins.

34. *Nostram fugam.*] Me in exsilium euntem. Ciofan.

36. *Firma carina.*] In nonnullis, *sacra carina fuit.* Nauger. Ita & multi ex nostris, & Berlmanni. quod repetitum ex Eleg. praeced. ℣. 76. *Quae solet Æsoni densa carina fuit* Sarrav. *Quae fubit Æsonides Argo carina fuit* Argent. *tuta carina* Vossii priori versu *fragili cymba* Putean.

37. *Nec Amyntore natus.*] In quibusdam, *nec Agenore natus*; & recte, ut Phineus scilicet intelligatur; qui cum vates esset, omnia Argonautas, quae illis agenda essent, docuit. fuit autem Phineus, Apollonio Rhodio & Val. Flacco authoribus, Agenoris filius, quamvis alii (ut Apollonii interpres ait) ex Phoenice Agenoris filio & Cassiopia genitos dicant, Cilicem, Phinea & Dorichum. Nauger. Sunt qui legant, *Nec Agenore natus*, quae lectio non placet. Alii legunt, *Nec Apollinis natus*, ut ad Mopsum referas divinandi peritum, Apollinis & Himantis filium, ut Theodontius docet, amicitiâ Jasoni fidâ conjunctum, ut scribit Lact. Gram. dicente Statio lib. Theb. 3. *Nec me ventura locuto Saepius in dubiis audiret Jasone Mopsus.* Unde hic etiam Ovidius non immerito scribit Jasonem habuisse, à quo doceretur, quas vias sequeretur aut fugeret. Fuit autem Mopsus cum Jasone ad rapiendum vellus aureum; de quo ita scribit Valer. Flac. in Argonaut.

Hinc vates, Phoebique fides non vana parentis;
Mopsus, puniceo cui circumfusa cothurno
Palla imos fuit alba pedes, vittaeque frontem
Cassis, & in summo laurus Peneia cono.

Sunt etiam qui legant, *Nec Himantide natus*: & ad eundem Mopsum referunt, ut sit patronymicum à matre deductum Himante, ut diximus. quae lectio non displicet. Aliqui potius legunt, *Nec Amyntore* natus: & ad Phoenicem referunt, Achillis praeceptorem & comitem, filium Amyntoris, ut docet Homerus Iliad. lib. 9. & nos plura diximus in enarratione ejus versus in primo de Arte amandi, *Flevit Amyntoriden per iniqua limina Phoenix.* ut poëta dicat, se non habuisse in ultimo tales comites, quales habuere Jason & Achilles. quod non placet, quia Poëta mala sua cum malis Jasonis confert, non cum malis Achillis. Merul. Varia hujus loci lectio est: sed ex omnibus iis, quas recenset Merula, optima atque verissima ea est, quam ipse in primis rejicit, nempe ut legamus,

Nec mihi Tiphys erat rector, nec Agenore natus
Quas sugerem docuit, quas sequerenque vias.

Intelligit enim Phineum Poëta, qui Jasoni viam, quam sequeretur, indicavit, & quo pacto petras Cya-

Illum tractа est cum Pallade regia Juno:
Defendere meum numina nulla caput.
Illum furtivae juvere Cupidinis artes;
Quas à me vellem non didicisset Amor.
Ille domum rediit: nos his moriemur in arvis,
Perstiterit laesi si gravis ira Dei.
Darius est igitur nostrum, fidissima conjux,
Illo, quod subiit Æsone natus, onus.
Te quoque, quam juvenem discedens Urbe reliqui,
Credibile est nostris insenuisse malis.
O ego, Di faciant, talem te cernere possim,
Caraque mutatis oscula ferre genis;
Amplectique meis corpus non pingue lacertis;
Et, Gracile hoc fecit, dicere, cura mei:
Et narrare meos flenti flens ipse labores;
Sperato numquam colloquioque frui:

Tu-

Germanicus, ostendit. Vocat autem Phineum Agenoridem etiam Apollonius, ut cum ait:

Ἠλιάδ' ἀπάντιον εἶσεν Ἀγηνορίδης ἔχε Φινεύς.

Et rursus:

Εἰ δὲ ἑκὼν ἐς αὐτὸν ἐτώσιος ἀνδράσι Φινεὺς
Ὄλβῳ μαιεύσασθαι ἐπ' ἀνθρώποισιν ἀγήνωρ.

Et Argonautica, quae Orphei titulo circumferuntur, his versibus:

Αἶψα δ' ἐπιπρὸ θοῶς Ἀγηνορίδαο λιπόντες
Κῶλα, διὰ μέσσην λάχναν ἁλὸς ἐξεμάσαντο.

Apud Flaccum autem ipse loquens de se, ait:

Non ego nunc, magno quod cretus Agenore Phineus,
Aut mutarem, mea quod vates insedit Apollo
Pectora, &c.

Neque adeo obscura erat historia Phinei, ut tanta desideretur opus esset, quippe quae Graece quidem ab Apollonio lib. I. apud Latinos autem à Valerio Flac. lib. 4. copiose tractetur. Micyll. Quis ille sit ipse explicat Ovidius VII. Met.

Et erant Amymone Phoenix.

Naugerius legit, *nec Agenore natus*, ut intelligatur Phineus, è sententia Apollonii & Flacci. Merula scribit, alios legere, *nec Apolline natus*, ut intelligatur Mopsus, in Met. idem nescio quam aliam fingit lectionem in varia diversitate, ad magis eruditos relicta sententiam. Naugerii lectionem Micyllus comprobat. Fabricius. Lib. Usf. *nec Agenore natus*, utrumque ex fabula, sive historia comprobatur. Ciofan. *Agenore* Sarrav. Argent. Scaliger, & plures alii. ut de Phineo intelligatur. recte. quod Naugerius & Micyllus jam viderunt. hinc apud Val. Flaccum libro IV.

—— *magno prognatus Agenore Phineus.*

& Apollonius Rhodius libro Argonauticon, II.

Ἠλιάδ' ἀπάντιον εἶσεν Ἀγηνορίδης ἔχε Φινεύς.

ubi monet Scholiastes, Phineum à nonnullis Phoenicis filium, Agenoris nepotem haberi. qua in sententia fuerint Hesiodus, Asclepiades, Antimachus, Pherecydes, qui Phoenicis & Cassiopaeae filium faciunt. Hellanicum tamen Phineo patrem Agenora adsignasse. De monitis a Phineo datis, quomodo instituendum Argonautis esset iter, deque columba viam monstrante copiose egerunt idem cum Valerio Flacco Apollonius. Heins.

38. *Quas sequerer.*] *Quas fugerem docuit, quas sequererve vias* Ms. Berlin. & Regius, & Servii, & alii.

39. *Cum Pallade regia.*] *Casta cum Pallade* Putean.

41. *Artes.*] *Arcus* Argent. & duo alii.

42. *Non didicisset amans.*] *Amor* Sarrav. Argent. & tres alii. *Amoris praceptorem* se passim Noster appellat. Heins.

43. *In arvis.*] *In oris* Moretl, &, *si tamen ira* Regius.

46. *Natus opus.*] Melius in manuscripto, *Quod subiit Æsone natus onus.* Fabric.

50. *Caraque.*] *Pauscque*, vel *raraque* Arg. *teraque* Sarrav. latet aliquid.

50. *Oscula ferre comis.*] *Genis* praestat cum uno Hafnienfi & tribus Vaticanis. superiori versu pro *talem te* quidam, *te talem*. Censeo scribendum,

O

Turaque Caesaribus cum conjuge Caesare dignâ,
Dis veris, memori debita ferre manu!
Memnonis hanc utinam, lenito Principe, mater
Quam primum roseo provocet ore diem!

O ego, *Di faciant, vel talem cernere possim.* Heins Mallem, *O modo, di faciant, talem te cernere possem!* licet jam anum factam & malis nostris senescentem: Barthii codex, *ergo di faciant.* Burm.

56. *Debita ferre manu.*] Proprium in hac re verbum esse *ferre* notat Herald. ad Arnob. lib. VII. pag. 268.

57. *Lenito Caesare.*] *Principe* scripti. proximo versu pro *provocet* duo veteres, *provebat.* Forte. *provehat axe.* ut in Amoribus,

Flava pruinosum quae vehit axe diem. Heins.

Epistola V.

MAXIMO.

Ille tuos quondam non ultimus inter amicos,
Ut sua verba legas, Maxime, Naso rogat.
In quibus ingenium desiste requirere nostrum,
Nescius exilii ne videare mei.
Cernis, ut ignavum corrumpant otia corpus:
Ut capiant vitium, nî moveantur, aquae.
Et mihi, si quis erat, ducendi carminis usus
Deficit; estque minor factus inerte situ.
Haec quoque, quae legitis, (si quid mihi, Maxime, credis,)
Scribimus invitâ vixque coacta manu.
Non libet in tales animum contendere curas;
Nec venit ad duros Musa vocata Getas.

Ut

2. *Ut sua verba legas.*] *Scripta* multi codices. vid. Zinzerl. Diatrib. prior pag. 190.

3. *Requirere nostrum.*] Forte scripserit, *ingenium desiste requirere priscum.* Barth. XXXIX. 10. *desistas quaerere nostrum.* & ita sex codices. *desiste inquirere* Regius & Putean.

6. *Capiant.*] *Capiant vitio* Sarrav.

7. *Sic mihi.*] Veteres, *Et mihi.* Heins.

7. *Dictandi carminis.*] In aliis, *discenti.* in veteribus vero, *dicendi*, idque rectius puto. Cior. *dictandi* marg. Gryph. quod probat Berlinann. sed *dicendi* optimi scripti & editi. vid. ad V. Trist. XII. 63.

10. *Vixque coacta.*] Libri manuscripti; *vixque movente manu.* Fabric. Iidem libri, *vixque moventе manu.* libentius sequor. Ciofan. *Vixque coacta* meliores omnes cum primis editionibus. Gothorpianus, *rogata.* unus Vossianus, *notata.* Pe-to,

Scribimus invitâ vix properata manu.

vel, *perarata.* Heins. Barthius etiam, *vixque movente* ex suis profert, quod & Francofurtensis exhibet. neque puto temere repudiandum; est enim positum, pro vix se movente. vid. Gronov. II. Obs. 7. Burm.

11. *Animum contendere.*] *Divertere* Petri Servii codex. Forte, *animo deuertere.* de quo Met. VIII. nil tamen temere mutandum. Heins. *Animum nunc tendere* Barthianae membranae. in aliis, *animum dimittere*, (ut VIII. Met. 188. *ignotas animum dimittit in artes*) *componere, committere, protendere, adducere.*

12. *Nec venit in duros.*] *Ad duros* in vetustioribus. Heins. *In nostros* quidam libri Barthii.

Ut tamen ipse vides, luctor deducere versum.
Sed non fit fato mollior ille meo.
Cum relego, scripsisse pudet: quia plurima cerno,
Me quoque, qui feci, judice digna lini.
Nec tamen emendo: labor hic quam scribere major,
Mensque pati durum sustinet aegra nihil.
Scilicet incipiam limâ mordacius uti,
Et sub judicium singula verba vocem?
Torquet enim Fortuna parum, nisi Nilus in Hebrum
Confluat? & frondes Alpibus addat Athos?
Parcendum est animo miserabile vulnus habenti.
Subducant oneri colla perusta boves.
At puto, fructus adest, justissima causa laborum:
Et sata cum multo foenore reddit ager.
Tempus ad hoc nobis (repetas licet omnia) nullum
Profuit (atque utinam non nocuisset!) opus.
Cur igitur scribam miraris? miror & ipse:
Et mecum quaero saepe, quid inde feram.
An populus vere sanos negat esse poëtas;
Sumque fides hujus maxima vocis ego?
Qui, sterili toties cum sim deceptus ab arvo,
Damnosâ persto condere semen humo.

Sci-

13. *Luctor.*] *Cogor* Puteanus.

14. *Mollior ipse.*] *Ille* meliores. Heins.

15. *Cum relego.*] *Cumque lego* Mf. Berlm.

16. *Qui feci.*] *Scripsi* Regius & tres.

17. *Labor hic.*] *Labor est* Reg. *est quia* Servii.

22. *Et frondes Alpibus addat Athos.*] Junianus, *& montes*, quod verius puto: nam de frondibus in Athone non puto verisimile. posset & legi, *cautes*, vel *moles*. ut ita *fronte* & *mole* video commutari II. Ep. 132. Burm.

24. *Subducant oneri.*] Scribe, *subducant* vel contra libros. Heins.

25. *Justissima causa laborum.*] *Laboris* quidam. Lege,

At puto fructus adest justissima causa labori.

Heins.

27. *Tempus ad hoc nobis (repetas licet omnia) nullum.*] Scribendum, quicquid libri veteres dissentiunt,

Tempore ad hoc nobis (repetas licet omnia) nullo
Profuit (atque utinam non nocuisset!) opus.

Heins. Nescio cur *nullum* mutandum sit. licet enim varia carmina scripserit, nullum tamen sibi ad hoc usque tempus profuisse dicit. Sic in II. Tristium recenset opera sua, in quibus etiam laudes Caesaris cantatas dicit, sed nullum fructum inde cepit, immo contra in Arte scripta exitium sibi reperit. Burm.

30. *Et*

Scilicet est cupidus studiorum quisque suorum;
Tempus & adsuetâ ponere in arte juvat.
Saucius ejurat pugnam gladiator, & idem
Immemor antiqui vulneris arma capit.
Nil sibi cum pelagi dicit fore naufragus undis;
Mox ducit remos, quâ modo navit aquâ.
Sic ego constanter studium non utile carpo;
Et repeto, nollem quas coluisse, Deas.
Quid potius faciam? non sum, qui segnia ducam
Otia. mors nobis tempus habetur iners.
Nec juvat in lucem nimio marcescere vino:
Nec tenet incertas alea blanda manus.
Cum dedimus somno, quas corpus postulat, horas,
Quo ponam vigilans tempora longa modo?
Moris an oblitus patrii contendere discam
Sarmaticos arcus; & trahar arte loci?
Hoc quoque me studium prohibent adsumere vires;
Mensque magis gracili corpore nostra valet.
Cum bene quaesieris, quid agam; magis utile nil est
Artibus his, quae nil utilitatis habent.
Consequor ex illis casûs oblivia nostri.
Hanc satis est messem si mea reddit humus.

Glo-

30. *Et tecum quaero saepe quid inde petam.*] *Et mecum quaero* nonnulli veteres, & *feram*, ut infra,

——— *si te distantia longe*
Plëiadum laudent signa, quid inde feres?

Heins. *Quod* Ms. Berlman.

33. *Ab arvo.*] *In agro* Junian.

37. *Saucius evitat pugnas.*] In Patavino, *Saucius ejurat pugnam*: id est, se non repetiturum sancte confirmat, bellis serio renuntiat. Fabric. *Evitat pugnas*, habent, quibus utor, libri veteres: at Fabricius Patavini libri auctoritate mavult, *ejurat pugnam*, id est, ut ipse exponit, se non repetiturum sancte confirmat, bellis serio renunciat. judicent eruditiores. Ciofan. Vid. Gronov. Observ. in Scriptores Ecclesiasticos cap. IX. *at idem* Heinsius maluerat; nec mihi displicet. vid. IV. Fast. 101. *arma gerit* Moreti.

39. *Dicit fore.*] *Jurat fore* unus Heinsii.

40. *Et ducit.*] Elegantius & efficacius, quod in Francofurtensi est, *mox ducit remos.*

41. *Studium non utile servo.*] *Carpo* sex libri. id est, reprehendo. Heins. *Curo* unus.

44. *Otia, mors nobis.*] *Otia, morique mihi* Parnel.

46. *Nec tenet incertas alea blanda manus.*] Sic Martialis lib. IV.

Dum blanda vagus alea December.

Et ipse infra lib. IV. Elegia II.

Nam neque me vinum, nec me tenet alea fallax,
Per quae clam tacitum tempus abire solet.

Et libro I. de Arte:

Et revocat cupidas alea saepe manus.

Ciofan.

47. *Quas corpus.*] *Tempus quas* Puteanus & tres alii.

53. *Cum bene quaesieris quid agam.*] Puto, *Cum bene quaesierim, quod agam.* Heins.

56. *Si mea reddit humus.*] Aliter in vetustis: nempe, *si modo reddat ager.* Tanta varietas orta est, quod in antiquis codicibus obliterata interdum verba fuerunt, quae implevernnt de suo ingenio librarii. Fabricius. *Reddet humus* libri veteres. Ciofan. *Hanc satis est messem* Basilcenses & Petri Servii codex. Deinde scripti plerique cum prisci editionibus, *Si mea reddit humus*, vel *reddat.* Heins.

Gloria vos acuat: vos ut recitata probentur
Carmina, Pieriis invigilate choris.
Quod venit ex facili, satis est componere nobis:
Et nimis intenti caussa laboris abest.
Cur ego sollicita poliam mea carmina curâ?
An verear, ne non adprobet illa Getes?
Forsitan audacter faciam, sed glorior, Istrum
Ingenio nullum majus habere meo.
Hoc (ubi vivendum) satis est si consequor arvo,
Inter inhumanos esse poëta Getas.
Quo mihi diversum famâ contendere in orbem?
Quem Fortuna dedit, Roma sit ille locus.
Hoc mea contenta est infelix Musa theatro.
Sic merui; magni sic voluere Dei.
Nec reor hinc illuc nostris iter esse libellis,
Quo Boreas pennâ deficiente venit.

Di-

[illegible] Junian. & Putean. vid. ad [illegible]

[illegible] *Et minus intenti caussa* [illegible] tres etiam. *obest* Mo- [illegible] Vatic.

[illegible] *carmina curâ.*] *Limâ* [illegible] Vossianus & Hadrianus. ut supra,

[illegible] *mordacius uti,*

Heins.

[illegible] *Verear* placuit.

[illegible] Moreti.

[illegible] *Glorior* Putean. alius, [illegible] *Ingenio* pro *Ingenium* [illegible] Heins.

[illegible] *satis est si consequor* [illegible] Tulle [illegible] verbum substantivum [illegible] & repone, *consequor* cum me- [illegible] Heins.

[illegible] *Quo mihi* Sarrav. [illegible] optime. Vide [illegible] Sequenti versu [illegible]

[illegible] *Roma sit ille, locum.*

Heins. *Cui Fortuna* Membranae Barthii. *qua* [illegible]

[illegible] Regius.

[illegible] omnes fere scripti.

[illegible] Ita & infra vocat III. ℣. 6. [illegible] interpretatur, [illegible] quas [illegible] ad [illegible] cap. 1. jam refutavit, & de corpore hirsutis, non veste, capiendum censet. Burm.

75. *Vix credere possum.*] *Possim* Polit. & duo alii. & mox, *transiluisse* meliores, pro *transiluisse*. Heins.

76. *Indicium.*] *Judicium* Argent. & undecim alii.

77. *Quodque est mirabile.*] *Quidquid mirabile* Mr. Berlman. *miserabile* sex. *posse placere* Putean. & tres alii.

78. *Res juvat ista nihil.*] *Juvet* legendum. Heins.

79. *Quid tibi si calidâ prosit laudere Syene?*] In Sarraviano, *calida esprosit imidere sine*, mendosissime. codex Scaligeri, *positus laudere*. Scribe,

Quo tibi, si calidâ positus laudere Syene?

vel, quod malim, *positis*. *Quo tibi*. vide Notas Art. Am. lib. I. ℣. 303. quibus adde locum Propertii lib. IV. Eleg. III.

Nam mihi quo, Pœnis si purpura fulgeat ostris?

ubi perperam, *tibi purpura* tunc legitur. *positus* etiam eleganter. Pont. libro I. Eleg. II.

Non vacat in qua sint positi regione Tomitae
Quaerere.

infra Eleg. VII.

Ecquis in extremo positus jacet orbe tuorum?

lib. IV. Eleg. VI.

Quale tamen totui de exilio, Fruce, recenti
Vestra procul positus carmen in ora dedi.

Eleg. VIII.

Clausaque si mihi terra [illegible] in illo;
Qui [illegible] ab urbe, loco,

in-

Dividimur coelo; quaeque est procul urbe Quirini,
Adspicit hirsutos cominus Ursa Getas.
Per tantum terrae, tot aquas vix credere possim
Indicium studii transiluisse mei.
Finge legi, quodque est mirabile, finge placere:
Auctorem certe res juvet ista nihil.
Quo tibi, si calidâ positus laudere Syene;
Aut ubi Taprobanen Indica cingit aqua?
Altius ire libet? si te distantia longe
Pleïadum laudent signa, quid inde feras?
Sed neque pervenio scriptis mediocribus istuc;
Famaque cum domino fugit ab Urbe suo.
Vosque, quibus perii, tunc cum mea fama sepulta est,
Nunc quoque de nostrâ morte tacere reor.

infra lib. II. Eleg. X.

Ipse quidem positus cum sim sine cardine mundi,
Qui semper liquidis altior exstat aquis.

sic & ibi codices veteres. ut lib. III. Eleg. III.

Effice sit nobis non implacabilis ira,
Meque loco poni commodiore velit.

lib. IV. Eleg. II.

Si quis in hac ipsum terra posuisset Homerum.

Silius initio lib. III. 3.

Extemplo positos finiti cardine mundi,
Victor adit populos.

sub occasu positi Iberi apud auctorem Herculis Oetaei. sic *locatus Capuae* apud Symmachum libro primo epistola XXXI. *Scripta tua Capuae locatus accepi.* apud eundem libro I. Epist. 86. *Mediolani positus.* Heins. Vide ad lib. III. Trist. Eleg. XIII. 19.

80. *Aut ubi Taprobanen Indica cingit aqua.*] Plerique veteres, *pingit*. Scribe, *cingit*. quod Moreti codex confirmat. Ep. Acontii:

Insula, Coryciis quondam celeberrima nymphis,
Cingitur Ægaeo nomine Coa mari.

Metam. IV. 21.

Decolor extremo qua cingitur India Gange.

Epist. Ariadn.

Omne latus terrae cingit mare.

Heins.

82. *Quid indè feres.*] *Feras* meliores. Heins.

83. *Sed neque pervenio scriptis melioribus istuc.*] Iidem lib. & Maffeianus, *mediocribus*. quod sequens carmen, siquid ego video, confirmat. Ciof. Imo, *mediocribus* cum vetustioribus maxima ex parte. Heins.

85. *Vosque quibus perii tunc, cum mea fama sepulta est, Nunc quoque de nostra morte tacere reor.*] Non carmina aut libros suos alloquitur Poëta, quos de sua morte, hoc est, damnatione tacere velit, ut Merulae videtur, sed amicos. Neque illos tacere de se jubet: sed vereri se ait, ne id faciant, quandoquidem hoc vulgare ac tritum est scilicet, ut adversis rebus laborantem etiam amici obliviscantur. Cohaeret autem sententia horum versuum cum superioribus. Fama enim, inquit, mea cum domino suo ab urbe fugit, sive abiit. eoque etiam vos amicos arbitror jam mei exilii ac fugae, quae mortis instar mihi est, non amplius meminisse. Micyll.

Epistola VI.

*Græcino.

Ecquid ut audîsti (nam te diversa tenebat
Terra) meos casus, cor tibi triste fuit?

Dissi-

* *Graecino.*] Julii Graecini meminit Seneca, & laudat eum lib. II. de Benef. cap. 21. ubi vid. Lipsium. Scaliger legebat, *ad Pomponium Graecinum*. Incertum an ex conjectura. Heins.

Dissimules, metuasque licet, Graecine, fateri;
Si bene te novi, triste fuisse liquet.
Non cadit in mores feritas inamabilis istos;
Nec minus à studiis dissidet illa tuis.
Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est,
Pectora mollescunt, asperitasque fugit.
Nec quisquam meliore fide complectitur illas,
Qua finit officium, militiaeque labor.
Certe ego, cum primum potui sentire quid essem,
(Nam fuit attonito mens mihi nulla diu)
Hoc quoque Fortunae sensi, quod amicus abesses:
Qui mihi praesidium grande futurus eras.
Tecum tunc aberant aegrae solatia mentis,
Magnaque pars animae consiliique mei.

At

1. *Etquid ut.*] *Numquid ut* unus Heinsii. *Etquid ubi* Morelli. vide ad Epist. xv. 1.

3. *Metuasque licet.*] *Metuas licet o Graecine* Ms. Bersman.

4. *Triste fuisse liquet.*] Duo libri, *cor tibi triste fuisse*, Ovidiana repetitione.

6. *Nec minus à studiis dissidet illa tuis.*] Ita quidem Mediceus ac ceteri legunt, ut pronomen *ista* ad sententiam referatur. Sed quid si legas, *Nec mens à studiis dissidet ista tuis?* ut sit sensus: Nec mens ista tua alta est, quam sunt studia tua, hoc est, humana ac liberalis. ut sequens distichon sit velut ἐπεξήγησις quaedam ad praecedentia: videlicet, quod artibus ingenuis mollescant pectora, & fugiat omnis asperitas, &c. Sed tamen & prior lectio recte habet, si adverbia *Nec minus*, pro comparandi particula accipiamus. & pro *ista*, *illa*, ut etiam Aldina editio habet, reponatur. Micyll. *Nec minus à studiis dissidet ista tuis* scripti constanter, eadem nihilominus reponendum,

Nec mens à studiis dissidet illa tuis.

Sequentia confirmant hanc conjecturam, quam & postea in codice Twisdenano probae notae pro diversa lectione inveni notatam. Heins.

7. *Maxima cura est.*] *Copia magna est* unus Heinsii.

10. *Qua finit officium.*] Portasse legendum, *Cum finit.* Naugr. In alio codice legitur, *Cum finit*, quae lectio etiam magis placet. Merula. *Quam* vulgo fere legitur. At enim videtur pro *quamdiu*, scribendum esse *quam*, ut sit dictum pro quatenus, sive quoadusque, hoc sensu: Neque quisquam meliore fide sequitur studia humaniora, quam tu, quatenus id quidem per officium & labores militares ab te fieri potest. Nisi quis & *quam*, eodem modo pro quantum, positum mallit. Micyll. Merula & Naugerius legunt, *Cum finit.* sed legendum est, *Qua finit*, id est, quousque permittit, quatenus concedit. Ita sequente Elegia,

Quaque ego permisi, quaque est res passa.

Fabric. *Cum finit* Excerpt. Vossii & decem libri. Barthii omnes membranae, *cum finit officii.*

11. *Cum primum.*] *Quamprimum* Arg. & Vatican.

13. *Hanc quoque fortunam sensi.*] *Hoc quoque* Sarrav. Argent. Twisd. & octo alii. Barberin. *Hoc quoque fortuna.* proxime verum. Scribe, *Hoc quoque fortunae sensi.* idque in primo Mediceo & uno Thuaneo postea inveni. Heins. *Hoc* posset ablativo casu sumi. sensi fortunam in hoc quoque, quod tu abesses vid. ad II Trist. 106.

16. *Consiliique.*] *Consiliumque* duo libri, ita alibi etiam loquitur. vid. Ep. xvii. 268. sed an non praestat, *consiliumque meae.*

17. *Per opem precor eminus unam.*] Malim, *unum*, quod unum superest. Superiori versu rectius unus Vaticanus, *Magnaque pars animae*, quam *animi*, quod est in vulgatis, infra Eleg. ix.

Accipe pars animae magna, Severe, meae.

Pont. III. Eleg. iv. ut scribendum & illic,

Magnaque pars animae mecum vivitis amici.

Metam. viii.

——— *o me mihi carior, inquit,*
Pars animae consiste meae.

lib. III. Eleg. i.

Ultima pars animae dum mihi restat ades.

Rutilius in Itinerario de Rufo Venereo quaestura adepto:

Provecta est animae portio magna meae:
Victorinus enim nostrae pars maxima mentis.

Stre-

At nunc, quod supereſt, fer opem, precor, eminus unam:
Adloquioque juva pectora nostra tuo.
Quae (non mendaci si quidquam credis amico)
Stulta magis dici, quam scelerata, decet.
Nec leve, nec tutum, peccati quae sit origo,
Scribere. tractari vulnera nostra timent.
Qualicumque modo mihi sint ea facta, rogare
Define. non agites, si qua coire velis.
Quidquid id est, ut non facinus, sic culpa, vocandum.
Omnis an in magnos culpa Deos, scelus est?
Spes igitur menti poenae, Graecine, levandae
Non est ex toto nulla relicta meae.
Haec Dea, cum fugerent sceleratas numina terras,
In Dis invisa sola remansit humo.

Haec

Servet animae dimidium meae de Virgilio, Horatius. Statius in Sylvis libro III.

——— *dubio committitur alto*
Mettius; atque animae partem super aequora nostrae
Majorem transferre parat.

idem Statius libro V.

Tum sic unanimum moriens solatur amantem;
Pars animae victura meae.

Hieronymus praefatione Chronici, *quantaque nostrae pars tua sit, Cornute, animae, tibi, dulcis amice, ostendisse juvat.* Avienus Descriptione orae maritimae:

Pars mei cordis, Probe.

Sidonius Apollinaris:

Namque animae nostrae portio major eras.

D. Ambrosius Epistola LXIII. *Quasi animae portionum convenio meae.* Horatius libro II. Ode XVII.

Ah te meae si partem animae rapit
Maturior vis, quid moror altera?

Heins.

20. *Stulta magis dici, quam scelerata decet.*] Supra:

Stultaque mens nobis, non scelerata fuit.

Ciofan.

21. *Nec breve, nec tutum est.*] Infra lib. & Elegia II.

Lingua file, non est ultra tractabile quidquam,
Posse velim cineres obruere aute meos.

Quid autem esse potuit, in quo Augustum Ovidius offenderit, notavi in ipsius poetae vita, ex Aristotelis sententia. Ciofan. *Nec leve, nec tutum* veteres nonnulli. Adi Notas Trist. lib. I. Eleg. VI. Heins.

22. *Tractari.*] *Palpari* unus codex.

25. *Sic culpa vocanda est.*] *Vocandum est* praestat cum altero Thuaneo. Heins. Ita jam olim conjiciebat legendum H. Stephan. in Diatribe de gener. Epistolar. Ciceron. p. 143. ita II Trist. 315.

Non nisi peccatum, manifestaque culpa fatendum est.

Sed culpa Regius & Excerpt. Vossii. Burm.

26. *Omnis an in magnos culpa deos scelus est?*] Qualitatem sui facti tractat loco definitionis, quia, quod facto nomen imponat, nondum certus est. Igitur occupatio illa per interrogationem melior est, quam ea lectio, quae antehac in libris fuit. Fabric. Vetusta exemplaria, *omnis an &c.* cum interrogationis nota in fine carminis. Quae genuina plane est lectio: idque visum est & Fabricio. Ciof. *Omnis an in magnos culpa deos scelus est?* Quis dubitet? sed scripserat Naso, *ad magnos Deos*, vel, quod magis arridet,

Omnis an ad magnos culpa scelesta Deos?

ad Deos. id est apud Deos. vide Notas Fast. IV. 308, 310. Trist. lib. II.

Scilicet in Superis etiam Fortuna locanda est;
Nec veniam lacso numine casus habet.

Heins. Ego nihil mutem. nam culpa in homines non est semper scelus, sed in Deos culpa etiam pro scelere habetur, & dii iniqui & crudeles nullam inter culpam & scelus differentiam esse patiuntur. Barthius reperit in uno vetusto exemplari,

Omnia at in magnos sunt scelus ausa Deos.

quod ille sustineret defendere, si unus alterve codex accederet. *omnis enim in* unus Heinsii. *omnis at*, editi nonnulli. Burm.

Haec facit, ut vivat vinctus quoque compede fossor;
Liberaque à ferro crura futura putet.
Haec facit, ut, videat cum terras undique nullas,
Naufragus in mediis brachia jactet aquis.
Saepe aliquem follers medicorum cura reliquit;
Nec spes huic venâ deficiente cadit.
Carcere dicuntur clausi sperare salutem:
Atque aliquis pendens in cruce vota facit.
Haec Dea quam multos laqueo sua colla ligantes
Non est propositâ passa perire nece!
Me quoque conantem gladio finire dolorem
Arcuit, injectâ continuitque manu.
Quidque facis? lacrimis opus est, non sanguine, dixit:
Saepe per has flecti Principis ira solet.
Quamvis est igitur meritis indebita nostris,
Magna tamen spes est in bonitate Dei.
Qui ne difficilis mihi sit, Graecine, precare:
Confer & in votum tu quoque verba meum.

In-

27. *Perque levandas.*] *Penamque levandam* Argent. cum diversâ lectione. *mentis* Sarrav.

28. *Haec dea, cum fingerent fallaces numina terras, in diis invisa sola remansit humo.*] Locus hic ex Theognide translatus videtur. Nam & ille eodem modo finxit, cum caeteri dii omnes terram reliquissent, solam Spem inter homines remanssse. Versus illius sunt:

Ἐλπὶς δὲ δολίοισιν ἐν ἀνθρώποισι λέλοιπε·
Ἄλλοι δ' Ὀλύμπου δ' ἐκπεπτήκασι θεοί,
Πίστιν μὲν πᾶσαν, μεγάλη δίκη, ἔσχετο δ' ἀνδρῶν
Σοφίην, Κύρνε σ', ὦ φίλε, γῆν ἔλιπεν.

Menodotus quoque in eadem fere sententia finxit, cum caetera mala per terras passim dispergerentur, solam Spem in imo pyxidis Pandorae reclusae:

Μόνην δ' αὖθις (inquiens) ἐλπὶς ἐν πίθοισιν ἔμεινεν
Ἔνδον ὑπὸ στόμα πίθου ἐπὶ χείλεσιν, οὐδὲ πέτηται.

Ἐξέπτατο, &c. Quibus ille verbis eadem quod Theognis, monere voluit, hominem spe ali & sustineri, quam si caeteris rebus omnibus destituatur. Extat autem similis locus de Spe, & apud Tibul. lib. 1. Eleg. 7. MICYLL.

29. *In his humida.*] *Humidis* Argent. *Jam dis* Voss. *Humidum* alii. *Et dira* Junius. & novem alii.

33. *Nullo.*] *Clausis* omnes.

37. *Relinquit.*] *Relinquis* decem libri & editiones quatuor.

39. *Laqueo.*] *Laqueis* duo libri; mox, *praepositâ* Regius & tres alii. *oppositâ* Putean.

41. *Me quoque conantem gladio finere dolorem Arcuit.*] Duo Vatic. *finire laberem.* Quod autem hic de Dea Spe dicit, propter quam effecit, ne sibi ipsi manus intulerit, dicturus est de quodam Celso, Elegia x. hujus libri. CLOPAN. *Finire dolores, labores, laborem* diversi codices.

42. *Arcuit, injectam continuitque manum.*] Prohibuit spes ipsa manum, mihi ipsi lethum inferentem. MERUL. Aut etiam corripuit ac reprehendit. Quidam autem *Arcuit* legunt, ab *arceo*, ut sit idem quod prohibuit. MICYLL Ita legit Merula contra vetustos codices: quorum haec est veritas, *Arguit, injectâ continuitque manu*, id est, me reprehendit, & sua vi servavit. Injectio enim manus ab aliis proficiscitur, jus sibi suum vendicantibus, ut,

Clamabo, meus est, injiciámque manus.

FABRIC. *Arcuit* rectius tres scripti. quod Fabricius damnare non debuit. *arcere* pro prohibere. infra lib. III. Eleg. III.

Quam lex furtivos arcet habere viros.

HEINS. Vid. ad II. Met. 505. *injectam manum* multi. *injectas manus* duo.

43. *Quidque facis.*] *Quid facis; hinc later.* Ms. Berim. *hic* Moreti & pr. Ed. *Quid faci; en* unus. *quid facis?* Putean. *facis &* Regius. mox, *numinis ira* Thuan.

47. *Qui ne difficilis mihi sit, Graecine, precare.*] *Labora* Felchianus. quod placet. deinde, *Quae ne*

al-

Inque Tomitanâ jaceam tumulatus arenâ,
Si te non nobis ista vovere liquet.
Nam prius incipiant turres vitare columbae,
Antra ferae, pecudes gramina, mergus aquas;
Quam male se praestet veteri Graecinus amico.
Non ita sunt fatis omnia versa meis.

alter Thuani, ut ad bonitatem referatur. HEINS. *Quem ne* Mss. Berfman.

48. *Confer & in votum tu quoque verba meum.*] *Tu quoque vota* Moreti liber. Puto, *tu tua verba*, vel *vota*. mox, *incipiant* pro *incipient* duo veteres. HEINS.

49. *Inque Tomitana jaceam tumulatus arena, &c.*] Locum hunc asterisco notavimus, quod suspicione mendae non careat. Neque enim haec cum praecedentibus satis cohaerent. Quare aut deesse aliquid putamus, aut verbis ipsis vitium inesse aliquod, aut eosdem hos versus ad finem referendos esse. Quod idem etiam illi facile animadvertent, si qui accuratius paulo, sive sensum orationis, sive etiam structuram & compositionem ipsam intuebuntur. MICYLL. Nulla vero difficultas in his verbis: jurisjurandi enim & devotionis est formula. mori hic & tumulari voveo, si non credam, te mihi reditum vovere. malim tamen, *jamque Tomitana*, ut statim sibi mortem praesentem imprecetur. mox, *ista movere* Moreti, sex alii, & Berfmanni. BURM.

54. *Omnia versa.*] *Mersa* Ed. pr.

EPISTOLA VII.

MESSALLINO.

Littera pro verbis tibi, Messalline, salutem,
Quam legis, à saevis attulit usque Getis.
Indicat auctorem locus? an, nisi nomine lecto,
Haec me Nasonem scribere verba latet?
Ecquis in extremo positus jacet orbe tuorum,
Me tamen excepto, qui precor esse tuus?
Di procul à cunctis, qui te venerantur amantque,
Hujus notitiam gentis abesse velint.
Nos satis est inter glaciem Scythicasque sagittas
Vivere: si vita est mortis habenda genus.
Nos premat aut bello tellus, aut frigore coelum:
Truxque Getes armis, grandine pulset hiems:

Nos

4. *Haec me Nasonem.*] Malim, *Haec tibi Nasonem.* HEINS. *Verba liquet* tres. *licet* duo.

5. *Ecquis.*] *Et quis* nonnulli. *En quis* P. Dan.

6. *Qui precor esse tuus?*] Constructio Graeca, ut illa Catulliana:

Vaselus ille, quem videtis hospites,
Ainut fuisse navium celerrimus.

CLOPAN.

7. *Procul.*] *Precor* P. Dan. & Voss.

8. *Gentis abesse velint.*] *Habere* Sarravianus, Argent. Combii, & Moreti. hoc est, procul habeant. HEINS.

9. *Nos satis.*] *Non satis* Ms. Berfm. & Argent. qui & pro var. lect. *cui satis. sed vita est* Jun. *sed vita mortis* Leid. *habere genus* octo.

12. *Grandine pugnet hyems.*] *Pulsve* rectius decem scripti. sic *verberatae grandine vineae* apud

Nos habeat regio, nec pomo foeta, nec uvis;
Et cujus nullum ceſſet ab hoſte latus.
Cetera ſit ſoſpes cultorum turba tuorum;
In quibus, ut populo, pars ego parva fui.
Me miſerum, ſi tu verbis offenderis iſtis:
Nosque negas ullâ parte fuiſſe tuos!
Idque ſit ut verum, mentito ignoſcere debes.
Nil demit laudi gloria noſtra tuae.
Quis ſe Caeſaribus notis non fingit amicum?
Da veniam faſſo; tu mihi Caeſar eris.
Nec tamen irrumpo, quo non licet ire: ſatisque eſt,
Atria ſi nobis non patuiſſe negas.
Utque tibi fuerit mecum nihil amplius; uno
Nempe ſalutaris, quam prius, ore minus.
Nec tuus eſt genitor nos inficiatus amicos,
Hortator ſtudii, cauſſaque, faxque mei.
Cui nos & lacrimas, ſupremum in funere munus,
Et dedimus medio ſcripta canenda foro.
Adde quod eſt frater tanto tibi junctus amore,
Quantus in Atridis Tyndaridisque fuit.

Is

Horatium. III. Od. 1. Heins. Lib. VI. Met. 692. *qui terras grandine puſſo.*

13. *Nec pomis foeta nec uvis.*] Sarrav. Argent. prim. Med. Pelch. multique alii, *pomo*, & verſu proximo, *ceſſet* pro *ceſſat* meliores. Heins. An ſcripſerit, *nec pomo laeta*, vid. I. Faſt. 661. *pomis* ipſe prim. Ed.

15. *Cultorum.*] *Sociorum* Moreti & alius.

16. *Ut populo.*] *In quorum populo* Junian. vid. I. Trift. I. 17. *pars ego magna* Excerpt. Voſſii.

18. *Neque.*] *Idque negas nulla parte fuiſſe tuum* P. Dan. Moreti.

19. *Utque ſit hoc verum.*] Vetuſti libri, *Idque ſit ut verum.* Ciofan. *Idque ſit ut verum* plerique. quidam, *Utque ſit id verum.* Mallim, *Sed ſit ut id verum.* Heins. Epiſt. XVII. 121. *Utque ſit hoc verum.*

21. *Nam non fingit amicum.*] *Notus* ſcripti. Diſtichon etiam hoc eſt ex dubiae fidei pluribus unum. Heins. Non multum placet hoc diſtichon, tamen melior erit, ſi cum Vaticano, Voſſiano & Pragn. hoc hot. legas, *notis*. ut ſit ordo, quis non fingit ſe amicum Caeſaribus apud notos ſuos ſe? *Tu mihi Caeſar eras* plurimi ſcripti.

23. *Utque Atrio.*] Valle. *Sarisque eſt Atria.* Quo modo accidente legendum eſt. Ciofan.

25. *Utque tibi mecum.*] Editor ille neſcio quis, qui nescio rationem nobis ornavit Ovidium, notat hic eſſe honeſtam locutionem, ut illa Terentii Andr. II. I. *num quidquam amplius tibi cum illa fuit?* quaſi aliquid turpiculi ſub illa lateret. ſed uſitatiſſima locutio Ciceroni & aliis de familiaritate & uſu. vid. Manut. ad Cicer. v. Ver. 52. & Gronov. ad Plaut. Caſin. II. II. 13. *utque mihi tecum* unus Heinſ. Burm.

28. *Studii cauſaque faxque mei.*] Malim, *daxque.* nam in Combiano, *fixa.* lib. II. Eleg. III.

Primus ut auderem committere carmina famae
Impulit: ingenii dux fuit ille mei.

Heins. *Laudator ſtudii* unus.

30. *Medio ſcripta canenda foro.*] Forſan legendum, *medio ſcripta canenda rogo*, vel, *toro.* hoc eſt feretro. non *foro.* de epicedio enim agit. Heins. De laudatione funebri capit Merula. ſed an illa carminibus peragi ſoleret neſcio. quare hic cum Franco. & duobus aliis legi poſſet, *ſcripta legenda foro*, ut Ovidius compoſuerit laudationem funebrem, quam ex cognatis aliquis recitaverat. ut moris fuiſſe patet ex Cicer. II. de Orat. 83. III. ad Quint. Fr. 8. XIII. ad Attic. 37. Sueton. Cael. 55. & aliis. reliqui, quae concinnata ex Eleg. II. 134. *medio rogo* vel *thoro*, non poſſum probare: nam quid eſt, *medius rogus? medius rogus* in amoribus ſaepe occurrit, ſed alio longe ſenſu, & accommodatiori, de toro, in quo amantes concumbunt, quam de funebri, in quo cadaver jacet: ſi *canenda* retineas, poſſis interpretari de carmine funebri, quod à praeficis canebatur in pompa, cum in forum veniſſet, quamvis de hoc ritu non tam clare conſtet. An de Taberna libraria in foro, ubi pendebant carmina venalia, capiendum? vix puto. aquam mihi hic haerere fateor. Burm.

31. *Tanto mihi junctus amore.*] Scribe, *tibi* cum Sarraviano, Combiano, Twiſdeniano, & Vaticano primae notae. Verſus ſubſequens confirmat. Heins. Mallem, *adde quod & frater.* ita enim Thuaneus, & ſequenti diſticho, *Qui me nec comitem.*

35. *Si minus.*] *Sin* Grypn.

36. *Tota ſit illa domus.*] Liber Urſini, *iſta domus.* Ciofan. *Iſta domus*, pro *illa* cum ſcriptis. Heins.

37. *Sed neque claudenda eſt; & nulla potentia vires Praeſtandi, ne quid peccet amicus, habet.*] Hoc eſt: Sed non eſt propterea claudenda domus, aut metuendum aliquod ex Auguſto periculum, quia ipſe amicus fratris tui exiſtens peccavi. Nam cum nulla potentia tanta ſit, quae poſſit prohibere, ſive facere, quo minus alicujus alterius amicus aliquando peccet: neque Auguſtus ita inhumanus, aut ſaevus erit, ut propterea fratrem tuum perſequi aut odiſſe velit, quia ego, amicus illius, aliquando peccavi. Micyll.

37. *Ut nulla.*] *Nam nulla* Puteanus. mox, *ne quis peccet* Moreti & Junian.

39. *Culpam quoque poſſe negari.*] *Culpam mihi poſſe negari* Francof. *poſſe negare* multi codices. vid. XII. Met. 546.

42. *Parva relegari.*] *Relegari* cum ſcriptis. Heins.

43. *Ipſe ſed hoc vidit, qui praevidet omnia, Caeſar.*] Recte Scaliger in margine, *Ipſe ſed hoc vidit, qui pervidet omnia, Caeſar.* D. Heins. *Pervidet* lege vel contra libros. Puteaneus, *providet*, ſequenti Elegia,

Cunctaque mens oculis pervidet iſta ſuis.

quomodo & illic ſcribendum. Met. XIV. 375. ubi ſimiliter erat peccatum:

—— *ſoſerum, qui pervidet omnia, Solem*

Attipe.

Horatius, I Sat. III. 25.

Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis.

quanquam *praevideas* illic ſunt qui legant. non male. mox, *Stultitiam meam* Sarrav. Argent. & tres alii. Heins. *Pervidet* etiam Douza.

45. *Quâque ego permiſi, quâque &c.*] Hoc eſt: Pepercit mihi eatenus, ſive tantum quatenus, ſive quantum (utroque enim modo ſcriptum reperias, *Quam* & *Quam* videlicet) cum ipſe merito atque delicto meo permiſi illum, tum etiam cauſae qualitas paſſa eſt. Micyll. *Qua* in libris vetuſtioribus. *Qua*, pro quantum, bene interpretatur Merula. Fabric.

46. *Uſus & eſt modice fulminis igne ſui.*] Antiqua exemplaria, *modico.* Ciof. *Modico* fere omnes.

48. *Si ſua per veſtras victa ſit ira preces.*] *Sua* pro

Is me nec comitem, nec dedignatus amicum eſt:
Si tamen haec illi non nocitura putas.
Si minus, hac quoque me mendacem parte fatebor.
Clauſa mihi potius tota ſit iſla domus.
Sed neque claudenda eſt; & nulla potentia vires
Praeſtandi, ne quid peccet amicus, habet.
Et tamen ut cuperem, culpam quoque poſſe negari;
Sic facinus nemo neſcit abeſſe mihi.
Quod niſi delicti pars excuſabilis eſſet;
Parva relegari poena futura fuit.
Ipſe ſed hoc vidit, qui pervidet omnia, Caeſar;
Stultitiam dici crimina poſſe mea.
Quâque ego permiſi, quâque eſt res paſſa, pepercit:
Uſus & eſt modice fulminis igne ſui.
Nec vitam, nec opes, nec ademit poſſe reverti:
Si ſua per veſtras victa ſit ira preces.
At graviter cecidi. quid enim mirabile, ſi quis
A Jove percuſſus non leve vulnus habet?
Ipſe ſuas ut jam vires inhiberet Achilles,
Miſſa graves ictus Pelias haſta tulit:

Jn-

Horatius, I Sat. III. 25.

Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis.

quanquam *praevideas* illic ſunt qui legant. non male. mox, *Stultitiam meam* Sarrav. Argent. & tres alii. Heins. *Pervidet* etiam Douza.

45. *Quâque ego permiſi, quâque &c.*] Hoc eſt: Pepercit mihi eatenus, ſive tantum quatenus, ſive quantum (utroque enim modo ſcriptum reperias, *Quam* & *Quam* videlicet) cum ipſe merito atque delicto meo permiſi illum, tum etiam cauſae qualitas paſſa eſt. Micyll. *Qua* in libris vetuſtioribus. *Qua*, pro quantum, bene interpretatur Merula. Fabric.

46. *Uſus & eſt modice fulminis igne ſui.*] Antiqua exemplaria, *modico.* Ciof. *Modico* fere omnes.

48. *Si ſua per veſtras victa ſit ira preces.*] *Sua* pro

Judicium nobis igitur cum vindicis adfit,
Non est cur tua me janua nosse neget.
Culta quidem (fateor) citra, quam debuit, illa:
Sed fuit in fatis hoc quoque, credo, meis.
Nec tamen officium sensit magis altera nostrum.
Hic, illic, vestro sub Lare semper eram.
Quaeque tua est pietas; ut te non excolat ipsum,
Jus aliquod tecum fratris amicus habet.
Quid, quod, ut emeritis referenda est gratia semper,
Sic est fortunae promeruisse tuae?
Quod si permittis nobis suadere, quid optes:
Ut des, quam reddas, plura, precare Deos.
Idque facis, quantumque licet meminisse, solebas
Officii caussam pluribus esse dati.
Quo libet in numero me, Messalline, repone:
Sim modo pars vestrae non aliena domus.

Et

...ro ejus, id est, Caesaris. Cioran. *Per nostras dico.*

...6. *A Jove.*] *Ab Jove peto.* ut semper alibi. Vide lib. I. Fast. vi. 230. Heins.

...8. *Ipse suos quamvis vitet subiisset Achillas.*] *Ipse suos etiam Sarrav.* & alii multi ex vetustioribus. Lege, *ut jam*, infra lib. IV. Eleg. VIII.

Ut jam nil praedes, animi sum factus amici
Debitor.

Ephidia Cydippes:

Dextera ut haec vestra sit tibi pacta, Acontî;
Tu mihi, nostris vocibus ipse tuis

qui locus etiam pessime erat habitus. In Amoribus:

Ut jam servarim bene corpus, adultera mens est.

& mox:

Ut jam nulla tibi non sit tegisse voluptas.

Heroid. Ep. I.

Ut jam fallaris, una repulsa tua est.

Ep. XIV.

Ut jam desipiam, quid perdidit?

Legendi verbi ejus dabat Pescennius & quatuor alii, frustr. Heins. Dabit Sarrav. *ipsa graves illius habuit hasta deae jussa.*

...9. *Credo.*] *Credo plurimi.*

...7. *Nec tamen officium sensit domus altera nostrum:* *Hic illic, vestro sub Lare semper eram.*] Haec vulgatissima lectio. Priori versu bene Puteaneus & Tornaesius liber; *ipse magis altera*, nisi male,

Nec tamen officium sensit domus altera nostri.

Quatuor veteres, *nostro sub Lare.* unus Medicaeus & prim. editio, *Illic hic.* alii non pauci, *hinc illuc*, vel, *Hinc illinc.* Scribebam aliquando,

Illic, tecum nostro sub Lare, semper eram.

vel, *multus eram.* nam libri quinque ex scriptis, *tutus eram.* Nihil opus tamen mutatione. *Hic illic*, sive in tua, sive in fratris tui domo. Nam de fratre Graecini ante egerat. Heins. Ego ex scriptorum vestigiis lego,

Nec tamen officium sensit magis altera nostrum:
Hic, illic, vestro sub lare semper eram.

sive te, sive fratrem colerem, eram tamen sub vestro lare. Burm.

62. *Promeruisse.*] Forte, *praemeruisse.* id est, praevenire & occupare beneficiis.

63. *Quod optas.*] *Optes* multi veterum. Lege, *quid optes* cum Sarrav. Argent. prim. Medic. & tribus aliis. Heins.

65. *Idque facis, quantumque licet meminisse, solebas Officii caussam pluribus esse dati.*] Alii legunt, *Officii caussa pluribus esse dati.* ut sit sensus & ordo verborum: Idque facis (scilicet, ut plura des beneficia, quam accipias) & quantum meminisse licet, solebas pluribus esse causa officii dati: hoc est, de pluribus bene mereri. Micyll. *Caussam* Argent. & alii quinque. pro *dati* Combianus, *data.* Sarravianus, *dari.* Latet ulcus. aut versus est spurius. Heins. Melius legeretur, *solebas Officii merces pluribus esse dati.* sed dubito, an *datum officium* recte dicatur. quare posset, *rati*, id est, à te probati. vel, *solebas Officii caussam pluribus esse datam.* si *data* ex Combiano placet, legendum, *solebat Officii caussam pluribus esse data.* id est, dona, quae conferebas in multos, causam esse vole-

Et mala Nasonem (quoniam meruisse videtur)
Si non ferre dolos, at meruisse dole.

volebas, cur te colerent; ut ita liberalitatem ejus celebret. *data* pro donis passim apud Poëtas, ut Prop. III. XIII. 9.

Ibeu nullis capta Lycinna datis.

Nostri VI. Met. 462. *ingentibus illam Sollicitare datis.* saepe *data munera* etiam dicunt. *officiis caussa pluribus esse dati* Bersmanni Editio. Burm.

69. *Quoniam meruisse.*] *Quae non meruisse* prim. Edit.

EPISTOLA VIII.

SEVERO.

A tibi dilecto missam Nasone salutem
Accipe, pars animae magna, Severe, meae.
Neve roga, quid agam: si persequar omnia, flebis.
Summa satis nostri si tibi nota mali.
Vivimus adsiduis expertes pacis in armis,
Dura pharetrato bella movente Getâ.
Deque tot expulsis sum miles in exsule solus:
Tuta (nec invideo) cetera turba jacet.
Quoque magis nostros venià dignere libellos,
Haec in procinctu carmina facta leges.
Stat vetus urbs, ripae vicina binominis Istri,
Moenibus & positu vix adeunda loci.

Caspius

2. *Accipe.*] *Aspice* Moreti.

3. *Neve roges.*] *Roga* cum plurimis scriptis. Heins. *Persequor* Micyll. & Gryph. Edit. *prosequor* Medic. unus Moreti, & prim. Ed.

4. *Summa satis nostri si tibi nota mali.*] Scribe, *si tibi.* atque ita Sarravianus. *satis*, pro satis est. Superiori Elegia:

Nec tamen irrumpo, quo nam licet ire, fatisque est,
Aëria si nobis non patuisse negat.

ita plurimi ex scriptis. Heins.

5. *Vivimus.*] *Vidimus* Francof. sed tum inox legendum esset, *Dura pharetratos bella movere Getae. Exiguis in armis* Polit.

6. *Dura bella.*] *Dira* Pescheianus. Heins. Nihil mutandum esse ad Val. Flacc. VI. 549. docebimus.

7. *In exsule.*] Solus sum eques in exilio. Merul. Seu potius solus sum miles pariter & exsul. bello scilicet & exilio damnatus. Mycill. recte. ita lib. XIII. Met. 187.

Atque in rege tamen pater est.

& XV. 670.

In serpente Deus praenuntia sibila misit.

& ita millies Noster, & alii. Burm.

8. *Cetera turba latet.*] *Jacet* Politiani codex, & septem ex nostris. recte. Adi Notas Trist. lib. III. Eleg. I. *fol.* 50. mox, *fabla scias*, pro *leges* Gottorph. & Rottendorph. Heins. *Turba manet* tres libri. vid. II. Amor. II. 30.

10. *Haec in procinctu carmina facta leges.*] In procinctu: raptim. Metaphora à militibus in bellum profecturis, qui celeriter absque ulla solemnitate testamentum, quod in procinctu dicebatur, faciebant. Cic. lib. de Orat. *tamquam in procincto testamentum faceret.* eodem modo lib. III. Eleg. IV. dixit:

——— *Properataque carmina feci.*

Cioran. Pro *Facta leges*, *scias*, vel *putes* Leidens.

13. *Caspius*

Caſpius Ægypſos (de ſe ſi credimus ipſis)
Condidit; & proprio nomine dixit opus.
Hanc ferus, Odryſiis inopino Marte peremtis,
Cepit, & in Regem ſuſtulit arma Getes.
Ille memor magni generis, virtute quod auget,
Protinus innumero milite cinctus adeſt.
Nec prius abceſſit, meritâ quam caede nocentum
Se nimis ulciſcens exitiit ipſe nocens.
At tibi, Rex aevo, detur, fortiſſime noſtro,
Semper honoratâ ſceptra tenere manu.
Teque, quod & praeſtat, (quid enim tibi plenius optem?)
Martia cum magno Caeſare Roma probet.
Sed memor unde abii, queror, ô jucunde ſodalis,
Accedant noſtris ſaeva quod arma malis.
Ut careo vobis, Stygias detruſus in oras,
Quattuor autumnos Pleïas orta facit.

Nec

13. *Caſpius Ægypſos, de ſe ſi creditur ipſis, Condidit.*] Multi veteres, *Ægyſſus*. Argent. & quidam alii, *Ægyſius*. *Ægiſos* Combinus. *Ægiros* unus Vaticanus, alius, *Ægiros*, alius denique, *Ægirus*. *Caſpius Ægiſo* Sarravianus. ſic & lib. IV. Pont. El. VI. ubi his meminit ejusdem civitatis, *Non negat Ægyſos*. ubi, *Ægiros* vetuſtiores, vel, *Ægyros*. quique alii, *Ægyſos*. vel *Ægiſos*. Conſtantino Porphyrogenitae Themat. lib. II. cap. I. *Αἰγυπτος* eſt. Procopio lib. IV. de aedificiis Juſtiniani *Αἰγυσσος*. In Itinerario Antonini & Imperii notitia *Ægyſſos* eſt. quanquam apud Antonianum codices quidam, *Ægiſos*, & *Ægiſos*. & *eruditiores* plerique veteres. Heins.

13. *De ſe ſi creditur ipſis.*] *Creditur* editiones vetuſtiores. *ipſe* multi ſcripti. *illi* Leid. vid. I. Fast. 467.

15. *Hanc ferus Odryſiis.*] Non *ferus*, ſed *trux* in antiquis, eodem ſenſu, diverſo ſono. Fabr. *Hanc ferus* ſcripti omnes, utrumque rectum. ſuperiori Elegia:

Trucique Getes erant, grandine pulſet hyems.

Heins.

17. *Ille memor magni generis.*] *Generis magni* in nonnullis. Turſellanus non male,

Ille memor generis, magnâ virtute quod auget.

Heins.

21. *Poſtibi illa nocens.*] Veteres libri, *ipſe nocens*. Caesar. *Expiſin inde nocens* Leidens. non male.

23. *Teque quod & praeſtat.*] *Teque quod & par eſt*, videtur Sim. Hollius. ego malim, *Te quoque, quod reſtat*. cum nos in Scythia probemus te & colamus, reſtat, ut Roma cum Caeſare te probet. *te quoque* eſt in ſeptem libris. Burm.

27. *Scythicas detruſus in oras.*] *Stygias oras* Sarravianus, Polit. Argent. Combii, & tres alii. ſic infra:

A Stygiis quantum ſors mea diſtat aquis?

Heins. *Ad undas* unus.

28. *Pleïas orta.*] De ortu hoc loco intelligas, quem *Acronychum* vocant, hoc eſt, quo veſperi ſupra terram feruntur. id enim fit autumno. Micyll.

29. *Urbanae.*] *Romanae* Putean.

33. *Atque domo rurſus.*] Sententia exigit, *Atque domo*. ita infra:

Atque tuis tota dividor orbe regis.

urbem pulchram intelligit Romam, quam poſt incendium XIV. regionum, quod ab V. C. anno DCC. acciderat, in novam pulchritudinem reſtituit Caeſar Auguſtus. Fabric. Omnes libri ſcripti, *Deque domo*. Non dubito, quin haec vera & germana ſit lectio, vulgata autem nullo modo ferri poteſt. Ciofan. *Eque domo* bene Argent. & tres alii. Micyll. *Deque*. ſequenti verſu pro *praevidet* reponendum eſſe, *providet*, cum *provides* ſit in nonnullis ſcriptis, ſuperiori Elegia monuimus. Aconcianus, *meus oculis praevidet uſa ſuis*, non *illa*. Heins. Francof. *Deque domo pulſus*. deinde, *pulchram convertor ad urbem* codex Gallicus.

37. *Hortos.*] *Ortus* Moreti. *pulchro ſpectantis in*, vel, *ab horto* Lcid. *tunc campi* etiam ſcripti. *tum* unus.

38. *Et*

Nec tu credideris urbanae commoda vitae
Quaerere Naſonem. quaerit & illa tamen.
Nam modo vos animo dulces reminiſcor amici;
Nunc mihi cum carâ conjuge nata ſubit:
Eque domo rurſus pulchrae loca vertor ad Urbis,
Cunctaque mens oculis pervidet illa ſuis.
Nunc fora, nunc aedes, nunc marmore tecta theatra,
Nunc ſubit aequatâ porticus omnis humo.
Gramina nunc Campi pulchros ſpectantis in hortos,
Stagnaque & Euripi, Virgineusque liquor.
At puto, ſic Urbis miſero eſt erepta voluptas,
Quolibet ut ſaltem rure frui liceat.
Non meus amiſſos animus deſiderat agros,
Ruraque Peligno conſpicienda ſolo:
Nec quos piniferis poſitos in collibus hortos
Spectat Flaminiae Clodia juncta viae.

Quos

38. *Et Euripi.*] *Cum ripis* prim. Ed. *quõque Euripi* Ms. Berſm.

38. *Virgineusque liquor.*] Aquam virginem intellige, quam Agrippa aedilis in agro Luculliano collectam, Romam perduxit, Coſſ. C. Sentio & Sp. Lucretio, ut auctor eſt Frontinus. *Virgo* autem appellata fuit, quod quaerentibus aquam militibus puella virguncula quasdam venas monſtravit, quas ſecuti, qui foderant, ingentem aquae modum invenerunt. Frontinus. Micyll.

40. *Frui liceat.*] Idem libri, *liceat*. Ciof.

42. *Conſpicienda.*] *Concupienda* P. Dan. *loco* Ms. Berſm.

43. *Poſitos in montibus hortos.*] In eisdem exemplaribus, *in collibus hortos*, longe veriſimilius. Ea enim parte, quae inter viam Flaminiam & Claudiam interjacet, hodierno die colles, non montes ſpectantur. Ciof. *Piniferis in collibus* ſcripti praeſtantiores magno numero. Columellae lib. X. *dumoſis poſiti ſub collibus horti*. Idem alibi collibus inſitos monet debere eſſe hortos. Heins. *In vallibus* unus.

44. *Flaminiae Claudia juncta viae.*] Alia hoc loco *Claudia* accipienda videtur, quam quae Appia via alias dicta fuit. Nam quo pacto convenire, aut in unum concurrere Appia atque Flaminia poſſent? Quarum altera orientem verſus in Auſtrali Apennini latere à Roma Brunduſium usque porrecta fuit: altera autem ab eadem Roma in diverſam partem per Umbriam, Ariminum usque abiit, quod oppidum in Adriatico Apennini latere ſitum fuit, non procul à Ravenna, ut è Strabone patet lib. 5. Quare videndum, num potius de ea via hoc loco intelligendum ſit, quae proprie *Claudia* dicta fuit, in parte Hetruriae, ſive Umbriae, non procul à lacu Ciminio, ubi & praefecturae Claudii, & forum Claudii aliquando fuere. De quibus locis & Plinius meminit lib. III. cap. 5. & annotavit Volaterranus Geographiae 5. cap. de rebus Piſanorum. Ut ſit ſententia Poëtae: Se jam neque hortos, ſive agros, quos in Pelignis habuit, deſiderare: neque eos, quos juxta Flaminiam coluit, eo loco, ubi Flaminia & Claudia via jungantur. Fortaſſis autem hortos aliquos intelligit Poëta, quos cum uxore acceperit, quam ex Phaſidis duxerat, de qua tertio Amorum meminit, Eleg. XIII. his verſibus: *Cum mihi pomiferis conjunx foret orta Phaſidis, Moenia contigimus villa, Camille, tibi, &c.* Neque enim ita longe haec loca inter ſe diſtant. Micyll. Quam viam intelligat per Claudiam eſt obſcurum: nam Appia intelligi nequit, quae etiam eodem nomine *Claudia* dicitur. duplicem igitur Claudiam fuiſſe, ut duplicem Æmiliam ex hoc loco conſtat: alteram Flaminiae, alteram Appiae contiguam. Fabr. Pro *Claudia* rectè, *Clodia* Sarravianus. prima editio, *Cludia*. *Clodia* enim appellabatur haec via, per quam iter Româ, Lucam, Piſtorium & Florentiam fiebat, ut ex Itinerario Antonini diſcimus. hoc eſt, per Apenninum. ut jam conſtet, quinam piniferi colles ſint Naſoni, cum Apennini pinum etiamnum frequentiſſimam ferat. In Tabula Peutingeriana, *Ad ſextum via Clodia*. In Gruteri Inſcriptionibus pag. CCCXCIX. & pag. CCCXLVI. mentio fit Curatoris, viae. Clodiae. Anniae. Caſſiae. Giminiae. ſeu Ciminiae. Heins. Gyraldus in Vita Ovidii videtur legiſſe, *Caſſia*, nam dicit, Hortos habuiſſe prope viam Flaminiam,

Quos ego nescio cui colui; quibus ipse solebam
Ad fata fontanas (nec pudet) addere aquas.
Sunt ibi, si vivunt, nostrà quoque consita quondam,
Sed non & nostrà poma legenda manu.
Pro quibus amissis utinam contingere possit
Hîc saltem profugo gleba colenda mihi!
Ipse ego pendentes (liceat modo) rupe capellas,
Ipse velim baculo pascere nixus oves.
Ipse ego, ne solitis insistant pectora curis,
Ducam ruricolas sub juga panda boves.
Et discam Getici quae nôrint verba juvenci:
Adsuetas illis adjiciamque minas.
Ipse manu capulum pressi moderatus aratri,
Experiar motà spargere semen humo.
Nec dubitem longis purgare ligonibus arva:
Et dare, quas sitiens combibat hortus, aquas.

Ut-

quà Cassiae junctus fuit. de utraque via *Cassia* & *Clodia* vid. Berger. de Publicis Romanorum Viis lib. III. cap. 22. quod vero Mycillus hic & ad lib. III. Amor. 13. de hortis prope Falifcos suspicetur, nihili est, nam Via Clodia & Flaminia non longe ab urbe jam diverticum fecerant; cum Flaminia ad dextram tenderet per saxa rubra ad Narniam: Clodia ad finistram Vejos & Sutrium, ita ut circa Vejos discessisse putem. horti ergo positi videntur fuisse inter Vejos & Romam. Burm.

46. *Nec pudet.*] *Nec piget* duo scripti. Heinsius olim vellebat, *nupsere*.

47. *Consita quondam.*] Malim, *quondam*, atque ita unus Vaticanus. inox, *contingere posset* meliores. Heins. *Sunt ubi* legant. & tres alii. *si vivunt* Morell. & quatuor.

48. *Sed non & nostrà poma legenda manu.*] In uno Vatican. *Sed non à nostrâ*. In Maffei, *sed non suâ*. Ciofan.

50. *Gleba colenda.*] Subaudi *esset*. Ciofan. Malim tam jungi debuit *gleba* cum *contingere posset*, quam Morell. *rupta gleba colenda manu* unus.

53. *Insistant.*] *Desistant* Arg. *insistam* Polit. *sacra* ego. Ms. Burm.

54. *Juga panda.*] Curva multi.

55. *Quae norint verba.*] Malim, *norint* cum uno Vaticano. & versu praecedenti, *Ducere* pro *Ducam*, si per librorum codices liceat, referatur ad *Et* initio, quod praecesserat. Heins.

56. *Adjiciamque minas.*] Illustrat haec Scaliger ad Manilii lib. I. 215.

57. *Ipse manu capulum pressi moderatus aratri.*] Lib. Vaticani. *moderatus*. Urfini vero, *pressi moderatus. Capulum* lib. IV. Fast. proprio nomine stivam dixit:

Inde premens stivam designat moenia falco.

Ciofan. *Pressi aratri* Sarrav. Polit. & multi alii. sed & vulgata scriptura ferri potest. Trist. III. Eleg. X.

Nec quisquam presso vomere sulcat humum.

Heins. *Pressi* legendum esse pluribus ad Val. Flac. VII. 63. docebimus. *moderabor* Douza.

59. *Ligonibus arva.*] Urfini lib. *herbas*. Ciof. Ita & P. Dan. & multi alii.

60. *Et dare, quas sitiens jam bibat hortus aquas.*] Idem lib. & uterque Vatic. ita habent, paullo suavius, ut videtur, quam excusi. Intelligit autem eos hortos, quos in Pelignis habebat, qui aqua irrigabantur. Vide quae dixi in *Sulmonis* Descriptione, & in Elegia de Nuce. Ciofan. Meliores omnes,

Et dare jam, sitiens quas bibat hortus, aquas.

unus tamen Vatic. *quas sitiens combibat*. Heins. Nos Vaticanum & Excerpta Vossii secuti sumus. ita Epist. XV.

Grata prius lacrimas combibit herba meas.

saepe Columella hoc verbo utitur. *ebibat* unus codex. post hoc aliud distichon interserit Moretti liber,

Usque sitet, nimium si fontis rivus abundat,
Diducam studio ne sua lacta gravet.

deducam saltem legendum. Burm.

63. *At tibi nascenti.*] *Marcenti* duo libri, forte

Unde sed hoc nobis, minimum quos inter & hostem
Discrimen murus clausaque porta facit?
At tibi nascenti (quod toto pectore lector)
Nêrunt fatales fortia fila Deae.
Te modo Campus habet, densâ modo porticus umbrâ:
Nunc, in quo ponis tempora rara, Forum.
Umbria nunc revocat: nec non Albana petentem
Appia ferventi ducit in arva rotâ.
Forsitan hîc optes, ut justam supprimat iram
Caesar; & hospitium sit tua villa meum.
Ah nimium est, quod, amice, petis! moderatius opta:
Et voti, quaeso, contrahe vela tui.
Terra velim propior, nullique obnoxia bello
Detur: erit nostris pars bona demta malis.

te non male: tibi, qui otio marces, & amas quietem, materiem dedere Parcae, in qua te ostendas fortem, & animum sufficientem laboribus; mihi vero laboranti, & omnia mala experienti, dederunt mollia fila, ut in Amoribus loquitur. Burm.

66. *In quo ponis.*] *Ponas* codex Medonii; non male.

67. *Umbria te revocat.*] Iidem libri & Maffei, *Umbria nunc revocat*. Libentius sequor. nam dixit superiori distichо: *Te modo campus habet*, &c. Ciof. *Ducit in arvâ rota* meliores. &, *Umbria nunc revocat*, pro *nec non* duo, *nunc non*. Forte,

Umbria nunc revocat, te nunc Albana petentem.

Forte,

Umbria nunc revocat, nunc rura Albana petentem,
Appia ferventi ducit ab urbe rota.

Heins.

68. *Ferventi ducit ad arva rota.*] In Aldino, *ferventi ducit ab urbe rota*. Severus Poëta Albanum suum petiturus, per viam Appiam urbe exivit, quae ab uno latere Tusculum, ab altera Albam strata erat, unde *Tusculana* & *Albana* cum nominantur, eadem Appia via intelligitur. Fabric. Errat vir doctus! *Tusculana* enim via nusquam Appiam tangit, aut Appia dici potuit, nam ex Latina via, longe ab urbe, tanquam ramus, Tusculum versus exibat. Per Appiam vero iter fuisse Albam credo. vide Fabret. Apologem. adversus Gronovium pag. 59. ubi viarum illarum conspectus exhibetur: Merula vero hic Appiam, ut & ante fecerat, cum Clodia via confundit. pro *rota* erat in multis, *manu*. Burm.

69. *Forsitan hoc optes.*] Scribe, *hîc optes* cum Sarraviano, Politian. & tribus aliis, ac primâ editione. Heins.

69. *Supprimat iram.*] Unus Vaticanus, *comprimat*. Ciofan. Legi etiam, *deprimat*, testatur Merula. *comprimat* quatuor Heinsiani. *fuias* unus.

71. *Ah nimium est quod, amice, petis.*] Tò *est* multi non agnoscunt. Puto,

Ah nimium quid, amice, petis?

Heins.

EPISTOLA IX.

MAXIMO.

QUae mihi de rapto tua venit epistola Celso,
Protinus est lacrimis humida facta meis.
Quodque nefas dictu, fieri nec posse putavi,
Invitis oculis litera lecta tua est.
Nec quidquam ad nostras pervenit acerbius aures,
Ut sumus in Ponto; perveniatque precor.
Ante meos oculos tamquam praesentis imago
Haeret: & exstinctum vivere fingit amor.
Saepe refert animus lusus gravitate carentes:
Seria cum liquidâ saepe peracta fide.
Nulla tamen subeunt mihi tempora densius illis,
Quae vellem vitae summa fuisse meae.
Cum domus ingenti subito mea lapsa ruinâ
Concidit, in domini procubuitque caput.
Adfuit ille mihi, cum pars me magna reliquit;
Maxime; Fortunae nec fuit ipse comes.
Illum ego non aliter flentem mea funera vidi,
Ponendus quam si frater in igne foret.
Haesit in amplexu, consolatusque jacentem est:
Cumque meis lacrimis miscuit usque suas.
O quoties vitae custos invisus amarae
Continuit promtas in mea fata manus!

O

1. *Lacrimis.*] *Oculis* Excerpt. Vossii.

2. *Haeret.*] An, *Erat*, quae verba saepe veteres confudit. *Inscriptiones* Servii.

3. *Ut in.*] *Ludos* Pareus. & duo alii. bene. mox, *para fit* Regius.

11. *Deesse illis.*] *Illis* scripti meliores. & postea, *aut fuit ipse comes*, pro *ille*. Heins.

12. *Concidit.*] *Decidit* unus. vide ad 8. Met. 10. *Cecidit* duo alii. *subito collapsa* etiam Farnes.

13. *Mea fuerat.*] *Mea cesserat* nonnulli codices. & ita in suis invenit Barthius XXXIX. Adv. 10. vid. ad Quincil. inst. decl. 16. & CCLVIII.

19. *Invitos.*] *Invitus* Mt. Berlin. mox, *oculos ejus* multi scripti & edit.

22. *Perveni.*] *Perferri* Tuan.

25. *Illa fuit celeberrima.*] *Creberrima* Moreti & Francof. pro varia lectione. quae est glossa. Et saepe apud Nasonem permutatas has voces vidimus: ut III. Amor. v. 3. & IV. Met. 89. & alibi. sic apud Suet. Tiber. 52. in Mss. optimis legitur, *per nostes celeberrime acclamatum est*, *Redde Germanicum*. vid. ad II. Art. 705. male etiam explicet Berlmannus, praecipue memorabilem; cum sit frequenter usitata. Burm.

25. *Quantum debeat auxilium.*] *Quantum auxilii* in uno Vaticano. recius. Heins.

27. *Incumbet.*] *Impendet* unus.

29. *Cumque suis.*] *Sui* Servii & tredecim alii. *mei* Junius. *in omnem* P. Dan.

30. *Quo.*] *Ut* Putean. *quod* Sarrav. *experiemur* Morell. *experiatur* Sarrav.

31. *Tae-*

O quoties dixit, Placabilis ira Deorum est.
Vive, nec ignosci tu tibi posse nega.
Vox tamen illa fuit celeberrima, Respice, quantum
Debeat auxilii Maximus esse tibi.
Maximus incumbet; quâque est pietate, rogabit,
Ne sit ad extremum Caesaris ira tenax.
Cumque suis fratris vires adhibebit, & omnem,
Quo levius doleas, experietur opem.
Haec mihi verba malae minuerunt taedia vitae.
Quae tu, ne fuerint, Maxime, vana, cave.
Huc quoque venturum mihi se jurare solebat;
Non nisi te longae jus sibi dante viae.
Nam tua non alio coluit penetralia ritu,
Terrarum dominos quam colis ipse Deos.
Crede mihi: multos habeas cum dignus amicos,
Non fuit è multis quolibet ille minor.
Si modo nec census, nec clarum nomen avorum,
Sed probitas magnos ingeniumque facit.
Jure igitur Celso lacrimas libamus ademto;
Cum fugerem, vivo quas dedit ille mihi.
Carmina jure damus, raros testantia mores;
Ut tua venturi nomina, Celse, legant.
Hoc est, quod possum Geticis tibi mittere ab arvis:
Hoc solum est istic, quod liquet esse meum.
Funera nec potui comitare, nec unguere corpus:
Aque tuis toto dividor orbe rogis.
Qui potuit, quem tu pro numine vivus habebas,
Praestitit officium Maximus omne tibi.

II.

31. *Tarda.*] *Tempora* unus.

32. *Quae modo ne fuerint, Maxime, vana, cave.*] Ambo Vatic. Mafficianus, & Ursini, *Quae tu.* Ciofan. *Quae mihi* Medon. *quae tibi* duo. mox, *cave* Excerpta Scaligeri & Sarrav.

33. *Solebat.*] Francof. & undecim alii, *volebat*, scilicet tum, cum valediceret mihi.

39. *Non consus.*] *Nec* nonnulli. Heins. *Non consus, non* alii.

39. *Nec clarum nomen avorum.*] Absque ulla prorsus dubitatione ex veteribus libris legendum, *clarum*. Ciofan.

40. *Ingeniumque.*] *Ingenuusque* Combii. *facit* Junian.

42. *Quos dedit ipse.*] *Ille* meliores. Heins.

45. *Possum.*] *Possim* Regius, P. Dan. & quinque alii. *Gaiis transmittere* Argent.

46. *Hoc solum est istic, quod licet esse meum.*] Ita & scripti. Sed *liquet esse* reponendum. sic Trist. lib. I. Eleg. I. simili modo peccatur in libris vetustis:

Dissimulare velis, te liquet esse meum.

Heins.

47. *Comitare.*] A *comito* verbo Neutro. Nonnulla huic verbo similia in meis Metamorph. Observationibus collegi. Ciofan. *Non possi* multi editi & scripti.

47. *Nec unguere corpus.*] Solebant veteres ungere cadavera, ut diutius integra servarentur. lib. IV. Fast.

Arsurosque artus unxit.

Et in Epistola Ariadnes ad Thesea:

Nec positos artus unget amica manus.

Ille tibi exsequias, & magni funus honoris
Fecit; & in gelidos versit amoma sinus.
Diluit & lacrimis moerens unguenta profusis;
Ossaque vicinâ condita texit humo.
Qui quoniam exstinctis, quae debet, praestat amicis,
Et nos exstinctis adnumerare potest.

Claud. de Emil. carmen:

Exsequiis corpus bona femina lavit, & unxit.

Ciofan.

4. *Ossa.*] *Ejus* Servii. *atque* alii multi, & enim edit. *namque* Putean. & septem alii.

49. *Quod potuit.*] *Qui potuit* castigationes. Heins. *Quod potuit, quod tu* Junian.

51. *Reverti.*] *Amoris* Moreti & duo alii.

52. *Versit amoma.*] Verius est, *fudit amoma*: solebant enim unguenta in rogos & tumulos defunctorum spargere, & ipsa cadavera iis perfundere. Fabric. Unus Vaticanus & Masfei, *fudit*. probo. Ciofan. *Versit* meliores magno numero. Lege, *versit*, aut *vexit*. quod est apud Diomedem. Gronovius, *vergit* Observat. lib. II. cap. VII. qui videatur. sic Met. IV. vs. 596. scribendum monuimus ex sententia doctissimi Graevii:

——— *vergit furiale venenum*
Pectus in amborum.

Claudianus Nuptiis Palladii:

——— *tum vere rubentes*
Desuper invergunt calathos.

quemadmodo illic caligavi. apud Ausonium de septem Sapientibus dramatico opusculo Periander Cosmolicis:

Si fortuna juvat, cavato tolli:
Si fortuna vexat, cavato vergi.

ubi *vergi* minus concinne nunc legitur. *tolli* & *vergi* bene sibi opponuntur. Germanis Arataeis in Sagittario:

——— ——— *tum totus in undas*
Vergitur Orion.

ita codex longe vetustimus Vossianae Bibliothecae, non *Mergitur*. Avienus Prognosticis de Sole:

Seu ille occiduas vergat detrusus in undas.

ita utuntur plerumque in sacris inferis hoc verbo scriptores. nec dubium mihi est apud Statium quoque pietate Etrusci opertere reponi:

——— *tu largus Eoa*
Germina, tu messes Cilicumque Arabumque superbis
Verge rogis.

Thebaidos VI. ubi rogum Archemori describit:

Spumantesque mero paterae verguntur, & atri
Sanguinis, & rapti gratissima cymbia lactis.

Male etiam multi ex scriptis, *aroma*. Juvenal.

Et matutino sudans Crispinus amomo,
Quantum non redolent duo funera.

Persius Sat. III.

——— *tandemque beatulus alto*
Compositus lecto, crassisque tuguratus amomis.

Nofler Trist. III. Eleg. III.

Ossaque cum foliis & amomi pulvere misce.

Heins. *Fudit Aroma* Barthius

55. *Quae debet.*] *Quod debet* septem. & deinde, *praestet* tres.

Epistola X.

Flacco.

Naso suo profugus mittit tibi, Flacce, salutem:
Mittere rem si quis, quâ caret ipse, potest.
Longus enim curis vitiatum corpus amaris
Non patitur vires languor habere suas.

Nec

1. *Naso.*] Navis Excerpt. Vosf. *tuus* quindecim. 6. *Exsurgit.*] *In abis, sed surgit.* Fabric. Et cum melioribus. pro *febribus exhalis* Twisdenus, *acutis*. quod placet. vox medicis familiaris. Heins. 9. *Edit-*

Nec dolor ullus adest, nec febribus uror anhelis;
Et peragit soliti vena tenoris iter.
Os hebes est, positaeque movent fastidia mensae:
Et queror, invisi cum venit hora cibi.
Quod mare, quod tellus, adpone, quod educat aër;
Nil ibi, quod nobis esuriatur, erit.
Nectar & ambrosiam, latices epulasque Deorum,
Det mihi formosâ nava Juventa manu;
Non tamen exacuet torpens sapor ille palatum:
Stabit & in stomacho pondus inerte diu.
Haec ego non ausim, cum sint verissima, cuivis
Scribere; delicias ne mala nostra vocent.
Scilicet is status est, ea rerum forma mearum,
Deliciis etiam possit ut esse locus.
Delicias illi precor has contingere, si quis,
Ne mihi sit levior Caesaris ira, timet.
Is quoque, qui gracili cibus est in corpore, somnus,
Non alit officio corpus inane suo.
Sed vigilo, vigilantque mei sine fine dolores;
Quorum materiam dat locus ipse mihi.

Vix

9. *Educat.*] *Educet.* Heins.

11. *Latices.*] *Laticesque* Vatic. & Ms. Bersm. *Ambrosium* editi & scripti multi. vid. ad lib. II. Met. 120.

12. *Grata juventa.*] Grati ministri. Merula. Imo, Hebe, quae Latinis *Juventa* dicitur. fingunt autem Poëtae Hebem diis ministrare pocula. Micyll. *Guava juventa manu*, sincera lectio. in aliis, *pulcra*: in aliis, *grata*. Juventas dea est: juventus, ipsa aetas, seu juvenes: juventa, aetatis tempus. Fabric. *Grata juventa* male legit Merula: legendum plane est, *gnava*: liber Ursini, *gnara*. quae lectio ad illam proxime accedit. Ciof. Scripti plerique, *grata*, vel *Graja*. quod posterius amplexus est doctissimus Gronovius. unus ex Nostris, *flava*. alius, *gnara*. Sorrav. Scaligeri & Argent. *nava Juventa*. recte. ita enim scribebant, ut passim in veterrimo codice Silii Italici. Seneca Hercule Oetaeo:

In tempore ipso gnavus occurrit Lichas.

ubi veterrimus Mediceus *novus*, hoc est *navus*. Vide Notas Trist. lib. V. Eleg. III. vs. 37. Heins. *Grata juventa* Torrent. ad Horat. I. Od. 30. & Barthius XXXIX. Adv. 10. ut erat in plurimis scriptis: etiam *puella* pro *juventa* quinque.

13. *Exacuet.*] *Excutiet* tres.

13. *Sapor ille.*] Sic est in altero Vatic. & Ursini, multus quam in aliis. Ciofan. *Ipse* editi quidam.

14. *Pondus inerte.*] Cibus gravis & crudus. Merula. Tu construe, Stabit & cibus in stomacho inerte. ut sit inerte, pro inerti, ablativo casu dictum. Neque enim *iners* terminatione movetur. & in duas consonantes definentia utroque modo ablativum faciunt. Dicitur autem *iners stomachus*, quando suum officium non facit. hoc est, non concoquit ac digerit. Micyll. *Inerte mio* Junian.

15. *Cuivis.*] *Quamvis* Putean. *cuiquam* Jun. & editi nonnulli. *cuique* Leid.

16. *Vocet.*] Lege, *vocent* cum ductibus antiquis. Heins.

17. *Ea rerum forma mearum.*] *Rerum fortuna mearum* Thuaneus. *hic flatus* scripti & editi. forte, *Scilicet hic rerum flatus, & (vel haec) fortuna mearum*. vid. I. Trist. IX. 37. sed & Orosius lib. II. 5. *Victis & victoribus par forma*: nisi & ibi *fortuna* quis malit. vid. ad Quinct. X. de Instit. Orat. I. Burm.

18. *Possit ut esse.*] *Quod queat* Thuan. unde Heins. *quo queat.*

20. *Timet.*] *Velit* Gottorph. *vovet* Frag. Bozh. unde Heins. *vovet.*

27. *Parvus in exiles fuctus mihi pervenit artus.*] Qui pro *pervenit*, scripserunt, *permanet*, numerorum sunt obliti. Fabric. *Permanes artus* est in uno Vatic. In altero vero & Ursini longe melior est lectio, *pervenit*. idque alii viderunt. Ciofan. Mo-

Ver.

Vix igitur poſſis viſos agnoſcere vultus:
Quoque ſerit, quaeras, qui fuit ante, color.
Parvus in exiles ſuccus mihi pervenit artus:
Membraque ſunt cerâ pallidiora novâ.
Non haec immodico contraxi damna Lyaeo:
Scis mihi quam ſolae pene bibantur aquae
Non epulis oneror: quarum ſi tangar amore,
Eſt tamen in Geticis copia nulla locis.
Nec vires adimit Veneris damnoſa voluptas.
Non ſolet in moeſtos illa venire toros.
Unda locusque nocent: & cauſſa valentior iſtis,
Anxietas animi, quae mihi ſemper adeſt.
Hanc niſi tu pariter ſimili cum fratre levares,
Vix mens triſtitiae moeſta tuliſſet onus.
Vos eſtis fragili tellus non dura phaſelo:
Quamque negant multi, vos mihi fertis opem.
Ferte, precor, ſemper, quia ſemper egebimus illâ;
Caeſaris offenſum dum mihi numen erit.
Qui meritam nobis minuat, non finiat iram,
Suppliciter veſtros quisque rogate Deos.

ſeni, *Parcus*, vel *Rarus*. deinde, *parvanet* multi veteres. Forte, *parvatus*. Heins. Pro *ſuccus*, *ſanguis* P. Dan. a. m. pr.

19. *Non haec immodico contraxi damna Lyaeo.*] Eleg. vi. h. lb.

Nec jacet in lucem nimio madeſcere vino.

Ciofan.

20. *Scis, mihi quam paene bibuntur aquae.*] In Muſſet. *Scis, mihi quam ſolae* &c. In ambobus vero Vatic. & Urſini, *Scis, mihi quod ſolae paene*, &c. magis placet. Ciofan. *Quam durae Daſii.* ut ad glaciales aquas reſpicias.

21. *Valentior ipſis.*] *Valentior omni* duo libri, *loge, cauſſaque valentior omni. cauſſaque nocentior omni* Excerpta Voſſii: etiam non male:

24. *Anxietas animi.*] Sic ſupra ad uxorem. 36. *Semper adeſt.*] Mss. Barthii, *ineſt* & ita Ed. Pii.

27. *Simili cum fratre.*] Videtur is Graecinus eſſe, ut infra lib. iv. Eleg. 9. Micyll.

28. *Vix mens triſtitiae moeſta tuliſſet onus.*] Sic ex vetuſtis libris & ratione legendum. Ciof. Martin. *mens moeſta* cum quinque ſcriptis, & priſcis editionibus. Heins.

29. *Fragile phaſelo.*] *Fragili* Barbarin. bene. apud Mozin. lib. iii. Od. xi.

——— *fragilemque mecum*
Solvat phaſelon.

Prudentius lib. ii. contra Symmach.

Inſtar erant tenuis cymbae fragilisque phaſeli.

ſupra Eleg. v. hujus libri:

Nos fragili ligno vaſtum ſulcavimus aequor.

Statius Propemtico Metii Celeris:

——— *fugit ecce vagas rapit acta per undas,*
Paulatim minus & longo ſervantia vincis
Lumina, toi fragili ligno complexa timoret.

ita praeſtiterit fortaſſe, quam *gracili*. quod nunc circumfertur. cum hae duae voces promiſcue in vetuſtis codicibus confundantur. quanquam & ſcriptura vulgata ſatis commode ſe habet. Horatius Od. iii. lib. i.

Illi robur & aes triplex
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commiſit pelago ratem.

& illum imitatus Seneca Medea:

Audax nimium, qui freta primus
Rate tam fragili perfida rupit.

D. Paullinus carmine ad Cytherum:

Narbonae ſolvit per truncum pontis viam
Fragili carinae credulus.

vel, *credimus*. Heins. Vulgatam lectionem firmat imitatio Auctoris carminis ad Anſelmum Tom. iv. Miſcell. Baluz. pag. 560.

Illius ergo precor fracto ſuccurre phaſelo.

& hic *fracto* Argent. & Sarrav. Burm.

40. *Multi.*] *Alii* P. Dan. cunctis Excerpt. Voſſii.

44. *Veſtros.*] *Veſtrum* Servii.

P. OVIDII NASONIS
EPISTOLARUM
EX PONTO
LIBER II.

Epistola I.

* GERMANICO CÆSARI.

Huc quoque Caeſarei pervènit fama triumphi,
Languida quo feſſi vix venit aura Noti.
Nil fore dulce mihi Scythicâ regione putavi.
Jam minus hic odio eſt, quam fuit ante, locus.

Tan-

* *Germanico.*] Graecino inſcribitur haec Epiſtola in Moreti codice. *de Triumpho Caeſaris* Medic. & Argent.

1. *Huc quoque &c.*] Diſputat hoc loco Merula de Tiberiine ovatione, an de Germanici triumpho, Elegia haec intelligenda ſit. Cujus rei facilis explicatio eſt, ſi ad ipſa tempora reſpiciatur, quibus vel haec ſcripta ſunt, vel illorum alter triumphavit, alter ovans urbem ingreſſus eſt. Scripſit enim haec Ovidius proximo ante obitum Auguſti anno, cum jam quadriennium in Ponto fuiſſet. Tiberius autem ovavit proximo poſt cladem Varianam anno, tertio ante quam haec ab Ovidio ſcriberentur. id quod ex Suetonio apparet, cujus haec ſunt verba cap. xvi. *Sed nunciata Illyrici defectione tranſiit ad curam novi belli, quod graviſſimum omnium externorum bellorum, poſt Punica, per 15. legiones, paremque auxiliorum copiam triennio geſſit, &c.* & mox: *At perſeverantiae grande pretium tulit, toto Illyrico, quod intra Italiam regnumque Noricum & Thraciam, & Macedoniam, interque Danubium flumen & ſinum maris Adriatici patet, perdomito & in dictionem redacto, cui gloriae amplior adhuc ex opportunitate cumulus acceſſit. Nam ſub idem fere tempus Quintilius Varus cum tribus legionibus in Germania periit, nemine dubitante, quin victores Germani junCturi ſe Pannoniis fuerint, niſi debellatum prius Illyricum eſſet. Quas ob res triumphus ei decretus eſt, multique & magni honores, &c.* Et rurſus: *Triumphum ipſe diſtulit, moeſta civitate clade Variana. Nihilominus urbem praetextatus & laurea coronatus intravit, &c.* Hinc addit: *Proximo anno repetita Germania, cum animadverteret Varianam cladem temeritate & negligentia ducis accidiſſe, nihil non de conſilii ſententia egit, &c.* Ex quibus omnibus patet, neque de Germanis ovaſſe Tiberium, neque ad debellandam Germaniam ante profectum fuiſſe, quam jam ovaſſet. Relinquitur ergo, ut de triumpho Illyrico Elegiam hanc intelligamus, qui eodem anno, quo haec à poëta ſcripta ſunt, geſtus fuit, proximo ſcilicet ante mortem Auguſti: id quod ex eodem Suetonio colligitur. Nam ſtatim poſt ſuperiora illa ſubjungit: *A Germania*, inquiens, *poſt biennium reverſus, triumphum, quem diſtulerat, egit, proſequentibus etiam legatis, quibus triumphalia ornamenta impetrarat, &c.* Et rurſus: *Ac non multo poſt leges per Coſſ. lata, ut provincias cum Auguſto pariter adminiſtraret, ſimulque cenſum ageret, condito luſtro, in Illyricum profectus eſt. Et ſtatim ex itinere revocatus. Jam quidem affectum, ſed tamen ſpirantem adhuc Auguſtum reperit, &c.* Quibus ſimilia & apud

Tandem aliquid pulsâ curarum nube ſerenum
Vidi; Fortunae verba dedique meae.
Nolit ut ulla mihi contingere gaudia Caeſar,
Velle poteſt cuivis haec tamen una dari.
Di quoque, ut à cunctis hilari pietate colantur,
Triſtitiam poni per ſua feſta jubent.
Denique, quod certus furor eſt audere fateri,
Hac ego laetitiâ, ſi vetet ipſe, fruar.
Juppiter utilibus quoties juvat imbribus agros,
Mixta tenax ſegeti creſcere lappa ſolet.
Nos quoque frugiferum ſentimus inutilis herba
Numen; & invitâ ſaepe juvamur ope.
Gaudia Caeſareae mentis pro parte virili
Sunt mea: privati nil habet illa domus.
Gratia, Fama, tibi: per quam ſpectata triumphi,
Incluſo mediis eſt mihi pompa Getis.

In-

Indice te didici, nuper viſenda coïſſe
Innumeras gentes ad Ducis ora ſui.
Quaeque capit vaſtis immenſum moenibus orbem,
Hoſpitiis Romam vix habuiſſe locum.
Tu mihi narràſti, cum multis lucibus ante
Fuderit adſiduas nubilus Auſter aquas,
Lumine coeleſti Solem fulſiſſe ſerenum,
Cum populi vultu conveniente die.
Atque ita victorem, cum magno vocis honore,
Bellica laudatis dona dediſſe viris:
Claraque ſumturum pictas inſignia veſtes,
Tura prius ſanctis impoſuiſſe focis:
Juſtitiamque ſui caſte placaſſe Parentis;
Illo quae templum pectore ſemper habet.
Quàque ïerit, felix adjectum plauſibus omen;
Saxaque roratis erubuiſſe roſis.

Pro-

apud Tacitum ſequuntur libro primo. Et docet hoc idem Poëta quoque Elegia ſequenti, ubi claris atque ſpectis verbis inquit, *Adde triumphatos modo Patres, adde quibus ſubdita montanas brachia Dalmatias*: & quae ſequuntur. Nam de Germanici triumpho, quem ille de Germanis egit, verbis hic opus non eſt, cum ille quarto demum anno Tiberii actus fuerit, mortuo jam (ut videtur) Poëta. Quanquam idem Merula infra, ubi de eodem Germanico Poëta meminit, eique triumphum illum de Germanis agendum, velut vaticinando praedixit, graviter iterum labitur, multumque à vero recedit: cum ea omnia, quaſi de Tiberio dicantur, exponit. Non enim Tiberio, ſed Germanico Drusi filio, Tiberii autem ex fratre Nepoti, eam praeſtitionem facit poëta, quem tamen in Germaniam ab Auguſto adhuc vivente, in locum Tiberii miſſum, aut certe non ita multo poſt mittendum ſcibat, eoque illi victoriam atque triumphum ſimilem, hoc modo, velut ominando, praecinat. Sed de hac re infra pluribus agemus. MICYLL. Refer ad triumphum Tiberio de Delmatis a Senatu decretum A. V. C. DCCLXI. C. Poppaeo Sabino, Q. Sulpicio Camerino Coſſ. hoc eſt quinquennio ante exceſſum Divi Auguſti. ſed triumphus eſt dilatus in opportuniora tempora, motâ nam civitate ob eladem Variſanam. ut facilius in alterum annum ſit rejectus, hoc eſt conſulatum M. Aemilii Lepidi, & T. Statilii Tauri. MERULA. Vide Cl. Maſſon. Vitam Ovidii ad A. V. C. DCCLXI. §. 4. Pighius ad An. DCCLXIII. de Germanici Triumpho egit.

1. *Hac quique.*] Haec eſt veterum librorum lectio, quam agnoſcit interpres. In quibuſdam autem mendoſis male distinguitur. CIOFAN. *Nunc quoque* Gryph. *hunc mihi* Barberin.

2. *Languida quo feſſi vix venit aura Noti.*] Lib. IV. Eleg. X.

At Notus, adverſo tepidus qui ſpirat ab axe,
Eſt procul, & rarus, languidiorque venit.

CIOFAN.

4. *Jam minus hic odio eſt.*] *Eſt* deeſt ſex codicibus. *jam minus eſt odio, quam* Junian.

5. *Aliquid ſerenum.*] *Aliquod* Aldi Micyll. Berſm. & minor Gryph. & alii. Heinſius malebat, *aliquid ſereni* vid. ad I. Faſt. 484. qui etiam mox legebat, *vidi ego.*

7. *Nolit ut illa.*] *Illa* cum tribus ſcriptis legendum. HEINS. *Noluit illa* Jun. & Leid. ſed *nulla* etiam Barthius Adv. XL. 12. ex ſuis membranis. mox, *haec tamen ille dari* P. Dan.

9. *Di quoque ut a cunctis.*] Barthii codices, *Di tamen ut cunctis*, quod ille praefert. *ut a nobis* Putean.

12. *Si vetat.*] *Vetet* meliores, & *juvat* pro *rigat* verſu proximo. de quo dictum Art. Amator. lib. I. ſ. 647. HEINS. *Laetitiae* Fragm. Boxhorn.

14. *Creſcere lappa.*] Hafnienſis, *ſurgere*, quod praeferrem, quia de primo ortu hic agitur. paſſim vero *creſcere* & *ſurgere* confunduntur a librariis. vid. Epiſt. VII. 11. & I. AMOR. II. 11. mox, *fruſtiferum* duo libri. BURM.

16. *Saepe juvamur.*] *Fruamur* duo. Heinſius etiam malebat, *nempe.*

17. *Caeſareae mentis.*] *Gentis* videtur ſcribendum, cum ſubjungatur, *privati nil habet illa domus. Caeſarea gens*, quomodo, *gens Flavia, gens Claudia, gens Aemilia.* HEINS. *Gentis* quoque malebat Barthius; in membranis vero ejus ed., *Caeſareae vitilis. gens* & *mens* ſaepe permutatae. vid. ad Petron. CXI. & ad lib. I. Metam. 100. & inf. III. IV. 27. nec tamen facile *mentis* repudio, quia gaudia mente percipiuntur. ita III. Am. VII. 63. *tacita formavi gaudia mente.* BURM.

22. *Ad ducis.*] *Sub ducis* Baſil. & Barthii, qui probat.

23. *Quaeque capit latis.*] In iisdem libris antiquis, *vaſtis.* CIOFAN. Pro *moenibus*, *viribus* Junian. *quae capit in* P. Dan.

24. *Hoſpitiis.*] *Hoſpitii* Putean. & duo alii. *Hoſpitiis* ſeptem.

25. *Lucibus.*] *Flatibus* Putean. & Combii. mox, *Funderet* Servii & Patav. *nubibus* etiam Leid. & quinque alii. & editio Berſm.

27. *Numine coeleſti Solem fulſiſſe ſerenum.*] Urſini liber, *luxiſſe.* CIOFAN. *Lumine* ex tribus ſcriptis. HEINS. *Numine coeleſti lumen fluxiſſe* P. Dan. forte, *limine coeleſti*, ut millies de ortu ſolis hac voce utuntur, quae ſaepe cum *lumine* commutatur, ut I Met. 767. & II. Met. 4. vid. ad II. Amor. VI. I. conjecerat & Heinſius, *munere coeleſti. luxiſſe* etiam Regius & duo alii. BURM.

28. *Vultu.*] Non damno. nam ſerenum coelum ſerenis & hilaribus convenit. ſed tamen mallem, *cultu*: candidati enim Romani diebus laetis. candidus vero dies candido cultui populi congruebat. BURM.

29. *Cum magnae vocis honore.*] *Magno* unus Vaticanus. HEINS. *Cum multo vocis honore* Francof. eſt autem *vocis honor* laudatio, ut moris erat, cum imperator cos, qui res egregie geſſerant, militaribus donis ornaret. Frontin. III. XVI. I. & *ſuper verborum honorem equo quoque donavit.* ubi vid. Tennul. & ita paſſim *honor verborum.* Livius XXX VII. 37. *Ilienſibus in omni rerum verborumque honore abs ſe oriundos Romanos praeferentibus.* apud eundem lib. XXX. 15. *addit verbis honorem.* ubi patet *verbis* eſſe ablativi caſus: nam antea dona ipſi dederat, deinde oratione vel verbis honorem adjicit. mox pro *dona* in Mss. Barthii erat, *dampna*, male. neque rectius Berſmannus hic donativum vel congiarium intelligit: militaria enim dona, haſtas puras, armillas &c. innuit, ut notiſſimum. Horat II. Epiſt. II. 32. *donis ornatur honeſtis.* BURM.

33. *Juſtitiaque ſui caſtos placaſſe parentes.*] Nemo intelligit, ut opinor, quid haec ſibi velint. Sarravianus, Combianus, & unus Mediceus, cum prima editione & Scaligeri Excerptis,

Juſtitiamque ſui caſte placaſſe parentis.

optime. niſi quod priores duo, *caſtae*, mendoſe. *caſte placare Deos*, ut *caſte colere Deos* Ciceroni Epiſt. ad Terentiam: *caſte Deos adire* in leg. XII. Tabb. *caſte ſacra facere*, & ſimilia paſſim in ſacris. vide Notas Faſt. IV. ſ. 726. Ceterum unice hanc emendationem illuſtrat Noſter ipſe infra lib. III. Eleg. VI. de Auguſto:

Principe nec noſtro Deus eſt manſuetior ullus:
Juſtitiâ vires temperat ille ſuas.
Nuper eam Caeſar facto de marmore templo,
Jam pridem poſuit Mentis in aede ſuae.

unde liquet verſu proximo ſcribendum. *Illo quae templum pectore ſemper habet.* nempe Juſtitia. Vulgati & ſcripti, *quo templum.* niſi quod Aroudelianus pro diverſa lectione, *illa quae.* Haec praelo commiſſurus eram, cum inciſi in magni Scaligeri ad Propertium animadverſiones, ubi pari modo Naſonianum locum caſtigatum offendi, id-

Protinus argento veros imitantia muros
Barbara cum victis oppida lata viris.
Fluminaque, & montes, & in altis pascua silvis;
Armaque cum telis in strue mixta suis.
Deque triumphato, quod Sol incenderit, auro
Aurea Romani tecta fuisse fori.
Totque tulisse duces captivis addita collis
Vincula, pene hostes quot satis esse fuit.

Maxi-

ente sub finem libri tertii. Heins. *Justitiaque sui fecisse placuisse parenti* P. Dan. *Caros* Excerpt. Vossii.

35. *Quaque.*] Per quemcumque locum. lib. IV. Trist. Eleg. II.

Quaque libet, manibus circum plaudire tuorum.
Ciofan.

36. *Sanguine jactatis trabibusse rosis.*] In veteribus libris, *rorantibus*. Et lib. IV. Metamorphoseos: *Rorantibus hastarum aquis.* Ciofan.

37. *Versi imitantia muros.*] *Versos* Sarravianus & plerique alii. recte. Sequenti versu idem Sarrav. & tres alii, *justis viris*. Excerpta Vossii, *victis*. Puto, *fictis*; ex argento videlicet. Heins. Non placent illi *pilis*, vel *fusi* olim. nescio an non glossator appellandi vocem illam, *picta*, alii voci, tanquam explicationem, & forte legendum,

Barbara cum titulis oppida lata suis.

nam vitæ effingi & imponi ferculis non memini me legere, sed titulos adscribi norunt est, hos picros fuisse glossator indicare voluit. *Viris* autem & *suis*, *tuis*, *justis* facpius permutantur in Ovidii libris. quin tamen seq. distichio iterum *sua* vel *suis* requiras, mallem, si *victis* est retinendum, Vossianæ codicis lectionem, *vinctis viris*, ut captivi vinctis post terga manibus in triumpho ducti intelligantur. iisque addita fercula, quibus nomina vel figuræ oppidorum caporum inscripta legebantur. *versos* etiam *muros* præferrem: cum quia non puto in ferculis muros ovantes exhibitos, certe numerum id legi, tum quia verbum *imitari*, *veros* postulare videtur. ut lib. I. ex Pont. 2. 45.

Semina ne veris vestri imitantia casus.

& VIII. Met. 195.

Et veras imitatur aves.

Vide lib. XI. Met. 588. Burm.

39. *Fluminaque & montes.*] Lege, *Fluminaque, montesque*, in uno veteri antea erat, *Fluminaque, & montesque*. Qua de re vide quæ dixi lib. I. Metamorphos. Ciofan. *In altis silvis* plerique veteres. Excerpt. Scaligeri, Combinus, & tres alii, *in altis pascua silvis*. quod placet. nisi mavis,

Fluminaque in montes & in altas profua silvas.

cum Jansonius, *in montes*. Arondellianus,

Fluminaque & fontes & latis profua silvis.

Heins. *Fluminaque, montesque* quidem certum videtur, atque ansam variis lectionibus aliquam dedisse. Berlman. in marg. *in lactis pascua silvis*. integrum vellem,

Fluminaque, montesque, & lactis pascua silvis.

& immutasse crediderim, qui præpositionem *cum* jubiceri non sentirent. Auctor. Elector. Eton. *Et jactis prosua silvis* Francof. ego in tribus, quæ consului, Berlmanni editionibus repperi in margine, *in lactis pascua silvis*, atque ita etiam Wechciiana. *in artis pascua silvis* unus. simillis vero locus in Epicedio in Drus. 313. *Fluminaque & montes, & nomina magna locorum.* Burm.

40. *In strue junctа.*] *In strue missa suis* in nonnullis. Nauger. Alii, *in strue misa*. Talis strues est in hunc diem in monte Esquilino, cui imposita C. Marii trophaea. talis effecta cernitur in nummo quodam Augusti Cæsaris. Fabric. Uterque Vatic. *sua*. Ursini, & Maffei, *mixta sua*. Ciofan. *Mixta sua* etiam Francofurtensis.

41. *Deque triumphorum.*] In recentissimis mutata lectio est, cum in omnibus paulo antiquioribus legatur, *Deque trophæorum*, quod agnoscit interpres. Fabric. *Incenderet* Sarrav. Argent. aliique nonnulli. Basilcensis rectè, *incenderit*. Præterea unus Vaticanus, *Deque triumphato auro*. quomodo in Fastis, III. 732.

Deque triumphato victrix tosta bove.

Heins. *Tropæorum* citat etiam Casaub. ad Pers. Sat. II. 55. qui *ovatum aurum* vocat.

43. *Captivos.*] *Captivis* in nonnullis: rectius. Nauger. *Captivis* Patavinum, & probat Naugerius. Fabricius.

44. *Pene hostes quot satis esse fuit.*] Hoc est, tot numero, quot in toto aliquo exercitu hostium satis esset, fuisse: sive qui justum exercitum complere ac facere potuissent. Micyll.

45. *Horum.*] *Hominum* P. Dan. & pr. Ed.

46. *Summa caputque fuit.*] *Summa caputque Bato*, Sarrav. & Scaligeri codex. optime. intellige Batonem Pannoniorum, vel ut alii, Dalmatarum ducem, cujus Dio, Paterculus, Suetonius, alii meminerunt. Veram lectionem jam vidit Scaliger. qui adeatur ad annum MMXXIII. Chronici Eusebiani.

Maxima pars horum vitam veniamque tulerunt:
In quibus & belli summa caputque Bato.
Cur ego posse negem minui mihi Numinis iram,
Cum videam mites hostibus esse Deos?
Pertulit huc idem nobis, Germanice, rumor,
Oppida sub titulo nominis isse tui.
Atque ea te contra, nec muri mole, nec armis,
Nec satis ingenio tuta fuisse loci.

Di

febiani. *tulerunt* pro *tulere* versu superiori scripti. Heins. Vid. ad Vellej. II. cap. 110. nomen vero illud *Batonis* jam antiquum: nam Ponticum *Batonem*, dominum Menippi ex Diocle memorat Diogenes Laërtius lib. VI. 99. Burm.

47. *Cæsaris iram.*] Ursini, *numinis*. Ciofan. *Numinis* Sarrav. Scaliger. Argent. & multi alii. Polit. cum quibus & Nostet, *principis*. Heins. *Cur ego non sperem* Ms. Berlman.

49. *Pertulit huc idem.*] *Hic idem* in nonnullis. rectius. Nauger. *Hue* Polit. & sex alii. reliqui magna ex parte, *hic*. Heins. *Hoc* edit. quædam. *protulit* libri quinque.

49. *Rumor, Oppida sub titulo nominis esse tui.*] Hic locus est, de quo supra monui, deceptum ac lapsum commentatorem, Tiberio adscripsisse falso, quæ de Germanico ejus filio adoptivo, & ex fratre Druso, nepote, à Poëta dicuntur. Est enim hæc apostrophe ad ipsum Germanicum, qua Poëta velut alloquens illum, ostendit se eadem fama, qua de Tiberii triumpho audierit, etiam de Germanici expeditione in Germaniam, & de oppidis ab eo aliquot jam captis, audivisse. Vaticinatur igitur & illi similem triumphum de Germanis, ei, quem Tiberius de Illyriis modo gessit, &c. Quare quæcunque deinceps ad finem usque dicuntur, omnia ad Germanicum referenda erunt. Cui Poëta & longos annos optat, victoremque in Capitolium scansurum dicit, eademque gaudia exhibiturum patri (adoptivo scilicet Tiberio, nam verus pater Drusus jam multo ante in Germania perierat) quæ ille antea suis parentibus, Augusto scilicet & Liviæ exhibuisset. Atque cum se triumphum carmine tum celebraturum ait, itidem ut hunc Tiberii, de quo in præsentia agitur, si modo vitam eo usque perduxerit. Ex quo loco etiam illud non obscure colligi potest, Ovidium ante mortuum esse, quam Germanicus de Cheruscis & Chattis triumphavit, cum eum triumphum (velut ipse hic pollicetur) silentio præteriturus haudquaquam fuisset, nisi ante mortuus, quam ille gestus, fuisset. Triumphavit autem Germanicus Coss. C. Cælio (*Cæcilio* al) & L. Pomponio Flacco, ut Tacitus autor est, qui annus post obitum Augusti quartus fuit, intercedentibus inter hos & Sextum Pompejum, Sextumque Apulejum, qui eo anno, quo Augustus obiit, Consules fuere, duobus annis: quorum priore Drusus Cæsar & C. Norbanus, posteriore Silenna Statilius Taurus & L. Scribonius Libo consulatum gessere. ut si prius illud recte colligitur (ut quidem ego non dubito) Ovidium ante triumphum Germanici decessisse: etiam hoc jam non obscure sequatur, neque octavum annum, ut vulgo fere traditur, in exilio exegisse, intraque septimum, aut non multo post, mortuum esse. Micyll. Designat Secretium & alia oppida Pannoniæ a Germanico capta. qui tamen & cladem in illa expeditione est passus. Sed missus in Illyricum Tiberius & Germanico conjunctus Dalmatas Pannoniosque variis præliis attrivit, Batonem quoque ducem hostium cum filio cepit, & in triumphum egit, ut hic videmus. Imperatoris nomen & triumphum tam Augusto, quam Tiberio decretus. Germanico triumphalia ornamenta, honoresque prætorii, & ut sententiam primus post consulares diceret, utque consulatum legibus solutus posset ambire. Plura Paterculus, Dio, Tacitus, Suetonius, Appianus, Alexandrinus, Florus, Orosius, alii. pro *sub titulo, sub titulos* castigabat Muretus. male. nam illa Tibulli, II. IV. 54.

Ite sub imperium sub titulumque lares,

& Nostri Remed. Amoris, 302.

Sub titulum nostros misit avara lares,

longe alia significatione dicuntur. Heins.

50. *Oppida.*] Hoc verbum & urbes significat. Terentius in Andria de Athenis, *Toto me oppido exanimatum quærere*, &, *quamobrem ejiciat oppido*. Cicero lib. III. Famil. Epist. IX. de Laodicea, Apamea, Syndadis, Philomelo & Iconio. *Quibus in oppidis omnibus commoratus sum.* Servius Sulpicius ad eundem Ciceronem lib. IV. eorundem Epist. de Ægina, Megara, Piræo & Corintho, *quæ oppida quondam tempore florentissima fuerunt.* Cæsar lib. I. de Bello Civili de Sulmone: *Quod oppidum à Corfinio* VII. *millium intervallo abest, quem* Silius vocat *claram urbem.* Tranquillus in Augusto: *Ex secessibus præcipue frequentavit maritima, insulasque Campaniæ, aut proxima urbi oppida, Lanuvium* (hodie *civita Lavinia*) *Præneste, Tibur.* Ciofan.

50. *Nominis esse tui.*] In nonnullis, *isse tui* & rectius. Nauger. *Isse*, incessile, in triumpho

Dî tibi dent annos! à te nam cetera sumes;
Sint modo virtuti tempora longa tuae.
Quod precor eveniet. sunt quiddam oracula vatum.
Nam Deus optanti prospera signa dedit.
Te quoque victorem Tarpeias scandere in arces
Laeta coronatis Roma videbit equis.
Maturosque Pater nati spectabit honores,
Gaudia percipiens, quae dedit ipse suis.
Jam nunc haec à me, juvenum belloque togâque
Maxime, dicta tibi vaticinante nota.
Hunc quoque carminibus referam fortasse triumphum:
Sufficiet nostris si modo vita malis.
Imbuero Scythicas si non prius ipse sagittas:
Abstuleritque ferox hoc caput ense Getes.
Quod si, me salvo, dabitur tibi laurea templis;
Omina bis dices vera fuisse mea.

Epi-

...gradum dicta. Interpretatio Merulae minus con-
...venit, qui docuerat libris corruptis fidi. FABR.
...Nunc legi, ac fit civilibus nonnullis.

51. *Nec mori.*] *Non mori* Ms. Bersm.

52. *Jugeris.*] *Ex-gyris* Putean.

53. *Virum.*] *Verum* Servii codex.

53. *Evadit.*] *Evadat* Putean. & Servii. *quae* ...*evadat* Ms. *evenire* quaerit.

54. *Sunt quaedam vatum carmina.*] Repone vel sine sufficitur veterum librorum, *sunt quiddam*, ...*sunt aliqua*. Vide Notas Art. Amator. ...III. 8. 33. proximo versu pro *Nam* malim, ...*Jam*. HEINS. Et Dan. prim. Edit. & Marg. Bersmanni. quod placet Electorem Etonens. Auctori. quiddam enim Hermanno in Paregris Criticis. *sunt longa periacula vatum* Putean.

55. *Tarpeias scandere in arces.*] *Scandere turres* quinque notavi. Forte, *rupes*. Propert. IV. IV. 1.

Tarpeiaque sumus, & Tarpeia in rupe sepulchrum.

In Ingelim penes meos, non, *Tarpeia turpe*. HEINS. Prop. IV. 8. 7.

Tarpeia nigra vatis nuda de rupe tenebat.

Auctor. Elect.

56. *Laeta coronatis Roma videbit equis.*] Vide quae notavi Elegia 11. Lib. IV. Trist. CIOFAN.

57. *Maturosque Patri.*] Sic Horat. lib. II. Epist.

Jam senis imminens Junonius annus honores.

CIOFAN.

60. *Quae dedit ante suis.*] Libri veteres, ipse CIOFAN. Ita & plerique codices; *usque* Junian. & duo alii. *gaudia prospiciens* Leid. *praecipiens* Excerpta Vossii.

61. *Jam nunc haec.*] Duriora haec emollire liceret, si legeretur,

Jam tamen haec a me.

mox, *vaticinante puta* Junian. & quatuor alii.

63. *Hunc quoque.*] *Hunc ego* Ms. Bersm. *tam referam quandoque* nostrae membranae. vitiosum an bene conjungi possint. AUCTOR ELECTOR. ETON. In Juniano, *quique*, quod Heinsius noxabat esse, *quandoque*, & placebat prae *fortasse*; promittit enim non dubitanter carmina, si modo sufficiet vita.

64. *Sufficiet.*] *Sufficies* meliores. HEINS. Nam Nolter his particulis, *si modo*, indicativum modum subjungere amat. vid. supr. lib. I. x. 39. XVI. Epist. 296. & mox Eleg. seq. 48. & videbis inconstantiam Heinsii.

65. *Imbuero Scythicas sagittas.*] *Induero* Leidenses. *Inducere pectora telis* habes Amor. lib. II. Eleg. x. HEINS. *Non prior* edit. prim.

67. *Dabitur tua laurea templis.*] *Dabitur tibi* conicimus multi ex scriptis: à te, vel per te dabitur. HEINS. *Gloria* Putean. & Leid. an pro *adorea*?

68. *Omina bis.*] Sic iidem libri vere; ut & recte interpretatur Merula, in excusis autem quibusdam est, *omnia*. CIOFAN. Ita & G. Canter. Novar. Lect. I. 8. *carmina* Putean. & tres alii.

1. *Vene-*

EPISTOLA II.

MESSALLINO.

ILlic domus vestrae primis venerator ab annis
Pulsus ad Euxini Naso sinistra freti;
Mittit ab indomitis hanc, Messalline, salutem,
Quam solitus praesens est tibi ferre, Getis.
Hei mihi, si lecto vultus tibi nomine non est,
Qui fuit, & dubitas cetera perlegere!
Perlege, nec mecum pariter mea verba relega:
Urbe licet vestrâ versibus esse meis.
Non ego concepi, si Pelion Ossa tulisset,
Clara meâ tangi sidera posse manu.
Nec nos, Enceladi dementia castra secuti,
In rerum dominos movimus arma Deos.
Nec, quod Tydidae temeraria dextera fecit,
Numina sunt telis ulla petita meis.
Est mea culpa gravis, sed quae me perdere solum
Ausa sit, & nullum majus adorta nefas.
Nil, nisi non sapiens possum timidusque vocari:
Haec duo sunt animi nomina vera mei.
Esse quidem fateor, meritam post Caesaris iram,
Difficilem precibus te quoque jure meis.

Quae-

1. *Venerator.*] *Imitator* Excerpt. Voss. unde Heinsius *mirator* faciebat.

2. *Ad sinistra.*] Sic lib. IV. Trist. Elegia ultima dixit, *ad laeva*. CIOFAN. In codice Medonii erat, *Pulsus ad Euxini Naso sinistra sui*. ut Euxinum jam *suum* dicat, ad quem tam diu habitavit: *Extremi freti* unus. *missus ad* alius. BURM.

5. *Hei mihi, si lecto.*] Sarravianus, *O mihi quid lecto*. forte, *Hei mihi quod lecto*. HEINS. *Heu* multi.

6. *Et dubitas.*] Moreti codex, *& dura cetera mentis legis*. non male, ut Ep. XVI. 10. *nec vultu cetera duro Perlege, omnia perlegere* Junian.

8. *Vestra.*] *Nostra* quatuor libri.

11. *In rerum.*] Membranae nostrae, *terrarum dominos*. Legi potest. *Terrarum in dominos*. utrumvis non sine exemplo. AUCTOR. ELECT. ETONENS. nulla causa est, cur mutemus obviam locutionem.

15. *Est mea.*] *Mihi* unus.

16. *Nullum majus adorsa nefas.*] Recte. *adorta* Sarrav. Argent. Combi, Twisd. alique nonnulli. ut apud Virgil. VII. 385.

—— *simulato numine Bacchi*
Majus adorta nefas.

HEINS. Vid. II. Trist. 92.

16. *Nefas.*] Post hunc versum Ms. inserit sequentes duos versus,

Neve roges, quae sit fiultam quam scripsimus artem,
Innocuas nobis non sinit esse manus.

BERSMAN.

18. *Animi nomina vera mei.*] An hoc recte dicatur dubito. quidam codices, *munera*. forte, *crimina*: nam & IV. Trist. IV. 39. *errorem* & *timorem* inter crimina sua ponit. superiori versu Excerpta Vossii, *timidusque notari*. ut saepe illa verba commutantur apud Nostrum. BURM.

19. *Caesaris.*] *Judicis* Patavin. mox, *te quoque posse meis* Excerpt. Vossii.

23. *Sed*

Quaeque tua est pietas in totum nomen Iuli,
Te laedi, cum quis laeditur inde, putas.
Sed liceat arma feras, & vulnera saeva mineris;
Non tamen efficies, ut timeare mihi.
Puppis Achaemeniden Grajum Trojana recepit:
Profuit & Myso Pelias hasta duci.
Confugit interdum templi violator ad aram,
Nec petere offensi numinis horret opem.
Dixerit hoc aliquis tutum non esse; fatemur.
Sed non per placidas it mea puppis aquas.
Tuta petant alii. Fortuna miserrima tuta est:
Nam timor eventus deterioris abest.

[Qui

23. *Sed liceat arma ferat.*] Malim, *ferox*, ut ad *vulnera* referatur. pro *efficies* versu proximo Pont. 3. Arendell. *efficias*. Heins. *Et tamen efficias* Paulin. sed nihil mutat. xiii. Met. 64.

Haud tamen efficiet, de jecerum ut Nestora crimen
Figat, nec saltem

Quintil. Decl. xi. cap. 7. *Non tamen nihil efficies armis, ne mea prius interfectas despicias.* Burm.

25. *Puppis Achaemeniden.*] *Ponto* Excerpt. Voss.

26. *Myso.*] *Teucro* multi scripti.

27. *Templi violator.*] *Temerator* Pelchianus. recte Festus, *Temerare, violare sacra & contaminare. dictum videtur a temerando.* apud Statium Achilleidos primo in festis Bacchi:

Exterrete, adeste, ne quis temerator obstet
Agminis feminei.

temerare leges, & *legum temeratores* in Corpore Juris passim. apud Virgilium oppositio:

Ulixi nec Trojae, templa & temerata Minervae.

Propert. lib. iv. Eleg. x. de ara Herculis:

Hanc nulli nequam patuit temeranda sacellis,
Ara fuit, temerando malo illic erat. Tibullus lib. iii. Eleg. v.

Non ego tentavi nullis temeranda virorum
Limina laudandas sacra docere Deas.

Noster Fast. i. ex vetustissimi veruli libri:

Ne temerent puras examinata faces.

In Tolle tuetur:

Utque Dei Libyci templum violare parentes.

Libro iii. vii.

—— tutaque, fecisse,
Sub sancta Dea.

pariter abest, quin apud Apulejum quoque censeam scribendum libro 12. *At te, inquit, nequissime & sceleratissime, dominum ipse tuus, & cunctis coeli numina, quae dejerando temerasti, pessimus pessime perdant.* cum nunc legatur, *dejerando temere devotasti.* pro quo, qui *devorasti* reponunt, suaviter nugantur. apud Vellejum quoque lib. ii. *Omnia pretio temerata vendente rempublicam consule.* ubi *temperata* nunc legitur. *temerare*, corrumpere. sic *fluvios temerare venenis* Nostro Met. vii. & *corpore nefandis dapibus temerare* Met. xv. Tacitus Histor. iv. cap. liii. *Injectae fundamentis argenti auripue stipes, & metallorum primitiae nullis fornicibus victae. Praedixere haruspices, ne temperatur opus saxo aurove in aliud destinato.* Adi Notas Amor. lib. i. Eleg. viii. Vs. 19. Heins. Ego propter unum codicem non mutarem vulgatam lectionem, quae aeque bona est, atque illa, quam Heinsius reponi jubet. vid. ad lib. i. 1. 51.

31. *Fortuna miserrima nostra est.*] Melius, *tuta est.* Contra illud. *Perflans altissima venti.* Fabric. In uno Vatic. & Urlini. *tuta est.* quam lectionem laudat Fabricius. Ciofan.

32. *Nam timor eventus.*] *Eventu* Sarrav. forte, *Eventi*, ut Tacitus & alii frequenter. Heins.

33. *Qui rapitur fatis.*] Nonnulli ex antiquis omittunt hoc distichon, quidam proximum. Alii ex ambobus unum faciunt, utroque mediorum versuum omisso. Ego utrumque distichon superfluum & tollendum esse censeo. Certe in Sarraviano ita legebatur,

Qui rapitur ——
Porrigit spinas duraque saxa ——

hiatu in priore ac posteriore versu relicto. Heins. Uncis tamen posterius distichon exemi. nam de libris, cum & hinc & illinc sint libri, facile negotium: nec, qui factum, ut aliqui non retinuerint, in obscuro. sententiam vero, ejusque locum, nemini, confido, displicitura. Reliqua lenitas. Virgil. Aeneid. ii. 209.

Fit sonitus spumante salo.

i. Georg.

[Qui rapitur fatis, quid praeter fata requirat?
Saepe creat molles aspera spina rosas.]
Qui rapitur spumante salo, sua brachia cauti
Porrigit, & spinas duraque saxa capit.
Accipitrem metuens pennis trepidantibus ales
Audet ad humanos fessa venire sinus.
Nec se vicino dubitat committere tecto,
Quae fugit infestas territa cerva canes.
Da, precor, accessum lacrimis, mitissime, nostris:
Nec timidis rigidam vocibus obde forem.
Verbaque nostra favens Romana ad Numina perfer,
Non tibi Tarpejo culta tonante minus.
Mandatique mei legatus suscipe causam:
Nulla meo quamvis nomine causa bona est.
Jam prope depositus, certe jam frigidus, aegre
Servatus per te, si modo servor, ero.

Nunc

i. Georg. 203. *prono rapit alveus amni.* utrumque conjunxit Val. Flac. iv. 268.

—— *fumanti qualis in alto*
Vado capta ratis, trepidi quam sola magistri
Cura tenet, rapidum ventis certantibus aequor
Intemerata secat.

Tibul. i. Eleg. 2.

Is Venerem è rapido sentiet esse mari.

Noster autem ipse, *utraque Coelo brachia porrexit* in fine lib. v. Metam. supereſt *capio.* sed clara videtur res: & vereor, ne sim nimius. Auctor Elector. Eyonens. egit de hoc loco Zinzerl. Promulſ. Critic. cap. xlv. & Diatrib. prior. p. 189. in uno codice, *brachia nanti.* in alio, *Qui ventis, quid praeter fata relinquit.* in tertio vero lectio, ut edidit Heinſius. alterum diſtichon, niſi quod, *ſpumante ſreto.* in Berſmanni editione, *brachia campi.* tandem eo inclinat Zinzerlingius ut totum abjiciat diſtichon, quod promanaſſe ex priore credit, cui facile accedo. Burm.

34. *Porrigit ad ſpinas duraque ſaxa manus.*] Qui, inquit, ſatis rapitur, ſolet cuicumque loco etiam aſpero manus admovere, ut majus periculum evitet. In vetuſtiſſimo exemplari hoc carmen ita legitur, *Saepe creat molles aſpera ſpina roſas.* ut ſit ſenſus: Ex ſpinis ſaepe naſcitur roſa, hoc eſt, ex triſti fato plerumque naſcitur laetum. Quibus verbis deſignat, poſſe accidere, ut adverſa poëtae fortuna, ſi confugerit ad hoſtes offenſos, mutetur in melius. Merula. Omnes lib. ſcripti perſpicue habent, *Saepe creat molles aſpera ſpina roſas:* quo modo & Merula inveniſſe ſe teſtatur, & optime exponit. Ciofan.

37. *Accipitrem metuens.*] Unus Vatic. & Urſ. *Accipiremque timens.* rectius. Ciofan. *Accipiremque timens* vetuſtiores. ſed ſi ſuperiores verſus tollantur, vulgatae lectioni non eſt movenda controverſia. Heins.

38. *Audet in humanos.*] *Ad humanos* ſcripti. Heins.

40. *Infestas canes.*] *Infeſtas* Combi & Pelchii. ut ſaepe alibi Noſter. Vide Notas Met. iii Vs. 140. Heins. *Cum fugit* Putean. vid. Phaedr. Fab. ii. 8. ubi, *caeco timore servum villam proximam petisse* fingit. *nec totidem timidis* Mss. Barthii. unde ille, *nec totam: nec timidis rigidam* unus codex: rectius.

42. *Vocibus obde forem.*] *Obde foram* veteres quinque. Vide Notas Art. Am. ii. Vs. 636. Heins. Alterutrum bonum eſt. Faſt. i. 124.

Ni teneant rigidae condita bella foras.

Amor. iii. 8.

Ad rigidas canto carmen inane foras.

Auctor Elect. Eyon.

43. *Favens.*] *Fovens* Junian. & duo alii. *profer* etiam Regius.

47. *Jam frigidus aeger.*] Non placent haec. ſed diſtinguendum credo. *certe jam frigidus; aegre ſervatus* &c. nihil puto certius. Burm.

48. *Si modo servor.*] *Servor* nonnulli. vid. ii. 64. Heins. Mox, *laſſi rebus* Sarravianus:

Nunc tua pro lapsis nitatur gratia rebus;
Principis aeterni quam tibi praestat amor.
Nunc tibi & eloquii nitor ille domesticus adsit,
Quo poteras trepidis utilis esse reis.
Vivit enim in vobis facundi lingua parentis;
Et res heredem reperit illa suum.
Hanc ego non, ut me defendere tentet, adoro;
Non est confessi caussa tuenda rei.
Nam tamen excuses erroris imagine factum,
An nihil expediat tale movere, vide.
Vulneris id genus est, quod cum sanabile non sit,
Non contrectari tutius esse putem.
Lingua, sile: non est ultra narrabile quidquam.
Posse velim cineres obruere ipse meos.

Sic

50. *Principis aeterni quam tibi praestat amor.*] Aut *praestat* legendum cum Argent. aliisque plurimis; aut, *aeternam praestet*, vel, *aeternam*. nisi mavis, *Principis alterni quam tibi praestat amor*. ut de Tiberio etiam intelligatur. sed verius alterum. Heins. Al. *praestat*. ut nunc interpretor, *Quam tibi praestet gratiam amor Principis, quem propterea longissimi aevi optamus*. potest etiam legi, *aeternus praestet amor*; vel cum Heinsio *aeternum*, seu *aeternam*. Auctor Elect. Eton.

51. *Nunc tibi.*] Malim, *mihi*. Nunc mihi adsit eloquium tuum. recte autem illud, *nitor eloquii domesticus*, nam in Messalla Corvino nitorem orationis multum commendat Quinctilianus. & Tacit. lib. III. Ann. 34. *Mox Valerius Messalinus, cui parens Messalla, insignemque imago paterna facundiae, respicuit*. Heins. Recte *mihi* Heinsius: sed ita explica: illud eloquium, quo utilis esse solebas reis, adsit nunc mihi, id est patrocinetur: prout *adesse reis* saepenumero dicimus. haec si legisset Pithoeanus, non apud Tacitum *imaginem facundiae* pro levi specie sumsisset. praesertim si huic Elegiae jungisset quartam libri IV. Trist. ubi in Messalino, *tanti cumulavit imago, & patrias facundia ingrata laudatur. furor ille* Argent. *eloquio* Polit. Bonat.

52. *Trepidis viris.*] Lege, *reis* ex veteribus libris. Celsan.

54. *Illa.*] Alii, *ipsa*, vel, *ipsa*.

57. *Nunc tamen.*] Sic Ms. & editi quidam. *sed* Juntina, aut prim. Edit. *nunc* Edit. Bersm.

57. *Erroris origine factum.*] *Imagine* rectius multi, ut lib. III. Eleg. III.

Tu licet erroris sub imagine crimen obumbres,
Heins.

58. *Movere.*] Sic in ambobus Vatic. Maff. & Ursini, id est, experiri. Ciofan. *Movere* cum melioribus plerisque. Heins. *Monere* alii.

59. *Non sit.*] *Est* membranae nostrae, proximo, *esse* patavini, excepto uno. Quicquid autem istis fiat, legendum videtur, *nec contrectari*, nam legitur, *hoc non*, vel, *non hoc tractari*. Auctor Elect. Eton. *Curabile* Bersm. Edit. qui in margine, *narrabile*, & *tractabile*.

60. *Non contrectari.*] Ita in Aldino & melioribus. Fabric. *Non hoc tractari* duo Vatic. Paullo suavius in libro Ursini, *Hoc non tractari*. Maffeinus autem liber, *Non contrectari* habet. quod & ferri potest. Ciofan.

60. *Tutius esse putem.*] *Putem* cum Hafniensi. sequens distichon nonnihil est suspectum. Heins.

62. *Posse velim cineres obruere ipse meos.*] Unus Vatic. *ante meos*. Ciofan.

65. *Vultusque remiserit illos, Qui secum terras imperiumque movent.*] Hoc est, vultus illos severos & graves, quorum nutu sive intuitu totum imperium commovetur, deposuerit atque exhilararit, non delectarit, ut Merula exponit. Mox, *Pulvinaria sua*, accipe pro thalamo, sive conjugio, quod pulvinariorum nomine appellat, adulandi gratia, tanquam de diis loquens, quibus in templis pulvinaria sterni solebant. Micyll. Berlmannus *pulvinaria*, templa interpretatur.

66. *Qui secum terras, imperiumque movent.*] Exposui hunc locum Eleg. & lib. I. Trist. Ciof.

67. *Exiguam.*] Forte, *exiguum*, per appositionem, ne exiguam, & vilem ne velit esse praedam. Burm.

69. *Vale*

Sic igitur, quasi me nullus deceperit error,
Verba face, ut vitâ, quam dedit ipse, fruar.
Cumque serenus erit, vultusque remiserit illos,
Qui secum terras imperiumque movent;
Exiguam ne me praedam sinat esse Getarum,
Detque solum miserae mite, precare, fugae.
Tempus adest aptum precibus. valet ipse, videtque
Quas fecit vires, Roma, valere tuas.
Incolumis conjux sua pulvinaria servat:
Promovet Ausonium filius imperium.
Praeterit ipse suos animo Germanicus annos,
Nec vigor est Drusi nobilitate minor.
Adde nurus, neptesque pias, natosque nepotum,
Ceteraque Augustae membra valere domus:

Adde

69. *Valet ipse videtque quas fecit.*] *Valet illa*, & *quas fecit* Sarravianus. *valere suas* Jun. Leid. & multi alii. & mox, *incolumi conjux* idem Sarrav.

73. *Praeterit ipse.*] *Ille* Barberin. Heinsius malebat, *ecce*.

74. *Nec vigor est Drusi nobilitate minor.*] Sententia est: Germanicus praeterit suos annos animo i. fortior atque animosior est, quam pro aetate sua. Nec Drusus nobilior est quam fortior, sed pariter excellit animo ac nobilitate. Drusum autem intellige, non patrem Germanici, fratrem Tiberii, is enim multis ante annis perierat in Germania: sed Drusum, Tiberii ex Agrippina filium, cujus uxor Livia fuit, Germanici soror, quam postea Sejanus adulterio corrupit, ipsumque Drusum veneno, per Cygilum Spadonem dato, sustulit, ut autor est Tacitus lib. 4. Mox per *Nurus*, intellige Agrippinam Germanici, & Liviam Drusi, uxores: per *neptes* & *nepotes*, Germanici ac Drusi Junioris liberos. ut fuere, ex Germanico quidem Caligula, qui Tiberio successit: Agrippina, quae primum Domitio nupsit, unde Nero natus fuit, mox Claudio imperatori cohabitavit. item Nero & Drusus, qui post à Tiberio interempti: Julia & Drusilla, de quibus Tacitus lib. 2. & Suetonius in Caligula. Ex Druso autem & gemelli illi, de quibus Tacitus lib. 2. meminit his verbis: *Ceterum recenti adhuc moestitia soror Germanici Livia, nupta Druso, duos virilis sexus simul enixa est, quod rarum laetumque etiam modicis penatibus, tanto gaudio principem affecit, ut non temperaverit, quin jactaret apud patres, nulli ante Romanorum ejusdem fastigii viro geminam stirpem editam, &c.* Et non Tiberius, cujus meminit Suetonius. Atque hi ex Germanico & Druso geniti, quorum tamen quidam post mortem Augusti primum nati fuere, de quibus poëta nihil scire potuit: ut plerique Drusi, & Julia Germanici, quae, ultima hujus liberorum, Lesbi edita fuit; cum in Asiam trajiceret, post triumphatos Cheruscos, ut est apud Tacitum lib. 2. Habuit autem & alios nepotes, neptesque Augustus, ex Octavia sorore scilicet, & Julia filia, & Druso Germanici patre. cujus & Claudius fuit, qui post Caligulam imperavit. Sed de his Merula infra annotavit. Illud tamen adjiciendum, C. & Lucium ex Julia nepotes, cum haec scriberentur ab Ovidio, mortuos jam fuisse, Massiliae altero, altero in reditu ex Armenis extincto, ut & alibi annotavimus: Juliam autem neptem, & Agrippam postumum, relegatos, hunc impulsu Liviae, illam propter impudicitiam: ut ex Tacito & Suetonio colligitur. eoque de illis Poëtam non intellexisse. Micyll. *Est Druso* malim. vel, *in Druso*. Heins.

75. *Carosque nepotes.*] Uterque Vaticanus, *natosque nepotes*. Ursini & Maffei, *natosque nepotum*. Ciofan. *Adde nurum neptemque pias, natosque nepotum*. Sarravianus. Polit. & tres quatuorve alii. Argent. Scaligeri multique praeterea recte,

Adde nurus, neptesque pias, natosque nepotum:

quidam etiam, *natosque nepotis*, vel *neptes*. Juliae in Pandataria exulantis non meminit, nec Juliae neptis: neptes intellige Agrippinam Germanici uxorem, & Livillam Drusi filiam. nurus intellige Antoniam Drusi uxorem, Livillam, quam dixi, filiam Drusi. utpote Caji Caesaris uxorem, & Aemiliam Lepidam Lucio Caesari desponsatam, quae & *nurus Caesaris* propterea in veteri inscriptione Bergomensi appellatur. *nati nepotum* sunt, quos Augustus videre potuit, Germanici liberi & Drusi, quorum ante meminit. Plinius lib. v. cap. XIII. auctor est, Augustum eo, quo supremum

Adde triumphatos modo Paeonas, adde quieti
Subdita montanae brachia Dalmatiae.
Nec dedignata est abjectis Illyris armis
Caesareum famulo vertice ferre pedem.
Ipse super currum placido spectabilis ore
Tempora Phoebea virgine nexa tulit.
Quem pia vobiscum proles comitavit euntem,
Digna parente suo, nominibusque datis.

Fra-

...ulis fiant, anno M. Junium Syllanum nepti suae nuptum jam vidisse genium. Heins.

77. Adde triumphatos modo Paeonas, &c.] De locutione quo modo, & de quo triumpho intelligendus esset, ipse monui, Elegia praecedente. Non enim de Dalmatico Augusti triumpho accipi debet, qui multis post devictum Antonium & Cleopatram annis est, multis prope quadraginta, antequam anno ab Ovidio scripta fuit: sed de Illyrico Tiberii, qui proximo ante obitum Augusti anno gestus est. Id quod & particula *Modo* innuit, quam *Paeonas modo triumphasse* inquit: quasi dicat, nuper, ac etiam eodem hoc anno. Micyll.

78. Adde quieti subdita montanae brachia Dalmatiae.] Parum Lanius Illirus, *Dalmatia quieti subdita*, quae est, *Quiriti subdita* scribendum, aut *Pannis*, quicquid pro vulgata lectione fiant inscitissimi rerum. Codex Regius, *quieto*. Sarmat. gubidis Pinus dux Dalmatarum a Batone profectus. Sed cum *Pannonum* voce: Vellejus, *Illyrum Deos*, proxime conjecturam duco veriorem. apud Ovidium:

— *quibus ima Quirinus*
Pacifer subit.

quicquam grammatici veteres contendunt, *Quirinus* singulari numero inhibitivus dici. Juvenalis Sat. VIII.

— *cruces ima in plebe Quirini*
Fraudibus servatae.

Spartianus libro primo Epist. 1. *his dixit jura Quirini, de Hadriano.* Heins. *Quiriti* nemini scribat posthac non plectere. Latine tamen dicit poeta *subdita quiriti*. Plin. VIII. 10. *Jugo subdita omnia, primus Romam ad currum junxit M. Antonius.* Certe quia pro jugo fuit Dalmatis, quem Dolabella infulis deinde bellicosissimae gentis ornavit Strabone, Vellejum, Plutarchumque videre est, neque Ciceronem lib. III. Epist. ad Quint. Quod vero ad Illyricum attinet, nihil hic facit qui Pannonum erat, non Dalmatarum, dux fuerat, expresse inde profectus a Batone Dalmata, qui Dolabellae Deus & Vellejus. Auctor est et Livius. Latine dici, *subdita quiriti non posse*, & longe alia re, *jugo subdere*, ac *quiriti*, inque voce interpretanda a loco dicendi adhuc est.

durior. sed forte scribendum, *quieti reddita*, ut intelligatur pacata Dalmatia. de *Quirite* in singulari egimus I. Amor. VII. 29. *Pinetti* praefert denuo Heinsius ad Vell. Pater. II. cap. 110. Burm.

81. Ipse super currum.] *Ille*, & *currus* Ms. Berfmanni.

82. Tempora Phoebea virgine nexa tulit.] Scribendum est, utcunque membranis dissentientibus, *Penea virgine*. Nam Daphne, Penei fluminis filia. Noster Met. I.

Nympha, precor, Penea mane. non insequor hostis,

Doctissimus Gronovius ad Statium ex Pirckheimeriano codice, *Phoebeâ conjuge*. at Phoebus ipse Met. I. ad Daphnen:

— *quoniam conjux mea non potes esse,*
Arbor eris certe dixit mea.

Martialis ad Apollinem, IV. 41.

Ter rata vota patri, sic te tua diligat arbor,

sic legendum ex optimis membranis, non, *uxor*. Heins. Heinsius conjicit, *Penea*: Gronovius emendabat, *Phoebea conjuge*. At conjux non fuit. dici tamen potest, credo, quae sperata fuerit. sed neutro opus est. Auctor Elect. Eton.

83. Quem pia vobiscum proles comitatur euntem, Digna parente suo nominibusque; &c.] Per prolem, Tiberii filium accipio, Drusum, qui currum patris comitatus fuerit, cum caeteris ducibus, quos hic sub voce *Vobiscum* intelligit. Nam ut de Tiberio & Actiaco triumpho accipiamus, repugnat temporum ratio, id quod supra quoque monui: & item quod sequitur, *Digna parente suo, nominibusque datis*. Neque enim adhuc nomina Caesaris aut Augusti acceperat Actiaco triumpho Tiberius. At si de Druso intelligamus, tam de Caesaris appellatione, quam de proprio nomine intelligere licet, quasi qui se dignum Druso patruo, & item Caesarum gente gereret. Quare & superius *Caesarum pedem*, non Augusti pedem, sed Tiberii expono, qui tum Caesaris nomen, ab Augusto jam pridem adoptatus, gerebat. Quod autem inferius paulo sequitur, *Fratribus assimilis*, &c. haud scio an etiam de Castore & Polluce intelligi possit, quibus ex manubiis suo & fratris nomine templum dedicavit Tiberius, post

Fratribus adsimilis, quos proxima templa tenentes
Divus ab excelsâ Julius aede videt.
His Messallinus, quibus omnia cedere debent,
Primum laetitiae non negat esse locum.
Quidquid ab his supererit, venit in certamen amoris:
Hac hominum nulli parte secundus eris.
Hunc colis, ante diem per quem decreta merenti
Venit honoratis laurea digna comis.

Feli-

actum de Illyriis triumphum. autore Suetonio. Ut obiter ejus quoque rei admoneat lectorem poëta. Nam apud P. Victorem invenio, in eadem regione urbis templum Julii, & templum Castorum fuisse. Sed de hoc non anxie nimis contenderim. Micyll.

83. Vobiscum.] *Nobiscum* Leidensis. & editi quidam.

83. Comitavit euntem.] Malim, *ovantem*, Suetonius in Tiberio: *Rhaetico atque Vindelico bello gentes Alpinas, Pannonico Breucos & Dalmatas subegit. Germanico quadraginta millia dedititiorum trajecit in Galliam, quas ob res & ovans & curru urbem ingressus est.* Paria habes apud Dionem lib. LV. Heins. Suetonii locus est de priore bello. Suetonius ipse, Vellejus & Dio ostendunt, hunc justum fuisse triumphum, non ovationem. Auctor Elect. Eton.

83. Prolem.] Per *prolem* intelligo Germanicum & Drusum. De Germanico superiori epistola vidimus. Druso ob rem bene gestam locus inter Senatorios decretus, utque post Quaesturam inter Praetorios sententiam diceret. de utroque cum agat, malim mox, *Fratribus assimilis*. Germanicus enim adoptione Tiberii filius, frater Drusi. Heins.

84. Nominibusque datis.] Malim, *natis*. Germanicus nomen suum non unâ de Germanis victoriâ ratum fecit. hunc ut & Drusum una cum Tiberio triumphasse post bellum Pannonicum confectum ex Dione discimus, etsi Drusus ipsi bello non interfuisset. Heins. Germanici, credo, ac Imperatorum a principe & senatu, Caesarum etiam a vulgo *κατ' ἐξοχὴν*, Principumque: alterum ex Tacito constat, alterum credibile, quod filii familias in principum domo, atque ex Drusi apud eundem Annal. III 34. verbis: *Principibus adeunda saepius longinqua imperii. Quoties divum Augustum in occidentem atque orientem meavisse, comite Livia? se quoque in Illyricum, &c.* Auctor Elect. Eton. *Nominibusque suis* Scrvii codex. *parente sua* etiam Regius.

85. Fratribus adsimilis.] Hoc loco dubie dicit, & nihil dicit Merula: non enim Caji & Lucii basilicam, quae alia in parte urbis exstitit, neque Cupidinum simulacra intelligit: sed Castoris & Pollucis templum, quod proximum templo Julii Caesaris fuit. Id autem in foro fuisse è Plauto, Catullo, Ovidio, praeterea è Suetonio & Minutio potest intelligi. Fabric.

85. Tenentes.] *Tuentes* Putean. *colentes* Basil.

86. Aede.] *Arce* quatuor. male. vid. XV. Met. 812. ubi eadem varietas. *Dius* etiam, vel *summus* codex Gallicus. *Summus*. Politiani & undecim alii.

88. Laetitiae primum.] In veteribus, *Primum laetitiae*. Ciofan. *Non negat ille* Argent.

89. Quicquid ab his supererit, venit in certamen amoris.] Hoc est, Quicunque ab his jam recensitis reliqui sunt, cum iis certat amore & laetitia Messalinus, eaque in parte, sive eo in certamine nullo posterior est: quippe qui & hanc partem colendo, ante diem sive tempus lauream, sive ornamenta triumphalia confecutus sit. ut intelligamus, hunc quoque fuisse ex ducibus illis, quibus Tiberius de Illyriis & Dalmatis triumphans, ornamenta triumphalia impetrarat. de qua re Sueton. in Tiberio meminit. Micyll. *Quisquis* Junian. *ad certamen* Leidens. *in certamina nostri* Regius. *in certamen honoris* duo.

91. Hunc colis, ante diem per quam.] Iidem. lib. *Hunc colis ante diem quamquam.* Ciofan. Haec nihili sunt. Quomodo enim *ante diem*, cum jam consulatu functus esset Messalinus totis quatuordecim annis ante hunc triumphum. Incidit enim in V. C. DCCL. ejus consulatus. Tiberii hic triumphus in annum DCCLXIV. Sarravianus omnium veterrimus, *Hanc colet*, & *quamque decreta*. alii complures, *colis*, & *quanquam*. variae conjecturae subeunt. Sed rutilissimum Sarraviani codicis vestigiis insistere, in quo nihil mutandum, nisi *quamque*. in *quam qua*. nam recte idem superiori versu, *secundus erit*, non *eris*. quod superiora confirmant, *His Messallinus*. cum quia illic tamquam cum tertia agit persona:

Hanc colet ante diem, quam qua decreta merenti
Venit honoratis laurea digna comis.

certe Messallino ornamenta triumphalia fuisse decreta bello hoc Dalmatico, ubi fidem faceret hic locus, abunde testaretur Vellejus Paterculus, cujus narrationem exhibemus libro I. Ep. VII.

Felices, quibus hos licuit spectare triumphos,
Et Ducis ore Deos aequiparante frui.
At mihi Sauromatae pro Caesaris ore videndi,
Terraque pacis inops, undaque vincta gelu.
Si tamen haec audis, & vox mea pervenit illuc;
Sit tua mutando gratia blanda loco.
Hoc pater ille tuus, primo mihi cultus ab aevo,
Si quid habet sensus umbra diserta, petit.
Hoc petit & frater: quamvis fortasse veretur,
Servandi noceat ne tibi cura mei.
Tota domus petit hoc. nec tu potes ipse negare,
Et nos in turbae parte fuisse tuae.
Ingenii certe, quo nos male sensimus usos,
Artibus exceptis, saepe probator eras.
Nec mea, si tantum peccata novissima demas,
Esse potest domui vita pudenda tuae.

Sic

Is Illyrico praefectum fuisse nostrum, *Dio Pannonia praefecit* hoc bello testantur. Fuisse autem gratiosum hunc ipsum Messallinum, non apud Augustum solummodo, sed etiam apud Tiberium sit verisimile, cum patrem ejus Corvinum Messalam jam senem ab hoc adolescente Tiberio observatum fuisse iuvat Suetonius. Porro praeter Messallinum ornamenta triumphalia sunt consecuti hoc bello, Vellejo teste, C. Vibius Postumus Legatus procos. Tiberii Caesaris in Illyrico, & M. Plautius, qui Dalmatiam Procos. obtinebat. Marmor antiquum, *M. Plautius M. F. A. N. Silvanus Cos. VII. vir epulon. huic Senatus triumphalia ornamenta decrevit ob res in Illyrico bene gestas.* Caeterum praetermitti non debet, in Argentinensi codice, quem inter vetustiores connumeramus, exaratum occurrere, *quaquam decreta parenti* pro *quamque*. Ut dies triumphi Aquitanici Messallae Corvini designetur, cujus memoriam quotannis festo in gente Valeria die celebratam fuisse sit verisimile. Heins. De triumphalibus ornamentis, Germanico & Legatis Tiberii a senatu decretis, sed & Messalino (ante alios omnes ut videtur) res est certissima. Nam Vellejus II. 112. *Felix exercitu, forte conatu, prima aestate belli Messallae opus mandandum est memoriae, qui &c. & praepositus illyrico, subita rebellione cum semiplena legione vicesima circumdatus hostili exercitu, amplius XX. millia hostium fudit fugavitque, & ob id triumphalibus ornamentis honoratus est.* sed quod hic ante diem in Heinsiana interpretatione non video. Emendationem & ego tentavi, sed vereri fateor, ut vel Heinsii vel nostra lectione satis arcte cum priscis haec conveniant. Legebam tamen, *Quis*, vel, *quam colat ante diem, quicum decreta merenti venit* &c.? aliquis fortasse malit, *quam qua*, pro *quicum*. Sic autem interpretabimur. Quis enim magis veneretur diem hanc Tiberiani triumphi, quam Messalinus, cum qua die venit ei laurea initio belli decreti? vel, *quam* enim *magis veneretur diem Messalinus, quam* hanc, *qua*, seu *quicum* &c.? potest etiam legi, *haec colet usque diem quicum* &c. nam animadverti *usque* & *ante* in libris permutata, ut Eleg. praeced. vs. 60. Auctor Elect. Eton. Locus perplexus. & durum videtur *hunc*, vel *haec* referre ad Tiberium, cujus mentio in proximis non fit. neque illud, *ante diem* intelligo. cum autem praecesserint duo fratres, quos similes Castori & Polluci esse ait, & Heinsius Germanicum & Drusum intelligat. malim,

Hos talis, atque fidem, per quam decreta meronti.

Tu Messaline colis hos, & simul fidem, qua meruisti lauream. *dies* & *fides* millies a librariis confusa. sed, ut verum fatear, vera adhuc lectio & sensus quaerenda. Burm.

93. *Felices quibus hoc.*] *Quibus o* Sarrav. & unus Vatican. Heins.

96. *Terraque pacis inops.*] Lib. III. Eleg. I.

Optet ut exilium pace carere meum.

Et Eleg. III.

Huc quoque venisti, pax est ubi tempore nullo.

Et Eleg. IX. lib. I.

Vivimus assiduis expertes pacis in armis.

Ciofan.

96. *Ut*

Sic igitur vestrae vigeant penetralia gentis;
Curaque sit Superis Caesaribusque tui:
Mite, sed iratum merito mihi Numen, adora;
Eximat ut Scythici me feritate loci.
Difficile est, fateor, sed tendit in ardua virtus:
Et talis meriti gratia major erit.
Nec tamen Ætnaeus vasto Polyphemus in antro
Accipiet voces Antiphatesve tuas:
Sed placidus facilisque Parens, veniaeque paratus;
Et qui fulmineo saepe sine igne tonat.
Qui, cum triste aliquid statuit, fit tristis & ipse:
Cuique fere poenam sumere poena sua est.
Victa tamen vitio est hujus clementia nostro:
Venit & ad vires ira coacta suas.
Qui quoniam patriâ toto sumus orbe remoti;
Nec licet ante ipsos procubuisse Deos;

Quos

96. *Undaque juncta gelu.*] Sic legitur in antiquis Eleg. I. lib. III.

Tu glacie freta juncta tenes.

Ciofan. *Vincta* aliae editiones.

97. *Si tamen haec audis.*] *Haec* meliores. Heins.

97. *Ipsue.*] *Illuc* Excerpt. Vossii.

98. *Sit tua.*] *Sit tua* Edit. Gryph. *sit tibi* Thuan. alter *blanda, folo* pr. Thuan. *mutato loco* Excerpt. Scaligeri.

101. *Hoc petit & frater, quamvis fortasse veretur, Servandi noceat ne tibi cura mei.*] Hoc est, Idem hoc etiam, videlicet ut pro me Augustum deprecaris, frater tuus abs te petit, nisi quod aperte hoc non facit, sive audet, illud metuens, ne ea deprecatio tibi fraudi sive damno sit apud Augustum. Micyll.

102. *Servandi.*] De hoc verbo lib. I. Trist. Ciofan. *Cautae mei* Polit.

103. *Tota domus petit hoc.*] *Rogat hoc* Sarrav. & P. Dan.

105. *Ingenii certe.*] *Cum tu* Moreti codex. *quis ass* Leidens.

107. *Si tantum peccata novissima demas.*] Non placet hoc loco de libris de Arte amandi intelligere, ut putavit Merula, Ciofan. *Tollas* duo.

109. *Sic igitur vestrae vigeant.*] *Vivant* Barberin. malo, *vireant*. Vide Notas ad lib. I. Raptus Proserpinae Claudiani. 236. Heins. Sed nullum adduxit locum in hanc rem, ubi non varietur lectionibus. nam iste Ovid. Met. II. 295. *aream festa pace virentem*, aliter legitur (licet is mentionem non fecerit.) *virentem* novem in libris (apud Ciofan.) & Edit. Vicentin. Quid quod non facile sentiatur, *virorum penetralibus* convenire? & tamen *vigorem*, fateor, facilius quoque damnaverim. Vide an satis probabile, *virent?* interpretandum, splendorem suum obtineant, sacra luce, ab amicis praesentibusque numinibus perfusa? Auctor Elect. Eton. Sed quid opus movere *vigeant*, quod florem, prosperitatem & omnia fortunae bona complectitur. Claud. II. in Ruffin. 187.

Oppida femoto Pelopeia Marte vigerent.

ubi etiam Heinsius *virerent* malebat. Virg. II. Æn. 88.

Dum stabat regno incolumis, regnumque vigebat.

ita *Res Romana viget* ex cod. Medic. lib. XIV. Met. 809. vid. ad Quinct. X. de Instit. Orat. I. Burm.

109. *Gentis.*] *Mentis* Excerpt. Voss.

110. *Tui.*] *Tuis* al. sic legendum etiam, *sit*. nec probo. Auctor Elect. Eton.

112. *Eximat ut Scythici de feritate loci.*] *Eximat* Sarrav. aliique nonnulli. *Eximat me* Argent. Lege, *Eximat ut Scythici me feritate loci.* Heins. *Scythica* Margo Berlin. *Exuat ut* quatuor.

113. *Sed tendit in ardua virtus.*] Malim, *tendat*. Heins.

114. *Et talis meriti.*] *Meritis* Sarrav. forte, *Talibus & meritis*. Heins.

116. *Accipiet.*] Barth. XL. Adv. 12. notat in libris Ovidianis veteribus reperiri, *accipere, accipiter*. & ita hic *accipiet* P. Dan. codex. sed fuit sequioris aevi macula.

117. *Sed placidus facilisque.*] Vossian. *sed placidus patriaeque parens*. & mox, *sed qui fulmineo*, venusta repetitione, ut ad v. Met. 17. & alibi saepius vidimus.

121. *Victa est hujus.*] Malim, *victo cujus clementia nostro*. Heins.

122. *Ve*

Quos colis, ad Superos haec fer mandata sacerdos:
Adde sed & proprias in mea verba preces.
Sic tamen haec tenta, si non nocitura putabis.
Ignoscas: timeo naufragus omne fretum.

122. *Venit & ad vires.*] *Ad partes*, pro *vires* malim. Heins. *Vires* retinet. ut II. Trist. 128.

O Britanne parce viribus usque tuis.

venit & in vires unus codex. Burm.

123. *Qui quoniam patria.*] Malim, *à patria*. Heins. Ita Nofler libro IV. Epist. 9.

Nec cessit damnis haec oculis; procul urbe remoti.

& III. Met.

Magna miseriis scelerisque artisque remoti.

Auctor Eton. Elect. sed hic duo illi ablativi impedimenta faciunt sententiam, quare posset legi, *patria*, *ac sero fomus orbe remoti*, ut erat in prima editione & octo scriptis. illud *ac* absoptum ab ultima litera *a*, *patria. a patria ac* P. Dan. sed *ac* subnotatum punctis erat. *patriae* Arg. unde posset, *patriae & sero*. Burm.

125. *Ad superos ferfer mandata sacerdos.*] Non displicet lectio lib. Urfini, in quo est, *ad superos haec fer mandata sacerdos*. Ciofan. *Haec fer* rectius plerique veteres. & mox, *in mea verba*, pro *ad*. Polit. & Moret. Heins. Verum ita loquebantur, cum aliquid ita inferretur, seu immisceretur alteri, ut unum fieret corpus, vel pro uno corpore haberetur: quamobrem τὸ *ad* reposui. reposui &, *vota* pro *verba*, cum illud in Berlmanni margine invenissem. Auctor Elect. Eton. *Ad mea dona* P. Dan. *iguoscas* etiam Sarrav. Arg. & quatuor praeterea. ceterum observatio illa de τῷ *addere in* vel *ad*, nescio an vera. certe ubi I. Amor. VII. I. & III. Fast. 306. dixit *addit manus in vincla*, non fit unum corpus. & eadem varietas in simili locutione I. ex Pont. II. 48. *dare ad vincula*, vel *in*. quare haec acuta nimis videntur. vid. ad II. Am. VIII. 48. neque etiam apud Ciceron. XIII. ad Att. 120. *Ad Ligarianam addere*, mutarem in, *in Ligarianam*, cum viris doctis. sed codices optimos semper sequerer. nam dictum, ut apud Calig. 40. *additum ad caput legis*. Idem vero Caes. cap. 24. *ad legiones alias addidit*, non *in*, dixit, licet inde fiat unum corpus exercitus & militum. Sed haec non sunt hujus loci. Ceterum Vossii codex & septem alii habebant, *ad mea vota*; quae est solemnis in Ovidianis codicibus permutatio, & saepe etiam *vota* & *preces* junctim ponuntur. & ita preces ad vota alterius addere, esset idem, quod *juncta vota* ferre ad Deos. II. ex Pont. X. 40. Burm.

Epistola III.

MAXIMO.

Maxime, qui claris nomen virtutibus aequas,
Nec finis ingenium nobilitate premi;
Cuite mihi (quid enim status hic à funere differt?)
Supremum vitae tempus adusque meae:
Rem facis, adflictum non aversatus amicum,
Quà non est aevo rarior ulla tuo.
Turpe quidem dictu, sed (si modo vera fatemur)
Vulgus amicitias utilitate probat:

Cura

1. *Nexum virtutibus aequas.*] *Implet* Scaligeri coetus, & alii nonnulli. ut lib. I. Eleg. II.

Maxime, qui tanti nunquam nominis implet.

quemadmodum vetus interpres Evangelio Matthaei cap. XXIII. fol. 32. *Et vos implete mensuram patrum vestrorum*. Sed Lucan. in Panegyr. ad Pisones:

Felix qui tantis animum virtutibus aequat.

Heins.

3. *Dissert.*] *Distat* duo libri.

5. *Non aversatus.*] Legitur vulgo, *adversatus*; magis placet ut *aversatus* sine *d* legatur. Merula. *Non insociatus* alter Medonii. mox pro *si modo vera fatemur* forte rectius reponatur, *fatendum*. in qua locutione multus est Lucretius, aliique optimae notae auctores. Heins.

6. *Tuo.*] *Meo* plurimi scripti.

8. *Utilitate.*] *Nobilitate* Puteaneus.

9. *Cura quid expediat prius est.*] *Prius* scripti. Heins. Heinsius ad IV. Trist. IV. 39. hic se dixisse ait, quare ibi *prius* pro *plus* reponendum sit. nihil tamen in curis secundis hic adjecit notis prioribus. sed in schedis notaverat tantum locum illum ex Tristibus.

11. *Nec facile invenies.*] *Invenias* Argent. & sex alii. Heins. Vid. ad Nuc. 58. *multis in millibus* editi olim & plures scripti. vid. ad IV. Trist. X. 34. deinde, *virtutem pretii qui putet esse sui* Polit. & duo alii. *esse suum* Putean.

13. *Recti facti si.*] Lege, *factis*, vel *facto*, ut κατὰ σύνεσιν fiat. Heins. *Recte* Sarrav. quare legerem & distinguerem,

Ipse decor recte facti (vel factis) si praemia desint
Non movet.

Quod elegantius puto quam, *decor recti. decor facti recti* pr. Ed. Burm.

14. *Gratis.*] Sallust. I. Hist. *nam ubi malos praemia sequuntur, haud quisquam gratuito bonus est.*

15. *Carum est.*] *Curae est* Francofurt.

15. *En detrahe menti.*] *Et* Argent. & duo alii. quinque cum Twisdenio, *nil*. Scribe, *i, detrahe*.

Cura quid expediat prius est, quam quid sit honestum:
Et cum Fortunâ statque caditque fides.
Nec facile invenias multis in millibus unum,
Virtutem pretium qui putet esse sui.
Ipse decor, recte facti si praemia desint,
Non movet, & gratis poenitet esse probum.
Nil, nisi quod prodest, carum est. i, detrahe menti
Spem fructus avidae, nemo petendus erit.
At reditus jam quisque suos amat, & sibi quid sit
Utile, sollicitis supputat articulis.
Illud Amicitiae quondam venerabile numen
Prostat, & in quaestu pro meretrice sedet.
Quo magis admiror, non, ut torrentibus undis,
Communis vitii te quoque labe trahi.
Diligitur nemo, nisi cui Fortuna secunda est.
Quae, simul intonuit, proxima quaeque fugat.
En ego, non paucis quondam munitus amicis,
Dum flavit velis aura secunda meis;

Ut

tus; magis placet ut *aversatus* sine *d* legatur. Merula. *Non insociatus* alter Medonii. mox pro *si modo vera fatemur* forte rectius reponatur, *fatendum*. in qua locutione multus est Lucretius, aliique optimae notae auctores. Heins.

6. *Tuo.*] *Meo* plurimi scripti.

8. *Utilitate.*] *Nobilitate* Puteaneus.

9. *Cura quid expediat prior est.*] *Prius* scripti. Heins. Heinsius ad IV. Trist. IV. 39. hic se dixisse ait, quare ibi *prius* pro *plus* reponendum sit. nihil tamen in curis secundis hic adjecit notis prioribus. sed in schedis notaverat tantum locum illum ex Tristibus.

11. *Nec facile invenies.*] *Invenias* Argent. & sex alii. Heins. Vid. ad Nuc. 58. *multis in millibus* editi olim & plures scripti. vid. ad IV. Trist. X. 34. deinde, *virtutem pretii qui putet esse sui* Polit. & duo alii. *esse suum* Putean.

13. *Recti facti si.*] Lege, *factis*, vel *facto*, ut κατὰ σύνεσιν fiat. Heins. *Recte* Sarrav. quare legerem & distinguerem,

Ipse decor recte facti (vel factis) si praemia desint
Non movet.

Quod elegantius puto quam, *decor recti. decor facti recti* pr. Ed. Burm.

14. *Gratis.*] Sallust. I. Hist. *nam ubi malos praemia sequuntur, haud quisquam gratuito bonus est.*

15. *Carum est.*] *Curae est* Francofurt.

15. *En detrahe menti.*] *Et* Argent. & duo alii. quinque cum Twisdenio, *nil*. Scribe, *i, detrahe*. ut monui lib. III. Eleg. III Amor. pro *quod prodest* si refinxeris, *quo prosit*, redditeris versum molliorem. Amoribus, I. IV. 59.

Me miserum monui, quo pascas prosit in horas.

Heins. Ego praetulerim, *qua prodest*. Auctor Elect. Eton. *Tu detrahe* Leidens. & P. Dan.

18. *Computat articulis.*] In lib. Urfini & altero Vatic. est, *supputat*. Ciofan. *Supputat* meliores scripti. Heins. *Supputit* Ms. Barthii, qui etiam, *supputat* inde legebat. eleganter autem de foeneratoribus Alciphr. I. Ep. 20. Μέγα τι κακὸν εἶναι οἱ περὶ τὰς ψήφους καὶ τῶν δακτύλων τὰς κάμψεις εἰλυόμενοι. ubi vide quae notavit doctissimus Berglerus. Burm.

19. *Venerabile numen.*] *Numen* Sarrav. Heins. Vid. I. Trist. VII. 15. *quoddam numen* Sarrav.

20. *In quaestu.*] Olim lectum fuisse, *In pretio pro meretrice sedet*. apparet ex Matthaeo Paris, qui ita citat in Henrico III. An. 1254. pag. 593.

21. *Non ut torrentibus undis.*] *Non cum* Barberin. Lege, *non, cum torrentibus undis*. Heins.

24. *Proxima.*] *Prospera* duo libri.

25. *Munitus.*] *Comitatus* duo. *vallatus* in Marg. P. Daniel. eleganter. cujus forte glossa *munitus & comitatus*. ita Scholiastes Statii XII. Theb. 17. *vallant* explicat *muniunt*. & idem hoc verbo pro stipare utitur, VI. Theb. 132. *Pallant Inachidae memores*. Noster etiam saepe hac voce delectatur, ut III. Fast. 449. I. ex Pont. II. 23. & alibi. Burm.

Ut fera nimboso tumuerunt aequora vento,
In mediis lacerâ puppe relinquor aquis.
Cumque alii nolint etiam me nosse videri,
Vix duo projecto tresve tulistis opem.
Quorum tu princeps: nec enim comes esse, sed auctor,
Nec petere exemplum, sed dare dignus eras.
Te, nihil ex acto, nisi non peccasse ferentem
Sponte sua probitas officiumque juvant.
Judice te mercede caret, per seque petenda est
Externis virtus incomitata bonis.

Tur-

26. *Dum flevit vetis.*] *Favit* legi praestiterit. hinc *vinti favantes* passim apud poëtas. Heins.

27. *Tumuerunt aequora vento.*] Unus Voss. *nocte*. unus Hafniens. *morbo*. Forte, *Cero*. Heins. Non damno verbum *tumuerunt*, quod in hac re obvium; sed tamen vix puto a librario potuisse proficisci lectionem, quam exhibet Vossianus codex, *tenuerunt aequora vento*. de quo verbo vide Heins. ad I. Met. 187. & ad Claud. Nupt. Honor. 232. sic apud Silium Ital. lib. IV. 640. ubi vulgo, *intremuit* Trebia. Heins. in Mss. repperit, *intonuit*, quod sequentia, *furit undo ponoris Vorticibus*, confirmant. in codice Petr. Dan. erat, *tenuerunt* à m. pr. *tenuerat* Leidens. *fenuerunt* unus. *nubifero* etiam duo. Burm.

28. *Nave.*] *Puppe* ex quatuor libris Heinsius dedit.

29. *Nosse fateri.*] Sic legendum ex eodem Vaticano, Ciofan. *Videri* meliores. Heins.

33. *Exacto.*] Alicui exigantur ego peccaverim, ut sit participium passivae significationis pro activa. Vel cave adverbium, ut *Exacto*, pro *Exacte* accipias. & est magna laus Maximi, quod poëtae amici crimen, quantum potest, nititur celare: haec nisi instanter requisitus etiam cum peccasse asserit. *Exigere* enim est per vim aliquid petere. Cicero: *Nihil, quod petat, exigere magis, quam rogare.* Hinc de adverbium, *Exacto*. Vel, *peccasse exacte*, hoc est per vim exacte: quasi aliqua vi me ad peccandum impulsum. Vel *peccasse exacto*, scilicet tempore, hoc est praescripto. Alii legunt, *Ex acto*, ut sint duae civiliones: hoc est, ex facto tantum peccasse, non voluntate: ut errore, non voluntate peccem. Maximus peccasse edendat, & excusset deorum ab ejus peccato abstinisse voluntatem peccandi. Romae in Vaticana bibliotheca corrigitur in versu ille, *Te nihil excepto*: quae emendatio non placet. ea enim carmen & sensum magis infirmat. Merula. Locus mendosissimus. nec juvant hanc vetera nisi quod *nec* pro *non* in nonnullis. Pessimo Fabro in Postilis nuper editis lib. I. ex. 2. Videatur Pithoeanum esse;

Te nihil ex acto nisi te fecisse petentem.

quam ille castigationem suam pluribus attexuit in iisdem Epistolis. Sed parum concinna est repetitio *vōi Te*. Quid si reponas?

Et nihil è facto, nisi te fecisse, petentem.

Longius quidem à vulgata scriptura haec abeunt. sed nil occurrit melius. versu proximo, *juvant* pro *juvat* meliores. Heins. Torquent se mirum in modum interpretes in sensu horum verborum inveniendo, nec se expediunt. Ego puto me veram lectionem & sententiam repperisse. dixerat & questus erat Ovidius, plerosque amicitiam ex utilitate coluisse, & deseruisse se, quamprimum adflictum vidissent. Maximum vero constanter, etiam in adversis, officium praestitisse, quia ipsam virtutem sui pretium credebat, nec utilitate amicitias probabat. quare legendum puto,

Te, nihil ex acto (vel, *è facto*) *nisi non peccasse ferentem,*
Sponte sua probitas officiumque juvant.

non aliam mercedem ex facto petis, nisi conscientiam, te non peccasse, aut non defuisse officio, quod amico debebas. sententia obvia, & ex communi sapientium effato desumta, ut Cicer. de Somn. Scip. *Sapientibus conscientia ipsa factorum egregiorum amplissimum virtutis est pretium.* Plin. I. Ep. 22. *Magnitudo animi nihil ad ostentationem, omnia ad conscientiam refert. relegus facti non ex populi fermone mercedem, sed ex facto petit*, ex quo loco & hic cum Heinsio, *è facto petentem* posset legi. ut apud Horat. I. Ep. XVII. 42. *Aut decus & pretium recti petit experiens vir.* ubi vide Lambin. Seneca centies hanc sententiam jactat. vid. Epist. LXXXI. *Recte facti faciste merces est.* vid. & de Clement. I. I. de Benef. IV. 1. & 22. & apposite Ep. XCVII. *maxima peccantium poena est peccasse.* adde & Ciceron. II. Philippica 44. in libro de Amicitia & alibi saepe idem affirmantem. vide III. ad Fam. 13. & ibi Manut. Barth. ad Claud. Conf. Manl. VI. Lind. ad Amm. Marc. XIV. 6. Chaevreana tom. I. p. 179. & quem non? hinc planissimam Ovidii mentem puto. exigua autem est jectionis vulgatae

Turpe putas abigi, quia sit miserandus, amicum;
Quodque sit infelix, desinere esse tuum.
Mitius est lasso digitum supponere mento;
Mergere quam liquidis ora natantis aquis.
Cerne, quid Æacides post mortem praestet amico:
Instar & hanc vitam mortis habere puta.
Pirithoum Theseus Stygias comitavit ad undas:
A Stygiis quantum sors mea distat aquis!
Adfuit insano juvenis Phoceus Orestae:
Et mea non minimum culpa furoris habet.

Tu

gatae mutatio: pro *nos* enim tantum, *non*, & pro *fatentem*, *ferentem* vel *petentem* rescribimus. quae passim a librariis permutata. Sic inf. IV. Epist. III. 19. pro *fateris*, *foreris* ex Mss. reposuit Heinsius. vide & ad VIII. Metam. 614. & Salm. ad Capitol. Pertinac. cap. I. Praeterea eleganter & passim dicitur, *ferre fructum*, *pretium*, *mercedem*, *aliquid* &c. *ex facto aliquo*. ita ipse Ovidius Epist. XVIII. 25.

Non tamen è facto fructum tulit ille petitum.

II. Art. Amator. 512. *& è nostra, quod petet, arte feret. facto* vero malim, quam *acto*, propter illa, quae tradit Victorius ad Cicer. IX. ad Famil. Epist. 14. & modo Elegia hac ipsa *facti praemia* Noster dixit. quae omnia persuadebant, tolerabiliorem certe esse nostram emendationem illa, quam nuper solo ingenio confisus, proposuit doctissimus Heumannus in Parergis Criticis pag. 117.

Te nihil, errando nisi nos peccasse, fatentem.

quae nullum sensum huic loco aptum efficiunt. ex Merulae autem interpretationum una, illud *errando* videtur vir acutus hausisse; quem etiam compilavit interpres Gallicus in usum Delphini, qui *exacto* adverbium esse statuit, & ita hunc locum explicat, ut alio interprete opus sit, qui nobis ejus mentem tenebricosi glossatoris aperiat. ceterum sequentem versum expressit auctor carminis in Anselmum apud Baluz. IV. Miscell. pag. 558.

Te mercede caret judice curta fides.

Nostram de hoc versu sententiam jam ante viginti fere annos in Epistolis Jano Broukhusio perscripsi, & in editione minori ante annos decem expressi, cum nondum Electa Etonensia mihi cognita fuissent, quae ante biennium mecum communicavit vetus & certissimus amicus Cuninghamus. quae adjicere visum, ne me quis compilasse aliena scrinia putet: nam video nunc doctissimum virum, qui Etonensia Electa dedit, legere, *Te nihil ex acto nisi non peccasse petentem*, & deinde pro *petentem* etiam, *ferentem* substituisse, de cujus consensu mihi gratulor. Burm.

35. *Judice te.*] *Te duce te* Sarrav.

37. *Turpe putas abici.*] *Abigi* scribendum vel contra fidem membranarum. Heins. *Amicus* Regius.

39. *Mitius est lasso.*] Recte ita legendum censuit Merula: atque ita habet Ursini & idem Vaticanus. Ciofan. *Lapso* scripti & editi nonnulli. expressit Nasonem auctor idem in Anselmum p. 559.

Tu debere vanum dicis supponere nanti,
Ne demergat eum quae venit unda marit.

digitos etiam P. Servii codex.

42. *Instar & hanc vitam mortis habere puta.*] Sensus est, vide quantum praestiterit Achilles Patroclo amico suo post mortem. Puta igitur, & meam hanc vitam instar mortis esse: hoc est me quoque pro mortuo habe: & ut Achilles Patroclo, ita tu mihi officium amicitiae praesta. Micyll.

43. *Undas.*] *Umbras* Excer. Vossii & duo libri; sollemni permutatione. *comitarat* Vatican. *comitatur* Servii, & duo alii, cum Excerptis Vossii.

44. *A Stygiâ quantum mors mea distat aquâ.*] *Stygiis aquis* plerique veteres. Scribe,

A Stygiis quantum sors mea distat aquis,

nil certius. In Tristibus, V. XII. 6.

Sorte nec ulla mea tristior esse potest.

atque ita alibi passim. Val. Flaccus lib. II. 469.

Ductor, ait, quod, virgo, tibi nomenque genusque
Quae sors ista, dece.

simili errore, *mors* & illic nunc legitur. Heins.

45. *Phoceus Oresti.*] *Orestae* Sarrav. & unus Vatican. bene. Vide Notas Epist. VIII. 9. Heins.

46. *Et mea non minimum.*] Eorundem librorum haec est lectio. Ciofan. *Non nimium* Crypt. & alii.

Tu quoque magnorum laudes admitte virorum;
Utque facis, lapso, quam potes, adfer opem.
Si bene te novi; si, quod prius esse solebas,
Nunc quoque es, atque animi non cecidere tui.
Quo Fortuna magis saevit, magis ipse resistis:
Utque decet, ne te vicerit illa, caves.
Et bene uti pugnes, bene pugnans efficit hostis.
Sic eadem prodest caussa, nocetque mihi.
Scilicet indignum, juvenis rarissime, ducis
Te fieri comitem stantis in orbe Deae.
Firmus es; &, quoniam non sunt ea, qualia velles,
Vela regis qualiae qualiacumque ratis.
Quaeque ita concussa est, ut jam casura putetur,
Restat adhuc humeris fulta ruina tuis.
Ira quidem primo fuerat tua justa, nec ipso
Lenior, offensus qui mihi jure fuit.
Quique dolor pectus tetigisset Caesaris alti,
Illum jurabas protinus esse tuum:
Ut tamen audita est nostrae tibi cladis origo;
Diceris erratis ingemuisse meis.

Tum

43. *Virorum.*] *Duorum* quatuordecim scripti. Heins. *ut facis & lapso* enim multi & undecim scripti. *ut facies* Sarrav. & Argent. *lapse* etiam octo.

45. *Qui prius es solebas.*] *Qui* Sarrav. Argent. & tres alii. *Eras, quod* recte. Adi Notas ad Epist. Med. 31. Heins. Non tantum *quid* Sarravianus habet, *Sed, quid sim*, unde fore quis legeret, *si, qui prius esse solebas*. sed accedo Heinsio.

53. *Et bene uti pugnes.*] *Ut bene tu pugnes* duo. *Et bene tu pugnes* tres. & *bene quod pugnes* duo.

55. *Juvenis rarissime.*] *Carissime* plerique veteres. Scilicet, *juvenum carissime*, Lege, *juvenum rarissime*, vel cum Politiani codice, *juvenum clarissime*. Merula. Dicis etiam tredecim. *dicis* Leidenses.

57. *Non sunt ea.*] *Non sunt* ea meliores. Heins.

60. *Humeris fulta ruina tuis.*] *ruina* bene Sarrav. Argent. & sex alii. ut in illo apud Nostrum, *Trist.* v. 5.

Et mare, surgentes vulsit qua turbo, fulta ruina est.

atque ut hinc priorem editionem meam jam occupatam illustri viro eam sibi postea vindicanti ostendam *Ib.* vii. 545.

Te Ptolemaea parte Magni fulcire ruinam.

& *ruina* pro *ruinae* multi legunt perperam in Elegia de obitu Maecenatis inter Catalecta Scaligeri:

Irruitura ruit: nunquam defessa rapina
Si redit in vastos semper onusta lacus.

Val. Flaccus libro VII. 5.

—— *ratis infandis quos sola rapinis*
Savaque pascit hyems.

Heins. Fabrum tangit haec nota. vid. Epistolam ad Sarravium lib. I. Ep. 40.

61. *Tua justa.*] *Tibi justa* Junian.

62. *Caesaris alti.*] Douza volebat, *alta*. male. vid. ad IV. Fast. 305. *tulisset* unus. *cecidisset* alius.

65. *Ut tamen audita est nostrae quoque cladis origo.*] Alii, *nostrae tibi cladis origo. Tibi* audita, id est a te audita, ut

Divitis audita est cui non opulentia Crassi?

Fabric. *Tibi* liber Ursini. emendate. Ciofan. *Cladis imago* Ms. Berisman. mox, *indoluisse meis* duo scripti. *ingemuisse malis* Excerpt. Voss.

69. *Tum te.*] Douza, *tam te*.

71. *Amicus.*] *Amicis* Vossian. quod Heinsio placebat olim.

73. *Quod tam.*] *Quid quod* Moreti. *Et quod* Ms.

74. *Esse vetus nunc tibi cogor onus.*] In Urs. & altero Vatic. *esse vetus me tibi cogit onus*. Non male

Tum tua me primum solari litera coepit;
Et laesum flecti spem dare posse Deum.
Movit amicitiae tum te constantia longae;
Ante tuos ortus quae mihi coepta fuit.
Et quod eras aliis factus, mihi natus amicus:
Quodque tibi in cunis oscula prima dedi.
Quod, cum vestra domus teneris mihi semper ab annis
Culta sit, esse vetus nunc tibi cogor onus.
Me tuus ille pater, Latiae facundia linguae,
Quae non inferior nobilitate fuit,
Primus, ut auderem committere carmina Famae,
Impulit. ingenii dux fuit ille mei.
Nec, quo sit primum nobis à tempore cultus,
Contendo fratrem posse referre tuum.
Te tamen ante omnes ita sum complexus, ut unus
Quolibet in casu gratia nostra fores.
Ultima me tecum vidit, moestisque cadentes
Excepit lacrimas Italis ora genis.
Cum tibi quaerenti, num verus nuntius esset,
Attulerat culpae quem mala fama meae;

Inter

le. Ciofan. *Me tibi cogit* veteres plerique. sed non probo. Heins.

75. *Me tuus ille pater*, &c.] Ab eloquentia & nobilitate Maximum laudat poëta. Ciofan.

76. *Qui non inferior.*] *Quae* meliores. Heins. *Qua* duo scripti, & ita volebat doctissimus Auctor Electorum Eton. *deterior* etiam Moreti.

78. *Ingenii.*] *Ingeniis dux fuit ille meis* Leidens. Medic. quatuor alii. *compulit* etiam Ms. Berism.

79. *Nec quo sit primum nobis à tempore cultus Contendo fratrem posse referre tuum.*] *Posse negare* scribendum olim censebam. At Sarravianus, Twisdenius, & Argent. *Nec quo sit primum*. ut sensus sit, Contendo, fratrem tuum meminisse non posse, quo primum tempore à nobis cultus sit. quasi velit jam à longo tempore & à prima infantia fuisse cultum, aut ante cunas, ut supra dixerat. Neque aliter codex Berismanni. eamque veram esse scripturam in Epistolis jam vidit Tanaquillus Faber. lib. I. Ep. 71. codex Arondelianus,

Nec quo sit nobis à primo tempore cultus.

quo etiam in multis aliis. tres, *quia*. Heins. *Cultus mihi semper ab arvo* unus.

81. *Ut una.*] *Ut unus* meliores. & recte. Heins.

82. *Gratia nostra.*] *Gloria* codex Gallicus. *forte* Ms. Berism. & P. Dan. & quindecim alii.

84. *Italis ora.*] Patronymicorum formam habet hoc nomen *Italus*, sic & *Sarmatis*, qua voce in hisce usus est libris. Ciofan. Quid hoc est monstri? Italia te ultima mecum vidit? atqui locum certum debebat designare, sive Romam, sive alium quemcunque. Scaligeri codex, *Itali silva*. unde Avunculus meus Rutgerius conjectura indubitata reponebat, *Aethalis ilva*. nam *Ilva Aethalia*, teste Plinio, dicta. Argent. & Barberin. *Itala silva*. Combii, *Aethala silva*. unus Vatic. *Aetalis ora*. at omnium verissimus Sarravian, *Aithali silva*. ut nihil verius ac certius sit hac restitutione. Ilva Tyrrheni maris insula, ob copiam ferri celebratissima. quare Virgilio dicitur x. 174. *inexhaustis Chalybum generosa metallis*. ubi videndus Servius. apud quem mendose, *Quidam Ilvam Ithacen dictam volunt*, pro *Aethalen*. hanc Graeci Αἰθάλην & Αἰθαλίαν vocant. Vide Stephanum in Αἰθάλη. Heins. Negotium sane speciosum, & si Corsicam Poëta pro Ponto navigaturus fuisset, non temere contradicerem. Nunc Ilvam in tabulis Geographicis contemplatus, hujus esse loci credere non potui. Videamus Ovidii in Graeciam iter. Trist. I. Eleg. 3. relinquit urbem, ubi inquit:

Jam prope lux aderat, qua me discedere Caesar
Finibus extremae jusserat Ausoniae.

Jam certe non Ilvam aut Tyrrhenam oram, sed Brundisium cogitabat. Antea vero, cur Ilvam post justam relegationem excurreret, non video; & ipse testatur se moestum discessisse, ita versus proximi, *nec mens ire spatium*, &c. Eadem Elegia in Ionio,

Inter confessum dubie, dubieque negantem,
Haerebam, pavidas dante timore notas:
Exemploque nivis, quam solvit aquaticus Auster,
Gutta per attonitas ibat oborta genas.
Haec igitur referens; & quod mea crimina primi
Erroris venia posse latere vides;
Respicis antiquum lapsis in rebus amicum;
Fomentisque juvas vulnera nostra tuis.
Pro quibus optandi si nobis copia fiat,
Tam bene promerito commoda mille precer.

Sed

Ionio se mari continuo ponit, *Ionium non nostra findimus aequor sponte.* neque alterius praeter Hadriaci tum navigatione (de qua tam multus est) [illegible] Graeciam, Italiae mentionem. ibidem de tempestate, [illegible] *Itala de parte relicta* [illegible] *mihi cernitur Italia.* Eleg. X.

[illegible] tibi lecta libello,
[illegible] tempore facta viae.
[illegible] cum mense Decembris,
[illegible] Hadria [illegible] aquis.

Quid [illegible] igitur, [illegible], nisi profecto, Ur[illegible] Nasoni [illegible] Brundisium, *iterque illud quod [illegible] in Graeciam* [illegible] (ut loquitur Cicer. Phil. I.) [illegible] Corinthum [illegible], [illegible] ut videtur, [illegible] cum Cicerone [illegible] Strabo lib. VI. [illegible] Ἑλλάδος καὶ τῆς Ἀσίας [illegible] [illegible] Νάπλος, [illegible] Ῥώ[illegible] [illegible], si [illegible] vulgata lectio. [illegible] cui vocem *ultima* [illegible] conjungendam. Neque vero [illegible] idem est cum *Italia*, neque *ultima Italia* [illegible] non est locus certus. [illegible], ut ait Mela [illegible] *fundunt*, [illegible] Italiae [illegible] paulo post, [illegible] & Plin. lib. III. 10. [illegible] *magna Graecia* [illegible] cap. 4. [illegible] Graeciam [illegible] Heinsius, si cum [illegible] verba: sed vul[illegible] potius *ultimam* [illegible] lib. VIII. *Nec non Brundi*[illegible], & Lucan. lib. II. de [illegible] Caesar lib. I. [illegible] Italiae par[illegible]. Neque [illegible] movet, quod [illegible] in nominibus propriis, [illegible] Atque adeo cum [illegible] Graece & Ignota forma [illegible]

displiceret, continuo nata credo istiusmodi, *Italis ora*, seu *hora* (nam *hora* pro *ora* scribebant) *Itali silva*, & *Itala silva*. AUCTOR ELECT. ETON. Absentem fuisse Ovidium, nec Romae versatum, cum Augustus eum exsilio puniret, apparet ex Epistola VII. hujus libri. ℣. 54. Sed an in insula fuerit cum Maximo, non constat, nec verosimile cum viro doctissimo existimo. cum quo tamen facere nequeo, ut *ultima* conjungam cum *Italis ora*, cum magis conveniat jungere τῷ *vidit*, ut locum indicet, in quo sibi ultimus cum Maximo fuerit congressus & colloquium. locum ipsum tamen cum non nominet, neque hic necessario de Brundisio aut alio oppido, per quod iter in exilium iturus fecit, capiendus Poëta; cum & ante edictum Augusti *diem profectionis* potuerit in alio oppido Maximum vidisse, quo tunc *nuntius* & *mala fama* venit irrogati a Caesare exilii. sed in re dubia & incerta verba perdere nihil attinet. BURM.

87. *Inter confessum medius dubieque negantem Haerebam.*] Τὸ *medius* abest a Sarraviano & duobus aliis. Voss. *dubius*. alius, *medio*. Lege cum Argent. & Barber. *Inter confessum dubie dubieque negantem*. HEINS.

89. *Exemploque nivis, quam mollit aquaticus Auster.*] Diu est quod *solvit* scribendum vidi. idque fragmentum Vati unum confirmat. Metam. II. 852.

Quippe color nivis est, quam nec vestigia duri
Calcavere pedis, nec solvit aquaticus Auster.

hinc & *nives solutae* passim apud Nostrum. Lucanus libro IX.

——— calido non ocyus Austro
Nix resoluta cadit.

libro IV.

Siphonas [illegible] solve nives.

sic & alibi idem. Solinus cap. 38. ex vetusto codice, [illegible] *cum nives solvuntur*, pro [illegible]. HEINS. Reddidi tamen *mollit*, quod non minus probum haberi possit. hanc [illegible]. Horat. III. Od. 24. [illegible] *nives*, Noster Met. VI. 691. *Induro nives*, inquit Boreas, & quidni

hic

Sed si sola mihi dentur tua vota; precabor,
Ut tibi sit salvo Caesare salva parens.
Haec ego, cum faceres altaria pinguia ture,
Te solitum memini prima rogare Deos.

hic dicat easdem *Austrum mollire*, Lucret. III. 20. *Nix acri concreta pruina*, & Cicer. II. de Nat. Deor. *Aqua neque conglaciaret frigoribus, neque nive pruinaque concresceret, nisi eadem se admixto calore liquefacta & dilapsa diffunderet. Itaque & aquilonibus reliquisque frigoribus adjectis durescit humor, & idem vicissim mollitur tepefactus, & tabescit calore.* AUCTOR ELECT. ETON. *Indurare* tamen & *resolvere* conjungit Noster lib. III. Trist. x. 13. & quia *aquaticus* hic Auster dicitur, rectius *solvere* convenire puto. ut & τῷ *guttae*: mollita enim nondum labitur, sed soluta & liquefacta guttatim defluit. & hoc exigit perpetua Poëtarum comparatio lacrimarum cum nive fluente, non mollita tantum. Senec. Hippol. 380.

Lacrimae cadunt per ora, & adsiduo genae
Rore irrigantur, qualiter Tauri jugis
Tepido madescunt imbre perfusae nives.

vid. & apud Nostrum I. Amor. VIII. 57. Eleg. in Drus. 101. Epist. Heroid. XIII. 52. & alibi. BURM.

91. *Haec igitur referens.*] *Repetens* velit reponi Faber lib. I. Epist. 71. hoc est recordatus, ut ille interpretatur. atqui vulgata scriptura eundem sensum habet. Vide quae notamus ad Epistolam Oenones. idem vir doctus in Epistolis paulo post castigandum censebat:

Respicias veterem lapsis in rebus amicum.

nihilo felicius. nam, *Respicis antiquum amicum*, quod in vulgatis est, minime sollicitari debet. *Antiquus amicus* enim idem, qui & *vetus*, optimis scriptoribus dicitur. sic Elegia, V. ℣. 43.

Tu comes antiquus, tu primis junctus ab annis.

HEINS.

92. *Vides.*] *Putas* Junian. Argent. & sex alii.

93. *Lapsis in rebus.*] *Lassis* meliores omnes hoc loco. vide Notas Trist. lib. I. Eleg. VIII. ℣. 35. HEINS. Sic Plaut. Stich. IV. I. *Si res lassa labat, itidem amici collabascunt.* AUCTOR. ELECT. ETON.

94. *Vulnera.*] *Pectora* Leidens. & quatuor alii.

95. *Copia fiat.*] *Copia detur* quatuor libri. *gratia fiat* Ms. Bersm. *gratia detur* unus Heinsii.

96. *Commoda mille precor.*] Scribe, *precer*. HEINS.

98. *Ut tibi sit salvo.*] Unus codex, *sint* eleganter. vide V. Fast. 405. *ut tua Servii.*

ATTICO.

EPISTOLA IV.

Accipe colloquium gelido Nasonis ab Istro,
Attice, judicio non dubitande meo.
Ecquid adhuc remanes memor infelicis amici?
Deserit an partes languida cura suas?
Non ita Di tristes mihi sunt, ut credere possim,
Fasque putem jam te non meminisse mei.

Ante

2. *Attice judicio non dubitate meo.*] Liber Urs. & Mass. *dubitante*. Veram retinet lectionem alter Vatic. *dubitande*. Notum est *t* pro *d*, & contra a priscis librariis esse scriptitatum. CIOFAN. *Dubitante* plerique. sed *dubitande* scribendum cum primo Mediceo & sex aliis. HEINS. Doctissimus Auctor Elect. Eton. sublata distinctione majore volebat,

Attice, judicio non dubitande meo
Ecquid adhuc &c.

judiciis meis Putean.

5. *Non ita Dii mihi sunt tristes.*] Prava lectio, nulla sententia. igitur emendandum est e Patavino, *Non ita Dii mihi sunt tristes.* id est, ita aversi atque irati. FABRIC. Eadem exemplaria hanc habent lectionem, quam merito laudat eruditissimus

Fa-

Ante meos oculos tua stat, tua semper imago est:
Et videor vultus mente videre tuos.
Seria multa mihi tecum collata recordor:
Nec data jucundis tempora pauca jocis.
Saepe citae longis visae sermonibus horae:
Saepe fuit brevior, quam mea verba, dies.
Saepe tuas factum venit modo carmen ad aures;
Et nova judicio subdita Musa tuo est.
Quod tu laudaras, populo placuisse putabam:
Hoc pretium curae dulce recentis erat.
Utque meus limâ rasus liber esset amici,
Non semel admonitu facta litura tuo est.

Nos

Sebicius, Patavini libri nixus auctoritate. Cior. Barthius lib. xl. Adv. 12. ex suis membranis profert, *non ita Dii mihi sunt hostes*, & in sequenti, *fatum putum animum*, unde quid expediat non videt; nec ego.

7. *Ante meos oculos praesto tua semper imago.*] *Pernigus tua* quatuor libri. ites, *visa est*. alius, *vera est*. Sarav. mendose;

Ante oculos nostros tua est tua semper imago.

Argentin.

Ante oculos nostros tua stat, tua semper imago.

Lego, *tua stat, tua semper imago est*. nisi fortasse mavis,

Tua nostros semper imago.

nostros oculos praeterea plerique. *Esse & stare ante oculos* dicuntur dictum. Vide Notas Trist. III. Eleg. iv. Vs. 57. Met. XII. 429. *ante meos oculos ostia nihil imago*. P. Dan.

Ante oculos stas & ille meos.

Heins.

10. *Nec data.*] *Et data* Junian. & Leid. Am. 5.

12. *Saepe citae longis.*] *Saepe breves* octo libri. *citae longae* Junian. *Breves longae* Leidens. *visae in sermonibus*. P. Dan.

14. *Subdita Musa.*] *Causa* unus. *charta* alius.

15. *Quod tu laudaras, populo placuisse putabam, Hoc pretium curae dulce recentis erat.*] Hoc dilucidet ita scribe e Patavino, ut habeat aptam sententiam,

Quod tu laudaras, populo placuisse putabam,
Hoc pretium curae dulce recentis erat.

Curam recentem appellat, carmen nuper factum. Ita lib. IV.

Hoc aliquid curae mitis recentis opus.

& lib. III.

Denique opus nostrae subeatur ut undique curae.

Ut autem *sua carmina* Ovidius *curas*, ita Horatius *suos* versiculos *honores* appellat. I. Carmin. *nil sine te mei Possunt honores*. Pindarus odas, *κόσμους καὶ τιμάς*, cum singuli ad sua respicant argumentorum genera. Fabricius. *Recentis* liber Urfini, non satis quidem emendate. veram & plane germanam lectionem in eodem libro invenisse se dicit Fabricius, *recentis*, quam praeclare est interpretatus, quamque ego in Maffei libro repperi. Cior. *Monentis* Puteaneus & novem scripti. & margo Gryphii. *legentis* unus. *regentis* alius. *merentis* Leid. *tuentis* alius. *regentis* plurimi.

17. *Lima rasus liber esset amici.*] *Amice* quinque aut sex veteres. in duobus ultimae duae literae *vel amici* erasae. Scribe, *limâ amicâ*, & adi Notas Trist. lib. I. Eleg. VIII. Vs. 65. Heins.

20. *Nos via, nos cunctis curva theatra locis.*] In codice Scaligeri, ut & alio, recte legebatur, *Nos via, nos junctis curva theatra locis*. Dan. Heins. *Junctis locis* reponendum: ut plerique scripti. Proximi sedebamus in theatris. prior Thuanus, *curva theatra*. sic supra Trist. IV. Eleg.

Proque tribus resonant turna theatra locis.

Heins. Vide Gronov. ad Liv. XXII. 20. sed Barthius ex suis, *vinctis curva theatra jocis*. quos jocos vinctos pro carminibus in theatris cantari solitis capit, & Atticum Poëtam fuisse suspicatur. sed *loci juncti* explicandi, ut de circo III. Amor. II. 19. *regit nos linea junga* & I. Art. 140. *vinctis joci* nihili sunt. fuisse ergo hunc Atticum ejusdem ordinis, cujus Naso erat, & simul in quatuordecim fedisse effici hinc potest. Burm.

22. *Quantus in Æacide Actoridesque fuit.*] Lectionem Merulae (*in Aeaciden Actoridesque*) omitto, ut ineptam. In manuscripto est, *Quantus in Aeacide Thestoridaque fuit*. Sed inter Achillem & Calchantem nulla fuit amicitia tanta, quanta inter Achillem & Patroclum, Æaci & Actoris nepotes.

Nos fora viderunt pariter, nos porticus omnis,
Nos via, nos junctis curva theatra locis.
Denique tantus amor nobis, carissime, semper,
Quantus in Æacidis Actoridisque fuit.
Non ego, securae biberes si pocula Lethes,
Excidere haec credam pectore posse tuo.
Longa dies citius brumali sidere, noxque
Tardior hibernâ solstitialis erit.
Nec Babylon aestum, nec frigora Pontus habebit,
Calthaque Paestanas vincet odore rosas:

Quam

potes. Numerat autem praeter hos duos alia amicorum in his libris paria, ut Agamemnonem & Menelaum; Castorem & Pollucem; Pirithoum & Thesea; Pyladem & Orestem. Fabric. Nullo pacto locutio haec cum ea, quae in superiori est carmine, cohaeret: neque ferri potest; idque vidit idem Fabricius. In uno Vatic. sine ulla liturae suspicione aperte legitur:

Quantus in Atridis, Tyndaridisque fuit.

Quod quidem carmen dixit & lib I. hujus operis Eleg. IIX solet enim non solum Ovidius, sed etiam Virgilius integra carmina repetere Cioran. *Quantus in Æacide Actoridesque fuit* Hic hiatus insolens est Nasoni. Nec constant sibi scripta exemplaria. Regius, *Æac da Nestoridesque* Polit. Argent. & septem alii, *Æacide Nestoridesque*. Antilochus certe Achilli familiaris & amicus fuit. quatuor alii cum Twisdeniano, *Æacide Testoridesque*. sed Calchas inter amicos Achillis nusquam recenseturquanquam propter illum rixae inter hunc & Agamemnonem exortae. tres, *Atrida Tyndaridesque* duo, *Atridis Tyndaridisque*. sed de fratrum pari Noster hic non agit. septem, *Æacidem Actoridesque*. Sarrav. *Æacidem Nestoridesque*. si quid mutandum, legam,

Quantus in Æacidis Actoridisque fuit.

nam Achillis & Patrocli amicitia nobilissima. sic *Hectoras* dixit Epistola Laodamiae. Heins. Interpretatio praedura, cum confirmatione ex alienissimo loco (*multos illic Hectoras esse puta*) captata; nec lectio tamen non certissima, *Actoridas*, intelligemodo Menoetium & Patroclum, *Æacidas* autem Pelea cum Achille. Nepotum quidem celebrata magis sermonibus amicitia, quam tamen paternam Actoris Aeacique filiorum exemplo commendatam extulerunt: nam & horum fatis est testata necessitudo conjunctioque. nempe Menoetium Pindarus alibique filium Aeginae memorant, quam eandem Pelei patris matrem novimus. hanc sanguinis societatem adfirmarunt duo religiosa amicitiae vincula; si quidem uti Diodor. Sic. narrat, Pelea Menoetis pater, caede facta, profugum & expiavit, & hospitio ad se benignissime recepit. Inde affinitatibus quoque connexi: nam Philomelam Peleus atque Eurydicen Menoetii sorores, is autem Pelei filiam Polymelen duxit. illa Aristophanis & Apollonii Scholiastae, cum Homerico è Staphyli Thessalicis excripserunt. hoc Apollodorus lib. III cap 12 (ex emendatione Galei nostratis) & Hyginus fab. 97 testati sunt, monendumq e obiter Hygini locum, etiam corruptum, emendationem Apollodori confirmare, ipsum mutuis operis, ut consulenti cernetur, ex Apollodoro sanari. Caeterum heroas possitne usquam digressos, eandem usque regiam, nisi per militiam Argonauticam, cujus uterque socii, perpetuo habitasse contubernio, credibile est. Atque adeo Nestor & Ulysses apud Homerum Iliad. A. in Pelei domo eundem ad focum, Æacidas Actoridasque, Achillen & Patroclum, cum senibus offendunt, sacris communibus operatos. unde, sub eodem tecto acceptifilios ducunt missu patrum & exemplo futuros Troicae militiae contubernales. Auctor Elect. Etonens. Ex Viri ergo doctissimi sententia legendum esset, *in Æacidis Actoridisque fuit*, cum ipse tamen ediderit *Æacide Actoridesque*. Accedimus vero doctissimae interpretationi, quam veram credimus.

25. *Longa dies citius brumali sidere.*] Ita in Aldino & antiquis: in nostris, *brumali tempore*, quod è glossa videtur insertum. Fabric. *Sidere* est in prisci exemplaribus. Quae lectio Fabricio non immerito probata est. sic in Halicut. dixit, *astivum sidus*, quod & antitheton Cioran. *Citius* Sarrav. Argent. & sex alii. & pro *tempore*, idem, *sidere*. quomodo & melliores editiones *sidus* asserunt diligentissimus Gronovius Observationum libro III cap. XV. secundae editionis. nos ad Claudianum quoque nonnulla. *Tempestates* & *Sidera* conjunxit Maro:

Quid tempestates Autumni & sidera dicam.

Heins. Sic *hibernum sidus* dixit Virgil. IV. Æneid. 309. vid. adv. Met 281. *procellosa, brevior* Rejus.

26 *Erat.*] Nonnulli, *erat. Puto, est*. sic Met. I. *cunctum detinuit sermone diem*. Heins.

Quam tibi noſtrarum veniant oblivia rerum.
Non ita pars fati candida nulla mei.
Ne tamen haec dici poſſit fiducia mendax,
Stultaque credulitas noſtra fuiſſe, cave:
Conſtantique fide vererem tutare ſodalem,
Quà licet, & quantum non oneroſus ero.

23. *Nec Babylon aeſtum, nec frigora Pontus habebit, Caliha quae Paeſtanas vincit odore roſas: Quam tibi noſtrarum, &c.*] Eclipſis eſt. Supplendum enim eſt adverbium *Citius*, vel *Ante* ut ſit ſenſus: Ante Babylon aeſtum non habebit, aut frigora Pontus: & ante caliha vincet Paeſtanas roſas odore, quam tibi noſtrarum rerum veniat obli vio. Fit autem *caliha*, ut hoc quoque adjiciamus, flos hirſutus, quem alio nomine *Calendulam* vocant, ut eum doctores ſemunt. De *Cyane* quae fuerit Meruſa, ipſe viderit. Noſtri medici vulgarem illum florem hoc nomine appellant, qui in ſegetibus naſcitur caeruleo colore, quandò & Plinius à colore dictum ait κυάνεον autem caeruleum eſt, non nigrum: ut & gemmae color indicat, quam Cyaneam vocant. MICYLL.

27. *Aeſtus.*] *Aeſtum* ſcripti potiores. HEINS.

28. *Paeſtanas.*] *Campanas* Polit.

30. *Mei eſt.*] *Eſt* deeſt in Argent. & ſeptem aliis. quod monere neglexit Heinſius, qui in editione ſua abjecit primus.

33. *Tutare ſodalem.*] *Tutare* meliores omnes. HEINS.

EPISTOLA V.

*SALANO.

Condita diſparibus numeris ego Naſo Salano
Praepoſitâ miſſi verba ſalute meo.
Quae rata ſit cupio, rebusque ut comprobet omen,
Te precor à ſalvo poſſit, amice, legi.
Candor, in hoc aevo res intermortua pene,
Exigit, ut faciam talia vota, tuus.
Nam fuerim quamvis modico tibi cognitus uſu,
Diceris exſiliis ingemuiſſe meis.

Miſſa-

* SALANO.] Ita ſcripti potiores, cum SOLANO hactenus ſit lectum. ſed neutrum nomen in civitate Romana cognitum. quatuor veteres SALINO. Quare minimum abeſt, quin litteris tranſpoſitis reponi debere cenſeam SILANO. ut C. JUNIUS SILANUS intelligatur, qui anno ab V. C. DCCLXXII. Flamen Martialis Aſiam proconſule obtinuit, ac biennio poſt repetundarum accuſatus & in inſulam Cytheram relegatus eſt. Seu & clarus ſub haec tempora M. Junius Silanus M. F. M. N. qui biennio fere poſt ſubſtitum è vivis Nationem geſſit conſulatum cum L. Norbano Balbo. a quibus Lex Junia Norbana nomen eſt mutuata. Notio praeter hos ſit ſatis Ap. Junius Silanus cum P. Silio Nerva Conſul anno V. C. DCCLXXX. quo tempore Julia Auguſti neptis in exſilio eſt mortua. Sed cum in *Sila* prior ſyllaba producatur apud Martialem, in *Silano* quoque produci ſit veriſimile. Fors ſcriptum ſit a Naſone, *Saloue*. ita dictus ille, & cujus filia Cato proavus Catonis Uticenſis octogenario major filium genuit. ſed codices veteres tam apud Plinium quam Solinum *Salonem* hunc vel *Salonum* vocant. HEINS v. Ryk. ad Tacit. IV. An. 63. ſed *Silanus* etiam *Silianus* vocatur. v. Pig. ad Ann. V. C. 759. *Solanum* vocat Tanaq. Fab. I. Epiſt. 40. ut multi edri.

4. *A ſalvo.*] *Ut ſalvo* Arg. & ſeptem alii.

6. *Vota.*] *Verba* Leid. & Putean.

9. *Euxino*

Miſſaque ab extremo legeres cum carmina Ponto;
Illa tuus juvit qualiacumque favor.
Optaſtique brevem ſalvi mihi Caeſaris iram;
Quod tamen optari, ſi ſciat, ipſe ſinat.
Moribus iſta tuis tam mitia vota dediſti:
Nec minus idcirco ſunt ea grata mihi.
Quoque magis moveare malis, doctiſſime, noſtris,
Credibile eſt fieri conditione loci.
Vix hac invenias totum (mihi crede) per orbem
Quae minus Auguſtâ Pace fruatur, humum.
Tu tamen hîc ſtructos inter fera proelia verſus
Et legis, & lectos ore favente probas.
Ingenioque meo, venâ quod paupere manat,
Plaudis; & è rivo flumina magna facis.
Grata quidem ſunt haec animo ſuffragia noſtro;
Vix ſibi cum miſeros poſſe placere putes.
Dum tamen in rebus tentamus carmina parvis,
Materiae gracili ſufficit ingenium.

Nu-

9. *Euxino Ponto.*] *Extremo* Polit. Combii, & multi alii. tum paulo ante pro *junctus ab uſu* duo veteres, *cognitus uſu*. HEINS. Tres, *junctus amore*. unus, *medio tibi junctus ab uſu*. *fueram* etiam Servii codex mox, *indoluiſſe meis* plurimi.

10. *Juvit.*] *Vicit* Argent.

11. *Brevem fieri mihi Caeſarit iram.*] *Salvi Caeſaris* Sarrav. Argent. prim. Med. aliique complures. ſic ſupra Eleg. III. ſub finem:

Ut tibi ſit ſalvo Caeſare ſalva parens.

tres alii, *ſalvo mihi* cum Twiſdeniano. HEINS. *Minui mihi* Puteaneus.

12. *Si ſciat.*] Quaſi aliquid lateret in illa lectione Barthius, *ſiſciat* ex ſuis membranis profert, & illis, qui poſt eum haec tractaturi ſunt, conſiderandum relinquit: cum ſint modo literae junctae, quae ſeparari deberent. ſed ita ſolent captatores antiquitatis & inuſitatarum vocum. BURM.

15. *Doctiſſime.*] *Tutiſſime* Putean. *mitiſſime* Fragm. Vatic.

17. *Vix hac invenies totum (mihi crede) per orbem Quae minus Auguſta pace fruatur humus.*] *Auguſtam pacem* non tantum, quae ab Auguſto parta ſit, accipio, ut Merula, ſed & ſacram venerabilemque: perinde ut *auguſta templa*, *auguſta loca*, dicimus, hoc eſt, ſacra & veneratione digna. MICYLL. An non eo ſenſu, quo *pax*, *ſalus*, &c. *Auguſta* innumeris Imperatorum in nummis legitur?

18. *Pace fruatur humus.*] Concinnius, *humum* veteres decem & Gryphii editio. HEINS.

19. *Tu tamen hic ſtructos.*] *Scriptos* in nonnullis. NAUGER. *Hinc ſtructos* Sarrav. duo, *inſtructos*, tres, *hos ſtrictos*. Reliqui omnes fere, *hîc ſtructos*. Scribe, *hîc ductos*. *Ducere & deducere verſum* Noſtro familiare. Triſt. v. Eleg. I.

Ipſa nec emendo. ſed ut hîc deducta legantur.
Non ſunt illa ſuo barbariora loco.

ſupra:

Inque tot adverſis carmen mirabitur ullum
Ducere languenti me poſſiſſe manu.

& lib. I. Triſt. Eleg. X.

Saepe maris pars intus erat. tamen ipſe trementi
Carmina ducebam qualiacunque manu.

Pont. IV. Eleg. II.

Ducitur & digitis littera rara meis.

deductum carmen Noſtro Pont. IV. El. X. & Virgilio in Bucolicis. HEINS. Ego *ſtructos verſus* non moverem. ſic *ſtructura carminis* infr. IV. XIII. 4. vid. ad Petron. cap. V. *ſtrictos* legi a quibuſdam, id eſt nudos, tenues, notat Berſmannus. BURM.

22. *Magna facis.*] *Trahis* eleganter unus Vatic. HEINS. Sed hoc ſuperbius poſſet exponi, quaſi Ovidius ſe irrigare ora Solani poſſe jactaret. cum *facis* notet, tu laudando meum ingenium, per ſe tenue, tuo praeconio magnum facis. BURM.

23. *Grata quidem ſunt haec.*] *Grata quidem tua ſunt* Medonii codex.

Nuper, ut huc magni pervênit Fama triumphi;
Ausus sum tanta sumere molis opus.
Obruit audentem rerum gravitasque nitorque:
Nec potui coepti pondera ferre mei.
Illic, quam laudes, erit officiosa voluntas;
Cetera materiâ debilitata jacent.
Quod si forte liber vestras pervenit ad aures;
Tutelam, mando, sentiat ille tuam.
Hoc tibi facturo, vel si non ipse rogarem,
Accedat cumulus gratia nostra levis.
Non ego laudandus, sed sunt tua pectora, lacte,
Et non calcata candidiora nive.
Mirarisque alios, cum sis mirabilis ipse;
Nec lateant artes, eloquiumque tuum.
Te juvenum Princeps, cui dat Germania nomen,
Participem studii Caesar habere solet.

Tu

17. *Magni triumphi.*] Germanici, de quo dixerat in principio hujus libri. Mysera. Immo ille vivebat, ut dicta ibi, quae jam annotavimus. Micyll.

18. *Tantae molire in tempore.*] Opus meliores. Heins. Vetera *sumere* ultro Horat. I. Od. III.

Quem virum aut heroa lyra, vel acri
Tibia sumis celebrare, Clio?

et I. Epist. III. 7.

Quid fles? an gestas Acquirit scribere famam
praeteritis minor? Ad te erat, ut II. Amor. I. 11.

Ad te erat, memini, caesaris ire bella.
Burm.

19. *Ardenti.*] *Ardenso* Leidensis, *laborque* idem cum Ven. II. *labores* Vossian.

21. *Tela.*] *Tua* Puteanus & Mss. Bersm. *aut* Leid. I. m. 31.

22. *Mentis deliberat.*] Refixus in nonnullis, *deliberat*. Nonn. Libri veteres, *deliberas*. Ciof. Decimus codices. S. *Quod si forte liber*, non *Quid si liber* nisi tutor, pro Ilac. Heins.

24. *Mentis, amice.*] Minime probo: non enim scribit ignotus ignoto, & non adjecto nomine, *amice*, quod exemplum vetus libri, *praeter ut fama*, quae est neglecta: scripsit, ego non *pudica* corrumpi, *mandare* tamen aliis et commendare. Ub. IV de Ponto 5.

Jam dictis mihi pauca manebat mandare salutem.
Barth. XI. Met. 12.

25. *Vis ji non.*] *Si non vis* ji. Ms. Bersm.

27. *Magis laudandus.*] Barbarismum hic novam facit Elegiam, quae videbatur Heinsio scripta ad Albinovanum.

29. *Mirabilis.*] *Mirandus & ipse* Vatic. *Laudabilis* Argent. & duo alii.

30. *Eloquiumque.*] *Consiliumque* Basil. & Barthi *ingeniumque* Putean. Leid. & duo alii *ne latenat* Excerpt. Voss. & editi quidam.

32. *Participem studii.*] More antiquo, dandi casus pro genentis. ita VII. Met. 194. *Tuque triplex Hecate coetum quae conscia nostris, pro consciis coeptorum*, nec aliter Virgil. XI. 339.

Consiliis habilem non futilis auctor.

Fabric. *Studii* meliores, neque aliter scriptores Latini. & versu proximo idem codices, *comes antiquus*, pro *antiquis*. Heins. Cum diuvo extulit tamen Senec Herc. Fur. 319 *participe regno veni*, ubi vide Gronovium. male vero Barthius. hic *antiquum* explicat senem: vide ad Eleg. III. 91. Heinsii notas. *assensu* P. Daniel. *assiduo* Regius. *antiquis primis* miles *junctus ab a.* Junian. Burm.

46. *Qui fas.*] *Cum fas* Thuan.

47. *Cum tu desistis.*] *Desiti* cum meliori. *pro desisti*. Heins.

48. *Tutelam tra.*] In Gryphiana editione, qua usus Scriger, *clausaque navalega*, D. Heins. *Claudiana* veteres multi, cum nonnullis exemplaribus. Heins.

48. *Continere.*] Hoc verbum non *contines*, quod usquam legitur, sed *continere* venit, hoc autem notandum fuit, quoniam in eo eruditos nonnullos lapsos esse legi. Ciofan.

49. *Sur-*

Tu comes antiquus, tu primis junctus ab annis,
Ingenio mores aequiparante, places.
Te dicente prius fit protinus imperus illi:
Teque habet, elicias qui sua verba tuis.
Cum tu desisti, mortaliaque ora quiêrunt,
Clausaque non longâ conticuere morâ;
Surgit Iüleo juvenis cognomine dignus,
Qualis ab Hoïs Lucifer exit aquis.
Dumque silens adstat, status est vultusque diserti,
Spemque decens doctae vocis amictus habet.
Mox, ubi pulsa mora est, atque os coeleste solutum,
Hoc Superos jures more solere loqui.
Atque, Haec est, dicas, facundia Principe digna:
Eloquio tantum nobilitatis inest.
Huic tu cum placeas, & vertice sidera tangas,
Scripta tamen profugi vatis habenda putas.

Sci-

49. *Surgit Iuleo.*] *Surgit ab his juvenis Iuli nomine dictus* Moreti.

50. *Lucifer ortus aquis.*] Tres libri, *exit*, quod rectius puto. VI. Fast. 474.

Et vigil Hoïs Lucifer exit aquis.

sic & *surgere* IV. Met. 92.

— *& aquis nox surgit ab Istris,*

ubi Mss. etiam, *exit*. inf. IV. IX. 112.

Eoo quoties surgit ab orbe dies.
Burm.

51. *Dumque silens.*] Oratorium est ante Orationis exordium tacitum & meditabundum stare: quod nunc de Caesare Germanico dicitur, & de Ulysse XIII. Met.

— *Laërtius Heros*
Adstitit, atque oculos paulum tellure morantes
Sustulit.

hoc dicendum fuit, quia in aliquibus libris legitur, *Dumque silent*, ut ad auditores, non ad dicentem referatur. Fabric. *Silens astat* Polit.

52. *Spemque decens doctae vocis amictus habet.*] Haec nihil sunt quinque veteres, *decens*. Scribe, *Spemque decens doctae vocis amictus habet*. In ipso amictu ac toga decenter complicata jam spes est eruditae vocis. Quintilianus aliique artis oratoriae magistri non minimum referre nos docent ad commendationem oratoris, ut togam decenter componat. Superiori etiam versu recte libri veteres, *silens adstat*, non *silent*. Haec jam ante multos annos in codice meo castigaram, quem postea peregrinatione à me suscepta, dum domo absum, sororis meae maritus, Gulielmus Goesius, vir ordinis apud Batavos nostros Senatorii, Typographis edendum tradidit. Ut miret exstitisse nuper, qui sibi vindicaret hanc castigationem. *Decorum habitum* dixit Plinius libro VI. Epistola XI. *Audivi ex diverso causam agentes summae indolis juvenis Fuscum Salinatorem & Numidium Quadratum egregium par. mira utrique probitas, constantia salva, decorus habitus, os Latinum, vox virilis.* Demosthenis vino ab aemulis datus nimius in vestitu nitor. Aulus Gellius libro I. cap. 5. *Demosthenem tradunt vestitu sincero & cultu corporis nitido venustoque & nimis accurato fuisse: hinc etiam κομᾶν illa χλανὶς, καὶ καλλωπισμὸς χτενίοις ab aemulis adversariisque probro data. hinc etiam turpibus indignisque in eum verbis non temperatum, quin parum vir, & ore quoque polluto diceretur.* Sed & nimis anxia vestitus cura in Quinto Hortensio etiam male apud multos audivit. qua de re Gellius praeter Quintilianum ibidem. & Macrobius Saturnalium libro II. cap. 9. Heins. Vide ad IV. Met. 318. tangit hic Heinsius iterum Tanaq. Fabrum. vid. Epist ad Sarrav. lib. I. 40. *spemque tacens* Moreti. *habes* Editi quidam.

54. *More solere loqui.*] Gallicus codex & prima editio, *ore solere loqui*. non invenuste. nihil tamen temere muto. Phaedr. V. Fab. 7. *Dii sunt locuti more tralatitio.* in Francofurtensi erat, *more Soloneo loqui. hoc superos credas* unus. Burm.

57. *Huic cum tu placeas.*] Suavitatis & gravitatis causla lego, *huic tu cum placeas*, è manuscripto. Fabric. Ita Eleg. leg. VI. 37.

Quae tu cum praestes.

cum vertice Servii codex.

Scilicet ingeniis aliqua est concordia junctis,
Et servat studii foedera quisque sui.
Rusticus agricolam, miles fera bella gerentem,
Rectorem dubiae navita puppis amat.
Tu quoque Pieridum studio, studiose, teneris;
Ingenioque faves, ingeniose, meo.
Distat opus nostrum; sed fontibus exit ab isdem:
Artis & ingenuae cultor uterque sumus.
Thyrsus enim vobis, gestata est laurea nobis;
Sed tamen ambobus debet inesse calor
Utque meis numeris tua dat facundia nervos;
Sic venit à nobis in tua verba nitor.
Jure igitur studio confinia carmina vestro,
Et commilitii sacra tuenda putas.
Pro quibus ut maneat, de quo censeris, amicus,
Comprecor ad vitae tempora summa tuae:

Suc-

59. *Aliqua est.*] *Aliquid concordia* Argent. *concordia nostris* Leid.

62. *Ingenioque faves.*] Sic lib. VII. Metamorph. Ciceran.

67. *Thyrsus enim vobis, gestata est laurea nobis.*] Per *Thyrsum*, oratoriam facultatem intelligit: per *laureum*, poëticam. Quasi dicat, Vos Bacchi filiolis agitamini, nos Apollinis: quibus tamen utrisque suus calor est, suusque impetus. Nisi quod ut Bacchi furor acrior ac vehementior est, ita & oratoria vis concitatior est, magisque impellit. Unde & finem oratoris quidam dixerunt esse, Movere animos atque impellere: & orationes quorundam contrahi atque fulminibus aequiparatae fuerunt. Sic enim de Pericle Aristophanes in Acharnensibus:

Ἐστράφθην ἐγὼ Περικλέους ἐλέγοντος
Ἥστραπτεν, ἐβρόντα, ξυνέχεεν τὴν Ἑλλάδα.

Et de eodem Eupolis in Demis:

Ταχὺς λέγειν μὲν, ὀρθὸς δὲ γ' ἀστεῖ νῷ πάλαι
Πολλοὺς ἐκεκλήκειν ἐπὶ τοὺς χείλεσιν.
Οὕνεκ' ἀκμὴν, καὶ μίσος τῶν ῥητόρων
Τὰ κοινὰ ἐγκατέλιπε τοῖς λαμπρύνεσι.

Atque haud scio an idem hoc loco poëta per *Thyrsum* intelligi voluerit, quod Eupolis planioribus verbis dixit, *ἀκμὴν ἐγκατέλιπεν τοῖς λαμπρύνεσι*. quando & Thyrsus, ut traditur, cuspidem ac tumidum velut quendam frondibus ac foliis involutum ac tectum habebat. ut per frondes ac folia, verborum ampullitudinem & nitorem accipiamus: per ilumdum autem, *ῥήτορας* ac vim eloquentiae, quae animos hominum impellit ac movet. Micyll. In codice Vaticano, *Thyrsus inest vobis.* placet. de laurea vide quae noto ad lib. I. Trist. El. IV. Ciof. Mihi totum distichon hoc dubiae fidei est suspectum. *Καιροφωνία* enim illa, *vobis, nobis, ambobus* mire offendit aures. deinde vix est assequi, quid velit. Nam in scriptis codicibus monstra lectionum comparent. Sarravianus,

Thyrsus fabulistae gestata est laurea nobis.

Combianus, *Thyrsus ubi est à te.* Polit. & Fragmentum Vaticanum cum Rottendorphiano,

Delphica non aeque gestata est laurea nobis.

tres, *Thyrsus ineft vobis.* duo, *adest.* pro *sed tamen* unus Medic. *sed favor* Puto, *sed par.* Heins. Si retinendum distichon, transponenda puto pronomina, & legenda,

Thyrsus enim nobis, gestata est laurea vobis,

& per *Thyrsum* Poëticam intelligo. ut IV. Trist. I. 43.

Sic ubi mota calent viridi mea tempora thyrso.

& in Bacchi tutela Poëtas fuisse saepe Noster canit. per *laurum* Oratoriam: nam & Oratores lauro coronatos fuisse puto. de coronis Oratorum vid. Pascal. de Coron. lib. 5. in pentametro mallem, *Par tamen ambobus.* Bentl. ad Horat. III. Od. XXX. 15. praefert, *Delphica non aeque gustata est laurea vobis.* Burm.

69. *Nervos.*] *Vires* Jun. Leid. Excerpt. Voll. & prim. Edit.

71. *Jure igitur studio confinia carmina vestro, Et cum militiis sacra tuenda putas.*] Nihil difficultatis hic locus habet, si modo recte legatur. Non enim *studio nostro*, aut *cum militiis*, legendum: sed, *sa-*

Succedatque tuis orbis moderator habenis.
Quod mecum populi vota precantur idem.

cra commilitii, & *Carmina confinia vestro studio.* ut sit sensus: Jure igitur defendis carmina confinia, & quasi cognata vestro, id est, oratorio studio: & sacra commilitii, hoc est, in quibus idem quasi commilitones sumus. Quod autem mox sequatur, *Pro quibus ut maneas, de quo censeris, amicus, Comprecor ad vitae tempora summa tuae:* malim legere, *Pro quibus ut maneat*, &c. tertia persona, ut de Germanico accipiatur, sitque sensus: Pro quibus comprecor, ut ille, de quo censeris, hoc est, in cujus amicitia ac familiaritate tanquam certa aliqua classe censeris ac numeraris: sive de cujus fama ac dignitate, tua quoque dignitas augetur ac crescit, tibi amicus maneat ad finem vitae usque tuae: idemque succedat in imperio suis habenis, hoc est, sibi debitis ac destinatis, non Augusto, cui jam tum successor destinatus erat Tiberius: sed vel Tiberio ipsi, vel ipsius filio Druso. Vel rursum: *De quo censeris*, pro, quem modo possides, qui nunc tuus est, & velut pars quaedam census tui, sive earum rerum de quibus censeris. Sic enim & infra libro quarto ad Sextum Pompejum:

Inter opes (inquit) *& me rerum parvam pone paternat,*
Pars ego sum census quantulacunque tui.

Micyll. Hi versus tres ab interprete primum, deinde a librariis fuerunt corrupti. sed ut nunc leguntur, ita recti sunt è consensu Aldi, Micylli, codicum veterum. Ordo & sensus est. Jure putas tuenda carmina studio vestro, id est oratorio, confinia, & sacra commilitii tuenda putas, quibus sacris quasi commilitones dediti ambo sumus. Pro quibus studiis videlicet & sacris mutuis comprecor ut ad extrema usque vitae tempora maneat tibi amicus Germanicus, de quo censeris, hoc est, de cujus favore pendent aestimatio tua, & dignitas. ita lib. III.

Hoc domui debes, de qua censeris.

Fabric. *Carmina nostro* Mss. & editi quidam.

75. *Succedatque tuis orbis moderator habenis.*] *Tuis habenis* magna ex parte veteres. pro *moderator* unus Hafniensis, *moderamen.* arguere. ut imperium Germanico voveat ac apprecetur. succedat tuis habenis ac regimini orbis moderamen. Putean. & unus Thuan. *moderandus.* veterrimus Sarravianus, *moderatus.* Heins.

Epistola VI.

GRÆCINO.

CArmine Graecinum, qui praesens voce solebat,
Tristis ab Euxinis Naso salutat aquis.
Exsulis haec vox est. praestat mihi litera linguam:
Et, si non liceat scribere, mutus ero.
Corripis, ut debes, stultri peccata sodalis:
Et mala me meritis ferre minora doces.
Vera facis, sed sera, meae convicia culpae.
Aspera confesso verba remitte reo.

Cum

1. *Quem praesens.*] *Qui* Sarrav. & Patav. Heins. *Ore solebat* Thuan.

3. *Praebet mihi litera linguam.*] *Praestat* Francof. quod rectius. plus enim *praestare* est, quam *praebere.* vid. Manut. ad Cicer. IV. ad Famil. 8. Burm.

5. *Corripis.*] Imitatus auctor carminis in Anselmum apud Baluz. l. IV. Misc. p. 558.

Arguis, ut debes, homines peccata lucrantes,
Delicta sodalis unus. corrigis etiam tres. Burm.

6. *Et mala me meritis ferre minora doles.*] Ita scripti constanter neque tamen conveniens homini amico est ista tam immanis asperitas mentis, ut dolcat, poenam Nasoni, ab Augusto irrogatam, esse infra ejus meritum. Quare assentior Tanaquillo Fabro, reponenti lib. I. Ep. 71. *doces* pro *doles.* Heins. *Meque meis meritis* Putean. & Bioreti.

7. *Vera facis, sed sera meae convicia culpae* &c.] Oudo

Cum poteram recto transire Ceraunia velo,
Ut fera vitarem saxa, monendus eram.
Nunc mihi naufragio quid prodest discere facto;
Quam mea debuerit currere cymba viam?
Brachia da lasso potius prendenda natanti:
Nec pigeat mento supposuisse manum.
Idque facis, faciasque precor. sic mater & uxor,
Sic tibi sint fratres, totaque salva domus.
Quodque soles animo, quod semper voce precari,
Omnia Caesaribus sic tua facta probes.
Turpe erit in miseris veteri tibi rebus amico
Auxilium nullâ parte tulisse tuum.
Turpe referre pedem, nec passu stare tenaci:
Turpe laborantem deseruisse ratem.
Turpe sequi casum, & fortunae cedere, amicum
Et, nisi sit felix, esse negare suum.
Non ita vixerunt Strophio atque Agamemnone nati:
Non haec Ægidae Pirithoïque fides.

Quos

Ordo verborum sic habet: Pacis tu quidem convicii vera culpae meae, sed fera tamen. Quare remitte asperа verba, hoc est, desine maledicere, sive crimen objicere mihi confesso, &c. Non enim appositive dicuntur, *aspera verba & convicia*, ut Merula putat: sed alterum alteri infertur ἑλλειπτικῶς, hoc est, supplendo particulam *Quare*, *Proinde*, aut similem. Fabric. *Justa facis* dico libri. *sed saeva* Excerpt. Vossl. *convicia linguae* ego.

9. *Vela.*] *Vecta* Leidens. *ut fera mutarem* Putean.

11. *Quid prodest discere.*] Imo, *discere* cum Sarrav. & aliis quinque. Heins.

13. *Quam mea debuerit currere cymba via.*] *Quam* etiam unus Rhenensis & unus Vossianus; recte. Vide Notas Trist. v. Eleg. VII. pag. 36. Heins. *Debuerat* plerique.

15. *Da lasso.*] *Da lapso* quindecim. *delapso* duo.

15. *Et uxor.*] In Francofurtensi codice glossator adscripserat, *meminit Tacitus, & suae Christianae*, respiciens, puto, ad lib. XIII. Annal. cap. 32. ubi *Pomponia Graecina* dicitur *superstitionis externae rea*, quod viri docti explicant de Christianismo, sed illa non potuit hujus Graecini esse uxor, quia *Pomponia Graecina* dicitur, unde magis ejus soror videtur fuisse, ut Glandorpius statuit. Pithoeum Rychius ad Tacit. II. ann. 32. qui & Christianum inde facile credit, nisi legendum sit *Pomponia Graecini*, ut *Marcia Catonis* & similia, de quibus Heusd. ad Vell. Paterc. II. 88. Burm.

16. *Totaque salva.*] *Sic tibi salva* Ms. Bersm.

20. *Tuum.*] *Suum* Leid. a. m. s.

21. *Nec passu stare tenaci.*] Metaphora à militibus, qui cum hostibus pugnaturi, à loco, quem occuparunt, non dimoventur. Sic prope Senecа in Oedipo: *Hoc stare certo pressus fortem gradu*. Corn. Tacitus lib. XIV. *At primum legio gradu immota, & angustias loci pro monumento retinens &c.* M. Tullius lib. I. Offic. *nec tumultuantem de gradu dejici, ut dicitur.* Ciofan.

23. *Turpe sequi casum.*] Distichon Ovidianae venae nil habet pro *fortunae cedere* Argent. Sarrav. & tres alii, *fortunae accedere*. Heins. *Fortunae ac cedere* Argent & duo alii. Forte legi posset,

Turpe socii casum Fortunae, ac laedere amicum,
Et nisi sit felix, esse negare suum.

de Calu, distincto a Fortuna vid. ad Quinctil. Decl. IV. 13. aliter *cedere fortunae* recte dici docuimus ibid. ad Decl. VI. 16. *fortunae & cedere* tres codices, *cedere amaras* unus. posset etiam legi, *& prodere amicum*. Burm.

25. *Strophio atque Agamemnone.*] *Strophio & Amithaone* unus Heinsii

26. *Ægidae.*] Æacidae Sarr.

28. *Tota theatra sonant.*] Id est, omnes homines, qui sunt in Theatro. Cicero de Oratore ad Brutum: *in versu quidem Theatra tota exclamant, si jam una syllaba aut brevior, aut longior.* Propertius lib. III.

Stantiaque in plausum tota theatra jacent. Ciof.

In quorum plausu multi veteres, & Ms. Bersm.

31. *Gra-*

Quos prior est mirata, sequens mirabitur aetas:
In quorum plausus tota theatra sonant.
Tu quoque, per durum servato tempus amico,
Dignus es in tantis nomen habere viris.
Dignus es: & quoniam laudem pietate mereris,
Non erit officii gratia surda tui.
Crede mihi, (nostrum si non mortale futurum
Carmen) in ore frequens posteritatis eris.
Fac modo permaneas lapso, Graecine, fidelis;
Duret & in longas impetus iste moras.
Quae tu cum praestes, remo tamen utor in aurâ.
Nil nocet admisso subdere calcar equo.

Epi-

31. *Gratia surda.*] *Muta* Thuaneus. ut Eleg. seq. VI. 52. sed *gratia surda* pro *vana* etiam codices, Eleg. XI. 8.

35. *Lapso, Graecine.*] Meliores, *lasso*. Heins.

37. *Quae tu cum praestes, remo tamen utar & aura.*] *Quem tu* Combii, & quinque alii. tres, *Quod*. duo, *Quam*. Scribe, *Quem te cum praestes*. hoc est fidelem, quod praecesserat. deinde multi veteres, *utor in auras*, vel *utar*. Sarrav. Polit. & duo alii, *utor in aura*. quod verum est. Heins.

38. *Admisso subdere calcar equo.*] *Alterno equo* Argent. ut de equis desultoriis agat. Propertii Vertumnus lib. IV.

Est etiam auriga species Vertumnus, & ejus
Trajecit alterno qui leve pondus equo.

quibus versibus Homeri illa de desultore Iliados O videtur respexisse:

Θρῴσκων ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλον ἀμείβετο.

Manilius:

Nec non alterno desultor ludere dorso
Quadrupedum, & stabiles poterit defigere plantas,
Per quos vadit equus.

Lucifero alternus equus dabatur. Cassiodorus: *Equi desultorii, per quos Circensium ministri missus denunciant exituros, Luciferi praeturbarias velocitates imitantur.* Statius Theb. VI.

Roscida jam novies coelo dimiserat astra
Lucifer, & totidem Lunae praevenerat ignes,
Mutato nocturnus equo. nec conscia fallit
Sidera, & alterno deprenditur unus in ortu.

Eoum pro Lucifero videtur posuisse Rutilius in Itinerario:

Cum primum roseo fulsit Eous equo.

quod & Cinna fecerat jam ante:

Te matutinus flentem conspexit Eous,
Et flentem paullo vidit post Hesperus idem.

sic Lucifero & Hespero tantum unicus equus, sed desultorius. sic intelligendum illud Nostri Amorum libro II. Eleg. II.

Lucifer admisso tempora portet equo.

& illud Fastorum:

Hesperus & fusco roscidus ibat equo.

Heins. Sed *admisso* hic minime mutandum; ut enim vento ferenti addimus remum, sic nil nocet currentem & admissum equum calcaribus stimulare. nec desultores calcaria addebant, sed nudis equis insilientes per terga ludebant volantium. Burm.

EPISTOLA VII.

ATTICO.

ESSe salutatum vult te mea litera primum
A male pacatis, Attice, missa Getis.
Proxima subsequitur, quid agas, audire voluptas.
Et si, quidquid agas, sit tibi cura mei.
Nec dubito quin sit: sed me timor ipse malorum
Saepe supervacuos cogit habere metus.
Da veniam, quaeso, nimioque ignosce timori.
Tranquillas etiam naufragus horret aquas.
Qui semel est laesus fallaci piscis ab hamo,
Omnibus unca cibis aera subesse putat.
Saepe canem longe visum fugit agna, lupumque
Credit, & ipsa suam nescia vitat opem.
Membra reformidant mollem quoque saucia tactum:
Vanaque sollicitis incutit umbra metum.
Sic ego Fortunae telis confixus iniquis,
Pectore concipio nil nisi triste meo.

Jam

3. *Quid agas audire voluptas.*] *Voluptas* ex melioribus. Heins.

4. *Et si, quidquid agas, sit tibi cura mei.*] Ita legendum censeo, & ita etiam Aldina editio habet. Est autem sensus: Proxima voluntas sive cupiditas est, audire quid agas: deinde, quicquid tandem agas, an sit modo cura tibi aliqua mei. Pergit quod sequitur. Micyll. Sarrav. & duo alii, *Et si quid agis sit*, omisso *est modo*. pro quo alii, *esse* cum Argentinensi. alii, *jam*, vel *tu*, vel *nunc*, & similia. Scribe, *Et si, quicquid agas, sit tibi cura mei*. Atque ita tres Scripti. nisi quod in his, *agas*. posset etiam reponi,

Et si tu, quicquid agis, si tibi cura mei est.

Heins.

5. *Sed me timor ipse malorum &c.*] Non de praesentibus malis exilii tantum intelligendum, sed de quibuscunque ut sit fatus: Sed timor, quo subinde alia atque alia mala, eaque ex omni parte timeo, facit, ut multos supervacuanos metus habeam. Micyll.

7. *Quaeso.*] Fuit Scrivii codex, & Ms. Bersm.

9. *Unca est piscibus.*] *Qui semel ipse fatalis piscis devoratis de hamo Plinii.* ut non pro *hujus* etiam *suum* legere, *suum* ut fieri solet saepe in piscatu, ut videatur piscis non bene firmo hamo, qui periculo doctus, omnibus escis putat hamum subesse. Burm.

10. *Subesse putat.*] *Timet* codices Barthii, Junian. & Bersm.

14. *Incutit umbra metum.*] Scribo, *incutit*. neque aliter pro diversa lectione Barberinianus. Sarravii codex, *immutat*. mendose. *terrorem, timorem, pavorem, metum incutere* passim apud Ciceronem & Liviure. Heins. *Sollicitos incutat umbra metus* Leid. *sollicitum concutat umbra metum* Junian. sic *sollicitus metus* lib. III. II. 12. & *timor sollicitus* Epist. I. 12. & alibi. post hunc versum in prima editione additum ineptum distichon,

Si volucri captus dat fors evadere posse,
Perditus in cunctis esse putat laqueum.

Burm.

15. *Confixus iniquis.*] Rectius legeretur, *iniquae*, ut Heinsius in ora libri correxerat. ita lib. IV. Eleg. VI. 39.

Et si quem laedi Fortuna cernit iniqua.

Juretus ad Symmach. I. Ep. 94. citat, *fortunae telis confixus acutis*. nescio an ex libris. Burm.

17. *Cessus.*] *Cessus* Leidens & Francof. *gressus* etiam tres alii. *cessus* Moretti & sex alii. *lapsus* Scriger. & undecim alii. *per mihi* duo.

19. *Ob-*

Jam mihi fata liquet, coeptos servantia cursus,
Per sibi consuetas semper itura vias.
Observare Deos, ne quid mihi cedat amicè;
Verbaque Fortunae vix puto posse dari.
Est illi curae me perdere, quaeque solebat
Esse levis, constans & bene certa nocet.
Crede mihi, si sum veri tibi cognitus oris,
Nec fraus in nostris casibus esse potest;
Cinyphiae segetis citius numerabis aristas,
Altaque quam multis floreat Hybla thymis:
Et quot aves motis nitantur in aëra pennis;
Quotque natent pisces aequore, certus eris:
Quam tibi nostrorum statuatur summa laborum,
Quos ego sum terrâ, quos ego passus aquâ.
Nulla Getis toto gens est truculentior orbe:
Sed tamen hi nostris ingemuere malis.
Quae tibi si memori coner perscribere versu,
Ilias est fatis longa futura meis.
Non igitur vereor, quod te rear esse verendum,
Cujus amor nobis pignora mille dedit:

Sed

19. *Observare deos, ne quid mihi cedat amicè, Verbaque fortunae vix puto posse dari.*] Potest & sic construi: Puto deos observare, ne quid mihi amice, hoc est, prospere atque feliciter, cedat: fortunaeque vix posse verba dari, hoc est, impuni. ut verbum *Puto*, ad utrumque colon adhibeatur. Micyll.

22. *Certa nocet.*] *Manet* Puteaneus, Bersmanni & novem alii. *fuit* Scrvii.

23. *Cognitus oris.*] *Creditus* in Arondeliano. Heins.

24. *Nec numerus nostris casibus esse potest.*] *Nec fraus in nostris casibus* Argent. & decem alii. quae lectio magis arridet. Sarrav. mendose,

Nec planus nostris casibus esse potes.

Heins. Barthius repperit in suis, *nec frax est nostris &c.* latet aliquid.

27. *Nitantur.*] *Mittantur* Sarravian. *vibrantur* Patav. & Thuan. unde olim *librantur* Heinsius conjecerat; ut II Amor. 6.

Omnes quae liquido librantis in aëre pennas.

& tum *in aëre* legebat cum sex scriptis. sed optimi, *nitantur in aëra*, quod servo. *niti* enim pro volare dici vidimus ad VII. Metam. 401. Burm.

29. *Statuatur.*] *Monstretur* Exc. Scalig. *malorum* Leid.

31. *Truculentior.*] *Atrocior* Exc. Scal. & Vatic. *crudelior* tres alii.

33. *Coner.*] *Cogar* Leid. *conor* Servii. *quae mala si memori cupiam* Moreti.

33. *Perscribere versu.*] *Destringere* Twisdenianus. pro strictim recensere. eleganter. Glossa ejus, *i. e. exprimere & narrare. stringere & destringere* pro *perstringere*. Noster alibi:

Strinxeris ut nomen fabula nulla meum.

&:

Destrictus minima nec tamen ille nota est.

Martialis libro X. Epigr. XXXIII.

Ut tu, si vividi tinctos aerugine versus
Forte malus livor dixerat esse meos,
Ut facis, a nobis abigas: nec stringere quenquam,
ita vetustus codex Puteaneus, non scribere quenquam. praeterea a Martialis manu opinor esse, *quod facis.* nam *ut* jam praecesserat, cujus ingrata & odiosa hic est repetitio. Heins.

34. *Ilias.*] Cum opus aliquod pluribus verbis & diffuse scribitur, *Iliade* longius esse dicitur. Propert. II. Eleg. I. *Tunc vero longas condimus Iliadas.* Sed aliud hic videtur significare. Ciofan. *Ilias est fatis longa futura meis* Polit. & tres alii. *Ilias* Leid.

35. *Non igitur vereor, quod te rear esse verendum.*] *Quo te* nonnulli veteres. *Verear qua terrear* Sarrav. & Scaliger. tres, *quia*. Heins.

Sed quia res timida eſt omnis miſer; & quia longo
Tempore laetitiae janua clauſa meae eſt.
Jam dolor in morem venit meus: utque caducis
Percuſſu crebro ſaxa cavantur aquis;
Sic ego continuo Fortunae vulneror ictu:
Vixque habet in nobis jam nova plaga locum.
Nec magis aſſiduo vomer tenuatur ab uſu,
Nec magis eſt curvis Appia trita rotis;
Pectora quam mea ſunt ſerie caecata laborum:
Et nihil inveni, quod mihi ferret opem.
Artibus ingenuis quaeſita eſt gloria multis:
Infelix perii dotibus ipſe meis.
Vita prior vitio caret, & ſine labe peracta:
Auxilii miſero nil tulit illa mihi.
Culpa gravis precibus donatur ſaepe ſuorum:
Omnis pro nobis gratia muta fuit.
Adjuvat in duris alios praeſentia rebus:
Obruit hoc abſens vaſta procella caput.
Quae non horruerint tacitam quoque Caeſaris iram?
Addita ſunt poenis aſpera verba meis.
Fit fuga temporibus levior: projectus in aequor
Arcturum ſubii, Pleiadumque minas.

Sae-

36. *Pignora mille.*] *Multa* quinque. *tarta* unus. vid. III. Faſt. 74.

38. *Janua clauſa meae eſt.*] *Janua clauſa mea eſt* malebat Tan. Faber noſtis in Lucretium, me non nolente. Heins.

41. *Vulnere ictu.*] *Verbere* Argent. & Feſchii. Heins.

42. *Vixque.*] *Vix* libri octo libri.

43. *Magis eſt.*] ita edidit Heinſius ex ſcriptis & optimis editionibus; quaedam tamen, *nec magis* e cervis. etiam non male.

45. *Aerla calcata malorum.*] Libri veteres, *cacata malorum.* Clofan. *Caecata* meliores omnes magno numero. *laborum* etiam Argent. & duo alii. Heins. Veriant admodum codices. Barthii, *calata*, quidam Heinſio inſpecti, *vexata.* alius, *exarata.* ſed *caecata* retinendum: vid. inf. IV. II. V. conjeceram & Heinſius, *ſaicata*, vel, *ſaecata*, unde *dejecata* eſt in uſu. Burm.

47. *Gloria.*] *Gratia* Moretl.

49. *Et ſine labe peracta eſt.*] *Te eſt* abeſt à Sarrav. Argent. Tuilden. & quatuor alii. Heins.

51. *Dicatur.*] *Jocatur* Thuan.

53. *Adjuvat aliques.*] *Aliquem* meliores. *aliquid* prim. Medic. Thuan. *alios.* etiam bene. Sarrav. *aliquo.* Scribe, *aliqua.* Vide Notas Triſt. III. Eleg. IV. *fl.* 75. verſu proximo pro *hoc abſeni*, quatuor, *abſentis caput.* Heins.

55. *Quae non horruerint tacitam quoque Caeſaris iram.*] *Obruerit* multi. *Quae non obruerit* Combii. *Quod non obruerit iram* Voſſian. alius, *erruerit iram.* veterrimus Sarravianus,

Quae non horruerit tacitam quoque Caeſaris iram.

recte, ſi *horruerint* reponas. niſi malis, *Quis non horruerit.* nam *Obruit* cum praeceſſerit verſu ſuperiori, hic ferri non poteſt. Heins. *Triſtis quoque* Leid.

61. *Mala noſtra.*] *Mala tanta* Vatican. bene.

62. *Ditata eſt ſpoliis perfida turba meis, &c.*] De comitibus itineris ſive profectionis intelligo hunc locum, quorum perfidia bonis aut rebus quibusdam ſuis ſpoliatus fuerit Poëta: non de amicis ac bonis, Romae aut in Italia poſſeſſis. Nam alibi ſatis clare ſignificat, nihil ſibi à Caeſare, praeter patriam, ademptum fuiſſe. ut lib. V. Triſt. Eleg. II.

Nec vitam, nec opes, nec jus mihi civis ademit,
Qui meruit vitio perdere tanta meo.

58

EPISTOLARUM EX PONTO. Lib. II. Epist. VII. 785

Saepe ſolent hiemem placidam ſentire carinae:
Non Ithacae puppi ſaevior unda fuit.
Recta fides comitum poterat mala tanta levare:
Ditata eſt ſpoliis perfida turba meis.
Mitius exſilium faciunt loca: triſtior iſtâ
Terra ſub ambobus non jacet ulla polis.
Eſt aliquid patriis vicinum finibus eſſe:
Ultima me tellus, ultimus orbis habet.
Praeſtat & exſulibus pacem tua laurea, Caeſar:
Pontica finitimo terra ſub hoſte jacet.
Tempus in agrorum cultu conſumere dulce eſt:
Non patitur verti barbarus hoſtis humum.
Temperie coeli corpusque animusque juvantur:
Frigore perpetuo Sarmatis ora riget.
Eſt in aquâ dulci non invidioſa voluptas:
Æquoreo bibitur cum ſale mixta palus.
Omnia deficiunt: animus tamen omnia vincit.
Ille etiam vires corpus habere facit.
Suſtineas ut onus, nitendum vertice pleno eſt;
At flecti nervos ſi patiare, cadet.
Spes quoque, poſſe morâ miteſcere Principis iram,
Vivere ne nolim deficiamque, cavet.

Nec

Sed quia peccato facinus non adfuit ullum,
Nil niſi me patriis juſſit abeſſe ſocis.

Micyll. *Perfida terra* unus.

65. *Finibus.*] Variant codices, alii, *moenibus, partibus, fontibus, turribus.*

67. *Praeſtat &c.*] *Praeſtat in exſulibus* Servii codex. mox, *ſub hoſte riget* idem. *ſub axe* Junian.

70. *Verti.*] *Varri* quinquelibri.

71. *Juvantur.*] *Juvatur* omnes fere ſcripti *tempusque animusque* Argent.

72. *Riget.*] *Tegit* Argent.

77. *Suſtineas ut onus, nitendum eſt vertice recto, &c.*] Generaliter & γνωμικῶς dictum puto, perſona finita pro indefinita poſita. ut ſit quaſi quaedam illatio ad ſuperiora, perinde ac ſi dicat: Quare cum tanta mala mea ſint, neceſſe eſt, ut ſim erecto animo ac forti, propterea quod pondera ſive onera gravia ſuſtineri aliter non poſſint, quam ſi quis recto vertice connixus, ea in ſe ſuſcipiat. Micyll. Paravinum, *nitendum vertice recto eſt*, quod eſt numeroſius. Fabric. *Vertice pleno eſt*, Sarrav. Scalig. Argent. & octo alii. recte. ſic *plena cervix.* Statio Theb. II. 559.

Saxum ingens, quod vix plena cervice gementes
Vertere humo, murisque valent inferre juvenci,
Rupibus avellit.

plena manu apud Gratium:

In quinos ſublata pedes haſtilia plena
Cuſpe manu.

plena manu januam percutere Tibullo. quod Paſſeratius perperam de manu nummis plena interpretatur. *plenius agmen* Artis Amatoriae primo *fl.* 66. ut illis ex veteribus caſtigavi codicibus. Amor. II. Eleg. XI. *fl.* 41.

—— *Zephyri veniant in lintea pleni.*

ut illic vera eſt ſcriptura. Metam. VII. de navi; *pleno ſubit hoſtia velo.* hoc eſt toto velo. Claudianus raptu Proſerpinae:

—— *pleno rimatur lumine campos.*

plenus gradus apud Propertium lib. IV. El. XI.

Nec mora ſit: plenis ſiſtit utrique gradu.

ita enim ſcribendus is locus. de quo pluribus ad ipſum Propertium. *cadet* etiam pro *cades* verſu proximo ex ſcriptis plurimi. & recte. de onere loquitur. Heins.

80. *Vivere ne nolim deficiamque facit.*] *Cavet* repone ex melioribus. Heins.

Nec vos parva datis pauci solatia nobis,
Quorum spectata est per mala nostra fides.
Coepta tene, quaeso; nec in aequore desere navem:
Meque simul serva, judiciumque tuum.

61. *Spectata fides.*] Metaphora à metallis, quae praecipue spectari dicuntur, Eleg. iv. lib. i. Tibullum:

Semina ne fallax spectetur in ignibus aurum,
Tempore sit dura est tutior usta fides.

Vide quae notavi lib. ii. Officiorum Ciceronis ad illud: *Quod in quo viro perspectum sit, hunc igni spectatum arbitrantur.* CIOFAN.

62. *Nec in aequore desere navem.*] *Desine* veteres quatuor. adi Notas Art. Am. ii. *fl.* 725. HEINS.

EPISTOLA VIII.

MAXIMO COTTÆ.

REddita est nobis Caesar cum Caesare nuper,
Quos mihi misisti, Maxime Cotta, Deos.
Utque suum munus numerum, quem debet, haberet,
Est tibi Caesaribus Livia juncta suis.
Argentum felix, omnique beatius auro,
Quod, fuerat pretium cum rude, numen erit.
Non mihi divitias dando majora dedisses,
Coelitibus missis nostra sub ora tribus.
Est aliquid spectare Deos, & adesse putare;
Et quasi cum vero numine posse loqui.

Prae-

2. *Dei.*] In Urs. Maffei & aeque Vatic. reste: atque hoc notare volui, quod alii *duos* substituerint. CIOFAN.

3. *Quo tantum numerum.*] *Suum* Barberin. teckius. vid. Epist. v. *fl.* & Eleg. ieq. *fl.* 60.

4. *Est tibi Caesaribus Livia juncta suis.*] Urs. *Cumque tibi Caesaribus.* CIOFAN. *Est tibi* edixi quidem.

5. *Argentum felix, omnique beatius auro, Quod, fuerat pretium cum rude, numen erit.*] Sensus est: O felix argentum, & ipsi auro praeferendum, quia cum per se, ac rude, pretium sit, hoc est, pretiosum & clarum, nunc etiam habet numen, hoc est, Caesarum imagines impressas, sive cusas. Et haec verior sententia Poetae videtur, non ut accipiamus, hinc argentum rude pro numine haberi, ut Merula exponit, quem hic secutus, quod est in posteriore versu, decoxisse videtur. Sic enim ipse construit: Quod argentum rudium fuerit, pro quanto nunc pretiosum est: quando & rude existens, numen habet. Cum varior constructio sit; O felix argentum, quod cum rude existens, pretium, sive pretiosum sit, nunc etiam numen additum habet. Sed haec vel pueris expedita ac plana. MICYLL.

6. *Quod fuerit pretium, cum rude numen habet.*] Alia apud alios distinctio, sed haec propter comparationem aptior, tali videlicet sententia: Nummus argenteus Caesarum imaginibus insignis, quanti esse pretii debet, cum argentum nondum signatum adeo pretiosum sit, ut a plurimis pro numine habeatur? unde ille in Tragoedia:

Ὦ πλοῦτος, ἀνθρώπων, τοῖς σεβιζόμενος θεός.

FABRIC. Legerem cum Vossiano & Francofurt.

Quod, fuerat pretium cum rude, numen erit.

id est, quod, cum fungebatur vice aliarum rerum, & ita pretium erat, id est argentum, quo aliquid emi posset, nunc mihi numen erit propter imagines Caesarum. *erat* Leidensis, & quatuor alii. *fuerat* fexcecim alii libri. de numero capit Fabricius, sed *fl.* 57. *simulacra* & 70. *signa* vo-

Praemia quanta, Dei! nec me tenet ultima tellus:
Utque prius, mediâ sospes in Urbe moror.
Caesareos video vultus, velut ante videbam:
Vix hujus voti spes fuit ulla mihi.
Utque salutabam, numen coeleste saluto.
Quod reduci tribuas, nil (puto) majus habes.
Quid nostris oculis, nisi sola Palatia desunt?
Qui locus, ablato Caesare, vilis erit.
Hunc ego cum spectem, videor mihi cernere Romam.
Nam patriae faciem sustinet ille suae.
Fallor? an irati mihi sunt in imagine vultus;
Torvaque nescio quid forma minantis habet?
Parce, vir immenso major virtutibus orbe,
Justaque vindictae supprime lora tuae.
Parce, precor, secli decus indelebile nostri;
Terrarum dominum quem sua cura facit.
Per patriae nomen, quae te tibi carior ipso est;
Per numquam surdos in tua vota Deos;

Per-

cans videtur icunculas indicare. nisi & ita facies nummo insculptae vocari possint. BURM.

8. *Coelitibus missis nostra sub ora tribus.*] Infra in hac ipsa Eleg.

Intrata est superis quod domus una tribus.

CIOFAN.

11. *Quantum ad me redii.*] Decem veteres, *Quos postquam vidi.* quinque, *Esse liber videor.* duo, *Quando ad me redii.* Politiani codex, *Praemia quanta, Dei!* eleganter. Sarravianus, *Quanta meridi.* mendose. alii aliter. HEINS. Forte legendum,

Quam prope jam redii, nec me tenet ultima tellus?

Jam liber videor unus. *nam liber redii* alius. *quanta mihi dederim* Ms. Bersm.

13. *Ante videbam.*] *Solebam* Junian.

17. *Quid nostris oculis nisi sola palatia desunt.*] Duo, *desint.* unus Medon. *desi.* Scribe, *desit.* Virgil.

Lac mihi non aestate novum nec frigore desit.

HEINS.

18. *Erit.*] *Erat* Argent & duo alii.

20. *Patriae faciem sustinet ille suae.*] Praschius de Caritate patriae pag. 58. cum antea haec explicuisset, ut solus vicem totius patriae sustineret, quia populus ita se summiserat, ut ejus acta publica pro populi actis haberentur. ut & Thil. v. 11. *O patriae per te florentis imago!* deinde addit, nisi forte ingeniosissimus laudator hoc dicit, in fronte Augusti conspicuam esse Romanam illam majestatem & decus.

21. *In imagine.*] *Ab imagine* Argent.

22. *Minantis habet.*] *Minantis* unus Medic. HEINS.

24. *Supprime frena tuae.*] *Lora* Polit. & quinque alii. HEINS.

25. *Parce, puer, secli decus admirabile nostri, Terrarum dominum quem tua cura facit.*] Tiberium hoc loco per *puerum* accipiunt plerique: neque ipse repugno. Quod tamen si vere sit, *puerum* accipiamus necesse est, non aetatis ratione dictum, ut qui jam prope quinquagenarius esset, quum Ovidius relegaretur, sed vel propter picturae speciem: vel quod probabilius, propterea quod nuper adeo post mortem L. & C. Caesarum scilicet, in filii locum ab Augusto adoptatus fuisset. Ut *puerum* accipiamus, quasi filium alterius Caesaris, hoc est, Augusti, appellatum. Quod autem de Tiberio potius, quam de Germanico, cui pueri appellatio magis conveniebat, intelligendum hîc putamus, illud in causa est, quod idem infra, à Caesare, quem Augustum priore loco intelligit Poëta, proximus Caesar dicitur. quod Germanico rum tribui, vivente adhuc Tiberio, qui & ab Augusto adoptatus, & à senatu mox veluti socius administrandi imperii eidem additus fuit, non potuit. Illud tamen non immerito aliquis putavit, Elegiam hanc posteriore loco collocatam, quam scriptam esse. Nam haec quidem scripta, antequam Tiberius de Illyricis triumphasset, videtur: propterea

Perque tori sociam, quae par tibi sola reperta est,
Et cui majestas non onerosa tua est;
Perque tibi similem virtutis imagine Natum;
Moribus agnosci qui tuus esse potest;
Perque tuos, vel avo, vel dignos patre nepotes,
Qui veniunt magno per tua vota gradu;
Parce leves minimâ, nostras & contrahe poenas;
Daque, procul Scythico qui sit ab hoste, locum.
Et tua, (si fas est) à Caesare proxime Caesar,
Numina sint precibus non inimica meis.
Sic fera quamprimum pavido Germania vultu
Ante triumphantes serva feratur equos.
Sic pater in Pylios, Cumaeos mater in annos
Vivant; & posiis filius esse diu.
Tu quoque, conveniens ingenti Nupta marito,
Accipe non durâ supplicis aure preces.
Sic tibi vir sospes, sic sint cum prole nepotes,
Cumque bonis nuribus quas peperere nurus.

Sic,

26. *Quem sua cura facit.*] Barthius libenter rescriberet, *Te tua cura facit.* Heinsius olim malebat, *quem pia cura facit, quem tua* Micyll. Gryph. & aliae edit. cum multis scriptis. *quod tua cura* Ms. Berlman. & Sarrav. *quem sua terra* Leid.

27. *Per patrias numen, quod te tibi carius ipso est.*] Meliores, *quae te tibi carior ipso est.* tres cum Aroudeliano, *patrium numen.* malo, *patriae nomen*, ut Rottendorphianus exhibebat. Heins.

31. *Tibi similem.*] *Tui* Argent. & septem alii.

34. *Qui veniunt magno per tua jussa gradu.*] Puto, *per tua gesta. jesta* scriptum fuerat, unde *jussa* factum. Parav. *versa.* unus Vatican. *per tua vota.* etiam bene. Heins.

35. *Leva.*] *Leve* Regius.

36. *Daque locum Scythico qui sit ab hoste procul.*] *Daque, procul Scythico qui sit ab hoste, locum meliores.* duo etiam *Scythico orbe.* Heins. *Locus* etiam Leidens.

37. *A Caesare proxima Caesar.*] Rectius, *proxime Caesar* in Puteanco. Heins.

40. *Ante triumphales equos.*] *Triumphantes* est in vetustioribus. Heins. *Triumphates* septem & edit. prim.

42. *Vivant, & posiis filius esse diu.*] *Vivum & es* Barberin. *Vivas & hunc posiis* unus Vatic *vivant ut posiis* unus Medon. Puto scribendum,

Vivat, & ô posiis filius esse diu.

Vide Notas ad Epist. Penelopes ℣. 101. Heins.

45. *Cum*

Sic, quem dira tibi rapuit Germania, Drusus
Pars fuerit partûs sola caduca tui.
Sic tibi, marte suo fraterni funeris ultor,
Purpureus niveis filius instet equis.
Adnuite ô timidis, mitissima numina, votis.
Praesentes aliquid prosit habere Deos.
Caesaris adventu totâ gladiator arenâ
Exit; & auxilium non leve vultus habet.
Nos quoque vestra juvet quod, quâ licet, ora videmus:
Intrata est Superis quod domus una tribus.
Felices illi, qui non simulacra, sed ipsos,
Quique Deûm coram corpora vera vident.
Quod quoniam nobis invidit inutile fatum;
Quos dedit ars votis, effigiemque colo.
Sic homines novere Deos, quos arduus aether
Occulit: & colitur pro Jove forma Jovis.
Denique, quae mecum est, & erit sine fine, cavete,
Ne sit in invisa vestra figura loco.

Nam

45. *Cum prole.*] *E prole* unus & prim. Edit. *tibi sint cum pr.* Voss.

46. *Cumque bonis nuribus quas peperere nurus.*] *Quos peperere* plerique veteres. nepotes innuit. Sarravianus & octo alii, *quod.* pro *quot*, ut Combianus. Heins. *Quod* etiam Ms. Berlin. & id rectum est: nam eleganter numero neutro in hac re utuntur veteres. ut Ter. Andr. III. I. *quod peperisset, jussit tolli.* vid. II. Fast. 415. Burm.

47. *Dira.*] *Dura* septemdecim libri & prim. Edit.

49. *Sic tibi fraterni mature.*] Basil.

Sic tibi marte suo fraterni funeris auctor.

& hoc Barthii membranae confirmant, & veram lectionem esse puto. vid. ad VI. Met. 465. & XIII. 256. *vulneris* tres. *sanguinis* duo. Burm.

52. *Praesentes aliquid prosit habere Deos.*] *Aliquos* unus Vatic. Scribe, *aliqua prosit.* Vide Notas Trist. lib III. Eleg. IV. ℣. 75. Heins. *Praesentes iudiis* Thuan.

53. *Caesaris adventu.*] Hi duo versus sic recte leguntur.

Caesaris adventu totâ gladiator harenâ
Exit, & auxilium non leve vultus habet.

Tota harena, pro, ipse gladiator totus. ut, *jussus praebuit ille manus*, id est, ille jussus, nota Poëtis methathesi. *Vultus* autem, id est, praesentia & favor, vel (ut in quibusdam legitur) *numen* Caesaris. Fabric. *Tota* plerique veterum. Heins. *Totus gladiator* duodecim libri & multae editiones, quod non displicet; nisi malit quis, *lustus.*

54. *Et auxilium non leve vultus habet.*] Cum in omnibus, *vultus*, nos *vultus* putavimus legendum. Nauger. *Vultus* est Ursini lib. lectio, quae mihi non displicet. quamvis alii aliter. Clofan. *Vultus* plerique veteres.

56. *Facta quod est superis jam domus una tribus.*] In manuscriptis, *Intrata est superis quod domus una tribus.* Intelligit nummum argenteum, à Cotta, nobili Poëta, sibi missum, in quo exculpti erant Augusti, Tiberii, & Liviae effigies: quas ita alloquitur supplex, quasi cum praesentibus verba faceret. erant autem nummi alii usitati, quibus utebantur ementes & vendentes, alii honoris causa facti, quibus donabant amicos, è quorum genere hunc nummum fuisse existimandum est Fabric. In eodem libro, *intrata est* &c. ut modo adduxi. Clofan. *Facta quod est superis jam domus* in Regio. Scribe, *Tacta.* versu proximo malim, *Felices illos.* Heins.

58. *Deum.*] *Deos* duo. *Dei* unus.

59. *Fatum.*] *Lignum* Ms. Berlin. ex Horatio repetitum I. Sat. VIII. I. sed haec dum commentor, incidi in dissertationem Criticam P. de Vitry Professoris Theologiae, quae ex Commentariis Trevoltianis inserta est Ephemeridibus Parisiensibus. A. 1722. Octob. pag. 2440. In qua ad fastidium disputat de voce *inutilis*; & idem fere notare docet, quod noxius, damnosus &c. &, quasi hoc primus mortalium observasset, adnodum sibi placet, hunc quoque Ovidii locum, & alterum ex XIII. Met. 28. adducens. non invidemus hanc di-

ligen-

Nam caput è nostrâ citius cervice recedet,
Et patiar fossis lumen abire genis:
Quam caream raptis, ô publica numina, vobis;
Vos eritis nostrae portus & ara fugae.
Vos ego complectar, Geticis si cingar ab armis:
Vosque meas aquilas, vos mea signa sequar.
Aut ego me fallo, nimiaque cupidine ludor:
Aut spes exilii commodioris adest.
Nam minus & minus est facies in imagine tristis;
Visaque sunt dictis adnuere ora meis.
Vera precor fiant timidae praesagia mentis:
Justaque quamvis est, sit minor ira Dei.

ligentiae nimiae laudem viro erudito, qui, si Germanus aut Belga aliquis tot loca constipasset, illis minime elegantis & acuti ingenii gloriam daret, sed impie laboriosi. Vellem tamen, ut ante se diu hoc aliis observatum, indicasset. ut Cupero 1. Observ. 14. Davisio ad Hirtii Bell. Alexand. 65. & quem ille laudat, Scioppio. 1. Verisim. 20. qui nisi id copiose egissent, nobis multa quoque loca ad manum essent; est enim obvia & minime ignota & abstrusa vocis significatio, nec digna, de qua tot paginae commaculentur. Burm.

60. *Quos dedit ars votivas.*] *Votus* Sarrav. Argent. *votis* placet. Heins.

65. *Nam caput è nostrâ citius cervice recedet.*] Scribe, *recidi*, & refer ad *vè patiar*, quod sequitur. Epistola tamen Paridis:

Ante recusassem capiti hoc cervicis cruentae.

Propert. lib. II. Eleg. VII.

Nam citius paterer caput hoc discedere collo.

quare, si vulgatam scripturam tuemur, *recedat* malo, quam *recedet*. Heins. *A nostra* plurimi. *hoc nostra citius recedet* Argent. *a vostra* unus.

67. *O publica numina.*] *Lumina* Leidens. & Argent. ut Sol & Luna *publica lumina* Virgilio lib. I. Georg. dicuntur. nihil tamen hic muto. *munera* prim. edit. ita *publica munera* dixit VI. Met. 351. de aquis communibus. Burm.

68. *Vos eritis nostrae portus, & aura fugae.*] Idem liber, *ara*, non *aura*. Verius, ut opinor. Ciof. Magis placet nobis, quod in aliis legitur,

Vos eritis nostrae portus & ara fugae.

D. Heins. Sarrav. Argent. prim. Medic. & sex alii, *ara*. recte. quod & Ciofanus in suis invenerat. Adeantur Notae ad Epist. Penelopes vs. 110. Heins.

69. *Cingar.*] *Tangar* Leid. & duo alii. *jungar* Arg. *vincar* alius. *Scythicis* Putean.

70. *Utque meas aquilas vestra ego signa sequar.*] *Vos mea signa* Argent. & septem alii. codex Moreti, *Vosque meas aquilas vestra ego*. Scribe,

Vosque meas aquilas, vos mea signa sequar.

Heins.

76. *Justaque quamvis est.*] *Justaque quantumvis* malim. Heins. Ita Douza.

Epistola IX.

COTYI REGI.

Regia progenies, cui nobilitatis origo
Nomen in Eumolpi pervenit usque, Coty,

Tur-

1. *Regia progenies, cui nobilitatis origo Nomen in Eumolpi pervenit usque, Coty.*] Varie inscribitur haec Elegia. Alii *ad Cotim*, alii *ad Cotium* habent. quod posterius minor fane à Merula & aliis quibusdam non

Fama loquax vestras si jam pervenit ad aures,
Me tibi finitimi parte jacere soli;
Supplicis exaudi, juvenum mitissime, vocem:
Quamque potes profugo (nam potes) affer opem.
Me Fortuna tibi (de quâ ne conquerar, hoc est)
Tradidit; hoc uno non inimica mihi.
Excipe naufragium non duro litore nostrum,
Ne fuerit terrâ tutior unda tuâ.

Re-

non indoctis servatum, cum priorem inscriptionem ex ipso carmine probare atque afferere liceret. Infra enim in eadem Elegia ponitur, *O Coty, progenies digna parente tuo.* ubi vocativus *Coty*, non à recto *Cotys*, sed à *Cotys* tertii ordinis flectitur. Nam in *i* vocativi, si à secunda declinatione fiant, *i* longum habent. Tertiae autem tam *y* psilo, quam *i* desinentes, corripiuntur. Cujus rei exempla passim obvia. Atque hactenus de inscriptione. Altera dubitatio est de eo, quisnam hic Cotys fuerit. Utrum idem ille, qui à Suetonio *Cotiso* appellatur, cujus filiam sibi uxorem deposcerat Augustus, ut illi ab Antonio objectum fuit: an vero is, qui *Cotus* Caesari dicitur, cujus filius *Sasalas*, sive ut alii legunt, *Sadalas*, in exercitu Pompeji fuit: an etiam alterutrius illorum filius. Ego autem & temporum rationem sequendo, & personae qualitatem, & ingenium cum hac descriptione conferens, de eo Coty hic intelligo, cujus mentio fit apud Tacitum lib. 2. & quem idem autor, ut & Strabo, *Cotym*, per *y* psilon nominat. Is enim & temporibus Augusti supremis vixit, & ab eodem Augusto regni Thracensis partem accepit. Fuit autem is filius Rhemetalcis, ut idem Tacitus tradit, cujus haec sunt verba: *Igitur Rhescuporim quoque Thraciae regem astu aggreditur.* (Tiberius scil. de eo enim loquitur) *omnem eam nationem Rhemetalces tenuerat: quo defuncto, Augustus partem Thracum Rhescuporidi, fratri ejus, partem filio Cotyi permisit. In ea divisione arva & urbes, & vicina Graecis, Cotyi: quod incultum, ferox, adnexum hostibus, Rhescuporidi cessit. Ipsorumque regum ingenia, illi mite & amoenum: huic atrox, avidum, & societatis impatiens erat*, &c. Quod idem fere & Strabo indicat lib. 12. qui *Sapaeum* nominat, à *Sapis*, Thracensi populo, quibus ille imperavit, quos eosdem & *Suntes*, & *Sintos*, & *Sajos* appellatos dicit, addit-que: πάντες γὰρ οὗτοι περὶ αὐδόκιμον τὸν ὄλυμπον ἔσχον, καὶ τὰς περὶ Δῆμον νέμονται. Fuit & affinitate cum Polemone, rege Ponti, junctus. Sed hac de re Strabonem vide. Periit autem hic Cotys sub Tiberii principatu, per fraudem à Rhescuporide patruo, dum de regni finibus inter se contendunt, vocatus ad convivium, & inter sacra hospitalia vinctus atque abductus, mox ab eodem etiam occisus. Caeterum quod de superiori Elegia monuimus, idem de hac quoque dubitari potest, utrum hoc demum tempore, hoc est quarto exilii anno à poëta scripta fuerit, an citius. Cum enim dicat, *Fama loquax vestras*, &c. non satis probabile est, quarto demum anno ad Cotym scripsisse, ad quem primo statim fama exulantis pervenire potuisset. Et ipse poëta quoque infra Elegia ultima hujus libri indicat, se non ordinem temporum ubique observasse in his collocandis, sed promiscue ac temere collectas in unum addidisse. Ita enim inquit:

Non liber ut fieret, sed uti sua cuique daretur
Littera, propositum, curaque nostra fuit.
Postmodo collectos utcunque, sine ordine, junxit:
Hoc opus electum ne mihi forte putes.

Sed de hoc non ita laborandum. Micyll. *Ad Cotym Regem Sapaeorum* Exc. Scal. *Ad Cotim Thraciae regem* alius codex. vid. Baptist. Egnat. Racemat. cap. XIV. Cotyos imaginem in numino cernere licet apud Seguinum in Selectis Illustrium Numismatibus pag. 42. uxoris vero ejus Pythodoridis idem Seguinus nummum exhibet pag. 45. Varii vero hoc nomine reges Thraciae fuere. ita Valer. Max. III. VII. Ex. 7. Cotyn antiquiorem memorat, jure civitatis ab Athenienſibus donatum. Athen. XII. 8. Cotyn memorat omnium Regum Thraciae luxuriosissimum. Xenoph. etiam in Agesilao pag. 663. Cotyn refert, & pagina sequenti & II. Hellenic. pag. 507. eo nomine Paphlagoniae regem nobis exhibet. alium forte Harpocration in Κεφαλέννος. multi alii fuere hoc nomine, de quibus & de nostro copiose agit Bailius in Lexico suo. de ejus stemmate, quod ab Eumolpo deducitur, nihil mihi constat. Burm.

2. *Nomen ad.*] *Nomine ab* unus Heinsii.

5. *Mitissime.*] *Dulcissime* Argent.

6. *Quamque.*] *Quaque* Moreti.

7. *Me fortuna tibi, de qua quod non querar, hoc est, Tradidit.*] Tres, *quod conquerar* sex, *non conqueror*. unus Vatican. *non conquerar*. Lege, *ne conquerar*. deinde, *Prodidit* Argentinus eleganter. hoc est exposuit, objecit. Heins. *De quo non conquerar* Junian. mox, *non inimica loco* alius.

Regia (crede mihi) res eſt, ſuccurrere lapſis:
Convenit & tanto, quantus es ipſe, viro.
Fortunam decet hoc iſtam: quae maxima cum ſit,
Eſſe poteſt animo vix tamen aequa tuo.
Conſpicitur numquam meliore potentia cauſſâ,
Quam quoties vanas non ſinit eſſe preces.
Hoc nitor ille tui generis deſiderat: hoc eſt
A Superis ortae nobilitatis opus.
Hoc tibi & Eumolpus, generis clariſſimus auctor,
Et prior Eumolpo ſuadet Erichthonius.
Hoc tecum commune Deo: quod uterque rogati
Supplicibus veſtris ferre ſoletis opem.

Nam

9. *Excitet.*] *Accipe* Berſm. margo. & *limite* Junian.

10. *Turive unda.*] *Mittor* Excerpta Scaligeri, ut reſpondeat *duro litori*. vid. II. Faſt. 98. *duro limite* Junian. *nec fuerit* duo. Auctor Elect. Eton. *malebat*, *nec fuerit*.

12. *Regia res eſt.*] Feſchii, *laus eſt*, nihil opus. VI. Faſt. 695.

Regia res ſolum eſt. Burm.

13. *Decet hoc.*] *Hinc* Argentin. & alius, quod Heinſio placebat.

14. *Vix tamen.*] *Vix ſatis* Feſchii. *apta* alius. *animo ſuo* Arg. & alius & Berſm.

17. *Nitor ille.*] *ipſe* ediri & ſcripti nonnulli.

19. *Clariſſimus.*] *Gratiſſimus* Regius.

21. *Hoc tecum commune Dei.*] *Deos* Sarrav. Argent. *deos*. Lege, *Deo* cum Putaneo, vel, *Deo ſit*. Heins. Sed numerus ille hic quidem loci placuiſſe non debuerat. Berſm. Ms. *Et tecum commune deus quod uterque*. Et libri ſane, quantum novi, omnes, *uterque*, vel *utrique*, excepta editione Vicentina, ex qua legimus, *utrinque*. Auctor Elect. Eton.

21. *Quod utique rogati.*] In aliis, *quod uterque rogatus*. in aliis, *quod*, *uterque rogat*. poſtremum bene rectius. Pareus. *Quod utrinque* edit. Gryph. & Vincent. ſed *uterque* rectius. vid. II. Art. 283. *meis ſupplicibus vocis* Junian.

22. *Supplicibus veſtris.*] *Supplicibus vocis* Junian. & *ferre retulit* Francof.

23. *Numquid erit.*] Membranae noſtrae, *nam quid erit*, quod quidem adeo placitum, ut reponendum credi ſerim, pro *num quid*, ſeu *numquid*. Auctor Elect. Eton. *Nam quid* omnes editiones primae. *numquid* ex Scraviano Heinſius habet: mox malleem, *ſi demas velle juvare deos*. ſi dicis demas voluntatem juvandi. *ſi tamen*, vel *demas* Regius.

26. *Cadat.*] *Cadit* Argent. & tres alii. *cadit* tredecim & editi quidam. *ulla Jovis* Argent.

27. *Praeſtet.*] *Praebet* Regius & Ms. Berſm.

28. *Cur ego thura feram.*] Malim pro *thura* legere, *dona*, ut eſt in Patavino. per dona vel tauros intellige, qui ei mactabantur, vel veſtes, quae ab iis, qui mare evaſerant, ſuſpendebantur. Fabric. *Thura* ſcripti plerique. Heins. *Vota* unus.

29. *Vana laborantis ſi fiant vota coloni.*] In Patavino, *ſi fallant vota*. Fabric. *Fallant* eſt antiquorum librorum lectio, quae mihi longe probabilior videtur, quam ſi *fiant*, legas, ut in quibusdam excuſis legitur. Ciofan. *Fallat* meliores. Ceres nimirum. in Faſtis, IV. 645.

Saepe ſeges primis dominum fallabat in herbis.

Prudentius lib. II. contra Symmachum:

Nec vernas infudit aquas creberrimus imber
Fruge nova, & viridis ſi meſſis adulta, priusquam
Conceptas tenero ſolidaret lacte medullas,
Afflatum calido ſuccum contraxit ab Euro,
Jejunosque tulit calamos, atque irrita vota
Agricolae ſterilis ſtipularum ſilva fefellit.

ſic & *decipere* & *mentiri* & *eludere meſſes* dicebatur. Symmachus pro ara Victoriae: *Spem provinciarum omnium meſſis aegra decepit*. Noſter Amor. lib. III. Eleg. 2.

Cum bene jactati pulſarunt arva ligones,
irrita decepti vota colentis erant.

apud Horatium *fundus mendax* lib. III. Od. 1. & *ſpem mentita ſeges*. lib. I. Epiſt. VII. *nunquam illudit mentita colono* apud Silium libro VII. 160. apud Tibullum libro II. El. 1.

Neu ſeges eludat meſſem fallacibus herbis.

Propertius libro II. Eleg. XV.

Terra prius falſo partu deludet arantes,

Boëthius

Nam quid erit, ſolito quare dignemur honore
Numina, ſi demas velle juvare Deos?
Juppiter oranti ſurdas ſi praebeat aures;
Victima pro templo cur cadat icta Jovis?
Si pacem nullam Pontus mihi praeſtet eunti,
Irrita Neptuno cur ego tura feram?
Vana laborantis ſi fallat vota coloni,
Accipiat gravidae cur ſuis exta Ceres?
Nec dabit intonſo jugulum caper hoſtia Baccho,
Muſta ſub adducto ſi pede nulla fluant.
Caeſar ut imperii moderetur frena precamur,
Tam bene quo patriae conſulit ille ſuae.

Uti-

Boëthius libro I. Conſ. Philoſ.

Tum qui larga negantibus
Sulcis ſemina tradidit
Eluſus Cereris fide.

Manilius libro I.

Squalidaque eluſi deplorant arva coloni,
Et ſterilis inter ſulcos deſeſſus arator.

Virgil. I. Geor. 226.

—— —— *ſed illos*
Expectata ſeges vanis eluſit ariſtis.

Valerius Flaccus libro VII. fol. 229.

—— *patriam inde vocato,*
Qua redit itque dies, nec nos dis nata malignis
Luſerit hoc uno ſemper ſub frigore meſſis,
Fas mihi non ſtabiles, fas & tibi linquere Colchos.

ita locum mendoſiſſimum reſtituo. *Non ſtabiles Colchi*, in quibus ſedes certa non figitur. pari modo Plautus Mercatore; *ſtabilem patriam & domum* dixit:

Quis modus tibi exilio tandem? veniet qui ſuis fuae?
Quae patria aut domus tibi ſtabilis eſſe poterit? die mihi.

Perperam *non habiles Colchos*, & *Cluſerit meſſis* in Valerio hactenus legebatur. *Accipiat* mox meliores verſu proximo, pro *Accipiet*. Heins. *Laborantis ſi fallant vota colonos* Regius.

30. *Cur ſuis exta.*] *Cur ſua ſacra* Argent.

31. *Intonſo Baccho.*] Libri ſcripti, *immerito*. Ciofan. *Immerito* multi veterum. utrumque rectum. ſic contra in Triſt. I. IX. 43. *meritae cudet aguia Minervae* & ſaepe alibi. Heins.

32. *Inducto ſub pede.*] Iidem libri, *adducto*. Ciofan. *Adducto* ſcripti fere omnes. recte. ſic *adducta clava* Faſt. I. *adducto nervo arcus*. & *adductus ramus* Pont. III. Eleg. V. & ſimilia paſſim apud Noſtrum. id eſt, contracto. ſic Epiſt. Canaces, *macies adduxerat artus*. & Met. III. 397. *Adductique cutem macies* Val. Flaccus lib. V. 160.

Vincula preſſa manu ſaxis adduxerat imit.

id eſt, attraxerat. *abduxerat* minus bene vulgati, cum *abducta flamina* mox ſequantur. idem libro VI. 133.

—— *extremas laquis adducere turmas.*

& apud Noſtrum Met. VIII. 775.

—— *adductaque ſunibus arbor.*

Statius Theb. IX. 140. ubi pari modo peccatur.

Ter Cadmea Phalanx torvum adduxere cadaver,
Ter retrahunt Danai.

Heins.

34. *Tam bene quam patriae conſulit ipſe ſuae.*] *Quod* Argent. & primae editiones. Lege, *quo*. nempe imperio. deinde, *ille* meliores. Heins. Atqui nec *ille*, nec *ipſe* quam vim habeant ſentio: & poene extra dubium mihi eſt, ſcripſiſſe Ovidium, *quod patriae conſulit illa ſuae*, nempe ſtena. Tibull. II. vſ. 44.

Troja quidem tum ſe mirabitur, & tibi dicet,
Vos bene tam longam conſuluiſſe viam.

video ſane & illud mutatum, Scaligeri imperiis nunc legere nos, *longa via*; aliam cauſſam nullam video. Plautus certe in fine Perſae: *Certo illi homines mihi neſcio quid mali conſulunt, quod faciant.* & Terent. Heaut. III. 1. *Peſſime iſtuc in te atque in illam conſulis.* Auctor Elect. Eton. *Conſulere frena patriae* ſuae Latine dici poſſe conſenſu, quo Vir doctiſſimus cenſet, non puto; & *conſulere rem* &c. cum accuſativo caſu in ſimilibus locutionibus eſſe idem, quod de re conſulere, tractare, ſtatuere, patet ex Virgilio XI. 343.

Rem nulli obſcuram, noſtrae nec vocis egentem,
Conſulis, o bone Rex.

ubi Servius, *rem conſulis*, pro *de re*. Livius lib. II. 28.

Utilitas igitur magnos hominesque Deosque
Efficit; auxiliis quoque favente suis.
Tu quoque fac profis intra tua castra jacenti,
O Coty, progenies digna parente tuo.
Conveniens homini est, hominem servare, voluptas:
Et melius nullâ quaeritur arte favor.

Quis

cana res consulat reti, ut erat, periculosam ad Paeones defensat: sed dictatam consulsore ordine non licuit. in quibus est post deliberationem, &, tractationem, haurere; ut recte Cl. Perizon. ad Sanctii Minerv. lib. IV. cap. 4. in fine. & ita capienda Plauti & Terentii loca. & ita potest dici; *aliquid consulere alicui*, & *in aliquem*. sic apud Tibullum Æneas *longam vitam* (si ita legendum sit) *consuluit bene Troiae*, id est in utilissimam Trojae statuit, & effecit ut bene illi cederet. nec male Bern. Cyllen. *consuluisse vitam* explicat, consulto determinasse. nihil ergo haec faciunt ad asserendam lectionem, quae à nullo codice adjuvatur, & quae Nostro nusquam est usitata. *ille* vero est in omnibus fere scriptis, & solet excellentiam quandam hoc pronomen indicare. *qui* vero debet ad totum verborum complexum praecedentis versus referri. licet & *quod* pro *quia* possit sumi. Burm.

35. *Utilitas igitur magnos hominesque deosque, &c.*] Sensus est: Ex eo igitur, quod prosunt ac juvant, tam homines quam dii magni sunt, & coluntur, videlicet dum unusquisque illorum ea parte, iisque auxiliis favet, ac prodest nobis, quibus solet ac potest. ut Ceres & Bacchus proventu ac fertilitate frugum ac vini; Caesar imperando & consulendo patriae, &c. Quamquam neque altera expositio displicet, ut *Auxiliis*, dativo casu accipiamus dictum, hoc sensu, Unoquoque eorum, cui bene sit, favente suis auxiliis, hoc est, iis à quibus juvatur, & per hoc magnos eosdem faciente. Micyll.

36. *Quoque favente.*] *Quamque favendo* Ms. Burser. *quamque favente* unus. *quippe* Arg.

37. *intra tua castra jacenti.*] Incredibile hoc, Ovidium intra Cotyos castra jacuisse. & hinc errorem eorum, qui Getarum Regem Cotyn faciunt, natum credo. variant scripti: Barberin. *sextra*. alius, *regna*. quinque libri, *claustra*, quod praeferem, ut Tomi fuerint in finibus regni, ab Augusto Cotyi affixis. ut mox vs. 66. *terram tuam* dicit. vel legendum, *juxta tua castra, inter* plurimi scripti. *castra* vero & *claustra* centies permutata. vid. ad Val. Fl. v. 77. Burm.

39. *Conveniens hominum est.*] Scripti, *conveniens hominis est*. nec aliter citatum inveni. Faba. *Voluptas* plurimi.

40. *Nullo.*] Nulli Junian.

41. *improbat.*] Non probat tres libri.

42. *Non tibi Cassandreus pater est.*] De Cassandri crudelitate, qua usus est in occupando Macedoniae regno, praesertim contra stirpem Alexandri, meminerunt Diodorus Siculus libro decimo octavo, Justinus libro decimo quinto, & Pausan. in Boeoticis. Pausaniae verba sunt haec: Δοκεῖ δέ μοι τὰς μὲν Θήβας οἰκίσαι ὁ Κάσσανδρος, ἐξ ὑβρεως δὲ Ἀλεξάνδρου μᾶλλον. Ἐπιβῆναι δὲ καὶ τοῦ πάππου εἶναι Ἀλεξάνδρου φθόνον, ὃς Ὀλυμπιάδα τε παῖδος καταλύσαι τοῦ ἐπ' αὐτῷ Μακεδόνων παραζεύξαντος, καὶ τὸν παῖδα Ἀλεξάνδρου τόν τε ἐκ Βαρσίνης (sive ἐξ Ἀρσίνης legendum, Hegesia, ex Alexandro lib. IX. Ῥωξάνης ἀπόπειραν ἐποιήσατο φαρμάκων. Οὐ μὴν ἀλλ' αὐτὸς χρόνον τὸν ἅπαντα κατέσχεν, ἐπιβὰς ὀλίγῳ, καὶ ἀπ' αὐτῆς ζῶντι ἐγένετο εὐλαι, &c. Justinus autem: *Deinde ne Herculis*, inquit, *Alexandri filius, qui fere annos quatuordecim excesserat, favore paterni nominis in regnum Macedoniae vocaretur, occidi eum tacite cum matre Arsine jubet, corporaque eorum terra obrui, ne caedes sepultura proderetur. Et quasi parum facinoris in ipso primum rege, mox in matre Olympiade ac filio admisisset, alterum quoque cum matre Rhoxane pari fraude interfecit, quasi regnum Macedoniae, quod affectabat, aliter consequi, quam scelere non posset.* Atque haec apud idoneos scriptores de Cassandro legantur. De iis autem, quae Merula affert de eodem, ipse viderit, ut & de versibus iis, quos Ovidio autore allegat. Micyll.

43. *Durusque Caphareus.*] Ego locum hunc simpliciter accipio, ut sit dictum eodem modo, quo Virgilius dixit: *Nec tibi diva parens, generis nec Dardanus autor, Perfide, sed duris genuit te in cautibus horrens Caucasus, &c.* Et Homerus Iliad. 16. Οὐκ ἄρα σοίγε πατὴρ ὀνοσίφρων ἱππότα πηλεὺς, οὐδὲ θέτις μήτηρ, γλαυκὴ δέ σε τέκτο θάλασσα, πέτρη τ' ἠλίβατος, ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀτλητος. Mox quod sequitur, *Quive repertorem torruit arte sua*: id ita accipiendum, quasi dicat, Neque etiam Phalaris tibi pater est, qui Perillum repertorem aenei bovis, quo homines incluso torquerentur, ipsum sua arte excruciavit, eidemque bovi inclusum torruit. Micyll. Eadem exemplaria, *genitorque Caphareus*, probo. Ciofan. Inepte Caphareus scopulus cum Cassandro rege conjungitur. multi ex scriptis, *genitorve Caphareus*. Argentinus. qui est in optimos, *durusve Phareus*. Sarravianus omnium veterrimus, *genitusve Pheraeae*. eleganter & vere. quamquam *dirusve Pharaeus* quoque non inconcinne possit reponi. Alexandrum enim Pheraeorum in Thessalia crudelissimum tyrannum innuit, quem ab uxore Thebe ejusque fratribus obtruncatum in cubiculo fuisse, ex Xenophonte partim lib. VI. de rebus Graecorum, Diodoro Siculo, lib. XVI. Bibliothecae, Plutarcho ac Cornelio Nepote in Pelopida, Conone apud Photium, partim ex Cicerone, Valerio Maximo, aliis, discimus. ac ejus rei Noster quoque meminit in Ibide, 321.

Inque tuo thalamo ritu jugulere Pheraei,
Qui datus est letho conjugis esse suae.

De insigni ejus crudelitate apud Polyaenum libro VI. Strategem. & Ælianum Varia Historia lib. XIV. 40. nonnihil occurrit. Hic Polydoro fratri, qui Jasoni Pherarum tyranno successerat, è vivis per venenum sublato, regnum invasit patriae sub annum IV. Olympiadis CII. si Eusebiano Chronico credendum. Narrant multa ejus facinora, partim fortiter, partim crudeliter perpetrata, praeter auctores jam nominatos, Demosthenes contra Aristogitonem, Polybius libro VIII. Pausanias in Baeoticis ac Suidas. Sed omnium uberrime, quem jam memoravi, in Pelopida Plutarchus. Pelopidas enim directa adversus Alexandrum acie occubuit, sed victor. fuit & Epaminondae res cum Alexandro hoc Pheraeo. Exstat Speusippi, ut putatur, epistola a Leone Allatio inter Socraticas numero XXVIII. edita, in qua Isocrati objicitur, quod orationem illam, quae Philippica inscribitur, Dionysio Siciliae Tyranno primum venalem obtulerit, promiserit postea huic Alexandro Thessalo; quod frustra apud alium scriptorem quaeras. Alexander igitur Thessalus, & Dionysius Siciliae tyrannus coaetanei, quod etiam ex scriptoribus jam memoratis est colligere. Hinc supplendus, atque intelligendus est lapis in Epochis Graecis Arundelianis marmoris, Epoch. LXXXV. Ἀφ' ὃ Διονύσιος Συρακούσιος ἐτυράννευεν, ὁ δὲ υἱὸς Διονύσιος ἐτυράννευσεν, ἦρξε δ' Ἀλεξάνδρου ὁ Φερραίων βασιλεύσαντος. nunc circumfertur, Καὶ Ἀλε . . . . . λώου quae lacuna in errorem induxit virum maximae eruditionis Johannem Seldenum, ut de Alexandro, Amyntae filio, haec capienda esse opinaretur. de Jasone Pheraeo vide Plinii Interpretes ad lib. VII. cap. L. quod vero praemittit Noster, *Non tibi Cassandrus pater est*, perperam de Cassandro, Rege Macedoniae, interpretantur. *Cassandreus* enim legendum, quomodo Sarravianus differte, aliique nonnulli codices ex conjecturis, ut de Apollodoro, Cassandriae Tyranno longe immanissimo, intelligatur, qui *Cassandreus* proinde dictus. Nam Cassandriae tyrannum fuisse, ex Pausania Messeniacorum lib. IV. Polyaeno, & Prologo lib. XXV. Trogi Pompeji docemur. Testantur id ipsum quoque Excerpta Diodori Siculi Valesiana pag. 556. Epitome Stephani Byzantii: Κασσάνδρεια πόλις Μακεδόνιας, πρὸς τῇ Θρᾴκῃ, ἣ πρὶν Ποτείδαια λεγομένη, ὑπὸ Κασσάνδρου, ᾧ ἐπώνυμος. ὁ πολίτης, Κασσανδρεύς. Meminit saevitiae ejus inter alios complures Ælianus Variae Historiae libro XIV. cap. 41. meminerunt & Excerpta Diodori Siculi, quae diximus jam, Valesiana lib. XXII. pag. 264. De eo copiose Polyaenus lib. VI. Strategem. ubi inter caetera: κατὰ τύραννον ἐγένετο φονώτατον πάντων; ὅτε πρὸ Ἕκτορος ὁ πατὴρ βασιλεύων ἐτυράννησεν. initio autem narrationis pro Ἀπολλόδωρος ὁ Κασσάνδρου scribendum, ὁ Κασσανδρεύς. Hunc ab Antigono, Rege Macedoniae, oppressum, expugnata Cassandria, idem Polyaenus libro IV. copiose narrat. De violenta ejus morte ex Plutarchi libello de tarda Dei vindicta potest colligi: nec dubito, Nostrum in Ibide eò respexisse, etsi loco insigniter depravato:

Aut ut Cassandri dominus non mitior illo,
Saucius ingesta contumuleris humo.

Herculem, Alexandri Magni filium, intelligunt interpretes à Cassandro interfectum. Sed quis veterum crudelitatem Herculi unquam objecit? Priori versu multum variant codices vetusti, quorum major pars, *Cassandrae*. *Cassandrus* nonnulli. *Cassandris* unus. tres, *Cassandrei*. quos inter & Moreti liber satis antiquus, qui pro diversa lectione, *Cassandreus*. *Cassandrei* quoque liber Jureti vetustissimus. praeterea quinque aut sex nostri, *domino*, non *dominus*. Scribe,

Aut Cassandreae domino non mitior urbi
Saucius ingesta contumuleris humo.

Quanquam enim ex ipsius Apollodori apud Plutarchum somnio deprehendi quodammodo potest, post detractam vivo pellem in lebete clixum fuisse; nihil impedit tamen post has poenas adhuc spirantem terra quoque ingesta fuisse obrutum. Idque τὸ *Saucius* utcunque designat. Illud praeterea in transcursu monendum, scriptores antiquos hunc Apollodorum cum Phalaride frequenter conjungere, quod & à Nostro hic factum vide-

Quis non Antiphaten Laestrygona devovet? aut quis
Munifici mores improbat Alcinoi?
Non tibi Cassandreus pater est, gentisve Pheraeae;
Quive repertorem torruit arte suâ:
Sed quam Marte ferox, & vinci nescius armis,
Tam numquam factâ pace cruoris amans.

Ad-

Adde, quod ingenuas didicisse fideliter artes,
Emollit mores, nec sinit esse feros.
Nec Regum quisquam magis est infructus ab illis,
Moribus aut studiis tempora plura dedit.
Carmina testantur; quae, si tua nomina demas,
Threïcium juvenem composuisse negem.
Nec sub noc tractu vates foret unicus Orpheus;
Bistonis ingenio terra superba tuo est.
Usque tibi est animus, cum res ita postulat, arma
Sumere, & hostili tinguere caede manum;
Atque, ut es, excusso jaculum torquere lacerto,
Colloque velocis flectere doctus equi;
Tempora nic data sunt studiis ubi justa paternis,
Usque suis humeris forte quievit opus;
Ne tua marcescant per inertes otia somnos,
Lucida Pieria tendis in arma via.

Haec

Haec quoque res aliquid tecum mihi foederis adfert:
Ejusdem sacri cultor uterque sumus.
Ad vatem vates orantia brachia tendo,
Terra sit exsiliis ut tua fida meis.
Non ego caede nocens in Pontica litora veni;
Mixtave sunt nostrâ dira venena manu:
Nec mea subjectâ convicta est gemma tabellâ
Mendacem linis imposuisse notam.
Nec quidquam, quod lege veter committere, feci.
Et tamen his gravior noxa fatenda mihi est.
Neve roges quid sit; stultam conscripsimus Artem.
Innocuas nobis haec vetat esse manus.
Ecquid praeterea peccarim, quaerere noli:
Ut lateat solâ culpa sub Arte mea.

Quid-

numeris magnorum horrenda laborum. quae ibi vera est scriptura. *per numeros* Met. I.

Perque suos intus numeros componitur infans,

ita enim scribendum. in Trist.

—— *cumque*
Per numeros omnes hoc tueare caput.

in Arte Amatoria:

Per numeros veniunt ista gradusque suos.

&:

Per numeros fiant ista gradusque suos,

numeros sceleris dixit in Ibide ℣. 186.

Ut careant numeris tempora prima suis.

Trist. I. Eleg. VII. ℣. 48. Heins. Vide an placeat magis, *Aque suis humeris forte quievit opus.* Scutum scilicet, seu pharetra deposita est ab humeris, quos unice decet, Auctor Elect. Etos. sed ostendendum, *quiescere ab humeris* eleganter dici. *in humeris fertur onus* dixit II. Trist. 222. nec *forte onus* aeque bene dicitur, atque *opus.* nihil tamen melius in mentem venit Heinsiana emendatione. Burm.

61. *Otia.*] *Tempora* Thuan.

64. *Ejusdem sacri.*] *Studii* duo libri.

66. *Fida.*] *Tuta* unus codex. *auxiliis* editi & scripti quidam.

67. *In Ponti litora veni.*] *In Pontica* Polit. unus. Voss. & unus Vatic. bene. sic *Pontica tellus*, lib. III. Eleg. I. *Pontica terra* lib. II. Eleg. VII. & lib. IV. Eleg. IX. *Pontices ister* lib. III. Eleg. II. ℣. 44. ut illic opinor calligandum. vide Notas. Heins.

69. *Nec mea fallaci convicta est gemma sigillo Mendaces ceris imposuisse notas.*] Cujacius lib. XI. Observat. cap. XIV. *lignis*, non *ceris* legit. Ejus verba sunt: *Lignum tabulas dicimus*, ut Satyricus XIII. & XVI.

Vana supervacui dicent chirographa ligni.

Et Ovid. II. de Ponto:

Nec mea fallaci convicta est gemma sigillo
Mendaces lignis imposuisse notas.

Libri excusi habent, *ceris*, pro *lignis*: scripti, *linguis*, unde feci *lignis*, perspicua emendatione. Giofan. *Linis imposuisse* scribendum cum Sarrav. Scaligeri codice, Argent. & uno Vaticano. vincula linea intelligit, quae tabellis & testamentis obsignandis adhiberi solita. lini enim usus hanc in rem adhibitus. de qua inter alios Salmasius cap. XI. de modo usurarum. *vincula epistolae*, id *linum* Noster non uno appellat loco. multi veterum, *lignis.* quod Cujacio Observat. lib. XI cap. 14. placebat. alii, *signis*: Barbcrin. *tabulis.* alius, *chartis.* apud Juvenalem quoque sic calligandum bis opinor. ut Satyra XIII. 136.

Si decies lectis diversa in parte tabellis,
Vana supervacui dicunt chirographa lini.

Et Satyra. XVI. 40.

Debitor aut sumtos non pergis reddere nummos,
Vana supervacui dicens chirographa lini.

nisi quis *signi* malit. utroque loco *ligni* circumfertur. sic & Cicero *chirographum* & *signum* conjunxit libro II. Epist. XX. ad Atticum: *neque utor meo chirographo, neque signo.* praeterea priori versu, *fallaci convicta est gemma sigillo* Scaligeri codex. quod & Cujacius in suis videbatur invenisse. Heins. Vid. Brissi Epist. pag. 107. *suppositia* unus. *sub tecta* Servii.

71. *Quod lege veter.*] *Veter* ex melioribus. Heins.

72. *Et tamen his gravior noxa fatenda mihi.*] *Et tamen his graviur noxa fatenda mihi est*, rectius tres veteres. Heins.

Quidquid id eſt, habui moderatam vindicis iram:
Qui niſi natalem nil mihi demſit humum.
Hac quoniam careo; tua nunc vicinia praeſtet,
Inviſo poſſim tutus ut eſſe loco.

73. *Neve roges quae ſit ſtultam quam ſcripſimus artem.*] Pro eo quod eſt: Neve roges quae ſit ars: cujus ego ſtultus conſcripſi. Uſitata bonis poëtis figura. Intelligit autem praecepta amatoria. Ciofan. Malo cum quatuor antiquis,

Neve roges quid ſit; ſtultam conſcripſimus Artem.

Heins.

75. *Et quid.*] *Etquid* in nonnullis. Naug. *Et quid* Sarrav. Meconii unus cum prima editione. Heins. *Ne quid peccarim pro re mea quaerere noli* Argent.

76. *Ut patcat.*] Malim, *lateat* cum Puteaneo & undecim aliis. ſtudioſe enim ſemper verum crimen celat.

77. *Quidquid id eſt, habuit moderatam Principis iram.*] Magis ad ſententiam facit, quod in antiquo eſt. *moderatam vindicis iram.* Fabric. *Habui* praeſtat cum nonnullis. Heins. *Quae niſi natalem* Junian. & duo alii.

78. *Natalem humum.*] Patriam. Alibi:

Noſcio qua Natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.

Ciofan.

Epistola X.

MACRO.

Ecquid ab impreſſae cognoſcis imagine gemmae
Haec tibi Naſonem ſcribere verba, Macer?
Auctorisque ſui ſi non eſt annulus index,
Cognitane eſt noſtrâ litera facta manu?
An tibi notitiam mora temporis eripit horum?
Nec repetunt oculi ſigna vetuſta tui?
Sis licet oblitus pariter gemmaeque manusque,
Exciderit tantum ne tibi cura mei.

Quam

1. *Imagine cerae.*] *Gemmae* Fragm. Boxhornii & Francof. quamvis vero vulgatam defendi poſſe ſciam, rectius tamen meo judicio gemma dicitur imprimi, quam cera, cui gemma imprimit imaginem, & hoc confirmatur mox vſ. 7. vel legendum eſſet, *impreſſa cognoſcis imagine cerae.* Burm.

2. *Cognitane eſt.*] *Cognita nec.* pr. Ed.

5. *An tibi.*] *Quin tibi* Putean.

12. *Facilius ex arte.*] Forte, *facilius ab arte natum*, quum ex etiam ſuperiori verſu occurrit.

13. *Aeterno quidquid reſtabat Homero.*] Ita Tibull. IV. I. 180.

Aeterno propior non alter Homero.

Res Trojanas ſcripſerunt, Varius teſte Horatio: Valgius, teſte Tibullo: Macer & Camerinus, teſte Ovidio. Fabric.

14. *Troïca bella.*] *Facta* duo veteres. Forte, *Troïa fata.* ut Epiſt. 1. *Illi victa ſuis Troïa fata canent.* Heins.

15. *Naſo parum prudens, artem dum tradit amandi.*] Inter Vatic. & Urſini liber, *tradit.* idque rectius puto. Ciofan. *Tradit amanti* Combinus & Thuaneus, quod non diſplicebat Heinſio. *dum cantat* Moreti. *dum curat* Regius.

17. *Communia.*] *Conſuia* Thuan. ut lib. II. El. V. 71. vid. inf. III. IV. 67. & IV. XIII. 43. *Poëtae* Moreti.

18. *Diverſum quamvis quisque ſequatur iter.*] Malui, *Quisque ſequamur*, ut,

Quisque ſuos patimur manes.

hoc nomen ad omnes perſonas referri etiam pueris notum eſt. Fabric. *Quisque quaratur* Sarrav. *quamus* Ms. Beſm.

19. *Quorum te memorem, quamquam procul abſumus, eſſe ſuſpicor.*] Sententia: Quorum, ſive quarum rerum, videlicet, quòd ſacra poëtis inter ſe communia ſunt, etiam ſi ipſi inter ſe diverſa ſcribendi genera ſequuntur, te memorem eſſe puto, eoque velle caſus meos levare. Micyll. *Quamvis procul abſumus à te* unus codex. *abſumus urbe* Barber. *quamvis ſumus orbe remoti.* Farnef. *quamvis* etiam prim. Ed. mox, *velle juvare* quatuor ſcripti. pro *ſuſpicor*, *auſpicor* Ms. Beſm.

21. *Magnificas Aſiae perſpeximus urbes.*] Patavinum, *perreximus.* Fabric. *Proſpeximus* plurimi.

22. *Trinacris eſt oculis te duce viſa meis.*] In nonnullis, *Trinacria eſt oculis.* Naugr. Alii, *Trinacria eſt oculis te duce nota meis.* Fabric. In iisdem libris non, *viſa*, ſed *nota* legitur. Ciofan. *Nota* meliores conſtanter. Heins.

24. *Quam vomit.*] *Movet* tres libri & Beſſmanni Ms.

25. *Aetnaeosque.*] Peſſime usque huc ita lectum eſt in excuſis omnibus. Urſini liber, *Henneosque.* Si adſpirationem demas, vera erit lectio. *Enneus* & *Ennenſis* (ut ab *Ilia Ilius* & *Ilienſis*) deducitur ab *Enna*, quae eſt Siciliae urbs, & umbilicus: prope quam eſt lacus, qui ab ea *Enneus* vocatur à poëta; idque lib. V. Metamorph. 385. etiam aperte indicatur:

Haud procul Enneis lacus eſt à moenibus altus,
Nomine Perguſa.

Sic enim ibi ex meo libro vetere emendavi, cum in aliis libris male ſcriptum & excuſum eſſet, *Aetnaeis.* Auctor laſcivi carminis:

Ennaeae Cererem nurus frequentant.

Lycophron in Alexandra:

Οὐ πάσσυτον τὸ γαμβρεῖον Ἔννεια πτοᾷ.
Cujus avum Ennaea quondam Hercyna.

Ciofan. *Hennaeosque* Sarrav. Argent. & unus Vatic. duo alii, *Enneaeosque.* dictum de hac voce multis ad Raptum Proſerpinae Claudiani. Heins.

25. *Et olentia ſtagna Paliſci.*] Legendum, *Palici* è Macrobio. Olentia autem ſtagna, ὅτι θέρεται ἀπ' αὐτῶν ἐπὶ πολὺ βαρὺν ὀδμὴν, καὶ τοῖς πλησίον ἐναπόκειται καρβωνώδεια ἐμπυώδεα δοκοὶ, ut Polemon ait libro de admirandis Siciliae fontibus. Fabric. Per hoc ſtagnum & Enneum lacum Proſerpina à Plutone ablata eſt. Ovidius ibidem:

Perque lacus altos, & olentia ſulfure ſurtur
Stagna Palicorum, rupta ſervantia terra.

ſcribendum, *Palicos.* ut ſit appoſitio. vidimus Palicos, ſtagna olentia. *Stagna Palicorum* dixit Met. V. 406. ſic apud Graecos ſemper Λίμνη Παλίκων, & πρωΐτερος Παλίκων. etiam *Natalium urna*, nam duos fratres Deos Palicos fuiſſe conſtat. Virgilio tamen Æn. IX. *placabilis ara Palici.* ſed & illic quoque per appoſitionem ſumi poteſt. Poſſet & legi, *olentia ſtagna Palicen.* ut ad oppidum Παλίκη ſtagno vicinum innuat. Adi Siciliam accuratiſſimi Cluverii. Totam Palicorum fabulam operoſe proſecutus eſt longa narratione Macrobius Saturn-

Quam tu vel longi debes convictibus aevi,
Vel mea quod conjux non aliena tibi;
Vel ſtudiis, quibus es, quam nos, ſapientius uſus;
Utque decet, nullâ factus es Arte nocens.
Tu canis aeterno quidquid reſtabat Homero,
Ne careant ſummâ Troïca bella manu.
Naſo parum prudens, Artem dum tradit amandi,
Doctrinae pretium triſte magiſter habet.
Sunt tamen inter ſe communia ſacra poëtis;
Diverſum quamvis quisque ſequamur iter.
Quorum te memorem (quamquam procul abſumus) eſſe
Suſpicor; & caſus velle levare meos.
Te duce, magnificas Aſiae perſpeximus urbes:
Trinacris eſt oculis te duce nota meis.
Vidimus Ætnaeâ coelum ſplendeſcere flammâ;
Suppoſitus monti quam vomit ore gigas:
Hennaeosque lacus, & olentia ſtagna Palici,
Quâque ſuis Cyanen miſcet Anapus aquis.

Nec

Nec procul hinc Nymphen, quae, dum fugit Elidis amnem,
  Tecta sub aequoreâ nunc quoque currit aqua.
Hic mihi labentis pars anni magna peracta est.
  Eheu, quam dispar est locus ille Getis!
Et quota pars haec sunt rerum, quas vidimus ambo,
  Te mihi jucundas efficiente vias!
Seu rate caeruleas pictâ sulcavimus undas:
  Esseda nos agili sive tulere rotâ.
Saepe brevis nobis vicibus via visa loquendi;
  Pluraque, si numeres, verba fuere gradu.
Saepe dies sermone minor fuit; inque loquendum
  Tarda per aestivos defuit hora dies.

Est

[illegible] libro v. cap. 18. Videndi quoque Diodorus Siculus & Stephanus Byzantius. Solinus, quae de [illegible] Siciliae narrantur apud scriptores, transfert ad Sardiniam pessimo exemplo. Heins. Posteriorem conjecturam [illegible], & oppidum ante haec tempora [illegible], uti monstrat Diodorus, & [illegible], *[illegible] Palicon*, pro *stagnis ad urbem Palicen* [illegible], concoquenda. qua quoque [illegible] ne primum quidem admittebam, cum [illegible] *Palicos* non heroas modo, sed & [illegible], vel templum eorum ac stagnum, nominari. [illegible] Aristot. Περὶ θαυμ. ἀκουσμ. & [illegible] eius Stephanus Byzant. [illegible] Strabo lib. vi. [illegible] Ita vere emendavit Casaubonus [illegible]. Solon etiam ex [illegible] [illegible] Vibius denique, [illegible], sed & Cratetas [illegible], quod hinc maxime facit, *Palicos* [illegible] arguere videtur, correptus [illegible] Παλικοὶ &c. [illegible] καλούμενοι Παλικοὶ &c. [illegible] Elect. Eton. Recte tamen dici, *stagna*, [illegible] notas ad lib. iv. Met. 668. [illegible] *stagna Palici* [illegible] in [illegible] de Palicis & stagno hoc, [illegible] tempore, egregie agit Fazellus Prior. Decad. [illegible] lib. iii. cap. 2. Burm.

[illegible] *Cyanen miscet Anapis aquis.*] [illegible] Vatic. libro, [illegible] locum vidimus, ubi Anapis miscet, &c. Merula depravatos libros nactus in hoc disticho exponendo meras ineptias, se ipso indignas, attulit. Praestat enim quemque, cum locus obscurus est, aut cum silentio praeterire, aut a se non intelligi ingenue fateri. Ciofan. *Quaque* inconcinnum putat Auctor Elect. Eton. & *quamque* praefert. ita tamen plurimi scripti. Gronovius notis ad Liv. xxxv. 39. prioris editionis, *Anapis* scribebat. sed mutasse sententiam videtur. vid. ad v. Met. 417. & Fazell. Rer. Sicul. Decad. Prior. lib. iv. cap. 1. Burm.

27. *Nec procul hinc Nymphe.*] *Nymphen* scribe. praecedenti versu *Anapis* quidam veteres. sic & libro v. Met. & alibi variant. Graecis tamen Ἄναπος constanter dicitur. Heins.

28. *Currit aqua.*] *Manat* prior Thuaneus, & Vatican. Heins. *Hanc* Ms. Bersm. *tota* unus. *tuta* alius.

29. *Hic mihi.*] *Hoc mihi pars anni labentis longa peracta est* Junian.

30. *Heu quantum dispar.*] Manuscripta, *Heu quantum dispar.* Fabric. Simplicius quod alii, *Eheu quam dispar.* D. Heins. Multi veteres, *Heu heu quam dispar. Eheu quam dispar* Sarrav. Arg. & decem alii. totidem, *Hei mihi quam dispar*, ut Epicedio Drusi:

Hei mihi, quam dispar huic fuit illud iter!

Heins.

31. *Et quota pars haec sunt.*] *At quota* malebat Heinsius, ut etiam lib. v. Trist. 1. 29. *sunt haec.* Jun. *haec est* Ms. Bersm.

32. *Te mihi jucundas efficiente vias?*] Dictumne est hoc juxta illud Publii: *Facundus comes in via pro vehiculo est?* Ciofan.

35. *Visa.*] *Causa* Ms. Bersm. quod invasit Auctor Elect. Eton. sed tunc re vera brevis fuisset via; & longitudinis mensura inita esset, vicibus loquendi ad quas calculos subduxissent loquentes. id enim notare verbis deberet. at nunc licet

Est aliquid, casus pariter timuisse marinos;
  Junctaque ad aequoreos vota tulisse Deos:
Et modo res egisse simul; modo rursus ab illis,
  Quorum non pudeat, posse referre jocos.
Haec tibi si subeant, (absim licet) omnibus horis
  Ante tuos oculos, ut modo visus, ero.
Ipse quidem extremi cum sim sub cardine mundi,
  Qui semper liquidis altior exstat aquis;
Te tamen intueor, quo solo pectore possum:
  Et tecum gelido saepe sub axe loquor.
Hic es, & ignoras: & ades celeberrimus absens:
  Inque Getas mediâ visus ab Urbe venis.

Redde

esset revera longa, jucundis sermonibus *visa* brevis fuit. Burm.

37. *Inque loquendo.*] *Loquendum* Sarrav. Argent. & quinque alii. Heins.

39. *Tarda.*] Inepte Merula diem dicit tardiorem & longiorem hic indicari aestate. cum *tarda hora* per dies aestivos dicatur, quia Romae & in Imperio Romano erant longiores horae aestate, quam hieme, ut notum. & ita licet hora aestiva esset longior & tardior, tamen defuit in loquendum. *defluit* etiam duo. *deficit* Argent & duo alii. Burm.

39. *Timuisse.*] *Tenuisse* quatuor libri. Heinsius volebat, *tremuisse.* mox, *Est modo res* Edit. Bersm.

42. *Quorum non.*] *Qua non me* Argent.

43. *Haec tibi si subeant.*] Alter Vatic. & Ursi *cum subeant.* Ciofan. Ita & Argent. & quinque alii.

43. *Hic sim licet omnibus annis.*] *Absens* nonnulli veteres. *absim* Junianus. recte. Sarrav. *ipsum* mendose. Argent. *licet hic sim.* malo praeterea cum Rottendorph. & duobus aliis, *omnibus horis.* sic lib. iii. Eleg. v.

Te nisi momentis video pene omnibus absens.

Heins.

45. *Ipse quidem certe cum sim sub cardine mundi.*] Sic Sarrav. cum vulgatis & ex scriptis multi. mendose haud dubie. Twisdenius. *toto.* quinque, *certo.* Excerpta Scaligeri & duo ex nostris, *extremi.* etiam bene. unus cum Arondeliano, *extremo.* quatuor, *positus.* de quo vide Notas nostras supra lib. I. Eleg. v. ỳ. 79. Heins. Unde etiam edidit Heinsius, *Extremi cum sim.* sed omnino eradicandum τὸ *cum sim* & sic habendum: *certe* glossema τοῦ *quidem*, occupavit locum *extremi*; *cum sim*, interpretamentum τοῦ *positus* superadditum, pro illo ipso, quasi facilioris sententiae receptum est: aliis tamen alio modo turbantibus. Haec mihi adeo pro certis sunt, ut conjecturam, si tamen ita vocanda, in textum ausus sim recipere. *Ipse quidem extremi positus sub cardine mundi.* Auctor Elect. Eton. Legendum esset, si quis *positus* vellet retinere, *Ipse quidem positus cum sim.* in Leidensi & duobus aliis erat, *Ipse quidem gelido cum sim.* incerto alius. *sub climate* Putean.

46. *Qui semper liquidis altior extat aquis.*] Hoc est, qui nunquam mergitur Oceano, aut occidit. quemadmodum & de stellis, quae circa eundem sunt, diximus supra lib. Trist. 4. Eleg. 3. Hinc & Vergilius dixit, *Hic vertex nobis semper sublimis, at illum Sub pedibus Styx atra videt manesque profundi*, &c. Georg. 1. Micyll.

49. *Sed ades.*] *Et ades* meliores. Heins. *Sed abes* Moreti & Bersmanni. *hoc tamen ignoras; & ades.* unus.

50. *Missus ab urbe venis.*] *Jussus* Sarrav. Argent. & octo alii. plurimi, *visus.* quod sequor. Heins. Reposui, *missus* temere extrusum, plurimi licet, *visus*: translatio est a curruum in Circensibus *missus* atque adeo intelligendum ab urbe, tanquam a carceribus, celeritate incredibili medium spatium transvolans in Getas venis. legitur etiam in aliquot Mss. *jussus*, sensu non incommodo; sed id quoque ab illis videtur fictum, qui vocem *missus* non intellexerunt. sic factum itidem in illo loco Metam. v. 660.

—— *rursusque per aera misit*
Mopsopium juvenem sacros agitare jugales.

ubi libris plerisque irrepserat, *jussit.* legitur etiam, *medios* pro *media*; & mox, *feliciter illo* est in uno. Auctor Elect. Eton. *Pulsus ab urbe* Thuan, unde Heinsius olim conjecerat, *multus.* mihi tamen *visus* placet, scilicet mente: quia non revera, ut in loco ex Metam. *missus*, sed tantum videbatur adesse Nasoni. eadem enim sententia illorum supr. Eleg. iv.

Ante meos oculos tua stat, tua semper imago est,
Et videor vultus mente videre tuos.

 mihi

Redde vicem: &, quoniam regio felicior ista est,
Illic me memori pectore semper habe.

nihil vero frequentius in his libris Ovidii, quam *visus*, *iussus*, & *missus* permutare. ut 1. Epist. 37. VII. Met. 3. II. Amor. V. 36. IV. Fast. 668. V. Trist. II. 63. & passim. *Inque Getas medios* multi codices. BURM.

51. *Et quoniam.*] *Et* deest in Putean. *felicior illa est* Jun. & tres alii. *haec est* Leid. Heinsius maluerat, *regio hac felicior ista est*, mox, *illic* sex. *me in memori* Putean.

52. *Istic me memori pectore semper habe.*] In Epist. Laodomiae:

Signatum hoc memori pectore nomen habe. CIOF.

EPISTOLA XI.

*RUFO.

HOc tibi, Rufe, brevi properatum tempore mittit
Naso, parum faustae conditor Artis, opus:
Ut, quamquam longe toto sumus orbe remoti,
Scire tamen possis nos meminisse tui.
Nominis ante mei venient oblivia nobis,
Pectore quam pietas sit tua pulsa meo.
Et prius hanc animam vacuas reddemus in auras,
Quam fiat meriti gratia vana tui.
Grande voco lacrimas meritum, quibus ora rigabas,
Cum mea concreto sicca dolore forent.
Grande voco meritum, moestae solatia mentis;
Cum pariter nobis illa tibique dares.
Sponte quidem, per seque mea est laudabilis uxor;
Admonitu melior fit tamen illa tuo.
Namque quod Hermiones Castor fuit, Hector Iüli,
Hoc ego te laetor conjugis esse meae.
Quae, ne dissimilis tibi sit probitate, laborat;
Seque tui vitâ sanguinis esse probat.

Ergo,

* *Rufo.*] *Ad Rufum Fundanum* Scal. Excerpt.

3. *Ut quamquam.*] *Et* Junian. & Ms Bersm.

5. *Venient oblivia nobis.*] *Veniant* octo veteres. HEINS. Sed tunc & mox, *reddamus* legendum.

6. *Pulsa.*] *Lapsa* quatuor libri. ut saepe alibi loquitur. *pressa* unus.

8. *Gratia vana.*] *Surda* tres libri. vid. supr. Eleg. VI. 32.

10. *Concreto.*] *Perpetuo* Barberin. *confecto* Junian.

13. *Per seque mea est laudabilis uxor.*] Hanc habet lectionem Urs. liber, recte. In quibusdam vero aliis monstra sunt relatu indigna. CIOFAN. *Per se mea sit* Vossian. *per se mea cum* Servii. *per seque meis* Edit. Gryph. quae in margine, *per teque mea es.* mox, *sit tamen* Junian. & Boxhorn. & edit. Bersm. Mauris. Histor. Dominor. de Romano citat, *Sponte quidem per se mea est laudabilior uxor. Fit tame admonitu melior ipsa tuo* vitiose. BURM.

15. *Hector Iülo.*] *Hector illi* Sarrav. Lege, *Iüli.* quomodo Argent. & Combii, cum Twisdenio & Barberino. *Hermiones* praeterea scribendum cum Barberin. & Juniano. HEINS.

Ergo, quod fuerat stimulis factura sine ullis,
Plenius auctorem te quoque nacta facit.
Acer, & ad palmae per se cursurus honores,
Si tamen horteris, fortius ibit equus.
Adde, quod absentis curâ mandata fideli
Perficis, & nullum ferre gravaris onus.
O referant grates, quoniam non possumus ipsi,
Dî tibi: qui referent, si pia facta vident.
Sufficiatque diu corpus quoque moribus istis,
Maxima Fundani gloria, Rufe, soli.

17. *Probitate.*] *Pietate* Regius.

18. *Vita.*] *Vitta* Margo Bersm.

20. *Plenius.*] *Fortius* unus. *hoc hortatorem* Fesch. & priore versu, *quae fuerat* Argent.

21. *Et ad palmae.*] *Ut ad* Servii.

22. *Horteris.*] *Hortetur*, *fortior ibit equus* Mauritius. *fortior* Ms. Bersm.

25. *O referant grates.*] Pro, utinam referant. In Aldino & Hervagiano, *ore ferant*: sed perperam: quod ideo annotavi, ne locus rursus corrumperetur. FABRIC. *O referant* cum scriptis. Argent. *Et referant.* Forte, *At referant.* HEINS. *O referant* etiam correxerat Lucas Fruter. 1. Verif. 2. *ergo ferant* Vatican.

26. *Facta.*] *Vota* duo. male. Fast. II. 117. *dii pia facta vident.* & ibid. 38. *impia facta.* & ita saepe.

28. *Fundani.*] A Fundis, quae urbs Campaniae est in via Appia. Hoc notare visum est, ne Merula quempiam, praesertim transalpinos homines, decipiat; qui Fundos Campaniae oppidum non esse, sed fuisse hîc ait. Paret autem ea urbs imperio Excellentissimi & rerum gestarum gloria clarissimi, omniumque disciplinarum intelligentissimi, VESPASIANI GONZAGAE DE COLVMNA. CIOF.

28. *Rufe, soli.*] *Rure solo* Sarrav. forte scripserit,

Maxima Fundano gloria, Rufe, solo.

ita quidam codices 1. Trist. IV. 24.

Hyrtacidae Niso gloria nulla foret.

BURM.

P. OVIDII NASONIS

EPISTOLARUM

EX PONTO

LIBER III.

EPISTOLA I.

UXORI.

ÆQuor Iäsonio pulsatum remige primùm,
Quaeque nec hoste fero, nec nive, terra, cares;
Ecquod erit tempus, quo vos ego Naso relinquam,
In minus hostilem jussus abire locum?
An mihi Barbariâ vivendum semper in istâ?
Inque Tomitanâ condar oportet humo?
Pace tuâ, (si pax ulla est tibi, Pontica tellus,
Finitimus rapido quam terit hostis equo;)

Pace

2. *Ecquod.*] *Ecquid* Jun. & plurimi. *an quid* Ms. Scalig.

3. *In minus hostili jussus abisse loco.*] Liber Urs. *abisse*, vera lectio. Ciofan. Sed Heinsius ex tribus scriptis reposuit,

In minus hostilem jussus abire locum.

jussus abire loco in septem erat, & edidit Aldus in posteriori Ed. *in minus invito* quidam scripti. *mox, anne est barbaria* Argent. *barbarie* Boxhor. *in ista est* scripti & editi nonnulli. *vivendum est* Vat. Burm.

5. *Si pax ulla est tibi.*] *Est tibi* rectius nonnulli. Heins. Retinui vulgatam mihi certe praestantissimam. Auctor Elect. Eton.

9. *Duro.*] *Nostro* Excerpt. Vossii.

14. *Tempora frigus habent.*] *Habet* cum quibusdam Heins.

15. *Glacie freta junctа.*] Sic est in veteribus. Ciofan. *Junctа* alii. vid. ad III. Trist. 10. 25. & ad Claudian. Epig. VII.

16. *Testa saepe.*] *Dubia* unus. *media* duo. nihil mutarem, nisi quis mallet, *in aequora*, ut III. Trist. X. 30.

Tellis in mare serpit aquis.

& intelligatur piscis, ex flaviis in mare natans. Burm.

17. *Non tibi sunt fontes, laticis nisi pene marini.*] Liber Vatic.

Hic tibi sunt fontes, laticis sed pene marini.

non mala sententia & carmen. Ciofan. *Non* magis placet, quam quod legitur quoque, *nec*. nam illud ex Vaticano libro adductum nullo modo placet. Auctor Elect. Eton. *Fontis latices* tres libri.

18. Du-

Pace tuâ dixisse velim; tu pessima duro
Pars es in exsilio, tu mala nostra gravas.
Tu neque ver sentis cinctum florente coronâ:
Tu neque mellorum corpora nuda vides.
Nec tibi pampineas autumnus porrigit uvas:
Cuncta sed immodicum tempora frigus habent.
Tu glacie freta vincta tenes: & in aequore piscis
Inclusus tectâ saepe natavit aquâ.
Nec tibi sunt fontes, laticis nisi pene marini:
Qui potus dubium sistat alatne sitim.
Rara, neque haec felix, in apertis eminet arvis
Arbor; & in terrâ est altera forma maris.
Non avis obloquitur: silvis nisi si qua remotis
Æquoreas rauco gutture potat aquas.
Tristia per vacuos horrent absinthia campos,
Conveniensque suo messis amara loco.
Adde metus, & quod murus pulsatur ab hoste;
Tinctaque mortiferâ tabe sagitta madet.

Quod

18. *Dubium.*] *Dubium est* libri, quos quidem vidi: credo extriviisse Heinsium *rò est*, ut & I. Met. 765. *Ambiguum est* &c. sed quia sic legere jucundius est, & quia nescio an Ms. libri alicujus jussu factum, non restitui. Auctor Elect. Eton. ejecit Heinsius auctoribus Sarrav. Regio, Putean. & octo alis codicibus. & ita saepe: quod vix opus monere duxit. vid. IV. Trist. IV. 69. inf. IV. VII. 23. & alibi. *Alatve* etiam Puteah.

19. *Felix.*] Alludit ad illud, *infelicibus ustulanda lignis*. Douza. *Raraque nec felix* unus. *nec hic* decem.

20. *Est in terrâ est altera forma maris.*] Hoc est, ita sterilis & vacua ipsa terra est, ut formam ac speciem maris intuentibus praebeat, in quo neque arbores, neque frúges ullae nascuntur. Non enim ad planiciem tantum respexisse Poëtam, sed ad sterilitatem & vacuitatem magis existimo. Micyll. Non satis hoc adsequor. nisi reponendum est forsan, *aemula forma mari*. sic apud Martialem, IV. 42.

Paeſtanis aemula labra rosis.

Heins. Nihil mutа. antea *aperta arva* dixerat, de quibus vid. ad V. Trist. IV. 9. id est planiciem esse, in qua neque arbores, aut alia visum impediebant, neque ulla oculos varietate delectabant; quae est vera forma maris, ut dicit II. Amor. XI. 11.

Non illic urbes, non tu mirabere silvas:
Una est injusti caerula forma maris.

Burm.

21. *Non avis obloquitur sylvis, nisi si qua remotis Æquoreas rauco gutture potat aquas.*] Expono; Nec avis ulla obloquitur sylvis, hoc est, cantat, & per hoc etiam degit in sylvis, nisi si qua forte in extremis, & ab usu hominum remotis sylvis, hoc est, in solitudinibus potando aquam marinam, edit sonitum aliquem gutture. Ex quo illud intelligi Poëta videtur velle, Nullas omnino aves illic esse, praeter maritimas, easque circa extrema littora & solitudines versari, atque animadverti tantum. Micyll. Aut recipienda distinctio Micylli, aut locus corruptus est. nam quis unquam vidit in remotis silvis avem potare aquam aequoream? & praeterea saepe queritur Naso, nullas arbores esse in loco, quo degebat. quare ego mallem legere,

Non avis obloquitur, silvis nisi si qua relictis
Æquoreas rauco gutture potat aquas.

verba illa *remotis* & *relictis* saepe confusa. relinquunt vero silvas & mediterranea aves frigore ingruente, ut maris aquam, quae non tam cito congelascit, bibant. quod & nos quotannis videmus. *alloquitur* sex libri. Burm.

22. *Æquoreas rauco gutture potat aquas.*] Scribendum est, *potat*, modo indicativo. nam illud, *nisi si*, apud Ovid. semper cum hoc modo jungi solet. Fabric. *Potet* multi. Vide Notas Epist. IV. Pont. III. Heins.

23. *Horrent.*] *Haerent* duo libri.

25. *Pulsatur.*] *Pulsetur* unus. *cingatur* alius.

26. *Tinctaque.*] *Tactaque* Morell. *caede sagitta* Junian. *manet* etiam Regius.

Quod procul haec regio est, & ab omni devia cursu:
Nec pede quo quisquam, nec rate, tutus eat.
Non igitur mirum, finem quaerentibus horum
Altera si nobis usque rogatur humus.
Te magis est mirum non hoc evincere, conjux;
Inque meis lacrimas posse tenere malis.
Quid facias, quaeris? quaeras hoc scilicet ipsum;
Invenies, vere si reperire voles.
Velle parum est: cupias, ut re potiaris, oportet;
Et faciat somnos haec tibi cura breves.
Velle reor multos. quis enim mihi tam sit iniquus,
Optet ut exsilium pace carere meum?
Pectore te toto cunctisque incumbere nervis,
Et niti pro me nocte dieque decet.

Ut-

27. *Quem procul haec regio est.*] *Quo* Sarrav. Scribe, *Quod* cum Twisdenio, quatuor aliis, & prima editione. Heins. In Francof. erat glossa, *scilicet*, *adde*. deinde, *devia portu* Barberin. ita *portubus orba liuora* dixit III. Trist. XII. 38. & *mare portibus orba* III. II. II. mox, *qua quisquam* octodecim & Berlin. & Ald. *quam* Vatican. vid. ad Epist. VII. 40. Sed, quia *quam quisquam* offendit aures, praetuli. vulgatum. Burm.

29. *Non igitur mirum finem quaerentibus horum Altera si nobis usque rogatur humus.*] Lib. IV. Trist. Eleg. II.

Additus exsilium, pauloque quietius ora,
Quisque sit à saevo longior hoste, locum.

Infra lib. IV. Eleg. XV.

Atque utinam posses, & detur amicus arvum.

Et aliis in locis, quos nihil necesse est scribere. Ciofan.

30. *Rogatur.*] *Rogetur* Putean. sed & VI. Fast. 390. *Quid mirum si admittit.* sic &, *mirabar si quis illarus erat* I. Amor. VI. Ic. & alibi. *mirum est* Jun. & Berlin.

31. *Non hoc.*] *Haec* plurimi. *evertere* Leidens.

34. *Invenies.*] *Inveniles* Vatican. unus. *velis* septem. *capi* duo. priori versu, *quid faciam* Putean. & Berlin.

35. *Cupias, ut re potiaris, oportet.*] Scribe, *ut sic potiaris*, vel contra libros veteres. sic & *potiri* recte possim apud Nostrum. Adi Notas Fastor. VI. 136. Heins. Si quid mutandum, malim, *velle parum est: cupiat, ut me potiaris, oportet. cupere* plus enim est quam *velle. volumus*, cum optamus & votis simpliciter defungimur. *cupimus*, cum laboramus, ardenter volumus & operam damus, ut re cupita potiamur. male Merula *cupere* optare interpretatur, quod sequenti dilicho refectatur; ubi *velle* & *optare* idem notat. sed *cupere* est *pectore & cunctis nervis incumbere*, ut recte Micyllus. *facias ut re* duo. Burm.

37. *Velle reor multos, quis enim mihi tam sit iniquus.*] Sententia est: Arbitror multos quidem esse, qui, si voluntate possent, aut ea sola insufficeret, me juvare vellent. sed non satis est velle: verum oportet toto pectore in hanc rem te incumbere, omnemque operam ac diligentiam advertere, &c. Micyll.

39. *Pectore te toto, cunctisque incumbere nervis.*] Lib. Vatic. *totisque*. Ciofan. *Totisque* tres etiam codices. sed, *cunctisque incumbere remis* duo & Berlinmanni. *curis* unus.

41. *Vincere amicos.*] *Vincere cunctos* novem libri.

43. *Magna tibi imposita est persona.*] Senec. Cons. ad Polybium cap. XXV. *magnam personam tibi hominum consensus imposuit, hanc tibi tuenda est.* ubi Mss. Lipsii perperam, *partem*. Heins.

44. *Exemplum.*] *Exemplar* Francof. nihil muta. Petron. CXI. *Solum illud adfuisse verum pudicitiae amoriique exemplum.* ubi vide Wouwer.

45. *Hanc ne degeneres, & sint praeconia nostra Vera, vide*, &c.] Alii, *Ne cave degeneres*, &c. legunt, insolentia verbi moti, scilicet, quod alias *degenerare* absolute dicitur, pro eo quod est majoribus aut genere suo se indignum, deterioremque praebere, &c. Sed quid si legas, *Hinc*, vel *Hoc ne degeneres.* Aut rursum, *Sed cave degeneres.* Neque enim per omnia arridet amphibolia ista, *Ne cave degeneres*: cum idem comma tam negative, quam affirmative exponi possit. Sed de hoc etiam alii judicent. Micyll. Aldinum. *Ne, cave, degeneres.* Heinsianum, *Hanc ne degeneres.* legendum

Utque juvent alii, tu debes vincere amicos,
Uxor; & ad partes prima venire tuas.
Magna tibi imposita est nostris persona libellis:
Conjugis exemplum diceris esse bonae.
Hanc cave degeneres. ut sint praeconia nostra
Vera vide; Famae quo tuearis opus.
Ut nihil ipse querar; tacito me Fama queretur,
Quae debet fuerit ni tibi cura mei.
Exposuit mea me populo Fortuna videndum;
Et plus notitiae, quam fuit ante, dedit.
Notior est factus Capaneus à fulminis ictu:
Notus humo mersis Amphiaraus equis.
Si minus erraisset, notus minus esset Ulixes;
Magna Philoctetae vulnere fama suo est.

Si

dum suspicor è vestigio manuscripti, *Huic cave degeneres*, id est, ab hoc. Propert. lib. IV. 1. eodem ἀρχαϊσμῷ.

Dii mihi sunt testes non degenerasse propinqui.

Fabric. Ursini liber, Mass. & Vatic. *Hanc cave degeneres, ut sint.* Sequor Fabricii conjecturam, legentis, *Huic cave degeneres*, pro à qua. Ciofan. Scripti meliores constanter, *Hanc cave degeneres.* quod verum est. Met. VII. 541.

Acer equus quondam, magnaeque in pulvere famae:
Degenerat palmas.

sic & ibi veterrimi codices. ut & apud Propertium lib. IV. 1. 81. membranae, quas magno numero inspexi, constanter,

Di mihi sunt testes, non degenerasse propinquos.

nam perperam, *propinquis* nunc legitur. Statius lib. III. Sylv. de Hercule Surrentino:

Nam capit, & tantum non degenerabit honorem.

quamquam assentior Gronovio, scribenti, *Degener ambit*, in illo versu. idem Statius Theb. IV. 146.

——— *suus excit in arma*
Antiquam Tirynthia deus. non fortibus illa
Infecunda viris, famamque immanis alumni
Degenerat

ita enim à Statio opinor relictum. Virgil. Georg. II. quamquam dubie:

Pomaque degenerant succos oblita priores.

Columella libro VII. cap. 12. *Venus, si teneris concalluit, carpit & corpus & vires, animosque degenerat. Degenerare nomen* Capitolinus in Opilio Macrino. ubi perperam Salmasius *Degeniare* Animadversionum p. 170. *Siquidem solus Marcus nomen illud sanctum vitae genere auxisse videtur, Verus autem degenerasse.* idem in Gordianis: *vita sua hac tamen fortitudinem animo nunquam degenerasse.* Monuit jam de scriptura codicum Ovidianorum Zinzerlingus Promulf. Critic. cap. XIII. Heins. Ita & apud Quinctil. lib. XII. 10. ex Mss. *quae velut fata quaedam coelum terramque degenerant.*

46. *Famae opus.*] Malim, *onus*, praecedenti versu, *ut sint* rectius vetusti codices, quam *& sint*. Heins. *Et sint* alii seq versu nostrae membranae cum Berlin. *quod*, pro *quo*. & legi potest, *ut sint praeconia nostra Vera, vide famae quod tuearis opus.* id est quanquam laudibus meis vita tibi antehacta & officiorum in me tenor plane respondeat, non tamen secura esse debes, aut rem parvi laboris existimare, tantam famae molem ut fartam tectam praestes; cum talia opera tueri non multo minus sit, quam aedificare. Auctor Erect. Eyon. *Omni* recte, ut Epist. XVII. *Fama quoque est oneri, quod tuearis* Junian. & Leid.

47. *Queretur.*] *Loquetur* Argent.

48. *Quae debet, fuerit ni tibi cura mei.*] Tu sic construe: Ut ego taceam, tamen fama queretur & loquetur de te, nisi tibi cura ea, quae debet, de me fuerit. ut comma, *Quae debet*, ad sequentia, non ad praesentia referatur. Est enim ὑστέρημα, quod commentatori imposuisse videtur. Micyll.

49. *Exposuit memet populis fortuna videndum.*] Plenius est, *populis*: nam & cives suos intelligit & exteros. Fabric. *Populo* scripti. *Exposuit mala populo* Argent. quidam, *meum*. Scribe,

Exposuit mea me populo fortuna videndum.

Heins.

51. *Notior est factus Capaneus de fulminis ictu: Notus humo mersis Amphiaraus equis.*] De Capa-

Si locus eſt aliquis magna inter nomina parvis;
Nos quoque conſpicuos noſtra ruina facit.
Nec te neſciri patitur mea pagina; quà non
Inferius Coà Battide nomen habes.
Quidquid ages igitur, magnà ſpectabere ſcenà:
Et pia non parvis teſtibus uxor eris.
Crede mihi; quoties laudaris carmine noſtro,
Quae legit has laudes, an mereare rogat.
Utque favere reor plures virtutibus iſtis,
Sic tua non paucae carpere facta volent.
Quare, tu praeſta, ne livor dicere poſſit;
Haec eſt pro miſeri lenta ſalute viri.
Cumque ego deficiam, nec poſſim ducere currum;
Fac tu ſuſtineas debile ſola jugum.
Ad medicum ſpecto, venis fugientibus, aeger:
Ultima pars animae dum mihi reſtat, ades.
Quodque ego praeſtarem, ſi te magis ipſe valerem,
Id mihi, cum valeas fortius, ipſa refer.
Exigit hoc, ſocialis amor, foedusque maritum:
Moribus hoc, conjux, exigis ipſa tuis.
Hoc domui debes, de quâ cenſeris, ut illam
Non magis officiis, quam probitate, colas.

Cun-

neo & Amphiarao Apollodorus lib. III. Bibliothecae. CIOF. *Et factus Capaneus* alter Medon. HEINS. Malim cum Francof. & Berſm. Ms. *a fulminis ictu*. ut lib. IV. Triſt. X. 26. *inſignes ab arte viros*. idem quoque doctiſſimum Auctorem Electorum Ition. cenſere vidi. *Capaneus fulminis ictu* Junian. Leid. & infiniti alii. BURM.

55. *Magna inter nomina.*] Alias, *tanta inter nomina*. FABRIC. *magna* Edit. Micyl. Gryph. Berſm. & aliae.

57. *Quae non.*] *Qua non* cum ſcriptis. HEINS. habet Leid. Berſm. & editi nonnulli.

59. *Agas.*] *Agas* tres libri. *magna ſpectabere ſcena* quatuor.

61. *Parvis teſtibus.*] Alii, *paucis*. nil muta. ſic Faſtor. IV.

——— *pro magnâ teſte cateſtas*
Declusor.

HEINS. *Parvi* quidem & *magni* teſtes optime dicuntur; ſed *pauci* hic omnino reſpuendum, propter ſententiae veritis prioris. AUCTOR ELECT. EXON. Sed ſequitur mox, *non tacitae*.

61. *Qui legit.*] Francof. *quae legit*, non male, ut agat de mulieribus, quae aliarum laudes non libenter legunt, ſed cupide detrectant. & ita *non paucas* ſequitur. BURM.

65. *Quarum tu praeſta.*] Scribe cum uno Vaticano,

Quare tu praeſta, ne livor dicere poſſit.

HEINS. Ita & Francof. *perſta, livor ne* Ed. pr.

69. *Ad medicum ſpecto, venis fugientibus, aeger; Ultima pars animae dum mihi reſtat, ades.*] Senſus eſt: Quemadmodum aeger ſpectat atque implorat medicum, ſic ego te. Quare tu fac officium medici: & dum ultima pars vitae reſtat, hoc eſt, dum ulla ſpes ſupereſt, ſubveni, & auxiliare. MICYLL. *Ad medicum venio* quatuor & unus Berſmanni.

74. *Exigis ipſa tuis.*] *Exigit ipſa ſuis* Argent. & octo alii. *ipſe* Leid.

75. *Hoc debes domui, de qua cenſeris, ut illam, &c.*] Hoc eſt, familiae, ad quam pertines, ſive in qua numeraris: ſumpta metaphora ab iis, qui in aliqua centuria aut claſſe recenſentur. Sic & ſupra dixit, *Pro quibus ut maneat, de quo cenſeris, amens Comprecor, &c.* Quod autem mox ſequitur, lego, *Non minus officiis, quam probita-*

Cuncta licet facias; niſi ſis laudabilis, uxor,
Non poterit credi Marcia culta tibi.
Nec ſumus indigni; nec (ſi vis vera fateri)
Debetur meritis gratia nulla meis.
Redditur illa quidem grandi cum foenore nobis,
Nec te, ſi cupiat laedere, livor habet.
Sed tamen hoc factis adjunge prioribus unum;
Pro noſtris ut ſis ambitioſa malis.
Ut minus infeſtâ jaceam regione, labora:
Clauda nec officii pars erit ulla tui.
Magna peto, ſed non tamen invidioſa roganti.
Utque ea non teneas, tuta repulſa tua eſt.
Nec mihi ſuccenſe, toties ſi carmine noſtro,
Quod facis, ut facias, teque imitere, rogo.
Fortibus adſuevit tubicen prodeſſe; ſuoque
Dux bene pugnantes incitat ore viros.
Nota tua eſt probitas, teſtataque tempus in omne:
[Sit virtus etiam non probitate minor.]
Nec tibi Amazonia eſt pro me ſumenda ſecuris,
Aut exciſa levi pelta gerenda manu.
Numen adorandum eſt; non ut mihi fiat amicum,
Sed ſit ut iratum, quam fuit ante, minus.

Gra-

te: pro eo quod eſt, Non ſolum proba, ſed & officioſa erga me eſſe debes. MICYLL. *Non magis officiis.* ita Urſini liber. CIOFAN. *Non magis* omnes fere ſcripti. *officio* pr. Ed. *pietate* Moreti & tres.

77. *Niſi ſis laudabilis uxor.*] Paulo durius hoc. Scribe, *niſi ſis laudabilis*, & *Marcia* mox pro *Martia*. atque ita Arondelianus. HEINS. *Niſi ſis* Vatic. & Berſmanni.

78. *Non poterit credi Martia culta tibi.*] Senſus eſt: Non erit credibile, aut veriſimile, te conſuetudine & converſatione Martiae uſam eſſe, ut cui pietate & officiis diſſimilis ſis. Intelligit autem Martiam, non Catonis, ſed Maximi uxorem, filiam Martii Philippi, vitrici Auguſti, de qua ſupra annotavimus lib. I. Eleg. II. MICYLL.

82. *Rumor habet.*] *Livor* rectius multi veteres. HEINS. Ita & Tinzerl. Promuſ. cap. XLI. *nec quo, ſi unus.*

85. *Ut minus hoſtili.*] Sic Vaticanus, & vere. CIOFAN. *Infeſta* plurimi ſcripti & editi. *tellure* editiones priſcae, & Moreti & Servii codices.

86. *Clauſa nec officii.*] Rectius eſt, *Clauda nec officiis.* FABRIC. *Surda* Francof. ut ſupr. II. Pont. VI. 52. idem pro varia lectione, *clauſa*, quod & alii codices agnoſcunt magno numero. ut ſit dictum, quale illud Terentii Andr. III. 3. *nolo tibi ullum commodum in me claudier*, & Eun. I. II. *beneficiatum claudi*, quod qui pro claudicare ſumunt, errare mihi videntur. vide Caſtal. Obſerv. Decad. I. I. licet vero propugnet, locis tamen omnibus dubiis & vitio librariorum corruptis, magnus Groſovius ad Liv. XXII. 39. & Manilio quoque obtrudat Voſſius ad Catull. pag. 302. hic tamen *clauda* praefero, quia *pars ulla* hoc magis requirere videtur. ita *clauda fortuna* ſtabili & conſtitutae opponitur Quinctil. Decl. CCLXI. BURM.

87. *Roganti.*] *Petenti* duo ſcripti & prim. Edit. *precanti* unus.

94. *Sit virtus etiam non probitate minor.*] Verſus merito ſuſpectus mihi. HEINS. Videtur tamen purgatu facilis. *Probitatem*, id eſt mores & affectum laudat; *virtutem*, id eſt fortitudinem aliquantum deſiderat. id αὐθέντικον quod praeceſſit, *tuta repulſa tua eſt*. ſequentia vero apertius declarant illud praecipue. *Quid trepidas, & adire times.* AUCTOR ELECT. EXON. *Sit virtus in te* unus codex. forte,

Sed virtus tibi ſit non probitate minor.

ut virtus conſtantiam, robur animi notet, qua incitata non deſiſtat a rogando. BURM.

95. *Nec tibi Amazonia eſt.*] *Tu eſt* multi codices non agnoſcunt. Forte, *Amazonias ſecuris*. Graeca enim-

Gratia si nulla est, lacrimae tibi gratia fient.
Hac potes, aut nullâ, parte movere Deos.
Quae tibi ne desint, bene per mala nostra cavetur:
Meque viro flendi copia dives adest.
Utque meae res sunt; omni (puto) tempore flebis.
Has Fortuna tibi nostra ministrat opes.
Si mea mors redimenda tuâ (quod abominor) esset:
Admeti conjux, quam sequereris, erat.
Aemula Penelopes fieres, si fraude pudicâ
Instantes velles fallere nupta procos.
Si comes exstincti manes sequerere mariti,
Esset dux facti Laodamia tui.
Iphias ante oculos tibi erat ponenda, volenti
Corpus in accensos mittere forte rogos.
Morte nihil opus est, nil Icariotide telâ.
Caesaris at conjux ore precanda tuo.
Quae praestat virtute suâ, ne prisca vetustas
Laude pudicitiae secula nostra premat.

Quae

tione. Heins. Et ferri potest *Amazonia*, ut *occulta spolia*. vulgatum non potest. Auctor Elect. Eton. Si bene capio, vult vir doctus, ultimam in *Amazonis* produci propter duas consonas sequentis vocis *pro*, ut in *occulta*, sequente *spolia*. scio talia multa a Barthio ad Statium & Claudianum, & ab aliis observata. sed Ovidiani id moris fuisse, apertius erat demonstrandum: sed haec est aberratio librarii, ut mox ℣. 104. in Leidensi & Juniano erat, *Has tibi fortuna nostra*. an hinc etiam ante *n* corripi ultimam in *Fortuna* aliquis contendat, qua apud sequioris aevi Poëtas infinita hujus labis exempla deprehendet? ita & mox ℣. 103. legerat aliquis jure suo, *nil opus est morte*, & ita facile omnes inodorum leges possent pessumdari, ubi quis vitiosam lectionem exemplis vitiosioribus defendere sibi proponat. Burm.

96. *Aut excussa.*] *Extisa* pro *excussa* in libris emendatioribus. Fabric.

96. *Ferenda.*] *Terenda* malebat Heins. ad I. Art. 693 *petenda* duo scripti & prim. Ed.

99. *Gratia fient.*] *Fient* scripti meliores. & mox, *Magna viro*, pro *Deque*. Heins.

100. *Aut nulla.*] *Haud* Edit. Vicentin. Ald. posterior. & Marg. Gryph.

101. *Caretur.*] *Caveto* Leid. & Junian. & plurimi alii.

105. *Mea mors.*] *Sors* tres libri. *mihi fors* unus.

108. *Fallere.*] *Pellere* Ms. Bersm. *nupta viros* tres.

110. *Dux facti.*] *Dux fuit* Jun. & Leid. *factis inis* unus Voss. sed Virgil. I. 364. *dux femina facti*. mallem, *dux facti Laodamia pii*. nisi mox ℣. 114. *ore pio* malis. saepe enim *tuus* & *pius* apud Nasonem commutantur a librariis vid. inf. ℣. 165. Burm.

111. *Tibi erit ponenda.*] *Erat* rectius nonnulli. Heins.

112. *Mittere.*] *Ponere* Putean. & sex. al. quod Heinsio non displicebat, quia *ponere* est verbum funereum. ut lib. v. Tr. XII. 64 I. ex Pont. IX. 18. *corpus in arsuros* Gottorph.

113. *Morte nihil opus est.*] Ne peccetur in leges metri, scribe cum tribus codicibus, *Nil opus est letho*. Vide Notas Trist. lib. v. Eleg. ult. ℣. 41. ubi monui posse etiam non inconcinne legi, *Morte tibi haud opus est*. Duo alii codices, *Nil opus est morte*. Heins. Sed neque peccatur, neque facile credi potest, si, ut Heinsius vult, scriptum reliquisset Ovidius, quenquam fuisse muraturum. Nunc videmus cur mutatum sit, & qui paululum respexerit, videbit cur hic loci vox *Morte* sit praestantior. Auctor Elect. Eton. ego quoque non temere mutem. vid. ad lib. VII. Met. 644.

115. *Prisca.*] *Longa* Duo libri.

117. *Mores.*] *Laudes* Leidens. *Veneris formam, formam Junonis* Putean.

119. *Quid trepidas & adire times.*] Elegantius Junianus & Francofurtensis,

Quid trepidas? quid adire times?

sic v. Trist. II. 27.

Quid dubitas, quid tuta times?

lib. XI. Met. 318. ex Ms.

Quid peperisse duos, quid Dis placuisse duobus?

et.

Quae Veneris formam, mores Junonis habendo,
Sola est coelesti digna reperta toro.
Quid trepidas, quid adire times? non impia Progne,
Filiave Aeëtae voce movenda tuâ est:
Nec nurus Aegypti, nec saeva Agamemnonis uxor;
Scyllave, quae Siculas inguine terret aquas:
Telegonive parens vertendis nata figuris;
Nexave nodosas angue Medusa comas.
Femina sed Princeps; in quâ Fortuna videre
Se probat, & caecae crimina falsa tulit.
Quâ nihil in terris, ad finem Solis ab ortu
Clarius, excepto Caesare, mundus habet.
Eligito tempus, captatum saepe, rogandi,
Exeat adversâ ne tua navis aquâ.
Non semper sacras reddunt oracula sortes;
Ipsaque non omni tempore fana patent.
Cum status Urbis erit, qualem nunc auguror esse;
Et nullus populi contrahet ora dolor;

Cum

ex codicibus scriptis. Lucanus v. 482.

Quid superos, quid fata times?

ita codex Hamburg. vulgo, *& fata times, quid dubitas* etiam Regius & quatuor alii. Burm.

120. *Movenda.*] *Monenda* Leid. *premenda* Regius. *roganda* Moreti & sex alii.

121. *Nec nurus Aegisthi.*] Ita vulgo quidem. Caeterum scribendum, *Aegypti*. Sic enim Danai fratrem Graecorum commentarii vocant, qui & terram Aegyptum ab eodem appellatam volunt, ut in iis, quae in Hecubam Euripidis extant, legitur: Αἴγυπτος δὲ Δαναὸς ἀδελφὸς ἦσαν, ὃς ἦλθε τὴν Ἰάσχυ λάσιγονι. Τέτων ὁ μὲν Αἴγυπτος ἔσχε παῖδας ἑξήκοντα πεντήκοντα, ὁ δὲ Δαναὸς τὰς αὐτὰς θυγατέρας ἑ. Ὁστ᾽ τῷ ἀδελφῷ Αἰγύπτῳ φθονῶν ἀφίκετο ἐς Ἄργος τὸ ἀρχαῖον κτίσων, καὶ φοβούμενος μὴ παῖς τὶς αὐτῷ τῆς βασιλείας ἐκβλήθῃ, ἐκπρεπέστατα τὸ μὲν αὐτὸ, ἐδίδαξε καὶ τὸν τῆς Αἰγύπτου ἄνδρα τοὺς αὐτοὺς· ἐδυ δὲ ἐν αὐτῷ Αἰγυπτίῳ· ἐκλέθη, &c. Micyll. Aegisthi filius Alethes fuit. sed uxor Alethis, Aegisthi nurus, quae fuerit, quodque scelus, cur cum sceleratis commemoretur, commiserit, nondum me legere memini. Oreste autem utrumque, & patruum Aegisthum, & patruelem Alethem in ultionem matris obtruncavit. in quibusdam legitur, *Nec nurus Aegypti*. id est aliqua Danaidum, quae maritos interfecerunt, ut in margine Patavini legitur. Unde quicunque illud adnotavit non *Aegisthi* legit, ut est in contextu, sed *Aegypti*, quod pleraque exemplaria habent. Farn. *Aegypti* scribendum cum Sarraviano. qui Danai frater fuit. Noster in Ibin:

Exulis Aegypti, turba cruenta, nurus.

Heins.

122. *Terret aquas.*] *Turbat* Vatic. *torquet* Francof.

123. *Telegonive.*] Vide quae notavi lib. & Eleg. I. Trist. Ciofan.

123. *Vertendis nata figuris.*] Praestantiores omnes, *nata*, probe. Vide Notas Remed. Amor. ℣. 220. Heins. *Imitandis nata* Vatic. unus.

129. *Captatum saepe roganti.*] *Rogandi* meliores. Heins.

130. *Exeat adversa ne tua navis aqua.*] Imo, ut exeat. quomodo lib. IV. Eleg. IX.

— *jactate rudentes,*
Exeat è Stygiis ut mea navis aquis.

Extet in adversa Thuan. forte, *Persist.* Arondel. *Extat in adversa ne tibi.* unus Vatic. *Erat*, hoc est, *Haereat.* quod sensus requirit. Heins. Verum mihi pro certo est, *exeat* retinendum, & *adversa aquâ* interpretandum, quando aqua fuerit adversa, ne exeat, inquit, è portu navis, aestu adversante, atque ita difficilem cursum male auspicetur. Auctor Elect. Eton.

131. *Non semper sacras.*] Difficilem dubiae fidei. nisi *Clarias sortes* fortasse reponi placet. Heins.

132. *Fana.*] *Templa* Ms. Bersm.

133. *Cum.*] *Dum* Regius. mox. *conteret ora* Barber. *timor* Ms. Bersm.

135. Cum

Cum domus Augusti, Capitoli more colenda,
  Laeta, (quod est, & sit,) plenaque pacis erit;
Tum tibi Di faciant adeundi copia fiat,
  Profectura aliquid tum tua verba pura.
Si quid aget majus, differ tua coepta; caveque
  Spem festinando praecipitare meam.
Nec rursus jubeo, dum sit vacuissima quaeras.
  Corporis ad cultum vix vacat illa sui.
Curia cum patribus fuerit stipata verendis;
  Per rerum turbam tu quoque oportet eas.
Cum tibi contigerit vultum Junonis adire,
  Fac sis personae, quam tueare, memor.
Nec factum defende meum: mala causa silenda est.
  Nil nisi sollicitae sint tua verba preces.
Tum lacrimis demenda mora est: submissaque terrae
  Ad non mortales brachia tende pedes.

Tum

135. *Cum domus Augusti Capitoli more colenda.*] Ut κατ' ἐξοχὴν vitetur, malim,

Cumque Augusta domus Capitoli more colendi.

nam *colendi* Argentinus. Vide Notas Trist. III. Eleg. VIII. pollet &, *Capitoli in more colendi*, Heins. Vellem, *cumque Augusta domus Capitoli more colenda.* Auctor Elect. Eton. *Voce* unus Heins. ego nihil moveo. nam saepe in his & Tristium libris Augustum Jovi, & Palatium templo Capitolini Jovis confert. vid. III. Trist. I. 35. & seq. Burm.

137. *Tum tibi Di faciant adeundi copia fiat.*] Etiam hic versus mendosus est. Sarrav. *Tum tibi dissiciant*, quinque alii, *di faveant, di fuerit* Argentin. alius eò *di* non agnoscit. Heins. *Copia detur* duo.

138. *Profectura aliquid cum tua verba putes.*] *Tum* meliores. Sarravianus quoque, *putas*, ut & alii nonnulli tres, *futa*: bene, nisi *putem* mavis cum Rottendorphiano. Heins.

139. *Si quid aget.*] *Ages* Argent. Heins. *Ages*, & emendatum, *agas* Leidenses. *agent* Francof. fortè recte. Caesar scilicet & Livia, cum qua saepe consilia conferebat.

141. *Nec rursus jubeo.*] Duo, *rursum*. Latet ulcus. Heins.

142. *Corporis ad cultum.*] *Ad curam* Sarrav. Scaliger. Argent. Pelchii. Arondel. & duo alii. Medicamine faciei;

Dijicit quae faciem commendat cura puellae.

Suet. Cael. 45. *circa curam corporis moroso.* Apulejus Met. V. *Nec corporis cura te, nec regales epulae morabuntur*, nisi mavis illic, *nec corporis curatae tibi regales epulae morabuntur*, quam lectionem merito asserunt Colvius, frustra illic insultante Scioppio. exstat enim in prima editione a scriptis libris. sed verum puto. *nec corporis curatam regales epulae morabuntur.* Sic paulo post, *interfectae virginitatis curam.* Aulus Gellius Noct. um Attic. arum lib. XV. cap. 20. *Mox a corporis cura ad excolendi animi studium transgressus est.* Heins. Sed nescio cur *cultum* moveamus, cum toties verbo *colere* & *cultus* utatur Noller vid. Epist. XV. 77. XVI. 189. I. III. Trist. 101. & 107. IV. Fast. 107. & passim. sic quoque alii. vid. Serv. ad Virg. I. Georg. 3. Burm.

143. *Stipata.*] *Stipanda* tres libri.

144. *Per patrum turbam.*] *Per rerum turbam* Elegantèr. Sarrav. quo populi confluxum designat. *Per patriam turbam* Arondel. Heins. *Per patrum turbas tuas quoque oportet eas.* membranae nostrae. & ejicienda credo, non emendanda. Auctor Elect. Eton. Ego mallem, *per matrum turbam.* nimirum, dum, Augusto in curia cum patribus versante, Livia est stipata matronis. Burm.

145. *Formam Junonis adire.*] In aliis, *vultum Junonis adire*, pro in conspectum Junonis venire. vel *vultum Junonis*, pro ipsam Junonem adire. Intelligit Liviam, Augusti conjugem, quam Junoni comparat. Fabric. Ursini liber, *vultum.* consule hic Fabricium. Ciofan.

147. *Mala causa.*] *Mea causa* Ms. Berlin. *mala culpa* Moreti.

148. *Nec nisi sollicitae.*] *Nil nisi* libri veteres. quod magis mihi probatur. Ciofan. *Nil nisi* meliores. Heins.

149. *Terrae.*] *Terra* Sarrav. Leid. prim. Edit. & margo Berlinan. mox, *oscula tende* Moreti.

151. *Tu*

Tum pete nil aliud, saevo nisi ab hoste recedam:
  Hostem Fortunam sit satis esse mihi.
Plura quidem subeunt: sed jam turbata timore
  Haec quoque vix poteris ore tremente loqui.
Suspicor hoc damno tibi non fore: sentiat illa
  Te majestatem pertimuisse suam.
Nec tua si fletu scindentur verba, nocebit.
  Interdum lacrimae pondera vocis habent.
Lux etiam coeptis facito bona talibus adsit:
  Horaque conveniens, auspiciumque favens.
Sed prius imposito sanctis altaribus igni,
  Tura fer ad magnos vinaque pura Deos.
E quibus ante omnes Augustum numen adora;
  Progeniemque piam, participemque tori.
Sint utinam mites solito sibi more; tuasque
  Non duris lacrimas vultibus adspiciant.

Epi-

151. *Tu pete nil aliud, nisi saevo ut ab hoste recedam.*] *Saevo nisi ab hoste* iidem, & *Tum pete.* Heins. Sed legerem vel, *nisi saevo ut ab hoste*, vel, *saevo nisi ut.* Auctor Elect. Eton.

152. *Sit satis.*] *Sufficit* unus. *esse meam* Polit.

153. *Sed tu turbata timore.*] Multi, *sed sunt turbata, conturbata* in fragmento Boxhorniano. Heins. *Sed jam turbata* Editio Heinsiana. unde non video, al. *sed sunt turbata*, al. *conturbata*, nostrae membranae, *sed sunt turbata dolore.* credo vocem *tu* ob literulas repetitas alicubi olim intercidisse, mox librarios varie quae quisque poterant inferciisse versui fulciendo. Auctor Elect. Eton. *Jam* ex Edit. prim. notavit Heinsius, & puto meliorem esse vulgatâ lectionem.

154. *Haec quoque vix poteris ore tremente loqui.*] In manuscriptis, *voce tremente.* Fabric. Vatic. *vote.* idque in aliis veteribus repperit idem Fabricius. Ciofan. *Ore* prima editio & quinque scripti. Heins.

155. *Suspicor haec.*] *Hoc* meliores, & *sentiat.* Heins.

157. *Nec tua si fletu.*] Etiam hoc distichon vix pro genuino habendum, ne bis idem dicat. jam enim praecesserat, *Nec lacrimis demenda mora est. scindantur* pro *scindentur* sex scripti. posterior versus ex Epistola Briseidis constatus, *Sed tamen & lacrimae pondera vocis habent.* Heins. Potuit tamen haec quoque scripsisse Noller, neque sic bis idem dixisse. Lacrymare enim possit aliquis, ita tamen, ut verba ne interrumpat. neque omittendum, *fletum* non semper esse cum *lacrimis*, neque vero hic est. Vocem nempe aliquam lacrymantis id verbum significat. Virgil. III. Aen. 344.

Talia jundebat lacrymans, longoque ciebat
Incassum fletus.

Phaedr. I. Fab. 9. *fletus edens graves lupus.* Val. Flac. II. 172. *condensae fletus acuunt.* Cicero pro Plancio: *non modo lacrymulam, sed multas lacryma: & fletum cum singultu videre potuisti.* Noster denique II. Met. 340. ut ipse restituit Heinsius libris paene viginti:

Nec minus Heliades fletus, & inania mœsti
Munera, dant lacrymas.

Auctor Elect. Eton.

158. *Interdum lacrimae pondera vocis habent.*] In Epist. Briseidis:

Sed tamen hae lacrimae pondera vocis habent.

Ciofan.

160. *Auspiciumque.*] *Hospitiumque* Gryph. *auspicioque* unus. *auspiciisque* alius.

161. *Sanctis.*] *Sacris* decem.

162. *Vinaque pura.*] Quidam codices, *votaque*: sed in uno erat, *Thura fer ad magnos semper tura Deos.* quod nescio an a librario profectum sit. certe odoribus turis Deos pasci, & si recta vapor ille coelum ascenderet, boni ominis faciissicium credebant veteres, ut notissimum. Burm.

163. *Augusti numen adora.*] *Augustum numen* meliores. recte. vide Notas Trist. III. Eleg. VIII. *fol.* 13. Heins. Hinc colligit Casaubon. Epist. CCXXXVI. Imperatoribus sacra fecisse, qui eos adituri essent, & foedam adulationem è curia & senatu translatam.

165. *Sint utinam mites solito tibi more.*] Duo, *solito mihi.* Puto, *solito sibi more*, ut in Epist. Cydippes, *More bonis solito.* Adi Notas Epist. XX. *fol.* 144. Heins.

165. *Tuaque.*] *Piaque* unus codex. vid. *supra fol.* 110.

EPISTOLA II.

*COTTÆ.

QUam legis à nobis missam tibi, Cotta, salutem,
Missa sit ut vere, perveniatque, precor.
Namque meis sospes multum cruciatibus aufers;
Utque sit è nobis pars bona salva, facis.
Cumque labent alii, jactataque vela relinquant;
Tu lacerae remanes ancora sola rati.
Grata tua est igitur pietas. ignoscimus illis,
Qui cum Fortunâ terga dedêre fugae.
Cum feriant unum, non unum fulmina terrent:
Junctaque percusso turba pavere solet.
Cumque dedit paries venturae signa ruinae,
Sollicito vacuus sit locus ille metu.

Quis

* COTTAE.] Cottae Messallino M. Valerii Messallae Corvini, Oratoris illius summi, filio, qui adoptione in Aurelium gentem transiverat, unde & Cottae cognomen sibi adscivit. Scholiastes vetus Persii Satyra secunda ad illum locum, *Magni Messallae lippa propago*, haec notat de Nostro hoc: *Cottam Messallinum dicit, qui tam vitiosos oculos in juventute habuit, ut palpebrae ejus in exteriorem partem verterentur. Fuit enim & multis deditus vitiis. Hic ab Aurelio Cotta adoptatus Marcus Aurelius Maximus dicebatur, originem trahens ab Aurelio (lege Valerio) Messalla, qui septies fuit consul. qui cum a quodam Gallo ad monomachiam invitatus vocaretur, corvus super galeam in capite ejus sedit, & ille hostis Corvinus vocatus est.* Locus singularis: ex quo discimus *Cottam Messallinum*, & *Maximum Cottam* eosdem esse. Nam cognomen *Messallae* Valeriae genti cum Fabia commune, cum & illi, qui *Corvini* cognomen primus gentilis ergo est adeptus, *Valerio Maximo* nomen fecerit. de quo praeter Historicos Gellius lib. IX. cap. 11. Hunc Cottam Messallinum non ab eloquentiae oratorioque solum studio, sed à poëseos cognitione Noster plurimum commendat Elegia quinta hujus libri, & libri quarti Elegia postrema. hunc etiam compellat Elegia octava libri secundi. Nam Messallinus, quem Elegia septima libri primi, & libro secundo, Elegia secunda alloquitur, Cottae hujus frater germanus est, quem Theodorus Marcilius ad Persium, prolato Dionis loco, cum Cotta fratre confundit perperam. Videtur tamen Persius parum honorifice sensisse, cum ait:

Quin damus hoc sapiti, de magna quod dare lance
Non possit magni Messallae lippa propago?
Compositum jus fasque animo, sanctosque recessus
Mentis, & incoctum generoso pectus honesto.

de hoc Cotta videtur Juvenalis intelligendus Satyra septima, ubi de patronis poëtarum agit:

Quis tibi Maecenas; quis nunc erit aut Proculeius?
Quis Fabius? quis Cotta iterum? quis Lentulus alter?

per Fabium intelligo Fabium Maximum Nasonito-to hoc opere valde commendatum. Porro Cottam hunc fuisse gulosum, ex Plinii libro X. cap. 20. patet, ubi agitur de anseribus: *Sed, quod constat, Messallinus Cotta, Messallae Oratoris filius, palmas pedum ex his torrere, atque patinis cum gallinaceorum cristis condire reperit.* HEINS.

1. *Quam.*] *Qui* Putean. *Cota* Junian. *Cote* Leid. qui & in fronte, *ad Cotum.*

4. *Atque sit ut nobis.*] *Tò ut* Sarrav. non agnoscit. Argent. & sex alii ex melioribus, *Utque sit in nobis.* Lege,

Utque sit è nobis pars bona salva facis.

HEINS. Francof. *Atque sit ut nostri pars bona salva, facis. Atque sit è nobis* Ms. Bersm. *Atque ut sit nobis* Jun. Leid. & tredecim alii. *Atque ut de nobis* unus.

5. *Alii.*]

Quis non è timidis aegri contagia vitat,
Vicinum metuens ne trahat inde malum?
Me quoque amicorum nimio terrore metuque,
Non odio, quidam destituere mei.
Non illis pietas, non officiosa voluntas
Defuit: adversos extimuere Deos.
Utque magis cauti possunt timidique videri,
Sic adpellari non meruere mali.
At meus excusat caros ita candor amicos;
Utque habeant de me crimina nulla, favet.
Sint hac contenti venià, signentque licebit,
Purgari factum me quoque teste suum.
Pars estis pauci potior, qui rebus in artis
Ferre mihi nullam turpe putastis opem.
Tunc igitur meriti morietur gratia vestri,
Cum cinis absumto corpore factus ero.

Fal-

5. *Alii.*] *Aliqui* Argent. & Sarrav. *lacerataque vela* unus. *tela* Argent.

8. *Qui cum Fortuna terga dedere fugae.*] Scribe vel invitis scriptis codicibus, *cum Fortuna terga dedere mea. terga dare* pro fugere, usitatum Nostro, & melioris aevi scriptoribus. HEINS.

10. *Junctaque percusso.*] *Percussae* Basil. *jacere solet* Argent. sed *pavere* rectum. ita enim accidit comitibus Pauli Actor. IX. 7. & XXII. 9.

13. *Vitat.*] *Vitet* quatuor libri. *curat* prim. Edit.

18. *Adversos.*] Malim, *aversos* cum prima editione & nonnullis scriptis. ita passim Poëtae & alii. sed vid. ad I. Trist. III. 45. & VII. Epist. 4. *timuere deos* etiam octo libri.

19. *Timidique vocari.*] Liber Ursini, *videri.* CIOFAN. *Timidique videri* Sarrav. Argent. Polit. & quinque alii. Praeterea videtur scribendum, *Utque nimis.* vel, *satis cauti.* HEINS.

22. *At meus excusat caros ita candor amicos, Utque habeant de me crimina nulla facit.*] Puto,

At meus excusat caros mihi candor amicos.

ut alibi,

Excusem ne te semper, amice, mihi.

deinde pro *facit* Sarrav. & tres alii ex melioribus, *favet. habeat favor* Argent. *ex me* etiam unus. Twisdenius codex, *cavet.* Scribe,

Utque habeant per me crimina nulla, cavet.

HEINS. *Aut meus* Arg. & duo. *& meus* tres. *ut meus* unus.

23. *Sint hi contenti venia, signentque licebit.*] Permittatur quod illi ostendant, eorum crimen me teste dignum esse excusatione. legitur etiam, *fugiantque licebit.* ut sit sensus. & liceat his, qui non sunt contenti venia, nolle peccatum suum purgari me teste. Quasi dicat, si qui consulto, non timore, me deseruerunt, & nolint excusari, & sibi ignosci, merito accusentur. Superior tamen lectio magis placet, licet tamen aliter, ut notavi, legatur in vetustissimo exemplari meo. MERULA. Scribe, *Sint hac contenti venià*, cum Moreti codice, pro *signentque* Sarrav. *fientque.* Argent. *fugiaque.* reliqui, *fugiantque.* nisi quod Arondelianus, *veniaque fugaque.* Nil muto. *fugiantque* perperam occupavit multas editiones, etiam nostram. *signare* verbum juris. Pont. IV. Eleg. XV.

Consitetur: testare licet, signate, Quirites.

HEINS. Sed *ne signent* hic locum esse vix puto, cum nemini credi posset, qui in rem suam signet, sed ut testis alterius facti aliquid confirmet. & cum Ovidio teste vellent uti, ille signare debuisset, non isti. quare mallem, *fingantque licebit.* hoc sibi persuadeant & fingant, me etiam probare eorum innocentiam, & testari, non fuisse in eorum manu mihi opem ferre. BURM.

25. *In artis.*] *In istis* Mss. Bersm.

26. *Turpe putastis.*] *Putastis* meliores. & praecedenti versu pro *pars melior* unus Vatic. & Patav. *pars potior.* HEINS.

27. *Gratia.*] *Gloria* Excerpta Scal. cum aliis quibusdam eadem varietas, mox *nunc igitur* Argent. *vel.* 36. & passim alibi.

Fallar, & illa meae superabit tempora vitae.
Si tamen à memori posteritate legar.
Corpora debentur moestis exsanguia bustis:
Exsiugiunt structos nomen honorque rogos.
Occidit & Theseus, & qui comitavit Oresten:
Sed tamen in laudes vivit uterque suas.
Vos etiam seri laudabunt saepe nepotes;
Claraque erit scriptis gloria vestra meis.
Hic quoque Sauromatae vos jam novere Getaeque:
Et tales animos barbara turba probat.
Cumque ego de vestrâ nuper probitate referrem,
(Nam didici Getice Sarmaticeque loqui)
Forte senex quidam, coetu cum staret in illo,
Reddidit ad nostros talia verba sonos:
Nos quoque amicitiae nomen bene novimus, hospes,
Quos procul à vobis frigidus Ister habet.
Est locus in Scythiâ, (Tauros dixere priores)
Qui Geticâ longe non ita distat humo.
Hac ego sum terrâ (patriae nec poenitet) ortus.
Consortem Phoebi gens colit illa Deam.
Templa manent hodie, vastis innixa columnis:
Perque quater denos itur in illa gradus.
Fama refert illic signum coeleste fuisse.
Quoque minus dubites, stat basis orba Deâ.

Ara-

39. *Fallar, & illa meae superabit tempora vitae.*] Sic legendum ex eodem loco. In quibusdam autem male est, *feralis*. Crusius. *Fallar* fragmentum Boxhornii, recinus. Heins.

42. *Exsiugiunt structos nomen honorque rogos.*] Malim, *nomen honorque propter* sonum. Quod sequitur, *occidit & Theseus*, proverbiale est, ut apud Horatium. 1. Carm. *Occidit & Pendasis gemmis*. Ita Alcaeus, *καὶ τὸν Μενέλαον*, & Homerus, *καὶ τὸν Ὀδυσσῆα*. Fabric.

43. *Orestae*, *Orestia* meliores scripti & editi.

45. *Terra*.] *Terra* Junian.

47. *Getice*.] *Sequebar* unus. *Sauromataque* quatuor.

48. *Quos procul à vobis alter & orbis habet.*] Vide regulam non habet. Crusius. *Tò alter & orbis habet* non omittam in Sarmaticis. Argent. Twisd. Pro *alter & quamvis alii, alioquin orbis habet*. Scaliger. *orbis, Getico orbi*, mendose. Polit. & octo alii, *frigidus Ister habet*. tres, *frigidus orbis, Geticum, frigidus Ister, mihi, Ibidem Ister agnis, quamvis, Barbarus accolat, optio, Nasonem, Persius & Ister solus*. Vetus, *Persius Ister*. de *Faustinus Cassius* Scripsi de Nasone. Vide Notas lapsu Ib. 21. El. IX. 51.

67. Heins. *Altera terra tenet* unus. & Ms. Berm.

46. *Non ita.*] *Non bene* Putean.

49. *Innixa.*] *Subnixa* unus.

50. *Quater denos.*] Non ergo semper verum, impares numero gradus in templis fuisse, quod ad Petron. cap. xxx. observabat Ampl. Gocsius. an vero Barbaros hoc non observasse dicemus? Burm.

52. *Stat basis orba Dea.*] *Orba Dea* malim reponi. sic *luminis orbus* & similia apud Nostrum passim. Heins.

54. *Decolor.*] *Discolor* Putean. superiori versu pro *natura candida saxi*, malim, *natura candida saxi*. Heins. *Effuso* multi scripti. *a fuso* quinque & editi nonnulli.

55. *Tardae non nota jugali.*] Sunt qui legant, sed male, *Tardae non nata jugali*, id est nuptis nata non legitimis. Sunt iterum, qui probent: *Tardae non nupta jugali*. Sed manuscripta sequor, quae & Aldus secutus est. Fabr. *Nupta* decem veteres. *tardae non nota* Sorav. Argent. multique alii. Lege, *tardae non nata*, & adi Notas nostras Rem. Amor. 581. nisi malis reponi, *tardae non vota jugali*. re-

Araque, quae fuerat naturâ candida saxi,
Decolor adfuso tincta cruore rubet.
Femina sacra facit, taedae non nota jugali:
Quae superat Scythicas nobilitate nurus.
Sacrificî genus est, (sic instituêre priores)
Advena virgineo caesus ut ense cadat.
Regna Thoas habuit, Maeotide clarus in orâ:
Nec fuit Euxinis notior alter aquis.
Sceptra tenente illo, liquidas fecisse per auras
Nescio quam dicunt Iphigenian iter.
Quam levibus ventis sub nube per aëra vectam
Creditur his Phoebe deposuisse locis.
Praefuerat templo multos ea rite per annos,
Invitâ peragens tristia sacra manu.
Cum duo veliferâ juvenes venere carinâ;
Presseruntque suo litora nostra pede.
Par fuit his aetas, & amor: quorum alter Orestes,
Alter erat Pylades. nomina fama tenet.
Protinus immitem Triviae ducuntur ad aram,
Evincti geminas ad sua terga manus.
Spargit aquâ captos lustrali Graja sacerdos,
Ambiat ut fulvas infula longa comas.
Dumque parat sacrum, dum velat tempora vittis;
Dum tardae caussas invenit usque morae;

Non

recurre ad Notas Met. XIII. vs. 634. Heins. *Tarda non nota jugali* praestat. ut *notus arte*, *improbitate* & similia dicuntur. nisi *taedae jugalis* quis velit, ut Horat. II. Od. 2. *notus fraterni animi*. possit & *nota* ad *sacra* referri, ut sint sacra, ad quae solis virginibus aditus sit, & ideo ignota taedae jugali, id est, feminis nuptis. quod probat vs. 58. Burm.

57. *Sic instituere priores.*] Manuscripta, *parentes*. Fabric. *Priores* Polit. & multi alii. quod etiam in suis Naugerius invenit, & Pierius Valerianus ad lib. I. Aeneid. Virgilii. 247. Vide Notas ad lib. XV. Metam. vs. 104. Heins. Pierius etiam in suo codice esse, *sacrificii* testatur. Naugerius in nonnullis esse, *hoc sacri genus est*, notat.

61. *Liquidas.*] *Tenues* Vossian. mox *quam dicant* Argent.

63. *Per aequora vectam.*] In iisdem, *per aëra vectam*. Fabric. *Per aequora* scripti fere omnes. nam de aëre jam dixerat. Heins. Francof. *levibus pennis sub nube per aëra vectam*. & certe verosimilius est ablatam a Diana per aëra, quam per aequora vectam. sic lib. V. Met. 644.

Et medium coeli terraeque per aëra vecta est.

nisi *per aequora* sit, pro super aethera. mox, *desistuisse locis* duo libri. etiam non male. Burm.

65. *Ea rite.*] *Haec rite* Polit & duo alii.

67. *Velifera.*] *Veligera* Arg. *veloci* alius. Heinsius malebat, *velivola*.

70. *Alter erat.*] *Et est* Petr. Dan. & octo alii. *ast Pilades alter* Argent. *ast alter* septem.

72. *Ad sua terga.*] *Et vinctis geminas post sua terga* Junian. & octo alii. vs. praecedenti, *protinus invitae* unus.

73. *Sparsit aqua.*] *Spargit* meliores. Heins. *aqua geminos* Leid.

73. *Spargit aqua captos lustrali* &c.] Lustralem aquam intelligit, quae lustrandis ac purgandis hostiis adhibebatur: non molam. neque enim mola aquâ constabat, sed hordeo & sale: quae antequam hostiae jugularentur, adspergi illis atque offerri solebant. Unde & Homero *ὀλοχύτη* dicitur, *ἀπὸ τῶν οὐλῶν, τουτέστι κριθῶν*, hoc est, ab hordeis, ut & Eustathius interpretatur. Et quod Merula hic de Didone citat, nihil ad rem praesentem facit.

Non ego crudelis, juvenes ignoscite, dixit;
Sacra suo facio barbariora loco.
Ritus is est gentis. quâ vos tamen urbe venitis?
Quove parum fausta puppe petistis iter?
Dixit: &, audito patriae pia nomine virgo,
Consortes urbis comperit esse suae.
Alter at e vobis, inquit, cadat hostia, sacri
Ad patrias sedes nuntius alter eat.
Ire jubet Pylades carum periturus Orestem.
Hic negat: inque vicem pugnat uterque mori.
Exstitit hoc unum, quo non convenerit illis.
Cetera par concors & sine lite fuit.
Dum peragunt pulchri juvenes certamen amoris;
Ad fratrem scriptas exarat illa notas.
Ad fratrem mandata dabat, cuique illa dabantur,
(Humanos casus adspice) frater erat.

Nec

neque enim Ifis aequam patera, sed vinum affudisse hostiae intelligitur. Arcvll.

73. *Audiit.*] *Audit* ut unus. Heinsius volebat, *Audit & Itius.* deinde, *flavas* tres libri.

75. *Sacrum.*] *Sacris* unus.

76. *Iuvenes ipsa morae.*] Rectius Leidenses, *ut opto.* Heins. *Tapperit illa* Thuan. *illa* edit. nonnullae & Ms. Berlm.

78. *Sacra suo facio barbariora loco.*] Forte, *Sacra meo facio barbariora solo.*

sacra in uno Vossiano, *solo*, pro *loco*, vel, *sacra sui facio barbara more loci.* Heins.

79. *Ritus is est gentis.*] Malim, *genti.* Heins.

80. *Quove.*] *Quaque*, vel *Quaque* plerique. Burm. Virg. i. Aeneid. 369. *Quibus aut venistis ab oris, Quove tenetis iter.* & ix. 377. *Quove senectus ilice, vestigia* etiam vera superiore Ms. Berlman. Burm.

82. *Reperit ipsa.*] Libri veteres, *comperit.* Cloz.

83. *Alter at e vobis inquit cadat hostia sacris.*] Versus mendosus, nec juvant libri veteres. Scribe,

Alterutra vestis, inquit, cadat hostia sacris.

vota facta, ut templa & delubra vota, *vota luenda*, vota *fungi*, vota *victima* & similia passim apud Nasonem. Met. xi. quoque vota *sacra* habet:

Victor ab Eurytidi Cenaea sacra parabat
Vota Jovi.

Heins. Ego parva mutatione legerem,

Alter at è vobis, inquit, cadat hostia; sacri
Ad patrias sedes nuntius alter eat.

alter & Ms. Berlm. Burm.

83. *E vobis dixit.*] *Inquit* iidem libri. Clozan.

85. *Periturus.*] *Moriturus* Leid.

86. *Inque vicem pugnat.*] *Inque vices certat* P. Dan. *vices pugnat* plurimi.

87. *Exstitit hoc unum, quod non convenerat illis: Cetera pars concors & sine lite fuit.*] *Quod non convenerit* Argent. aliique complures. Lege, *quo non convenerit illis.* ut jam monui Remed. Amor. vs. 471. Heins.

88. *Cetera pars concors.*] Multo rectius, *par concors.* ut apud Ciceronem in libro de Amicitia. vix tria aut quatuor nominantur paria amicorum. *caetera* autem eo modo dictum, quo apud Virgilium *caetera Graiûm.* Nauger. *Par concors* scribendum, ut Naugerius jam vidit, *Caetera concors* eleganti Graecismo, ut *caetera Graiûm* Virgilio, & nostro, *caetera sospes*, Met. viii. Pari modo peccatum est a librariis in Dracontii Hexaemero:

——— *sint sibi pignus uterque*
Velle pares & nolle pares, mente una voluntas,
Par animis concors, paribus decurrere votis,
Ambo sibi requies cordis sint, ambo fideles.

ita totus locus scribendus. posset & legi, *Pax animi concors.* Heins. *Et sine labe* septem codices.

89. *Amoris.*] *Honoris* Arg. & Barber. mox, *fecerat illa notas* Ms. Berlm. *egerat* Exc. Scalig.

93. *Rapium.*] *Rapuit* Polit.

95. *Mi-*

Nec mora; de templo rapiunt simulacra Dianae:
Clamque per immensas puppe feruntur aquas.
Mirus amor juvenum, quamvis abiere tot anni,
In Scythiâ magnum nunc quoque nomen habet.
Fabula narrata est postquam vulgaris ab illo;
Laudârunt omnes facta piamque fidem.
Scilicet hac etiam (quâ nulla ferocior) orâ
Nomen amicitiae barbara corda movet.
Quid facere Ausoniâ geniti debetis in Urbe,
Cum tangant diros talia facta Getas?
Adde, quod est animus semper tibi mitis; & altae
Indicium mores nobilitatis habet;
Quos Volesus patrii cognoscat nominis auctor;
Quos Numa maternus non neget esse suos:
Adjectique probent genitiva ad nomina Cottae,
Si tu non esses, interitura domus.

Digne

95. *Mirus.*] *Magnus* unus. *dulcis* alius. *tot annis* Junian. & Leidens.

96. *Nomen habent.*] *Habet* ex scriptis. Heins.

98. *Omnes.*] *Homines* P. Dan.

99. *Scilicet hic etiam.*] *Hac etiam* meliores. deinde *vò est* cum Pelchiano & tribus aliis delendum. Heins.

102. *Diros.*] *Duros* duodecim libri & Berlmanni Ms.

103. *Animus semper.*] *An. longae* Argent. & tres.

104. *Indicium mores nobilitatis habent.*] *Habet* Polit. recte: animus nimirum. Heins.

105. *Quos Volesus.*] *Valesus* multi veteres cum Argentino. duo, *Valerus.* apud Rutilium *Volusus* vulgo legitur:

Qui Volusi antiquo derivat flemmate nomen.
Et reges Rutilos teste Marone refert.

Sed *Volsi* forte scribendum. nam in membranis antiquis, *Volsci*, vel *Folsci*: quomodo & peccarunt codices nonnulli apud Juvenalem Satyra viii. illo versu:

——— ——— *quae sunt*
Turpia cerdoni, Volusos Brutumque decebunt?

ubi tamen codices plerique, *Volesos.* apud Livium lib. ii. *Valerium Voleso filium* habes. apud Zosimum tamen *Volusus* est. etiam in Inscriptione *Aras Terentinae*, & in *Fastis Capitolinis.* ut credibile sit, duplici modo veteres enunciasse id nomen. Certe Maronianus locus, quem Rutilius in Itinerario videtur respexisse, *Volusi* nomen tuetur, servantibus constanter eam membranis quoque. Virgilius igitur Aeneidos. xi.

Tu Volusse armari Volscorum edice manipli
Duc, ait, & Rutilos.

hinc *Volusiana* familia, & *Volusia.* ut & apud Silium:

Poplicola ingentis Volusi Spartana propago.

sed fragmentum termini vetustissimi Romae apud Maffeios. pag. ccccl.x.

P. Valesius Volesi. F. Poplicola. alius lapis apud eundem Gruterum pag. vi.

P. VALESIVS. VOLESI. F.
POPLICVLA
IOVI. IVNONI
SAC.
P. PETRON. RESTITVIT.

quam scripturam Dionysius Halicarnasseus quoque & Plutarchus agnoscunt. postea *Volusi* & *Valerii* dicti; qui *Volesii* & *Valesii* primo. nummus aereus Augusti, quem Carolus Patinus in gente Valeria supplemento ad Fulvii Ursini Commentarios juris publici fecit, Volusvs. Valer. Messal. III vir. a.a.a.f.f. Heins.

106. *Quos Numa maternus.*] *Materni* Naugerii postrema editio. Heins. Forte ad Aurelium Gentem haec referenda, quae Sabina fuit, teste Festo in *Aurelia.*

107. *Adjectique.*] *Adjunctique* unus Heinsii & Moreti.

107. *Genitiva agnomina Cottae.*] Ex hoc loco praeter *cognomina* etiam Romanis *agnomina* fuisse conantur evincere. vide Vossium Analogiae lib. i.

ca

Digne vir hac ſerie, lapſo ſuccurrere amico
Conveniens iſtis moribus eſſe puta.

cum. 1. Od ad veritas versus plusque. & recte. Iunctis etiam clausulae in Amelium Cottarum familiam transiſſe. Noltet de hoc ipso Cotta Epitol. libro IV.

Maximus Cottarum, Aſcellanique parentum,
Nomina nobilium ſi quaeramus, habet.

Caſſius libro IV. 11. *Praenomen eſt, quod nomini praeponitur, ut Publio, nomen, quod familiae originem declarat, ut Cornelius. Cognomen, quod nomini ſubjungitur, ut Scipio. Agnomen, quod extrinſecus adhiberi ſolet, ut Africanus.* ſic Priſcianus & alii Grammatici. Conatus eſt vulgatam in Naſone ſcripturam interpretari Vir eximius G. J. Voſſius in Opere Grammatico, ſed non expedit ſollicitet. Ita & locus Ciceronis de Inventione, ubi *agnomen* cum *cognomine* conjungit, jure viris eruditis jam dudum ſuſpectus eſt. Heins.

EPISTOLA III.

FABIO MAXIMO.

Si vacat exiguum profugo dare tempus amico,
O ſidus Fabiae, Maxime, gentis, ades:
Dum tibi quae vidi referam; ſeu corporis umbra,
Seu veri ſpecies, ſeu fuit ille ſopor.
Nox erat: & biſores intrabat luna feneſtras,
Menſe fere medio quanta nitere ſolet.
Publica me requies curarum ſomnus habebat,
Fuſaque erant toto languida membra toro:
Cum ſubito pennis agitatus inhorruit aër;
Et gemuit parvo mota feneſtra ſono.
Territus in cubitum relevo mea membra ſiniſtrum:
Pulſus & è trepido pectore ſomnus abit.
Stabat Amor vultu, non quo prius eſſe ſolebat,
Fulcra tenens laevâ triſtis acerna manu.
Nec torquem collo, nec habens crinale capillis;
Nec bene diſpoſitas comtus, ut ante, comas.

Hor-

1. *Vacat.*] Iuncta Burm.

2. *Fabiae.*] De Fabio vid. Rutil. Numat. in Fluvio Arnio.

3. *Vidi.*] Videre ſe abiit olim. *umbram* Regius ſcriba. Iuvenalis quoque Hiatu. *ſeu* etiam editi primi.

4. *Nitere.*] Ita ſcribit Ovidius.

5. *Cuncta* (*ſimona Lambin.*) Audax Mediolanenſis libri. Vide Noſtra ad Epiſt. XII. vs. 152. Heins.

10. *Et ſemiis parvo mota feneſtra ſono.*] In Patavino, *Et gemuit parvo.* Gemitus etiam relationem animalis tribuitur: ut,

—— *gemuit ſub pondere cymba.*

Fabric. Vetuſta exemplaria, *Et gemuit*, recte; ut & cenſuit Fabricius Ciofan. Vid. ad IV. Met. 443. *primo ſono* Goncop. *vasa feneſtra* Argent.

12. *Et trepido.*] *A trepido* decem libri.

13. *Stringens tenens* Laeta triſtis acerna manu.] *Fulcra* Argent. & codex Scaligeri, unde *Fulcra* is conji-

Horrida pendebant molles ſuper ora capilli;
Et viſa eſt oculis horrida penna meis.
Qualis in aëriae tergo ſolet eſſe columbae,
Tractantum multae quam tetigere manus.
Hunc, ſimul agnovi, (neque enim mihi notior alter)
Talibus adfata eſt libera lingua ſonis:
O puer, exſilii decepto cauſſa magiſtro,
Quem fuit utilius non docuiſſe mihi;
Huc quoque veniſti, pax eſt ubi tempore nullo,
Et coït adſtrictis barbarus Iſter aquis?
Quae tibi cauſſa viae? niſi uti mala noſtra videres?
Quae ſunt, ſi neſcis, invidioſa tibi.
Tu mihi dictâſti juvenilia carmina primus:
Adpoſui ſenis, te duce, quinque pedes.
Nec me Maeonio confurgere carmine, nec me
Dicere magnorum paſſus es acta ducum.
Forſitan exiguas, aliquas tamen, arcus & ignis
Ingenii vires comminuêre mei.
Namque ego dum canto tua regna, tuaeque parentis,
In nullum mea mens grande vacavit opus.
Nec ſatis id fuerat; ſtultus quoque carmina feci,
Artibus ut poſſes non rudis eſſe meis.

Pro

conjiciebat. quod Vaticanus primae notae confirmat. *Fulcrum* pro baculo poſuit. *ἐάβδον λαυκίλην* dat Amori Anacreon Od. VII. Heins.

15. *Capillo.*] *Capillis* editi olim, quod Heinſius ſecutus. Ms. vero, *capillo.*

16. *Nec bene compoſitas.*] In eodem, *diſpoſitas.* Fabric. Vid. ad I. Amor. XIV. 35. *cultus ut aute* Servii.

17. *Horrida pendebant.*] Repetitur ea vox verſu proximo, quare malim, *Squallida ora* hic legi. Vide Notas in Epicedion Druſi vſ. 86. niſi verſu proximo *ſordida pluma* reponas. Heins. *Mollesque ſub ora capilli* Servii codex. unde vero illud *humida penna* perierit Heinſius tacet, nec inveni, niſi in uno Juniano. *horrida barba* Moreti. ſed imberbis Cupido. illud *humida* non convenit ſequentibus: non enim columbae tergum humidum ſit tractantum manu, ſed horridum, cum plumae antea aequatae, *horridae*, id eſt hirtae quaſi & hiſpidae fiunt. id enim proprie *horridus* notat. vid. ad Petron. cap. XCIX. relinquatur ergo repetitum ex more Ovidii verbum. Burm.

20. *Tractatam.*] *Tractantum* Polit. & tres alii. Heins.

22. *Talibus effata eſt.*] *Affata eſt* ex ſcriptis. Heins.

24. *Quem fuit.*] *Quem foret* duo libri, rectius.

25. *Pax eſt ubi.*] *Quo pax eſt* Polit. *qua* Heinſius malebat.

27. *Niſi uti mala.*] *Niſi ſi ut mala* Franco. *niſi ut haec* Arg. *niſi quod* quatuor alii. forte, *niſi quo mala. quo* pro *ut*, ut ſaepe Cicero & alii. ſic Epiſt. XX. 23. *Fraus mea quid petiit, niſi quo tibi jungerer una.* ubi etiam, *niſi ut* vulgo, ubi vide. *niſi ne ut* Junian. *num quod* Politian. unde Heinſ. *num quo.* deinde, *mala noſtra levares* Excerpt. Scal. & tres libri. Burm.

29. *Tu mihi dictâſti juvenilia carmina primus; Adpoſui ſenis te duce quinque pedes &c.*] Lib. I. Eleg. ſub principium:

Arma gravi numero violentaque bella parabam
Edere, materia conveniente modis.
Par erat inferior verſus: riſiſſe Cupido
Dicitur, atque unum ſurripuiſſe pedem.

Vide & Elegiam primam ejusdem libri. Ciofan. *Carmina primum* editi & ſcripti quidam. *juvenalia* etiam ex antiquo codice Pierius ad Virg. v. Æn. 415. & ita quatuor codices.

32. *Ducum.*] *Decim* unus Heinſii.

33. *Ignis.*] *Ignes* editi nonnulli & ultra viginti ſcripti.

35. *Namque ego.*] *Nam quoque* Junian.

Pro quibus exsilium misero mihi reddita merces:
Id quoque in extremis, & sine pace, locis.
At non Chiönides Eumolpus in Orphea talis;
In Phryga nec Satyrum talis Olympus erat.
Praemia nec Chiron ab Achilli talia cepit,
Pythagoraeque ferunt non nocuisse Numam.
Nomina neu referam longum collecta per aevum,
Discipulo perii solus ab ipse meo.
Dum damus arma tibi, dum te, lascive, docemus;
Haec te discipulo dona magister habet.
Scis tamen; ut liquido juratus dicere possis,
Non me legitimos sollicitasse toros.

Scri-

37. *Talis &c.*] Sic tres codices in prima editione. vid. Epist. v. 63. non satis tres. nec tamen hic unus.

37. *Studios quoque carmina feci.*] *Studia quoque carmine* Argentinus & Rottendorph. sic supra lib. II. Eleg. II. *subtilem tenuissimus artem.* Heins. *Studia quoque* unus.

39. *Pro quibus exilium durum mihi reddita merces.*] In membranis, *Pro quibus exilium misero mihi*: quod magis placuisset. Fabric. *Misero* hic reponi. Ciofan.

41. *At non Chiönides Eumolpus in Orphea talis, &c.*] Sequitur communem opinionem Poëtae, qui tradidit Eumolpum, Neptuni & Chiones filium: Hermetas fuisse, qui ab Orpheo edoctus, in Graecia eruditus. Ceterum plerique non Thracium Eumolpum, sed Eleusinium, ex Delphi Trophonii natum, mysteria Cereris Eleusiniae docuisse volunt, quorque rei autorem libri etiam exstant. Accessionis autem quidam autor est, hunc Eumolpum quintum à superiore illo Thracio fuisse, Musaei filium, cujus verba in Commentariis Sophoclis in Oedipo Coloneo citantur ita scripta: Κατοικῆσαι ἡ τὴν Ἐλευσῖνα ἐφασαν, ἀφικόμενον εἰς τὴν Ἀττικήν. ὅτε Θρᾷκες τὴν ἐξ Ἐρεχθέως πατρίδα κατοικοῦντες, καὶ τῶν Ἐλευσινίων πόλεμον ἀναιρούντων, ἐπικουρίαν παρὰ Ἐρεχθέως ἐλθεῖν. Ἀνῃρέθη δὲ ὁ Ἐρεχθεὺς, καὶ ὁ Εὐμολπος εἰς τὴν χώραν, καὶ τὰ ἐκείνου πάντα κτησάμενος. Ἐκεῖνος δὲ γενόμενος, τὴν Ἐλευσῖνα τὴν Μεγαρικὴν, τὴν Ἐλευσῖνα τὴν κατοικήσασαν τὴν χώραν, ἐξ ἧς ἐξέπεσον. Quod autem ab Orpheo Eumolpus, sive primus, sive posterior hic, eodem fuerit, testatur Aeschylus, cujus haec sunt verba: Ἔσκεπτο Ἐλευσὶς ἐν Λῆμνῳ, τὸν Μουσᾶ ἢ πατρὸς, ἢ τὸν, μυστῆς Ὀρφέως, ἐπαινεῖς ἢ περὶ Θρῄκης τελετὰς. Ὅστις ἐγκρὰς τελετὰς Δεσποτεῖ, ἢ τῶν ἢ μυστῶν παιδεύσει, τῶν τοῦ Διογενοῦς αὐτὸν φοιτῶντα. Meminit hujus & in Met. Poëta lib. XI. 92. his versibus: *Ad regem venere Midam, cui Thracius Orpheus Orgia tradiderat, cum Cecropio Eumolpo*, &c. Hinc & Eumolpidae dicti hi successores Eumolpi, qui tradita ab Eumolpo sacra, Eleusine procurarunt. Micyll. Libri multi, *non Echionides*, vel, *nec Echionides*. Sed vulgata lectio bene se habet. Εὐμόλπης Ποσειδᾶνος καὶ Χιόνης Pausaniae, at Theocrito idyll. XXV. Φιλαμμωνίδης Eumolpus dicitur. Mater autem Philammonis Chione, ut Notter ipse Met. lib. XI. 314. memorat. Docuit hic Eumolpus citharа Herculem canere, teste item eodem Theocrito. Argent. *At non crudus Eumolpus.* mendose. Heins. Vid. ad XI. Met. 93.

42. *In Phryga nec Satyrum talis Olympus erat.*] De Olympo meminit Suidas his verbis: Ὀλυμπος Μυσὸς, αὐλητὴς καὶ μουσικὸς μελῶν καὶ ἁρμονίων, ἐγκρὰς τε γενόμενος τῆς μουσικῆς μεταφορᾶς τῆς ἀπὸ τῶν αὐλῶν, αὐλήσεως δὲ, καὶ ἁρμονίας Λυδίου, τὸ γένος ὄντος Σατύρου, ἀκμάσαι δὲ καὶ παιδὸς Ὑάγνιδος. γέγονε δὲ πρὸ τῶν Τρωικῶν ὁ Ὀλυμπος, ἐξ οὗ καὶ ἴσης τὸ ἐν Μυσίᾳ διεμάζετο. Meminit autem sive historiam, sive fabulam vide apud eundem Suidam, & Diodorum lib. IV. Micyll.

43. *Praemia nec.*] Vide sub principium lib. I. de Art. Ciofan.

43. *Ab Achilli.*] *Ab Achilli* veteres. Heins. *Ab Achilla* Moreti & duo. *sumsit* unus.

44. *Pythagoraeque ferunt non nocuisse Numam.*] De Numa, & de opinione, qua idem auditor Pythagorae fuisse traditur, & unde illa occasionem sive originem traxerit, vide Plutar. in vita Numae, & Dionys. Halic. lib. II. Micyll. Consule quae collegi in meis in Metamorph. lib. XV. observationibus. Ciofan.

45. *Collecta.*] *Collata* Medonii; sollemni permutatione. *quid referam* Moreti. *ne* vel *nec* alii.

47. *Dum*

Scripsimus haec istis, quarum nec vitta pudicos
Contingit crines, nec stola longa pedes.
Dic, precor, ecquando didicisti fallere nuptas;
Et facere incertum per mea jussa genus?
An sit ab his omnis rigide submota libellis,
Quam lex furtivos arcet habere viros?
Quid tamen hoc prodest, vetiti si lege severâ
Credor adulterii composuisse notas?
At tu, sic habeas ferientes cuncta sagittas;
Sic numquam rapido lampades igne vacent;
Sic regat imperium, terrasque coërceat omnes
Caesar, ab Aenea qui tibi fratre nepos;

Effice,

47. *Dum te lascive docemus.*] *Dum tendere tela docemus* Argent.

48. *Haec te discipulo dona magister habet.*] Multo gravius est si legatur, *haec te discipulo.* alii discipuli magistris non tam nocuerunt, quantum tu, o Amor, mihi nocuisti. Fabric. Liber Ursini, *Haec te.* Vere, quemadmodum Fabricius legendum conjecerat. Ciofan.

49. *Et liquido juratus dicere possis.*] *Ut possis* Argentinus. Heins.

51. *Scripsimus haec illis.*] *Hoc* tres libri. *istis* Politian.

51. *Quarum nec vitta pudicos Contingit crines, nec stola longa pedes.*] Vitta non tantum Vestalium, sed & matronarum, capitis tegmen erat. Hinc Tibull. *Sit modo casta doce, quamvis non vitta ligatos Impediat crines, nec stola longa pedes.* Et Vergilius de Alecto loquens, quae reginam Amatam invaserat, totumque illius corpus & habitum occuparat: addit: *Fit tortile collo Aurum, ingens coluber, sit longae taenia vittae.* Micyll. Idem lib. *quarum nec vitta pudoris Contingit.* Ciof. Multi, *Contigerit.* duo, *Contingunt* totidem, *Attigerit.* tres, *Attimgit.* quomodo & minor Gryphii. Unde Scaliger, *Astringit.* probe. alibi:

Vitta nec astrictas impedit alba comas.

Lucanus libro V. 142.

—— *tum torta priores*
Stringit vitta comas.

Arondelianus, *Constringit*, etiam bene. Heins. Claud. VI. Conf. Hon. 527. *substringitque comam gemmis.* vid. ad III. Met. 665.

52. *Stola longa.*] *Fulva* Francof. an; *fusa?* ut *togae fusae* Suet. Aug. 73. ita *fusi capilli, fusae coronae* &c. Nostro. Burm.

53. *Dic, precor, ecquando.*] *Dic, precor, hoc, quando* Moreti, Servii & Micyll. Gryph. Berm. & al. Edit. *hoc quando* Jun. Leid. *o quando* Putean. *hen, quando* alius. *docui te fallere* Moreti & tres alii.

55. *An sit ab his omnis.*] *Absit ab his* Argent. & duo alii. *An sat ab his omnis* Berlinianni codex. Forte,

Nam sat ab his omnis rigide submota libellis,

sublata interrogationis notâ. vel, *At satis hic.* Heins. *An sit ab his mulier rigide submota libellis* Francof. *sublata* Lovan. & mox, *habere toros* Leidensis & tres alii. forte, *arcet inire toros.*

56. *Quam lex furtivos arcet habere viros.*] Hoc est adulteros, sive moechos. Saepe enim furtum pro adulterio ponitur apud autores. Sic dixit poëta: *Vulcani Martisque dolos, & dulcia furta.* & Tibullus: *Celari vult sua furta Venus.* Micyll.

58. *Credor.*] *Credar* Putean. *dicor* Moreti. *composuisse nefas* Boxh. Fragm.

61. *Sic regat imperium.*] Malebat Heinsius, *imperio*: ut Virgil. VI. Aeneid. 852.

Tu regere imperio populos Romane memento.

& I. 227.

—— *Aeternis regis imperiis.*

sed Trist. II. 116. dixit Notter:

Imperium regat hoc cum seniore senex.

& Alcuinus de vita S. Willebrordi apud Canisium tom. VI. Var. Lect. pag. 359. de Carolo M.

Hic regat imperium felix feliciter iste.

praeterea duo hic non debent disjungi, *Imperium & terras*, illud est Romanus orbis, hoc gentes, nondum subactae, barbarae, quas vovet, ut adjiciat imperio. nam passim Romanae *urbi* & *Imperio*, *terras* vel *gentes* opponunt Poëtae. Sic Horat. I. Od. 2. *urbem & gentes* opponere docuit Fr. Luisin. Parerg. II. 32. Burm.

62. *Ab Aenea qui tibi fratre nepos.*] Hoc loco utuntur, qui volunt probare *nepotem* etiam Latine dici de fratris vel sororis filio; quo sensu labeu-

Effice, ſit nobis non implacabilis ira;
Meque loco plecti commodiore velit.
Haec ego viſus eram puero dixiſſe volucri.
Hos viſus nobis ille dediſſe ſonos.
Per, mea tela, faces, & per, mea tela, ſagittas,
Per matrem juro, Caeſareumque caput;
Nil, niſi conceſſum, nos te didiciſſe magiſtro;
Artibus & nullum crimen ineſſe tuis.
Utque hoc, ſic utinam defendere cetera poſſes!
Scis aliud, quod te laeſerit, eſſe magis.
Quidquid id eſt (neque enim debet dolor ille referri)
Non potes à culpâ dicere abeſſe tuâ.
Tu licet erroris ſub imagine crimen obumbres;
Non gravior merito vindicis ira fuit.
Ut tamen adſpicerem, conſolarerque jacentem,
Laeſa per immenſas eſt mihi penna vias.
Haec loca tum primum vidi, cum Matre rogante
Phaeſias eſt telis fixa puella meis.
Quae nunc cur iterum poſt ſecula longa reviſam,
Tu facis, ô caſtris miles amice meis.
Pone metus igitur: mitiſcet Caeſaris ira:
Ut veniat votis mollior hora tuis.

Ne-

[illegible]

v. IX. 2. Inter [illegible] & [illegible] [illegible] De [illegible] ad Guneth. [illegible] ad Petrus Chrisolog. pag. 57. [illegible] ad Iuliam [illegible] Henel. Oliam [illegible] cap. [illegible] & [illegible] pro agnatis, [illegible] apud [illegible] Silv. I. 199. [illegible] Burm.

62. *Meque loco plecti.*] *Poni* Thuan. Vide Notas lib. I. Eleg. v. vi. 70. Heins. Sed *plecti* maneat: non enim poenam hic nec alibi deprecatur, sed [illegible] loco [illegible].

65. *Per matrem.*] *Per Venerem* unus.

71. *Deſpiciam [illegible] poſſes.*] *Poſſes* nonnulli. Forte, *[illegible] cuncta poſſes.* Heins. *Utque [illegible]* etiam [illegible] quidam.

73. *Dolor ille referri.*] Idem lib. [illegible] Vatic. [illegible] praeter. Cottan.

74. *Non potes à culpâ dicere abeſſe tuâ.*] *Liber [illegible] unus, [illegible] Eſſe, [illegible] Leber [illegible] mendi.* Heins.

76. *[illegible]*] Ex iiſdem exemplaribus [illegible]. Cottan. *Meritis* Mss. Berſm. [illegible] Hein.

78. *Eſt [illegible] penna.*] *[illegible]* duo libri. Heins.

79. [illegible]

Neve moram timeas, tempus, quod quaerimus, inſtat:
Cunctaque laetitiae plena triumphus habet.
Dum domus, & nati, dum mater Livia gaudet:
Dum gaudes Patriae magne Ducisque Pater:
Dum ſibi gratatur populus, totamque per Urbem
Omnis odoratis ignibus ara calet:
Dum faciles aditus praebet venerabile templum;
Sperandum noſtras poſſe valere preces.
Dixit; & aut ille eſt tenues dilapſus in auras,
Coeperunt ſenſus aut vigilare mei.
Si dubitem, quin his faveas, ô Maxime, dictis,
Memnonio cygnos eſſe colore putem.
Sed neque mutatur nigrâ pice lacteus humor:
Nec, quod erat candens, fit terebinthus, ebur.
Conveniens animo genus eſt tibi; nobile namque
Pectus, & Herculeae ſimplicitatis habes.
Livor, iners vitium, mores non exit in altos,
Utque latens imâ vipera ſerpit humo.
Mens tua ſublimis ſupra genus eminet ipſum:
Grandius ingenio nec tibi nomen ineſt.
Ergo alii noceant miſeris, optentque timeri:
Tinctaque mordaci ſpicula felle gerant.

At

79. *Rogante.*] *Jubente* Leid. *petente* alius, *quae loca* etiam Junian. & Leidenſ.

81. *Secula longa.*] *Cuncta* P. Dan. *tu facis hoc* Regius. ut Epiſt. xx. 55. *Tu facis hoc, oculique tui.* mox, *miles amate* ſex libri.

84. *Et veniet votis mollior aura tuis.*] *Hora* in quibusdam. Nauger. *Aura* nonnulli. vide Notas Epiſt. III. v. 42. codex Moreti, *velis mollior aura tuis.* Heins. *Dulcior aura* Ms. Berſm. & unus Heinſii.

86. *Cunctaque laetitiae plena triumphus habet.*] Triumphum Tiberii de Dalmatis & Illyriis actum intellige, de quo ſupra aliquoties annotavimus. Vides autem & hanc Elegiam, quod ad argumentum attinet, citius ſcriptam, ſed poſteriore loco editam, ſive poſitam, quale quiddam & ſuperiore libro, in iis, quae ad Cotim & Cottam ſcribuntur, factum diximus. Ita enim de triumpho meminit, quaſi qui etiam agendus fuerit, nondum actus, cum tamen ſupra actum celebravit. Micyll.

88. *Ducisque.*] *Ducumque* tres libri.

89. *Dum ſibi gratatur populus.*] *Tibi* rectius quidam. eſt enim ſermo ad Auguſtum. Heins. *Tibi* Micyl. Gryph. Berſm. & aliae Edit. ſed *ſibi* retineri poteſt. id eſt, ſe felicem exiſtimat tali principe. ſic lib. IX. Met. 244.

Totoque libens mihi pectore grator.

Ep. XI. 65.

Quid tibi grataris.

quomodo & *gratulari* ponitur: Cicer. III. ad Fam. Ep. II. *Ipſe mihi gratulatus ſum.* ſic *gratulari patriae* Juſt. VI. 8. eſt felicem praedicare. *reſpubl. gratulari* etiam Cicero & alii. utrumque jungit Noſter lib. I. Triſt. VIII. 53. *tota mihi mente, tibique Gratulor.* Burm.

90. *Ara calet.*] Per totam urbem ſacrificia facta in triumpho, docet Marcil. ad Tertull. Pall. I. pag. 25.

91. *Templum.*] *Tempus* Micyll. Gryph. & Berſm. Ed.

93. *Dilapſus.*] *Delapſus* Edit. D. Heinſii.

94. *Coeperunt.*] *Coepere aut ſenſus pervigilare* Servii codex. *coeperunt ſenſus invigilare* Francof. forte, *coepere aut ſenſus evigilare mei.* Burm.

99. *Conveniens animo genus eſt tibi. nobile namque Pectus.*] Ita haec diſtinguenda. Heins.

100. *Herculeae.*] Adulatur Fabius, qui genus ſuum ab Hercule trahebant, ut notum: ſed praecipue Herculis mentionem injicit, quia ejus mos fuit.

At tua supplicibus domus est adsueta juvandis:
In quorum numero me precor esse velis.

fuit, etiam non rogatum subvenire laborantibus, ut Servius ad Virg. VIII. Aeneid. 362. notat. quo duo ultima hujus Elegiae dilucida referas. BURM.

101. *Non cadit in illos.*] *Altos* in veteribus legitur. CIOFAN. Planique veteres, *altos*; sed frustra. Supra Eleg. 11.

—— laeto faciet cervice cruentos
Germanicus ipsis victima dignus deis.

lib. 1. Eleg. 6.

Non cadit in mores feritas inamabilis istos.

HEINS. Mihi *altos* non displicet, ut oppositio sit inter, *terris humo.* pro quo in Lovan. *rapsit*, non *transiit in altos* Junian. BURM.

102. *Inst.*] *Adest* Regius.

108. *Supplicibus.*] *Simplicibus* Junian.

EPISTOLA IV.

RUFINO.

HAec tibi non vanam portantia verba salutem,
Naso Tomitanâ mittit ab urbe tuus;
Utque suo faveas mandat, Rufine, Triumpho;
In vestras venit si tamen ille manus.
Est opus exiguum, vatisque paratibus impar,
Quale tamen cumque est, ut tueare rogo.
Firma valent per se, nullumque Machaona quaerunt:
Ad medicam dubius confugit aeger opem.
Non opus est magnis placido lectore poëtis:
Quamlibet invitum difficilemque tenent.

Nos,

1. *Haec tibi non vanam portantia verba salutem.*] Commendat hac Elegia carmen sive poëma suum Poëta, quod de triumpho Tiberii composuerat: excusatque tenuitatem illius, primo à facultate propriâ ingenii: deinde & quod absens, de rebus Romae actis, audita tantum componerit, neque plena omnia persequi potuerit. Item, quod tirones & exercitatos lectores nobis, ad hanc magistratus illa tractanda impar quodammodo videatur. Postremo, quod & genus carminis, quo ipse utatur, elegiaco humilius sit, quam ut rebus tantis ac tam illustribus satis inniteat, aut respondeat. Communis quae ipsum carmen fiebat, hoc certo non possit: quando, ut alia multa ejus libra probat, Lucretii. Accedunt autem plerique de triumpho Germanico, quem Tiberius egerat, locum tenere: postulat ut & superiorem Elegiam illum intelligant, quae est prima lib. II. Sed ego, quod alii monuit, illum hic lectio: videlicet de Tyrreno triumpho & haec & superiora illa accipienda esse. Neque enim aliter apparet, quare Poëta in Ponto tam diu commoretur, quam quod Augustum, qui ipsi exilium indixerat, ad clementiam flectere vellet. Ergo ut ille, qui Tyrrenum triumphum egerat, ita & Poëta, qui de eo triumpho scripserat, in Ponto relegatus fuit. Quod autem Tiberius de Germanis triumphasse dicitur, id ex more factum, qui ei, qui de Germanis triumphasset Tiberium: sed devictis Illyriis, decretoque illi eam ob rem triumpho, in praesens quidem tum ob moestam Variana clade civitatem, ovantem, sed laureatum tamen, urbem esse ingressum: biennio autem post, cum ex Germania, quo pacandae illius gratia post cladem à Varo acceptam, missus fuerat, rediisset, triumphum dilatum, de Dalmatis & Illyriis egisse. Eum igitur triumphum & hic & supra figurari existimo, praesertim quando & temporum ratio eodem accedit. Triumphavit enim Tiberius proximo anno ante mortem Augusti, quo tempore & haec à poëta scripta videntur, quum jam quartum in Ponto annum degeret. Nam de ovatione, ad quam Martia haec & superiora item referri posse putat, aequa supervacanea ac frivola cogitatio est, quando & tempus dilcordat, quum Tiberius ovans ingressus sit urbem statim post cladem Varianam, quo tempore Ovidius primum in exilium abiit. Et illud item, quod de auctus & loca captivis mentio ubique sit, qui non ovando, sed in triumphis ante currum gestari aut duci solebant. Quod autem ad finem & de altero triumpho meminit Poëta, quem eidem Tiberio de Germanis ducendum velut vaticinatur: id eodem modo expono, ut superiora illa in Tristibus IV. 2. Elegia quae incipit, *Jam fera Caesaribus potuit Germania, &c.* Scilicet ut putemus, Poëtam similem eventum ac finem belli Germanici, atque Illyrici fuerat, divinare voluisse. Eoque & triumphum similem Tiberio praedixisse, sive quod de Germanico in Germaniam profecto nondum sciret: sive etiam quod hac praedictione gratiam aliquam à Tiberio inire cuperet. Nam supra quidem lib. II. Eleg. 1. Germanico eidem triumphum agendum divinat. Unde & hic non immerito aliquis exilimarit, Elegiam hanc citius, quam superiorem illam, scriptam fuisse: quasi Poëta hac jam scripta, tum demum de Germanici profectione audivisset. Sed fortassis de hac re non ita curiose inquirendum, praesertim quando eodem anno utraque scripta, sive haec, sive illa prior, fuerit. MICYLL.

3. *Utque suo faveas, mando, Rufine, triumpho.*] Haec est veterum exemplarium scriptura, quae, ut puto, vera est, ut sit res, quae in libro contineatur. *libello* minus placet; cum poëta inferat; *est opus exiguum.* CIOFAN.

5. *Vestrisque paratibus impar.*] *Vatisque* Combianus. ut infra:

Ferre etiam molles elegi tam vasta triumphi
Pondera disparibus non potuere rotis.

HEINS. *Nostrisque* Ms. Bersm.

7. *Firma valent per se &c.*] Sensus est: Corpora firma ac valida per se consistunt, neque opus medico habent, qui ea conservat: sic & boni ac praestantes Poëtae non indigent favore lectoris, quando ipsorum carmina per se commendabilia sunt, &c. ut prius distichon collationem medicorum & aegrotantium, posterius adaptationem Poëtarum & carminum contineat. MICYLL.

8. *Dubius.*] *Dubitans* pr. edit.

10. *Quamlibet invitum difficilemque tenent.*] Melius Gruterus, *Quamlibet invitum difficilemque tenent.* D. HEINS. *Quamlibet* quatuor libri. Vide Notas Epist. VI. vs. 140. HEINS.

14. *Quem.*] *Quod* Leidensis, & margo Bersm. *omnia rupta* Regius. *decesse* Moreti, pro quo Heinsius volebat, *demta. putes* etiam Regius.

15. *Cunctaque cum mea sint.*] *Sint* ex scriptis. HEINS.

16. *Praecipuum.*] *Praecipue* P. Dan.

18. *Visa notare.*] *Scripta* Lovan. *visa tenere* Putean.

19. *Vulgi captata per aurem.*] Alii, *Vulgo* legunt, ut sit sententia talis: Nos ea vix videmus per avidam aurem captata, hoc est audita vulgo, sive in publico, & nullo certo autore. MICYLL. *Vulgo* scripti. & versu proximo pro *vidimus*, multi, *scripsimus.* HEINS. Ita *vulgo* corrigebat Heinsius lib. 1. Fast. 245. *vulgo spectata* Junian. & quatuor. *per urbem* Servii & P. Dan. a. m. pr.

21. *Similes.*] *Similis* Ms. Bersm. Ald. & Gryph.

24. *Quod mihi defuerit.*] *Defuerint* Fragmentum Vaticanum, paulo elegantius. HEINS.

25. *Sed loca, sed gentes.*] *Sed gentes* sex fortasse veteres. nervose, HEINS. Vid. ad V. Metam. 17.

Nos, quibus ingenium longi minuêre labores,
Aut etiam nullum forsitan ante fuit,
Viribus infirmi, vestro candore valemus.
Quem mihi si demas, omnia rapta putem.
Cunctaque cum mea sint propenso nixa favore,
Praecipuum veniae jus habet ille liber.
Spectatum vates alii scripsere triumphum.
Est aliquid memori visa notare manu.
Nos ea vix avidam vulgo captata per aurem
Scripsimus: atque oculi fama fuere mei.
Scilicet adfectus similes, aut impetus idem,
Rebus ab auditis conspicuisque venit?
Nec nitor argenti, quem vos vidistis, & auri,
Quod mihi defuerint, purpuraque illa, queror.
Sed loca, sed gentes formatae mille figuris
Nutrissent carmen, proeliaque ipsa, meum.

Et

Et Regum vultus, certissima pignora mentis,
Juvissent aliquà forsitan illud opus.
Plausibus ex ipsis populi, laetoque favore,
Ingenium quodvis incaluisse potest.
Tamque ego sumsissem tali clangore vigorem,
Quam rudis auditâ miles ad arma tubâ.
Pectora sint nobis nivibus glacieque licebit,
Atque hoc, quem patior, frigidiora loco:
Illa Ducis facies, in curru stantis eburno,
Excuteret frigus sensibus omne meis.
His ego defectus, dubiisque auctoribus usus,
Ad vestri venio jure favoris opem.
Nec mihi nota ducum, nec sunt mihi nota locorum
Nomina: materiam vix habuere manus.
Pars quota de tantis rebus, quam Fama referre,
Aut aliquis nobis scribere posset, erat?
Quo magis, ô lector, debes ignoscere, si quid
Erratum est illic, praeteritumve mihi.
Adde, quod adsiduam domini meditata querelam,
Ad laetum carmen vix mea versa lyra est.
Vix bona post tanto quaerenti verba subibant:
Et gaudere aliquid, res mihi visa nova est.

Ut-

26. *Precibusque.*] Intelligo pacta in ferculis proelia, non descriptiones proeliorum, ut Merula.

27. *Et regum vultus, certissima pignora gentis.*] Ita quidem vulgo: sed alii, *Pignora mentis* legunt, quae lectio & verior est, & sententiam planiorem reddit. ut sint Pignora mentis, indicia & significationes. Est enim vultus, quasi quidam tacitus animi index, qui pro eo atque illa affecta sit, ipse quoque laetus aut tristis, placidus aut torvus est. Quanquam rursus neque altera lectio prorsus rejicienda. Possunt enim *pignora gentis* accipi, vultus regum, ut sint velut indicia, & certae significationes totius gentis: hoc est, qualiter affecta, & quibus moribus aut ingeniis tota gens praedita sit, propterea quod ad principum ingenia & mores, etiam populi sese comparant. Mureт. *Vultus certissima pignora mentis* legitur in omnibus manuscriptis. Fabric. *Gestus* omnes fere scripti. Sed perperam.

28. *Juvissent aliqua forsitan illud opc.*] Praefero quod in vulgatis est:

— *aliqua forsitan illud opus.*

aliquis pro aliqua parte, ut Virg. Eclog. III.

Si non aliquis nocuisset.

Forsan. Vid. Heins. mox ℣. 48.

29. *Laetoque favore.*] *Fragore* malim, vel *tumore.* nam *favoris* paulo post sequitur. Heins.

31. *Tali clamore vigorem.*] *Clangore* Fragmentum Lovaniense. Heins.

34. *Quem patior.*] *Quo potior* Hafniens. ut dictum sit, quale, *potiri hostium*, & similia.

36 *Sensibus omne.*] *Ossibus omne* unus & Fragm. Lovan.

37. *Defectus.*] *Deceptus* quatuor. quod defendi posset. vid. ad Vellej. Paterc. II. 116. *defectus* Polit. & duo alii. *defunctus* Putean. Burm.

40. *Materiam non habuere.*] *Vix habuere* Thuan. Heins.

41. *Referre.*] *Referret* Ms. Bersm. *quas* tres libri.

45. *Assiduas domini meditata querelas.*] Vetus liber, *assidue domini meditata querelam.* Fabric. *Assiduam querelam* duo. Argent. & octo alii, *assiduas querelas.* quomodo & Arondelianus. Heins. *Assidue* P. Dan.

46. *Ad laetum carmen vix mea versa lyra est.*] Quid lyrae cum triumpho? quid eidem cum carmine Elegiaco? igitur emendo è manuscripto, *vix mea Musa venit.* Talis error, ut supra, quem fugientibus oculis litteris exprimerunt librarii, quod in

Utque reformidant insuetum lumina Solem,
Sic ad laetitiam mens mea segnis erat.
Est quoque cunctarum novitas carissima rerum:
Gratiaque officio, quod mora tardat, abest.
Cetera certatim de magno scripta triumpho
Jam pridem populi suspicor ore legi.
Illa bibit sitiens, lector mea pocula plenus:
Illa recens pota est, nostra tepescit aqua.
Non ego cessavi, nec fecit inertia serum:
Ultima me vasti sustinet ora freti.
Dum venit huc rumor, properataque carmina fiunt,
Factaque eunt ad vos, annus abisse potest.
Nec minimum refert, intacta rosaria primus,
An serâ carpas pene relicta manu.
Quid mirum, lectis exhausto floribus horto,
Si Duce non facta est digna corona suo?
Deprecor, haec vatum contra sua carmina ne quis
Dicta putet. pro se Musa locuta mea est.
Sunt mihi vobiscum communia sacra, poëtae;
In vestro miseris si licet esse choro.

Magna-

in hoc auctore saepe factum esse deprehendimus. Fabric. *Vix mea versa lyra est*, plerique veteres. quod à Fabricio mutari non debuit. Heins. *Mea Musa venit* Gottorp. & Bersm. liber.

47. *Post tanto.*] *Tantum* Ms. Bersm. & P. Dan. Moreti & quatuordecim. *post tantos* Servii. *pro tanto* alii. *plus tanto* Gottorp. *post tandem* Putean. nihil mutem. Virg. III. Georg. 476.

Nunc quoque post tanto videat.

sic *tanto ante* Quinct. II. de Inst. Orat. 4. & dici posse, *tanto*, & *tantum*, ut *post paullo* & *paullum*, vidimus ad Quinctil. II. 5. & infr. ad Ibin. 397. Burm.

48. *Et gaudere aliquid.*] Malim, *aliqua.* vide Notas Trist. III. Eleg. IV. ℣. 75. Heins. Male. vid. ad XII. Met 607.

50. *Mens.*] *Spes* Servii.

51. *Novitas gratissima rerum.*] Rectius cum Argent. aliisque nonnullis, *carissima.* quia *gratia* sequitur. Heins.

55. *Illa bibit sitiens.*] In hoc versu aliquid deesse sensui videtur, quo discrimen *sitientis* & *plenis* magis fiat manifestum: sitiens enim avide hanrit, plenus vix tangit pocula. quare mallem, si codices addicerent,

Illa bibit sitiens, libat mea pocula plenus.

ut *lector*, vel *populus*, qui praecessit, subintelligatur. Burm.

56. *Nostra tepescit aqua.*] *Tepescit* Polit. & Barberin. Heins.

57. *Serum.*] *Tardum* tres. *segnem* unus.

58. *Sustinet ora freti.*] *Submovet* Putean. & Vatic. Vide Notas Trist. III. Eleg. IV. ℣. 41. Heins. *Quod vasti* Regius.

59. *Carmina fiunt.*] Vaticanus, *feci.* Ciof.

60. *Annus abire potest.*] Eleg. II. libri sequentis:

Dum tua pervenit, dum litera nostra recurrens
Tot maria & terras permeat, annus abit.

Ponitur itaque *Annus* pro longissimo spatio. Terent. Heaut. II. 2.

Dum comuntur, dum moliuntur, annus est.
Ciofan.

61. *Refert.*] *Differt* unus. *distat* alius.

62. *Pene relicta.*] Illud *pene* languidum & inutile hic videtur. duo codices, *poma relicta.* non male. ut ita Epist. IV. 29. *pomariis* jungit *rosam*,

Est aliquid plenis pomaria carpere ramis.
Et tenui primam delibere usque rosam.

Burm.

63. *Lectis exhausto floribus horto.*] *Sertis floribus* Hafniensis. eleganter. Recurre ad Notas Trist. IV. Eleg. II. ℣. 56. Heins.

65. *Deprecor haec, vatum contra sua carmina ne quis Dicta putet.*] *Deprecor hoc* Argent. aliique nonnulli. Forte,

Magnaque pars animae mecum vixistis, amici:
Hac ego non absens vos quoque parte colo.
Sint igitur vestro mea commendanda favori
Carmina, non possum pro quibus ipse loqui.
Scripta placent à morte fere: quia laedere vivos
Livor, & injusto carpere dente solet.
Si genus est mortis male vivere; terra moratur,
Et desunt fatis sola sepulcra meis.
Denique opus nostrae culpetur ut undique curae,
Officium nemo qui reprehendat erit.
Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas:
Hac ego contentos auguror esse Deos.
Haec facit, ut veniat pauper quoque gratus ad aras;
Et placeat caeso non minus agna bove.
Res quoque tanta fuit, quantae subsistere summo
Æneïdos vati grande fuisset onus.
Ferre etiam molles elegi tam vasta triumphi
Pondera disparibus non potuere rotis.
Quo pede nunc utar, dubia est sententia nobis.
Alter enim de te, Rhene, triumphus adest.

Irri-

Ni, precor, haec vatum contra sua carmina ne quis
Dicta putet.

de qua venusta repetitione *vid.* ne dixi Notis ad Cinnianum. Heins. Vid. ad Epist. xvi. 170. *depresse hoc vates* Polit. & Fesch. *hoc votum* unus. *o votum* alius. *o vates* P. Dan.

66. *Mea est.*] *Sua est* Ms. Bersm.

69. *Pars animi.*] Liber Vaticanus, *animae*, optime. Ctofan. *Animas* scribendum cum sex scriptis. *animo* Argent. & quinque alii. Adeantur Notae Ponticorum libro i. Eleg. vi. Heins.

70. *Hac ego vos absens.*] Elegantior multo mihi videtur Francofurtensis libri lectio,

Hac quoque non absens vos ego parte colo,

nisi quod transpositis vocibus malim,

Hac ego non absens vos quoque parte colo.

animâ non absens, sed praesens, licet corpore absim, vos colo. Burm.

71. *Vestro mea commendata favore.*] Malim, *favori*, & sic à manu secunda Arondelianus. Heins. *Commendanda* Servii Fragm. Lovan. & duo alii.

73. *invisa carpere dente.*] In iisdem manuscriptis, *injusto*: neque aliter citant hunc locum gnomologi. Pamel. *Invisa* Vatic. & Argent.

76. *Asseritur.*] *Subsistat* Pucan. & quatuor.

82. *Caeso.*] *Caesa* Francof. & superioti versu; *ad aram* sex libri. *placet* etiam Barberin. a *placare*.

84. *Æneïdos vati.*] *Æneados* unus Vossianus. Puto, *Iliades vati*. Quippe ut summum vatem Virgilium appellarit, atque adeo ipsi Homero praetulerit, vix sit verisimile. Nam Propertianum illud, *Nescio quid majus nascitur Iliade*, viventis adhuc Virgilii auribus datum est. *summus vates* cum ipsis dicitur Romanis, Homerus designatur. Deinde *vò Æneïdos* secunda syllaba correpta vix legi apud alios. nisi quod in veteri Epigrammate Maronis laudibus dato codex antiquissimus exhibet scriptum:

Æneidemque suam fac major nuncius esset.
Fac laudes Italum, fac tua facta legi.

cum *Æneamque suum* in vulgatis exemplaribus legatur, & quidem rectius. Sed quod monere propemodum neglexeram, iisdem versibus naevus foedissimus inhaeret, cum pro *major nuncius esset* reponendum sit, *major Mincius*. ut fluvium agri Mantuani posuerit pro ipsa Mantua, Maronis patria. Metuo vehementer, ne Iliados Homericae nomen etiam in Plautina Truculento corruptum delitescat Actus ii. Scena vi. illo versu:

Et Homeronidas poetillas mille memorari potest.

scribendumque sit ex vestigiis veterum membranarum,

Irrita verorum non sunt praesagia vatum.
Danda Jovi laurus, dum prior illa viret.
Nec mea verba legis, qui sum submotus ad Istrum,
Non bene pacatis flumina pota Getis:
Ista Dei vox est: Deus est in pectore nostro.
Haec duce praedico vaticinorque Deo.
Quid cessas currum pompamque parare triumphis,
Livia? jam nullas dant tibi bella moras.
Perfida damnatas Germania projicit hastas.
Jam pondus dices omen habere meum.
Crede, brevique fides aderit; geminabit honorem
Filius, & junctis, ut prius, ibit equis.
Prome, quod injicias humeris victoribus, ostrum.
Ipsa potest solitum nosse corona caput.
Scuta, sed & galeae gemmis radientur & auro,
Stentque super vinctos trunca tropaea viros.
Oppida turritis cingantur eburnea muris:
Fictaque res vero more putetur agi.
Squalidus immissos fractâ sub arundine crines
Rhenus, & infectas sanguine portet aquas.

Bar-

Et Homeridarum Iliadum mille memorari potest.

ut *Tyndaridarum* pro *Tyndaridum* apud Horatium, similiaque. vel, *Et Homeri post Iliada*. *Ilias* enim pro longa narratione abiit in proverbium. hinc *longae Iliades* apud Propertium, & *longa fati Ilias* apud Nostrum. Heins. *Magno vati* Moreti & alius. *opus* etiam unus.

86. *Rotis.*] *Modis* Putean. male. vid. t. Art. 264.

89. *Irrita votorum.*] *Verorum* ex veteribus legendum. Nauger. Argent. prim. Medic. plurimique alii, *votorum vatum*. nonnulli, *notorum*. an *motorum*? hoc est, afflatorum? sic Pythagoras Met. xv.

Et quoniam Deus ora movet, sequar ora moventem
Rite Deum.

sic & saepe alibi. quatuor, *magnorum*. Heins. *Verorum* non inovendum. Epist. xvi. 121. *vera fuit vates*: & passim.

90. *Illa viret.*] *Illa tua est* Argent.

91. *Nec mea verba.*] Ascensius ad Quinct. Decl. ix. 2. citat, *Tu mea scripta legis, qui sum summotus ad Istrum*.

91. *Ad Ister.*] *Ad Istrum* meliores. Heins. *Submotus* Ms. Bersm.

92. *Pacatis.*] *Placatis* Lovan. Arg. sex alii & Bersm.

93. *Deus est in pectore.*] *Est* decrat in Francof. & credo a sequenti *in* absorptum fuisse *en*; & legendum,

Deus en in pectore nostro.

ut xv. Met. 677.

Et Deus en, Deus en.

Avien. descr. orb. initio,

—— *Deus en, deus ipsemet Apollo*
Pectora.

Burm.

94. *Haec duce.*] *Hace* meliores. Heins. *Quo duce* Regius.

95. *Currum.*] *Curras* tres. *aurum* Fulvii. fortè, *laurum*.

99. *Fides aderit.*] *Dies aderit* Farnes. utrumque bene. *mihique fides* P. Dan. *honores* Arg. & duo alii.

101. *Humeris victoribus.*] *Victricibus* tres libri.

104. *Stentque super victos trunca tropaea viros.*] Malim, *super victos viros* cum prim. Mediceo & quinque aliis. In Numismatis enim marmoribusque antiquis apparent passim captivi tropaeis alligati. Heins. *Stantque & radiantur*. P. Dan. & sex alii. *fracta tropaea* unus. *juncta* alius.

105. *Cingantur.*] *Pingantur* Gottorph. quod non male *vò picta* convenit. sed nihil muto.

Barbara jam capiti poscunt insignia Reges,
Textaque fortunâ divitiora suâ.
Et quae praeterea virtus invicta tuorum
Saepe parata tibi, saepe paranda facit.
Di, quorum monitu fumus eventura locuti,
Verba (precor) celeri nostra probate fide.

107. *Squalidus immittat crines.*] *Immissos crines* in melioribus, adeantur quae notamus lib. VI. Met. 108. mox pro *parat* Polit. & sex leptemve alii, *partat*. Heins. *Facta* Ms. Bersm.

109. *Poscunt insignia reges.*] In nonnullis, *ponant insignia*. sed & in quibusdam, *capiti*, non *capii*. Naugen. *Poscunt* Polit. aliique multi. quidam, *poscant*. utrumque rectum. Nam regalibus ornamentis Reges in triumphum ducendi velabantur. Heins.

111. *Invicta tuorum.*] *Virorum* sex scripti.

113. *Sumus eventura locuti.*] Haec vera lectio, & distinctio, si quid veri est in libris antiquis. Tibull. II. 1. 25. *Eventura precor.* Fabric. Idem liber, *eventura*, quae lectio jure optimo probatur Fabricio. Ciofan. *Haec ventura* alii vid. III. Met. 525. Eleg. in Drus. 415. *Eventura precor.* ubi vide.

Epistola V.

MAXIMO COTTÆ.

Quam legis, unde tibi mittatur epistola, quaeris?
Hinc, ubi caeruleis jungitur Ister aquis.
Ut regio dicta est, succurrere debet & auctor,
Laesus ab ingenio Naso poëta suo.
Qui tibi, quam mallet praesens deferre salutem,
Mittit ab hirsutis, Maxime Cotta, Getis.
Legimus, ô juvenis, patrii non degener oris,
Dicta tibi pleno verba diserta foro.
Quae, quamquam linguâ mihi sunt properante per horas
Lecta satis multas, pauca fuisse queror.

Plura

3. *Succurreret.*] *Succedere* unus. & Bersm. marg.

4. *Laesus ab ingenio Naso poëta suo.*] Lib. III. Trist.

Ingenio perii Naso poëta meo.

Ciofan.

5. *Adferre.*] *Deferre* Regius. nescio an rectius; adfert enim salutem medicus, & qui opem fert: nec itaque ambigua sit locutio, *deferre* probarem. quam tellat etiam Junian.

6. *Maxime Cotta.*] *Maxime.* & sic initio Epistolae, *Maximo Cottae.* Hic Messalae Corvini illustris clientissimi filius, Messallini frater, Cottae nomen mutuatus est ab Aureliis avis maternis, ut dicimus ex Elegia ultima lib. IV. Pont. in quam gentem adoptione transiverat., quod supra vidimus sub finem Elegiae secundae hujus libri. *Maximos* autem dictos ex Valeria familia quosdam, quemadmodum Messalas, Flaccos, Poplicolas, Volusos, Catullos, & Acisculos, certum est. Nam bello primo Punico sub annum V. C. CCXC. M. Valerius Maximus cum M. Otacilio Crasso consul perhibetur, qui devicta Messana cognomen Messalae primus adscivit. huc & refer Valerium Maximum scriptorem, cujus nonnulla etiamnum extant. Heins.

7. *Non*

Plura sed haec feci relegendo saepe; nec umquam
Non mihi, quam primo, grata fuere magis.
Cumque nihil toties lecta è dulcedine perdant,
Viribus illa suis, non novitate, placent.
Felices, quibus haec ipso cognoscere in actu,
Et tam facundo contigit ore frui!
Nam quamquam sapor est adlatà dulcis in undà,
Gratius ex ipso fonte bibuntur aquae.
Et magis adducto pomum decerpere ramo,
Quam de caelatà sumere lance juvat.
At nisi peccassem, nisi me mea Musa fugasset,
Quod legi, tua vox exhibuisset opus.
Utque fui solitus, sedissem forsitan unus
De centum judex in tua verba viris.
Major & implêsset praecordia nostra voluptas,
Cum traherer dictis adnueremque tuis.
Quem quoniam fatum, vobis patriàque relictis,
Inter inhumanos maluit esse Getas:
Quod licet, ut videar tecum magis esse, legenda
Saepe, precor, studii pignora mitte tui:

Ex-

7. *Non degener oris.*] *Patrias non degener artis* Barbecin. ut Epist. I.

In patrias artes eruditus erat.

& I. Fast. 571.

— *Patrias male fortis ad artes.*

& II. 508.

Et patrias artes militiamque colant.

hic tamen nihil temere mutem. quia de eloquentia agitur. Burm.

8. *Pleno foro.*] *Vasto foro* Excerpt. Scal.

9. *Mihi sunt.*] *Sint* P. Dan. & quatuordecim alii.

11. *Plura sed haec feci.*] *Haec* paulo post sequitur. quare scribendum, *sed effeci*. Heins.

12. *Haec mihi quam primo grata fuere minus.*] *Non mihi quam primo grata fuere magis* Argent. & decem alii, probe. *Non minus* Scaligeri codex, Polit. & quatuor praeterea. Heins.

13. *Cumque sua toties nihil ex dulcedine perdant.*] Nihil est ad quod referatur τὸ *toties*. Argent. & quinque alii, *Cumque nihil toties lecta è dulcedine perdant*. nisi quod à tribus abest τὸ è. Heins.

14. *Placent.*] *Valent* unus Heinsii.

15. *Quibus haec.*] *Hoc* quinque libri. *hos* Ms. Bersm.

17. *Ablata dulcis in unda.*] *Allata* Argentinus aliique plurimi. rectè. nisi *oblatâ* malis. Heins.

18. *Gratius ex ipso fonte bibuntur aquae.*] Huc videtur respexisse Mart. lib. IX. 102.

Multum, crede mihi, refert, à fonte bibatur,
Qui fluit, an pigro cum stupet unda lacu.

Ciofan. Nihil huc faciunt illa Martialis, qui de aqua, quae in mensa bibitur, agit. quae utraque, sive è fonte, sive è lacu, *adferri* debebat ad mensam. legendum etiam, *quae stupet. dulcius ex ipso* Putean.

19. *Decerpere.*] *Discerpere* Moreti. *deducere* duo. *admoto* Lovan.

22. *Quod legi.*] *Legerem* Argent. & sex alii. *legimus* tres cum pr. Edit.

23. *Utque fui solitus, sedissem forsitan unus De centum judex in tua verba viris.*] Hoc est quod scribit lib. II. Trist.

Non male commissa est nobis fortuna rerum,
Utque decem docies inspiciunda viris.

Ciofan.

26. *Cum traherer.*] Ita edidit Heinsius ex codicibus magno numero. antea *dum* erat. *contraherem* Jun. *contraheret*, &, *annueretque* Leid.

29. *Ut videar tecum magis esse legendo.*] Codex Scaligeri, *loquendo*. ut & alii nonnulli. sed frustra. mox, *exemploque mei*, pro *meo* decem veteres. Heins. *Legenda*, scilicet *pignora*, puto praeesse.

Exemploque meo, nisi dedignaris id ipsum,
Utere: quod nobis rectius ipse dares.
Namque ego, qui perii jam pridem, Maxime, vobis,
Ingenio nitor non periisse meo.
Redde vicem; nec rara tui monumenta laboris
Accipiant nostrae, grata futura, manus.
Dic tamen, ô juvenis studiorum plene meorum;
Ecquid ab his ipsis admoneare mei?
Ecquid, ubi aut recitas factum modo carmen amicis,
Aut, quod saepe soles, exigis ut recitent,
Interdum queritur tua mens, oblita quid absit?
(Nescio quid certe sentit abesse sui.)
Utque loqui de me multum praesente solebas,
Nunc quoque Nasonis nomen in ore tuo est?
Ipse quidem Getico pereram violatus ab arcu,
(Et sit perjuri quam prope poena vides)
Te nisi momentis video pene omnibus absens.
Gratia Dis, menti quolibet ire licet.
Hac ubi perveni, nulli cernendus, in Urbem,
Saepe loquor tecum; saepe loquente fruor.
Tum, mihi difficile est, quam sit bene, dicere; quamque
Candida judiciis hora sit illa meis.
Tum me (si qua fides) coelesti sede receptum,
Cum fortunatis suspicor esse Deis.

Rur-

sime *missus scribis* Arg. mox, *nisi dedignaris* P. Dan. & multi alii. *dedignaris ad ipsum* Kidi posteriores Ed.

32. *Dum.*] *Dolis* P. Dan. Pucem. & alius.

33. *Sit rara.*] *Se rara* Francof.

38. *ab his ipsis.*] *Ab his scriptis* Ms. Berlm. pro vulgato, *ab his ipsis*, *ab quid ab* Lovan.

39. *Recitas aut recitas factum modo carmen amicis.*] De hoc versuum poëtarum more, qui eadem, quae loquebantur, carmina recitare consuerunt, in libris de Tristium libros dixi. Cror. Et sic alibi recitas nonnulli. Scribe, *Ecquibus ut recitas*. & prae incongruitatem notam post illa, *quae* non nisi ultra quid absit? metuo tamen ne [illegible] Heins. *Ecquid adhuc* [illegible] scripti, *Ecquid nil aut rudius* [illegible] *Nil ibi, fatebor, carmen ad aures* Lovan. mox [illegible] *Quando Bacchi Dircen.*

Interdum [illegible] Lovan. *interdum quaerer ut tua* Polit. *interdum queritur mea* Lov. a. m. s.

42. *Nescio quid certe sentit abesse sui.*] Libri veteres, *sui*, multo libentius sequor. Cropan. *Sentit abesse sui* ex veteribus plerisque. Heins. *Sensit* editi multi.

43. *Multum praesente.*] *Multo ferme* quatuor scripti & Berlmanni.

46. *Et sit perjuri quam prope poena vides.*] *Per marum* Regius. Scribe, *per rarum quam prope poena*. Adi Notas Trist. IV. Eleg. III. vs. 31. Heins.

47. *Videa.*] *Videam* Regius & sex alii.

48. *Gratia dis: menti quolibet ire licet.*] Sic Vatic. At Urfinus,

Gratia quod menti quolibet ire licet.

Cropan. *Gratia sit menti* editi & scripti quidam.

49. *Hanc ubi perveni.*] *Hac* ex scriptis nonnullis mente nimirum. Heins. *Nullis cernendus* P. Dan. *nullus* prim. Ed.

50. *Tecum loquente fruor.*] *Saepe fruor* cum Pohliani libro aliisque multis. Heins.

54. *Dis.*] *Viris* P. Servii liber.

55. *Rur-*

Rursus, ut huc redii, coelum Superosque relinquo;
A Styge nec longe Pontica distat humus.
Unde ego si fato nitor prohibente reverti;
Spem sine profectu, Maxime, tolle mihi.

55. *Rursus ubi huc redii.*] *Ut huc redii* ex Combiano. Heins.

55. *Coelum superosque relinquo.*] In eodem Vatic. *superos*, *coelumque relinquo*. Cropan. *Reliqui* Servii & Berlmanni, & quinque alii. mox, *non longe* Regius & editi nonnulli.

Epistola VI.

*Amicorum cuidam.

Naso suo, nomen posuit cui pene, sodali
Mittit ab Euxinis hoc breve carmen aquis.
At, si cauta parum scripsisset dextra, quis esses,
Forsitan officio parta querela foret.
Cur tamen, hoc aliis tutum credentibus, unus,
Adpellent ne te carmina nostra, rogas?
Quanta sit in medià clementia Caesaris irâ,
Ex me, si nescis, certior esse potes.
Huic ego, quam patior, nil possem demere poenae,
Si judex meriti cogerer esse mei.
Non vetat ille sui quemquam meminisse sodalis:
Nec prohibet tibi me scribere, teque mihi.
Nec scelus admittas, si consoleris amicum:
Mollibus & verbis aspera fata leves.
Cur, dum tuta times, facis ut reverentia talis
Fiat in Augustos invidiosa Deos?
Fulminis adflatos interdum vivere telis
Vidimus, & refici, non prohibente Jove.

Nec,

* *Amicorum cuidam.*] *Ad amicum celato nomine* Lovan. *ad Socium non nominatum* Leid.

1. *Suo posuit.*] *Suum* Moreti & quatuor alii.

2. *Ab Euxinis.*] *Ab extremis* unus.

3. *Quis esses.*] *Quid* Fesch. & quatuor alii.

8. *Si nescis ex me certior esse potes.*] *Cognitor* codices nonnulli. quod Juncto placebat ad Symmachum libro IX. Epist. XXVIII. forte,

Si nescis, res me cognita tosse patet.

Heins. Sed Epist VI. 4.

Debueram scripto certior esse tuo.

9. *Huic.*] *Hinc* Ms. Berlm.

10. *Meriti.*] *Facti* novem scripti. *nec negat* Ms. Berlm. &, *non prohibet*.

13. *Admittas.*] *Admittet* Berlm. & tres alii, *admittis* pr. Ed. *consolaris* eadem & sex scripti.

17. *Fulminis adflatos.*] In Francof & alio scripto legitur, *adflictos*, quod nescio an rectius. nam adflatos, id est, leviter tactos, vivere nihil miri; sed in terram vi fulminis prostratos, magis mirandum. Burm.

18. *Jove.*] *Deo* Leidensis.

19. *Et*

Nec, quia Neptunus navem laceràrat Ulixis,
Leucothëe nanti ferre negavit opem.
Crede mihi, miseris coelestia numina parcunt:
Nec semper laesos, & sine fine, premunt.
Principe nec nostro Deus est moderatior ullus.
Justitiâ vires temperat ille suas.
Nuper eam Caesar, facto de marmore templo,
Jampridem posuit mentis in aede suae.
Juppiter in multos temeraria fulmina torquet,
Qui poenam culpâ non meruere pari.
Obruerit saevis cum tot Deus aequoris undis,
Ex illis mergi pars quota digna fuit?
Cum pereant acie fortissima quaeque, sub ipso
Judice delectus Martis iniquus erit.
At, si forte velis in nos inquirere, nemo est,
Qui se, quod patitur, commeruisse neget.
Adde, quod extinctos vel aquâ, vel Marte, vel igni,
Nulla potest iterum restituisse dies.
Restituit multos, aut poenae parte levavit
Caesar; & in multis me velit esse precor.
An tu, cum tali populus sub Principe simus,
Adloquio profugi credis inesse metum?

For-

19. *Nec quia Neptunus navem laceraverat Ulixi, Leucothëe nanti ferre negavit opem.*] In Ibin de Ulixe:

Sollertique viro, lacerat quem fracta tenentem
Laenibra ratis Samios est miserata Deor,

Ciofan. *Lacerarat* Regius. *Laceravit* sex.

21. *Numina parcunt.*] *Parent* Polit. & duo alii, hoc est obsequuntur. Heins.

22. *Premunt.*] *Gravant* Farnes. vid. VII. Met. 79. & hunc malleni etiam *lapsos*, vel *lassos*, pro *lassi*. Burm.

23. *Suae.*] *Sua* Heinsius maluerat.

25. *Caesar facto de marmore templo.*] De hoc templo nihil legitur alibi apud scriptores, quod quidem ego sciam. Proinde videndum, an ad templum Martis Ultoris alluserit Poëta, quod ab ultione Caesaris & Bruti appellatum fuit. Est enim & ubio sive vindicta justitiae pars quaedam. Merula.

26. *Mentis in aede.*] *Cordis in aede sui* Thuaneus. *Jactive* dixit sup. lib. II. I. 34. ut apud Claudian. II. de laud. Stil. *fl.* 30.

Haec dea pro templis, & ture calentibus aris,
Te fruitur, posuitque suas hoc pectore sedes.

& ibid. *fl.* 31.

Corde tuo delubra tenens.

Burm.

28. *Qui poenam culpâ non meruere pati.*] *Pari* scribendum cum Fulchii codice & Thuaneo. Heins. *Non meruere pari* unus.

32. *Vel ipso Judice delectus Martis iniquus erit.*] Liber Urfini, *dilectus* per *i*. Quam scribendi consuetudinem confirmat Festus Pompejus his verbis: *Dilectus militum, & is, qui significatur amatus, a legendo dicti sunt.* Ciofan. Nonnulli, *dilectus*. Heins. Vid. ad XIV. Met. 678. praeterea, P. Dan. Berlmanni, Politiani & novem alii, *sub ipso judice*, quod elegantius puto. Stat. VII. 509.

Regnum jam me sub judice posce.

Pers. v. Sat. 80. *Mario sub judice palles.* ubi vide Casaub. Val. Max. IV. VI. I. *diri facti crimine sub magno judice damnatum.* & ita saepe alii. sic *sub teste*, de quo ad Valer. Flacc. VII. 418. *iniquus eas*, etiam Medoni. Burm.

34. *Commeruisse.*] *Promeruisse* Regius.

35. *Ae-*

Forsitan haec domino Busiride jure timeres,
Aut solito clausos urere in aere viros.
Define mitem animum vano infamare timore.
Saeva quid in placidis saxa vereris aquis?
Ipse ego, quod primo scripsi sine nomine vobis,
Vix excusari posse mihi videor.
Sed pavor attonito rationis ademerat usum:
Cesserat omne novis consiliumque malis.
Fortunamque meam metuens, non vindicis iram,
Terrebar titulo nominis ipse mei.
Hactenus admonitus memori concede poëtae,
Ponat ut in chartis nomina cara suis.
Turpe erit ambobus, longo mihi proximus usu
Si nullâ libri parte legare mei.
Ne tamen iste metus somnos tibi rumpere possit;
Non ultra, quam vis, officiosus ero.
Teque tegam, qui sis: nisi cum permiseris ipse.
Cogetur nemo munus habere meum.
Tu modo, quem poteras vel aperte tutus amare,
Si res est anceps illa, latenter ama.

Epi-

35. *Aqua.*] *Aquis* Polit. *igne* editi multi.

37. *Poenas parte.*] *Poenam parte* septem. *poenae in parte*, mox, *& e multis* Voss. vid. III. Art. 344.

39. *An tu.*] Multi, *At tu* cum priscis editionibus. Heins

41. *Jure timeres.*] *Jura* Ms. Bersm. & viginti alii cum Edit. Ald. Micyl. Gryph. & aliis. mox *claudere in igne* Leidens.

43. *Define mitem animum.*] *Animam* unus Medonii. Heins. *Magno timore* P. Dan. *informare* quatuor. *inflammare* totidem.

45. *Quod scripsi.*] *Qui scripsi* Junian. Leid. & Servii.

47. *Sed pavor attonito rationis ademerat usum: Cesserat omne novis consiliumque malis.*] Primi versus lectio, ut proposita est, legitur in Aldino, altera in Patavino: utraque praeferenda communi. Fabric. *Demserat*, vel *Cesserat omne meis consiliumque malis* alii.

49. *Vindicis.*] *Principis*, *Caesaris*, *judicis*, solemni permutatione, codices scripti.

51. *Poëtae.*] *Sedali* Moreti duo, Bersm. & Marg. Gryph.

52. *Cara.*] *Tarda* Leid.

53. *Longo mihi proximus usu.*] *Cognitus*, non *proximus*, in nonnullis. Nauger. In multis veterum, *cognitus*, utrumque rectum. Heins. *Erat ambobus* etiam Servii codex.

54. *Nulla libri.*] *Nulla in libri*, editi quidam, *legere* iidem & multi scripti.

57. *Qui sis.*] *Quis sis* P. Dan. supr. *fl.* 3.

57. *Nisi cum permiseris ipse.*] *Permiserit* unus Vatican. Forte,

——— *nisi quâ permiserit ipse,*
Cogetur nemo munus habere meum.

supra de Augusto,

Quaque ego permisi, quaque est res passa, pe-
perit.

Codex Servii, *nisi si.* vide Notas ad Epist. IV. Heins.

59. *Tu quoque.*] Libri veteres, *Tu modo.* Ciof. *Tu modo*, ex melioribus. Heins.

60. *Si res est anceps illa.*] Vatican. *anceps ista.* Ciofan. *Ipse latenter* alii cod. & edit. Ald.

EPISTOLA VII.

AMICIS.

VErba mihi desint eadem tam saepe roganti;
Jamque pudet vanas fine carere preces.
Taedia confimili fieri de carmine vobis,
Quidque petam, cunctos edidicisse reor.
Nostra quid adportet jam notis epistola, quamvis
Charta sit à vinclis non labefacta suis.
Ergo muretur nostri sententia scripti,
Ne toties contra, quam rapit amnis, eam.
Quod bene de vobis speravi, ignoscite, amici:
Talia peccandi jam mihi finis erit.
Nec gravis uxori dicar: quae scilicet in me
Quam proba, tam timida est, experiensque parum.
Haec quoque, Naso, feres: etenim pejora tulisti.
Jam tibi sentiri sarcina nulla potest.
Durus ab armento taurus detractat aratrum:
Subrahit & duro colla novella jugo.

Nos,

1. *Edidicisse.*] *Sese edidicisse* Moretti & tres alii, probante nostro etiam Servio.

2. *Nostra quid adportet.*] *In membranis*, Nostra quid adportet. *Si apicis est exilimo.* Farnic. *Nostra quid portet ex scriptis complurimis.* & mox pro charta codex Polit. *tua.* quomodo Andabatarum quoque pro diversis editum. Idem pro *vinclis* habet, *exulis*, *exulis impositis pro vinclis*, Ibid. II. 21.

3. *Ne mutetur tua verba locis arcta catena,*
Vestraque judicio judicium impleatur, *meum.*

Vestraque judicio judicium impleatur, meum. Sic Scriverius quidem primo edidit, sed versu deinceps correxit, ut ipsemet pro *clausarum* conjecturam confirmat, quae nihil habet simile cum vulgata lectione. Aut certe Livius, *vestra quid optatis*, Reg. ac Mediceus, *vestra quid optatis* Leid. ac Vossianus, *vestra quid optatis* Lipsii, *quam* cum vulgata *Quid optatis* Lectionem exprimunt. Vincta sic in Ms. Vossiano, apud Mart. Capell. lib. VII. pag. 230. Tum, *vestra judicium judicium* quid *optatis*, *meum*, *si* scripsit, *si* pro *sit* & *nisi* pro *mihi*. Deinde clausulae: Dan. de Ms. Vossiano, Scriverius, Thuan. ut supra ex Ms. Vossiano, sed *judicium* pro *judicio*. Ita Ms. Bruxellensis.

8. *Eam.*] *Ear* Junian. quod recepit vir doctissimus, qui Electa Exoniensia edidit, ex suis membranis, quas easdem esse puto.

10. *Peccandi.*] *Peccami* Moretti & tres alii, *speranda* Nic. Berlm. mox, *ne gravis* edit olim; sed scripti plures, *nec.*

12. *Experiamur.*] *Proficiamur* Petav. Heinsius videbat *interficiamur*, id est tarda, quae res mori exspectat lenta. ut Fabius IV. 669. *Exsilii tempus, tibi ne Remedia sera vel, perficiamque.* sed rubigine rodit se librus. *experiare forsan* est, quae non tentes & experiaris contra, ut Caesarem mihi exores. Tercat. Adde III. 5. *cunctor*, *fortasse*, *experiar*. & ita *cunctis exoriri* Ibem & alii saepe. *ne experiare* & *ne* Livio VI. 34. Cicerone & aliis. *experiare ne* Horat. I. Ep. XVII. 22. Sibillae etiam Vat. Flac. II. 33. *cunctare experiare*, *mea*, *precor*, *dum* longi plurima praetexta mihi, *nunc* quoque Naso ferat. quae ex Homeri Odyss. XII. similitudine Nobilium notat Marcilius ad Horat. II. Serm. V. 22. praeterea, *tam probe*, quam Lectiones Dousa.

13. *Disertis orationi.*] *Dotatis*, & *fabrilis* plerique veteres. Mayus.

17. *Cru-*

Nos, quibus adsuevit fatum crudeliter uti,
Ad mala jam pridem non sumus ulla rudes.
Venimus in Geticos fines; moriamur in illis:
Parcaque ad extremum, quâ mea coepit, eat.
Spem juvet amplecti; quae non juvat irrita semper;
Et fieri cupias si qua, futura putes.
Proximus huic gradus est; bene desperare salutem,
Seque semel verâ scire perîsse fide.
Curando fieri quaedam majora videmus
Vulnera, quae melius non tetigisse fuit.
Mitius ille perit, subitâ qui mergitur undâ;
Quam sua qui tumidis brachia lassat aquis.
Cur ego concepi Scythicis me posse carere
Finibus, & terrâ prosperiore frui?
Cur aliquid de me speravi lenius umquam?
An Fortuna mihi sic mea nota fuit?
Torqueor en gravius; repetitaque forma locorum
Exilium renovat triste, recensque facit.
Est tamen utilius, studium cessasse meorum:
Quam, quas admôrint, non valuisse preces.
Magna quidem res est, quam non audetis, amici:
Sed si quis peteret, qui dare vellet, erat.

Dum-

17. *Crudeliter uti.*] *Crudelibus* Leid. unde Heins. *crudelius.* vid. ad Epist. X. 29.

19. *In Geticos.*] *Ad Geticos* Junian. & Putean. *moriamur* Jun. Leidens. & tredecim alii. & mox, *in extremam* Leid. &, *quo mea* Putean. & quinque alii & editi quidam.

21. *Spem juvat amplecti.*] Mallem, *juvet*, ut hortandi modo ponatur, quo sequens verbum *cupias*. Micyll. *Juvet* malim. & versu proximo distinguendum:

Et fieri cupias si qua, futura putes.

Heins. *Juvet* Bersm. & Marg. Micyll. mox Edit. Vicent. *putas.*

23. *Bene desperare.*] *Nullam sperare* Polit. & P. Dan.

24. *Vera scisse perisse fide.*] Durior quidem est concursus in fine. sed retinent manuscripta. Farn. Exemplaria antiqua, *scire*, paullo suavius, &, ut puto, superiori versui accommodatius. Ciofan. *Scire* ex melioribus. Heins. *vestra fide* Ms. Bersm. *scisse perire* Lovan. & Servii.

25. *Curando fieri quaedam.*] *Quaedam fieri* Junian. & duo alii, quem ordinem explicatiorem & ἀμφίδοκον convenientiorem credit Etonensium electorum editor.

28. *Quam sua qui liquidis brachia lassat aquis.*] Manuscripta, *tumidis*: sed lectio unitata magis convenit sententiae. Melius est subito perire, quam diu luctando nihil saluti suae consulere. Fabric. *Tumidis* eadem exemplaria. Probo. Ciof. *Tumidis aquis* melioris notae libri, & *lassat*. Heins. *Jactat* Moretti & Leid. & P. Dan. *laesit* unus. *tundit* alius. *liquidae* & *tumidae* aquae etiam permutatae XIV. Met. 4.

30. *Terra prosperiore frui.*] *Proximiore* Thuaneus alter. qua voce usus etiam Seneca Ep. CIX. Heins.

31. *Speravi lenius.*] *Lovius sperarimus* Leid. P. Dan. & alius cum prim. Edit.

33. *Torqueor en gravius.*] *Heu gravius* tres veteres. Forte, *Torquor hoc gravius*, vel, *Torquet enim gravius.* Heins. *Torqueor an quamvis* Leid.

34. *Renovat.*] *Revocat* Junian. duo alii & prim. Edit.

35. *Cessasse meorum.*] *Cessasse* Polit. aliique nonnulli. Heins. Reddidi vulgatam, & suaviorem, & alioqui nihilo deteriorem. Auctor Elect. Eton. mox, *admorunt* Junian. Leid. & tres alii. *admorim* Edit. Vicent. *admovi* sex scripti. *admonuit* Regius.

38. *Sed si quis.*] *Quae si quis* P. Dan.

Dummodo non vobis hoc Caesaris ira negârit;
Fortiter Euxinis immoriemur aquis.

35. *Dummodo non vobis.*] Legitur in aliis, *nobis* prima persona. Micyll. *Vobis* rectius primus Med. & decem alii. Heins. *Nobis* repositum pro *vobis* longe scilicet, si quid video, praestat. *dummodo nobis vestri fratris vestris, non ira Caesaris hoc negaverit.* Auctor Electr. Eton. *Hoc* Junian. & septem alii. *negabit* Servii & Berlm. *forsitan* tres & Berlm. *fortius* unus. *immoriamur* Polit. & duo alii. *his moriemur* Leid. *non* vel *nos moriemur* alius, vir doctus *immoriatur* ex membranis profert. nec contemnendum putat, quod ego nusquam repperi, nec capio. Burm.

Epistola VIII.

MAXIMO.

Quae tibi, quaerebam, memorem testantia curam
Dona Tomitanus mittere posset ager.
Dignus es argento, fulvo quoque dignior auro:
Sed te, cum donas, ista juvare solent.
Nec tamen haec loca sunt ullo pretiosa metallo.
Hostis ab agricolâ vix finit illa fodi.
Purpura saepe tuos fulgens praetexit amictus:
Sed non Sarmaticâ tinguitur illa manu.
Vellera dura ferunt pecudes, & Palladis uti
Arte Tomitanae non didicere nurus.
Femina pro lanâ Cerealia munera frangit;
Suppositoque gravem vertice portat aquam.
Non hic pampineis amicitur vitibus ulmus:
Nulla premunt ramos pondere poma suo.
Tristia deformes pariunt absinthia campi,
Terraque de fructu quam sit amara docet.

Nil

6. *Ista fodi.*] *Ista* Jun. Polit. & tres alii. *nulla* Leid. *illa coli* quinque libri.

7. *Praetexit amictus.*] *Praetexit* ex libro Politiani aliisque multis. Heins.

8. *Sed non Sarmatico tinguitur illa mari.*] *Texitur, tinguitur, nectitur* in singulis codicibus. *nulla mari* Vatican. *mari autem purpuram tingi*, an recte dicatur dubito. scio *tingi* pro *negoti* & *infici* poni. vid. ad IV. Fast. 740. & alios; sed hoc loco nescio quid absoni inferre hoc verbum videtur. quare praestat lectionem Francofurtensis & duorum aliorum codicum, *Sarmatica tinguitur illa manu*: non tingi artifices in Sarmatia, qui tingere norunt purpuram, ita *Lanificam manum* dixit I. Amor. XIII. 24. & *manus* de operibus artificum cujuscunque generis poni notum est. vid. ad Petron. LXXXIII. immo ipsos *artifices* hac voce notari docet Serv. ad Virg. XI. Æn. 327. priori versu Heinsius olim legebat, *purpura nempe*. Burm.

9. *Et Palladis arte.*] Scaligerum legisse, *at Palladis*, notavit Heinsius, sed non probabat. *vellera nulla* etiam sex scripti cum prim. Edit.

11. *Cerealia munera.*] Multi codices, *femina*. vide ad Remed. Amor. 173. *numina* Junian.

13. *Amictus.*] *Cingitur* Moreti & duo alii. ut II. Trist. 143.

Vidi

Nil igitur totâ Ponti regione sinistri,
Quod mea sedulitas mittere posset, erat.
Clausa tamen misi Scythicâ tibi tela pharetrâ:
Hostle precor fiant illa cruenta tuo.
Hos habet haec calamos, hos haec habet ora libellos:
Haec viget in nostris, Maxime, Musa locis.
Quae quamquam misisse pudet, quia parva videntur;
Tu tamen haec, quaeso, consule missa boni.

Vidi ego pampineis oneratam vitibus ulmum. cingitur Servii & quinque alii. vid. ad I. Fast. 183. Burm.

14. *Suo.*] *Suos* scripti & editi quidam, & alii in margine. sed *suo* in plerisque scriptis. parum refert.

16. *De fructu quam sit amara docet.*] Conjecerat Heinsius, *se fructu*. sed nihil muto. *Amara* etiam terra rei rusticae scriptoribus dicta, ut ad illa Flacci de Condit. Agror. pag. 17. *Si quid enim amari & incerti soli est, id assignatione non datur,* docet Rigaltius. Ludit vero Noster in ambigua vocis *amara* significatione, ut ita pro tristi, invisa & molesta utitur, Elegia seq. vs. 37. pro *docet* unus, *probat*, alius, *notat*. Burm.

21. *Hos habet haec calamos, hos haec habet ora libellos.*] Alius in nonnullis ordo, *Hos calamos habet haec*: sed nihilominus ille *hacvenpòs* asperior est, quem non affectasse puto, sed ei accidisse suo ingenio indulgenti, verisimile est. Fabric.

23. *Misisse pudet.*] *Meminisse* Polit. & Thuan. *pudet* Leid.

Epistola IX.

BRUTO.

Quod sit in his eadem sententia, Brute, libellis,
Carmina nescio quem carpere nostra refers:
Nil nisi me terrâ fruar ut propiore rogare;
Et, quam sim denso cinctus ab hoste, queri.
O quàm de multis vitium reprehenditur unum!
Hoc peccat solum si mea Musa, bene est.
Ipse ego librorum video delicta meorum;
Cum sua plus justo carmina quisque probet.
Auctor opus laudat. sic forsitan Agrius olim
Thersiten facie dixerit esse bonâ.

Ju-

3. *Propiore.*] *Meliore* Polit. *potiore* Ms. Berlm. *& quod sim* quinque.

4. *Cinctus ab hoste loqui.*] *Queri* rectius nonnulli. Heins.

5. *Vitium reprehenditur.*] *Reprehenduris* Polit. Heins.

6. *Bene est.*] *Bona est* prim. Ed. & quatuor scripti. *hoc peccat* Voss. *hoc peccat solo* Gottorph.

7. *Video.*] *Vidi* prim. Edit.

9. *Sic forsitan Accius olim.*] Legendum esse *Agrius*, Canterus lib. II. cap. XXX. Novarum Lect. docuit. Quod Agrium patrem fuisse Thersitis, ex antiquis satis constat. Dan. Heins. *Agrius* legendum jam monui in Novis Lectionibus Gulielmus Canterus lib. II. cap. 30. is enim Thersitae pater, quam lectionem Vaticanus unus confirmat,

Judicium tamen hîc noſtrum non decipit error;
Nec quidquid genui, protinus illud amo.
Cur igitur, ſi me videam delinquere, peccem,
Et patiar ſcripto crimen ineſſe, rogas?
Non eadem ratio eſt, ſentire & demere morbos.
Senſus ineſt cunctis; tollitur arte malum.
Saepe aliquod cupiens verbum mutare, relinquo;
Judicium vires deſtituuntque meum.
Saepe piget (quid enim dubitem tibi vera fateri?)
Corrigere. & longi ferre laboris onus.
Scribentem juvat ipſe favor, minuitque laborem;
Cumque ſuo creſcens pectore fervet opus.
Corrigere at res eſt tanto magis ardua, quanto
Magnus Ariſtarcho major Homerus erat.
Sic animum lento curarum frigore laedit,
Ut cupidi curſor frena retentat equi
Atque ita Di mites minuant mihi Caeſaris iram;
Oſſaque pacatâ noſtra tegantur humo;

Ut

Ut mihi conanti nonnumquam intendere curas,
Fortunae ſpecies obſtat acerba meae.
Vixque mihi videor, faciam quod carmina, ſanus;
Inque feris curem corrigere illa Getis.
Nil tamen è ſcriptis magis excuſabile noſtris,
Quam ſenſus cunctis pene quod unus ineſt.
Laeta fere laetus cecini, cano triſtia triſtis.
Conveniens operi tempus utrumque ſuo eſt.
Quid, niſi de vitio ſcribam regionis amarae?
Utque ſolo moriar commodiore, precer?
Cum toties eadem dicam, vix audior ulli:
Verbaque profectu diſſimulata carent.
Et tamen haec eadem cum ſint, non ſcribimus iſdem:
Unaque per plures vox mea tentat opem.
An, ne bis ſenſum lector reperiret eumdem,
Unus amicorum, Brute, rogandus erat?
Non fuit hoc tanti; confeſſo ignoſcite, docti.
Vilior eſt operis fama ſalute meâ.

Deni-

Moreti codex, *Acrius*. alius, *Alcius*. mox, *dixerit*, pro *dixerat* meliores. Heins. De Agrio vide ad Epiſt. IX. 153. Merula vero Accium intelligit, de quo Perſ. Sat. I. 50. *Non eſt hic Ilias Acci Ebria curatrix*. ſed ibi *Atti* legitur, & de recenti Poëta, qui Perſii tempore vivebat, agi oſtendit Caſaubonus. Burm.

11. *Therſiten facie dixerat eſſe bona.*] *Dixerat*, non *dixerit*, habent manuſcripta. Therſiten Acci tragoediam alibi etiam citatam non invenio. Fabr.

11. *Tamen hic.*] *Hoc* editi quidam. *judicium noſtrum tantus non* P. Dan.

13. *Cur igitur, ſi me videam delinquere.*] Haec ſana lectio in tempore praeſenti, & illa Virgiliana, *Anne pudor quam te violo*. Fabric. *Videam* priſcae editiones cum ſcriptis nonnullis. Heins. Mox, *quid patiar* Thuan.

14. *Scripto.*] *Dampno* & in Marg. *ſcripto* P. Dan.

15. *Non eadem ratio eſt.*] *Non eadem cura eſt* Francofurtenſis, forte recidus. *cura* enim & *curare* propriè medicorum verba.

17. *Saepe aliquod.*] *Saepe quidem* Polit. *reliqui* omnes fere, & mox, *deſinere* odio.

19. *Dubitem.*] *Metuam* Junian. Reg. & alius.

21. *Scribentem juvat ipſe favor.*] In nonnullis, *ipſe favor minuitque laborem*. Nauger. Alii, *labor*. Forte, *calor*. hoc eſt, ut lib. IV. Eleg. II. loquitur,

Impetus ille facit, qui verum pectora nutrit.

ſed nil mutandum. Eadem Elegia, *Exſtitat auditor ſtudium*. & quae ſequuntur. Heins. *Furor* multi codices agnoſcunt.

22. *Pectore.*] *Pondere* Felch. & quatuor alii. *creſcit opus* P. Dan.

25. *Curarum frigore laedit.*] An hoc eleganter & Latine dicatur, vehementer dubito. *frigore mordet* Fragm. Bonh. *torquet* duo. *tendet* totidem. *animum lentum* Junian. & alius. *lactum* Regius. *Laetum* alius. deeſſe tamen aliquid videtur, quo referatur *laedit*, niſi Τὸ *corrigere* cum Merula intelligas, ſed tum praecedenti verſu legendum eſſet, *corrigere ut res eſt*, &c. *ſic* &c. Heinſius conjeceret, *laedor*, ut eſſet Graecismus. vel *ſic animum lentum curarum frigora laedunt*, vel, *animus lento curarum frigore torpet*. in Francof. erat, *curarum pondere laedit*. corruptus certe locus. nam neque aptam video comparationem inter *laedunt* & *retentat*, neque metaphora illa *curarum frigus* placet. quare forte ſcribendum,

Corrigere ut res eſt &c.
Sic animum lentum curarum pondere tardat
Ut cupidi curſor &c.

ſed nondum ſatisfacio mihi, nec concurſus vocum in *um* deſinentium placet. Burm.

26. *Ut cupidi curſus frena retentat equi.*] Senſus eſt: Ita autem corrigendi labor effundit frigora animis, hoc eſt taediosos & tardos facit, perinde ut frena retentant curſum equi cupientis currere, *niſi ἐναλλαγὴν* ſciiicet. Supra autem quod dixit,

Quan-

Quanto Magnus Ariſtarcho major Homerus erat: id ita accipio, quaſi dicat, Tanto difficilior labor eſt, corrigere, quam ſcribere, quanto major erat Homerus Ariſtarcho: hoc eſt, quanto ſuperior ſcribendi facilitate, cum alter multo negotio corrigeret, quae alter nullo pene ſcripſiſſet. eoque & alter alterius quaſi victor ac domitor quidam foret. Micyll. *Curſus* defendit Zinzerl. Promul. cap. XLI. & per hypallagen, ut & Merula & Micyllus fecit, explicat, pro frena retentant curſum. quod durum puto. Berſman. edidit *ut cupidi ſi quis*. quod nusquam repperi. *ut rapidi* Leid. & duo alii. *retentet* tres. *retorquet* duo. Burm.

27. *Di mites.*] *Mitem* volebat Heinſius, ſed an non potius, *Dii mitis Caeſaris*. ut paſſim a clementia Caeſarem laudat. vid. & lib. IV. Eleg. V. 32. Burm.

28. *Noſtra tegantur.*] *Premantur* Ms. Berſm. *deſtituantur* ex ſuo codice Zinzerl. qui multis hoc defendit.

29. *Intendere.*] *Incendere* prim. Ed. *impendere* Moreti codex pro var. lect.

31. *Faciam quod carmina.*] *Faciam qui* Francof. P. Dan. & Leidenſ. *faciam cum* Ms. Berſm. & Junian.

32. *Corrigere.*] *Colligere ipſe* Junian.

33. *Nil tamen eſt ſcriptis.*] *E ſcripiis* cum Frag. Lovan. & uno Vaticano, vel, *in ſcriptis* cum Gottorphiano. Heins.

36. *Suo eſt.*] *Fuit* Ms. Berſm. *eſt* deeſt Jun. & quatuor aliis.

37. *Aſtarae.*] *Iniquae* Gottorph. vid. Eleg. praeced. Sſ. 16. mox, *utque ſolo* edidit Heinſius ex duobus libris.

40. *Profectu.*] *Pro fructu* Servii.

41. *Scribimus.*] *Scribitur* Polit. Jun. P. Dan. & duo alii. *ſcribitur una* alius.

42. *Unaque per plures.*] Malim, *unam per plures opem*. Heins. *Ars mea tentat* Ed. Gryph. Berſm. & alii. *vanaque per plures* multi.

43. *An ne bis ut ſenſum lector reperiret eumdem, &c.*] Aldina editio habet, *An, ne bis ſenſum ſenſum lector reperiret eundem, &c.* ut *Ne* ſecuſum; & pro cauſali particula: *Bis eundem ſenſum, &c.* pro iterato ac ſaepius repetito accipias. Quae lectio melior eſt, & ſenſum planiorem minusque ambiguum reddit. Mox quod ſequitur, *Non fuit hoc tanti*, &c. ad ſequentia referendum eſt. ut ſit ſenſus, Hoc, videlicet variare argumentum, aut ad unum ſolum ſcribere, non fuit tanti momenti, ut propterea ſalutem negligere, ſolique ſuae ſtudere vellem. Nam mihi fama operis vilior ſalute eſt: hoc eſt, ſaluti meae poſponenda. Item infra paulo, quod legitur, *Denique materia, quam quis ſibi finxerit ipſe*, Nic. ἐλλειπτικῶς accipiendum eſt, ut ſit ablativus caſus dictum *materia*, intelligaturque praepoſitio *in*, vel *Circa*. hoc ordine. Denique poëta pro ſuo arbitrio multa variat in ea materia, quam ipſe ſibi fixit, quaſi diceret, In vera autem cauſa, idem non facet. Micyll. *An, ne bis ſenſum* veteres majoris partes, & recte. Heins.

44. *Erat.*] *Eras* octo libri.

47. De-

Denique materiem quam quis sibi finxerit ipse,
Arbitrio variat multa poëta suo.
Musa mea est index nimium quoque vera malorum;
Atque incorruptae pondera testis habet.
Nec liber ut fieret, sed uti sua cuique daretur
Litera, propositum curaque nostra fuit.
Postmodo collectas, utcumque sine ordine, junxi:
Hoc opus eductum ne mihi forte putes.
Da veniam scriptis, quorum non gloria nobis
Causa, sed utilitas officiumque, fuit.

47. *Denique materia.*] *Materiam* plerique veteres. Forte, *materias suas.* & *finxerit ipse* Vossian. Heins. *sibi fecerit* Junian. ut ad Poëtae nomen, a multo dicti, respiciat. eadem varietas mox lib. IV. Eleg. I 28. & alibi. Bersmannus *materia* quoque cum Micyllo capiebat, pro *in materia.* sed ego *materiam* malo, quod apertiorem facit sensum, vel *materiem*, ob sequens *quam.* pro quo malem, *quum.* mox, *quisque poëta* Putean. Burm.

50. *Incorrupti testis.*] *Incorruptae* cum duobus. Heins. *Incorruptae voces* Thuan. vid. IV. Fast. 203. *incorrupta* Vossian.

53. *Utcunque.*] *Ut quaeque* unus Heinsii. vid. XII. Met. 76.

P. OVIDII NASONIS
EPISTOLARUM
EX PONTO
LIBER IV.

EPISTOLA I.

*SEXTO POMPEIO.

ACcipe, Pompeji, deductum carmen ab illo,
Debitor est vitae qui tibi, Sexte, suae.
Qui si non prohibes à me tua nomina poni,
Accedet meritis haec quoque summa tuis.

Sive

* Sexto Pompeio.] In Fastis consularibus Graecis *Sextus Pompejus Magnus* appellatur. quorum auctoritate si nitendum, hic Pompejus Cn. Pompei Magni ex Sexto filio fuerit nepos, cum cognomentum *Magni* non possit cadere, nisi in posteros Pompeji Magni. sed errorem esse persuadeor ut credam. Caeteri Fasti *Sextum Pompeium S. F.* tantummodo appellant. & recte, si quid video. Hunc enim S. Pompejum, originem trahere existimo ab illo Pompejo, qui ad Numantiam male rem gessit, quemque hominem novum Cicero alicubi appellavit. hoc consule mortuum Caesarem Augustum in confesso est. Eidem Proconsuli, Asiam obtinenti, comes ac familiaris abiit in Provinciam Valerius Maximus, ut ipse de se testatur in Commentario illustrium exemplorum, libro II. cap. 1. Idem M. Aemilium Lepidum Asiam Proconsule sortitum ut socordem, inopem, majoribus suis dedecorum, ideoque Asiae sorte depellendum, inclementer apud Tiberium incusavit, ac Senatum sibi adversantem in hac sententia expertus est. Testis rei Tacitus Annalium tertio. Hujus patrem fuisse opinor S. Pompejum S. F. qui Consulatum gessit anno V. C. DCCXVIII. Heins. Vid. Ryck. ad Tacit. I. 7. & hunc forte, quem Lipsius diversum facit, innuit Senec. IV. de Benef. cap. 30. putat enim Lipsius intelligi, qui Consul fuit A. 718. qui hujus pater fuit. memoria ejus exilat etiam apud Grut. XLVIII. II. Burm.

3. *Qui si non.*] *Qui seu* veteres plerique. Heins. Nescio cur illud *si* movendum sit loco? quia scilicet sequitur mox *sive.* atqui sic solebant veteres loqui. lib. II. Amor. VII. 7.

Si quam laudavi, miseros petis ungue capillos,
Seu culpo. &c.

lib. IV. Met. 321. ex Ms.

Si tu Deus es, potes esse Cupido,
Sive es mortalis.

eodem modo peccatur infra Eleg. VIII. 17.

Si genus excutias.

ubi & *seu* reponitur. ut & lib. I. Trist. II. 87. vid. Tanaq. Fabr. ad Terent. Andr. I. 3. Sciopp. susp. lect. I. 21. Burm.

4. *Accedat.*] *Accedat* Moreti & duo. *numeris* Lovan. a m. pr.

Sive trahis vultus; equidem peccasse fatebor.
Delicti tamen est caussa probanda mei.
Non potuit mea mens, quin esset grata, teneri.
Sit precor officio non gravis ira pio.
O quoties libris ego sum mihi visus in istis
Impius, in nullo quod legerere loco!
O quoties, aliud vellem cum scribere, nomen
Retulit in ceras inscia dextra tuum!
Ipse mihi placuit mendis in talibus error;
Et vix invità facta litura manu est.
Viderit ad summum, dixi. licet ipse queratur;
Hanc pudet offensam non meruisse prius;
Da mihi, si quid ea est, hebetantem pectora Lethen;
Oblitus potero non tamen esse tui.
Idque sinas oro; nec fastidita repellas
Verba: nec officio crimen inesse putes.
Et levis haec meritis referatur gratia tantis:
Sin minus; invito te quoque gratus ero.
Numquam pigra fuit nostris tua gratia rebus:
Nec mihi munificas arca negavit opes.

Nunc

4. *Haec quoque summa.*] *Hoc* Lovan. & duo veteres. vt II. Ep. 56.

Delicti hoc meriti summa fuisse mei.
Ovass.

5. *Sive trahis.*] *Si retrahis* Regius.

7. *Esset quin.*] *Quin esset* ex scriptis fere omnibus dedit Heinsius.

8. *Pie.*] *Mes*, vel *pio* P. Dan.

9. *O quoties.*] *Di quoties* prim. Medic. Heins.

11. *O quoties, aliis vellem cum scribere.*] In manuscripto, *alii vellem cum scribere*. Fabric. Scaliger in libri sui margine annotarat,

O quoties, aliud cum vellem scribere, nomen
Retulit.

D. Heins. Cum Scaligero faciunt Puteaneus & duo alii: nosque recepimus ex veram lectionem. *aliis* Junian. & Berlin. & alibi Edit. *conscia dextra* manu. *lingua* etiam Lovan. a m. prim. Burm.

12. *Ipse quidem placuit.*] Rufus, *ipse mihi placui*. Fabric. *Ipse eadem* prim. editio, & duo scripti. Forte, *Ipse sibi placuit*. Heins.

13. *Mendis.*] *Vitiis* duo. *mendis* unus. *vinclis* Regius. *magni* Lejd.

15. *Viderit ad summum.*] *Ad summam*, in nonnullis. Naugerr. Ita & Junian. Leid. & plures alii.

16. *Hanc pudet offensam.*] Patavinum, *Ea pudet*. nec aliter Hervagianum, quae nota doloris huic loco pulchre convenit. Fabric. *Hanc pudet* prim. Medic. & quatuor alii. Heins. *Non meminisse tui* unus.

21. *Haec meritis.*] *Emeritis* P. Dan. & alius. *ex meritis* Ms. Bersm. *& meritis* Polit. & duodecim. *e meritis* Heinsio non displicebat. *Gloria* Fesch.

26. *Fertque refertque.*] Ad lib. I. Trist. Eleg. VI. monui videri scribendum, *fertque feretque*. quod sequentia requirunt. Heins. *Ferque referque* Hasn.

27. *Unde roges forsan.*] *Rogas* Basil. Heins. *Forsitan unde rogas* duo. *futura* novem.

28. *Quod fecit.*] In nonnullis, *quod finxit*. sententia de Aristotelis Ethica sumitur. Fabric. Vid. supr. lib. III. Eleg. IX. 47.

30. *Premit imbre.*] *Premat* prim. Ed. *igne* Regius. *genas* duo.

31. *Vel aenea custos.*] *Aenea* scripti complures. sed videtur *aurea* scribendum. signum enim hoc Palladis ex chore & auro constitisse testantur Pausanias in Atticis lib. I. 2. & Plinius lib. XXXVI. cap. VI. Chronicon Eusebianum tamen sub annum MDLXXX. Olympiade LXXXV. *Phidias eburneam Minervam fecit*. Scholiastes Aristophanis ad illa Ἱππῆς,

Πρῶτα μὲν οὖν ὁ κύων ἦξει Φειδίας πρόπας κακός.

Φιλόχορος, inquit, ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος ταῦτα φησι. Καὶ τὸ ἄγαλμα τὸ χρυσοῦν τῆς Ἀθηνᾶς ἐτάθη εἰς τὸν νεὼν, τὸν μέγαν, ὑπὸ χρυσοῦ ταλάντου μὲν, Παρθενῶνος ἐπιστάτου, Φειδίου δὲ πεποιηκότος. καὶ Φειδίας ὁ ποιήσας δῆθεν ἐνδελεχισμὸς τὸ ἐλέφαντα ἐν αὐτῇ τῇ Φαλίδι ἐκφῦσαι. locus luculentus ad confirmandam conjecturam nostram. mox subjungit nonnulla de Jove Olympio ejusdem Phidiae. vide Suidam in Φειδίας. Sed altius considerantilocum apparet de duplici statua Minervae agi, altera eburnea, altera aenea. Utriusque meminit Plinius libro XXXIV. cap. 7. versu proxime sequenti malim,

Bellica Phidiacâ stat Dea facta manu. non *facta*, quod nunc legitur. quomodo & apud Apulejum censeo scribendum, *Lapis in Dianam fictus*. & apud Claudianum lib. III. in Stiliconem ℣. XXII. & Cons. Olybrii 90. *Fingunt aera lupam*. quomodo & illis scribendum locis monui. nam & statuarii dicebantur *fingere*. Heins. Ex auro & ebore etiam statuam Minervae à Phidia factam in Achaia memorat Pausan. VII. cap. 27. sed ex aere alteram in Arce Athenarum lib. I. Att. 28. quae diversa ab illa ex auro & ebore in Parthenone apud eumde Pausan. lib. I. cap. 24. quas statuas Meurs. Cecrop. cap. XV. & XXV. recte distinguit, & ex aere esse Palladis τῆς Προμάχου, ex auro & ebore Minervae Παρθένου. vid. & Banduri Comment. ad Antiq. Constant. pag. 847. qui non accurate satis distinguit, & Coler. ad Val. Max. I. I. Burm.

33. *Calamis.*] *Calais* Ald. Gryph. Bersm. & aliot. & multi scripti.

35. *Sic ego sum rerum.*] Scribe cum Politiani codice & Fragm. Vatic. *Sic ego pars rerum*. Met. VIII.

Et quota pars illi rerum perire marum.

nisi cum Arondelino,

Sic ego sum rerum pars non extrema tuarum.

Heins. *Regum* multi. *sic pars est rerum* prim. Edit.

Nunc quoque nil subitis clementia territa fatis
Auxilium vitae fertque feretque meae.
Unde, roges forsan, fiducia tanta futuri
Sit mihi. quod fecit quisque tuetur opus.
Ut Venus artificis labor est & gloria Coi,
Æquoreo madidas quae premit imbre comas:
Arcis ut Actaeae vel eburna vel aenea custos
Bellica Phidiacâ stat Dea facta manu;
Vendicat ut Calamis laudem, quos fecit, equorum;
Ut similis verae vacca Myronis opus;
Sic ego pars rerum non ultima, Sexte, tuarum;
Tutelaeque feror munus opusque tuae.

1. *Quod legis.*] *Quam legis* Junian. & forte recte. ut Epist. X. 3. vid. ad Epist. I. 1.

1. *Vates magnorum maxime vatum.*] In quibusdam legitur, *Magnorum maxime regum*. Quod quomodo accipiendum fuerit, non video. Nisi si quis familiae nomen, *Regem*, fuisse dicat: perinde ut Marius, *Rex* dictus: aut Severum hunc sacerdotio junctum intelligat, quod *Regis* nomine vocabatur. Sed de hac re quando alibi nihil extet, ipse priorem lectionem magis sequor, ac probo. Caeterum duo fuerunt poëtae, Severi nomine, alter *Cassius Severus*, Parmensis patriâ, qui in acie Philippica pro Cassio ac Bruto pugnavit: mox Athenas sese contulit, ubi à Vario consilio atque inflincta Augusti occisus dicitur, de quo hoc loco intelligi non potest, quando haec proximo ante Augusti obitum anno scripta sunt. Neque etiam celebraturus Poëta videtur eum, quem

EPISTOLA II.

SEVERO.

QUod legis, ô Vates magnorum maxime Regum,
Venit ab intonsis usque, Severe, Getis.

Cu-

Cujus adhuc nomen noſtros tacuiſſe libellos,
(Si modo permittis dicere vera) pudet.
Orba tamen numeris ceſſavit epiſtola numquam
Ire per alternas officioſa vices.
Carmina ſola tibi memorem teſtantia curam
Non data ſunt. quid enim, quae facis ipſe, darem?
Quis mel Ariſtaeo, quis Baccho vina Falerno,
Triptolemo fruges, poma det Alcinoo?
Fertile pectus habes, interque Helicona colentes
Uberius nulli provenit iſta ſeges.
Mittere carmen ad hunc, frondes erat addere ſilvis.
Haec mihi cunctandi cauſſa, Severe, fuit.
Nec tamen ingenium nobis reſpondet, ut ante:
Sed ſiccum ſterili vomere litus aro.
Scilicet ut limus venas excaecat in undis,
Laeſaque ſuppreſſo fonte reſiſtit aqua;
Pectora ſic mea ſunt limo vitiata malorum:
Et carmen venâ pauperiore fluit.
Si quis in hac ipſum terrâ poſuiſſet Homerum;
Eſſet, crede mihi, factus & ille Getes.
Da veniam faſſo; ſtudiis quoque frena remiſi:
Ducitur & digitis litera rara meis.

Impetus ille ſacer, qui vatum pectora nutrit,
Qui prius in nobis eſſe ſolebat, abeſt.
Vix venit ad partes, vix ſumtae Muſa tabellae
Imponit pigras pene coacta manus.
Parvaque, ne dicam ſcribendi nulla voluptas
Eſt mihi: nec numeris nectere verba juvat.
Sive quod hinc fructus adeo non cepimus ullos,
Principium noſtri res ſit ut iſta mali:
Sive quod in tenebris numeroſos ponere greſſus,
Quodque legas nulli, ſcribere carmen, idem eſt.
Excitat auditor ſtudium; laudataque virtus
Creſcit; & immenſum gloria calcar habet.
Hìc mea cui recitem, niſi flavis ſcripta Corallis,
Quasque alias gentes barbarus Iſter habet?
Sed quid ſolus agam? quâque infelicia perdam
Otia materiâ, ſurripiamque diem?
Nam quia nec vinum, nec me tenet alea fallax,
Per quae clam tacitum tempus abire ſolet;
Nec me, quod cuperem, ſi per fera bella liceret,
Oblectat cultu terra novata ſuo:
Quid niſi Piërides, ſolatia frigida, reſtat,
Non bene de nobis quae meruere Deae?

Im-

Auguſtus odiſſet. Alter fuit *Cornelius Severus*, poëta epicus, de quo Quintilianus quoque meminit his verbis: *Cornelius autem Severus*, inquit, *ipſi verſificator quam poëta melior, ſi tamen ad exemplar primi libri Siculum bellum perſcripſiſſet, vindicaret ſibi jure ſecundum locum*, &c. Quod autem mox ſequitur, *Cujus adhuc nomen noſtros tacuiſſe libellos pudet*, &c. argumento eſt, aut album hunc eſſe Severum poëtam, aliumque eum, ad quem ſupra ſcripſit libro primo Elegia quarta, aut quod libentius crediderim, ordinem ac poſituram Elegiarum eſſe promiſcue factum, neque in his temporum ſeriem ubique obſervatam: id quod & alii quidam annotarunt. Micyll. Multi ex antiquis, *maxime regum*, probe. infra Eleg. ult.

Quique dedit Latio carmen regale Severus.

Tragoediarum ſcriptorem fuiſſe deſignat. ſic Triſt. lib. II.

Et dedimus tragicis ſcriptum regale cothurnis.

Hinc Servius Eclogae VI. initio Virgilianum illud:

Cum canerem reges & praelia,

a nonnullis ad Thyeſten, Tragoediam Virgilio à quibuſdam adſcriptam, referri poſſe contendit. & vide Horat. I. Sat. X. *Pollio Regum Facta canit*, ubi v. Schol. de quo lib. II. Od. I. *Paullum ſeverae Muſae Tragoediae deſit.* Heins. *Regum* jam olim legendum eſſe monuit Scriverius in Nomenclatore Tragicorum Poëtarum, in Caſſio Severo.

2. *Intonſis.*] *Enxinis* Moreti. *indomitis* Junian.

3. *Noſtros libellos.*] *Noſtris libellis* Servii.

4. *Permittis.*] *Permittas* ſeptem libri. *permittes* Leidenſ.

6. *Vices.*] *Vias* tres libri. *pedes* unus.

7. *Teſtantia curam.*] *Vocem* Politian. nihil mutat. vid. lib. III. VIII. I.

8. *Quae facis.*] *Quod facis* Ms. Berſm. & prim. Edit.

9. *Quis mel Ariſtaeo, quis Baccho vina Falerno.*] *Baccho Falerno* multi veteres, & recte. ſic *Falernus ager* & ſimilia. *ulmi Falernae* apud Juvenalem Sat. VI. & *merum Falernum*, ita *Latinis Lyaeus* Sil. III. 370. Caeterum corripuit *vè mel*, raro exemplo, quod ea vox ἀπὸ τοῦ μέλι deducatur. Poſſet alioquin legi, *Mel quis Ariſtaeo*. Heins. Vid. Zinzerling. Promuſſ. cap. 11.

12. *Provenit.*] *Praevenit* Leidenſ. *pervenit* P. Dan.

14. *Cunctandi.*] Alii *cunctandi* legunt, idque magis placet. Micyll. *Hoc mihi* unus. *cunctanti* vero duodecim.

17. *Venas excaecat.*] Variant admodum libri. *cum venas ſiccat aquarum* Polit. *cum venas ſiccat in undas* alius. *excaecat aquarum* item alius. *Venas conſiccat* tertius. *cum venas ſiccat* octo. vid. ad XV. Met. 272.

23. *Frena remiſi.*] *Reliqui* Polit. *ſtudio* unus. *ſtudii* plurimi.

24. *Et digitis.*] *A digitis* Servii, *litera nulla* unus.

27. *Ad partes.*] *In partes* ſcripti & editi quidam. male. Nuc. 68.

Ad partes pertica ſaeva venit.

VII. ad I. Amor. VIII. 87. mox, *impoſuit* tres libri. Burm.

29. *Voluptas.*] *Voluntas* P. Dan. & multi alii.

30. *Nectere.*] *Jungere* Putean. & alius. *ſcribere* duo. *vertere* totidem.

32. *Res ſit ut iſta.*] *Res fuit iſta* Gryph. Berſm. & aliae; *ſit ut illa* octo ſcripti.

33. *Numeroſos ponere greſſus.*] *Greſſus* nonnulli ex antiquis, quod Berſmanno arridebat. fruſtra. Intelligit geſticulationem manuum, quae inter ſaltandum fiebat. Vide Notas noſtras Remed. Amor. ℣. 334. *inceſſus geſtuoſus* Apulejo Met. X. Si quis tamen cum Berſmanno, *numeroſos greſſus* malit, facile accedam. quos *numeros* dixit Marcianus Capella libro IX. *Cujus inceſſum mater Paphias, ut eam contingeret, ſequebatur, licet pulcris roſea numeris ac libratis paſſibus moveretur.* Maximianus Eleg. I.

—— *ſuſpenſos ponere greſſus,*
Et tota nulla cauere nocte ſono.

apud Varronem libro VIII. de Lingua Latina: *quam idem faciat, ac ſi quis puerorum per delicias pedes male ponere, atque imitari vanias coeperit*, ubi *pedes ponere*, quomodo *ponere greſſus* apud Naſonem, verſu proximo pro *legas* Scaliger, *legant*: & ſic Arondelianus. ſed nulla opus mutatione. *legere* pro recitare dixit. Heins. *Ponere* verbum mihi *greſſus* requirere videtur. & ut, *numeroſi greſſus*, ita ad *numerum ſaltare*. vide Gebh. ad Tibul. I. II. 20. *ponere* tamen *geſtum* de Roſcio dixit Val. Max. lib. VIII. cap. 7. §. 7. Niſi ibi *promere* quis mallet, quae verba commutaverunt etiam Libraarii apud Valer. Flacc. VII. 357. Burm.

34. *Idem eſt.*] *Obeſt* Leid. & plures. & Edit. Gryph. Berſm. & al.

37. *Cui.*] *Cur* Putean. & prim. Edit. *nec mea* eadem. mox, *hìc quid ſolus* P. Dan.

At tu, cui bibitur felicius Aönius fons,
Utiliter studium quod tibi cedit, ama.
Sacraque Musarum merito cole: quodque legamus,
Huc aliquod curae mitte recentis opus.

41. *Non mecum me vivum.*] *Nam quia nec vivo* meliores Heins. *Jam quoque nec* P. Dan. *Nam nec me* Regius & tres. *non me nec* Lovan.
42. *Tacitum.*] *Fallax* unus.
45. *Quid nisi Pierides falsitia frigida refsant.*] *Refert* cum quatuor scriptis. Heins. Vid. ad XIV. Vett. 305. *praestant* duo.
47. *Felicius Aönius fons.*] Politianus cum lacuna,

—— *cui bibitur* * * *felicius amnis,*

mox,

Utilius studium quod tibi cedat, ama.

duo libri. *utilius* praeterea tres.

Epistola III.

*Amico instabili.

Conquerar, an taceam? ponam sine nomine crimen?
An notum, qui sis, omnibus esse velim?
Nomine non utar, ne commendere querelâ;
Quaeraturque tibi carmine fama meo.
Dum mea puppis erat validâ fundata carinâ,
Qui mecum velles currere, primus eras.
Nunc, quia contraxit vultum Fortuna, recedis;
Auxilio postquam scis opus esse tuo.
Diffimulas etiam, nec me vis nosse videri:
Quisque sit, audito nomine, Naso, rogas.

Ille

* Amico.] *Ad invidum* Leid. & P. Dan.
1. *Conquerar an taceam? &c.*] Inscriptio ejus Elegiae in aliis nulla est, in aliis, *In amicitiam dissimulatam*, quarum utrumvis melius putem, quam *Ad amicum*, ut Merulae editio habet, inscribi. Nam haud scio, an eundem illum hac Elegia notet, quem *lapidosum* infra vocat, & de quo postea carmina in libin compositit. Nam & hic *perfidum* vocat, & sibi jacenti insultasse dicit. Sed de hoc tamen certum non affirmarim. Micyll.
1. *Sine nomine.*] *Sine crimine nomen* P. Dan. & septem alii.
2. *Qui sis.*] *Quis sis* junian. & multi alii, & Editi quidam. eadem varietas mox Pl. 10. & saepe aliis.
4. *Carmine.*] *Nomine* quinque scripti cum pr. Ed. & aliis.
5. *Fundata.*] *Firmata* unus.
7. *Contraxit.*] *Retraxit* Servii. *vultus* Jun. *ventum* Leid.
8. *Diffimulas etiam.*] *Diffimulas etenim* Servii: deinde, *fateri* duodecim. *tueri* Regius.
10. *Quisque sit.*] *Quique* Frag. Lovan. & Regius. Heins. Ego nihil muto. est enim contemtim, tanquam de obscuro & vili homine, loquendi formula. Florus III. 10. *Quis est Caesar.* vid. ad Epist. II. 106. Burm.
12. *Junctus amicitia.*] *Vinctus* duo libri. melius me judice.
14. *Qui tibi.*] *Et tibi* plurimi.

15. *Con-*

Ille ego sum, quamquam non vis audire, vetustâ
Pene puer puero junctus amicitiâ.
Ille ego, qui primus tua feria nosse solebam,
Qui tibi jucundis primus adesse jocis.
Ille ego convictor, densoque domesticus usu:
Ille ego judiciis unica Musa tuis.
Idem ego sum, qui nunc an vivam, perfide, nescis:
Cura tibi de quo quaerere nulla fuit.
Sive fui numquam carus, simulasse fateris:
Seu non fingebas, inveniere levis.
Dic age, dic aliquam, quae te mutaverit, iram:
Nam nisi justa tua est, justa querela mea est.
Quae te consimilem res nunc vetat esse priori?
An crimen, coepi quod miser esse, vocas?
Si mihi rebus opem nullam factisque ferebas;
Venisset verbis charta notata tribus.
Vix equidem credo, sed & insultare jacenti
Te mihi, nec verbis parcere, Fama refert.
Quid facis, ah demens? cur, si Fortuna recedat,
Naufragio lacrimas eripis ipse tuo?
Haec Dea non stabili, quam sit levis, orbe fatetur,
Quem summum dubio sub pede semper habet.

Quo-

15. *Convictor.*] *Convictu* Vatican. & *longo usu* Medon.

17. *Ille ego sum.*] *Idem ego* concinnius legas ex quatuor libris. pro *qui nunc an vivam* Leidensis, *quem nunc.* Forte, *quem nunc an vivat*, versu proximo pro *cura fuit*, cum *vè fui* mox sequatur, à Nasone relictum nobis, *cura fuit* opinor. Heins. *Quem nunc* P. Dan. vid. VI. Fast. 176.

19. *Simulasse fateris.*] Melius cum sequentibus haec cohaerebunt, si legas, *simulasse fueris.* nam unus ex nostris, *videris.* Heins.

21. *Aut age dic aliquam.*] *Dic age nunc* Polit. alius, *Nunc age dic.* unus Vatic. *Dic age dic.* at uterque Medonii pro diversa lectione, *Eja age dic.* quod verum est sic apud Virgil. *Eia age rumpe moras.* Nemesianus Cynegetico:

Latonae magnum, Phoebe, decus, eia age fustes
Sume habilus.

Valerius Flaccus lib. VIII. 112.

—— *eia, per ipsum*
Stande age, & adverso gressus, ait, imprime dorso.

atque ita passim poëtae. Heins. Ego, *dic, age, dic.* praeuti. ita Juvenal. VI. 279.

—— —— *Dic,*
Dic aliquem fodes, dic Quintiliane colorem.

sic apud Catull. Ep. LXVIII. olim editi, *dic, age, dic nobis, quare mutata* &c. quod nescio cur mutari debeat. vide Broukh. ad Propert. IV. VIII. 17. & quae notavimus ad Ep. XVI. 341. Burm.
23. *Quod te nunc crimen simulem.*] Polit. plurimique alii ex calligatioribus,

Quae te consimilem res nunc vetat esse priori.

recte. utuntur ea voce passim Lucretius, Terentius, ac Cicero. Noster lib. III. Eleg. VII.

Tacdia consimili sieri de carmine vobis.

Heins. *Quae te dissimilem* duo. *consimilem res non* totidem. *consimilem crimen vetat* Ms. Bersm. mox, *voces* Vatic. *notas* Ms. Bersm.
25. *Si mihi rebus opem nullam, factisque ferebas, Venisset verbis charta notata tribus.*] Si me nec re, nec conatu & labore adjuvare poteras, perbrevi saltem Epistola significare debueras. Cicero.
26. *Tribus.*] *Suis* Polit.
29. *Ah demens.*] *O demens* plurimi. *quid si* Re-

gius.

Quolibet est folio, quâvis incertior aurâ.
Par illi levitas, improbe, sola tua est.
Omnia sunt hominum tenui pendentia filo:
Et subito casu, quae valuere, ruunt.
Divitis audita est cui non opulentia Croesi?
Nempe tamen vitam captus ab hoste tulit.
Ille Syracosiâ modo formidatus in urbe,
Vix humili duram repulit arte famem.
Quid fuerat Magno majus? tamen ille rogavit
Submissâ fugiens voce clientis opem.
Cuique viro totus terrarum paruit orbis,
Indigus effectus omnibus ipse magis.
Ille Jugurthino clarus Cimbroque triumpho,
Quo victrix toties Consule Roma fuit;
In coeno latuit Marius, cannâque palustri:
Pertulit & tanto multa pudenda viro.
Ludit in humanis divina potentia rebus:
Et certam praesens vix habet hora fidem.
Litus ad Euxinum, si quis mihi diceret, ibis,
Et metues, arcu ne feriare Getae;

I, bi-

gius. *recedit* Junian. & sexdecim alii. *recedes* Servii & tres.

30. *Tue.*] *Meo* undecim & Bersmanni.

31. *Haec Dea non flabili, &c.*] Idem Scaliger in libri sui margine notarat,

Haec Dea non flabili, quam sit levis, orbe fatetur,
Quem summum dubio sub pede semper habet.

D. Heins. *Hoc dea* Serv.

32. *Quae summum.*] *Quem* repone. neque aliter fragmentum Boxhornianum. Heins. *Quae mundum* tres. *haec summum* prim. Ed.

33. *Folio, & quavis.*] Particula connectendi suavius omittitur. Fabric. *Quavis & inertior* Regius. *quavis non tertior* prim. Ed. *quolibet hoc* & emend. *haec* Lovan.

34. *Par illi levitas, improbe, sola tua est.*] Sic legendum ex veteribus libris, & ratione. Crofan. *Facto tua est* Leid. P. Dan. & duo alii, cum prima & aliis editionibus.

35. *Omnia.*] *Omina* ultra viginti: & Medoniano addita glossa, *fata vel eventus hominis* P. Dan. mox, *quae valuere cadunt* Moreti. sed ut legitur vulgo, citat Anonymus Leobiensis in Chronico lib. xii. tom. 1. Scriptorum Austriacorum pag. 877. nuper a doctissimo Pezio. editus. Burm.

35. *Filo.*] Lucret. lib. II. sub fin. apud Gell. XIII. 20.

Aurea de coelo demisit funis in arva.

Enn. apud Macrob. I. 9.

Haec noctu filo pendebat Etruria tota.

Vide Colum. pag. 55.

37. *Croesi.*] Vide quae notavi lib. III. Trist. Eleg. VII. Crofan.

38. *Nempe.*] *Ille tamen* tres. forte, *vixque tamen*. Heins. *Poenas tulit* quatuor. Heinsius malebat, *luit*.

39. *Syracusia urbe.*] *Syracosia*; dixi lib. VI. 277. Fast. duo veteres, *Syracusa*, etiam bene. Heins. *modo fortunatus* Moreti.

40. *Repulit.*] *Depulit* prim. Ed.

41. *Tamen ipse rogavit Submissa fugiens voce clientis opem.*] Fuit hic Ptolemaeus, ejus Ptolemaei filius, quem Auletem cognomento dixere. Cujus causam Pompejus Romae in senatu egerat, cum è regno ejectus fuisset: obtinuitque, ut restitueretur. qui mox per Gabinium reductus, nec diu regno potitus, ex morbo diem obiit, relictis duobus filiis, & totidem filiabus: ex quibus major natu Cleopatra fuit, cui cum fratre majore regnum Alexandrini contulerunt. Sed tum inter se diffidentes Cleopatra & frater, bellum inter se movebant, quo tempore Pompejus ex Pharsalia fugiens, ad Pelusium, & Casium montem, ubi tum Ptolemaeus soror is incursionem expectabat, vento forte delatus, praemissisque qui regem amicitiae paternae admonerent, ipse autoribus Achilla, Photino, & Theodoto Sophista, qui circa regem erant, à Septimio, desertore suo, ut Florus ait, interfectus est. Autores Strabo libro decimo septimo, Plutarchus, & Appianus. Caeterum non minus miserabilis & illa fugae pars fuit, quando ex Larissa ad mare fugiens, in tugurio piscatorio per noctem latuit: mox scapha fluviali secundum litus devectus, donec à Petitio quodam onerariae navis gubernatore, sive Romano, qui illum forte agnoscebat, receptus, Mitylenen usque ad uxorem delatus fuit. Micyll. *Ille rogavit* scripti plurimi.

43. *Cuique viro.*] Distichon hoc nullius pretii & nugatorium meo periculo ejiciatur. Heins. In Fragmento Lovan. & alio erat pentameter, *Achillas Pharius abstulit ense caput. indigus est factus* Jun. *malis* Leid.

45. *Ille Jugurthino clarus, Cimbroque triumpho, &c.*] Similia sunt illa Propertii lib. & Eleg. III.

Victor cum victis pariter miscebitur umbris,
Consule cum Mario capte Jugurtha sedes.

Crofan. *Ipse* Edit. prim. & scripti nonnulli.

47. *In coeno Marius iacuit.*] *Latuit Marius* quatuor veteres. paulo rectius. Heins.

51. *Diceret.*] *Dixerit* Gerard. Mauric. Historiae Dominorum de Roman. lib. I. pag. 4. & ita P. Dan. codex. *Iuius ad extremum* Lovan.

52. *Arcu Getae.*] Lege, *Gete*. sic *Partha sagitta* apud Nostrum, & *Partha manus* in Fastis. *Scythae exercitus* apud Claudianum, *equus Astur* apud Martialem, & similia passim. de quibus hîc illic jam egimus. Heins. *Et metues* Lovan. a m. pr.

53. *Purgantes pectora succos.*] *Purgantia pocula somnos* Francof. quod quid sit ignoro; latet forte aliquid de papavere. an *portantia?* sed praestat vulgata. Petron. LXXXVIII. *Chrysippus ter hellebro animum detersit. ebibe dixissem* Junian. & duo alii. Burm.

56. *Et summi.*] *Non poteram summi* Bersm. marg. *summi non poteram* Polit. *nec summi* alius.

57. *Tu quoque.*] *Tu modo* Thuan. & Fesch.

I, bibe, dixissem, purgantes pectora succos:
Quidquid & in totâ nascitur Anticyrâ.
Sum tamen haec passus: nec si mortalia possem,
Et summi poteram tela cavere Dei.
Tu quoque fac timeas; &, quae tibi lacta videntur,
Dum loqueris, fieri tristia posse puta.

EPISTOLA IV.

SEXTO POMPEIO.

NUlla dies adeo est australibus humida nimbis,
Non intermissis ut fluat imber aquis.
Nec sterilis locus ullus ita est, ut non sit in illo
Mixta fere duris utilis herba rubis.
Nil adeo Fortuna gravis miserabile fecit,
Ut minuant nullâ gaudia pace malum.

Ec-

1. *Nimbis.*] *Ventis* duo libri.

4. *Rubis.*] *Cibis* prim. Edit.

6. *Ut minuant nulla gaudia parte malum.*] Elegantes Regius codex,

Ut minuant nulla gaudia pace malum.

ita passim *pacem*, & tutus ut esse posset, rogat & optat in his libris, vid. inf. Eleg. XIV. 61. Burm.

Ecce domo, patriâque carens, oculisque meorum,
Naufragus in Getici litoris actus aquas;
Quâ tamen inveni vultum diffundere cauſſam
Poſſem, Fortunae nec meminiſſe meae.
Nam mihi cum fulvâ triſtis ſpatiarer arenâ,
Viſa eſt à tergo penna dediſſe ſonum.
Reſpicio: nec corpus erat, quod cernere poſſem:
Verba tamen ſunt haec aure recepta meâ:
En ego laetarum venio tibi nuntia rerum,
Fama per immenſas aëre lapſa vias.
Conſule Pompejo, quo non tibi carior alter,
Candidus & felix proximus annus erit.
Dixit: &, ut laeto Pontum rumore replevit,
Ad gentes alias hinc Dea vertit iter.
At mihi, dilapſis inter nova gaudia curis,
Excidit aſperitas hujus iniqua loci.
Ergo ubi, Jane biceps, longum reſeraveris annum,
Pulſus & à ſacro menſe December erit;
Purpura Pompejum ſummi velabit honoris:
Ne titulis quidquam debeat ille ſuis.
Cernere jam videor rumpi penetralia turbâ;
Et populum laedi deficiente loco.

Tem-

8. *Aſtus aquas.*] *Aquis* P. Dan. & decem ſcripti cum Edit. Gryph. quod quem ſenſum faciat non video.

9. *Diffundere cauſſa.*] *Cauſſam* Francof. & fere omnes ſcripti. & rectius meo judicio, *inveni cauſſam, qua &c.* ſic, *inventa cauſſa eſt* Terent. Andr. IV. I. & ita alii loquuntur. *poſſem* Polit. & duo alii. *poſſim* Ms. Berſm. Burm.

11. *Cum fulvâ triſtis.*] *Dum fulva* P. Dan. & ſex libri & prim. Edit. *nuper ſpatiarer* Servii codex. mox, *à tergo* Leid. deinde pro *reſpicio, reſpiceram* unus.

16. *Lapſa Vias.*] *Loſſa vices* pr. Edit.

18. *Erit.*] *Erat* unus. *eat* Vatic.

19. *Laeto.*] *Ioto* Servii. *clamore* Leidenſ. Pudean. & prim. Edit. *haec dea* ſex libri & ead. Edit.

23. *Pulſus & à ſacro.*] *A ſacro* unus Voſſianus. *à ſacro* Junian.

27. *Cernere jam videor rumpi penetralia turbâ.*] Perſius mendoſus. *videor* plerique veteres. *recte.* mannulli etiam, *penetralia*, ſed ne ſic quidem locus ſolidi videtur plane in integrum reſtitutus. Heins. Forte, *cernere jam videor rumpi laeva atria turbâ*, vel, quia bis praeceſſit jam illa vox, *plena atria*, agit enim de proceſſu conſulari, quo gratulantium turba in atria conveniebat, ut deducerent novum conſulem in Capitolium. *cernere videor* dictum, ut apud Terent. Adel. III. IV. 20. *videre videor illum diem.* de *cernere* vid. ad Petron. cap. CXXI. Burm.

29. *Templaque Tarpeiae primum tibi ſedis adiri, &c.*] Hunc etiam morem oſtendit ſub principium lib. I. Faſt. ubi hoc poſtremo uſus erat carmine:

Flamma nitore ſuo templorum verberat aurum,
Et tremulum ſumma ſpargit in aede jubar.
Veſtibus intactis Tarpejas itur in arces,
Et populus feſto concolor ipſe ſuo eſt.
Jamque novi praeeunt faſces, nova purpura fulget,
Et nova conſpicuum pondera ſentit ebur.
Colla rudes operum praebent ſerienda juvenci,
Quos aluit campis herba Faliſca ſuis.
Ciofan.

30. *In tua vota.*] *Ad tua* Ms. Berſm.

31. *Boves niveos.*] Boves candidos pro ſacrificio veteres ſolebant interficere. Seneca in Oedipo:

Appellite aris candidum tergo bovem.

Item eos, qui numquam araverant. Vide obſervat. in lib. Faſt. Ciofan. *Domitos* unus. mox, *terra Faliſca* tres *quos alit in* Leid. & P. Dan.

33. *Cumque Deos omnes &c.*] Ordo eſt, & cum cupias omnes deos, ſubaudi ab inferiori, eſſe aequos tibi, tum Caeſar cum Jove, quos impenſius, hoc eſt curioſius & magis cupias eſſe tibi aequos, erit, ſubaudi, aequus. Merkl. Vel potius, erunt iis, quos tu impenſius precaberis tibi aequos atque propitios fore. Micyll. *Aut* xowoũ aſſumendum, *cupias* tibi eſſe aequos. Bersm. *Tunc quos impenſius ores* Regius. *tunc* etiam multi.

34. *Cum Jove Caeſar erit.*] Malim, *erunt.* & mox, *Curiaque excipiet*: pro *Curia te excipiet.* Heins.

37 *Tua vox.*] *Tua mens* tres libri. mox, *proſtrata quasque* duo.

Templaque Tarpeiae primum tibi ſedis adiri;
Et fieri faciles in tua vota Deos.
Colla boves niveos certae praebere ſecuri,
Quos aluit campis herba Faliſca ſuis.
Cumque Deos omnes, tum quos impenſius aequos
Eſſe tibi cupias, cum Jove Caeſar erit.
Curia te excipiet, Patresque è more vocati
Intendent aures ad tua verba ſuas.
Hos ubi facundo tua vox hilaraverit ore:
Utque ſolet, tulerit proſpera verba dies;
Egeris & meritas Superis cum Caeſare grates:
Qui cauſſam, facias cur ita ſaepe, dabit:
Inde domum repetes toto comitante Senatu;
Officium populi vix capiente domo.
Me miſerum, turbâ quod non ego cernor in illâ:
Nec poterunt illis lumina noſtra frui!
Quamlibet abſentem, quâ poſſum, mente videbo:
Adſpiciet vultus Conſulis illa ſui.
Di faciant, aliquo ſubeat tibi tempore noſtrum
Nomen; &, Heu, dicas, quid miſer ille facit?
Haec tua pertulerit ſi quis mihi verba, fatebor
Protinus exſilium mollius eſſe meum.

Epi-

40. *Cauſam dabit.*] *Dabunt* tres ſcripti. ſed recte cauſam gratias Dis agendi uni Caeſari imputaverit. Heins.

43. *Cernor.*] *Cernar* plurimi nihil muto. Met. X. 334.

Me miſeram, quod non naſci mihi contigit illic.
Epiſt. XX. 133.

Me miſerum, quod non medicorum juſſa miniſtro, Heins.

44. *Nec poſſunt iſtis lumina noſtra frui.*] In veteribus, *poterant.* Fabric. *Poterunt* Ms Berſm.

45. *Quod licet abſentem.*] *Qua licet* multi. Fragmentum Boxhorn. *qualibet.* Scribe *Quamlibet abſentem.* Vide Notas Epiſt. VI. Heins.

49. *Haec tua protulerit.*] *Pertulerit* ex ſcriptis. Heins. *Hinc tua* Ms. Berſm

50. *Exilium mitius.*] *Mollius* iidem ex parte majori. & *eſſe mihi*, pro *meum* Arondel. & Rottendorph. Heins. *Levius* unus.

Epistola V.

EIDEM JAM CONSULI.

Te, leves elegi, doctas ad Consulis aures;
  Verbaque honorato ferte legenda viro.
Longa via est; nec vos pedibus proceditis aequis:
  Tectaque brumali sub nive terra latet.
Cum gelidam Thracen, & opertum nubibus Haemon,
  Et maris Ionii transieritis aquas;
Luce minus decimâ dominam venietis in Urbem,
  Ut festinatum non faciatis iter.
Protinus inde domus vobis Pompeja petatur.
  Non est Augusto junctior ulla Foro.
Si quis, ut in populo, qui sitis, & unde, requiret:
  Nomina deceptâ quaelibet aure ferat.

Ut

2. *Recreata.*] Vid. ad I. Fast. 32.

3. *Aequis.*] De hac locutione in alia re vid. ad III. Fast. 565. vide an etiam huc illud Senecae de Cicerone judicium, quo ejus *compositis pedem dicendi servare*, ut explicat Salmasius Epistol. CXVI. ad Graevium, referri possit. & illud Statii I. Silv. II. 7. *Alternum fallere pedem*, ubi Gevartius malebat, *fraudare*, de quo loco cogitandum amplius censeo; nam & de eo vehementer sollicitus est Gronovius Diatrib. Stat. cap. VIII. sed *facere alternum pedem*, possit idem esse, quod supra hoc lib. Epist. II. 6. dixit *Ire per alternas vices*. & ita Scaeva de Elegis. ita contra Heroico carmini *aequor pedes* dat inf. Epist. XVI. II. BURM.

5. *Et opertum nubibus Haemum.*] *Haemon* Fragmentum Vatic. & Gryphii Editio. sic & in Met. VI. 87. superiori versu, *terra rigat* non male Leidenses. HEINS. *Terra jacet* duo, *Outhem* Ms. Bersm. *Ionius* Junius.

7. *Venietis.*] *Venietis* unus Heins. & *petatur* mox ubi & Edit. prim.

10. *Non est Augusto junctior ulla foro.*] In aliis, *Augusti*, sed & infra Eleg. XV. 16.

Quam domus Augusto continuata foro.

Ex V. Fast. 551.

Templaque in Augusto continuata foro.

Augusti forum tanto splendore fuit, ut inter orbis miracula numeretur à Plinio. Loquitur enim in hoc loco non de ea domo, quae ad Circum fuit, in quam Pompejus Magnus migravit: sed de avita Pompejorum domo, quae una parte Carinas, altera forum Augusti attigit. Hic Sext. Pompejus, cum Sext. Appulejo Consul fuit, quo anno Caesar Augustus vita functus est. FABRIC. Pompeji Magni domus in Carinis ad Telluris aedem, teste Suetonio in vita Pompeji Lenaei Grammatici. HEINS.

11. *Requirat.*] *Requiret* meliores. mox, *qualibet aure ferat* Leid.

13. *Esse.*] *Ipse* P. Dan. Cod.

15. *Nullo prohibente.*] *Ullo* Junii codex & postrema Aldi cum Gryphiana. quod malo. HEINS.

18. *Cum premet.*] *Aut premet* tres. *cum premat* Servii.

18. *Aut populi reditu.*] Vide dissertationem nostram de Vectigalib. cap. VIII. *validam hastam* hic tres libri. perperam.

21. *Julia templa vocati.*] *Tecta* Servii. *recepti* Ms. Bersm. *ubi erunt* etiam multi.

24. *Deque parum noto consulet officio.*] Explicet Merula de rebus pertinentibus ad consulatum minus notis Pompejo, ut novo consuli. Crispinus, quia omnia ex Caesaris nutu componenda erant, & ita consul ignoraret, quid agendum esset. parum, certe, blande; nec Ovidium tam adulandi imperitum fuisse puto, ut ignorantiam aut servitutem tam imprudenter objiceret Pompejo. praeterea dilucho proximo egit de relatione ad senatum,

Ut sit enim tutum, sicut reor esse, fateri;
  Verba minus certe ficta timoris habent.
Copia nec vobis ullo prohibente videndi
  Consulis, ut limen contigeritis, erit.
Aut reget ille suos dicendo jura Quirites,
  Conspicuum signis cum premet altus ebur:
Aut, populi reditus positam componet ad hastam,
  Et minui magnae non sinet Urbis opes.
Aut, ut erunt Patres in Julia templa vocati,
  De tanto dignis Consule rebus aget.
Aut feret Augusto solitam natoque salutem;
  Deque parum noto consulet officio.
Tempus ab his vacuum Caesar Germanicus omne
  Auferet. à magnis hunc colit ille Deis.
Cum tamen à turbâ rerum requieverit harum;
  Ad vos mansuetas porriget ille manus:
Quidque parens ego vester agam, fortasse requiret.
  Talia vos illi reddere verba velim.

Vivit

cum, hoc vero agit, de iis, quae ad Augustum & ejus jam collegam Tiberium referre solebant consules. quare legerem,

Deque patrum toto consulet officio.

consulet Caesares, *quale velint esse officium* totius senatus. antequam enim res ad senatum referrebantur, solebant illae à consulibus ad Augustum referri, qui in consilio suo domestico cum quibusdam de negotiis ad frequentem senatum referendis ante tractabat; Suet. Aug. XXXV. hoc autem factum videtur in quotidiana & matutina consulum salutatione in Palatio. *toto* est in codice Servii. Ceterum priori versu, *natoque coronam* Felchii habet codex. quod non intelligo, quo spectet. videant docti; an hic aliquid de corona civica, & laurea, quae ex decreto senatus ante domum Caesaris pendebat, sit intelligendum. an forte ea quotannis renovata, (ut lib. III. Fast. 133. de Flaminum, Curiae & Regiae dixit) à Consulibus ad Palatium ferretur? an ubi nova victoria reportata esset, vel aliis in casibus? an ex voto aliquo? & tunc legendum esset, *deque patrum voto*, ut *laurea vota* IV. Trist. II. 56. latet certe in hoc dilucho aliquid reconditioris antiquitatis, quod vix perspicio BURM.

25. *Tempus ab his vacuum Caesar Germanicus omne Auferet. à magnis hunc colit ille Deis.*] Hic locus ita intelligendus videtur, ut Germanicum accipiamus, ea hyeme, quae obitum Augusti proxime antecessit, Romae fuisse, & sequenti aestate in Germaniam abiisse. vel, (quod tamen minus probarim) jam tum in Germania fuisse, cum haec à Poëta scriberentur: id ipsum autem Poëtam ignorasse. Nam quo alio pacto Consulem Pompejum vacuas horas collocasse Germanico dicemus, qui tum in Germania fuit, cum Augustus moreretur? Mortuus enim Augustus est, Coss. Sex. Pompejo, ad quem hic scribit Poëta, & Sex. Apulejo, XIII. Calend. Septembris, ut Suetonius tradit. Quo tempore Germanicus apud Rhenum exercitui praepositus fuit: id quod ex Tacito pariter & Suetonio patet. Ita enim Suetonius in Caligula de illo ait: *Missusque ad exercitum in Germaniam excessu Augusti nuncupato, legiones universas imperatorem Tiberium pertinacissime recusantes, & sibi summam reipublicae deferentes, incertum constantia an pietate majore compescuit.* Tacitus autem libro primo de iis loquens, quae Tiberius in novo principatu egerat: *At Germanico Caesari*, inquit, *proconsulare imperium petivit, missique legati qui deferrent, simul moestitiam ejus ob excessum Augusti solarentur.* MICYLL.

25. *Tempus ab his vacuum.*] Malim, *vacuo*. vide Notas Trist. IV. Eleg. III. vs. 77. HEINS.

27. *Cum tamen à turba rerum requieverit harum.*] Rectius, *cura* refingas. infra Eleg. IX.

Cum tamen à cura rerum propiore vacabis.

proximo versu, *affectas manus* Twisdenianus, non *mansuetas*. HEINS. Sed Epist. II. 72. dixit, *de tanta rerum turba &c. affectas* etiam P. Dan. cod.

Vivit adhuc, vitamque tibi debere fatetur,
Quam prius à miti Caesare munus habet.
Te tibi, cum fugeret, memori solet ore referre,
Barbariae tutas exhibuisse vias.
Sanguine Bistonium quod non tepefecerit ensem,
Effectum curâ pectoris esse tui.
Addita praeterea vitae quoque multa tuendae
Munera, ne proprias attenuaret opes.
Pro quibus ut meritis referatur gratia, jurat,
Se fore mancipium, tempus in omne, tuum.
Nam prius umbrosâ carituros arbore montes,
Et freta velivolas non habitura rates,
Fluminaque in fontes cursu reditura supino;
Gratia quam meriti possit abire tui.
Haec ubi dixeritis, servet sua dona, rogate.
Sic fuerit vestrae causa peracta viae.

30. *Reddere verba.*] *Verba referre* duo libri. *reddite verba* Servii. *volo* Edit. & scripti quidam.

30. *Velim.*] *Volo* P. Dan. Bersm. & editi nonnulli.

32. *Quod prius.*] *Quam* recte veteres plerique. Heins.

33. *Bistonium ensem.*] *Bistoniam hastam* unus, quod fortasse ex Epist. I. 19. *tepefecerat* etiam hic plurimi.

36. *Cura pectoris esse tui.*] *Tui* ex scriptis. Heins. Imitatus haec auctor carminis in Anselmum apud Baluz. t. IV. Misc. pag. 559.

Hoc quod vivit adhuc, quod non est lumine fossus,
Effectum curae quis negat esse tuae?

ubi legendum arbitror, *quod non est lumine cassus.* vid. Virgil. II. Aeneid. 85. Burm.

37. *Tuendae.*] *Tenendae* Mr. Berlman. *suae vitae multa* Moreti & sex.

40. *Mancipium tempus in omne tuum.*] In olim editi. Heinsius edidit *mancipii tui.* nec monuit unde habeat: video & Excerpta Scaligeri hanc lectionem praeferre, sed ex nullo codice. Brissonius lib. VI. de Form. pag. 517. lubens emendat,

Se fore mancipio tempus in omne tuum.

ut Eleg. XV. 42. dixit,

Meque tuum libra noris & aure magis.

& Lucret. III. 984. *Vitaque mancipio nulli datur,* quae quamvis non displiceant, contra libros tamen scriptos introdere periculosum credo. *mancipium* ergo pro servo capimus, ut inf. Eleg. VIII. 66. *Si quid &c. Restat in ingenio servitus omne tibi.* Burm.

42. *Velivolas.*] *Veliferas* plurimi.

43. *In fontes.*] *In montes* Junian. & quatuor alii. vid. ad XIII. Met. 954.

EPISTOLA VI.

BRUTO.

Quam legis, ex illis tibi venit epistola, Brute,
Nasonem nolles in quibus esse, locis.
Sed,

4. *Hei mihi.*] Liber Ursini, *Et mihi.* Vid. Eleg. IX. Harum. Cioran. *Valent* Leidens. P. Dan. & duo alii & Bersmanni.

5. *In Scythia.*] *In Scythica* Moreti. an *Scythico?*

6. *Lus-*

Sed, tu quod nolles, voluit miserabile fatum.
Hei mihi, plus illud, quam tua vota, valet!
In Scythiâ nobis quinquennis Olympias acta est:
Jam tempus lustri transit in alterius.
Perstat enim Fortuna tenax, votisque malignum
Opponit nostris insidiosa pedem.
Certus eras pro me, Fabiae lux, Maxime, gentis,
Numen ad Augustum supplice voce loqui.
Occidis ante preces; cautamque ego, Maxime, mortis
(Nec fueram tanti) me reor esse tuae.
Jam timeo cuiquam nostram mandare salutem:
Ipsum morte tuâ concidit auxilium.
Coeperat Augustus deceptae ignoscere culpae;
Spem nostram, terras deseruitque simul.
Quale tamen potui de coelite, Brute, recenti
Vestra procul positus carmen in ora dedi.

Quae

6. *Lustri.*] Alterius Quinquennii. Horatius lustrum pro seculo posuit, more poëtico, *ut rem Romanam Latiumque felix Alterum in lustrum meliusque semper Proroget aevum.* Merul. Locus est in carmine seculari, sed tamen pro lustratione ac ritu, quo in ludis secularibus utebantur, accipi magis, quam simpliciter pro tempore, *lustrum* eo loco videtur. Micyll.

7. *Perstat enim fortuna tenax.*] Contrarium illi, v. Trist. VIII. 16.

Et manet in nullo certa tenaxque loco.

Vulgaris enim lectio minus placet. Fabric.

7. *Vetusque malignum Opponit votis invidiosa pedem.*] Lege ex veteribus libris, *Votisque malignum Opponit nostris.* Cioran. Metaphora à cursoribus Virg. v. 335. *nam sese opposuit Salio.* Bersm. *Invidiosa* scripti & editi quidam. non male. nam *opponere pedem* est insidiatoris, utitur hac phrasi & Petron. cap. LVII. *habebam in domo, qui mihi pedem opponeret,* quare male, *opponit* hîc tres scripti & prim. Ed. Burm.

9. *Laus maxima gentis.*] *Maxime* veteres plerique. Heins. Duo etiam codices, *lux*, sic & alibi *sidus* appellat. *dux* Francof.

11. *Ante preces.*] *Ante diem* Putean. *pedem* Moreti & alius. *Concidis* etiam Junian. ut saepe alibi.

11. *Cautamque ego, Maxime, mortis Me reor esse tuae.*] De morte Maximi meminit Tacitus lib. I. his verbis: *Quippe rumor incesserat, pactos ante menses, Augustum electis consciis, & comite uno Fabio Maximo, Planasiam vectum, ad visendum Agrippam. Multas illinc utrinque lacrymas, & signa charitatis, spemque ex eo fore, ut juvenis penatibus avi redderetur. Quod Maximum uxori Martiae aperuisse, illam Liviae, C. Nasonium id Caesari. Neque multo post extincto Maximo, dubium an quaesita morte, auditos in funere ejus Martiae gemitus, semet incusantis, quod causa exitii marito fuisset, &c.* Hanc igitur causam, quia Ovidius, utpote tam longe remotus, scire non posset: aut etiam, si sciebat, palam edere nollet, fingit se dubitare, utrum ipse causa illius mortis exiterit. Micyll.

12. *Fueram.*] *Fuerim* Medonii. etiam bene. *non fueram* editi quidam.

13. *Jam timeo nostram cuiquam mandare salutem.*] *Salutem* accipio, non quae in principio Epistolarum alicui scribendo nunciatur, sive optatur: sed revera salutem, hoc est, vitam & incolumitatem. ut sit sensus: Quia igitur Maximus, is in quo summam spem positam habebam, decessit, vereor deinceps ulli amplius curam salutis & incolumitatis meae commendare. Micyll.

14. *Concidit.*] *Concidit* Junian. *morte sua* tres libri.

15. *Coeperat Augustus deceptae ignoscere culpae, Spem nostram, terras deseruitque simul.*] De Augusti morte infra Eleg. IX.

Et modo Caesar avum, quem virtus addidit astris,
Sacravunt aliqua carmina parte tuum.

Et IX.

Tu certe scis haec, superis astrite, videsque
Caesar, ut est oculis subdita terra tuis.

Periit autem Augustus anno ab Urbe condita DCCLXVI. Aetatis vero suae LXXVI. Cioran.

17. *Quale tamen potui de coelite, Brute, recenti, &c.*] Augustum intelligit, cui defuncto statim divus honor

Quae profit pietas utinam mihi; sitque malorum
Jam modus, & sacrae mitior ira domus!
Te quoque idem, liquido possum jurare, precari,
O mihi non dubiâ cognite Brute notâ.
Nam cum praestiteris verum mihi semper amorem;
Hic tamen adverso tempore crevit amor.
Quique tuas pariter lacrimas nostrasque videret;
Passuros poenam crederet esse duos.
Lenem te miseris genuit Natura, nec ulli
Mitius ingenium, quam tibi, Brute, dedit.
Ut qui, quid valeas, ignoret, Marte forensi,
Posse tuo peragi vix putet ore reos.
Scilicet ejusdem est, quamvis pugnare videtur,
Supplicibus facilem, sontibus esse trucem.
Cum tibi susceptа est legis vindicta severae;
Verba velut tinctum singula virus habent.
Hostibus eveniat, quam sis violentus in armis
Sentire, & linguae tela subire tuae.
Quae tibi tam tenui curâ limantur, ut omnes
Illius ingenium corporis esse negent.
At si quem laedi Fortunâ cernis iniquâ,
Mollior est animo femina nulla tuo.
Hoc ego praecipue sensi, cum magna meorum
Notitiam pars est inficiata mei.

Im-

Honores decreti fuere. Sic enim & Tacit. lib. I. *Cauterum sepultura*, inquit, *more perfecta, templum & caelestes regiones decernuntur* (intellige Augusto.) Micyll.

20. *Mitior.*] *Sit minor* unus liber. super. versu, *plenas precor ne mihi* Ms. Bersm. cui non displicet.

22. *Brute nota.*] Alias, *non dubia fide*, pro certo atque indubitato. Micyll. *Nota* veterum librorum lectio, quae optima est, agnoscitur à Ricciâ, receptque exponitur, lib. II. Metamorph. fub finem:

Ede notam tanti generis.

Ciofan. *Nota* Scaligeri codex atque alii complures bene. Heins.

23. *Amorem.*] *Honorem* Ms. Bersm.

26. *Esse duos.*] *Deos* Edit. Gryph. mendose.

27. *Ulli.*] *Illis* pr. Ed.

29. *At qui quid valeas ignorat.*] *Ut qui quid valeas ignores* ex calligationibus. Heins. *Ut quidquid* Edit. olim. *& qui quam* Ms. Bersm. *si quis* P. Dan. deinde, *in arte forensi* plurimi scripti. male. vid. ad III. Trist. XII. 18. Burm.

31. *Pugnare videtur.*] *Videntur* sex scripti. & tum dele *τὸ est* cum tribus libris. Heins. Ita erat Gerardus Maurisius lib. I. Historiae Dominorum ex Romano in initio. qui &, *supplicibus facilem.* Burm.

34. *Tinctum.*] *Tritum* vel *tactum* Moreti. *tinctum* Maurif. Histor. Dominor. de Romano pag. 14.

45. *Qui mala sollicite nostra levatis.*] *Solliciti* cum Polit. & quinque aliis. *levastis* Barberin. praeterea *vestrum* pro *vestri* scribendum praecedenti versu. Heins. *Sollicita nostra levatis ope* P. Dan.

45. *Et prius hic nobis.*] *Hinc* nonnulli. Scribe, *heu nobis nimium conterminus Ister* cum Barberin. & Rovendorph. Heins.

46. *Euxino.*] *Euxini* Ms. Bersm. & P. Dan.

47. *Utque Thyesteae redeant si tempora mensae.*] *Ante* Pelchii & Hafnienfis. multi alii, *Atque.* Opinor castigandum,

Ante

Immemor illorum, vestri non immemor umquam,
Qui mala solliciti nostra levastis, ero.
Et prius (heu nobis nimium conterminus!) Ister
In caput Euxino de mare vertet iter:
Utque Thyesteae redeant si tempora mensae,
Solis ad Eöas currus agetur aquas:
Quam quisquam vestrûm, qui me doluistis ademtum,
Arguat ingratum non meminisse sui.

Ante, Thyesteae redeant cum tempora mensae,
Solis ad Eoas currus agetur aquas.

pro *tempora* etiam *fercula* malim reponi. sed obstant libri veteres. Nam Nonius docet, *Ferculum* proprie esse *missum carnium.* Hinc apud Juvenalem Sat. XI.

Fercula nunc audi nullis ornata macellis. Heins.

49. *Doluistis ademtum.*] *Adomto* edidit Heinsius. quod in nullo codice aut editione repperi. ut & vidimus Eleg. IV. 48. *gaudere aliquid* mutasse. sed cum utrumque rectum sit, scriptos libros sequendos esse puto. vid. ad lib. VII. Met. 720. Burm.

Epistola VII.

*VESTALI.

Missus es Euxinas quoniam, Vestalis, ad undas,
Ut positis reddas jura sub axe locis;
Adspicis en, praesens, quali jaceamus in arvo:
Nec me testis eris falsa solere queri.
Accedet voci per te non irrita nostrae,
Alpinis juvenis regibus orte, fides.
Ipse vides certe glacie concrescere Pontum.
Ipse vides rigido stantia vina gelu.

Ipse

*. *Ad Vestalem.*] Scaliger in margine codicis sui adscripserat, Praesidem ponti primipilum. Qui & versu ejusdem Elegiae tertio, pro *Aspicis en praesens*, è codice suo *Praeses* adscripserat. D. Heins. In Vaticano vero erat VESTALI. PRO.P. id est, Propraetori. est autem *Vestalis* cognomen Fabiae Gentis: ita *Fabius Vestalis*, qui de pictura scripsit, saepe Plinio laudatur. vide Indicem libr. XXXV. & XXXVI. *Vettius Vestalis* apud Gruter. MCXLIX. 12. & Reinf. I. 48. Burm.

1. *Missus es Euxinas quoniam Vestalis ad orat.*] Libri veteres *ad undas.* Ciofan. Ita fere omnes scripti.

3. *Aspicis en praesens.*] *Praeses* codex Scaligeri, Pelchii, optim. Vatic. & Regius. bene, idem Vatican. Epistolam hanc inscribit *Vestali prop.* hoc est *pro Praeside.* Heins. *Praesens* praeferrem, quia hoc melius *τῷ adspicis*, & mox *testis* convenit. si de parte aliqua administrationis, cui praefectus erat Vestalis, ageret, *Praeses* posset admitti; sed hîc ejus testimonium tantum invocat. XIII. Met. 825.

Nil mihi credideris: praesens potes ipse videre.
conspicis Junian. *aspicis an* Ms. Bersm. Burm.

4. *Queri.*] *Loqui* P. Dan. Putean. & octodecim alii.

5. *Accedet voci nostrae non irrita per te.*] Convenientior verborum ordo,

Accedet voci per te non irrita nostrae.

Fabric. Reddidi tamen in Vicentina editione re-

Ipse vides, onerata ferox ut ducat Iazyx
Per medias Istri plaustra bubulcus aquas.
Adspicis & mitti sub adunco toxica ferro,
Et telum cautas mortis habere duas.
Atque utinam pars haec tantum spectata fuisset,
Non etiam proprio cognita Marte tibi!
Tenditis ad primum per densa pericula pilum:
Contigit ex merito qui tibi nuper honos.
Sit licet hic titulus plenis tibi fructibus ingens,
Ipsa tamen virtus ordine major erat.
Non neget hoc Ister: cujus tua dextera quondam
Poniceam Getico sanguine fecit aquam.
Non neget Ægyptos, quae, te subeunte, recepta
Sensit in ingenio nil opis esse loci.
Nam dubium, positu melius defensa manuve,
Urbs erat in summo nubibus aequa jugo.

Sit

gentium ordinem, qui mihi stabilitate quadam & simplici gravitate fidem verbis praestat, & mirifice loco convenit. Auctor Elect. Eton. *Accedat Pith.* & Putean.

6. *Alpinis Iazygis regibus, &c.*] Apparet Cottios Alpes satis notas ac familiares fuisse Merulae, qui & Cottam superiorem, nomen, & hunc Vestalem, genus suum ab illis traxisse putarit. Quod igitur ad utrumque pertinet, ipse viderit. Nam & alii reges Alpini fuere praeter *Cottium*: & a quo Cottianae Alpes dictae sunt. non *Cottius*, sed *Cottius*, per C ante T, ab eruditioribus scribi solet. Micyll. In Juniano erat, *Alpinis finibus*. in uno, *montibus*.

7. *Classe tenuerat.*] Vid. haec & seq. illustrantem Pontanum ad Macrob. lib. VII. Saturn. 12.

8. *Rhodio.*] Gelido Junian. & Marg. Bersm. *flammis magna* Servii cod.

9. *Verus Iazyx.*] Sic quidem in omnibus fere exemplaribus legitur, sed depravate: quare non *Iazyx*, sed *Iazyge* legendum est. Fuere enim *Iazyges* populi Scythae, qui campos & plana tenuere, ut Vinius docet: fuereque alii ad Maeotim, alii Danubii juxta, Metanastae, quasi migratores appellati. Unde non est mirandum, si hic Ovidius bubulcum ex ea gente plaustrum per mediam Istrum agitantem ducere fatentur. De his ita meminit Ovidius de Tristibus:

Iazygas & Celtchi, Materaque turba, Gataeque.

Ut Valerius Flaccus:

Impetat, & strictis se urget Iazygas ensis.

Manut. Scribe, *Iazyx*. Ἰάζυξ, Ἰάζυγος, ut Ἰάζιξ, Ἰάζυγος; *Iazyges* alibi vocat non uno loco Noster. certe Rottendorph. *Iazix*. praecedenti versu pro *vina* Petri Servii codex, *musta*. Heins. *Tinis* Junian. *Hiatis* prim. Edit. *Yazes* Leid. *Yapyx* Bersm. Ed. *educat ut altas* Regius. *ferox trahat ut glacialis* Servii & P. Dan.

11. *Et mitti.*] *Et missi* Polit. mox, *Et telum* plurimi. *& caussas telum* Junian.

14. *Non etiam.*] *Et non jam* Junian. *Esse etiam* Barber. *nox etenim* Servii. Et superiori versu, *pacata fuisset* Regius.

15. *Pericula.*] *Piacula* Regius.

16. *Nuper honos.*] *Primus honos* Ms. Bersm.

18. *Major erat.*] Mallem cum duobus codicibus & prim. Edit. *erat. inest*, vel *adest* Heinsius malebat.

19. *Non neget.*] *Neget* Thuaneus, & ita scribe districho sequenti. *nec negat* alius.

21. *Non negat Ægyptos, quae te subeunte, &c.*] Sensus planus est ex iis, quae sequuntur. Nam a Getis (ut supra quoque lib. I. Eleg. VIII. meminit) interceptam, ac regi Thraciae ademptam, recuperatam mox Vitellii opera & auxilio dicit. in qua recuperatione ac pugna Vestalem quoque praeclaram operam navasse innuit, cum ait: *Subeunte eo*, hoc est, oppugnante atque ascendente muros, receptam. Micyll. Vide notas lib. I. Eleg. VIII. §. 13. Heins. Edit. Vicent. *Egyptos*. Ms. apud Bersm. *Egyros*. membranae nostrae, *hoc Egiros*. caedem lib. I. El. VIII. *Egissus*, quae sequuntur ex Epit. Stephan. faciunt, ut suspectam habeam notitiae Imperii lectionem, quam amplexus est Heinsius Ἄγχιαλος πόλις Θράικης &c. *ἐπιπλὼν Ἀγάθωνος* quem in locum ista Berkelius. Goltzius ex Gordiani nummo ΑΓΑΘΩΝΟΣ meminit. adeo ut hic

Sithonio Regi ferus interceperat illam
Hostis, & ereptas victor habebat opes.
Donec flumineâ devecta Vitellius undâ
Intulit, expositio milite, signa Getis.
At tibi, progenies alti fortissima Dauni,
Venit in adversos impetus ire viros.
Nec mora; conspicuus longe fulgentibus armis,
Fortia ne possint facta latere, caves:
Ingentique gradu contra ferrumque locumque,
Saxaque brumali grandine plura, subis.
Nec te missa super jaculorum turba moratur,
Nec quae viperco tela cruore madent.
Spicula cum pictis horrent in casside pennis:
Parsque fere scuti vulnere nulla vacat.
Nec corpus cunctos feliciter effugit ictus;
Sed minor est acri laudis amore dolor.

Ta-

hic scribendum videatur; τὸ ἔπαυλον Ἀγάθωνος, & urbis nomen Ἀγαθὸς quod etiam Alphabetico ordini, quo epitomator utitur, non repugnat. Auctor Elect. Eton. *hoc Gipsos* Edit. prim. *Ægyros* tres.

22. *Sensit in ingenio nil opus esse loci.*] Nil prodesse loca munita vel natura, vel praesidio humano. ubi notandum quod dicimus etiam, *est mihi opus hujus rei*. qua locutione frequentius utuntur Poëtae. vel, *sensit opus loci*, sensit molem & difficultatem urbis, & locorum nihil esse in ingenio, hoc est in comparatione ingenii, & ubi intenderis ingenium. sunt qui legant, *in ingenio nil opis esse loci*. ut sit ordo, sensit nil opis, hoc est nullum auxilium esse in ingenio loci, in natura loci. Merula. Eaque verior expositio. innuit enim altitudinem & asperitatem loci nihil profuisse illi, quo minus caperetur. Micyll. Vide quae collegi lib. V. Trist. Clofan. *Ab ingenio* Junian. *esse tui* Ms. Bersm.

23. *Nam dubium est.*] *Est* deest omnibus fere scripsit. & Aldinae Edit. *An dubium, positu* Junian.

25. *Sithonio regi.*] Hoc est, Thraciae regi. Est enim Sithonia, pars Thraciae quaedam, ut Stephanus ait, à qua & Sithones & Sithonii, populus, ex quo parentes Orphei procreati fuere, ut Plin. autor est. Vitellium autem, de quo postea sequitur, non Ponti, sed Moesici exercitus ducem, aut legatum aliquem fuisse intellige, atque inde Istro devectum. Neque enim ex Ponto per Istrum licebat devehi, sed subvehi. Et Pontus provincia in adverso littore, hoc est, Asiatico erat. De Moesia autem, & exercitibus, qui in ea contra incursiones Dacorum, & Getarum, & caeterarum gentium tenebantur, passim apud scriptores legitur, praesertim qui Caesarum historias composuere. Mox quod sequitur, *Progenies alti fortissimi Domui*, sive (ut alii) *Donni*, non ad Vitellium, sed ad Vestalem referendum: cujus genus supra, ex Alpinis regulis deductum dixit, quorum unum & *Domnum* hunc fuisse accipio. nam Vitellianorum genus unde, & à quibus potissime coeperit, ac nobilitatum fuerit, Sueton. in vita Auli Caes. docet. Micyll. Cotyn intelligit doctissimus Auctor Elect. Eton.

27. *Vitellius.*] Forte A. Vitellius, patruus Caesaris Vitellii, qui Consulatum gessit sub Tiberio A. V. C. DCCXXCIV. nisi ad L. Vitellium patrem referre mavis. Heins.

28. *Intulit.*] *Impulit* Junian. *impositio* Regius.

29. *Progenies alti fortissima Domni.*] Ignotum hoc nomen. *Domni* Polit. & octo alii. sex, *Doni*, tres, *Dampni*, totidem, *Danni*. Scribe, *Dauni* cum uno Vossiano. ut ad Turni patrem, Rutulorum regem, respiciat. Heins. An *Fauni* scribere voluerit? à Fauno enim, Aboriginum rege, & Vitellia, quae multis locis pro nomine colebatur, Vitellios ortos tradit Suetonius. Brass. At longe ab alpibus Rutuli. illic *Idonni* regnum invenit Cluverius apud Strabon. lib. IV. Cottii regno proximum: ideoque in hoc loco legerat, vel *Donni*, (ut & antea legebatur) vel *Idonni*. Auct. Elect. Eton. *Verni* unus, *Dempni* P. Dan. *justi fort.* Putean.

30. *Viros.*] *Rogos* Polit. suspicabatur Heinsius, *globos*.

31. *Longe fulgentibus.*] Malim cum Farnesiano, *late, longe fortissimis* Ms. Bersm.

Talis apud Trojam Danaïs pro navibus Ajax
Dicitur Hectoreas sustinuisse faces.
Ut propius ventum est, admotaque dextera dextrae,
Resque fero potuit cominus ense geri;
Dicere difficile est, quid Mars tuus egerit illic,
Quotque neci dederis, quosque, quibusque modis.
Ense tuo factos calcabas victor acervos;
Impositoque Getes sub pede multus erat.
Pugnat ad exemplum Primi minor ordine Pili:
Multaque fert miles vulnera, multa facit.
Sed tantum virtus alios tua praeterit omnes,
Ante citos quantum Pegasus ibat equos.
Vincitur Ægyptos: testataque tempus in omne
Sunt tua, Vestalis, carmine facta meo.

34. *Saxaque.*] *Telaque* Thuan. vid. Ibid. 468. & Nuc. 132.

36. *Micident.*] *Rubent* Gottorph. Heinsius malebat, *virent*. vid. eum ad Claud. Eidyll. VI. 96. & supr. lib. II. 18.

37. *Haerent in cassida.*] *Horrent* Putcaneus, quod verum puto. *Horrere* enim hic pennis, pilis & similibus eleganter dicitur, vid. ad Petron. XCIX. Burm.

38. *Vacat.*] *Caret* sex libri. *crudo vulnere* Regius. Heins. volebat, *fero fixit vulnere*.

40. *Acri.*] *Atlae* Junian. Auctor Elect. conjiciebat, *altae, caras* unus.

41. *Navibus.*] *Classibus* unus. & mox, *Sustinuisse manus* duo.

43. *Admotaque.*] *Commissaque* Gottorph. quod ex Epist. II. 31. ubi alio sensu habetur, est repetitum. ut *juncta dextera dextrae* Ep. XII. 90.

46. *Dederis.*] *Dederis* Edit. Dan. Heinsii.

48. *Impositoque.*] *Impositusque* P. Dan.

54. *Sunt tua.*] *Sint tua* Francofurtensis.

Epistola VIII.

SUILLIO.

Litera sera quidem, studiis exculte Suilli,
Huc tua pervenit, sed mihi grata tamen:
Quâ, pia si possit Superos lenire rogando
Gratia, laturum te mihi dicis opem.

Ut

1. *Litera sera quidem, studiis exculte Suilli.*] *Suilli* lego, à recto *Suillius*, ita enim apud Tacitum & Dionem quosdam reperio. Videtur autem hic fuisse P. Suillius, qui aliquando Quaestor Germanici fuit. (nam hoc innuere Poëta videtur infra, ubi ait, *Dii tibi sint Caesar juvenis, tua numina placa*, &c.) Poëta autem sub Tiberio in exilium actus, quod pecuniam ob rem judicandam accepisset. Et mox reversus, sub Imperio Claudii, vergente jam aetate, in *judiciis & delationibus terribilis ac venalis*, ut Tacitus ait, *habitus*: cujus opprimendi causa sub Nerone repetitum credebatur Senatusconsultum, poenaque legis Cinciae, adversus eos, qui pretio causas oravissent. Unde ad postremum iterum damnatus, & in insulas Baleares relegatus fuit, cum potentiam Senecae corripuisset. Vide Tacitum libro quarto & decimo tertio. Micyll. P. Suillium intelligi existimabat Scaliger, quem Quae-

Ut jam nil praestes, animi tum factus amici
Debitor; & meritum, velle juvare, voco.
Impetus iste tuus longum modo duret in aevum;
Neve malis pietas sit tua lassa meis.
Jus aliquod faciunt adfinia vincula nobis,
Quae semper maneant illabefacta precor.
Nam tibi quae conjux, eadem mihi filia pene est:
Et quae te generum, me vocat illa virum.
Hei mihi, si lectis vultum tu versibus istis
Ducis, & adfinem te pudet esse meum!
At nihil hîc dignum poteris reperire pudore,
Praeter Fortunam, quae mihi caeca fuit.
Si genus excutias; Equites, ab origine primâ,
Usque per innumeros inveniemur avos:
Sive velis, qui sint, mores inquirere nostros;
Errorem misero detrahe, labe carent.
Tu modo, si quid agi sperabis posse precando,
Quos colis, exora supplice voce Deos.
Di tibi sunt Caesar juvenis, tua numina placa.
Hac certe nulla est notior ara tibi.

Non

Quaestorem Germanici fuisse lib. 4. notat Tacitus: *At P. Suillium, Quaestorem quondam Germanici, cum Italia arceretur, convictus pecuniam ob rem judicandam accepisse, amovendum in insulam censuit, tanta contentione animi, ut & jurejurando obstringeret, è Republica id esse. Quod aspere acceptum ad praesens, mox in laudem vertit, regresso Suillio: quem vidit sequens aetas praepotentem, venalem, & Claudii principis amicitia, diu prospere, nunquam bene usum.* D. Heins. Hic sine dubio est P. Suillius, qui Quaestor primum Caesaris Germanici, Legatus deinde Proquaestore in Asia, deinceps post excessum Germanici convictus accepisse pretium ob rem judicandam, Italia pulsus atque ejectus, Tiberii mox edicto relegatur in Insulam, eoque mortuo reversus, Claudii Caesaris demum amicitia ac familiaritate diu feliciter est usus. Sub Nerone tandem, quod pretio conductus accusasse insimularetur, & complures adegisse ad mortem, Senecae impulsu lege Cincia damnatus, & in Baleares deportatus est. Rem omnem copiose persecutus est Tacitus libris IV. XI. & XIII. P. Suillius Rufus Consul suffectus anno V. C. DCCCXCVIII. sub Claudio Caesare, totis triginta annis post Nasonis excessum, quem hunc nostrum esse vix dubito. Idem P. Suillius Rufus Consul perhibetur quoque à Plinio in Historia Naturali libro VII. cap. 5. Is ipse Suillius, aut ejus certe filius, Consul Ordinarius anno V. C. DCCCII. cum C. Antistio Vetere. Cognomentum illi fuisse videtur *Nervilianо*, cum Cassiodorus Veterem & Nervilianum consules ejus anni laudet, ubi audiendos non puto, qui *Servilianum* reponunt. Tacitus Annalium XIII. P. Suillii filium *Nerulinum* appellat. Heins.

1. *Exculte.*] *Exculta* Servii. *huc quoque pervenit* Ms. Bersm.

3. *Si posset.*] *Possit* duo libri. *quae pia* Ms. Bersm.

5. *Ut jam nil.*] *Ut mihi nil* P. Dan. Jun. Leid. Ms. Bersm. & prim. Ed. *ut mihi non* Regius.

7. *Modo duret.*] *Mihi duret* plurimi. *modo detur* P. Dan. mox *lapsa* nonnulli. *pulsa* unus. *victa* P. Dan. & Regius. non male.

9. *Adfinia.*] *Confinia* Putean. *communia* P. Dan. duxerat Privignam Ovidii.

15. *Nihil hîc dignum poteris reperire pudore.*] *Pudoris* Paravinus. Vide Notas Trist. IV. Eleg. III. vs. 57. Dictys Cretensis libro IV. *Ajax indignatus Graecis, quod nihil in his dignum doloris juxta amissionem tanti heroïs animadverterent.* Heins. *Nihil hoc* Ms. Bersm.

17. *Seu genus.*] *Si genus* Moreti codex. vid. supr. ad Eleg. IV. *inquiras* P. Dan. a m. prim. & Moreti à secunda. deinde, *inveniuntur* P. Dan. & Servii. *inveniantur* duo.

19. *Sive velis mores, qui sint, inquirere nostri.*] Lib. Ursini,

Non finit illa sui vanas antistitis umquam
Esse preces. nostris hinc pete rebus opem.
Quamlibet exiguâ si nos ea juverit aurâ,
Obruta de mediis cymba resurget aquis.
Tunc ego tura feram rapidis sollemnia flammis;
Et, valeant quantum numina, testis ero.
Nec tibi de Pario statuam, Germanice, templum
Marmore. carpsit opes illa ruina meas.
Templa domus vobis faciant urbesque beatae:
Naso suis opibus, carmine, gratus erit.
Parva quidem fateor pro magnis munera reddi,
Cum pro concessâ verba salute damus.
Sed qui, quam potuit, dat maxima, gratus abunde est;
Et finem pietas contigit illa suum.
Nec, quae de parvâ Dis pauper libat acerrâ,
Tura minus, grandi quam data lance, valent.
Agnaque tam lactens, quam gramine pasta Falisco,
Victima Tarpejos inficit icta focos.
Nec tamen, officio vatum per carmina facto,
Principibus res est gratior ulla viris.
Carmina vestrarum peragunt praeconia laudum:
Neve sit actorum fama caduca cavent.
Carmine fit vivax virtus; expersque sepulcri,
Notitiam serae posteritatis habet.

Tabi-

Sive vultis qui sint mortis inquirere, — Sive mallis, qui sint mortis inquirere, Heins.

23. *Di tibi sunt.*] *Sint* Francof. Putean. & sex alii. Heinsius malebat, *sit tibi sunt.*

24. *Haec certe non est actior ara tibi.*] Plenius, quod in antiquis, *Haec certe nulla est.* Fabric. Idem liber, *hoc certe nulla est.* Ciofan. *Altior ara* tres libri; unus, *certior.*

25. *Non finit.*] *Nec finet* prim. Medic. *non finet* Ms. Bersm. *non finit ara* Moreti.

27. *Juverit.*] *Paverit* unus Vatic. unde Heins. *foverit.* sed *juventus* venti & aurae passim.

29. *Solemnia.*] *Baldemia* P. Dan. & Medonii. *Solemina* Leid. qui &, *O ego tura.*

32. *Carpsit.*] Confunsi in hoc meo exilio fortunas, aut eas sibi ademptas significat: nam exules bonis multantur. ut docet Cicer. v. Tusc. Quaest. inferior sententia magis placet: quia alibi Poëta dicit, sibi non ademptas fuisse bona, quemadmodum exulibus fieri solebat. Megula. Tu *carpsit* expone, attenuavit ac minuit: id enim verius significat *carpere*, quam consumere. Micyll. *Tanta ruina* Medonii liber. bene. *ista* Ms. Bersm. *carpere* recte exponit Micyll. infr. Eleg. IX. 122.

Exiguas carpo munere pauper opes,

vide de hoc verbo Lambin. ad Horat. I. Od. II. Burm.

33. *Vobis faciant.*] Ita edidit Heins. ex Leid. Moreti & octo aliis. mox, *dum pro* Junian. deinde, *sed qui quod potuit* Idem & Regius, *quisquae* P. Dan. *quae potuis* septem. *dat munera* Bersman. *gratus habatur* Leid.

39. *Nec quae.*] *Nec quod de parva thus pauper* Medon.

40. *Tura minus, grandi quam data lance, valent.*] Vatic. *juvant.* Ciofan. Ita quinque libri. *placent* unus.

41. *Gramine.*] *Gramina pasta Falisca* Vatican.

44. *Gratior.*] Ita ex Leidensi & duodecim aliis cum prim. Ed. rescripsit Heinsius. vulgo, *apter.*

45. *Praeconia laudum.*] *Rerum* Moreti & Thuan-

an, *vastarum peragunt praeconia rerum.* ut *vastae res* dictae sint, quemadmodum lib. II. Trist. 335. *immania Caesaris acta. certarum* volebat Heins. *nostrarum* quidam codices. sed generatim loqui Nasonem melius puto. mox, *auctorum* Leid. & tredecim alii cum prim. Edit. *Autori* Jun. *actoris* Ms. Bersm. *caduca favent* Leidens. Burm.

54. *Post haec.*] *Haec* Servii, *has* Heinsius malebat.

55. *Dicere, sunt.*] *Vivunt* unus Heinsii.

59. *Gigantes.*] Scribe, *Gigantas.* ut passim optimi codices apud Nostrum. neque aliter apud Silium, Lucanum, & Statium vetustissima exemplaria. Vide Fast. III. Vs. 439. Heins.

60. *Nubifero igne.*] *Nimbifero* Scalig. prim. Medic. & quinque alii. rectius. Met. III. 299. *nimbos* fulmini quoque conjungit de Jove Semelen adituro:

—— *ultumque sequentia traxit*
Nubila; quis nimbus, immixtaque fulgura ventis
Addidit, & tonitrus, & inevitabile fulmen.

Tabida consumit ferrum lapidemque vetustas;
Nullaque res majus tempore robur habet.
Scripta ferunt annos: scriptis Agamemnona nosti;
Et quisquis contra, vel simul arma tulit.
Quis Thebas septemque duces sine carmine nosset,
Et quidquid post haec, quidquid & ante fuit?
Di quoque carminibus (si fas est dicere) fiunt:
Tantaque majestas ore canentis eget.
Sic Chaos, ex illâ naturae mole prioris,
Digestum partes scimus habere suas:
Sic adfectantes coelestia regna Gigantas,
Ad Styga nimbifero vindicis igne datos.
Sic victor laudem superatis Liber ab Indis,
Alcides captâ traxit ab Oechaliâ.
Et modo, Caesar, Avum, quem virtus addidit astris,
Sacrârunt aliquâ carmina parte tuum.
Si quid adhuc igitur vivi, Germanice, nostro
Restat in ingenio, serviet omne tibi.
Non potes officium vatis contemnere vates:
Judicio pretium res habet ista tuo.
Quod nisi te numen tantum ad majora vocasset,
Gloria Piëridum summa futurus eras.
Sed dare materiam nobis, quam carmina, majus:
Nec tamen ex toto deserere illa potes.

Nam

—— *permixtaque nimbis*
Fulmina.
Heins. *Fulmineo* Regius.

63. *Avum.*] Adoptione. Vide quae dixi in scholiis lib. I. Fast. Ciofan.

65. *Vivi.*] *Vivum* Regius & mox, *ab ingenio* Junian. *serviat* Idem Barb. & prim. Ed.

67. *Officium.*] *Ingenium* Ms. Bersman.

68. *Te numen.*] *Numen* unus Heinsii cum prima editione, ut Augustus intelligatur. *ad majora tulisset* quatuor libri.

71. *Sed dare materiam nobis, quam carmina, mavis, &c.*] Ita Aldina lectio habet, quae planior est, quam ea, quam Merula sequitur, qui *Majus* legit. Est autem sensus: Sed mavis tu facere res praeclaras, quam scribere: quandoquidem te nomen Caesarum, & titulus tuus ad majora opera vocavit, quam ad carmina scribenda. Micyll. Parum referre arbitror: sed *maius* etiam Francofurtensis & undecim alii: *materiam tu nobis carmina mavis* Farnes.

Ut De-

Nam modo bella geris, numeris modo verba coërces,
Quodque aliis opus est, hoc tibi ludus erit.
Utque nec ad citharam, nec ad arcum segnis Apollo est;
Sed venit ad sacras nervus uterque manus;
Sic tibi nec docti, nec desunt principis artes:
Mixta sed est animo cum Jove Musa tuo.
Quae quoniam nec nos undâ submovit ab illâ,
Ungula Gorgonei quam cava fecit equi;
Prosit, operique ferat communia sacra tueri:
Atque isdem studiis imposuisse manum.
Litora pellitis nimium subjectâ Corallis
Ut tandem saevos effugiamque Getas,
Clausaque si misero patria est, ut ponar in ullo,
Qui minus Ausoniâ distet ab Urbe, loco.
Unde tuas possim laudes celebrare recentes,
Magnaque quam minimâ facta referre morâ.
Tangat ut hoc votum coelestia, care Suilli,
Numina, pro socero pene precare tuo.

Epi-

72. *Deserere illa potes.*] *Desuevi* Hafnienſis. Adi Notas Art. Amor. lib. II. ſub finem. Heins.

73. *Numeris modo bella coërces.*] *Verba coërces* plerique veteres. & recte. Heins. Reſtitui tamen, *bella*, quod mihi praeſtantius atque vividius. Auctor Elector. Exon. Sed *bella coërcere numeris* vel verſibus non eleganter dici poſſe puto. nec credo Stephano, in theſauro exponenti, hoc eſſe, belli hiſtoriam carmine componere. ſed numeris, id eſt, certis modis & pedibus verba, quae aliter ſoluta & libera in oratione quaſi vagari videntur, coercere, eſt carmina ſcribere. nec ullum indicium eſt, Suillum bella vel eorum hiſtoriam ceciniſſe, ſed labores belli ſuaviare inuſices & carminum temperaſſe & levaſſe. nam idem dicit hic Ovidius, quod Horatius de Alcaeo l. 32.

Qui fortis bello, tamen inter arma &c.
Liberum & ſanctas Venerem que & illi
Semper haerentem Puerum canebat.

coërcere vero idem eſt, quod *alligare*, *adſtringere*, *claudere* numeris verba, ut paſſim Noſter reliqui loqui ſolent. *numeris nectere verba* ſupra h. l. Epiſt. II. 30. & infr. Epiſt. ult. 36. *Clauderet imparibus verba Capella modis.* ſed quid moramur in re plana? Burm.

74. *Lusus erat.*] Idem liber, *ludus.* Ciofan. Ita plurimi. *quodque aliis labor eſt* Medon. & P. Dan.

75. *Segnis.*] *Lentus* unus Heinſ.

79. *Nec nos.*] *Nec vos* Jun. Servii & prim. Ed. *unda dimovit* duo.

81. *Tueri.*] *Tuenti* Servii & quatuor alii. & Berſmanni.

85. *In illo.*] *Ulla* repoſuit Heinſius ex Moreti codice. mox *diſtat* editiones multae, & octo ſcripti. *locus* Putean.

87. *Recentes.*] Malim, *recenter.* Heins.

88. *Magnaque quam minimâ facta referre morâ.*] In Antiquis *magnaque per minimam facta referre moram.* de quo judicet lector. Fabr. *Cum minima mora* edidit Berſman. Epiſt. II. 94.

Oscula per longas jungere preſſa moras.

90. *Pene.*] *Saepe* Ms. Berſm.

2. *Ab*

Epistola IX.

GRÆCINO.

UNde licet, non unde juvat, Graecine, salutem
Mittit ab Euxinis hanc tibi Naso vadis.
Missaque Di faciant Auroram occurrat ad illam,
Bis senos fasces quae tibi prima dabit.
Ut, quoniam sine me tanges Capitolia Consul,
Et fiam turbae pars ego nulla tuae,
In domini subeat partes, & praestet amici
Officium justo litera nostra die.
Atque ego si fatis genitus melioribus essem,
Et mea sincero curreret axe rota;
Quo nunc nostra manus per scriptum fungitur, esset
Lingua salutandi munere functa tui.
Gratatusque darem cum dulcibus oscula verbis:
Nec minus ille meus, quam tuus, esset honor.
Illâ (confiteor) sic essem luce superbus,
Ut caperet fastus vix domus ulla meos.
Dumque latus sancti cingit tibi turba Senatus,
Consulis ante pedes ire viderer Eques.
Et quamquam cuperem semper tibi proximus esse,
Gauderem lateri non habuisse locum.

Nec

2. *Ab Euxinis.*] *Ab hirſutis h. t. N. Getis* Combii.

4. *Bis senos fasces.*] Inſigne Conſulatus. Martialis lib. XIX. de Silii Conſulatu:

Biſſenos jubet en redire faſces
Nato conſule, nobilique virga
Vatis Callalium domum ſonare.

Ciofan. *Prima dedit* ſex ſcripti.

5. *Et quoniam.*] *Ut* decem ſcripti. recte. Heins. *Tangis* Putean.

7. *Subeant.*] *Subeat* Moreti, Jun. Leid. & quatuor alii, cum editis multis.

8. *Justo die.*] Merula interpretatur die, quo epiſtolam hanc eſſe Romae juſſit, nempe Kal. Januariis. *noſtro litera miſſa die.* codex P. Servii. quod poſſet capi, ut *meus dies.* vid. Gronov. I. Obſ. 2. Gevart. Lect. Papin. II. 18. ſed melius forte, *feſto litera noſtra die.* ut vſ. 56. *litera miſſa* duo libri. Burm.

9. *Si fatis essem melioribus ortus.*] Vetuſta, *ſi fatis genitus melioribus eſſem*, quod ideo praefero, quia magis tribuo vetuſtis. Fabric. *Genitus melioribus eſſem*, libri veteres. hunc autem locum non fatis recte interpretatur Merula. Ciofan. *Atque ego* Haſn. *aſt ego* Moret.

12. *Munere.*] *Munera* Servii codex.

14. *Honor.*] *Honos* tres ſcripti.

16. *Illa.*] *Illa* Regius & P. Dan.

17. *Sancti.*] *Summi* P. Dan. Horat. IV. Od. 5. *Sanctum concilium Patrum* dixit.

18. *Ire jubarer eques.*] Rectius, *viderer*, cum uno Vaticano. & *cingit* pro *cingat* potiores praecedenti verſu. Heins.

20. *Gauderem lateris.*] *Lateri* majori ex parte libri. Heins. *Vix habuiſſe* unus Voſſii.

Nec querulus, turbâ quamvis eliderer, essem:
Sed foret à populo tunc mihi dulce premi.
Prospicerem gaudens, quantus foret agminis ordo,
Dentaque quam longum turba teneret iter.
Quoque magis nôris quam me vulgaria tangant,
Spectarem, qualis purpura te tegeret.
Signa quoque in sellâ nollem formata curuli;
Et totum Numidae sculptile dentis opus.
At cum Tarpejas esses deductus in arces,
Dum caderet jussu victima sacra tuo;
Me quoque secreto grates sibi magnus agentem
Audisset, mediâ qui sedet aede, Deus.
Turaque mente magis plenâ, quam lance, dedissem,
Ter quater imperii laetus honore tui.
Hic ego praesentes inter numerarer amicos;
Militia jus Urbis si modo fata darent.

Quae-

23. *prospicerem.*] *Adspicerem* P. Dan.

25. *Quoque magis nôrit.*] Distichon suspectum. Heins. *Utque magis* Ms. Bersm. *nosset* Micyll. Gryphii & Bersm. Edit. *tangant* Jun. Leid. & Purean. *prospicerem, qualis* Ms. Bersm.

28. *Dentis opus.*] *Ebur* unus Medonii. sed male. eadem varietas apud Claudian. praefat. lib. II. de Rapt.

Pollice sepsimo nobilis ducis ebur.

ubi alii codices, *opus. Numidi* Ms. Bersm. Junian. & P. Dan. *nitidi* Polit. & quatuor alii. *mundi* octo. Bunn.

29. *At cum.*] *Et cum* Jun. & duo alii. *aut* Ms. Bersm.

30. *Victima sacra.*] Hostia diis dicata & eximia: de qua supra dictum est abunde. Modus autem sacificandi apud priscos, quoniam res scitu dignissima est, hic nobis exprimendus videtur. Immolabant consules, & ex sacerdotibus hi, quibus licebat, & ex haruspicibus. Lotis enim manibus, & sacra pura circumpurgantes aqua, frugesque Cereris capitibus inspergentes: postea precibus, votisque nuncupatis, immolare ea minister tunc jubebant. Horum vero alii quidem super hostiam stantes, vestes tempora tegebant. Alii vero evidentius supponebant iphagidas: postque haec precantes, & membratim dividentes, primitias ex omni visore & omni alio membro excipiebant: quas farina farris involventes, afferebant focificantibus in canistris: hique aris imponentes, forcendebant & infundebant vinum adversum purificata. Unamquamque autem horum, apud legibus fieret, constituisse Graecis circa immolationem, ex poësi Homeri facile est cognoscere. Etenim lavantes manus inducit proceres, & utentes ordeis, ubi dicit: Lavantes autem manus, posteaque ollis ordei immittunt, decidentesque crines à capite, & super ignem ponentes, sic scribens: Sed incipiens crines capitis in ignem jecit. Mox, vectibus ferientes frontes victimarum, & cadentes eas immolantes, ut in sacificio Eumaei facit. Incidit autem incipiens torre quercus, reliquo coquens. hunc autem reliquit anima: hi vero mactantes affabant. Deinde & primitias ex visceribus capientes, & ex aliis membris: & has farina aspergentes, & purificentes super aras, ut in eodem facit sacrificio. Superponebat autem semicoctis carnes crudas Sybotes, undique incipiens de membris in pinguem hostiam: & haec quidem in ignem jecit deallans farinae flore. autor Dionysius Halicarnasseus libro septimo. Merula. Sunt haec quidem verba Halicarnassei, ut in vulgata translatione habentur. Caeterum non videtur interpres satis animadvertisse, quaenam horum Dionysii, propria, & quae aliunde citata essent: eoque etiam totum locum obscuriorem tradidisse. Nam Dionysius Homeri versus passim citans, eos verbis suis interposuit, ut iisdem, quae ipse diceret, palam faceret, & probaret. ut cum dicit, Lavantes autem manus, postea molas hordei immittunt. Versus est Iliados I.

Χερσὶν νίψαντο δ' ὕπτιτα, καὶ οὐλοχύτας ἀνέλοντο.

Et rursum ibi subjungit, *Sed incipiens, crines capitis in ignem jecit:* versus est, ex decimo quarto Odysseae sumptus, videlicet:

Ἀλλ' ὅγ' ἀνωιξάμενος κεφαλὰς τρίχας ἐν πυρὶ βάλλεν.

Mox

Quaeque mihi solâ capitur nunc mente voluptas,
Tunc oculis etiam percipienda foret.
Non ita Coelitibus visum est, & forsitan aequis:
Nam quid me poenae caussa negata juvet?
Mente tamen, quae sola loco non exsulat, utar:
Praetextam, fasces adspiciamque tuos.
Haec modo te populo reddentem jura videbit;
Et se secretis finget adesse locis.
Nunc longi reditus hastae supponere lustri
Cernet, & exactâ cuncta locare fide.
Nunc facere in medio facundum verba Senatu,
Publica quaerentem quid petat utilitas.
Nunc, pro Caesaribus, Superis decernere grates;
Albave opimorum colla ferire boum.
Atque utinam, cum jam fueris potiora precatus,
Ut mihi placetur numinis ira, roges!

Sur-

Mox quae de sacrificio Eumaei citat, ex eodem loco sumpta sunt: Κόψε δ' ἀναιχθέντος ὀχίζῃ ἔμπης ἐπὶ λίπε κείων, τὸν δ' ἔλπετο ψυχὴ: τοὶ δ' ἐπιφλέξάν τε καὶ εἶσαν. hoc est, *Incidit autem (sive mactavit) illum sublato juste quercus, quem ibi reliquerat, &c.* Et rursum: Ὁ δ' ἀμοιρεύσας συβώτης Παντῆσιν ἀγχίμολον μελδεν, ἐς πίονα δημὸν, καὶ τὰ μὲν ἐν πυρὶ βάλλε, πυλόνδε ἅλφιτα πάντῃ, &c. hoc est, *Superponebat autem cruda semicoctis sive* (ut doctiores exponunt) *ex singulis membris particulatim rectas carnes, &c.* Caeterum si quis sacrificandi ritum, quo vetores Graeci usi fuerunt, requirat, ex Odysseae tertio, & quem modo citavimus, decimoquarto: item ex Iliados primo & secundo petat. Ubi & haec, quae hîc à Merula ex Dionysio allegantur, & alia complura ejusdem rei legantur. Micyll.

32. *Aede.*] *Urbe* P. Dan.

33. *Plena, quam lance.*] *Quam plena* Ms. locupletes acervos turis focis ingerebant, & lance plena dabant. tenuiores vero grana duntaxat aliquot, vel globulos & micas summis digitis injiciebant. Bersman. Vid. Herald. ad Arnob. lib. II. pag. 125.

34. *Ter quater.*] Haec verba Merula ad *dedissem tura* refert. Micyllus ad *laetus.* Heinsius distinguens post *quater* videtur Merulae accedere. sed cum ternarius numerus in sacris sollemnis esset, nec illum numerum excedere religio juberet, ego cum *laetus* jungo; dictum vero ut in formula, *terque quaterque beatus* apud Virg. I. Æn. 94. & quae talia passim nota. Bunn.

35. *Imperii laetus honore tui.*] Honore Consulatus tui. *imperium* pro Consulatu. sic infra *vs.* 60. & 66. Seneca lib. II. Controvers. *Summum imperium Consules cadem tibi.* Virgil. Æn. VII.

Consulis imperium primus sacrosque secures
Accipiet.

sic & *fasces juris* pro Consulari dignitate. de quo pluribus ad Claudianum egi Consulatu Olybrii & Probini ipso initio. Heins.

36. *Militia jus verbis, si modo fata darent.*] Tu lege, *Jus urbis:* sic enim & Aldina editio habet. Est autem sensus: Si fata mihi darent jus urbis: hoc est, ut possem in urbe, sive Romae esse, praesens inter praesentes amicos tuos numerarer. Nunc quando hoc non licet, absens animo ea contemplabor, quae coram oculis non possum. Neque satis latine dicitur, *Dare jus verbis*, pro dare facultatem loquendi: caeteque talis oratio exemplis. Micyll.

37. *Capitur.*] *Capta est* Ms. Bersm.

39. *Non ita Coelitibus visum.*] Non ita, ut ego desiderabam, diis apparuit. Merula. Imo placuit; id enim *videri* significat Graeca imitatione, quibus idem δοκεῖν significat. unde & δοκιμάζειν idem quod *placita.* Virgil. II. Æn. *Dis aliter visum.* Micyll.

40. *Caussa.*] *Culpa* malebat Heinsius. *juvat* Ms. Bersm. Servii & Leid.

41. *Mente utar.*] Malim, *mente usus.* Heins. *utor* Leidens.

44. *Adesse tuis.*] *Locis* ex tribus libris Heinsius edidit.

46. *Credet.*] *Cernet* cum sex scriptis. Heins. *Longe* P. Dan. *longae* Servii & sex alii. *positae* Hafn.

47. *In medio facundum.*] *In medium facundum verba Senatum* Junian. *in medio facundia verba Senatu* Leidens.

Surgat ad hanc vocem plenâ pius ignis ab arâ;
Detque bonum voto lucidus omen apex.
Interea, quâ parte licet, ne cuncta queramur,
Hic quoque te festum Consule tempus agam.
Altera laetitiae, nec cedens causa priori,
Successor tanti frater honoris, erit.
Nam tibi finitum summo, Graecine, Decembri
Imperium, Jani suscipit ille die.
Quaeque est in vobis pietas, alterna feretis
Gaudia, tu fratris fascibus, ille tuis.
Sic tu bis fueris Consul, bis Consul & ille;
Inque domo bimus conspicietur honor.
Qui quamquam est ingens, & nullum Martia summo
Altius imperium Consule Roma videt;

Mul-

49. *Diuturni.*] *Te reddere* P. Dan.

51. *Potiora.*] *Majora* Regius & quatuor alii.

52. *Principis ira.*] *Numinis* Combii liber & Moretti. Heins. *Caesaris* quatuor.

53. *Prius.*] *Primi* Ms. Berlin.

56. *Tempus agam.*] *Laetus agam* duo.

57. *Altera laetitiae est.*] *Laetitiae est* multi veteres. *Laetitiae* recte tres alii. Heins. *Nec cedet* P. Dan. Regius & viginti quatuor alii.

58. *Successor tanti fratris honoris.*] L. Pomponius L. F. Flaccus Consul Ordinarius A. P. R. C. DCCLXIX. biennio post excessum D. Augusti. vide quae annotavimus libro primo ad initium Eleg. VI. Hujus L. Pomponii Flacci & C. Caecilii Consulatu obiisse in exilio Nasonem Mariani Chronicon asseverat. Recitas quam B. Hieronymus, cujus calculum si sequamur, Ovidiustotum fere quadriennium Augusto Caesari supervixerit. Heins.

60. *Nam tibi finitum summo, Graecine, Decembri Imperium, Jani suscipit ille die.*] Consules Kal. Januarii magistratum ineunt. Cicer. *Decembri* P. Dan.

62. *Fascibus.*] *Fastibus* duo libri. vid. ad lib. I. Fast.

63. *Sic tu bis fueris Consul.*] C. Pomponius Flaccus, Graecini frater, cum C. Caelio Rufo Consul fuit. Graecinum fuisse Consulem, nemo tradit praeter Ovidium, nam ejus nulla mentio, aut in monumentis antiquis, aut in aliis auctoribus. Itaque, ut Meyllus animadvertit, aut ei humanitus aliquid acciderat, antequam Consulatum iniret, aut decreverat eosdem, qui Flaccum & Rufum antecesserunt, Graecini cognomentum fuit: aut quod refingi necesse est, Poëta in errore versatus est. Ideo divus quasi consul non sum. Nec Tauro Liboni tale cognomentum fuit. igitur Graecinum obiisse ante Consulatum initum vero simile est. Fabric. Eadem fere Mycillus: sed ex versu 59. apparet, Graecinum suffectum fuisse Consulem in ultimos Anni DCCLXIX. menses, cui sequenti anno DCCLXX. successit ut Ordinarius Consul L. Pomponius Flaccus. vide haec egregie ex antiquis monumentis illustrantem Massonium in Vita Ovidii, ad A. V. C. DCCLXIX. Burm.

64. *Binus conspicietur honor.*] Imo *bimus*, si quid video. quod confirmat Rottendorphianus. *sententiam bimam* vocat Cicero lib. III. Epist. VIII. ad Appium, de regendis per eosdem praefectos per biennium provinciis. *nix bima* Nostro Trist. lib. III. Eleg. X. *bimum merum* Horatio lib. I. Od. XIX. & *bima fronte vitulus* Virgilio lib. IV. Georg. hinc *bimatus* pro biennio apud Plinium Natur. Histor. non semel. apud Macrobium quoque & Servium ad VII. Aeneid. & apud veterem Interpretem Martiaci cap. II. pl. 10. *bimae hostiae* etiam frequenter apud scriptores antiquos occurrunt. alii inde *bidentes* dictos volunt, tanquam *bidennes*, seu *biennes*. de qua re Gellius libro XVI. cap. 6. Heins.

71. *Cum tamen.*] *Ut tamen* sex scripti. Heins. *Tacabis* duo.

73. *Et, si qua dabit aura sinum, jactate rudentes.*] *Laxate rudentes* prima editio, quod impense arridet. Virgil. lib. III. 266.

——— *tum litore funem*
Deripere, excussoque jubet laxare rudentes.

hoc est, quod Aeneid. VIII. 708. dixerat:

Vela dare, & laxas jam jamque immittere funes.

& lib. X. 229.

——— *celis immite rudentes,*

ita *explicationem rudentis* pro laxatione dixit Cicero lib. I. Divinat. Lucanus libro V. 426.

Cum

Multiplicat tamen hunc gravitas auctoris honorem:
Et majestatem res data dantis habet.
Judiciis igitur liceat Flaccoque tibique
Talibus Augusti tempus in omne frui.
Ut tamen à rerum curâ propiore vacabit;
Vota precor votis addite vestra meis.
Et, si quem dabit aura sinum, laxate rudentes;
Exeat è Stygiis ut mea navis aquis.
Praefuit his, Graecine, locis modo Flaccus; & illo
Ripa ferox Istri sub duce tuta fuit.
Hic tenuit Mysas gentes in pace fideli:
Hic arcu fisos terruit ense Getas.
Hic raptam Trosmin celeri virtute recepit,
Infecitque fero sanguine Danubium.

Quae-

Cum pariter solvêre rates, totoque rudentes
Laxavere sinus.

libro IX. 1004.

Septima nox Zephyro nunquam laxante rudentes,
Ostendit Phariis Aegyptia littora flammis.

Praeterea scribe ex tribus, *Et si quem dabit aura sinum.* Heins.

74. *E Stygiis.*] *A* scripti & editi quidam. *Exeat Euxinis* Farnel.

75. *Praefuit his, Graecine, locis modo Flaccus.*] Ex hoc loco cognoscimus L. Pomponium Flaccum bis Mysiae praefuisse. Praefidem Ponti vocat infra pl. 119. Certe Consulatu defunctum anno subsequente Legatum Proconsule Moesiam obtinuisse, ex Tacito constat, ac Latinio Pando mortuo successorem datum. Praeclarum ejus facinus audi, de capto per dolum Rhescuporide, Thraciae Rege, Cotyos Regis ex fratre nepotis interemti reo: *Pomponium Flaccum veterum stipendiis, & arcta cum Rege amicitia, eoque accommodatiorem ad fallendum, ob id maxime Moesiae praefecit. Flaccus in Thraciam transgressus per ingentia promissa, quamvis ambiguum & scelera sua reputantem, perpulit, ut praesidia Romana intraret. Tum custodia cinctum Regem quarum necessitatis ad urbem misit. Accusatus in Senatu Rhescuporis ab uxore Cotyos, damnatus & procul regno in exilium missus. Thracia in Rhaemetalcem filium, quem paternis consiliis adversatum constabat, inque liberos Cotyis dividitur.* Recte Flaccum *veterum stipendiis* vocat Tacitus, ut qui in iisdem locis bellum jam ante gessisset, ut ex hoc Nasonis loco discimus. Nam Prometore prius eandem obtinuerat Provinciam. Syriae demum Proconsulatu functus est sub annum V. C. DCCLXXIX. Quam provinciam a Tiberio meruit, si quid Suetonio credendum, quod noctem totam biduumque continuum epulando potandoque cum Tiberio & L. Pisone exegisset. quos ideo jucundissimos & omnium horarum amicos Tiberius appellabat. vide Plinium de eadem re Nat. Hist. Mentionem ejus quoque facit Josephus in Antiquitatibus Judaicis libro XVIII. cap. 12. Mortuum in Provincia idem Tacitus testatur sub annum V. C. DCCXXCIV. Insigne ejus facinus de oppresso Rhescuporide, sive Rhascupoli commendavit etiam posteritati Vellejus praeclaro meritoque elogio: *Sed proposita quasi universa principatus Tiberii Caesaris forma, singula recognoscamus. Qua ille prudentia Rhascupolim interemptorem fratris sui, filii Cotyis,* (sic lege) *consortisque ejusdem imperii, evocavit? singulari in eo negotio usus opera Flacci Pomponii consularis viri, nati ad omnia, quae recte facienda sunt, simplicique virtute merentis semper quam captantis gloriam.* Heins. Ab hoc Flacco volunt quidam Valachiam fuisse dictam olim *Flacciam*, quod nomen sensim corruptela sermonis transiit in *Valachiam*. Vide Georgii a Reychersdorff Chorographiam Transylvaniae. pag. 33. qui addit hinc adhuc Romanum ibi sermonem durare, licet admodum corruptum. sed hac fabulae. *Walachiam* vocarunt exteri; sed Hungarica lingua Walachos vocari *Olah* vel *Olach* docet Foris Ottrokocsi in Originum Hungar. cap. XIV. pag. 308. unde *Valachi* & *Walachi* dicti ab aliis. Non fuisse vero reliquis, qui circa origines gentium saepe ineptiunt, Foris ipse, qui mulierem Walacham, a Phrygiae ita urbe, quam Ὀλσσανα vocat, Homerus Il. B. 738. deduxit. Burm.

77. *Mysas gentes.*] *Missas* plerique. *Missi* Moretti. *terruit his* Jun. *arcu fixos* Ms. Berlin.

79. *Hic raptam Troezen celeri virtute recepit.*] Lege, *captam* ex scriptis, deinde pro *Troezen* E-

Quaere loci faciem, Scythicique incommoda coeli;
Et quam vicino terrear hoste, roga.
Sintne litae tenues serpentis felle sagittae:
Fiat an humanum victima dira caput.
Mentiar, an coëat duratus frigore pontus;
Et teneat glacies jugera multa freti.
Haec ubi narrarit, quae sit mea fama, require;
Quoque modo peragam tempora dura, roga.
Nec sumus hic odio, nec scilicet esse meremur:
Nec cum Fortunâ mens quoque versa meâ est.
Illa quies animo, quam tu laudare solebas,
Ille verus solito perstat in ore pudor.
Sic ego sum longe, sic hîc, ubi barbarus hostis,
Ut fera plus valeant legibus arma, facit;
Rem, queat ut nullam tot jam, Graecine, per annos
Femina de nobis, virve, puerve queri.
Hoc facit, ut misero faveant adlintque Tomitae;
Haec quoniam tellus testificanda mihi est.
Illi me, quia velle vident, discedere malunt:
Respectu cupiunt hîc tamen esse sui.

Nec

dibo Alii editum, *Resisse*, Regius, *Trosanum*. Moreti, *Trezanum*. Servii, *Troisen.* prim. editio, *Trosse*. Polit. *Trozan.* opt. Vatican. *Trosmen*. Scribe, *Tropaie*. *Tyrpis*, Ptolemaeo est Myliae infectoria oppidum. sed legendum, *Teuripis* vel *Tauripis*. nam *Tyrapis* Constantino Porphyrogenetae lib. II. Them. I. Antonini etiam Itinerario *Trosmis* est, & Notitiae Imperii. neque veriant illic ibi vestigia. Heins. *Raptam* quod plures scripti & meliores habent, recepi. quod majoris laudis verbum est, quam celebrare, vel, & strategemate urbem antea ab hostibus raptam, iisdem artibus recepit. Sic Fest. lib. II. 13. *rapta temptu Hispania*. & sic pessim. mox *infestumque foro* Putean. prima & aliae Burm. bona.

91. *Cede.*] *Procul* unus Heinsii.

92. *Esse.*] *Ense* Gron. Regius.

93. *An lanienam.*] *Ad* Ed. Bersm. *victima fatua* olim.

94. *Mentiar.*] *An fleat*, *an lex. effuat* tres. ib. *fuat* Moreti.

97. *Hoc facit.*] *Hic ubi* Ed. Glyph.

98. *Non fumus.*] Non Editi plurimi & scripti meliores. *nimium non esse* P. Dan.

99. *Nec cum Fortunâ mens quoque versa meâ est.*] Multi delent *vò est*. optime Verburgius, *animo*. recte. Heins. *Quem* in loc. Bersm. mox, *stat in ore* tres.

93. *Sic ego sum longe.*] Versus suspectus. Heins.

95. *Rem queat ut nullam.*] *Re nulla*, meliores. Heins. Ego nihil muto. nam & ita Noster mox Eleg. XI. 6.

Sensisses ultra, quod quereris, nihil.

& Eleg. XIV. 27. *Frigus &c. querer.* & ita optimus quisque latinitatis auctor. vide ad Petron. cap. XCI. *res nullas* Junii codex. Burm.

97. *Hoc facit.*] *Haec* Leid. & editi nonnulli.

99. *Illi me, qui velle vident, discedere malunt.*] *Quia velle vident* ex scriptis. Praeset etiam, *malint*, & mox, *cupiant*, pro *cupiunt*. Heins. *Respectu suo* Moreti Servii & prim. Edit.

101. *Nec mihi credideris.*] Scribe, *nec*. Heins.

103. *Conveniens miseris & quamquam gloria non est.*] Lege, *haec quamquam gloria* cum uno Vaticano & Twisdeniano, vel, *ea gloria*. Polit. & *gratia* reliqui. *haec gratia*, hic favor. Heins.

105. *Hospita tellus.*] *Tellus* Polit. & tres alii. omnino rectius. Heins.

107. *Conjuxque sacerdos.*] Vid. Spanh. de Usu Num. tom. II. pag. 275.

109. *Illa.*] *Una* Polit. mox, *hic Livine* Leid. & P. Dan.

112. *Eho surgit ab orbe.*] *Ab axe* liber Servii. Heins. *Fulget ab* prim. Edit.

113. *To-*

Nec mihi crediderîs: existant decreta, quibus nos
Laudat, & immunes publica cera facit.
Conveniens miseris haec quamquam gloria non est,
Proxima dant nobis oppida munus idem.
Nec pietas ignota mea est: videt hospita tellus
In nostrâ sacrum Caesaris esse domo.
Stant pariter natusque pius, conjuxque sacerdos,
Numina jam facto non leviora Deo.
Neu desit pars ulla domus; stat uterque nepotum:
Hic aviae lateri proximus, ille patris.
His ego do toties cum ture precantia verba,
Eöo quoties surgit ab orbe dies.
Tota, licet quaeras, hoc me non fingere dicet,
Officii testis, Pontica terra, mei.
Pontica me tellus, quantis hac possumus orâ,
Natalem ludis scit celebrare Dei.
Nec minus hospitibus pietas est cognita talis,
Misit in has si quos longa Propontis aquas.
Is quoque, quo laevus fuerat sub Praeside Pontus,
Audierit frater forsitan ista tuus.

For-

113. *Tota.*] *Terra* prim. Edit. *cuncta* P. Dan. *me nunquam fingere* Moreti.

116. *Dei.*] *Diem* Regius, P. Dan. & undecim, cum prim. Ed.

119. *Is quoque quo fuerat levior sub Praeside Pontus.*] Aldina Editio sic, *Is quoque quo laevus fuerat sub Praeside Pontus, &c.* quae lectio planior est, & minus difficultatis habet, videlicet ut intelligamus eum, qui Moesiam tenuerit, ut supra. *Hic tenuit Mysas gentes in pace fideli, &c.* Neque enim provinciam Pontum Flaccus, sed laevum littus Ponti maris, hoc est confinia Dacorum & Getarum, quae Moesia erat, ad ripam Istri sita scilicet, tenerat. Id quod ex Tacito quoque non obscure colligitur, qui illum cum rege Thracum Rescuporide, à quo supra alterum regem Cotym, nepotem hujus, dolo sublatum, ex eodem authore annotavimus, arcta junctum amicitia fuisse ait, (videlicet quam eo tempore cum illo inierat, quando Moesiae praefuit:) & ob id eodem postea cum imperio iterum missum esse. Vide libro secundo. *Leviorem* autem Pontum accipi, pro molliore ac manuetiore facto, nescio an apud Grammaticos defendi satis posset. Cum alias *levis* vocabulum, de inconstanti & parum firmo aut fideli accipi consueverit: aut etiam, ut Gellius exponit, de vili, & nullo honore digno. Jam ut neque hoc postremo omittamus, sciendum, Graecinum hunc, cujus Consulatum hac Elegia celebrat Poëta, in catalogo Coss. vulgo non haberi, sive fama deceptus poëta fuit, sive illi humanitus aliquid accidit, antequam magistratum iniret, ut quidam opinati sunt. Nam eo anno, qui Pomponii Flacci, quem fratrem Graecini fuisse intelligimus, Consulatum antecedit, qui idem septimus exilii poëtae fuit, Tacitus, ut & alii, Consules recenset Sisennam Statilium Taurum, & Lucium Libonem. Nisi quis horum alteri cognomentum Graecini fuisse putet, quod tamen ipse nusquam hactenus reperi. Pomponium autem Consulem Graecini fratrem fuisse, de quo hac eadem Elegia dicitur, non solum ex Flacci cognomine colligo, sed etiam ex Tacito, apud quem libro decimo tertio Pomponia Graecina quaedam nominatur, Plancii uxor, quae superstitionis externae rea facta, & mox sententia viri, cujus judicio permissa fuerat, insons judicata, per omnem deinceps aetatem non nisi cultu lugubri, animoque moesto egit. Mictyl. *Laevus Pontus*, Patavinum & Aldinum. *laevus Pontus* id est laeva pars Ponti. Flaccum enim praefectum Myliae fuisse è Poëta nostro certum est. Faun. *Laevus Pontus* ex quinque scriptis. dixi IV. Trist. El. I. 60. Heins.

120. *Audierit.*] *Audierat* Servii, P. Dan. & Edit. Glyph. & Bersm.

125. *Tan-*

Fortuna eſt impar animo, talique libenter
Exiguas carpo munere pauper opes.
Nec veſtris damus haec oculis, procul Urbe remoti:
Contenti tacitâ ſed pietate ſumus.
Et tamen haec tangent aliquando Caeſaris aures.
Nil illum, toto quod ſit in orbe, latet.
Tu certe ſcis hoc, Superis adſcite, videsque,
Caeſar; ut eſt oculis ſubdita terra tuis.
Tu noſtras audis inter convexa locatus
Sidera, ſollicito quas damus ore, preces.
Perveniant illuc & carmina forſitan illa,
Quae de te miſi coelite facta novo.
Auguror his igitur flecti tua numina; nec tu
Immerito nomen mite Parentis habes.

126. *Tangent.*] *Tangant* Hafn.

125. *Nil illum latet.*] *Nil illi* tres libri; Latinius, ut puto. vide ſupr ad v. Faſt. 361.

127. *Adſcite.*] *Aſcite* P. Dan. & Morcti. & *ſcis hoc* editi nonnulli & ſcripti. *ſcis eo* Moretti.

128. *Et eſt oculis.*] Legendum ex veteribus, *ut eſt oculis.* Nauger. *Ut eſt oculis* Editiones priſcae, quod ſequor. Heins.

131. *Perveniant illuc.*] *Perveniant* in nonnullis. Nauger. *Perveniant* meliores. Heins.

133. *Numina.*] *Pectora* Ms. Berſm.

134 *Parentis.*] Patris Patriae. ſed Sueton. cap. 26. recuſaſſe hoc nomen ſcribit.

Epistola X.

ALBINOVANO.

Hic mihi Cimmerio bis tertia ducitur aeſtas
Litore, pellitos inter agenda Getas.
Ecquos tu ſilices, ecquod, cariſſime, ferrum
Duritiae confers, Albinovane, meae?

Gut-

1. *Hic mihi in Euxino.*] Alii pro *Hic* adverbio, *Hîc* legunt, ut ſit, Haec aeſtas bis tertia, ſive ſecunda, mihi ducitur, &c. quam lectionem & ipſe ſequor. Caeterum quod Merula Albinovanum hunc eſſe tradit, Celſum illum, ad quem & Horatius ſcripſit, de eo ipſe viderit. Ego Pedonem Albinovanum, non Celſi praenomen, ſed Caji habuiſſe, apud alios reperio. Et Horatius Celſum illum, non ut poëtam, ſed ut comitem ac ſcribam Neronis celebrat. Micyll. Ambo manuſcripta:

Haec mihi Cimmerio bis tertia ducitur aeſtas
Littore.

Mela lib. 1. ubi de mari mediterraneo loquitur: *Ubi iterum ſe effundit* (inquit) *Pontus Euxinus: qua paludi committitur, Cimmerius Bosporus. Cimmerio* autem *litore* dixit pro Euxino, quod eſt Cimmerio oppoſitum, ut remotioris loci mentione magis amplificaret exilii ſui miſeriam. Fabric. In Franeof Leidenſi & quatuor aliis, *hic mihi Iſtionio litore* Regius & ſeptem alii. *in Euxinio* Pr. Mediceus. *Eumonio* P. Dan. pro var. lect. ſed *Cimmerio* placuit Heinſio. ita & Claud. lib. 1. Laud. Stilic. 129. dixit, *Cimmerii litora Ponti. inter habenda* etiam P. Dan. Burm.

3. *Ecquos tu ſilices, ecquod.*] Ita edidit Heinſius ex

Gutta cavat lapidem; conſumitur annulus uſu;
Et teritur preſſâ vomer aduncus humo.
Tempus edax igitur, praeter nos, omnia perdet?
Ceſſat duritiâ mors quoque victa meâ.
Exemplum eſt animi nimium patientis Ulixes,
Jactatus dubio per duo luſtra mari.
Tempora ſolliciti ſed non tamen omnia fati
Pertulit; & placidae ſaepe fuere morae.
An grave ſex annis pulchram foviſſe Calypſo,
Æquoreaeque fuit concubuiſſe Deae?
Excipit Hippotades, qui dat pro munere ventos,
Curvet ut impulſos utilis aura ſinus.
Nec bene cantantes labor eſt audîſſe puellas;
Nec deguſtanti lotos amara fuit.
Hos ego, qui patriae faciant oblivia, ſuccos
Parte meae vitae, ſi modo dentur, emam.
Nec tu conferis urbem Laeſtrygonis umquam
Gentibus, obliquâ quas obit Iſter aquâ.
Nec vincet ſaevum Cyclops feritate Phyacen:
Qui quota terroris pars ſolet eſſe mei!

Scylla

ex duobus libris. vulgo, *Et quos, & quod.* Junian. *Et tu quos.*

5. *Gutta cavat lapidem.*] Hanc ſententiam & locutionem fruſtra exagitant eruditi quidam. Vide quae dixi in obſervationibus in Metamorphoſin meis lib. IV. 524. Ciofan. Recte ibi Ciofanus Lambinum exagitat, quod pro hoc Ovidii verſu obtruſerit illud vulgatum quaſi proverbium,

Gutta cavat lapidem non vi, ſed ſaepe cadendo,

cujus auctor quis ſit ignoro. ſed inveni in codice Claudiani Leidenſi inſertum libro 1. in Eutrop. 83. ante illa,

Indomitaque mora, pretio lenibat avaras.

quem verſum Ovidii etiam eſſe credit Gallicus Bionis interpres *de Longepierre.* ad ſimilem Bionis ſententiam notas apponens. Ἓκ λιμενὶς ἁλιευόμενος, ἐκεῖθε λόγας, κἀὲν λάινας λᾶας ἐς μεγαλὰν καλιὰν φερω. vid. & Ritterſ. ad Iſidor. lib. 11. Epiſt. 284. Burm.

6. *Et teritur.*] Malim, *Atteritur*, vel *Deteritur.* Rottendorph. *Conteritur.* quo verbo uſus eſt Medicamine Faciei. mox, *perdet*, pro *perdit* meliores. Heins. *Perdat* unus Hafnienſis. *paſſa lumo* etiam Farneſ.

11. *Sed quae tamen omnia fati Pertulit.*] Lege ex veteribus libris, *ſed non tamen.* Ciofan. *Quae* ſibet unus Berſm. & ego inveni in editione Vicentina. & Ciofano pro textu eſt. unde ſingo, *Tempora ſolliciti ſed quae tamen omnia fati Non tulit.* Auctor Elect. Eton. *Quae* Edit. Gryph. *non tantum* Edit. prim.

12. *Et placidae ſaepe fuere morae.*] Hoc eſt, tametſi multis ac variis periculis toto ſdecennio jactatus fuit: habuit tamen interdum, quibus malis atque moeſtitiam ſuam levaret, ut cum apud Calypſonem moratus eſt, neque duriter ab ea, ſed amantium more atque affectu habitus: item cum ab Æolo hoſpitio acceptus, & munere ventorum donatus eſt. Praeterea audiendo Sirenes, veſcendo loto, & id genus alia. Micyll. *Placitae* prim. Edit.

13. *Calypſo.*] *Calypſon* Jun. *Calypſum* Leid.

17. *Nec bene.*] *Non bene* editi & ſcripti quidam. *num* prim. Edit. *audîſſe* libri quatuor & Berſmanni.

19. *Faciant.*] *Faciunt* Putean. *facerent* Servii & prim. Ed. mox, *ſi modo detur* P. Dan.

21. *Urbes Laeſtrygonis.*] *Laeſtrygonas* Combianus. & *urbem* meliores plerique. ut Met. XIV.

Inde Lami veterem Laeſtrygonis, inquit, in urbem
Venimus.

Homero quoque non niſi unicum oppidum eſt Odyſſ. K. quod vocat, Λάμου αἰνὴν πτολίεθρον ὑψηλάτεδον Λαιſτρυγονίην. Heins.

Scylla feris trunco quod latrat ab inguine monstris;
Heniochae nautis plus nocuere rates.
Nec potes infestis conferre Charybdin Achaeis;
Ter licet epotum ter vomat illa fretum.
Qui quamquam dextrâ regione licentius errant;
Securum latus hoc non tamen esse sinunt.
Hic agri infrondes, hîc spicula tincta venenis:
Hic freta vel pediti pervia reddit hiems.
Ut, quâ remus iter pulsis modo fecerat undis,
Siccus contemtâ nave viator eat.
Qui veniunt illinc, vix vos ea credere dicunt.
Quam miser est, qui fert asperiora fide!

Cre-

23. *Nec vincet Cyclops saevum feritata Phylacen.*] Aldina Editio habet, *Phycaem*: quod ut verius aliquanto puto legi, quam *Phylacem*, propter nominis ipsius peregrinitatem scilicet: ita prorsum neque de hoc, quod cento afferam, habeo. Casterum quod mox sequitur, *Qui quota pars fuerit pars fuit esse mei?* non ad Cyclopem, ut Merula exponit, sed ad eum, de quo modo dictum est, Phycacem referendum. quasi dicat Poëta, Etiam ab hoc multum terroris sibi objici, propter incursiones videlicet, sive eas terra tactas intelligere libet, Phycacemque ipsum Getarum aut Sarmatarum ducem ac regulum aliquem fuisse: sive etiam mari, ut eundem illum cum Achaeis & Heniochis, de quibus Poëta meminit, recenseremus. Jam quod infra paulo addit idem Commentator, poëtam ab Heniochis captum, aut spoliatum fuisse, id sciendum, de suo illum adjunxisse neque enim alibi quicquam ejus reperitur. Micyll. In Patavino, *Phaereten*: in vetustissimo codice Romae (ut ait Merula) *Piachen*. Sed nomen barbarum corruptum esse nihil mirum est. Fabric. *Phylaeum* Regius. *Pyacem* Moreti. *Piacem* Servii. *Phaoacem* Ms. Bersm. alii, *Phareten*, *Phylacum*, *Piachen*. *Philacem* P. Dan. mox O, *quoque*, Junian.

25. *Cum latret.*] *Quae latrat* multi codices. nonnulli, *quod latrat*. recte, nisi *quod latrat* praeferri, cum uno Vatic. & Arond. vide Notas Epist. XII. vs. 51. versu proximo, *nautis*, pro *nobis* plerique veteres. Heins. *Scylla furor* editi quidam.

26. *Heniochae nobis plus nocuere rates.*] Ita in Palatino, *Heniochae* pro *Endochiae*: *& nobis*, pro *nautis*. Merula: *Super Amazonas & Hyperboreos, Cimmerii, Scythas, Henjochi, Georgi*, Tragicus in Thycle:

Castasse rursus asperam
Cimbrius habitans.

Scribit nonnulla quae huc pertinent Herodotus in Melpomene. Fabric. *Enotheae* Putean. *Eumachiae* prim. Edit. *Ennochiae* Ms. Bersm.

28. *Ter licet epotet.*] *Epotum* idem Vaticanus, & placet. *ore* pro *illa* Moreti codex. Heins.

29. *Errant.*] *Errent* Putean. Moreti. Jun. & sex alii & Edit. Micyll. & Bersm. *exstant* Leid. mox, *non latuisse sinunt* Putean.

31. *Agri infrondes.*] *Ager infrondis* lib. unus Bersmanni, & arripuimus pro *agri infrondes*. Auctor Elect. Eton. *Ager infrondis* decem scripti. *informis* P. Dan. forte bene. ita *informes plagas* Inferos dixit Claud. I. Rapt. 101. ut Nostet saepe Stygi comparat Ponticas aquas. Mox, *freta quae pediti*, Ms. Bersm. seq. versu, *& qua* P. Dan. & Editi nonnulli. *ut quo* Mss. Bersm. Burm.

31. *Spicula tecta venenis.*] *Tincta* cum plerisque scriptis. Heins.

35. *Illinc.*] *Istuc* Junian. Putean. & duodecim alii. *istic* Sex.

37. *Caussas.*] *Caussam* sex scripti & editi quidam.

39. *Praebentia formam.*] Francof. *ducentia*; elegantor. I. Met. 402.

Mollirique mora, mollitaque ducere formam.

ita *ducere notam* &c. vid. ad VI. Fast. 649. Burm.

40. *Et quae praecipuum.*] *Et quae perpetuum* duo codices.

41. *Orauque.*] *Finique* Putean. *hic oritur* Ed. Gryph. Bersm. & alii.

43. *At Notus adverso tepidus qui spirat ab axe.*] *Tepidum qui spirat* rectius complures ex scriptis. Avienus descriptione orbis:

Vel qua lene Notus spirat, qua perfrepit Eurus.

Boëtius:

Spirat infamum nebulosus Auster,

apud

Crede tamen: nec te caussas nescire sinemus,
Horrida Sarmaticum cur mare duret hiems.
Proxima sunt nobis plaustri ducentia formam,
Et quae praecipuum sidera frigus habent.
Hinc oritur Boreas, oraeque domesticus huic est;
Et sumit vires à propiore loco.
At Notus, adverso tepidum qui spirat ab axe,
Est procul; & rarus languidiorque venit.
Adde quod hîc clauso miscentur flumina Ponto,
Vimque fretum multo perdit ab amne suam.
Huc Lycus, huc Sagaris, Peniusque, Hypanisque, Cratesque
Influit, & crebro vortice tortus Halys:

Par-

apud Maronem in nonnullis codicibus Æneidos III.

—— *placataque venti*
Dant maria, & lene crepitans vocat Auster in altum.

Nihil magis obvium hoc loquendi modo apud scriptores. Multi potissimum in eo Ausonius & Claudianus. Paulinus carmine Sapphico ad Nicetam Episcopum:

Ast ubi paulum via proferetur,
Det, precor, mites tibi Christus aestus,
Et leves spiret sine nube siccis
Aura Calabris.

Ita veterrimus codex Vossianus. mox idem Paulinus:

Lene sic sudo tenuatus aër.

Seneca Oedipo:

Lenis & medicum fluens
Aura, nec vergens latus
Ducat intrepidam ratem.

ubi nil necesse reponi, *modice fluens*. Solinus cap. XXXIX. de *Chimaera*, *hic mons nocturnis aestibus fumidum exhalat*. & pari modo idem Solinus frequenter. Heins.

47. *Hinc Lycus, huc Sagaris, &c.*] Recte legit Merula: Nam non solum Capella & Solinus hujus nominis meminere: sed & Plutarchus (seu quisquis is est) in libello de fluminibus: Σάγαρις, inquit, ποταμὸς ἐστι τῆς Φρυγίας. προσηγορεύετο δὲ πρότερον Σαμβάτης, &c. Hinc & patronymicum *Sagaritis*, quo idem Ovidius 4. Fastorum utitur, ubi de Atye loquens, ait: *Fallit & in Nympha Sagaritide desinit esse Quod fuit: hinc poenas exigit ira deae.* Pro quo, quidam *Sangaride* legunt, non animadvertentes, syllabam, quae in *Sangaride* secunda est, brevem pro longa poni. Quod eo hic addo, ut si quid illic à nobis praeteritum forte sit, idipsum vel hîc restituatur. Micyll. *Sangarius* plerisque. Plutarcho tamen de fluminibus & Solino *Sagaris*. *Sangaris* Plinio. ut saltem in hisce utrisque tentatur è scriptis Salmasius. ὁ δὲ Μυρλέανος (inquit Apollonii Scholiastes, Asclepiadem autem vult Bithyniacorum scriptorem) Σάγγαριν αὐτὸν λέγεσθαι φησὶν. & hîc quoque loci *Sagarus* habetur pro varia lectione. Auctor Elect. Eton. Vid. ad Lib. IV. Fast. 229.

47. *Peniusque Hypanisque Oratesque.*] Ego in *Persii* voce nihil difficultatis video, nisi quod ejus exemplum aliquod simile alibi non extat. Neque enim necesse est, omnino eodem modo poni, hoc est, iisdem syllabis, quibus de Thessaliae fluvio dicitur. Potestque vel *Penius* dissyllabum, utraque longa, dictum accipi: vel etiam *Penius*, tribus syllabis, ut priores duae cum praecedenti finali dactylum constituant. Nam de Plinii lectione, quam idem Merula reprehendit, alii judicent. Apud Strabonem certe idem locus (nam Plinius & loci & fluminis nomen facit) inter Sebastopolim, quae & Dioscurias est, & gentem Heniochorum, in interiore Ponti sinu, Πιτυοῦς appellatur. Vide libro undecimo. Quod autem quidam etiam *Pamisum* pro *Penco* legere malunt, id illorum judicio relinquo. Ego nihil temere convellendum puto, neque pro incerto, aut obscuro, aeque incertum substituendum: propterea quod multa apud veteres usurpata fuere, quorum exempla ad nos vel nulla, vel prorsus rarissima pervenere. Deinde & illud probabile, Ovidium, utpote qui tot jam annos in Ponto vixisset, plura ac certiora ejusdem loci fluminum nomina cognita habuisse, quam alii, atque absentes, tradere, aut etiam scire potuerant. Micyll. *Peniusque* codex Petri Servii. & in scriptis Plinii exemplaribus lib. VI. cap. 4. *Flumen & oppidum Penius*. *Hypanisque* etiam scribendum ex libris antiquis. qui notissimus est fluvius. pro *Oratesque* veteres plerique, *Cratesque*, nonnulli, *Caresque*, vel *Catesque*. unde recte

Partheniusque rapax, & volvens saxa Cynapes
Labitur; & nullo tardior amne Tyras.
Et tu, femineae Thermodon cognite turmae;
Et quondam Grajis Phasi petite viris.
Cumque Borysthenio liquidissimus amne Dyraspes,
Et tacite peragens lene Melanthus iter.
Quique duas terras, Asiam Cadmique sororem
Separat, & cursus inter utramque facit.

It-

vir iterum Flaccus Vossius reponendum esse me monuit, *Calagus*. Κάλης enim fluvius est hujus tractus Eustathio Scholiis in Periegeten. Κάλυξ est Thucydidis libro IV. Λάμαχος ἐν τῇ Ἡρακλείᾳ ἐστρατεύσε ἐπὶ τὸν Κάλυκα ποταμόν. ubi describit Lamachi eadem impetu fluvii amnisam. Valer. Flaccus libro IV.

Quas Tanais fluviusque Cabi, Hypanimque, Melasque
Adhuc erat.

sic puto castigandum. nam *Lyces* nullus est fluvius, nisi malis, *Tyras*, cujus & Noster hic meminit. Nam Maternus, Valerii interpres, notat *Tyras* esse in nonnullis codicibus. Heins. Huic Vossii conjecturae occurrit Plinii locus VI. 1. *Oppidum Heraclea Lyci fluminis appositum.* in margine vero pro varia lectione, *Celeti flavio* appositum. Nempe, si hoc Plinio scriptum; *Caletum* & *Lycum* ipse, Lyci hujusce profecto haud ignarus, credidit ejusdem esse fluvii nomina. sin minus, id saltem ille, qui olim *Calaci* adscripsit, credidisse videbatur. Nec respondent debet, tres numero Lycos hinc devenire. Noster enim Lycum illum ab Armenia significare non potuit; quod ab Inde fluvio majore, cujus tamen non meminit, excepto, ejusque pars tractus non suo nomine in Pontum perveniat. nec voluit, credo, illum in Moesiâ influentem, quippe obscurissimum ab uno Ptolemaeo nominatum: cum praesertim hicce ad Heraclem Lycus & Historica & Poëtica fama commendatus fit inter celeberrimos; sed licet haec ita sint, & omnes licet, qui tradant ostiorum ordinem, mendosum Lyci faciant, omisso Calete, aut omisso Lyco Calelis; ego tamen diversos potius existimo, edoctus versu illis Περίπλου inter se collato. Sic enim Arrianus: Καὶ ἀπὸ τῆς Ἀλλίης (ita Vossius) ἐξήκοντα. δρόμοι ἐς Κάλητα ἄλσος ἱερὸν Διὸς καὶ Ἀθηνᾶς. ἀπὸ τοῦ Κάλητος ἐς Λύκον ποταμὸν εὐδρον π'. ἀπὸ τοῦ Λύκου ἐς Ἡράκλειαν πόλιν μεγάλην, σταδίους ιε'. Et Marcianus Heracleota: Ἀπὸ τῆς Ἀλλίης ποταμοῦ ἐπὶ τὸ Κάλητα (sic enim hic legitur) ποταμὸν, ὃς ἔχει ὕδωρ, σταδίους ρ'. ἀπὸ τοῦ Κάλητος ποταμοῦ ἐπὶ τὸν Λύκον ποταμὸν, σταδίους ρ'. ἀπὸ τοῦ Λύκου ἐπὶ Ἡράκλειαν πόλιν μεγάλην, σταδίους ιε'. Ea ad rem [illegible] Sedam tamen in Marcianum aliquid. cui versus unus mihi excidisse videtur. atque locum hunc scriptum fuisse hoc modo, Ἀπὸ δὲ Ἀλλίης ποταμοῦ ἐπὶ τὸ Κάλητα ποταμὸν ἐξ ἡμέρας, σταδίους ρκ'. ἀπὸ δὲ Κάλητος ποταμοῦ ἐς Λύκου ποταμὸν εὔδρον π'. Ἀπὸ Λύκου ποταμοῦ ἐς Ἡράκλειαν πόλιν μεγάλην, σταδίους κ'. Auctor Elect. Eton. *Pantusque, Bitasque, Catasque* P. Dan. *Iticanique Catisque* prim. Ed. *Hypanusque Caldesque.* Moretti *Catusque* Putean.

47. *Hypanisque, Cratesque.*] Ego, ut supra monui, nihil temere mutandum censeo, quod longus jam usus approbavit: sed tamen si quid tale audendum sit, malim cum illis sentire, qui Flacci exemplum sequuntur. Nam *Coratis* vocabulum, praeterquam apud unum Ptolemaeum, nusquam legitur. cujus scripturae, ut nunc habet, quantum tribuendum sit norunt docti. *Cereti* autem nomen, praeterquam quod fluvii proprium non est, sed sinus, etiam syntaxis naturam atque ordinem vitiat. Jam si quis *Coersum* pro *Cratete* poni posse putet (nam hoc nomine & Flaccus brevi priore utitur) poterit eodem modo etiam *Bathys* pro illo poni, in quo nomine nulla difficultas est. & fluvii ejus meminerunt Plinius & Arrianus. Sed nolim ipse, ut dixi, quicquam temere mutari, aut pro incerto aeque incertum reponi. Mictll.

49. *Partheniusque rapax.*] Atqui Apollonius Rhodius libro II. Argonauticon pag. 938. Πηγὰς τῶν ποταμῶν vocat:

Καὶ δὴ Παῤῥενίου ῥόον ἀλφηστῆρες,
Πηγὰς τῶν ποταμῶν παρεμέτρεον.

Heins. *Capax* P. Dan.

49. *Et volvens saxa Cynapes.*] Quod ad nomen *Cynaphis*, sive potius *Cynapes* legendum, attinet, idem sentio quod supra, nihil temere mutandum esse. Idque etiam de eo, quod versu abhinc quarto sequitur, quod alii *Dynapsos*, alii *Dyraspes* legunt, dictum volo. Quod autem pro *Cynapes* quidam *Niphates* legendum hoc loco putant, nihil adeo video, quod quemquam eodem impellere debeat, praeter unicum illum Lucani locum lib. III. ubi eodem epitheto dicitur: *Armeniusque tenens volventem saxa Niphaten.* quod tamen & de monte, opinor, non ita prorsum absurde intelligi potest, qui propter crebra praecipitia atque altitudinem, volvere saxa dici potest. Proinde ut

Innumerique alii, quos inter maximus omnes
Cedere Danubius se tibi, Nile, neget.
Copia tot laticum, quas auget, adulterat undas:
Nec patitur vires aequor habere suas.
Quin etiam stagno similis, pigraeque paludi,
Caeruleus vix est, diluiturque color.
Innatat unda freto dulcis, leviorque marinâ est;
Quae proprium mixto de sale pondus habet.

Si

à Graecis εὐκύπελος idem dicitur, ut in eo versu, qui apud Stephanum ex Pisandro quodam citatur: Τάφρου πρυμνήσια, εὐσκόπελόν τε Νίφάτην, (quamquam vulgo pro εὐσκοπέλῳ, εὐκύλοπος legatur.) Nam alias, quod ego viderim, nemo veterum *Niphaten* de fluvio interpretatur: sed de monte Armeniae omnes, ut Strabo, Stephanus, Mela, Plinius, Solinus, &c. Meminit tamen *Niphatae* etiam Virgilius lib. tertio Georg. Mictll. Nostrae membranae, *Cinimphet.* al. *Synapes*, seu *Synaphis.* omnes omnibus, credo, inauditi. in aliis exemplaribus *Niphates* ajunt legi. adducuntque Lucani versum: *Armeniusque tenens volventem saxa Niphaten.* sed neque fluvium voluit ille, qui nullus est, & si maxime fluvius est, fluit, credo, è monte cognomine, unde nullus in Pontum fluvius. Corrigere me spero, *Cinolis* Ejusdem tractus est flumen, in quo & Parthenius. Martian. Heracl. Ἀπὸ Αἰγίσσου ἐπὶ Κινόλιδα κόλπον καὶ ποταμόν. Ἔχει δὲ καὶ ὄφεμον εἰς τὸν κολπῶδη Ἀντικίνων σταδίους ξ'. Ἀπὸ Κινόλιδος εἰς Σίφανον κόλπον σταδίους ρ'. sic emendandus, Ἀπὸ Αἰγίσσου ἐπὶ Κίνωλιν κόλπον καὶ ποταμόν. ἴχει δὲ καὶ ὄφεμον εἰς τὸν κολπῶδη Ἀντικίνωλιν σταδίους ξ'. &c. *Cinolis* emporium Arriano, *Cinolis* & *Anticinolis* Straboni promontoria, Melae urbes: nam perperam in aliquot horum editiones invectum *Cimolis* & *Anticimolis*; uti monstrarunt Is. Casaubonus & Vossius. atque adeo reddendum pro illo *Cinolis* Plinio ac Ptolemaeo, quibus oppidum memoratur. Auctor Elect. Eton.

50. *Et nullo.*] *Hanc aliquo* Leid. unde Heinsius *haud* faciebat.

51. *Turmae.*] Al. *Turbae.* sed praestat illud. Sic Val. Flac. IV. *Proxima Thermodon &c. ludo volitans cum turma superbo Pulvereis exsultat equis.* Auctor Elect. Eton.

52. *Petite.*] *Potite* Ms. Berlinan.

53. *Cumque Borysthenio amne.*] Sic *Borysthenii vis fluminis* apud Avienum descriptione orbis, & *Borysthenii ora fluminis.* Heins.

53. *Liquidissimus amne Dyraspes.*] Sic quidem est Borysthenes. Ῥεῖ τι πυθμὴν παρὰ θαλάσσιον, inquit Herodotus. Attestatur & Dio Chrys. in Borysthenitica, testis oculatus. *Dyraspes* vero *liquidissimus* frustra quaeritur, sive *Dyraspes*, seu *Diraspes*, ut variant libri, & aliquis, *Dyrasos.* Neque ullum amnem in Pontum descendentem video, qui propius accedat, quam *Lycastus.* & prope accedit sane, ut pro emendatione placeat. *Lycastus* scilicet facile fit *Dyraspus*, inde *Dyraspes.* Porro Lycastus Scylaci fluvius est Alyn inter & Thermodonta; sed & Marciano quoque proxime Alyn recensitus. sed illic male legitur, *Acanstus*, ut jam monuit Vossius ad Melam. Plinio etiam fluvius est, ut ego ista interpretor: *In ora autem ab Amiso oppidum & flumen Chadisia, Lycastum, à quo Themiscyra regio:* nam adjective poni videtur. Alibi quoque exstant vestigia. Mela: *Secundum Halyn urbs est Lycasto.* Apollonius de Amazonibus: Νόσφι δ' Ἁλυβίων ἐριβώλακος, Νόσφι δ' ἀκεστοπόλιος Χαλύβων. Ad quem Scholiastes: Ἀνυφίων χωρίον τῆς Λευκοσυρίας. ἀφ' ἧς ὁ Ἅλυος ἐπὶ τὰς Ἀμαζόνας. Χαδησίας δ' αὐτὰς ἐπὶ Ἐκατωνῦ ἀπὸ τῆ χαδήσου. Quid vero sit ἀπὸ τῆ χαδήσου nescio, & legendum confido, ἀπὸ τῆ Χαδησίας. sic *Lycastias* dicemus Amazonas à fluvio Lycasto, *Chadenas* à fluvio Chadisia. Eum vero legisti modo in Plinii loco, quin & *Chadesium* vocat Marcianus. Auctor Elect. Eton. *Daraspes* Moreti. *Diraspes* Reg. P. Dan. Servii. *Darapses* Putean.

54. *Melanthus.*] *Melanthios* Arriano prope vicum Cotyora. Plinio flumen *Melanthium.* Auctor Elect. Eton. *Melampus* Putean. *laeve iter* Leidens.

56. *Utramque.*] *Utrumque* Putean. vid. I. Met. 50.

57. *Omnes.*] *Amnes* Moretti.

58. *Negat.*] *Neget* Francof. rectius.

59. *Copia tot laticum quas auget adulterat undas.*] Ex copia atque ubertate fluvialis aquae, qua abundat mare Ponticum, contendunt fieri, ut facilius quam aliud quodvis mare concrescat gelu, & glacie adstringatur. Videndus inter caeteros Herodotus hac de re, & A. Gellius Noct. Attic. libro XVII. cap. 8. Plinius VI. cap. XVII. Macrobius libro VII. Saturnalium cap. XII. Solinus ex Varrone cap. XIX. in descriptione Ponti. Sallustius: *Mare Ponticum dulcius est quam caetera.* Heins. *Auget & alterat* Regius.

61. *Diluiturque color.*] *Dividiturque* Junian. *caerulus*

Si roget haec aliquis, cur sint narrata Pedoni,
Quidve loqui certis juverit ista modis;
Detinui, dicam, tempus curasque fefelli.
Hunc fructum praesens attulit hora mihi.
Abfuimus solito, dum scribimus ista, dolore:
In mediis nec nos sensimus esse Getis.
At tu, non dubito, cum carmine Thesea laudes,
Materiae titulos quin tueare tuae;
Quemque refers, imitere virum. vetat ille profecto.
Tranquilli comitem temporis esse fidem.
Qui quamquam est factis ingens, & conditur à te
Vir tanto, quanto debuit ore cani;
Est tamen ex illo nobis imitabile quiddam,
Inque fide Theseus quilibet esse potest.
Non tibi sunt hostes ferro clavâque domandi,
Per quos vix ulli pervius Isthmos erat:

Sed

ejecta dolore est dilaturque maris prim. Ed. *caeruleus ore est dilaturque virus* Putean.

64. *Mixto de sale.*] *Cum sale* Putean. & Berfmanni. *nomen habet* Servil. & quatuor alii.

67. *Detinui, dicam, curas tempusque fefelli.*] *Detinui, dicam, tempus, curasque fefelli* ex libro Pefchii & quinque aliis. fic Met. II.

Detinuit formosa diem.

Auctor Pervigilii Veneris:

Detinenda cras nox & pervigilanda canticis.

quae ibi vera eft fcriptura. Manilius lib. V.

Ille dabit cunctis inter convivia dulces,
Mulcebitque fono Bacchum, nectesque tenebit.

pro detinebit. Frustra magnus Scaliger, *tenebris* reponit. fic *diem extrahere* apud Caefarem lib. I. de bello civili, & Valer. Maximum lib. II. cap. II. *extimere dicendo diem.* A. Gellio. Heins. Heinfius fecit, *detinui tempus, curasque fefelli*, offenditque exemplis *tempus detinere* bene ac Latine dici. Verum Poëta tempus detinere noluit, quod fcilicet per fe morari atque haerere videbatur invifum, fallere voluit ipfumque falli, ut elaberetur non fenfienti, certe pro longiffimo (quod miferis hominibus vifu venit) brevius aliquanto nonnunquam exiftimantem. Sed quid eft *detinere curas* hic loci? ac quafi feras, ut *Cithara* apud Martial. XIV. *dantur fibras detinendaque feras?* magis credo Ovidium fcripfiffe, *Detinui, dicam, curas, tempusque fefelli*, id eft perpetuum aliquoi curarem tenorem interrupi. nam *diftinere*, eft feorfim tenere, ne continuata fint effecta. Lucret. lib. V. *Mare quod haec terrarum diftinet ora.* Virgil. XI. *diftinet hoc*

rem Agger murorum. Auctor Electr. Eton. Egi de hoc loco ad lib. I. Met. 683. antequam mihi Etonenfium Electorum copia effet facta. (ante quae vifa illa jam typis fuere defcripta) & quod ibi *diminuit* legendum effe contendimus, nunc firmatur codicis P. Dan. auctoritate, qui hic in margine habebat, *diminui*, quod verum puto. exhibebat idem *curas, dicam, tempusque fefelli*, recte. diminui curas, & tempus fefelli. Burm.

69. *Dum fcripfimus.*] Vetuftum in praefenti; *dum fcribimus.* Fabricius. *Scribimus* meliores. Heins.

69. *Dolori.*] Reftiturum vides, *dolore* pro *dolori*, quod amplexae fuerant nuperae editiones, quodque ex uno libro adduxit Berfmannus. & nefcio tamen, an interfit aliquid, fed quantum nunc quidem video, Ablativus tantum rei, feu cum praepofitione, feu fine praepofitione, hoc verbum *abeft* comitatur. perfonae vero & Dativus & Ablativus. Auctor Electr. Eton. *dolore* Jun. Lcid. Reg. & Putean. *abfumus à folito* Moreti. *dolore* jam ediderunt Ald. Micyl. Gryph. & alii.

73. *Vetat ifte profecto.*] Rectius *ille* in nonnullis Nauger.

75. *Qui quamquam eft factis ingens, & conditus à te, Vix tantus.*] Locus corruptus, ut nunc editur, atque intricatus. Scaliger emendabat,

Qui quamquam eft factis ingens, & conditus à te,
Vir tanto, quanto debuit ore cani.

D. Heins. *Conditur* bene Polit. aliique nonnulli, cum primis editionibus. deinde, *vir tantus quantus* multi. nonnulli, *vir tantus quanto*, vel *vir tanto quantus*. Scribe cum Gottorph. & uno Vaticano,

—— *con-*

Sed praeftandus amor, res non operofa volenti.
Quis labor eft puram non temeraffe fidem?
Haec tibi, qui perftas indeclinatus amico,
Non eft quod linguâ dicta querente putes.

—— *& conditur à te*
Vir tanto, quanto debuit ore cani.

quomodo jam Scaliger ex parte conjecerat. recte *conditur*. non enim videtur abfolviffe. Heins. Coactus tamen fum reponere *conditus* propter iftud *debuit*. Neque vero mihi fe probat *tè vir* ita collocatum. Neque Berfmanni interpretationem admitto. qui credidit *vix tanto* capi debere pro *majore*. fic igitur diftinguo, *Vix tanto, quantus debuit, ore cani.* & interpretor, à te conditus, licet ei tanta vox osque tam magna fonans contigerit, vix quantus cani debuit. totum autem locum, fi mutare licet apicem unum aut alterum, fic malim,

Qui quamquam eft factis ingens, & conditur à te
Vix tanto, quantus debeat, ore cani.

Auctor Electr. Eton. Theseida fcripfit inter Graecos Nicoftratus, ut legit ejus Poëtae nomen Menagius ad Laërt. II. 59.

77. *Nobis.*] *Vobis* Leid.

78. *Inque fide.*] *Fidem* P. Dan. Reg. & tredecim alii.

80. *Vix illi pervius.*] Rectius, *illi* in nonnullis. Heins.

81. *Res non onerofa.*] *Operofa* in nonnullis. Nauger.

83. *Haec tibi qui praeftas.*] *Perftas* in nonnullis. Nauger. *Quae praeftas* Junian. *Non inclinatus* pr. Ed. & quatuor fcripti. *non dedignatus* unus.

84. *Querente.*] *Tremente* Polit. & Edit. Micyl. Gryph. & Berfm.

Epistola XI.

*Gallioni.

Gallio, crimen erit vix excufabile nobis,
Carmine te nomen non habuiffe meo.
Tu quoque enim (memini) coeleftì cufpide facta
Foviffi lacrimis vulnera noftra tuis.
Atque utinam, rapti jacturâ laefus amici,
Senfiffes ultra, quod quererere, nihil!
Non ita Dis placuit, qui te fpoliare pudicâ
Conjuge crudeles non habuere nefas.

Nun-

* Gallioni.] Junius Gallio dictus eft, is adoptavit M. Annaeum Novatum, Senecae fratrem, qui ex illo Junius Gallio eft dictus. Euíebianum Chronicon B. Hieronymi, *Junius Gallio, frater Senecae, egregius Declamator, propria fe manu interfecit.* refert ad eundem annum, quo Lucanus occubuit. atqui Gallionem Senecae fuperftitem fecit Tacitus. Heins. *Pollioni* Francof. male. nam Gallionem familiarem fuiffe Nafoni apparet ex Senecae I. Suafor. *haec autem dicebat Gallio Nafo-*

ni fuo valde placuiffe. vid. Reinef. ad Infc. Cl. I. 99. pag. 137. Burm.

1. *Nobis.*] *Noftrum* P. Dan. *non exc.* prim. Ed.

3. *Coeleftì.*] *Coeleftia* Junian. *tu quoque nam* P. Dan.

7. *Non ita Dis placuit.*] *Dis vifum* tres libri, ut Virgil. II. Aeneid. *non ita Dis vifum.* & fupra Nofter & paffim Poëtae. *ta non fpoliare* Berfm. Edit.

15. *Dum*

Nuntia nam luctus mihi nuper epistola venit:
Lectaque cum lacrimis sunt tua damna meis.
Sed neque prudentem solari stultior ausim,
Verbaque doctorum nota referre tibi:
Finitumque tuum, si non ratione, dolorem
Ipsa jam pridem suspicor esse morâ.
Dum tua pervenit, dum litera nostra recurrens
Tot maria ac terras permeat, annus abit.
Temporis officium solatia dicere certi est:
Dum dolor in cursu est, dum petit aeger opem.
At cum longa dies sedavit vulnera mentis;
Intempestive qui fovet illa, novat.
Adde quod (atque utinam verum tibi venerit omen!)
Conjugio felix jam potes esse novo.

Epi-

15. *Dum litera nostra recurrens.*] Ita olim edi-ti & scripti: sed cum errore operarum in Heinsianis editionibus legatur, *listera nostra recurrens*, ille, qui notas variorum contexuit explicat, pro ad litora nostra. ut apud Virgil. v. Æneid. *Dii quorum augusta curro.* festive & facete sane! nec defuit dicam suum sanctus ille Paraphrastes Gallicus. reponunt autem *Epistola* à versu nono. tanti non erat, scilicet, antiquiores adhibere editiones: fetinantibus illis Poëtae nostri commentatoribus, quos solos hodie inficeti homines mirantur & solos evolvunt. Burm.

17. *Temporis officium est solatia dicere certi.*] Hic ordo ex antiquis mihi placet. Fabric. *Dicere certi* prim. Ed.

18. *Dum petit aeger opem.*] *Et petit* plerique veteres. Heins.

19. *Sedavit vulnera.*] *Senavit* Servii codex, *vulnera morbi* Mt. Berlin. *longa quies* etiam P. Dan.

20. *Intempestive qui monet illa movet.*] In Aldino, *illa novet*, id est mentis sanatae vulnera renovat. in Patavino est alia lectio, nempe haec, *qui movet illa, novat.* quae agnominatio & elegans est, nec minus lepida sententia. Qui monet intempestive, ille movet vulnera ante sedata: cum *movet* opponit verbo *sedavit.* legit eodem modo Merula: nam ita interpretatur, *movet*, id est tempore non suo agitat & attrectat. Fabric. *Qui movet illa novat* libri potiores, quidam etiam, *monet illa novat.* Scribe,

Intempestive qui fovet illa, novat.

fovere vulnera, ut supra hac ipsa Elegia:

Tu quoque enim (memini) coelesti cuspide facta
Fovisti lacrymis vulnera nostra tuis.

& sic passim alibi. Statius Epicedio Vernae:

Deficio, medicasque manus fomentaque quaerò
Vulneribus, sed vana, mali.

ita scribo. non, *sed summa. Novare* etiam *vulnera* usitatum Nostro. Remed. Amor.

——— *vulnusque novatum*
Scinditur.

Met. XII.

Semicremoque novat repetitum stipite vulnus.

Trist. II.

Nam tanti non sum, renovem ut tua vulnera, Caesar.

Heins.

21. *Tibi venerit omen.*] Franc. *atque utinam ut verum mihi venerit.* certe ego *mihi* praeferrem: utinam mihi, mentionem facienti novi tui conjugii, verum illud omen venerit, neque fallar, sed tu jam uxorem duxeris, ut ego voveo. *venerat* Jun. Burm.

Tutti-

Epistola XII.

*TUTICANO.

Quo minus in nostris ponaris, amice, libellis,
Nominis efficitur conditione tui.
Ast ego non alium prius hoc dignarer honore:
Est aliquis nostrum si modo carmen honos.
Lex pedis officio, naturaque nominis obstant:
Quàque meos adeas, est via nulla, modos.
Nam pudet in geminos ita nomen findere versus,
Desinat ut prior hoc, incipiatque minor:
Et pudeat, si te, quâ syllaba parte moratur,
Artius adpellem, Tuticanumque vocem.
Nec potes in versum Tuticani more venire;
Fiat ut è longâ syllaba prima brevis.
Aut producatur, quae nunc correptius exit;
Et sit porrectâ longa secunda morâ.
His ego si vitiis ausim corrumpere nomen,
Ridear, & merito pectus habere neger.
Haec mihi caussa fuit dilati muneris hujus,
Quod meus adjecto foenore reddet ager;
Teque canam quàcumque nota: tibi carmina mittam,
Pene mihi puero cognite pene puer.

Per-

* Tuticano.] *Ad Tuticanum* unus. *Cuticanum* duo. Heinsius olim conjecerat, *Tuditano*, quod Semproniorum cognomen, Valer. Max. VII. cap. VIII. n. 1. quod vero conditio nominis non patiatur ut exprimat, similis est Archestrati excusatio apud Athen. VII. 8. qui piscem, in Mocotide & Ponto frequentem non nominat, quia *ἐν μέτρῳ οὐ θέμις εἰπεῖν.* Burm.

5. *Fortunaque nominis obstat.*] *Naturaque* praestat cum Scaligeri codice. *obstant* etiam Regius. & mox *findere* pro *scindere* cum uno Vatic. & *incipiatque sequens*, pro *minor* cum Combiano. & *moratur* cum plerisque, pro *moretur.* Heins.

6. *Modos.*] *Pedes* sex scripti.

7. *Findere.*] *Scribere* Jun. Lcid. forte pro *scindere.*

10. *Artius appellem.*] Id est tertiam syllabam ea pronuntiem ut brevem, ut minus litera *a* exaudiatur, quam si producam, & longior sit, magisque exaudiatur. quo fere sensu Quinctil. IX. de Inst. Orat. 4. litera *i angustior* dicitur quam *e*, quae *plenior* est. Burm.

11. *Et potes in versum.*] In nonnullis, *nec potes.* Naug. *Versus* P. Dan. *versu* Regius & Putean.

13. *Aut ut ducatur.*] *Aut producatur* veteres majori ex parte. Heins. *Correptior* Putean.

14. *Porrecta.*] *Corrupta* duo libri. *pro recta* Ms. Berlin.

16. *Et merito.*] *Et cunctis* Moreti.

17. *Moneris.*] *Nominis* sex & Bersmanni.

18. *Reddet ager.*] *Reddet amor* multi veterum, utrumque bene. Heins. *Reddat* octo cum prim. Edit.

19. *Teque canam, quacumque nota, tibi carmina mittam.*] Hoc est, quibuscunque notis atque indiciis utor, ad te, vel nomen tuum significandum. Quasi dicat, quia te proprio nomine appellare

Perque tot annorum seriem, quot habemus uterque,
Non mihi, quam fratri frater, amate minus.
Tu bonus hortator, tu duxque comesque fuisti,
Cum regerem tenerâ frena novella manu.
Saepe ego correxi sub te censore libellos;
Saepe tibi admonitu facta litura meo est:
Dignam Maeoniis Phaeacida condere chartis
Cum te Pierides perdocuere tuae.
Hic tenor, haec viridi concordia coepta juventâ
Venit ad albentes illabefacta comas.
Quae nisi te moveant, duro tibi pectora ferro
Esse, vel invicto clausa adamante putem.
Sed prius huic desint & bellum & frigora terrae,
Invisus nobis quae duo Pontus habet;
Et tepidus Boreas, & sit praefrigidus Auster,
Et possit fatum mollius esse meum;
Quam tua sint lapso praecordia dura sodali.
Hic cumulus nostris absit, abestque, malis.
Tu modo per Superos, quorum certissimus ille est,
Quo tuus adsidue Principe crevit honor;

Effi-

are in carmine non possum, utor notis quibuscunque potero, unde intelligar te significasse. Id quod finem Elegia ab hac tertia sequente facit, ubi ait:

Haec tibi mittuntur, quem fum modo carmine quaestus,
Non ipsum numeris nomen habere meis.

MICYLL. *Quocumque modo* unus.

23. *Tu duxque.*] *Mihi duxque* Servii & Leid.

25. *Saepe.*] *Nempe* Moreti.

26. *Admonitu.*] *A monitu* prim. Ed. *tui admonitu facta litura mea est* Serv. *mihi monitu facta litura tuo* P. Dan.

27. *Dignam Maeoniis Phaeacida condere chartis.*] Non est ita materialiter exponendum, *Maeonnis chartis*, quasi dicat, simili charta scribendam esse Tuicani Phaeacidam ei, qua Homerus usus fuit: quid enim si talis nulla tum reliqua fuisset? sed *μετωνυμικῶς*, aut per metonymiam accipiendum, ut dignam chartis Homeri vocet, quae possit cum Homeri scriptis comparari. quemadmodum dicimus, orationem olentem Demosthenis lucernam, non quae ad idem illud oleum Atheniense scripta fuerit, sed quae simili studio ac diligentia composita sit. MICYLL. *Dignam* ex scriptis nonnullis. & *Pierides tuae*, pro *Deae* ex Moreti libro, HEINS. *Praeclarum* prim. Edit.

30. *Ad albentes.*] *In albentes* Junian. & Bersm. Ms.

32. *Invicto clausa adamante putem.*] Libri nonnulli veteres, *invito*, & *invicto adamante*, unde fuit cum *inducto adamante* censerem esse reponendum, ea significatione, qua lib. XIV. Met.

——— *calidusque è corpore sanguis*
Inducto pallore fugit.

Inductis nubibus atra dies in Ibide. & *inducta nubs dies premitur* Trist. I. Eleg. VIII. *inductum aequor harenis* Met. XI. *inductum cornibus aurum* Metam. VII. quae illic vera lectio. & lib. VIII. *inducta condi praecordia terrâ.* vide plura notis ad Met. IV. fol. 408. lib. IX.

Contegat inductas morientia lumina cortex.

Ep. VII.

Uror, ut inducto ceratae sulfure taedae.

Inducere pedibus calceamenta. de quo Salmasius ad Pallium Tertulliani. Nunc tamen vulgatam scripturam non esse mutandam opinor, ut sibi fuserit noster ad Graecam originem adamantis. *manfurum adamantem* dixit Claudianus libro II. de laude Stiliconis. apud alios Poëtas *perennis adamas* nonnumquam occurrit. quomodo Statius Theb. VII. Solinus cap. XXX. de Hyacintho lapide: *nec tamen penitus invictus est. nam adamantis scribitur*, idem cap. XXXVII *Chalazias dura-*

Effice, constanti profugum pietate tuendo,
Ne sperata meam deferat aura ratem.
Quid mandem, quaeras? peream nisi dicere vix est.
Si modo, qui periit, ille perire potest.
Nec quid agam invenio, nec quid nolimve velimve:
Nec satis utilitas est mea nota mihi.
Crede mihi; miseros prudentia prima relinquit:
Et sensus cum re consiliumque fugit.
Ipse, precor, quaeras, quâ sim tibi parte juvandus:
Quoque viam facias ad mea vota vado.

duritie est robustissima & invicta. idem cap. LII. de ipsis adamantibus, *nec igne vincuntur, nec ferro domantur.* Videatur Plinius de adamantibus. HEINS. *Invicto* non est movendum. nam vincuntur omnia, quae vel vitio quodam, vel temporis diuturnitate diminuuntur & pereunt, ut latius docui ad Val. Flacc. I. 819. *adamante reor* Ms. Bersm.

33. *Huic desint.*] *Hic* Leid. *desunt* Serv. *deerunt* Moreti.

35. *Praefrigidus.*] *Perfrigidus* quatuordecim & Ms. Berim.

37. *Dura.*] *Clausa* Moreti & novem alii. non male. *cassa* etiam unus. *lassa* septem.

39. *Certissimus.*] *Justissimus* Regius & Leid. *fortissimus* prim. Edit.

42. *Deserat.*] *Desinat* Francof. ut saepius apud Nostrum.

47. *Miseros.*] *Miserum* Ms. Bersm. *reliquit* decem.

48. *Et sensus cum re.*] *Cum se* scribendum. nam unus Vossii, *cum te.* Medonii unus, *cum se.* HEINS. Minime mutandum *cum re.* ita enim & Terentius Eunuch. II. 2. *simul consilium cum re amissisti?* Sallust. Jugurt. 74. *Nec res, nec consilium, nec quidquam hominum satis placebat.* & ita alii saepe. BURM.

49. *Ipse precor.*] *Ipse velim* unus Heinsii. *licet* Medonii.

50. *Quoque viam.*] *Quaque* multi & prim. Ed. *quamque viam* Polit. *Quove* editi nonnulli. *vota modo* Moreti. *vota vide* multi.

EPISTOLA XIII.

CARO.

O Mihi non dubios inter memorande sodales,
Quique, quod es, vere, Care, vocaris; ave.
Unde saluteris, color hic tibi protinus index,
Et structura mei carminis esse potest.
Non quia mirifica est, sed quod nec publica certe:
Qualis enim cumque est, non latet esse meam.

Ipse

1. *Memorande.*] *Venerande* duo cum prim. Ed. *numerande* duo alii.

2. *Qui quod es id vere.*] *Quique quod es vere*, nonnulli. HEINS.

3. *Color hic tibi proximus index.*] Legendum, ut legerunt omnes eruditi, *protinus*, non *proximus*, *colorem* sui carminis etiam mox nominat,

Et mea Musa potest proprio deprensa colore.

FABRIC.

5. *Nec publica certe.*] Non digna quae in publicum prodeat exponit Merula. negat. idem enim notat,

Ipse quoque, ut chartae titulum de fronte revellas,
Quod sit opus, videor dicere posse, tuum.
Quamlibet in multis positus noscêre libellis;
Perque observatas invenière notas.
Prodent auctorem vires, quas Hercule dignas
Novimus, atque illi, quem canis, esse pares.
Et mea Musa potest proprio deprensa colore
Insignis vitiis forsitan esse suis.
Tam mala Thersiten prohibebat forma latere,
Quam pulchrâ Nireus conspiciendus erat.
Nec te mirati, si sint vitiosa, decebit
Carmina, quae faciam pene poëta Getes.
Ah pudet! & Getico scripsi sermone libellum:
Structaque sunt nostris barbara verba modis.
Et placui, (gratare mihi) coepique poëtae
Inter inhumanos nomen habere Getas.
Materiam quaeris? laudes de Caesare dixi.
Adjuta est novitas numine nostra Dei.
Nam patris Augusti docui mortale fuisse
Corpus; in aetherias numen abîsse domos:

Esse

notat, quod non plebejae & communis venae, & notae, ut Petron. cap. III. *Sermo non publici saporis.* & Juvenal. VIII. 53.

Sub vatem egregium, cui non sit publica vena.

Ita publica verba lib. III. Amor. Eleg. 7 & similia. *non quod mirifica est, sed quod non* Ms. Bersm. *in quo etiam versu* deerat, relicta lacuna. Burm.

8. *Quod sit opus, videor.*] Malim, *Quid sit opus videor.* Heins.

11. *Prodent.*] *Prodant* septem scripti & editi omnes.

12. *Ipse parem.*] *Esse pares* rectius alii. Heins.

16. *Quam pulchra.*] *Quam populo* Ms. Bersm.

17. *Si sint vitiosa.*] *Si sint* plerique. Heins.

18. *Faciam.*] *Feci* Ms. Bersm.

19. *Et Getico.*] *In Getico* Ms. Bersm.

21. *Placui.*] *Placuit & coepique* P. Dan.

22. *De Caesare dixi.*] An, *dixit laudem* Moreti & tres alii, & Bersm.

23. *Fracta renatus.*] De hac re Tacitus lib. I. his verbis: *Versae inde ad Tiberium preces, & ille varie disserebat, de magnitudine imperii, sua modestia: solam divi Augusti mentem tantae molis capacem: se in partem curarum ab illo vocatum, experiendo didicisse, quam arduum, quam subjectum fortunae regendi cuncta onus. Proinde in civitate tot illustribus viris subnixa, non ad unum omnia deferrent, plures facilius munia reipublicae societatis laboribus exacturos, &c* Vide quae eodem loco sequuntur. Micyll. *Coactus* praestat cum codice Scaligeri. Suetonius de Tiberio, *Tandem quasi coactus, & querens miseram & onerosam imponi sibi servitutem, recepit imperium.* Adeatur etiam Tacitus Annalium primo. Heins.

29. *Esse pudicarum te Vestam, Livia, matrum.*] Hoc est, quam matronae omnes pudicae instar Vestae venerentur. sic *Junonem* Liviam quoque vocavit lib. III. Eleg. 1. Nihil ergo hoc loco est mutandum. Heins. *Te exemplum* Mss. Bersm. *te vestam* Leid.

30. *Ambiguum est nato dignior, anne viro.*] Manuscripti lectio sine verbo substantivo, nescio quomodo alacrior. Fabric.

31. *Esse duos.*] *Duo* Basil. *cui dederint* editi plures.

38. *Erat.*] *Eris* P. Dan. Moreti & quindecim alii.

40. *Sub axe videt.*] *Tenet* Francof. & Ms. Bersm.

41. *Carmina nil prosunt.*] Unus codex, *quid prosunt. carmina semper* alius. dein, *scriptaque tam* Putean.

44. *Per*

Esse parem virtute patri, qui frena coactus
Saepe recusati ceperit imperii.
Esse pudicarum te Vestam, Livia, matrum,
Ambiguum nato dignior, anne viro.
Esse duos juvenes, firma adjumenta Parentis.
Qui dederint animi pignora certa sui.
Haec ubi non patriâ perlegi scripta Camenâ,
Venit & ad digitos ultima charta meos;
Et caput & plenas omnes movêre pharetras,
Et longum Getico murmur in ore fuit.
Atque aliquis, Scribas haec cum de Caesare, dixit,
Caesaris imperio restituendus eras.
Ille quidem dixit, sed me jam, Care, nivali
Sexta relegatum bruma sub axe videt.
Carmina nil prosunt. nocuerunt carmina quondam:
Primaque tam miserae caussa fuere fugae.
At tu per studii communia foedera sacri,
Per non vile tibi nomen amicitiae;
Sic capto Latiis Germanicus hoste catenis,
Materiam vestris adferat ingeniis;
Sic valeant pueri, votum commune Deorum;
Quos laus formandos est tibi magna datos;
Quanta potes praebe nostrae momenta salutis:
Quae nisi mutato nulla futura loco est.

Epi-

44. *Per non vile tibi.*] *Perque tibi sacrum* Moretti.

46. *Materiam vestris praebeat ingeniis.*] Alii, *nostris. afferat* etiam plerique. Puto, *efferat.* certe *praebe* mox sequitur. *adferat* etiam codex Scaligeri. Vide Notas ad Epist. XX. pl. 194. Heins.

47. *Votum commune duorum.*] *Deorum* multi veteres. Forte, *fuerum.* sic apud Virgil. *O decus omne tuum.* Heins.

48. *Quis laus formandis est tibi magna datis.*] In Patavino. *Quos laus formandos est tibi magnos datos.* Carus Poëta filium Germanici, Cajum Imperatorem, postea dictum Caligulam, & Drusum instituit. Fabric. Ita & Mss. Bersm. & Moreti. *ques laus formandos est tibi magna duos* P. Dan. 2 m. s. & Leid.

49. *Quanta potes praebe nostrae momenta salutis.*] Recte Scaliger, *momenta* emendabat, D. Heins. Ita Vatican. unus, & Gronov. ad Liv. XXIX. 18. *praesta* unus Heinsii.

EPISTOLA XIV.

TUTICANO.

HÆc tibi mittuntur, quem ſum modo carmine queſtus
Non aptum numeris nomen habere meis.
In quibus, excepto quod adhuc utcumque valemus,
Nil, te praeterea quod juvet, invenies.
Ipſa quoque eſt inviſa ſalus: ſuntque ultima vota,
Quolibet ex iſtis ſcilicet ire locis.
Nulla mihi cura eſt, terrâ quam muter ut iſtâ:
Hac quia, quam video, gratior omnis erit.
In medias Syrtes, mediam mea vela Charybdin
Mittite, praeſenti dum careamus humo.
Styx quoque, ſi quid ea eſt, bene commutabitur Iſtro:
Si quid & inferius, quam Styga, mundus habet.
Gramina cultus ager, frigus minus odit hirundo;
Proxima Marticolis quam loca Naſo Getis.
Talia ſuccenſent propter mihi verba Tomitae,
Iraque carminibus publica mota meis.

Ergo

3. *Nil nisi praeterea.*] Imo, *te* cum aliis codicibus. D. Heins. Repone, *Nil te* ex tribus ſcriptis. Heins. Ita & Berlinnanus malebat.

6. *Scilicet.*] *Si licet* quatuor libri.

7. *Nulla mihi cura eſt, terra quo muter ab iſta.*] Lege ex ambobus Vatic. Maff. & Urſ. *mittar.* Ciofan. *Muter* editiones quaedam cum quinque ſcriptis, neque aliter doctiſſimus Gronovius Obſervat. lib. III. cap. I. qui videndus. Patav. *niſi mittar.* Scribe, *niſi mater ut iſtâ.* vel, *quam mutor ut iſtâ*: nam Arondelianus, *quam mittar ab iſta. qua mittar* nonnulli. vel *quoque.* Forte,

Nulla prior cura eſt, terra quam muter ut iſta.

Sic & v. Tiſt. II. 73.

Hinc ego dum muter, vel me Zanclaea Charybdis
Devoret, aque ſuis ad Styga mittat aquis.

plura diximus ad Elegiam II. libri II. Pontic. vſ. 66. in Priapeis epigrammate LV. quoque ſcribendum, *navis mutabor.* ubi *mutabor* perperam circumjectur:

Quae ſi perdidero, patria mutabor; & olim
Ille tuus civis, Lampſace, Gallus ero.

apud Propertium lib. II. El. XXXII.

Tyndaris externo patriam mutavit amori.

Heins. Sic I. Pont. I. 79.

Inque locum Scythico vacuum mutabor ab arcu.

Cicero pro Balb. cap. XIII. ne quis *invitus civitate mutetur, neve in civitate maneat invitus.* vide de hoc verbo Bentlej. ad Horat. II. XVI. 19.

8. *Haec quoque.*] Ex iisdem libris emenda, *haec quia.* Ciofan.

9. *In medias Syrtes.*] *Mediam Syrtin* tres antiqui. Heins. *Syrtem* Putean. & duo alii. *mea vota* Leid.

11. *Si quid ea eſt.*] *Si quidem* Gruter. male. vide ſupra lib. IV. I. 17.

Da mihi, ſi quid ea eſt, habentem pectora Lethen.

11. *Bene commutabimur.*] Et ex ratione, & eorumdem librorum conſenſu & auctoritate corrige, *commutabitur.* Ciofan.

15. *Talia ſuccenſent.*] In lib. Urſini, *ſuſcenſent* per ſ, quo modo ſcribendum eſt. Ciofan. *Succedunt* Ms. Berſm.

16. *Publica mota.*] *Parta* unus Vatican. Heins.

19. *Ergo ego.*] *Cur ego* Ms. Berſm.

21. *Divertor.*] *Devertor* ex ſcriptis. Heins.

21. *Et illas.*] *Ad illas* quinque libri. quod placet. Heins.

23. *Mea culpa.*] *Mihi culpa* Vatican.

25. *Monumenta.*] *Momenta* duo. *doloris* Reg.

28. *Pulſetur.*] *Pulſatur* ſeptem.

31. *Eſſet perpetuo ſua quam vitabilis Aſcra, Auſa eſt agricolae, &c.*] Verſus Heſiodi ſunt in Ergis: Νάσσατο δ' ἄγχ' Ἑλικῶνος διζυρῇ ἐνὶ κώμῃ Ἀσκρῃ, χείμα κακῇ, θέρει ἀργαλέῃ, οὐδέποτ' ἐσθλῇ. *Perpetuo* ergo *vitabilem* dicit, quae neque aeſtate, neque hyeme commoda eſſet: ſed ut ipſe Heſiodus ait, οὐδέποτ' ἐσθλή. Micyll. Verſus ſuſpectus. Heſiodi illa minus commode expreſſit:

Νάσσατο δ' ἄγχ' Ἑλικῶνος διζυρῇ, ἐνὶ κώμῃ
Ἀσκρῃ, χείμα κακῇ, θέρει ἀργαλέῃ, οὐδέ ποτ' ἐσθλῇ.

Ergo ego ceſſabo numquam per carmina laedi,
Plectar & incauto ſemper ab ingenio?
Ergo, ne ſcribam, digitos incidere cunctor;
Telaque adhuc demens, quae nocuere, ſequor?
Ad veteres ſcopulos iterum devertor, ad illas,
In quibus offendit naufraga puppis, aquas.
Sed nihil admiſi: nulla eſt mea culpa, Tomitae;
Quos ego, cum loca ſim veſtra peroſus, amo.
Quilibet excutiat noſtri monumenta laboris;
Litera de vobis eſt mea queſta nihil.
Frigus, & incurſus omni de parte timendos,
Et quod pulſetur murus ab hoſte, queror.
In loca, non homines, veriſſima crimina dixi.
Culpatis veſtrum vos quoque ſaepe ſolum.
Eſſet perpetuo ſua quam vitabilis Aſcra,
Auſa eſt agricolae Muſa docere ſenis.
At fuerat terrâ genitus, qui ſcripſit, in illâ.
Intumuit vati nec tamen Aſcra ſuo.
Quis patriam ſollerte magis dilexit Ulixe?
Hoc tamen aſperitas indice nota loci eſt.
Non loca, ſed mores dictis vexavit amaris
Sceptius Auſonios, acſtaque Roma rea eſt.

Fal-

ubi aget de patre ſuo. Heins. *Miſerabilis* unus. *mutabilis, mirabilis* alii. *quod vitabilis* Polit. & tres. *auſa eſt Argolici* Ms. Berſm.

35. *Quis patriam ſollerte magis dilexit Ulyſſe?*] Sic Ulyſſes Odyſſeae 9.

Ναυτάων αἰ' ἰθάκλου τιδέπλων, ὃ σ' αἰ ἀφ' αὐτῆ,
Νίσεται, ἀνοσφόλιος, ἀμηχανίης. ἀμφὶ δ' ἑταῖροι
Πολλοὶ νωνύμνοι, μάλα σχίδνα ἀλλήλοισι,
Δυλίχιον τε Σάμηνε, καὶ ὑλήεσσα Ζάκυνθος·
Αὐτὰ δ' χθαμαλὴ παννυχίοισι τὸ ἀλὶ κίτται
Πρὸς ζόφον· αἱ δὲ τ' ἄνεδθε πρὸς ἠῶ, ἠλιόν τε,
Τρεχεῖ, ἀλ' ἀγαθὴ κερτομίῃσι. ὅτι ἴσχετε
Ἧς γαίης δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι.

Micyll.

36. *Indice dicta loci eſt.*] *Nota* Excerpta Scaligeri & ſex alii. rectius. *ſoli* etiam duo: cum *loca* verſu proximo repetatur. Heins. *Dicta* Ms. Berſm. *facta* Feſch. & Voſſ. *indice* multi.

37. *Scriptis.*] *Dictis* Politiani & tres alii. melius. *dicta* ſunt dicteria, ſcommata.

38. *Sceptius Auſonios, acſtaque Roma rea eſt.*] Merula Sceptium hunc poëtam fuiſſe dicit: ſed de eo alibi nihil extare. quorum ut alterum propemodum verum, alterum prorſus incertum ac

du-

Falsa tamen passa est aequâ convicia mente,
Obfuit auctori nec fera lingua suo.
At malus interpres, populi mihi concitat iram,
Inque novum crimen carmina nostra vocat.
Tam felix utinam, quam pectore candidus, essem,
Exstat adhuc nemo saucius ore meo.
Adde, quod Illyricâ si jam pice nigrior essem,
Non mordenda mihi turba fidelis erat.
Molliter à vobis mea sors excepta, Tomitae,
Tam mites Grajos indicat esse viros.
Gens mea Peligni, regioque domestica Sulmo,
Non potuit nostris lenior esse malis.
Quem vix incolumi cuiquam salvoque daretis,
Is datus à vobis est mihi nuper honor.
Solus adhuc ego sum vestris immunis in oris;
Exceptis, si qui munera legis habent.
Tempora sacratâ mea sunt velata coronâ,
Publicus invito quam favor imposuit.
Quam grata est igitur Latonae Delia tellus,
Erranti tutum quae dedit una locum;

Tam

dubium. Nam quod de Sceptii hoc sive poëmate, sive scripto potius qualicunque, alias nihil extet, ipsi eis initio est: quod autem idem nomen de Poëta quodam intelligendum omnino sit, de eo dubitari potest. Neque enim verbibus inquit Ovidius, sed scripta amaris vexavit mores Ausonios. Ego vero, quia alias, ut dictum est, de hoc scripto Sceptii nihil legimus: Plinius autem, Metrodorum, quem gentili nomine Sceptium vocant, à Romani nominis odio, hoc est, odorem Romanorum, aut simili aliquo cognomento appellatum dicit, adhuc omnino, ut de hoc, non Poëta, sed philosopho existente, intelligendum existimem. Nam ipsiam exemplum quoddam commune illius scriptorum est, quod Romanis objecerat, Volsinios propter ferarum numerum ab ipsis expugnatos fuisse. Deinde & illud accedit, quod Mithridati regi, qui Romanos gravissimo ac diuturno bello vexavit, adsimus fuit, ὁμοτράπεζος ille fuit, & eandem cum uxore in Ponticum, habitavit profectus, ut Strabo ait, cui probabile est hanc gratam, contra Romanos, referre voluisse: hemo, ut ex eodem Strabone apparet, etiam caetera in rebus inconstans, ac parum fidelis. Vide hic decimotertio Strabonem. Quanquam rursus non ignoro, pro *Sceptio*, *Septimium* alii alii legi: quibus quod ad me attinet, suum judicium relinquitur. Mercer. Idem liber; *Sceptius*, quam lectionem agnoscit Merula, & optime interpretatur. Miror alios eam secutos non esse. Ciofan. Bene Scaliger, *Septius*, ut & Berlmannus. de quo adeundus Plinius lib. xxxiv. cap. 7. D. Heins. *Sepius*, *Sepsius*, *Sepicus*, *Sepius* & similia libri veteres. Scribendum, *Septius*. ut Scaliger etiam vidit & Berlmannus. Metrodorum Scepsium intelligit, qui μισορωμαίος dictus est. Heins. Vid. Scalig. ad Catul. Epig. 30.

41. *Populi mihi*] *Populum mihi vertit in iram* Ms. non inscite. Berlm. Ita & Moreti. *modo concitat* Putean. *concutit* prim. Ed.

46. *Turba fidelis.*] *Turba fodalis* Excerpta Scaligeri. *non laedenda* Servii.

47. *Molliter a vobis.*] *Militat a vobis* Ms. Berlin.

48. *Tam mites Grajos indicat esse viros.*] Unus Vatic. *Getos*. Æque bene, nisi vis rectius. Ciof. *Gratos* multi Mss. & Berlm. & editi quidam.

49. *Gens mea Peligni, regioque domestica Sulmo*] Dividebantur Peligni, Plinio auctore, in tres regiones, Corfinienses, Superaequanos & Sulmonenses. Hinc igitur Sulmonem, ubi natus est, domesticam regionem vocavit. Eodem modo lib. II. Elegiar. partem dixit:

Ille parv, Sulmo tenet, Peligni tertia rurit,
Parva, sed irriguis ora salubris aquis.

Hic

Tam mihi cara Tomis: patriâ quae sede fugatis
Tempus ad hoc nobis hospita fida manet.
Dî modo fecissent, placidae spem posset habere
Pacis, & à gelido longius axe foret.

Hic quoque Cosmographiae imperitum se ostendit Merula, qui Sulmonem oppidum fuisse & hic & lib. IV. Trist. ait. Ciofan.

50. *Potuit.*] Pro *potuisset* positum videtur. Ciof. *Mollier* duo.

53. *Vestris.*] *Getici* unus Heinsii.

55. *Tempora sacratâ mea sunt velata coronâ, Publicus invito quam favor imposuit.*] Hunc locum lib. I. Eleg. VI. Tristium interpretatus sum. Ciof.

Vallata tres libri. *ornata* P. Dan. quae eadem diversitas II. Fast. 537. & alibi.

59. *Tam mihi cara Tomus.*] Alii, *Tomos*. Combii, Farnesii, Twisdenii, & unus Mediceus, *Tomis*. recte. monitum Notis Trist. III. Eleg. IX. vi. 33. Heins. *Grata* tres libri.

61. *Placidae spem posset.*] *Placidae spem pacis abunde posset, & Leid. dî quoque* P. Dan.

Epistola XV.

SEXTO POMPEIO.

Si quis adhuc usquam nostri non immemor extat,
Quidve relegatus Naso, requirit, agam;
Caesaribus vitam, Sexto debere salutem
Me sciat. à Superis hic mihi primus erit.
Tempora nam miserae complectar ut omnia vitae,
A meritis ejus pars mihi nulla vacat.
Quae numero tot sunt, quot in horto fertilis arvi
Punica sub lento cortice grana rubent.
Africa quot segetes, quot Tmolia terra racemos,
Quot Sicyon baccas, quot parit Hybla favos.
Confiteor, testere licet. signate Quirites.
Nil opus est legum viribus: ipse loquor.
Inter opes & me, rem parvam, pone paternas.
Pars ego sim census quantulacumque tui.

Quam

2. *Requirat agat.*] *Requiret* alii. Lege, *requirit* ex duobus. superiora id exigunt. Heins.

6. *Ejus.*] Adde hunc locum notatis ad VIII. Met. 16. *hujus* erat in sex scriptis.

8. *Sub lento.*] *Sub lecto* Basil. & hoc probat Barth. Adversar. XXXVII. 10. *poma* Putean. *latent* sex libri. vid. ad X. Met. 736. & IV. Fast. 608.

9. *Quot Tmolia terra racemos.*] In manuscriptis, *Gnosia terra*, priore lectione Lydia regio, altera Creta insula, intelligitur, utraque terra vini optimi feracissima. Videnturtamen vineta Tmoli montis Cnosiacis esse magis celebria. Fabric. *Gnosia* multi veteres. sed frustra. hinc *vineta Tmoli* Metam. VI. & XI. Heins. *Gnosia* etiam Barthius invenit, & Heins in quindecim libris. *quot Tmolia rura* P. Dan. *quod habet Methymna* Moreti; quod repetitum ex lib. I. Art. 55. mox, *quot gerit Hybla* Ms. Berlmanni.

12. *Loquor.*] *Loquar* Moreti & P. Dan.

Quam tua Trinacria eſt, regnataque terra Philippo,
Quam domus Auguſto continuata Foro;
Quam tua, rus oculis domini, Campania, gratum,
Quaeque relicta tibi, Sexte, vel emta tenes:
Tam tuus en ego ſum. cujus te munere triſti
Non potes in Ponto dicere habere nihil.
Atque utinam poſſis, & detur amicius arvum;
Remque tuam ponas in meliore loco!
Quod quoniam in Dis eſt, tenta lenire precando
Numina, perpetuâ quae pietate colis.
Erroris nam tu, vix eſt decernere, noſtri
Sis argumentum majus, an auxilium.
Nec dubitans oro: ſed flumine ſaepe ſecundo
Augetur remis curſus euntis aquae.

Et

15. *Regnataque terra.*] *Tellus regnata* Mo-rel.

17. *Et detur amicius arvum.*] *Et detur* melio-res Heins. An non praeſtaret etiam, *amoenius arvum?* nam de amicitia Getarum gloriatur Ele-gia praecedenti & nihil nec inimicum fuiſſe poteſt Pompejo arvum. *minus arvum* tres libri. *ponas ut meliore* Servii. Burm.

23. *Precando.*] *Rogando* Putean. & quatuor.

25. *Erroris nam tu, vix eſt discernere, noſtri Sis argumentum majus an auxilium.*] Ambiguus hic lo-cus eſt, eoque difficilior quoque, & obſcurior. Varie enim expoſui poteſt. Vel, ut accipiamus *argumentum* pro certo indicio ac ſigno, quo quid probatur & convincitur, ceu ſunt quae σημεῖα Graecis, & τεκμήρια dicuntur. ut ſit ſententia: Dubium eſt, utrum majus auxilium mihi rebus-que meis ſis, an majus judicium, certiorque pro-batio ac fides erroris mei: hoc eſt, quod errore, non ſcelere peccarim. Vel rurſum, ut idem no-men pro materia: & quaſi quodam ſubjecto rei accipiatur, unde poſtea aliquid exaedificatur, aut efficitur. Sive, ut planius dicam, pro opere ſcelerato ac delicto: quo modo idem Poëta Metamorphoſeos ſexto dixit, *Et vacuus in tela de-fectae regnum tuae*, ut ſic dictum: Neſcio ma-jus auxilium mihi ſis, an major materia & in-choatio, & ceu cauſa quaedam erroris mei. Quaſi forte laeſus, Pompeji culpa quadam, ſe in hunc locum intuliſſe, atque ita Auguſtum offendiſſe: quod tamen alibi nuſquam, neque apertius, ne-que copioſius traditur. Quare, ut dixi, difficile fuerit, ſatius aliquem certum ex hoc loco col-ligere, niſi ſuperiorem illum retineamus. Quod autem quidam dubitant, de quo Pompejo haec accipienda ſint, & num ex Magni progenie hic, an quem ſcribit Poëta, fuerit, diſputatione adeo non eget. Neque enim inter amicos habiturus fuiſſe Auguſtus, aut etiam Tiberius, qui ſe to-tum ad Auguſti venerationem compoſuerat, vi-detur eum, cujus familiam & Caeſar Dictator, & ipſe poſtea Auguſtus tot annos, tantoque ne-gotio perſecuti fuiſſent. Annotavit autem Vol-terranus Pompejum quendam fuiſſe, virum prae-torium, Hiſpaniae praefectum, cujus filius Sex-tus hic fuerit, ad quem Ovidius ſcribit, Sed haec haſtenus. Micyll.

25. *Decernere.*] *Diſcernere* multi. ſed aliter ſcri-bendum eſſe jam monuit Gronovius noſter, lib. III. Obſerv. cap. 13. Heins.

27. *Sed flumine ſaepe ſecundo.*] In manuſcriptis verſus, *ſed flumine ſaepe fecundo.* Simili modo Vir-gilius, *Remoque fecundo*, dixit cum de flumine lo-queretur. Fabric. *Nec dubites oro, nam flumine* Ms. Berſm.

29. *Semperque.*] *Semper eademque* Mss. producta E. R. terminatione more veterum. cujus productio-nis exempla collegit Gryph. in Conjectaneis. Berem. Vid. ad Valer. Flac. v. 560. ſed hic nihil mutandum: metuit enim ſemper precari, & ea-dem.

31. *Vitio.*] *Voto* Farnef.

33. *Aliud.*] *Aliquid* Junian. Putean. *ſaepe vo-lens aliud* unus Heinſ.

34. *Regat.*] *Petit* unus. *facit* alius. quod non diſplicebat Heinſio, ſi *pro ſe* legatur.

36. *Jubet.*] *Videt* unus Heinſii. *medio Parca* Regius.

37. *Munera.*] *Carmina* Morelli.

39. *Sub illo.*] *Sub nullo* P. Dan. & editi quidam. *audiet* etiam quatuor. *ſentiat* unus P. Dan. & alius.

41. *Ser-*

Et pudet, & metuo, ſemperque, eademque precari;
Ne ſubeant animo taedia juſta tuo.
Verum quid faciam: res immoderata cupido eſt.
Da veniam vitio; mitis amice, meo.
Scribere ſaepe aliud cupiens delabor eodem:
Ipſa locum per ſe litera noſtra rogat.
Seu tamen effectus habitura eſt gratia; ſeu me
Dura jubet gelido Parca ſub axe mori;
Semper inoblitâ repetam tua munera mente:
Et mea me tellus audiet eſſe tuum.
Audiet & coelo poſita eſt quaecumque ſub illo:
Tranſit noſtra feros ſi modo Muſa Getas.
Teque meae cauſſam ſervatoremque ſalutis:
Meque tuum librâ norit & aere minus.

41. *Servatoremque.*] *Salvatoremque* P. Dan. & quatuor ſcripti. monachi manum ſapit.

42. *Meque tuum librâ norit & aere magis.*] In nonnullis, *minus.* Naugerius. Ita quidem hunc verſum, cum caeteris plerisque lego, ut ſit dictum ἐλλειπτικῶς, pro, *Norit me magis tuum eſſe, quam ſi per aes ac libram emptus ſim.* Tametſi neque ipſe dubito, mendam aut vitium aliquod huic lo-co ſubeſſe. Caeterum de emptione quae per aes ac libram fiebat, Boëthius in Topica Ciceronis meminit his verbis: *Mancipi res veteres appella-bant, quae ita abalienabantur, ut ea abalienatio per quandam nexus fieret ſolemnitatem. Nexus vero eſt quaedam juris ſolennitas, quae fiebat eo modo, quo in inſtitutionibus Cajus exponit. Ejusdem au-tem Caji libro primo Inſtitutionum de nexu faciendo verba ſunt haec: Eſt autem mancipatio, ut & ſu-pra quoque indicavimus, imaginaria quaedam ven-ditio, quod ipſum jus proprium eſt Romanorum ci-vium. eaque res ita agitur: Adhibitis non minus quam quinque teſtibus, civibus Romanorum puberi-bus, & praeterea alio ejusdem conditionis, qui li-bram aeneam teneat, qui appellatur libripens, is, qui mancipium accipit, aes tenens ita dicit. Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum eſſe aio, ita-que mihi emptus eſt hoc aere, aeneaque libra. Dein-de aere percutit libram, idque aes dat ei, à quo man-cipium accepit, quaſi pretii loco, &c.* Micyll. *Minus* major ſcriptorum pars, & editiones non-nullae. quod Salmaſio in Epiſtolis n. 106. ad Gronovium probabatur, & ipſi Gronovio Obſer-vat. lib. II. cap. 1. Ut ſenſus ſit, Me tui mancipii eſſe norit, quamvis aes & libra mancipationi non adfuerint. Vide eum omnino de uſu τοῦ *minus.* Is ipſe Gronovius eodem capite curis ſecundis ten-tabat,

Meque, tuum libra, novit, & aere, minus.

ubi copioſe diſputat de hoc loco. Twiſdenius co-dex, *& aere datum.* De mancipatione, quae per aes & libram fiebat, pleni Juriſconſultorum com-mentarii. videndus & Salmaſius de Uſuris cap. VIII. Hinc Horatius:

Si proprium eſt, quod quis librâ mercatur & aere:
Quaedam (ſi credis conſultis) mancipat uſus.

Fuit, cum ſcribendum putatem,

Meque tuum librâ norit, & aere tuum,

ut neglexerit poſterius *tuum* geminare librarius. qui error eſt frequentiſſimus. Heins. In Francof. erat, *Meque tuum libra noris & aere datum.* in Ms. Berſm. *Meque tuum meum nec tenuante libra.* de τῷ *minus* vid. ad Art. Am. I. 644. tractavit & hunc locum J. Bapt. Pius ad Plaut. Caſ. II. v. 8. ubi *magis* probat, & ſignificare Ovidium ait, ſe amico quam maxime devotum eſſe & addi-ctum. Burm.

Epistola XVI.

AD INVIDUM.

Invide, quid laceras Naſonis carmina rapti?
Non ſolet ingeniis ſumma nocere dies.

Fa-

In hac ultima Elegia ſui temporis poëtas enu-merat. Sed quinam ille,

Qui Lybicas acies, Romanaque proelia dixit;
quique *Trinacrius Perſidos auctor & altor*, non-

Famaque post cineres major venit: & mihi nomen
Tunc quoque, cum vivis adnumerarer, erat.
Cum foret & Marsus, magnique Rabirius oris,
Iliacusque Macer, iderenusque Pedo:
Et, qui Junonem laesisset in Hercule, Carus;
Junonis si non jam gener ille foret.
Quique dedit Latio carmen regale Severus;
Et cum subtili Priscus uterque Numâ.
Quique vel imparibus numeris, Montane, vel aequis
Sufficis; & gemino carmine nomen habes.

Et

tum explicatum inveni Fabric. Argumentum ac summa carminis ab hac: Monet poëta eum, ad quem scribit, ne se nunc demum lacessat, atque petat, quando velut mortuus jacet. Nam cum mereris, fire, ut proverbio dicitur, *cum larvis non esse luctandum*. Deinde se non talem haetenus fuisse, cui nullius famae aut nominis esset. Quare cum alios livor & obtrectatio post mortem debuisset, debere sibi quoque, tanquam jam mortuo parci: praesertim quando tot alioqui malis oppressus sit, ut novae plagae, novoque malo locus ullus non pateat. Videtur autem Poëta non tantum reponere voluisse invido atque obtrectatori, quisquis is fuit, suo: sed & occasionem quaesivisse, ut sui temporis poëtas celebraret. Quorum magna ex parte non scripta solum, sed & nomina pleraque intercidérunt: adeo, ut nisi de paucis quibusdam, certo aliquid nisi haud quaquam possis. Quod in universum hic adnotatum volo, ne illum inde crebrius ac saepius repetere nobis sit necesse. Micyll.

1. *Iterule, quid locavat Naſonis carmina rogiſti?* *Quae jam ingenio ſumma nocere dies.*] Aristot. lib. II. De arte dicendi, ubi de invidia, aut, ut M. Tullius vult, invidentia agit, docet invideri solere ab iis hominibus viris, qui una eademque aetate fuerunt: ita ut solum inter vivos, ac praesentes invidentia sit. Unde praeclare hic Noster Epist. ubi lib. I. Amor.

Poſſitne ut vivo livor, poſt fata quieſcit:
Cum ſua ſit meritis quaeque ruatur honor.

Et Propertius lib. III. Eleg. I.

At nihil, quod vivo detraxerat invida turba,
Post cinerem duplici gratia reddet honor.

Cuspian.

4. *Annumerarer.*] *Annumerarer* Ms. ut ad fabulam pertinuit. Burm.

5. *Cum foret &c.*] *Cumque foret* P. Dan. Puteam. Junii & Rodelii edit. *Marsus* Ms. Berlin. de Marso vide Broukh. ad Tib. IV. in fine.

6. *Magnique Rabirius oris.*] Apud Carlium libro primo Institutionum Grammaticarum ex Rabirio citatur, *Iliacus summa cum margine collis.* Maginus Maecilius erit Barth. Adversar. XXXVII. 10. *Fabirius* Ms. Berlin. aliud Fragmentum ex Rabirio habet idem Carlius pag. 188. *Qui perduellionem fecisse dicebatur.* in altero ab Heinsio adducto versum integrum,

Extulit Idaeos summa cum margine colles.

restituit Barth. ad Stat. X. Theb. 454. vid. Crinit. III. de Poët. 52. Burm.

6. *Iliacusque Macer.*] Hunc Macrum ad Licinium gentem esse referendum censeo, cum alter, cujus Ornithogonia & Theriaca laudantur à Grammaticis, gentis fuerit Aemiliae. quem *grandiorem aevo* vocat Noster in Tristibus. Recte autem *Iliacus Macer*, qui non tantum *carmen ad iratum perduxerit Achillem*, hoc est in Homericae Iliados usque narrationem, ut in Amoribus Noster, sed etiam cecinerit, *quicquid auserat restabat Homero*, ut fidem facit idem in his ipsis Ponticis. Duplex igitur poëma obsidionis Trojanae a Macro relictum. Heins. Vid. Broukh. ad Tibull. II. VI. 1.

8. *Junonis si non.*] *Junoni* Junii & Vossii codex. vid. V. Net. 415. *jam genus* Ms. Berlin.

9. *Quique dedit Latio carmen regale Severus, &c.*] Duos fuisse Severos Poëtas, supra annotavimus. Quod si autem de eodem, hoc loco poëta intelligit, ad quem supra scripsit, ita ut Merulae placet, neque ego repugno: certe de Parmensi haec intelligenda non erunt, sed de Cor. Severo. Cujus rei argumenta ac rationes supra indicavimus. Neque vero de Cor. Severo absurde accipitur quod hic Ovidius dixit, *Regale* illum *carmen* dedisse: quandoquidem Siculorum regum res gestas descripsit. Imo hodie rectius huic, quam Cassio convenit, quando Cassium Epigrammata & Elegias magis scripsisse tradant, Cornelium autem inter Epicos etiam Fabius laudat. Micyll. *Regale* carmen est Tragoedia. vid. supr. Heins. ad Eleg. II. St. I.

10. *Priscus uterque.*] Merula duos Priscos, qui Regis Numae vitam scripsere, quod opus subtile fuit, nobis sine ulla auctoritate hic fingit. ego Los ignoro, & Numam Poëtam, non Poëma, designare puto. Pompilium quendam amicum Horatio facit Glandorpius ex inscriptione Od. 27. lib. II. sed recte

Et qui Penelopae rescribere jussit Ulixen,
Errantem saevo per duo lustra mari:
Quique suam Troezena, imperfectumque dierum
Deseruit celeri morte Sabinus opus.
Ingeniique sui dictus cognomine Largus,
Gallica qui Phrygium duxit in arva senem.
Quique canit domitam Camerinus ab Hercule Trojam;
Quique suâ nomen Phyllide Tuscus habet.
Velivolique maris vates, cui credere possis
Carmina caeruleos composuisse Deos.

Qui-

recte ex ipsis Horatii verbis inter Pompejos eum refert, dictum *Pompejum Varum*. unde autem *Pompilium* illum petierit nescio. nisi forte inscriptionem ita in Mss. habere viderit, nam in Leidensi codice erat, *Pamphilum*. Burm.

11. *Quique vel imparibus numeris, Montane, vel aequis Sufficis.*] Julium Montanum appellat Seneca Epist. CXXII. *Recitabat Montanus Julius carmen, tolerabilis poëta, & amicitia Tiberii notus & frigere.* ubi profert hos ejus versus:

Incipit ardentes Phoebus producere flammas,
Spargere se rubicunda dies, jam trifilis hirundo
Argutis reditura cibos immittere nidis
Incipit, & molli partitos ore ministrat.

mox:

Jam sua pastores stabulis armenta locarunt,
Jam dare sopitis nox nigra silentia terris
Incipit.

Paullo benignius de illo Seneca pater Controvers. I. libro VII. *Montanus Julius, qui comis fuit, quique egregius poëta.* Heins. Vide Crinit. de Poëtis III. 49.

14. *Errantem saevo.*] *Sero* Thuan. *dubio* Barber. vid. sup. Eleg. X. 10.

15. *Quique suam Troezen, imperfectumque dierum.*] De hoc loco nihil certi habeo, quod sentiam, nisi quod multis nominibus suspectus mihi est. Nam sive legas, *Trisenen*, quod in quibusdam reperiri Merula autor est, ipsa vox insolens est, & neque cum Graecis, neque cum Latinis nominibus satis convenit. Cum tamen probabile sit, eam, quam poëta, de quo hic dicitur, amavit, Latinum aut Graecum aliquod nomen habuisse. Sive vero *Troezen*, ut de poëmatis, aut urbis nomine intelligatur, etiam hoc exemplo caret. Nam si de opere intelligendum sit, *Troezenis* dicendum fuerat, recto casu, perinde ut *Amazonis, Phaëacis, Thesais*, & similia. Sin autem de loco, accusativus *Troezena* futurus erat, à Troezen: non *Troezen* à Troezc: qui nominatus nusquam legitur de eo loco, quem Theseus aliquando tenuit. Deinde autem ut demus, Sabinum poëtam Fastorum opus & Troezenida aliqua; hoc est, de rebus circa Troezenem gestis, imperfecta reliquisse, praeventum morte scilicet, quod tamen alibi nescio an usquam manifesto tradatur: quid causae dicemus, cur Poëta, cum de caeteris, singulis tantum versibus meminerit, de quibusdam vero etiam singulis commatibus: neque in cujusquam alterius commemoratione distichum egressus sit: de hoc totum tetrastichon consumpserit? Equidem ut liquido fatear, non solum superiora illa, de quibus modo diximus, sed & ipsum propium in posteriore pentametro positum propemodum tanquam suppositicium ac nothum suspectum habeo. Quare optarim & alios de eodem hoc loco aliquanto accuratius cogitare. Non temere mutandum aliquid censere solco: sed tamen si quid de se suspicionem aliquam praebeat, id rursum dissimulandum, aut tacite praetereundum non existimo. Sunt tamen rursum, qui repudiato utroque nomine, pro *Trisene*, legunt *Troezena*, accusativo casu à *Troezen*, hoc titulo sive nomine opus quoddam à Sabino coeptum fuisse sentientes. Micyll. *Crezimen* vel *Trisam* Combii. *Trocrem* vel *Troien* Arondel. duo, *Troadem* tres, *Trezenem* alii, *Tromen, Troicem, Troizem, Timesen, Tumesen* & similia. an *Tymelen*? opinor certe nomen puellae à Sabino decantatae hic latere. Heins. *Trojam* prim. Edit. *Traecen* P. Dan. de his Sabini operibus nil restat. Cunctus vero eum *Claudium* vocat lib. III. de Poët. 64, qui à Seneca Rhetore saepe memoratur. & ita Pontanus & alii. sed *Aulum Sabinum* Heinsius & alii appellarunt. mihi nihil de eo constat. Burm.

17. *Cognomine.*] *De nomine* editi quidam.

17. *Largus.*] An Valerius Largus accusator Galli Poëtae? de quo Dion LIII. pag. 512. & an idem sit, qui sub Claudio Consul fuit; ut idem Dion. IX. pag. 671. nescio. Antenoris ille res scripsisse dicitur a Nostro. Burm.

18. *Ducit in arva.*] *Duxit* nonnulli. Heins.

19. *Domitae Camerinus ab Hercule Trojam.*] *Domitam* multi. Polit. & tres alii, *domitam ab Hercu-*

Quique acies Libycas Romanaque proelia dixit;
Et Marius, scripti dexter in omne genus.
Trinacriusque suae Perseïdos auctor, & auctor
Tantalidae reducis, Tyndaridosque Lupus.
Et qui Maeoniam Phaeacida vertit, & una
Pindaricae fidicen tu quoque, Rufe, lyrae.

Mu-

...o, quod verum puto. Heins. Hunc *Salpicium Camerinum*, comitem suo Augusto A. V. C. DCCLXI. fuisse Glandorpius.

20. *Fefsus habes.*] Puto, *Fefsus*. quod nomen magis Romanum. *Thusci* tamen Rhetoris meminit Seneca Suasoria 1. mox, *credere possis*, pro *possent*, quatuor veteres. Heins. *Troes* Ms Bersm. Fabricium Thuscum memorat Plinius in indice Libri VII. qui posset his temporibus convenire. ut & *Gladius Thuscus* à Seneca Rhetore memoratus. sed ille iamvs fuit. vid. Schottum de Claris apud Senecam Rhetoribus in *Thuscum*. Burm.

21. *Velivolique maris vates.*] P. Terentius Varro Atacinus v. Crinit. II. de Poëtis. 32. Miror hunc ignorare Pontanum, cum celeberrimus sit Poeta, & Merula jam illum dederit lectoribus. Fragmenta ejus collegit Stephanus pag. 364. sed catalogum ab illo est apud Philargyr. ad Virgil. III. Georg. 175. *Fosta feris Libye*, ut lego, non *Libyae*. Burm.

23. *Quique acies: Libycas Romanaque proelia, &c.*] Merula hunc locum de Ennio, aut Naevio accipiendum putat: quod temporum rationi repugnat. Neque enim Ovidius eos poëtas commemorare voluit, qui se multo antiquiores essent, sed qui suis temporibus, eademque secum aetate vixissent. Sic enim à principio ait: Et mihi nosceris Varro fuit, cum foret Marsus, Rabirius, &c. non, cum foret Ennius, aut Naevius, aut Plautus, & similes, qui multis annis Ovidium antecesserunt, in qui Coss. Hircio ac Pansa demum natus fuerit. Micyll. *Proelia dixit* P. Dan. hunc ignorare me fateor.

24. *Et Marius scripti dexter in omne genus.*] Liber Varie. & Mail. *compars in omne genus*. Ciof. *Numerus in multis*. Heins. Hunc ignoro etiam.

25. *Trinacriusque suae Perseïdos auctor & auctor.*] Scripti, *Thoatriusque*, *Tenatriusque*, *Tauriusque* & similia. nomen haud dubie corruptum. deinde scribendum,

——— *Perseïdos auctor, & auctor*
Tum, Iliae redeuntis. ———

ut recte noverunt codices. de auctore magis sunt. *Lupus* ille, cujuscunque est, proinde conscripserat de reditu Menelai & Helenae post captam Trojam. Heins. *Relictique suae* Moreti. *Tyndaridique*, Regio Jussu & duo alii. *Lupus Messenienses* fuisse dicit Diod. Sicul. Rer. Sicul. lib. II. cap. 2. & eruditissimus Mongitor in Sicula Bibliotheca tom. II. pag. 28. omnes summa cum diligentia collegit, qui de hoc Lupo egerunt, & a *Lyco* Historico distinguendum ostendit: sed metuo, ut ille *Lupus* certis argumentis nobis illustretur. imo nescio, an non duo hic Poëtae intelligi debeant, unus, quem non nominat, auctor Perseidos, & alter Lupus, qui de reditu Menelai & Helenae scripsit. Fuerunt & Junii, Julii & Rutilii Lupi, non longe ab his temporibus remoti. Burm.

27. *Et qui Maeonidae Phaeacida vertit.*] Hic Tuticanus fuit, ad quem supra Elegia duodecima scribit. ita enim in eadem Eleg. *Dignum Maeoniis Phaeacida condere chartis, Cum te Pieridas* (inquit) *perdocuere deae.* Micyll. *Maeoniam Phaeacida* plerique. tam Ilias, quam Odyssea Homerica antiquitus in varias partes fuere distinctae, inter quas & Ulyssis naufragi, ad regiam Alcinoi expulsi. Vide de hac utriusque Poëmatis antiquissimis temporibus divisione Scholiasten Homeri Eustathium, & Variam Aeliani Historiam lib. XIII. cap. 14. coaluere postmodum variae hae partes in duo corpora. unde illis rhapsodiae nomen. per Maeoniam igitur Phaeacida designatur Odysseae liber H. quem Ὀδυσσέως ἀπόπλους ἀπὸ Φαιάκων appellant Aelianus & Eustathius. Caeterum Naso Tuticanum intelligit, ad quem supra Eleg. XII.

Dignum Maeoniis Phaeacida condere chartis
Cum te Pieridas perdocuere Deae.

Heins. In Francof. erat *Hecateteream vertit in anguem*. latet aliquid. *Hecatheida* P. Dan. & sex alii. *Hecatheio* Servii. *Echatvida* Leid. *Maeonidam* Putean.

28. *Pindaricae fidicen tu quoque, Rufe, lyrae.*] Inter Latinos lyricos, post Horatium maxime laudatus fuit Caesius Bassus, cujus & Quintil. meminit, & Diomedes Grammaticus. Videndum igitur, num forte illius hoc cognomentum aliquod fuerit. Nam & Cimitus annotavit, cum Ovidio familiaritatem illi intercessisse. Micyll.

28. *Pindaricae.*] *Pindaricas* Junian.

28. *Rufe.*] Antonium Rufum vertisse Homerum & Pindarum ex Acrone refert Glandorpius, & memorari à Quinctiliano lib. I. cap. 10. sive 5. ut hodie exhibetur. sed cum Rufi cognomen triginta familiis adhaesisse dicat Glandorpius, quis nobis verum indicabit? Burm.

29. *Tur-*

Musaque Turrani, Tragicis innixa cothurnis;
Et tua cum socco Musa, Melisse, levis.
Cum Varus Gracchusque darent fera dicta tyrannis;
Callimachi Proculus molle teneret iter:
Tityrus antiquas & erat qui pasceret herbas,
Aptaque venanti Gratius arma daret.

Naïdas

29. *Turrani.*] *Turani* Malasp. ad Cicer. VI. ad Att. 9. *Thorani* Heinsius, quod nomen apud Ciceronem ad Famil. VI. 21. 22. D. Turranium hominem γενεαλογεῖ memorat Cicer. I. ad Att 5. ubi vid. Corrad. *Taratani* Ms. Bersm. *Tiranni* P. Dan. *innexa cothurnis* Moreti. Burm.

30. *Cum socco Musa, Melisse, levis.*] Scribe, *cum socco levi*. sic *gravem cothurnum* alibi dixit. Cn. Melissum Togatas scripsisse tellis est Scholiastes Horatii ad Artem Poëticam; *Togatas scripserunt Aelius Lamia, Antonius Rufus, Cn. Melissus, Afranius, Africanus, Pomponius.* qui Rufus fortasse idem cum eo, quem Noster supra vocat *fidicinem Pindaricae Lyrae.* Cajum Melissum vocat Suetonius, & inter Grammaticos recensct, qui Togatas eum edidisse etiam prodit, quas inscripserit *Trabeatas.* Laudat quoque *Inoptiarum* ejus, seu *jocorum libellos, quibus & mimos diversi operis postea* addiderit. sic enim scribendum, cum libri veteres *animos diversi operis* exhibeant. Videntur autem *jocorum* libelli constitisse ex Apologis Aesopicis. id enim scribendi genus *joces* vocabant. sic Phaedrus de se passim. hinc & Martialis *improbi joces Phaedri.* ut videantur de Melisso intelligenda illa apud Phaedrum lib. II. Fab. ultima:

Quoniam occuparat alter ne primus forem,
Ne solus esset studui, quod superfuit:
Nec haec invidia, verum est aemulatio.

Commentarium ejus de apibus laudant Plinius & Servius. sed is puto, diversus ab hoc nostro, qui Columellae etiam laudatur. meminit Melissi etiam Virgilii vitae auctor. Caeterum cum de praenomine Melissi scriptoribus parum conveniat, & Scholiastes Horatii *Caium*, Suetonius *Caium* appellent, Hieronymus in Chronico Eusebii *Marcum*, ad annum MMXIII. opinor verum Melissi nomen fuisse, *Caium Cilnium Melissum.* fuit enim Maecenatis libertus, cui *Caio* praenomen, *Cilnio* nomen gentis. Libertos autem praenomen ac nomen familiae à Patronis mutuatos esse notius est, quam ut operose hoc loco à me adstrui debeat. Heins.

31. *Cum Varus Gracchusque darent fera dicta Tyrannis.*] *Tyrannis* videtur scribendum. Tragoedias enim uterque, ni fallor, scripserunt. Huc trahe illud Tristium secundo, *Accius esset atrox*, quia dicta & facta atrocia tyrannorum tragoediis suis erat complexus. Gracchi certe Atalanta à Prisciano laudatur, ex qua hunc versum profert lib. VI.

O grata cardo, regium egressum indicans.

& *C. Gracchum* vocat. quod in errorem duxit Cl. Vossium, ut putaret C. Gracchum veterem illum Tiberii fratrem tragoedias scripsisse; Analog. I. cap. 22. Si *tyranni* retines, calligandum erit *Varius.* Varii enim Thyestes laudatissima apud veteres. sed & Gracchus Thyestem scripserat, ex qua Priscianus hunc quoque versum producit libro eodem,

Mersit sequentis humidum plantis humum.

Sed Varius jamdudum è vivis excesserat, ni fallor, cum haec scribebat Naso. Fortasse & Gracchi nomen reddendum Nonio in *Cardo, Cardo generis foeminini, Graius in Peliadibus, Sonat impulsa regia cardo.* inalim inquam, *Graccus*, (nam *Graccus* non *Gracchus* in antiquis numismatibus semper) &, *sonat impulsa.* Gracchum enim *cardinem* foeminino genere enunciasse jam ex Prisciano scimus. nec mirum archaismis illum indulsisse, nam illo adhuc tempore Accius & Pacuvius in deliciis erant. unde & auctor de causis corruptae eloquentiae Asinii Pollionis tragoedias, ut veterno Accii plenas reprehendit. Exemere demum totam hanc animis nubem Neronianis temporibus Pomponius Secundus & Annaeus Seneca. qua de re alibi pluribus. Certe apud Calpurnium Pisonem libro secundo de continentia Poëtarum, quem librum Paulus Merula inventum à se Lutetiae ad D. Victoris saepius laudavit Commentariis in Ennii Annales, nunc magno cum rei literariae detrimento deperditum, versus hexameter Sempronii Graji proferebatur. pro quo *Sempronii Gracci* nomen reponi debere censeo. *Gracci* enim Semproniae gentis. & sub nomine Sempronii Gracchi Thyestem Priscianus citat. sed & apud Macrobium Saturnalium lib. II. cap. 4. ubi de jocis & dicteriis Caesaris Augusti agitur, *Postea Lucius gravis tragoediarum scriptor interrogabat eum, quid ageret Ajax tuus.* ubi Torrentius reponit *L. Irius gravis tragoediarum scriptor.* Ryccquius ex codice Vaticano, *L. Gnavius.* Forte, *L. Graccus.* vel, *Turannus*, cujus tragicam Musam jam supra laudavit Noster. Heins. De Vario & Varo saepe confusis vide Rutgers. Venusin. Lect. cap. III.

32. *Proculus.*] & hoc cognomine multae familiae insignitae, ita ut, nisi nomen pateat, de eo frustra quaeramus.

33. *Tityrus antiquas & erat qui pascerat herbas.*] Haec nec Latina sunt, nec satis intelligo quid sibi velint. Hafnienfis,

Tity-

Naïdas à Satyris caneret Fontanus amatas,
Clauderet impáribus verba Capella modis.
Cumque forent alii, quorum mihi cuncta referre
Nomina longa mora est, carmina vulgus habet;
Essent & juvenes, quorum quod inedita cura est,
Adpellandorum nil mihi juris adest;
Te tamen in turbâ non ausim, Cotta, silere;
Pieridum lumen, praesidiumque fori.
Maternos Cottas cui Messallasque paternos
Maxima nobilitas ingeminata dedit.
Dicere si fas est, claro mea nomine Musa,
Atque inter tantos, quae legeretur, erat.
Ergo submotum patriâ proscindere, livor,
Desine, neu cineres sparge, cruente, meos.
Omnia perdidimus. tantummodo vita relicta est,
Praebeat ut sensum materiamque malis.
Quid juvat exstinctos ferrum dimittere in artus?
Non habet in nobis jam nova plaga locum.

Tityrus aeternos caneret qui protinus herbas. Moreti codex.

Lycon antiquas vendaïs referret ad umbras. ut & liber Petri Servii. nisi quod in eo *aras*, alii alter. Moreti librum sequor, dum meliora sese offerunt. Heins.

34. *Lyricque canenti Gratius arma dabit.*] Gratius Ovidii temporibus poëta fuit, ut ex hoc loco constat: de venatione scripsit. Cujus carmina una cum Ovidii Halieutico e Gallia in Italiam attulit Samaranus. Hunc autem versum ab interprete hic non intellectum, is, qui Ovidii, post Aldum seniorem, vitam scripsit, optime declaravit. Attigi brevissime, *Caesar Kanalde*, adolescentule honestissime, ea, quae his temporis angustiis, ut mihi aliqua ex parte ad hujus poëmatis intelligentiam iter patefacerent, notanda censerem. Potuissem paullo copiosiora praestare, si mihi per severiora juris civilis studia, in quae serio incumbere aveo, & conor, licuisset. Vale, & quidquid id est, ea voluntate, qua ego tibi nunc offero, id est, ut te valde propensa, accipe. Cror.

35. *Naïdas Satyris caneret Fontanus amatas, &c.*] Alii legunt, *Naïdas à Satyris*, &c. quae lectio & sensum planiorem reddit: & resolutione, sive diaeresi ista, de qua prolixe Merula hic agit, nihil indiget. Micyll. *Naïdas Satyris.* Ms. Bersm. *Foritanus* P. Dan.

37. *Mihi.*] *Me* Putean. *modo* prim. Edit.

38. *Vulgus habet.*] *Habent* tres libri.

39. *Quorum quod inedita cura est.*] *Musa est* tres veteres. at unus Thuan. *inedita cura est.* rectius. nam *Musa* mox sequitur. Heins.

41. *Te tamen in turba.*] *E turba* malim. Heins. *Te tanta in turba* tres. *tantum* Ms. Bersm.

42. *Pieridum lumen.*] *Numen* editi aliquot. hunc, & Capellam & alios, illacrimabili nocte pressit oblivio. utinam hi, vel optima certe pars ad nos pervenisset! & alii inepti & inutiles libri aeternis tenebris demersi mansissent. Burm.

44. *Maxima nobilitas.*] *Maxima*, & *ingeminata* jungi uno substantivo non satis eleganter puto. quare legerem:

Maxime, nobilitas ingeminata dedit.

Maximus enim Cotta. vide supr. II. 8. & III. vi. 6. & ibi Heinsium. *Maxima nobilitas cui geminata* Leidens. & P. Dan. *proxima* Ms. Bersmanni, qui non ineptum putat. Burm.

51. *Ferrum dimittere.*] *Dimittere* meliores. & praecedenti versu, *mali* pro *malis*. Heins.

FINIS.